filij cum patre copulatiuè ſubſtituti, licet intelligantur ſubſtituti ordine ſucceſſiuo, intelliguntur tamẽ ſubſtituti in eadem portione, in qua pater fuit ſubſtitutus.

I N D E X.

tus.conſ.26.nu.2.

Filij in conditione poſiti tunc eo magis cenſentur vocati, quando qualitas maſculinitatis eſt coniuncta cum alijs coniecturis.conſ.50.nu.25.

Filij in conditione poſiti, & grauati, ſi à teſtatore fuerunt expreſsè vocati per vulgarem, intelliguntur grauati caſu, quo locum habeat vulgaris ſubſtitutio. conſ.39.nu.26.

Filij in conditione poſiti, an cenſeantur vocati, veriorem, & crebriorem eſſe affirmatiuam ſententiam plerique ſcripſerunt.conſ.50.nu.21.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator alterutri morienti ſine filijs ſubſtituit ſuperuiuenti, & filios. conſ. 26. num.45. Sed contra numero 62. in fin.

Filij in conditione poſiti faciliùs cenſentur vocati in fideicommiſſis particularibus, quam in vniuerſalibus. conſ.50.nu.36.

Filij in conditione poſiti cenſentur per fideicõmiſſum vocati, ſi teſtator habuerit rationem maſculorum excluſis fœminis. conſ.50.nu.23. Maximè cũ qualitas maſculinitatis ſæpius eſt repetita. nu.24.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator vocauit etiam filios ſubſtitutorum.conſ.26.nu.43. Sed contra nu.61.

Filij poſiti in conditione per ablatiuum abſolutum cenſentur per fideicommiſſum vocati. conſilio. 50. numero 32.

Filij in conditione poſiti haud dubiè cenſentur vocati, quando ex coniecturis colligimus talem fuiſſe mentem teſtatoris.conſ.50.nu.22.

Filij in conditione poſiti cẽſentur per fideicommiſſum vocati, quando teſtator progreſſus eſt ad plures ſubſtitutionum gradus. conſil. 50. num. 28. Maximè quando concurrunt etiam aliæ coniecturæ. numero 29.

Filij, aut nepotes vocati per disiunctiuam, cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo. conſ.50.nu.6.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi teſtator ſit progreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus. cõſ. 39.nu.12. Declara, vt nu.26.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator ſenſerit de maſculis, & aliæ concurrant coniecturæ. conſ.19.nu.12.

Filij poſiti in conditione non cenſentur vocati, licet teſtator progreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionum. conſ.12.nu.39.

Filij poſiti in conditione, an cenſeantur ad fideicommiſſum vocati, quæſtio eſt valdè controuerſa.conſ. 19.num.1.

Filij poſiti in conditione, quando cenſentur ex coniecturis vocati, cenſentur etiam grauati. conſ.2. numero 42.

Filij filiorum vocati per illa verba (ipſis filijs non exiſtentibus) cenſentur patribus ſuis ſubſtituti, ideoq; cum eis concurrere non debent, conſ. 50. num.3.& num. 4.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi ſint deſcendentes, ſecus, ſi extranei, ſecundum quoſdam conſ. 19.nu.2.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator extantibus filijs permittat grauato certæ partis alienationem. conſ.19.nu.13.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator vocauerit etiam filios ſubſtitutorum. conſ.19.nu.7.

Filij ſubſtitutorum per copulam cum patribus vocati cenſentur primo per fideicommiſſum ſubſtituti. conſ. 19.nu.9.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator progreſſus ſit ad plures ſubſtitutionum gradus, & hæc coniectura ſit cum alijs coniunctis. conſ.19.n.1.

Filij in conditione poſiti etiam cum qualitate maſculinitatis non cenſentur vocati.conſ.12.nu.73.

Filij poſiti in conditione, licet ex cõiecturis cenſeantur vocati, non tamen ob id cenſentur etiam grauati. conſ.12.nu.1.

Filij aliter, & aliter nepotes appellantur.conſilio.2.numero 4.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi dictum ſit, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio.conſ.19.nu.4. Maximè, ſi talis qualitas ſit repetita. nu.5.

De filijs in conditione poſitis, & ex coniecturis vocatis idem iudicamus, quod de expreſſè ſubſtitutis. conſ.86. nu.30.

Filio, quod relinquitur, cenſetur relinqui contemplatione patris.conſil.82.numero 10. Declara, vt numero 25.

Filio relictum poſt mortem patris nunquam cenſetur huius contemplatione relictum. conſ.60.nu.46.

Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes in feudis. conſ.2.nu.15.

Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando hoc modo filij grauarentur reſtituere nepotibus. conſ.2.nu.8.

Filiorum appellatione non veniunt nepotes in fideicõmiſſis.conſ.72.nu.18.

Filiorum appellatione continentur nepotes in conditione, ſi ſine filijs deceſſerit.conſ.12.nu.58. Declara, vt nu.59.& 60.

Filiorum poſitorum in conditione vocatio elicitur ex pluribus coniecturis ſimul iunctis. conſ.2.nu.44.

Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes, vbi teſtator habuit rationem agnationis conſeruandæ.conſ.2.nu.25.

Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes, quando materia eſt indifferens quoad gradus. conſ.2.nu.16.

Filiorum appellatione in conditionibus continentur omnes deſcendentes. conſ.2.nu.43.

Filiorum propria appellatione non continentur nepotes. conſ.12.nu.55.

Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando tractatur de inducendo fideicommiſſo. conſ.12. num.56.

Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando diſpoſitio fuit verificata in primo gradu. conſ. 12.num.61.

Filiorum appellatione veniunt etiam non nati tempore teſtamenti, quando eſt facta mentio de naſcituris.conſ.2.nu.50.

Filiorum appellatione continentur deſcendentes, quando teſtator promiſcuè vtitur verbo filijs, & verbo liberis. conſ.2.nu.38.

Filiorum appellatione continentur nepotes, & alij deſcendẽtes in honore ſubſtitutionis, & omnibus emolumentis, ad quæ filij vocantur.conſ.2.nu.41.

Filiorum appellatione veniunt deſcendentes nondum nati, quũ diſpoſitio teſtatoris fuit collata in futurũ euentũ habentẽ tractum tẽporis ſucceſſiuũ.cõſ.2.n.49.

Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando teſtator diſcretiuè locutus eſt de filijs, & nepotib. conſ.2.nu.39.

Filiorum appellatione continentur deſcendentes quando in diſpoſitione ſit mentio de filijs naſcituris. cõſ. 2.num.35.

Filiorum appellatione continentur nepotes, in onere quando filij ſunt honorati, & grauati, & nepotes in honore continentur.conſ.2.nu.40.

Filiorũ appellatione continentur nepotes in infinitũ,

INDEX.

quando teſtatoris diſpoſitio confertur in aliquem euentum, qui tractum habet temporis ſucceſſiuũ, conſi. 2. nu. 33. & inter eos cenſetur inductum fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum. nu. 34.

Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando tractatur de ipſorum odio, & grauamine. conſi. 2. num. 7.

Filiorum appellatione in primogenituris, & maioratibus continentur omnes deſcendẽtes in infinitum. conſi. 11. nu. 19.

Filiorum appellatione, vt contineantur nepotes, fit per interpretationem, & extenſionem. conſ. 2. nu. 3.

Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes in infinitum. conſ. 2. nu. 13.

Filiorum appellatione continentur nepotes, & alij deſcendentes in fideicommiſſis ex coniectura voluntate teſtatoris. conſ. 2. nu. 11.

Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes, quando teſtator appoſuit illam dictionem, ſemper conſ. 2. nu. 18. Vel aliter conſtat teſtatorem voluiſſe facere diſpoſitionem perpetuam, nu. 19.

Filiorum appellatione ſi continentur nepotes in fideicommiſſis, hoc intelligitur de illis, qui ſunt nati tempore teſtamenti, aut ſaltem mortis teſtatoris. conſil. 2. nu. 9. Declara vt nu. 49.

Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando per hoc remanerent ipſi filij grauati. conſilio 12. num. 57.

Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes in infinitum, quando teſtator ad totam deſcendentiam, & eius perpetuitatem reſpexit. conſilio 1. num. 33.

Feliorum appellatione continentur nepotes. conſilio 2. num. 2.

Filiorum vocatio facta nõ exiſtente patre intelligitur per vulgarem, non etiam per fideicommiſſariam. conſ. 50. nu. 9. Declara, vt nu. 45.

Filius, aut filia nubens ſine conſenſu parentum non poteſt hodie propter id exhæredari. conſ. 83. nu. 23.

Filius grauatus fideicommiſſis particularibus detrahet legitimam, & falcidiam, conſ. 57. nu. 2. Sed contra nu. 13.

Filius in fideicommiſſis intrat locum patris. conſi. 17. num. 43.

Filius fratris de iure communi concurrit cum patruo in ſucceſſionibus legitimis. conſ. 17. nu. 42.

Filius ingreditur locum patris, & concurrit cum patruo etiam in fideicommiſſo relicto a tranſuerſali. conſ. 17. n. 39. Sed contra nu. 43. Declara, vt nu. 44.

Filius non debet eſſe melioris conditionis, quam mater. conſ. 72. nu. 3.

Filius excluſæ facilius admittitur ad fideicõmiſſum, ſi mater ſit præmortua, quam, ſi ſuperuixerit. conſil. 72. num. 41.

Filius grauatus fideicommiſſo vniuerſali poteſt detrahere legitimam, & trebellianicam, etiamſi non confecerit inuentarium. conſ. 70. nu. 1.

Filius non ſequitur familiam matris, ſed patris. conſ. 73. num. 12.

Filius non poteſt detrahere trebellianicam de fideicommiſſo relicto pia cauſa. conſ. 84. nu. 25. Etiam medietate. num 36.

Filius poteſt grauari in legitima, ſi pœna adijciatur reſpectu reſidui. conſ. 65. nu. 52.

Filius non dicitur grauari in legitima, cum reſiduũ ei relinquitur ſub conditione, ſi legitimæ renuntiauerit. conſ. 65. nu. 51.

Felius cenſetur habere ex voluntate, & diſpoſitione patris, quod excedit legitimam. conſ. 65. nu. 36.

Filius renuncians detractioni legitimæ, & trebellianicæ ſibi præiudicat. conſ. 65. nu. 44.

Filius a patre inſtitutus, & grauatus ea lege, vt poſſit detrahere fideicommiſſum ſibi debitum, agnoſcendo patris hæreditatem ſibi præiudicat. conſ 65. numero 39.

Filius grauatus fideicõmiſſo vniuerſali de iure ciuili non poterat detrahere duas quartas. cõſi. 57. nu. 14.

Filius non conficiens inuentarium tenetur ſatisfacere legatarijs, & fideicommiſſarijs, etiam de proprio, & vltra vires hæreditarias, conſil. 57. num. 26. & num. 37.

Filius non poteſt ſuccedere in feudo hæreditario, niſi ſit hæres patris. conſ. 48. nu. 4.

Felius, vbi nomen hæredis aſſumpſit, ſtatim cõſequitur feudum. conſ. 48. nu. 31.

Filius inſtitutus in maiore portione, quã ſit legitima, poteſt etiam in legitima grauari, quatenus patiunt fructus ex alijs bonis percepti. conſ. 57. nu. 46.

Filius non admittitur ad feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, niſi ſit hæres. conſ. 48. nu. 25.

Filius, ſi velit, poteſt alienationem tanquam nulliter, & contra expreſſam patris prohibitionem a ſe factam reuocare, & hoc modo euitare pœnam priuationis ſibi a patre indictam. conſ. 36. nu. 56. Declara, vt nu. 58.

Filius grauatus fideicommiſſo detrahit legitimam, & trebellianicam. conſ. 93. nu. 6.

Filius non tenetur obedire patri in illicitis. cõſ. 5. n. 120.

Filius in ſucceſſionibus, quæ deferuntur, vt filio ſuorũ parentum, non debet eſſe melioris conditionis, quã ſint pater, & mater. conſ. 2. nu. 80.

Filius fratris non poteſt ingredi locum patris, quando teſtator fratres nominatim vocauit. conſ. 17. n. 46.

Filiusfam. non habet familiam. conſ. 5. nu. 93.

Finita cauſa finitur effectus. conſ. 24. nu. 23.

Fiſci odio in dubio eſt reſpondendum. conſ. 41. nu. 7.

Fiſcus non præfertur anterioribus creditoribus habẽtibus tacitam in bonis ante contractum ſecum initum acquiſitis. conſ. 41. nu. 5.

Fiſcus, & mulier in priuilegijs ſe habent, vt excedentia, & exceſſa. conſ. 41. nu 42.

Fiſcus in bonis poſt contractum ſecum initum acquiſitis præfertur creditoribus habentibus anteriorem hypothecam generalem. conſ. 41. nu. 2. & nu. 35. licet aliqui contra ſenſerint. nu. 27.

Fiſcus dicitur ſucceſſor vniuerſalis. conſ. 44. nu. 72.

Fiſcus habet priuilegium, ne cauſarum inſtantia triennio terminetur. conſ. 41. nu. 40. Quod dotibus tributum non cenſetur. nu. 41.

Fiſcus in hypothecis non præfertur creditoribus anterioribus, ſiue habeant expreſſam, ſiue tacitam. conſ. 41. num. 45.

Fœmina ſtatuto excluſa admittitur ad ſucceſſionem, ſi adſit non excluſa. conſ. 74. nu. 9. Declara, vt nu. 78. & ſeqq.

Fęmina eſt finis agnationis. conſ. 2. n. 26. & conſ. 73. num. 13.

Fœmina, vt ipſa à feudo excluditur, ita etiã excluduntur ab ea deſcendentes. conſ. 72. nu. 6.

Fęminæ ſunt incapaces feudalium. conſ. 44. nu. 48.

Formæ mutatio eſt quædam peremptio, ſiue interitus rei. conſ. 42. nu. 5.

Forma omiſſa vitiatur actus. conſ. 28. nu. 25.

Fortalitiũ, quid nam dicatũ, conſ. 76. n. 50. & n. 51. & 52.

Fortalitium ſine licentia Principis conſtrui non põt, quoties per id redditur dubia publica ſecuritas. cõſ. 76. num. 60.

Fortalitium vetus in locis limitrophis retinere priuatus non poteſt, conſ. 76. num. 61. Et multo minus de nouo conſtruere. nu. 62.

Forum

I N D E X.

Forum ſortimur non ſolum ratione contractus, ſed etiam ratione domicilij. conſ. 74. num. 90.

Frater vtrinque coniunctus in feudis non excludit conſanguineum, quia conſideratur tantum, vt coniunctus ex parte patris. conſ. 2. nu. 75.

Frater conſanguineus tantum excludit in bonis paternis vterinum. conſ. 60. nu. 20. Et verò etiam in bonis auitis. num. 21.

Frater vtrinque coniunctus de iure communi excludit fratrem coniunctum ex parte tantùm patris. conſ. 2. num. 74.

Frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineum tantùm in ſtatutis præferentibus maſculos fœminis in ſucceſſionibus inteſtatorum. conſ. 2. num. 76. Sed contra num. ſeqq.

Frater fratri non ſuccedit in feudo nouo, etiam ſi conceſſio ſimul facta ſit. conſ. 45. nu. 67.

Frater poteſt relinquere hæreditatem, cui voluerit. conſil. 57. num. 49.

Fratri in bonis fratris legitima non debetur, vbi turpis perſona non eſt inſtituta. conſ. 36. nu. 71.

Fratrum appellatione non continentur ſorores in ijs diſpoſitionibus, in quibus teſtator diſcretiuè locutus eſt de ſororibus, & fratribus. conſ. 36. nu. 44.

Fraudem non facit, qui vtitur iure ſuo. conſ. 65. nume. 53.

Fraudem facere non dicitur, qui vtitur facultate ſibi ā lege data. conſ. 57. nu. 48.

Fraudibus via aperiri non debet. conſ. 65. nu. 31.

Fraudis & doli coniectura an, & quando ſumatur ex eo, quod vir ſagax, & eloquens cum muliere cōtrahat. conſ. 18. nu. 53. & num. 54.

Fraudis coniectura an, & quando ex eo ſumatur, quod donatio non fuerit facta in domo propria donantis, ſed donatarij. conſ. 18. num. 55. & num. ſeqq.

Fraus in vltimis voluntatibus non præſumitur. conſ. 96. nu. 6. Declara, vt nu. 13.

Fructus fructuum non debentur. conſ. 25. nu. 3.

Fructus veniunt in petitionem hæreditatis. conſ. 93. num. 7.

Fructus non imputantur in trebellianicam à filio primi gradus. conſ. 84. nu. 28. Sed contra nu. 32.

Fructus ab extraneis imputantur in trebellianicam. conſ. 36. num. 77. conſ. 47. num. 12. & conſil. 84. nume. 29.

Fructus regulariter non veniunt in reſtitutionem hæreditatis. conſ. 31. num. 4. Limita, vt nu. 5. & 6.

Fructus in ſortem imputantur, quoties contractus eſt ſimulatus. conſ. 20. num. 25.

Fruſtra imploratur, quod de iure communi conceditur. conſ. 5. num. 89.

Fruſtra impetratur ab homine, quod conceditur à lege. conſ. 69. num. 7.

Fruſtra imploratur ab homine, quod conceditur à lege. conſ. 44. nu. 16.

Fundi appellatione venit etiam nemus, quod illius vſibus deſeruit. conſ. 10. num. 12.

Fundi nomen, ſi poteſt eſſe, & generale, & ſpeciale, & in diſpoſitione fiat mentio de aliquo alio fundo particulari, qui ſub illo generali continebatur, non accipitur generaliter, ſed ſpecialiter. conſ. 10. numero 15.

Fundorum diuiſio, aut vnio interdum fit cauſa commodioris culturæ. conſ. 10. nu. 26.

Fundus noſtra deſtinatione, non natura conſtituitur. conſ. 10. nu. 11.

Furtiua pecunia, ſi bona fide fuerit à tertio conſumpta, nulla in eum veteri domino datur actio. conſil. 63. num. 17.

Furtum dicitur, quod lucri cauſa fit. conſil. 98. nume. 32.

G

GAbellam ſalis vendens ciuitas non tenetur ad eius gabellæ ſolutionem, quia non cenſetur vēdidiſſe ius eam exigendi à ſemetipſa. conſ. 87. nume. 8.

Geminata productio teſtamenti habet vim ſpecialis approbationis. conſ. 57. nu. 36.

Geminatio vim ſpecialis approbationis habet. conſil. 57. num. 43.

Geminatio qualitatis magis enixam oſtendit teſtatoris voluntatem. conſ. 34. num. 25.

Geminatio nominum, & ſynonimorum nihil in inſtrumentis operatur. conſ. 21. nu. 19.

Generale dicitur, quod de pluribus intelligi poteſt, ſpeciale verò, quod non, niſi de vno. conſil. 65. numero 49.

Generaliter dicitur diſponere de feudis, qui diſponendo fecit mentionem de feudalibus. conſil. 30. nume. 56.

Generi per ſpeciem derogatur. conſ. 10. nu. 13.

Genus, tanquam incertum loco non concluditur. conſ. 76. nu. 2.

Gloſſæ authoritas tanta eſt, vt, ſi duos, aut tres, aut ad ſummum ſex habeat ſequaces, communem opinionem conſtituat. conſ. 41. nu. 56.

Gloſſ. & Bartoli authoritas debet omnibus alijs præualere. conſ. 41. nu. 63.

Gradus in feudali ſucceſſione, an computentur ab vltimo poſſeſſore, an verò à primo inueſtito. conſ. 45. nu. 85. & num. 86.

Grauamen impoſitum alicui ſub conditione, ſi hæreditas hæredis ad eum peruenerit, facilius deberet ſuſtineri, vti collatum in tempus habile, quam, ſi ſimpliciter fuiſſet impoſitum. conſ. 55. nu. 72.

Grauare poſſum, quem honoro. conſ. 65. nu. 35.

Grauare non poſſum, quem non honoro. conſ. 55. nume. 67.

Grauari nominatim non poteſt, qui fortuitò, non ex iudicio teſtatoris conſequitur eius hæreditatem. conſ. 55. nu. 68.

Grauari non debet, qui nullam percipit vtilitatem. conſ. 87. nu. 5.

Grauari poteſt honoratus. conſ. 55. nu. 4.

Grauari quis non poteſt ratione rei propriæ maximè, quando non honoratus grauatur in pecunia, vel re propria. conſ. 55. nu. 75. nu. 76.

Grauari non poteſt non honoratus. conſ. 55. nu. 2.

Grauatus reſtituere non ſolùm bona teſtatoris, ſed etiā propria, tenetur etiam propria reſtituere, quatenus fructus medio tempore percepti ex hære[illegible] teſtatoris patiuntur. conſ. 65. nu. 41.

Grauatus reſtituere rem hæreditariam poteſt interdum per neceſſarium antecedens intelligi vocatus. conſ. 55. num. 77.

Grauatus qui eſt, per neceſſarium antecedēs etiam vocatus intelligitur. conſ. 50. nu. 27.

Grauatus per actum voluntarium, qualis eſt contractus non poteſt nocere fideicommiſſario. conſil. 31. num. 21.

Grauatus pendente conditione eſt dominus. conſil. 47 num. 19.

Grauatus ſimpliciter fideicommiſſo vniuerſali, non tenetur reſtituere rem, quam habuit ex cauſa ſeparata à teſtamento, vbi nominatim non rogatur, vt illam reſtituat. conſ. 30. num. 60.

Grauatus fideicommiſſo vniuerſali tenetur de omnibus bo-

Digitized by Google

bus bonis teſtatoris mobilibus,& immobilibus,iuribus, & actionibus rationem reddere fideicommiſſario.conſ.31.num. 3.
Grauatus non poteſt eligere,ſed omnibus proximioribus reſtituere debet, quando mens teſtatoris eſt, vt bona debeant tranſire de gradu in gradum, & ordine ſucceſſiuo.conſ.1.num. 36.
Grauatus reſtituere poſt mortem poteſt reſtituere etiã in vita.conſ.33.nu.1.Declara,vt nu.12.
Grauatus in altero de alternatiuis tenetur, quicquid eligat.conſ.15.num. 38.
Grauatus, quando ex conſcientia fideicommiſſi relicti ſatisfacit voluntati defuncti promittendo relictum, defectus ſolemnitatis fideicommiſſario non obeſt,quin tale relictum petere poſſit. conſ. 18. num.25.
Grauatus non poteſt facere, vt ſubſit fideicommiſſum, niſi in caſu, de quo teſtator eſt locutus. conſil. 33.num.10.
Grauatus ſub conditione reſtituens ante euẽtum conditionis cenſetur eam repreſentare.conſ.33. num.7. Sed contra nu. 8.

H

HAbitare quis ibi dicitur, vbi retinet familiam. conſ.5.num. 92.
Habitare in certo loco nemo cogi poteſt.conſ.5. nu.49. Declara,vt num.71.
Habitare quis poteſt vbi vult.conſ.5.nu.48. Declara, vt num. 70.
Hæredem ſanguinis quem eſſe, ſatis non eſt, niſi probet ſe etiam hæredem bonorum.conſ.45.nu.80.
Hæredes poſſunt ambiguam teſtatoris voluntatem interpretari.conſ.12.nu. 20.Declara,vt nu.53.
Hæredes vocantur ad viriles onores, aut emolumenti partes, ſi prius exprimantur propria eorum nomina, ſecus vero, ſi prius exprimantur appellatiua. conſ.73.nu. 24.
Hæredes non poſſunt facto defuncti contrauenire.cõſil.35.num.11.
Hæredes iuſtam habent ignorantiæ cauſam. conſ.21. num.10.
Hæredes eiuſdem poteſtatis ſunt,cuius erat defunctus. conſ.36.num. 33.
Hæredes ſua confeſſione, & declaratione non poſſunt efficere, vt teſtator cenſeatur diſpoſuiſſe, quod non diſpoſuit conſ.1.num. 109.
Hæredes alicuius neceſſario tenentur eius æs alienum perſoluere.conſ.31.num.55. Declara, vt ibi.
Hęredes poſſunt ambiguam defuncti voluntatem declarare, & interpretari,eorumque declarationi ſtandum eſt. conſ. 1. num. 28. Declara, vt num.97.& ſeqq.
Hæredi facilius permittitur impugnare factum defuncti,quam ipſimet, ſi viueret.conſ.36.nu.34.
Hæredi res certa non accreſcit tota hæreditas, ſi teſtator iubeat,vt ſit tacitus, & contẽtus rebus ei datis, ſed teſtamentum vitiatur. conſ.83.nu.5.
Hæredibus etiam ſuis, ne dum ſibi quis cenſetur velle proſpicere.conſ.27.nu.55.
Hæredibus,verbum,in materia feudali accipitur pro filijs,& deſcendentibus.conſ.48.nu. 12.
Hæredis appellatio in ſtatutis accipitur pro filijs, & deſcendentibus.conſ.74. nu. 16.
Hæredis res alienari prohibita, ſi alienetur valet alienatio, nec reuocari poteſt a fideicommiſſario, ſed tantum agi ad pretium.conſ.99.nu. 53.
Hæredis nomen in materia feudali accipitur pro filio. conſ.74.nu. 17.
Hæredis hæres non cogitur præſtare illud, quod ab eo nominatim eſt relictum ſub conditione, ſi hęreditas hæredis ad eum peruenerit.conſ.55.nu.71.
Hęredis nomen in conditionibus accipitur pro deſcentibus.conſ.74.nu. 18.
Hæredis res, ſi legetur,aut per fideicommiſſum relinquatur,dominium non transfertur ipſo iure in honoratum, ſed facta demum traditione. conſil. 99. num.52.
Hæreditariæ vires æſtimantur deducto ære alieno, & legatis,ac fideicommiſſis particularibus. conſ. 100. num. 7.
Hęreditas legitima iure publico,id eſt lege defertur.cõſ. 54.nu. 21.
Hęreditas non datur nuda voluntate, ſed ſolemni teſtamento.conſ.74.nu. 122.
Hęreditas tacite datur ab eo, qui moritur inteſtatus. conſ.74.nu. 125.
Hęreditas differt à rebus,quę in ea continentur. conſ. 22. nu.17.
Hęreditas non adita nõ tranſmittitur.cõſ.74.nu. 19.
Hęreditas adita tranſmittitur in quoſcunq, hęredes. conſ.74.nu.21.
Hæreditas adita non eſt amplius hęreditas, ſed proprium hęredis patrimonium.conſ.70.nu. 4.
Hęreditas iure ciuili nõ defertur vltra decimum gradum.conſ.45.nu. 83.
Hęreditate adita bona, tanquam confuſa cum patrimonio hęredis non poſſunt ab eo ſeparari, conſ. 60. nu. 14.Declara,vt nu.73.& ſeqq.
Hæreditate alicui non delata per eum ſtare non dicitur,quo minus ſit hęres,conſ.45.nu. 81.Declara,vt num 82.
Hęreditate priuatus propter inobedientiam non remanet hęres cum perindè habeatur, ac ſi hęreditatem non adiſſet.conſ.36.nu.64.
Hęreditatis nomen ſapè accipitur pro bonis, & ſic impropriè.conſ.56.num. 18.
Hęreditatis in reſtitutionem veniunt quæſita ex pupillari ſubſtitutione,quoties fideicommiſſum ſequitur commodum pupillaris ſubſtitutionis,vel ordine ſcripturæ, & intellectus,vel ſaltem ordine intellectus.conſ.36.nu.104.& nu. 105. Sed cõtra num. 106.Declara,vt num.108.& diſtinguè,vt nu.109. 110.& 111.
Hęreditatis in reſtitutionem non venit res ex fructibus acquiſita.conſ. 31.nu. 20.
Hęreditatis verbum accipitur pro bonis,quando contrahentes non ſentiunt de ſucceſſione vniuerſali. conſ.22.num.14.
Hęredum mentio in inſtrumentis plerumque cenſetur ſuperuacua. conſ.58. num.61.
Hęredum mentio ſuperuacua cenſetur in contractibus, diſtractibus,& cæteris cauſis ſimilib.conſ.27. num.57.
Hęredum mentio cur facta intelligatur in donatione cauſa mortis, quando dictum eſt, quod donatario præmoriente euaneſcat donatio.conſ.8.num. 51.
Hęredum mẽtio facta in donatione cauſa mortis operatur eius tranſmiſſionem.conſ. 8. nu. 45. Sed contra,num. 50.
Hęres particularis iuſſus eſſe tacitus, & contentus rebus ſibi datis,cenſetur per fideicommiſſum grauatus reſiduum venientibus ab inteſtato reſtituere.cõſil.83.nu.12.Declara,vt nu.27.
Hęres particulariter inſtitutus nõ dato cohęrede vniuerſali dempta mentione rei ſit hęres vniuerſalis. conſ.83.nu.4.
Hæres ex cauſa detractionum cenſetur habuiſſe dominium liberum ex die mortis teſtatoris. cõſ.70. nu.9.

Hęres

I N D E X:

Hæres non conficiens inuentarium obligatur ęri alieno teſtatoris, etiam vltra vires hęreditarias. conſil. 70.nu.12.

Hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali poteſt detrahere dotes maternas,etiamſi non confecerit inuẽtarium.conſ.70.nu.2.

Hæres adeundo hæreditatem cenſetur omnes teſtatoris diſpoſitiones approbare, & confirmare. conſ. 57. num.31.

Hæres ſimplex grauatus in re propria tenetur eam inſolidum prę ſtare,etiamſi eius æſtimatio excedat valorem totius hæreditatis. conſ.56.nu.2.

Hæres adeundo hæreditatem ſe ſe obligat legatarijs,et fideicommiſſarijs.conſ.55.nu.62.& huiuſmodi obligationem in ſuum hæredem tranſmittit.num.63.

Hæres non poteſt factum defuncti improbare. conſil. 55.num.52.

Hæres ex parte inſtitutus poteſt repudiata hæreditate conſequi legatum.conſ.56.nu.8.

Hæres hæredis non tenetur præſtare,niſi ea onera,quæ proueniunt ex hæreditate ſui defuncti immediati. conſ.55.nu.74.

Hæres hæredis non conſequitur hæreditatem teſtatoris ex eius iudicio, ſed fortuito.conſil.55.nu.69.

Hæres pro quantitate æris alieni hæreditarij, quod ſolutum eſt,retinere poteſt tot bona hæreditaria, quę pro ſatisfactione ſufficiant.conſ.36.nu.14.

Hæres adeundo ſibi præiudicat in rebus ſuis, de quibus teſtator diſpoſuit.conſ.99.num.7. Declara, vt num.38.

Hæres,qui reſtituit hæreditatem, debet a fideicommiſſario præſtari indemnis.conſ.99.nu.33.

Hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali poteſt detrahere legata,& fideicommiſſa particularia, quę teſtator reliquit,& ipſe perſoluit, etiamſi non confecerit inuentarium.conſ.99.nu.51.

Hæres ex perſona defuncti poteſt detrahere legitimam, & trebellianicam.conſ.36. nu 67.

Hæres adeundo quaſi ex contractu obligatur legatarijs,& fideicommiſſarijs.conſ.99. nu.6.

Hæres non poteſt facto defuncti contrauenire. conſil. 48.num.5.

Hæres, qui voluntatem defuncti etiam minus ſolennem,& inualidam implet,dicitur id facere ex conſcientia relicti.conſ.18.nu.52.

Hæres priuatus propter inobedientiam non remanet hæres,& perinde habetur,ac ſi non adijſſet.conſ.17. num.99.

Hæres adeundo verè conſequitur dominium omnium rerum hæreditariarum.conſ.84.num.51.

Hæres adeundo hæreditatem approbat, & confirmat omnes teſtatoris diſpoſitiones.conſ.99.nu.5. Declara,vt nu. 38.

Hęres hęredis eſt hęres teſtatoris.conſ.55.nu.51.

Hęres cum beneficio inuentarij ſine dubio non tenetur ſtare facto defuncti, niſi quatenus vires hæreditariæ patiuntur.conſ.50.nu.46.

Hæres facilius poteſt impugnare factum defuncti, quam ipſemet defunctus.conſ.17. nu.58.

Hęres grauatus fideicommiſſo vniuerſali detrahit funeris impenſam.conſ.3.num.38. Item dotes maternas.num.39. Item debita teſtatoris ſoluta,num.40. Item legitimam,& Trebellianicam. num.41. Item legata ſoluta. num.42.

Hæres de euictione obligatus, ſi agat, repellitur. conſ. 48.num.21.

Hęres,qui non confecit inuentarium, præſumitur res hęreditarias ſubtraxiſſe, & non auditur, ſi opponat,non eſſe in hæreditate tot bona, quibus ſatisfieri poſſit legatarijs,& fideicommiſſarijs,conſ.99.nu. 9.Declara, vt numero. 39.

Hęres grauatus fideicommiſſo vniuerſali detrahit creditum ſuum, etiamſi non conficiat inuentarium. conſ.99.nu.28.

Hęres grauatus reſtituere bona teſtatoris,& propria, eatenus in proprijs tenetur, quatenus patiuntur fructus percepti ex hæreditate teſtatoris pendente conditione fideicommiſſi.conſ.99.num.21.& num. 34. Idque procedit etiam hodie non confecto inuentario.num.24.

Hęres, & ſucceſſor cenſetur nominatus in contractu, cõſ.51.nu.3.præcipuè in ſeruitutibus.nu.4. Declara,vt num.19.

Hęres non poteſt detrahere ſuum creditum de bonis prohibitis alienare.conſ.100.num.2.Sed contra nu. 3.& ſeqq.& num.10.

Hæres, qui adiuit hæreditatem non confecto inuentario,tenetur legatarijs,& fideicommiſſarijs inſolidũ, & vltra vires hęreditarias.conſ.99.nu.8. Declara, vt num.39.& ſiqq.

Hæres poteſt declarare volũtatem defuncti, tanquam ſibi notam.conſil.18.num.29.

Hęres grauatus fideicommiſſo poteſt retinere rẽ propter melioramenta.conſ.3.num.43.

Hęres deſinit eſſe dominus rei legatæ, ſi purificata cõditione capiatur a legatario.conſ.84.num.46.

Hæres ſuccedit in dominium rerum defuncti.conſ.17. num.64.

Hęres cum beneficio inuentarij non tenetur ſeruare factum defuncti vltra vires hæreditarias. conſ.48. num.18.

Hęres hæredis non poteſt contrauenire facto ſui anteceſſoris, ſed tenetur illud ſeruare. conſ.55. numero 50.

Hęres alienationem factam à defuncto contra expreſſam prohibitionem teſtatoris impugnare non poteſt.conſ.17.num.59.

Hęres cum beneficio inuentarij non tenetur vltra vires hæreditarias. conſ.48.num.23.

Hęres etiam ſimplex non cogitur ſeruare factum defuncti nullum,& inualidum.conſ.48. num.43.& num.50.

Hęres Titij nominatus cenſetur Titio nominato. conſ. 27.num.56.

Hęres eſt eiuſdem poteſtatis,cuius eſt defunctus.conſil. 17.num.57.

Hæres tenetur ſaltem ad æſtimationem rei alienę legatæ, quando defunctus ſcienter de re aliena diſpoſuit legando, vel fideicommittendo. conſil.55.nume.61.

Hęres adeundo confirmat omnes teſtatoris diſpoſitiones pro ſua portione hęreditaria.conſil. 55.numero 54. & nu.55.

Hęres, ſi poſt reſtitutam hęreditatẽ conueniatur à creditoribus,aut legatarijs, poteſt opponere exceptionẽ, Non ſum hęres.conſ.100.num.4.

Hęres,qui non confecit inuentarium, ſi fuerit grauatus in re propria, tenetur eam inſolidum prę ſtare, etiãſi eius æſtimatio excedat totius hęreditatis emolumentum.conſil.99. num.10.

Hęres grauatus propria bona reſtituere eatenus tenetur,quatenus hęreditas teſtatoris patitur. conſ.99. num.20.

Homagium quid deſignet.conſ.5.num.53.

Hominis ingenuo liberam non eſſe rerum ſuarum alienationem,odioſum eſt.conſ.60.num.41.

Hominum inter ſe diſſidendi facilitas eſt naturalis. conſ.32.num.9.

Homo liber non eſt ſui ipſius, ſed Reip. & Principis. conſ.5.num.106.

Honor

I N D E X

Honor vita eſt proponendus. conſ.98.num. 23.

Honoratus in quota non poteſt in plus grauari, quã acceperit, ſi grauetur in quota, ſiue ſit in re, vel pecunia.conſ. 99.num. 14.Declara,vt nu.43.

Honoris, & gloriæ cauſa, quæ fiunt, non cadunt in delictum.conſ.98.num.35.

Hypotheca pro futuris bonis inſpecta veritate videtur acquiri tempore acquiſitionis bonorum, tamen inſpecta fictione, ſeu retrotractione acquiritur tẽpore contractus.conſ.41.num. 60.

Hypotheca in futuris bonis non ex dominij acquiſitione naſcitur, ſed ex conuentione, dummodo res poſteà facta ſit debitoris.conſ.41. nu.62.

Hypotheca pro futuris bonis contrahi poteſt ſub conditione.ſi poſtea acquirantur.conſ.41.num. 24.

Hypotheca tacita, quæ doti tribuitur, a die tantum matrimonij incipit competere.conſ.18.num.81. & nume. 82.

Hypothecę conſtitutio facta pro futuris bonis ſecuta acquiſitione, & ſic purificata conditione, retrotrahitur ad tempus contractus. conſ. 41. num.25.& num. 59.

Hypothecam generalem, tam præſentium, quàm futurorum bonorum, qui paciſcitur, etiam in futuris cenſetur habere ius ex conuentione. conſil. 41. nume. 18.

Hypothecaria non præſcribitur a debitore, vel eius herede, niſi ſpatio 40.annorum.conſ.93.num.13.

Hypothecata res tacitè cenſetur pro collectis. conſi.69. num.59.

I

I *Gnorantia ſupina non excuſat.conſ.5.nu.178.*

Immunitas, tanquam odioſa eſt ſtrictè intelligenda.conſ.69.num. 18. Declara,vt num. 19.

Immunitas conceſſa an competat etiam pro bonis poſtea quæſitis remiſſiuè.conſil.69.num. 76.

Immunitas ſuperueniens prodeſt, quoad munera, & onera futura, non vero, quoad ea, quæ iam erant delata, ſiue indicta. conſil.69.num.30.

Immunitas ab omnibus oneribus, tam realibus, quàm perſonalibus conceditur ob numerum duodecim liberorum, licet nonnulli cenſuerit requiri numerum ſexdecim filiorum in eo, qui non eſt decurio. cõſ. 69. num.1.& nu.74.

Immunitas conceſſa ob numerum duodecim liberorũ liberat ab oneribus impoſitis ante natiuitatem duodecimi filij.conſ.69.num.2.Declara,vt num.67. & ſeqq.

Immunitas ob numerum duodecim liberorum non eſt priuilegium, ſed beneficium.conſ.69.num.9.

Immunitas conceſſa propter numerum duodecim liberorum eſt latiſſime interpretanda. conſ. 69. numero 8.

Immunitas, ſi concedatur ob cauſam, quæ certę tantum perſonæ conuenıat, cenſetur perſonalis, & cum perſona extinguitur.conſ.27.num.70.

Immunitas ob numerum duodecim liberorum conceditur fauore Reip.conſ.69.num.16.

Immunitas extincta per mortem immunis non tenetur hæres pro oneribus impoſitis tempore, quo durabat immunitas.conſ.69.num. 37.

Immunitatis conceſſio liberat, non ſolùm ab oneribus impoſitis, ſed etiam ab ijs, quę poſtea imponuntur. conſ.69.num.3. Declara,vt num.67.& ſeqq.

Immunitatis priuilegium, tanquam odioſum eſt ſtrictè intelligendum.conſ.72.num.14.

Immunitatis conceſſio an extendatur ad onera bellica, remiſſiuè.conſ.69. num.75.

Immunitatis cauſa ceſſante ceſſat & immunitas. conſ. 69.num.44.

Immunitatis conceſſio an, & quando comprehendat onera impoſita, conſilio 69. numero 68. & numero ſequen.

Immunitatis priuilegium eſt fauorabile, maximè ſi concedatur ob numerum duodecim liberorum. cõſ. 69.num.14.& nu. 15.

Impenſa voluptuaria non eſt pręſtanda. conſ.76. nu. 67.Declara,vt num. 68.

Imperator poteſt prohibere ſubditis, ne eant ad habitandum extra dominium.conſ.5.nu. 60.

Imperialis poteſtas fuit tranſlata in Duces Sabaudię.conſ.14.num. 14.

Implicatiua extendit diſpoſitionem ad caſum magis dubitabilem.conſ.69.num.4.

Impoſitum, vel imponendum onus quotupliciter dici poſſit.conſ.69 num. 67.

Impoſſibilem rem non poteſt, nec cenſetur quis voluiſſe promittere.conſ.13. num.25.

Imputari, vt aliquid debeat in legitimam, quæ requirantur.conſ.85. num. 13. & num.ſeq.

Imputantur in falcidiam retentiones omnium temporum.conſ.84.nu. 54.

Imputãtur in legitimam legata. fideicommiſſa, & donationes cauſa mortis.conſ.84. nu. 55.

Imputantur in legitimam omnia bona profectitia, conſ.60.num.42. Et, quæ filius habuit contemplatione patris.num. 43.

Imputationis in materia non attenditur retrotractio, ſeu fictio.conſ.85. num.5.

In ambiguis id potiſſimum ſpectatur, quod à contrahentibus actum eſt.conſ.29.num. 15.

Incertitudo euentus, qui ita poteſt afferre lucrum, vt damnum, facit, vt damnum poſtea contingens non cenſeatur iniquum.conſ.65.num.55.

Incluſio vnius non eſt excluſio alterius, ſi id alio iure, vel capite includatur.conſ.74. num. 70.

Incluſio vnius eſt excluſio alterius.conſ.29. num.12. & num. 24.

Incluſio vnius non eſt excluſio alterius, quod includitur per aliam diſpoſitionem, & alio iure. conſ. 16. num. 15.

Incola recedens poſt collectam denunciatam conſulibus non poteſt eius ſolutionem recuſare, etiamſi particularis diſtributio fiat poſt receſſum.conſ.69. num. 54.

Incola recedens liberatur quidem à collectis futuris, ſed non à præteritis.conſ.69.num. 33.

Indefinita oratio æquipollet vniuerſali. conſ.46. nume.4. conſ.10.nu.2.

Indiuidua non poſſunt pro parte valere, & pro parte non.conſ.27.num.38. Et quomodo hoc procedat. num. 39.

Indiuiduum quandoque fit ex voluntate contrahentium, qui non aliter fuiſſent contracturi, quam ſi totum impleretur.conſ.77.num. 14.

Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari.conſ.1.num.57.

Inducta ad diminutionem non debent augmentum operari.conſ.10.num. 22.

Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.conſ.88.num. 17.

Indultus pro vno delicto conceſſus non trahitur ad aliud.conſ.28.num.28.

Indultus non publicatus, nihil operatur.conſ. 28. nume.26.

Inferior a Principe non poteſt ſtatuere contra ius cõmune.conſ.5.num.72.

Immunitas priuata reddunt locum non tutum, &

excuſant

Digitized by Google

INDEX.

excuſant à neceſſitate comparendi.conſ.5.nu. 110.

Iniuria, quam mater infert filijs primi matrimonij, non habetur ratio in bonis aduentitijs.conſi.59.nume.22.

Inobediens non dicitur, qui non habuit notitiam teſtamenti. conſ.65. num.71.

Inſinuatio eſt introducta, vt fraudes euitentur. conſ. 58.num.93.

Inſinuatio poteſt fieri à donante apud ſe ipſum. conſ. 58. num. 109.

Inſinuatio nihil aliud requirit, niſi publicam ſcripturam factam apud magiſtratum.conſ.58. nu. 112. Maximè, ſi nulla ſubſit controuerſia, num.113.

Inſinuatio requiritur à iure propter publicam vtilitatem, non principaliter, ſed ſecundario . conſil. 58. num.89.

Inſinuatio in donatione excedente ſummam legitimã eſt neceſſaria.conſ.18.nu. 66.

Inſtituendo potentiorem non dicitur quis dolo, aut mutandi iudicij cauſa alienare.conſ. 96.nu. 5. Declara, vt num.11.

Inſtituens hæredem vniuerſalem cenſetur diſponere de bonis, de quibus ei ſpecialiter eſt permiſſa diſponendi facultas. conſ. 1. nume. 100. Sed contra numero 101.

Inſtituens hæredem vniuerſalem cenſetur diſponere. conſ.1.num. 100.

Inſtitui poſſunt perſonæ in qualibet dignitate, & poteſtate conſtitutæ, & accipere legata ac fideicommiſſa.conſil. 96.num. 1. Declara, vt nu.11.

Inſtitutio turpi ex cauſa facta nullius eſt momenti. conſ.96.num. 10.

Inſtitutio ſecunda debet cenſeri facta ei, in quem collata eſt prima, & ſic inſtituto, non ſubſtituto.conſ. 36.num. 90.

Inſtitutio vniuerſalis continet omnia, de quibus teſtator diſponere poteſt.conſ.30. num. 14.

Inſtitutio vniuerſalis continet bona feudalia, & emphyteutica, de quibus inueſtito data fuit diſponendi, & alienandi facultas.conſ.30.nu. 15.

Inſtitutio particularis ſufficit ad ſuſtinendam teſtamentum.conſ.16.num. 6.

Inſtitutus in re particulari, ſi vniuerſalis poſteà deficiat, fit vniuerſalis per ius accreſcendi. conſ.16. num.7.

Inſtrumento ſcriptum quicquid reperitur, cenſetur ſcriptum de voluntate, & mandato partium. conſ. 58.num.19.

Inſtrumento non creditur in alijs partibus, quando in vna conuincitur non eſſe verum.conſ.45. numero 60.

Inſtrumentum publicum facit plenam, & indubitatam fidem.conſ 65.num.11.

Inſtrumentum non probat, ſi non ſit confectum iuxta ſtylum, & ſolitum ipſius notarij. conſ. 65.nume.4.

Inſtrumentum non ſolemne non probat. conſil. 65. num. 3.

Inſtrumentum non probat, niſi conſtet de rogitu notarij.conſ.65.nu.8.

Inſtrumentum illam habet iuris præſumptionem, quã dicimus, omnia in eo contenta cenſeri vera, non ſimulata.conſ.20. num. 11.

Inſtrumentum publicum eſt probatio probata.conſ. 18.num.41.

Inſtrumentum publicum habet præſumptionem pro ſe.conſ. 18.num. 40.

Interdictio aqua, & ignis qua.conſ.98.nu.25.

Intereſſe dotis conſtante matrimonio debetur ex mora.conſil.64.num. 1.

Intereſſe dotis non debetur conſtante matrimonio ex conuentione.conſ.64.num. 2. Licet nonnulli cõtrarium ſenſerint.numer.5. Declara tamen, vt numero 6.

Intereſſe dotis non debetur ſoluto matrimonio ex conuentione.conſil.64.num. 7.

Intereſſe dotis non debetur ſoluto matrimonio, aut viduæ, aut marito dotem lucranti, etiam ex mora. conſ.64.num.4. & num.11.

Intereſſe calculatum, & poſitum in creditum eſt ſors. conſ.25.nu. 10.

Intereſſe, quando non petitur, vt acceſſio, ſed, vt ſors parit aliud intereſſe.conſ.25.nu.8.

Intereſſe alterius intereſſe debetur.conſ.25.num. 6. Sed contra num.7.

Intereſſe ſummæ principalis, tanquam fructus rei hæreditariæ non venit in reſtitutionem hæreditatis. conſ.31.num. 19.

Interire pro parte dicitur fundus, quoties vis aquarum eius partem detrahit.conſ. 42.nu.4.

Interpretari potius debemus donationem eſſe cauſa mortis, quã inter viuos, ſi aliter intellecta eſſet nulla.conſ.8.num. 34.

Interpretatio in dubio ea eſt facienda, per quam altera pars non remanet in damno. conſil.90.numero 10.

Interpretatio in dubio ſumenda eſt, per quam abſurdum euitatur.conſ.72. num. 21.

Interpretatio in dubio ſumenda eſt, quæ magis congruit cum intentione ſtatuentium, ſeu diſponentiũ conſil.74.num. 29.

Interpretatio ita eſt facienda in priuilegijs, & conceſſionibus Principum, ne verba, aut clauſula cenſeãtur inutiliter appoſitæ, ſed potius, vt aliquid operentur.conſ.9. num.36.

Interpretatio in dubio facienda eſt, vt donatio potius valeat, quam, vt pereat.conſ.8.nu.33.

Interpretatio ea in dubio ſumenda eſt, per quam impeditur, ne fideicommiſſum intercidat.conſ.36.nume. 88.

Interpretatio in dubio facienda eſt contra eum, qui ſe fundat in verbis.conſ.76. nu.15.

Interpretatio, per quam actus ſuſtinetur, tanquam regina cæteris præualet.conſ.90.nu. 16.

Interpretatio ſtrictiſſimè eſt facienda in priuilegijs, latiſſimè vero in beneficijs.conſ.69.num. 11.

Interpretatio ſtrictè facienda eſt in priuilegijs, cum agitur de præiudicio tertij, ſecùs, cum de præiudicio concedentis.conſ.69. nu.12.

Interpretatio ea ſemper eſt facienda, ne actus reddatur illuſorius, & fruſtratorius. conſ. 90. numero 13.

Intimatio facta extra iuriſdictionem delegati nõ valet.conſ.53.nu. 6.

Inuentarij omiſſio non excludit filium à detractione trebellianica.conſ.57 num.9.

Inuentarij beneficium conſeruat hæredi omnia iura ſua, perindè ac ſi hæreditatem non adijſſet. conſ.50. num. 47.

Inuentarij beneficium non facit, vt quis non dicatur hæres, ſed, vt eius actiones, & iura non confundantur.conſ.48.num. 57.

Inuentarij omiſſio non grauat hæredem ſupra diſpoſitionem iuris antiqui reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis, ſed tantum reſpectu legatariorum, & fideicommiſſariorum particularium.conſ.99.num. 25. Declara, vt num.30. & ſeqq.

Inuentary beneficium conſtituit hæredem in eo ſtatu, in quo eſſet, ſi hæreditatem non agnouiſſet. conſ.48. num. 8.

Inuen-

INDEX.

Inuentarij beneficium non prodeſt hæredi ad reuocãdam feudi hæreditarij alienationem. conſil. 48. nume. 6.

Inuentarij beneficium conſeruat omnia iura pertinẽtia ad filium alio iure, quam hæreditario. conſ. 48. num. 24.

Inuentarium tutelare ſufficit ad hoc, ne amittatur trebellianica. conſ. 57. num. 5. Maximè, ſi tutor ſit etiam fideicommiſſarius num. 6. Secus in falcidia. num. 50. & 51.

Inuentarium, quod grauatus confecit ad petitionem fideicommiſſarij, probat quantitatem bonorum hæreditariorum. conſ. 31. num. 7.

Inuentarium tutelare probat quantitatem bonorum, ſed non prodeſt, quoad ea, quæ requirunt inuentarium legale. conſ. 57. num. 52. & cur. num. 53.

Inueſtiti ius agnatis acquirere non poſſunt. conſ. 45. num. 100.

Inueſtitura relata ad diuiſionem denotat omnia bona, quæ diuidens habuit in diuiſione eſſe feudalia. conſ. 44. num. 59.

Iudex in cauſa propria nemo eſſe poteſt. conſ. 5. nuro 143.

Iudex non poteſt reum ſub fideiuſſione relaxatum nullis ſuperuenientibus nouis indicijs, & quidem primis vrgentioribus, nullaque ſubſiſtente iuſta cauſa ad carceres reuocare. conſ. 98. num. 4.

Iudex debet relaxare reum ſub fideiuſſione, ſi credat delictum eſſe tale, vt propter id non veniat irroganda pœna corporalis. conſ. 98. num. 29. Et quando id procedat. num. 30.

Iudex ad euitandos circuitus poteſt pronunciare ſuper meritis notoriè ex actis apparentibus, etiam de eo, quod non fuit petitum. conſ. 23. nu. 3.

Iudex, ſi ei conſtet de iure actoris per confeſſionem rei, poteſt eum condemnare etiam ad id, quod non fuit in libello petitum. conſ. 23. num. 2.

Iura, & actiones non circumſcribũtur loco. conſ. 74. num. 114. Declara, vt num. 115.

Iura facilius ſuccurrunt facienti ex neceſſitate, quã ex voluntate. conſ. 5. num. 74.

Iuramenti recuſatio tacita confeſſio eſt, & fideicommiſſum probat. conſ. 18. num. 18.

Iuramento ſuppletiuo, vt ſit locus, requiritur probatio ſemiplena. conſ. 63. num. 12.

Iuramento ſuppletiuo locus non eſt, niſi, quando probatio eſt imperfecta. conſ. 63. num. 10.

Iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis. conſ. 58. num. 99.

Iuramentum eſt ſtricti iuris, & quatenus oblationem excedit, nihil operatur. conſ. 62. num. 9.

Iuramentum regulariter debet potius deferri reo, quã actori. conſil. 63. num. 11.

Iuramentum ſuppletiuum non debet ei deferri, qui nõ habet plenam notitiam rei, qua de agitur. conſ. 63. num. 14.

Iuramentum non confirmat contractum ſimulatum. conſ. 20. num. 34.

Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis. cõſil. 18. num. 67. Sed contra num. 72.

Iuramentum poteſt acceptari reſecta qualitate, ſuper qua non fuit facta oblatio. conſ. 62. num. 8.

Iuramentum nõ debet referri ad verba enunciatiua, ſed tantum ad principalia. conſil. 58. nu. 85.

Iuramentum de non contrauueniendo ſufficit, vt donatio etiam non inſinuata valeat. conſ. 58. nu. 87.

Iuramentum non requirit tactum ſcripturarum præcipuè in viris illuſtriſſimis, quorum ſolæ promiſſiones ſub fide ſua facta idem operantur, quod iuramenti appoſitio. conſ. 58. nume. 118.

Iuramentum ſupplet defectum formæ, quæ principaliter requiritur propter vtilitatem priuatã. conſ. 58. num. 94.

Iuramentum habet vim ſpecialis approbationis. conſ. 57. num. 45.

Iuramentum refertur ad omnia præcedentia, ſiue principaliter, ſiue incidenter, ſiue acceſſoriè narrata ſint propter illam clauſulam, quæ omnia, & ſingula, &c. conſ. 58. num. 120.

Iuramentum operatur, vt verba enunciatiua inducant diſpoſitionem. conſ. 58. nu. 15.

Iuramentum ita demum ſupplet defectum inſinuationis, ſi ſpecialiter renunciatum ſit legibus inſinuationem requirentibus. conſ. 58. num. 80. Sed contra num. 87. & 88. Declara, vt num. 116.

Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis, etiamſi renunciatum ſit omni legum, & iuris auxilio. conſ. 58. num. 81. Sed contra num. 97.

Iuramentum non videtur confirmare alienationem à minore factam contra expreſſam prohibitionem teſtatoris. conſ. 36. num. 35. Sed contra num. 58.

Iuramentum in litem non datur ex dolo defuncti cõtra hæredem. conſ. 31. num. 11. Limita, vt numero 12.

Iuramentum in litem defertur fideicommiſſario contra grauatum, qui non confecit inuentarium. conſ. 31. num. 8. Quicquid cenſuerint relati. nu. 9.

Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis, niſi ſit renunciatum legibus inſinuationem requirentibus. conſ. 18. num. 68. Sed contra. num. 73.

Iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis. conſ. 18. num. 76.

Iuramentum in litem defertur contra grauatum, qui fecit quidem inuentarium, ſed in eo ſciens non eſt complexus omnia bona, & iura hæreditaria. conſ. 31. num. 10.

Iure accreſcendi, quod capitur, non imputatur in legitimam. conſ. 85. num. 8. Sed contra num. 39. Declara, vt num. 35. & ſeqq.

Iure non decreſcendi, quod capitur, debet imputari in legitimam. conſ. 85. num. 34.

Iuriſdictio transfertur cumulatiuè in ordinarium, vel delegatum, in vaſſallum vero priuatiuè. conſ. 5. num. 35.

Iuriſdictio in vaſſallum transfertur cumulatiuè, non priuatiuè. conſ. 5. num. 9. Sed contra nu. 26.

Iuriſdictio cenſetur tranſlata in vaſſallum priuatiuè ſaltem, quoad exercitium. conſ. 5. num. 36.

Iuriſdictio, vt etiam in mari ſit, publica poſtulat vtilitas. conſ. 14. num. 29.

Iuriſdictio in mari protenditur vſque ad centum milliaria. conſ. 14. num. 34. Imo etiam vltra, ſi mare nõ ſit aduerſo territorio propinquius. num. 35.

Iuriſdictionem in mari habere cenſetur, qui propè illud territorium habet. conſ. 14. num. 32.

Iuriſdictionis voluntariæ, quæ ſunt, poſſunt à magiſtratu fieri apud ſemetipſum. conſ. 58. nu. 110.

Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur ex deputatione officialium, & exercitio actuum iuriſdictionalium. conſ. 13. num. 3.

Ius accreſcendi etiam in ſpe transfertur in eos, ad quos tranſit portio principalis. conſ. 3. nu. 36.

Ius accreſcendi locum habet etiam poſt acquiſitionem, quando quis priuatur portione ſibi relicta ex diſpoſitione legis, vel teſtatoris. conſil. 17. nu. 30.

Ius accreſcendi prouenit ex tacito iudicio teſtatoris. conſ. 85. num. 16.

Ius accreſcendi non habet locum inter fideicommiſſarios vniuerſales omnimodo disiunctos. conſ. 84. nu. 21. & cur num. 22.

Digitized by Google

INDEX.

Ius accreſcendi non habet locum inter fideicommiſſarios uniuerſales, qui nullo coniunctionis nexu iunguntur. conſ.85. num.33.

Ius accreſcendi eſt veluti quadam ſubſtitutio. conſ.85. num.11.

Ius accreſcendi locum habet inter legatarios, & fideicommiſſarios etiam verbis tantum coniunctos. conſ.95. num.7.

Ius accreſcendi transfertur in ſubſtitutum tametſi disiunctum. conſ.3. num.31.

Ius accreſcendi non habet locum inter filias, quibus ſingulis teſtator legauit mille pro ſua dote. conſ.95. num.9.

Ius accreſcendi tranſmittitur ad hæredes. conſ.3. nume.34.

Ius accreſcendi locum habet in fideicommiſſis tam uniuerſalibus, quam particularibus. conſ.1. numero 115.

Ius accreſcendi locum habet etiam in fideicommiſſis uniuerſalibus. conſ.3. num.16.

Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo disiunctos in legato uſusfructus. conſ.46. nu.10.

Ius accreſcendi non habet locum in rebus diuerſis. conſ.17. num.38. *Nec in diuerſis teſtamentis.* nu.87.

Ius accreſcendi locum habet etiam in donatione cauſa mortis. conſ.8. num.48.

Ius accreſcendi eſt tacita quadam ſubſtitutio. conſil.17. num.85.

Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo disiunctos in fideicommiſſis uniuerſalibus. conſil.3. num.30.

Ius alicui quæſitum ex diſpoſitione, & facto alterius, etiam ſi competat in ſpe, non poteſt ei ſine voluntate ipſius auferri. conſ.55. num.23.

Ius alicui quæſitum ex contractu tertij, non poteſt ei tolli ſine conſenſu eius, qui contraxit. conſil.55. num.41.

Ius de futuro, licet ſimplici renunciatione remitti non poſſit, poteſt tamen remitti pacto. conſ.54. num.16. *Limita, vt* num.26.

Ius non decreſcendi præſupponit vocatum totam rem habere iure ſuo, nec acquirere, ſed retinere. conſil.30. num.28.

Ius publicum non, niſi contrario iure publico, ideſt cōtraria lege poteſt adimi. conſ.54. num.22.

Ius, quod quæritur alicui ex meo contractu inito, cū alio, poſſum arbitrio meo quandocunque reuocare. conſ.55. num.17.

Ius, quod in ſpe filijs competit ex beneficio patris, poteſt illis ex eiuſdem diſpoſitione, quaſi profectitium auferri. conſ.55. num.16.

Ius retinendi, ſiue ius excipiendi, quod competit hæredi abſoluturo æs alienum teſtatoris, in emptorem, & quemlibet ſingularem ſucceſſorem transfertur. conſ.36. nu.15.

Ius ſingulare in vno denotat ius commune in contrarium. conſ.41. num.51.

Ius ſuperueniens in perſonam authoris confirmat ius in perſona ſucceſſoris. conſ.17. nu.60. & conſ.30. nume.16.

Iuſtitiæ munus conſiſtit etiam in irrogandis pœnis ſtatutis a lege. conſ.5. nu.184.

Iuſtus nec ira, nec odio mouetur. conſ.5. nu.125.

L

LAeſa an ſit Eccleſia in datione in emphyteuſim, vel alio contractu, ſpectandum eſt tempus cōtractus. conſ.76. num.19.

Læſio æſtimatur inſpecto tempore contractus, cum agitur de reſcindenda venditione. conſ.76. nu.18.

Læſio enormiſſima, quæ dicatur. conſ.79. nu.8.

Confirmantur, Menoch.conſ.727. num.105.* Ergo,
& in caſu noſtro vocando filios cenſetur omnē
eligendi facultatem excluſiſſe.

Minus eſt, quod aliquis reſpondeat, ordinem
hunc ſeruandum quidem eſſe, cum adſunt de-
ſcendentes eius, qui moritur, ſed non, cum ali-
quis moritur ſine deſcendentibus, quaſi tunc ſuf-
ficiat bona in cæteris deſcendentibus conſer-
uari, & ea ratione liceat morienti vnum ex iis
etiam remotiorem eligere, quia verius eſt, Imo
etiam in hoc caſu ſeruandum eſſe hunc ordinē
proximioritatis; Nam, cum aliquis ex deſcen-
dentibus moritur ſine filiis legitimis, & natura-
libus, aut legitimatis, aut adoptatis ſubſtituit
ei teſtator alios deſcendentes in hæc verba.
*Item voglio, che morendo alcuno de miei deſcendenti
maſchi, come di ſopra ſenza figli legitimi, & natu-
rali, ouero legitimati, ò adoptati come di ſopra, gli
ſuccedano gl'altri deſcendenti maſchi legitimi, & na-
turali ſoli, & in ſubſidio legitimati, & adoptati, ſecon-
do l'ordine predetto.* Itaque ſubſtituit etiam eos
per verbum ſuccedant, & ſic compēdioſè; Quo
fit, vt etiam eos cenſeatur vocaſſe gradatim, &
ordine ſucceſſiuo, & per conſequentias omnem
eligendi facultatem excluſiſſe, ſecundum ea,
quæ ſupra dicta ſunt, Maximè cum poſtea de-
claret per huiuſmodi verba ſe in caſum mortis
vocaſſe proximiores dum proſpiciens in caſum
delicti ita ait. *Et in quel caſo a tale delinquenti, gli
ſubſtituiſco gli ſuoi figliuoli maſchi, & come ho detto
di ſopra, & non hauendo figli come ho detto di ſopra,
gli ſubſtituiſco li piu proſſimi delli miei deſcendenti
maſchi come di ſopra, e quelli, che ſuccederiano per vi-
gore del preſente teſtamento in caſo, che detto delin-
quente nō haueſſe commeſſo errore alcuno, e foſſe mor-
to ſenza figli come di ſopra:* Nam his verbis aper-
tiſſimè declarat, in caſum quo deſcendens mo-

Digitized by Google

ſtant ſine filijs, vigore huius teſtamenti ſucce-
dere debere proximiores deſcendentes, & hoc
modo non licere morienti eligere remotiorem,
quia, quando teſtator vocat proximiores, ceſſat
37 omnis eligendi facultas † *d.l. cu ita 33. §. in fidei-
commiſſo. ff. de leg. 2.*

Nec obſtat, quod nõ dicat teſtator, *li piu proſ-
ſimi dell'iniei deſcendenti maſchi quelli che ſucceder-
ranno &c.* ſed, *& quelli che ſuccederrano*, quibus
verbis videtur ſignificare eos, qui vigore teſta-
menti ſucceſſuri ſunt in caſum mortis non ſolũ
eſſe proximiores, ſed etiam alios, propter illam
38 dictionem, & quę ponitur inter diuerſa, † *ut not.
gl. in rub. ff. de iure, & facti igno. Bart. in l. ſi is, qui
ducenta 14. in prin. ff. de reb. dub. Pariſ. conſ. 7. num.
30. vol. 3. Soc. iun. conſ. 36. num. 11. vol. 4. Decia. conſ.
25. num. 16. vol. 2. Bolog. conſ. 10. nu. 11. Oſaſ. conſil.
19. num. 33. Petrog. conſ. 36. num. 8. vol. 1.* quia re-
ſpondeo id procedere quoties illa dictio poni-
tur copulatiuè, & ampliatiuè ſecus vero quando
39 ponitur declaratiuè pro idest † *ut in l. ſi in vendi-
tione 60. & ibi glo. in verb. & ex natur. ff. de act.
§. fin. & ibi gloſ. in verb. & Inſt. de teſta. tut. cap.
cupientes 16. verſ. denique & ibi gloſ. in verb. & aliqui
de elect. in 6. Soc. Iun. conſ. 143. num. 23. vol. 1. Dam.
conſ. 102. num. 8. Men. conſ. 987. nu. 15. & 14.* Tunc
enim non ponitur inter diuerſa, ſed inter eadem,
vt euenit in caſu noſtro: Nam teſtator poſtea
quã dixit ſe ſubſtituere proximiores in caſũ deli-
cti, declarat ſe non intelligere de omnibus, ſed
tantum de iis, qui vocarentur in caſum mortis,
idest de legitimis, & naturalibus, non de legiti-
matis, aut adoptatis ſecundum ordinem ſupra
præſcriptum. Itaq; ſic ait, *gli ſubſtituiſco li piu proſ-
ſimi &c. & quelli &c.* hoc eſt ſubſtituo proximio-
res, non omnes; nec cuiuſcumq; qualitatis, ſed
eos tantum, qui in caſum mortis fuerunt ſupra
ſubſtituti, videlicet legitimos, & naturales, non
legitimatos, aut adoptatos, ſecundum ordinem
ſupra præfinitum: Nam & hoc eodem dicendi
genere vſus eſt in verbis præcedentibus, cum lo-
quitur de filijs delinquentium, quos ipſis patri-
bus ſubſtituit: ita enim ait, *gli ſubſtituiſco li ſuoi
figliuoli maſchi, & come ho detto di ſopra*, idest, &
eodem ordine quem ſupra præſcripſit, vt ſcilicet
legitimi, & naturales prius admittantur, quam
legitimati, aut adoptati; Vnde cum in hac parte
ſubſtitutionis, qua filij delinquentium vocan-
tur, illa dictio, & ponatur declaratiuè, & reſtri-
ctiuè, non ampliatiuè, nec copulatiuè, conſe-
quens eſt, vt eodem quoq; modo conſeri debeat
appoſita in alia parte ſubſtitutionis, qua vocan-
tur alij deſcendentes, cum vna pars teſtamenti
40 declaret aliam † *l. ſi ſeruus plurium 53. §. vlt. ff. de
leg. pri.* maximè, cum vtraq; tendat ad eundem
finem, nempe ad vocandas perſonas in caſum
delicti eodem ordine, quo fuerant vocatæ in ca-
ſum mortis; Deniq; niſi teſtator voluiſſet hunc
proximioritatis ordinem in fideicommiſſaria
ſucceſſione obſeruari cum deſcendens moritur
ſine filijs, non ne fruſtra permiſiſſet, vti poſſet
vnum ex alijs deſcendentibus adoptare? Si enim
per quamcunq; diſpoſitionem poſſet in remo-
tiorem transferre ad proximiorum præiudiciũ,
cur fieret adoptio? Et tamen, ſi quis ex deſcen-
dentibus moriatur ſine filio ſaltem adoptiuo,
vocat teſtator alios deſcendentes, quorum ap-
pellatione non niſi proximiores primo loco vo-
cantur, vt dictum eſt. Omnimodo igitur ſigni-
ficat ceſſantibus filijs ſaltem adoptiuis ſe nolle
bona in alios, quam in proximiores transferri.

Et hoc, vt ingenuè fatear, apud me dubium non
habet.

Quo Primo ſuppoſito demonſtrato vero, ſe-
quitur, vt demonſtrem ſecundum, teſtatorem
ſcilicet per ſubſequentem prohibitionem alie-
nationis non receſſiſſe ab ordine præfinito, in
ſubſtitutione præcedenti, nec dediſſe facultatem
alienandi in remotiorem; aut vnum ex proxi-
mioribus ad aliorum præiudicium. Hoc au-
tem multis demonſtro fundamentis, &

Primo, quia quando præcedit ſubſtitutio, ex
qua naſcitur prohibitio alienationis tacita, &
legalis, non impediens interim alienationem,
ſed eam tantum reſoluens purificata conditio-
ne *l. vlt. §. ſin autem ſub conditione C. comm. de legat.*
deinde ſequitur expreſſa hominis prohibitio ex-
tra familiam vel deſcendentes, illa verba, extra
familiam, vel deſcendentes intelliguntur qui-
dem appoſita ad limitandam prohibitionem
hominis, ſed non ad limitandam prohibitionẽ
legis. Itaq; operantur, vt ſi alienetur in familia
non cenſeatur factum contra expreſſam teſtato-
ris prohibitionem ita, vt ſtatim ad reuocatio-
nem agi poſſit, vt eueniret, ſi alienatio contra
41 præceptum teſtatoris facta fuiſſet † *l. peto 70. §.
fratre à fratre. l. cum pater 79. §. libertis ff. de leg. 2. L. 1. Pereg.
de fideic. art. 14. nu. 8.* ſed non impediunt, quomi-
nus ſecuta morte poſſint fideicommiſſarij rem
alienatam reuocare, virtute illius tacitæ prohi-
bitionis quæ nata fuerat ex præcedenti ſubſtitu-
42 tione: † *Ita enim ſcribunt Curt. Iun. conſ. 264. nu.
15. verſ. tertio & num. ſeqq. Pariſ. conſ. 55. num. 16.
verſ. Verum vlterius vol. 2. Gabr. conſ. 123. num. 40.
in ſin. & num. 41. vol. 1. Alb. conſ. 413. num. 13. Odd.
conſ. 48. num. 4. verſ. his tamen, & num. ſeqq. Pereg.
conſ. 38. num. 3. verſ. 7. iſtis, & nu. ſeqq. vol. 1. & recte:*
Nam & hoc ipſum dicitur quoties præcedit ſub-
ſtitutio, deinde ſequitur prohibitio alienationis
limitata reſpectu temporis, puta, quia teſtator
prohibet alienationem intra 25. annum; Illa
enim temporis adiectio iuxta veriorem, & re-
ceptiorem ſententiam limitat quidem expreſ-
ſam hominis prohibitionem, ſed non tacitam
prohibitionem legis ex præcedente ſubſtitutio-
43 ne proficiſcentem: † *Ita enim conſuerunt Caſtr.
conſ. 263. nu. 3. verſ. ſed ad primum vol. 2. Dec. conſ.
386. num. 3. vbi num. 4. verſ. & hoc idem, ait ſe nunqua-
m fuiſſe, qui contrarium conſuluerint. Soc. Iun. conſ.
130. num. 6. vol. 1. vbi num. 12. ſubijcit, ſe hunc caſum
habere pro clariſſimo, & tali, vt probabili dubitatione
careat, & conſ. 188. num. 22. & 23. in fi. vol. 2. Ruin.
conſ. 117. num. 26. & 27. & conſ. 153. num. 14. vol. 2.
Pariſ. conſ. 31. num. 39. & conſ. 55. num. 16. vol. 2.
Alcia. conſ. 136. num. 3. lib. 9. Gabr. conſ. 132. nu. 61.
vol. 1. Ceph. conſ. 153. num. 42. Ozaſ. deciſ. 81. nu. 14.
& in fi. refert ita fuiſſe iudicatum, Mago. deciſ. flor.
149. num. 21. & 22. vbi pariter ita fuiſſe deciſum at-
teſtatur, Odd. conſ. 48. num. 7. vbi teſtatur hanc eſſe
communem, Andr. Fach. lib. 6. controu. iur. cap. 75.
Pereg. de fideic. artic. 40. num. 64. verſ. in hac re, &
conſ. 40. num. 2. vol. 2. vbi etiam in fi. refert. ita fuiſſe
iudicatum, ex quibus apparet hanc ſententiam eſſe re-
ceptiorem, & probabiliorem,* quoniam illæ dictio-
nes extra, intra, cæteræq; ſimiles non diſponunt
in contrario, ſed ſolùm id excludunt à diſpoſi-
tione facta: Itaq; cum dico, Prohibeo extra,
non cenſeor dicere, permitto intra, quia hoc mo-
mo diſponerem, ſed intra non prohibeo, & ſic
relinquo rem in iis terminis, in quibus eſſet, ſi
prohibitio facta non eſſet, & ſimili modo, cum
dico, prohibeo intra, non cenſeor dicere, permit-

Google

to vltra, quia, & hoc modo diſponerem, ſed, vltra non prohibeo, & ſic relinquo rem in iis terminis, in quibus eſſet non facta prohibitione, vt ita liceat alienare, ſi non alia ſubſit prohibitio, ſi verò ſubſit, non liceat: hoc enim eſt, quod tàm frequenter dici ſolet, argumentum à contrario ſenſu non poſſe duci ad inducendam diſpoſitionem, ſed tantum ad excludendum id, quod diſ-
44 ponitur in caſu contrario: † *Ita declarant omnes in l. 1. in prin. & præcipuè Dec. num. 38. ff. de off. eius, Dec. conſ. 386. num. 4. verſ. & hoc idem, Soc. Iun. conſ. 130. num. 6. vol. 1. Pereg. d. conſ. 40. num. 5. verſ. 5. & nu. 6. vol. 2.* Quinimò ſecundum multorum ſententiam, hoc idem dicitur, etiam ſi prohibitio fiat cum illa dictione niſi, puta ſi di-
45 catur, prohibeo alienari, niſi, in familia, † *vt videre eſt apud Pariſ. d. conſ. 55. num. 16. verſ. Vlterius vol. 2. Alb. conſ. 413. num. 13. Odd. conſ. 48. nu. 4. verſ. his tamen, & num. ſeqq. iuncto nu.* 1. vel pro-
46 hibeo alienari, niſi poſt 25. annum, † *vt apud Dec. conſ. 386. num. 3. verſ. ſed prædictis, Pariſ. conſ. 31. num. 39. iuncto num. 34. vol. 2. Andr. Facb. lib. 6. contro. cap. 75. verſ. nec verbum*, nam neq; ab hac dictione poteſt duci argumentum à contrario ſenſu ad inducendam diſpoſitionem, ſed tantum ad eam excludendam à diſpoſitione expreſſa, & rem relinquendam in iis terminis, in qui-
47 bus eſſet non facta prohibitione † *l. Titia 59. §. fin. ff. de man. teſt. & ſcribunt Dec. d. conſ. 386. num. 4. verſ. & hoc idem, Andr. Facb. d. lib. 6. contr. cap. 75. verſ. Nec verbum* ſcilicet, quia vis huius dictionis, niſi eſt exceptiua, & limitatiua, excipit enim, & excludit à diſpoſitione id ipſum, quod
48 ſub ea continetur † *vt ſcribunt Iaſ. in l. ſicum. 10. §. qui iniuriarum num. 26. ff. ſi quis caut. Pariſ. conſ. 17. num. 22. & conſ. 96 num. 109. vol. 1. Menoch. conſ. 228. num. 33.* Sed non diſponit in caſu contrario *d. l. Titia 59. §. vlt.* Si igitur hæc obſeruantur in prohibitione limitata per dictionem, niſi, quanto magis debent obſeruari in prohibitione limitata per dictionem, intra, vel extra, vt in caſu noſtro, cum maior ſit vis huius dictionis, niſi,
49 quam earum, intra, extra † *vt ſcribit Decia. conſ. 78. num. 9. vol. 3.* adeo, vt plerique cenſeant referre, vtrum ita dicam, prohibeo alienari intra 25. annum, vel prohibeo alienari niſi poſt 25. annum, vt priore caſu non cenſear permittere poſt 25. ad euerſionem precedentis ſubſtitutionis, po-
50 ſteriore verò contra; † *Ita enim ſcribit Pereg. d. conſ. 40. num. 5. vol. 2.* & ſimili modo non cenſear permittere alienationem in præiudicium ſubſtitutionis, cum dico prohibeo alienari extra familiam, contra verò cenſear permittere, cum di-
51 co, prohibeo alienari, niſi in familia, † *ita Decia. conſ. 27. num. 39. verſ. Non obſtat tertium, vol. 3.* ſiz. quia (ſecundum eos) dictio niſi ponit expreſſè in caſu contrario, non etiam illæ dictiones, intra, extra, & vbi permiſſio alienandi eſt expreſſa tollit etiam tacitam prohibitionem legis, vbi
52 verò eſt tacita, non tollit, † *vt ſcribunt Rum. conſ. 153. num. 14. vol. 2. Gabr. conſ. 123. num. 41. & conſ. 132. num. 6. vol. 1. Alcia. conſ. 112. num. 29. lib. 9. Decia. d. conſ. 27. nu. 39. verſ. Non obſtat tertium, vol. 3. & conſ. 42. num. 7. vol. 4.*

Secundò verò dato citra veri præiudicium, quod regulariter prohibitio alienationis extra familiam, vel deſcendentes limitet ſubſtitutionem precedentem, vt ita demum locum habeat, ſi non ſit facta alienatio in vnum de familia, vel deſcendentibus, *vt eſt illorum opinio, quos retulimus ſupra num.* 12. Hoc tamen ità demum verũ eſt, ſi conſtet, teſtatorem in hoc voluiſſe alterare præcedentem ſubſtitutionem, aut ſaltem de hoc dubitari poſſit. Cœterum, ſi è contrario manifeſtum ſit, eum noluiſſe recedere à præcedenti diſpoſitione, nec voluiſſe ordinem in ea præſcriptum alterare, tunc nemo dixerit, ſubſtitutionẽ à ſubſequente prohibitione alienandi limitari, quia talis limitatio non poteſt fieri niſi à tacita voluntate teſtatoris, quæ colligitur ex illa permiſſione deducta à contrario ſenſu, per quam teſtator cenſetur à priore diſpoſitione in hac parte receſſiſſe, Sed quando adeſt expreſſa voluntas teſtatoris non recedendi, tunc ceſſat tacita, quia
53 expreſſum facit ceſſare tacitum † *l. cum ex filio 39. §. filio ff. de vulg.* Ergo, quaſi ceſſante limitationis cauſa, ceſſare quoq; debet ipſa limita-
54 tio † *l. adigere 6. §. quãuis ff. de iur. patr. cap. cum ceſſante, extr. de appell.* In caſu autem noſtro manifeſtè conſtat teſtatorem noluiſſe per prohibitionem ſubſequentem recedere à præcedente ſubſtitutione, aut ordinem in ea præſcriptũ alterare, quia non dixit ſimpliciter, ſe prohibere alienationem extra ſuos deſcendẽtes, ſed extra ſuos deſcendẽtes, *ſecondo il modo, & ordine come ſopra;* Deinde adiecit, hoc ideo ſe facere, quia finalis intentio ſua eſt, vt bona perpetuo conſeruentur in ſuis deſcendentibus, *ſecondo il modo, & ordine, delli quali di ſopra,* quibus verbis apertiſſimè declarauit, ſe nolle recedere à ſubſtitutione præ-
55 cedente, nec ab ordine in ea præſcripto, † *vt ſcribunt Alex. conſ. 59. num. 21. verſ. Non obſtat vol. 3. Dec. conſ. 377. num. 5. verſ. Nec obſtat, & Beret. conſ. 108. num. 17.* & conſequenter, ſe non ſolum eam alienationem prohibere, quæ fiet in extraneos, ſed etiam eam, quæ fiet inter ipſos deſcendentes non ſeruato ordine ſupra præſcripto; hoc enim ſignificant illa verba, ordine, quo ſupra, *ut ſcriuit Ozaſ. conſ. 72. nu. 7.* Dicitur autem fieri alienatio non ſeruato ordine ſupra præſcripto non ſolum, cum alienatur legitimato, extante legitimo, & naturali, vel adoptato extante legitimato, vel tranſuerſali, extantibus deſcendentibus, ſed etiam cum extantibus deſcendentibus eiuſdem qualitatis alienatur remotiori, ſi extent proximiores, vel vni ex proximioribus ſi plures extent, quoniam ordo ſupra præſcriptus hæc omnia continet, *vt oſtendimus in primo præſuppoſito.* Cenſetur ergo omnes has alienationes prohibuiſſe, quoniam illa verba *come di ſopra,* ſunt relatiua, & repetitiua omnium qualitatum eius, quod refertur, & operantur, vt ordo, quem ibi teſtator præſcripſit cenſeatur hic ſingulatim, & cum omnibus ſuis circumſtantiis, & qualitatibus
56 repetitus, † *vt ſcribunt Decia. conſ. 72. num. 64. vol. 1. Ceph. 269. num. 40. Menoch. conſ. 144. nu. 14.* Ex quo intelligimus teſtatorem non cenſeri per huiuſmodi prohibitionem dediſſe facultatem alienandi in remotiorem, vel vnũ ex proximioribus, quia hoc modo feciſſet actum contrariũ cauſæ finali ipſius actus: nam cauſa finalis prohibitionis eſt, vt bona conſeruentur in ſuis deſcẽdentibus ſecũdum ordinem ſupra præſcriptum, & permittendo alienationem inter deſcendentes efficeret, vt conſeruarentur non ſeruato ordine prædicto, quod eſſet abſurdiſſimum, & contra regulam, qua dicimus inducta ad vnum finẽ,
57 non debere contrarium effectum operari, † *l. legata inutiliter 14. ff. de adim. leg. l. legata inutiliter 19. ff. de leg. pri.*

Tertiò, licet teſtator in prohibitione alienationis non expreſſiſſet illa verba, *ſecondo il modo, & ordine,*

& ordine, di quali di ſopra, adhuc tamen per hu-
iuſmodi prohibitionem non cenſeretur dediſſe
facultatem eligendi remoriorem, vel vnum ex
proximioribus,& hoc modo limitaſſe præceden
tem ſubſtitutionem, quia prohibitio alienatio-
nis non poteſt limitare ſubſtitutionem præcedē-
tem, niſi ex ipſa ſit limitata: Cauſa enim non li-
mitata non poteſt limitationis, & reſtrictionis
58 effectum operari † *l. in agris* 16. *ff. de acq. rer. dom.*
& per conſeqnentias non poteſt operari, vt gra-
uatus, qui ſtante ſola ſubſtitutione non poterat
eligere remotiorem, poſſit eum eligere, niſi ipſa
prohibitio talem per ſe tribuat facultatem, At-
qui in caſu noſtro prohibitio alienationis facta
ſub ea forma, quæ legitur in teſtamento Co. Da-
nielis, etiam ſi conſideretur per ſe, & ſeparata à
ſubſtitutione præcedenti, non tribuit huiuſmodi
facultatem, ſed hoc reſpectu non cenſetur limi-
tata, non obſtante, quod dictum ſit, prohibeo
alienari extra deſcendentes, Non poteſt igitur in
hoc cenſeri præcedentem ſubſtitutionem, quæ
erat ſimplex, & abſoluta limitaſſe: Minor autē
illa, in qua (meo iudicio) tota ferè vis huius con
ſultationis continetur, probatur ex eo, quia, vt
prohibitio alienationis extra familiam, vel de-
ſcendentes tribuat facultatem eligendi vnum
ex familia, vel deſcendentibus, debet eſſe talis,
vt inducat fideicommiſſum in caſum tantùm
contrauentionis. Cœterū, ſi id inducat ſimplex,
& abſolutum, non ſolùm in caſum contrauen-
tionis, ſed etiam in caſum mortis, magis eſt, vt
omnem alienandi, & remotiorem eligendi fa-
59 cultatem excludat. † *Ita in ſpecie docuerunt Soc.
Sen. conſ.* 227. *num.* 4. *verſ. ex quibus arguo ſic vol.*
2. *Ruin. conſ.* 89. *num.* 19. *verſ. ſi ergo fideicommiſ-
ſum conſ.* 101. *num.* 14. *&* 15. *conſ.* 119. *nu.* 6. *verſ.
& vltra eum, & conſ.* 127. *num.* 13. *verſ. Nam quā-
doq; prohibitio vol.* 2. *& conſ.* 168. *num.* 1. *&* 26.
verſ. ſed reſpondendo vol. 3. *Curt. Iun. conſ.* 22. *nu.*
22. *conſ.* 161. *num.* 13. *verſ. confirmantur, & conſ.*
167. *num.* 4. *verſ. ſi enim ibi, Dec. conſ.* 218. *nu.* 14.
verſ. nam facta, & num 15. *verſ. ſed iſtis, conſ.* 287.
num. 12. *conſ.* 377. *num.* 4. *&* 6. *verſ. & iſta ratio,
& conſ.* 422. *num.* 8. *&* 9. *Gabr. conſ.* 132. *num.* 65.
in fi. & num. 66. *vol.* 1. *Gozad. conſ.* 52. *nu.* 3. *verſ.
ergo ſequitur, Alcia. conſ.* 36. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 9.
Crau. in d. l. filiusf. 117. *§. Diui* 2. *num.* 221. *ff. de
leg. pri. & conſ.* 987. *num.* 17. *Beret. conſ.* 75. *nu.* 11.
Ceph. conſ. 730. *num.* 34. *Nat. conſ.* 110. *num.* 11.
verſ ſecundo reſpondeo, & conſ. 1. 1. *num.* 1. *verſ.* 2.
reſpondeo, Decia. conſ. 31. *num.* 107. *&* 108. *vol.* 1.
Petra de fideic. q. 7. *num.* 2. *&* 6. *Pereg. de fideic.
artic.* 14. *num.* 7. *&* 18. *Menoch. conſ.* 327. *num.* 96.
verſ. hoc itaq; & num. 105. *& apertius num.* 114.
verſ. aut dicimus, Surd. conſ. 415. *num.* 21. *verſ.* 2.
reſpondeo, & deciſ. 238. *num.* 13. *&* 14. *Laderch.
conſ.* 120. *num.* 8. *verſ. & ex his,* ex quorum nume-
ro ſatis liquet, hanc eſſe receptiorem ſententiā,
Imo (quod plus eſt) apud omnes veteres indubi-
tatam, cum habeant in confeſſo facultatem alie
nandi pendere ab eo, nunquid prohibitio aliena
tionis inducat fideicommiſſum ſimplex, & ab-
ſolutum, an verò ſolùm in caſum contrauen-
tionis, quod ex co intelligimus, quia, vt probent
fideicommiſſum, quod ex prohibitione aliena-
tionis inductum eſt, vel eſſe conditionale, vel
ſimplex, & abſolutum, argumentum ex eo de-
ducunt, quod in ſpecie, de qua loquuntur, liceat,
vel non liceat alienare in remotiorem; nam, vbi
licet, ita inferunt. Ergo fideicommiſſum non eſt
ſimplex, & abſolutum, quia alioquin non lice-
60 ret, † *vti videre eſt apud Soc. Sen. d. conſ.* 227. *num.*
4. *verſ. ex quibus arguo ſic vol.* 2. *Ruin. d. conſ.* 89.
num. 19. *verſ. ſi ergo fideicommiſſum vol.* 2. *& d.
conſ.* 168. *nu.* 26. *verſ. ex hoc patet vol.* 3. *Curt. Iun.
d. conſ.* 167. *num.* 4. *Dec. d. conſ.* 218. *num.* 14. *verſ.
nam facta, & num.* 15. *verſ. ſed iſtis, d. conſ.* 377. *nu.*
4. *&* 6. *& d. conſ.* 422. *num.* 8. *&* 9. *Gozad. d. conſ.*
52. *num.* 3. *verſ. ergo ſequitur, Beret. d. conſ.* 75.
num. 11. *Ceph. d. conſ.* 730. *num.* 35. *&* 36. *Decia.
d. conſ.* 31. *num.* 107. *&* 108. *vol.* 1. *Surd. d. deciſ.*
238. *num.* 13. *&* 14. Vbi verò non licet, inferunt
contra, Ergo fideicommiſſum eſt ſimplex, & ab-
61 ſolutū, quia alioquin liceret, † *ita Goza. d. cōſ.* 52.
num. 3. *verſ. ergo ſequitur, Decia. d. conſ.* 31. *nu.* 107.
& 108. *vol.* 1. Prӕterea vt probent licere grauatis
eligere remotiorem, prius ſupponunt fideicom-
miſſum inductum à prohibitione alienationis
eſſe conditionale, non ſimplex, & abſolutum,
deinde inferunt, Ergo licet alienare in remotio-
62 rem, † *vti videre eſt apud Ruin. d. conſ.* 127. *nu.*
13. *verſ. nam quando prohibitio vol.* 2. *& d. conſ.* 168.
num. 26. *verſ. ſed reſpondendo, & verſ. ſi enim fa-
cta, vol.* 3. *Alcia. in d. §. Diui, num.* 53. *in prin. &
verſ. ego ex ea, & conſ.* 102. *num.* 1. *lib.* 9. *Gabr. d.
conſ.* 132. *num.* 65. *in fi. & num.* 66. *vol.* 1. *Peregr.
de fideic. d. artic.* 14. *num.* 18. *Menoch. d. conſ.* 327.
num. 94. *verſ. eſt itaq; ſolum, & num.* 96. *verſ. hic
caſus, & verſ. hoc itaq; & nu.* 105. *&* 114. *verſ. aut
dicimus.* Contra verò, vt probent nō licere, prius
ſupponunt, fideicommiſſum eſſe ſimplex, & ab-
ſolutum, deinde inferunt, Ergo non licet graua-
63 to alienare in remotiorem; † *Ita arguunt Ruin. d.
conſ.* 127. *num.* 13. *verſ. quandoq; & ſecundo, vol.*
2. *Curt. Iun. d. conſ.* 46. *num.* 6. *verſ. & in primis,
Gabr. d. conſ.* 132. *num.* 65. *in fi. &* 66. *vol.* 1. *Pe-
regr. d. artic.* 14. *num.* 7. *Menoch. d. conſ.* 327, *num.*
105. Omnimodo igitur apud eos eſt in confeſſo
licentiam alienandi in remotiorem pendere ab
eo, nunquid fideicōmiſſum, quod induxit alie-
nationis prohibitio ſit abſolutum, & ſimplex, an
verò conditionale, quia alioquin non eſſent p-
babiles illæ conſequentiæ, ſi à qualitate fideicō-
miſſi, quod naſcitur ex prohibitione alienatio-
nis, non poſſet inferri neceſſariò ad licentiam,
vel prohibitionem alienandi in remotiorē, quia
non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit ab-
64 eſſe † *l. non hoc* 4. *C. vnd. legit.*

Et ſanè, licet non ſint incompatibilia, fidei-
commiſſum eſſe in caſum mortis, & licere gra-
uato rem alienare, ſunt tamen incompatibilia,
fideicommiſſum, quod in caſum mortis conci-
pitur eſſe ſimplex, & abſolutum, & datam eſſe
grauato licentiam alienandi in vnum de fami-
65 lia, vt ſupponunt omnes, quos retulimus † *ſupra
num* 60. *& ſeqq.* dum à facultate alienandi ducūt
argumentum ad excluſionem ſimplicis fidei-
commiſſi, vel contra: ſignificant enim, faculta-
tem alienandi, & ſimplex fideicommiſſum ſi-
mul ſtare non poſſe, &, vbi vnum eſt, excludi al-
terum, tamquam incompatibile, quia alioquin
non eſſent probabiles conſequentiæ, ſi ſimul illa
66 ſtare poſſent, † *vt dictum eſt, & ita explicitè decla-
rant Ruin. d. conſ.* 127. *num.* 13. *verſ. quandoq; &
tertio, vol.* 2. *dum ait, fideicommiſſum non poſſe dici
ſimplex, vbi data eſt licentia alienandi, & Crau. conſ.*
987. *num.* 14. *verſ. teſtandi & nu.* 16. *verſ. inuicem,
Ceph. d. conſ.* 730. *num.* 34. *vbi ait, quando prohibitio
alienandi eſt limitata ad extraneos tantùm, & ſic li-
cet alienare in familia, fideicommiſſum non poſſe dici
ſimplex, & Petr. de fideic. quaſt.* 5. *num.* 137. *& q.*
7. *num.* 7. *verſ. ſed hæc declaratio:* Id quod (meo
iudi-

iudicio) probat apertiſſimè text. *in l. hæredes mei.*
57. §. peto ate. ff. ad Treb. vbi Papinianus in ſpe-
cie, qua teſtator ita ſcripſerat, *Peto a te, uxor Cha-*
riſſima, vti, cum morieris, hæreditatem meam reſti-
tuas filijs meis, vel vni eorum, vel nepotibus meis, vel
cui volueris, vel cognatis meis, ſi cui voles, ex tota co-
gnatione mea, Inter filios, reſpondi, (inquit) *ſubſtitu-*
tionem fideicommiſſo factam videri, circa nepotes au-
tem, cæteroſq; cognatos facultatem eligendi datam.
Itaq; conſtituit diſcrimen inter diſpoſitionem
factam fauore filiorum, & eam, quæ facta fuit fa
uore nepotum, & aliorum cognatorum; nã, quia
in diſpoſitione facta fauore filiorum non adie-
cerat teſtator illa verba, *cui voles*, & conſequen-
ter non dederat vxori facultatem eligendi vnũ
ex filijs, ait Papinianus, ſubſtitutionem eſſe fa-
ctam fideicommiſſo. Contra verò in diſpoſitio-
ne facta fauore nepotum, & aliorum cognato-
rum, in qua fuerant adiecta illa verba, *cui voles*,
ait datam eſſe eligẽdi facultatem, & hoc modo
ſignificat, ſubſtitutionem non eſſe factam fidei-
commiſſo, quoniam hæc habet, vt oppoſita; Et
tamen certi iuris eſt, etiamſi data ſit facultas eli-
gendi, nihilominus diſpoſitionem continere fi-
deicommiſſum, *l. vnum ex familia. 69. in prin. ff.*
de leg. 2. Sed Papinianus negat ſubſtitutionẽ eſſe
factam fideicommiſſo, quia, cum vxor non ſim-
pliciter fuerit grauata poſt mortem ſuam nepo-
tibus reſtituere, ſed ita demum, ſi nullum ex eis
elegerit, & ſic diſpoſitio teſtatoris pendeat a fa-
cto ipſius vxoris, ideo ſimpliciter loquendo non
põt dici ſubſtitutio facta fideicommiſſo, Probat
igitur hic locus fideicõmiſſum nõ poſſe dici ſim
plex, & abſolutum, vbi grauato data eſt facultas
eligendi.

Quod etiam ratione confirmatur: nam ſim-
plex, & abſolutum dicitur fideicõmiſſum, quod
habet locum in omni caſu, nec pendet à volun-
tate, & facto grauati, vt habeat, vel non habeat
locum, ſed omnimodo ſecuta morte ad vocatos
67 perventurum eſt, † *vt rectè declarat Pereg. d. art.*
14. num. 6. & eſt de mente DD. omnium, quos retuli
ſupra num. 66. Sed ſi grauatus poſſet alienare in
remotiorem, fideicommiſſum non haberet lo-
cum in omni caſu, quia facta alienatione ceſſa-
ret, nec eſſet præciſum, quia penderet à volunta-
te, & facto grauati, qui alienando faceret, vt nõ
haberet locum, non alienando verò, vt haberet.
Non eſſet igitur ſimplex, & abſolutum. Deinde
verò fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum
gradatim proficiſcitur, nec in eo conuertitur or-
68 do † *l. vlt. C. de verb. ſign. l. cum ita 33. §. in fidei-*
commiſſo ff. de leg. 2. l. hæredes mei 57. §. peto a te ff.
ad Treb. & ſcribunt Crau. conſ. 987. nu. 17. Surd.
deciſ. 238. num. 13. At, cum liceat grauato rem
transferre in remotiorem, conuertitur ordo, nec
res gradatim proficiſcitur. Non eſt igitur tunc
fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum.

Nec eſt, quod obijcias, Imò non eſſe hæc in-
compatibilia fideicommiſſum eſſe ſimplex, &
abſolutum, & alienationem eſſe permiſſam, *vt*
ſcribunt ij, quos retulimus ſupra num. 23. quia (pa-
ce illorum dixerim) falluntur in principijs, & lo-
quuntur contra id, quod apud alios omnes eſt in
confeſſo: & manifeſta ratione patet, *vt ſupra*
demonſtratum eſt: Stare enim ſimul poſſunt, vt fi-
deicommiſſum ſit in caſum mortis, & nihilomi-
nus liceat grauato, rem alienare, ſed non poſſunt
ſtare ſimul, vt fideicommiſſum, quod in caſum
mortis concipitur, ſit ſimplex, & abſolutum, &
liceat rem alienare, quoniam hæc ſunt incom-
patibilia, Nec ab illo adhoc eſt trahendum ar-
gumentum, quia aliud eſt dicere fideicommiſ-
ſum eſſe in caſum mortis; aliud fideicommiſ-
ſum eſſe ſimplex, & abſolutum: Differunt enim
inter ſe tamquam genus, & ſpecies, ſcilicet quia
omne fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum
eſt etiam in caſum mortis, ſed non contra. Et ſa-
nè fideicommiſſorum, quæ in caſum mortis cõ-
cipiuntur, alia ſunt reſtitutoria conditionaliter,
alia ſimpliciter. Cõditionaliter reſtitutoria ſunt
illa, quæ pendent ab aliquo grauati facto, ideſt
quæ ita demum locum habent, ſi grauatus ali-
quid fecerit, aut non fecerit. Huiuſmodi ſunt
omnia fideicommiſſa conſeruatoria, quibus ſci
licet mãdat teſtator bona in aliquo genere per-
ſonarum conſeruari: Nam hæc non poſſunt di-
ci reſtitutoria ſimpliciter, quia ſecuta morte gra
uati, proximiores ex eo genere perſonarum nõ
poſſunt indiſtinctè petere reſtitutionem, ſed ita
demum ſi grauatus aliquid fecerit contra volun
69 tatem teſtatoris, ideſt, ſi reliquerit extraneo † *l.*
filiusf. 117. §. cum pater ff. de leg. pri. l. vnum ex
familia 69. §. ſed ſi vno l. peto 71. §. fratre ff. de leg.
2. vel non fecerit ſecundum voluntatem teſta-
toris, ideſt, ſi non reliquerit vni ex comprehen-
70 ſis † *l. ex, qui complures 92. verſ. quod ſi nulli ff. de*
leg. 3. Cœterum, ſi fecerit ſecundum voluntatẽ
teſtatoris, ideſt ſi, reliquerit vni ex comprehen-
ſis, cœteri tametſi proximiores agere non poſ-
71 ſunt † *d. l. filiusf. 117. §. cum pater, l. pater filium*
36. §. quindecim ff. de leg. 3. l. pater filium 54. ff. ad
l. falc. quia huiuſmodi fideicommiſſa ſunt con-
ditionalia, ſi relinquatur extraneo, vel non relin
quatur vni ex comprehenſis, & vbi relinquitur
vni ex his, conditio deficit in perſona aliorum
72 † *d. l. vnum ex familia 69. § ſi falcidia in fi. ibi,*
cæteri conditione deficiunt ff. de lega. Idem eſt in
omnibus caſibus, in quibus teſtator decedens
ſubſtituit proximiores, & poſtea dedit faculta-
tem alienandi: nam illud fideicõmiſſum, quod
reſultat ex ſubſtitutione, eſt in caſum mortis,
non reſtitutorium ſimpliciter, ſed ſub conditio-
73 ne, ſi non fuerit alienatum † Et in his omnibus
caſibus, cœteriſq; ſimilibus verum eſt; non eſſe
incompatibilia fideicommiſſum eſſe in caſum
mortis, & datam cenſeri licentiam alienandi,
vt conſiderant ij quos retuli ſupra num. 24. Sed hoc
ideo fit, quia fideicommiſſum non eſt reſtituto-
rium ſimpliciter, & ſic non eſt ſimplex, & abſo-
lutum, ſed eſt conditionale, *vt tradunt omnes,*
quos retuli ſupra num. 66. At, cum eſt reſtitutoriũ
ſimpliciter, ideſt, cum reſtitutio non pendet ab
aliquo facto grauati, ſed omnimodo ſecuta mor
te fieri debet, ſiue grauatus alienauerit, ſiue non,
quo caſu fideicommiſſum dicitur ſimplex, & ab
ſolutum, verius eſt, illa inter ſe eſſe incompati-
bilia, quia dicere fideicommiſſum eſſe ſimplex,
& abſolutum, eſt dicere fideicõmiſſum non eſſe
conditionale, ideſt, non pendere ab aliquo fa-
cto grauati, ſed omnimodo, & indiſtinctè ſecu-
ta morte habere locum, vt indicat verbum, ſim-
plex, & verbum, abſolutum, Dicere verò fidei-
commiſſum ita demum habere locum, ſi graua-
tus non alienauerit in vnum ex comprehenſis,
eſt dicere fideicommiſſum non eſſe ſimplex, ſed
conditionale, quia pendet à facto grauati: Sunt
igitur hæc incompatibilia, quia hoc modo di-
ceremus fideicommiſſum eſſe ſimplex, & non
ſimplex, conditionale, & non cõditionale. Itaq;
ex his apparet, eos, qui dixerunt, non eſſe incõ-
patibilia fideicommiſſum eſſe ſimplex, & abſo-
lutum,

lutum, & licere grauato rem alienare in vnum
de familia deceptos eſſe in genere fideicommiſ-
ſi, quia putant fideicommiſſum eſſe ſimplex, &
abſolutum, non obſtante, quod ſit conceſſa licē-
tia alienandi, & tamen re verà non eſt ſimplex,
ſed conditionale, quia pendet à facto grauati,
licet in caſum mortis conceptum ſit. Nec DD.
quos allegant, dicunt contrarium; quoniam ita
ſcribunt ſimpliciter, ſtare poſſe, vt fideicommiſ-
ſum ſit in caſum mortis, & nihilominus liceat
grauato rem alienare, *vti videre eſt apud DD. al-
legatos ſupra num. 24.* quod etiam nos fatemur,
ſed hoc negamus, ſimul ſtare poſſe, vt fideicom-
miſſum, quod in caſum mortis relinquitur, ſit
ſimplex, & cenſeatur grauato data facultas alie-
nandi, quia vbi data eſt talis facultas, fideicom-
miſſum non poteſt dici ſimplex, *vti ſupra demō-
ſtratum eſt.* Decepit eos, quia putarunt, idem eſſe
fideicommiſſum in caſum mortis, & fideicom-
miſſum eſſe ſimplex, & abſolutū eo, quod DD.
quærunt, an prohibitio alienationis inducat fi-
deicommiſſum in caſum tantum contrauentio-
nis, an verò etiam in caſum mortis, & hoc appel
lant fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum;
Sed non animaduerterunt, omne fideicommiſ-
ſum ſimplex, & abſolutum eſſe etiam in caſum
mortis, ſed non omne, quod in caſum mortis re-
linquitur eſſe ſimplex, & abſolutum *vt ſupra di-
ctum eſt.* Ex his igitur ſatis apertè conſtare puto,
veriſſimum eſſe, quod ſupra dixi, per prohibitio-
nem alienationis, ita demum cenſeri datam fa-
cultatem alienandi in remotiorem, ſi prohibi-
tio inducat fideicommiſſum in caſum tantum
cōtrauentionis, ſecus verò, ſi id inducat ſimplex,
& abſolutum.

Hinc ſequitur, in caſu noſtro per prohibitio-
nem alienationis non cenſeri teſtatorem dediſ-
ſe facultatem alienandi in remotiorem, quia in-
dubitatum eſt, talem prohibitionem induxiſ-
ſe fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum non
ſolùm in caſum alienationis, ſed etiā in caſum
mortis, cum facta ſit ſub hac forma, *voglio, che
detti miei beni non poſſano mai eſſer alienati &c. fuo-
ra de detti miei deſcendenti &c. perche la final mia
intentione ſie, che li detti miei beni perpetuamente
ſtyno, & ſi conſeruino nelli miei deſcendenti* &c. quo
caſu, quia ratio illa, *perche la final* &c. fuit adiecta
prohibitioni validè, ideo iuxta receptiorem ſen-
tentiam in omnibus Italiæ tribunalibus appro-
batam inducit fideicommiſſum ſimplex, & ab-
74 ſolutum † *vt ſcripſerunt Iaſ. conſ. 108. col. 4. verſ.
confirmatur vol. 4. Soc. Sen. conſ. 249. num. 19. verſ.
& pro his vol. 2. Dec. conſ. 481. nu. 7. Ruin. conſ. 208.
num. 17. verſ. Vnde ſi tunc vol. 1. conſ. 110. num. 8.
conſ. 114. num. 8. conſ. 127. num. 13. verſ. quandoq;
& 2. vol. 2. Curt. Iun. conſ. 43. num. 9. verſ. ego tamen,
cōſ. 114. num. 16. & 17. conſ. 115. num. 11. conſ. 145.
num. 8. & 10. verſ. Tertius, conſ. 161. num. 9. & conſ.
167. num. 2. & 3. Alcia. conſ. 36. num. 12. & conſ. 102.
num. 3. lib. 9. Soc. Iun. in d. l. pluris. 117. §. Diui 2. nu.
43. Ceph. conſ. 153. num. 52. in fi. & nu. 53. Menoch.
conſ. 197. num. 20. & conſ. 327. num. 95. Surd. conſ.
96. nu. 22. 23. & 26. verſ. reſponderi, & deciſ. 238. nu.
16. Ladereh. conſ. 5. num. 3. & conſ. 92. num. 1. vbi te-
ſtatur hanc eſſe receptiſſimam.* Et ita in ſpecie, vt
per prohibitionem alienationis extra familiam,
vel deſcendentes non cenſeatur data facultas
alienādi in remotiorē, ſi addita ſit illa ratio, quia
75 volo &c. ſcripſerunt † *Ruin. conſ. 119. num. 6.
verſ. & vltra eum, & conſ. 127. num. 13. verſ. quan-
doq; & ſecundo vol. 2. Curt. Iun. conſ. 22. num. 22.
Alcia. conſ. 36. num. 12. 13. & 14. lib. 9. Nat. conſ.
110. num. 11. verſ. ſecundo reſpondeo, & conſ. 111.
num. 1. verſ. ſecundo reſpondeo, & Surd. conſ. 96. nu.
26. verſ. reſponderi, & apertius conſ. 413. num. 21.
verſ. ſecundo reſpondeo*, Et rectè, Nam, cum hæc
ratio contineat cauſam finalem ipſius prohibi-
tionis, debet per conſequentias cenſeri princi-
palis, & prohibitio acceſſoria: eaq; ratione, ſi ex
prohibitione videatur aliquid poſſe deduci,
quod repugnet rationi ſubſequenti, debet po-
tius attendi, quod ratio diſponit, quam, quod
76 prohibitio † *vt ſcribunt Soc. Sen. conſ. 43. num. 7.
vol. 3. Dec. conſ. 23. num. 4. verſ. 8. & vltimo, & Surd.
d. conſ. 96. num. 49. & 50.* quia in omnibus diſpo-
ſitionibus id potius attenditur quod eſt princi-
77 pale, quam, quod venit acceſſoriè † *l. 1. in princ.
ff. de auct. tuto.* Cum igitur ratio ſequens inducat
fideicommiſſum ſimplex, & abſolutū, per quod
bona debent tranſire de gradu in gradum, & per
conſequentias operetur, ne poſſit res in remotio-
rem alienari *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt*, nō
debet huic diſpoſitioni cenſeri derogatum per
tacitam illam licentiam alienandi, quæ colligi-
tur à contrario ſenſu ex præcedenti prohibitio-
ne facta his verbis, Prohibeo alienari extra de-
ſcendentes, quia hoc modo diſpoſitio principa-
lis regularetur ab acceſſoria, non acceſſoria à
78 principali, contra regulam † *l. quod per manus 10
ff. de aur. cod. l. 2. §. 1. l. ex pupillari 44. ff. de vulgar.* &
diſpoſitio præcedens derogaret ſubſequēti, cum
tamen ratio ſuadeat, vt potius ea ita diſpoſitio
79 ſequens debeat derogare præcedenti † *l. ſi mihi &
tibi 12. §. in legatis, ff. de leg. 1. & tradunt omnes in l.
pacta nouiſſima 12. C. de pact.* Qua ratione fit, vt ſi
teſtator prohibeat alienari vſque ad certum tem
pus, licet regulariter videatur permittere aliena-
80 tionem poſt illud tēpus † *l. pater filium 36. §. fun-
dum ff. de leg. 3.* ſi ta nen adiiciat rationem illam
generalem, quia vult bona in familia conſerua-
ri, non liceat alienare etiam poſt illud tempus,
in præiudicium vocatorum, quia ratio illa gene
ralis ampliat prohibitionem præcedentem de
81 tempore ad tempus, † *vt eſt doct. Bart. in d. l. pa-
ter filium 36. §. fundum num. 2. quem probant Crot.
in d. §. Diui num. 42. Curt. Iun. conſil. 115. num. 24.
Pariſ. conſil. 31. num. 34. volum. 2. Ruin. conſil. 102.
num. 2. volum. 2. Decian. conſil. 1. num. 121. & conſil.
50. num. 23. verſic. non obſtat tertiam volum. 1. Me-
noch. conſil. 484. num. 6. verſic. & ideo ratio, & num.
7. & conſil. 497. num. 13. Surd. conſil. 67. nume. 27. &
conſ. 96. num. 43. Peregr. de fideicomm. art. 11. nu. 54
& conſ. 44. num. 22. & 23. volum. 2.* Simili igitur ra
tione eam ampliabit de caſu ad caſum, de perſo
82 na ad perſonā, † *vt latè oſtendit Surd. d. cōſ. 96. n. 43.*

Quarto demus citra veri præiudicium, quod
in alijs caſibus prohibitio alienandi extra fami-
liam, vel deſcendentes tribuat facultatem alie-
nandi in familia non obſtante ratione ſubſequē
ti, quia vult &c. (quod tamē à verò alienum eſt)
adhuc tamen in caſu noſtro non poteſt illa fa-
cultas cenſeri aliquo modo conceſſa, quia, qui
cenſent prohibitionem alienandi extra familiā
concedere facultatem alienandi in familia non
obſtante ratione ſubſequenti, ſupponunt in ca-
ſu ſuo non adeſſe fideicommiſſum ſimplex, &
abſolutum, quia, cum non appareat de volunta-
te teſtatoris, vtrum voluerit facere fideicommiſ
ſum ſimplex, & abſolutum, an conditionale in
caſum tantum contrauentionis, & id ſolum col
ligi debeat ex vi verborum, quæ leguntur in te-
ſtamento, ipſi colligunt voluiſſe teſtatorem fa-
cere

cere fideicommiſſum conditionale, non obſtante dicta ratione, quia prohibendo alienari extra familiam permittit alienationem, quæ fit in familia, & eo modo declarat ſe nolle facere fideicommiſſum abſolutum. Quamobrem ita argumentantur, ſi voluiſſet facere fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, non dediſſet licentiam alienādi. Atqui dedit. Ergo noluit facere fidei-
83 commiſſum abſolutum, † *Ita arguunt Dec. conſ. 218. num. 15. verſ. ſed iſtis, & conſ. 377. nu. 6. verſ. & iſta ratio, Ruin. conſ. 127. nu. 13. verſ. quandoq; & tertio vol. 2. Alcia. in d. §. Diui num. 53. verſ. ego ex ea. & in l. pater filium 36. §. fundum num. 6. verſ. maior eſt dubitatio, & nu. 8. ff. de leg. 3. Ceph. conſ. 730. num. 35. coniuncto num. 13. verſ. capio, & num. 34. Peregr. de fideic. d. art. 14. nu. 18.* Fatentur igitur, ſi voluiſſet facere fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, & de hoc conſtaret, non eſſe tractandum de facultate alienandi. Atqui in caſu noſtro de hac te manifeſtè conſtat, quia teſtator poſtquam prohibuit alienationē extra deſcendētes, quia vult bona perpetuò in ſuis deſcendentibus conſeruari, ſubiecit hæc verba. *& voglio, che queſta prohibitione di alienatione duri in perpetuo oltre il quinto grado, & induca fideicommiſſo ſemplice, & aſſoluto non ſolo in caſo di alienatione, ma anco in caſo di morte di alcuni de miei deſcēdenti*, quæ, quia clara ſunt, nullum relinquunt dubitationi locum, propterea quod vbi in verbis nulla eſt ambiguitas nō eſt admittenda quæſtio voluntatis *l. ille aut ille 25. §. cum in verbis ff. de leg. 3.* Ergo etiam iuxta eorum, qui in contrarium adducuntur, ſententiam, non eſt in caſu noſtro tractandum de facultate alienandi in remotiorem.

Quinto prædicta confirmantur alia ratione (quæ meo iudicio) rem extra omnem dubitationem conſtituit: Nam diligenter animaduertendum eſt, nos hic verſari in terminis longè fortioribus, quam ſint ij, de quibus DD. communiter loquuntur: Omnes enim, qui cenſent prohibitum alienare extra familiam, non poſſe alienare in familia eligendo remotiorem, ſi prohibitio alienationis indicat fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in caſum mortis, vt puta, ſi addita ſit illa ratio, quia volo bona ppetuò manere in agnatione, loquuntur in terminis ſimplicibus teſtatoris prohibentis alienationem extra familiam vel deſcendentes, quia vult bona ſua in perpetuum conſeruari in familia, vel deſcendentibus, quo caſu poteſt aliqua ſubeſſe dubitatio; nam, quia prohibitio ſeparata à ratione non proſpicit in omnem caſum, quo bona poſſent in extraneos peruenire, ſcilicet quia regulariter nō cenſetur prohibere ſucceſſionem ab inteſtato,
84 ſecundum receptiorem ſententiam † *vti videre eſt apud Bart. in l. peto 71. §. fratre num. 2. & in l. cum pater 79. §. cum inter ff. de leg. 2. Soc. Iun. conſ. 30. num. 11. vol. 4. Ruin. conſ. 89. num. 27. vol. 2. Bert. conſ. 48. num. 11. Ozaſ. conſ. 74. num. 45. Rol. conſ. 80. num. 33. lib. 3. Ceph. conſ. 433. nu. 20. Surd. deciſ. 254. num. 24. & 26. & deciſio. 272. num. 29.* ideo verba ſequentia, quia vult &c. ſatis videntur operari, ſi inducant fideicōmiſſum in caſum mortis, per quod impeditur tranſlatio bonorū in extraneos etiam per viam ſucceſſionis ab inteſtato, licet non impediant alienationem in vnum de familia; Et hac ratione plerıq; in his terminis contrarium tenuerunt dicentes, huiuſmodi cauſam non impedire talem alienationē, ſed hoc ſolum operari, vt ſi moriatur grauatus nulla alienatione facta, vel facta in extraneos, cenſeantur proximiores de familia ad fideicommiſſum vocati, *vti videre eſt apud eos, quos retulimus ſupra num. 23.* quorum opinio in his terminis videtur qualiter qualiter poſſe tolerari eo, quod tunc ceſſare videtur ratio ſuperfluitatis, & inutilis verborum adiectionis, quia verba ſequētia non videntur omnino inutilia, cū operentur fideicommiſſum in caſum mortis, per quod impeditur etiam ſucceſſio ab inteſtato, licet nō impediant alienationem in familia. At in caſu noſtro, niſi diceremus per hæc verba, *perche la finale &c.* & ea, quæ poſtea ſubiiciuntur, *& voglio, che queſta &c.* cenſeri excluſam facultatem eligēdi, cenſeretur teſtator illa perperam, & omnino inutiliter adiecisse, quia nullum prorſus effectū operarentur, nec proſpicerent fideicommiſſarijs in aliquo caſu, in quo iam nō eſſet proſpectum ex verbis præcedentibus, & ſimplici prohibitione alienationis à ratione ſeparata, atq; diſtincta: Nam reſpectu extraneorum prohibitio alienationis iam proſpexerat in omnē caſum, in quo bona poſſent aliquo modo in eos transferri; dixerat enim teſtator: *E piu voglio, che detti miei beni non poſſano mai eſſer alienati, ne per contratto, ne per ultima volonta, ne per ſucceſſione ab inteſtato, ne per qual ſi voglia altro modo, o mai ſolti, o inſoluti fuora de miei deſcendenti maſchi &c.* Itaq; non ſolū fecerat prohibitionem realem, quæ per ſe ſola videbatur inhibere ſucceſſionem ab inteſtato, ſed etiā ſpecialiter, & nominatim ſingulos prohibuerat modos, per quos bona poſſent in extraneos transferri, & hac ratione non erat, (quoad eos) opus aliqua adiectione cauſæ; Vnde hoc reſpectu non poſſet non cenſeri inutiliter adiecta. Quoad ipſos vero deſcendentes, in quibus duo tantum poſſunt conſiderari caſus, vnus quando grauatus moritur nō facta alienatione in aliquē ex deſcendentibus, Alter verò, quādo ex iis vnū elegit, vel remotiorem, vel etiam in pari gradu cum alijs conſtitutum; ſi intelligeretur adiecta ratione primi caſus eſſet etiam inutiliter apposita, quia in hunc caſum iam erat proſpectum ex ſubſtitutione præcedenti, quæ nō fuerat (etiā ſecundum eos, qui volunt illam à prohibitione ſubſequenti reſtringi) ſublata; ſed tantum limitata, vt procederet, niſi grauatus rem alienaſſet in vnum ex deſcendentibus. Ergo niſi adiectio illorum verborum proſpexiſſet in ſecundum caſum, & excluſiſſet facultatem alienandi in remotiorem, nullum prorſus effectum operaretur, ſed cenſeretur omnino inutiliter appoſita. At hoc in teſtamentis, & maximè in materia prohibitionis non debet admitti, quia hac vna ratione dicimus, cauſam illam, quia volo bona in familia remanere, adiectam prohibitioni validæ, puta prohibitioni factæ extra familiam inducere fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, ne alioquin teſtator cenſeatur illam inutiliter adiecisse, *ut cōſiderant omnes, quos retulimus ſupra num. 74.* Omnimodo igitur dicendum eſt, teſtatorem adijciendo illam rationem, *perche la finale &c.* & verba ſubſequentia, *& voglio che queſta &c.* voluiſſe eligendi facultatem excludere, & declarare mentem ſuam eſſe, vt abſolutè poſt cuiuſq; mortem bona tranſeant de gradu in gradum, de proximiore in proximiorem, ſecundum naturam fideicommiſſi ſimplicis, & abſoluti, quod voluit à prohibitione alienationis induci.

Nec eſt, quod reſpondeas, illa verba non eſſe inutilia,

Digitized by Google

inutilia, licet alienandi facultatem non impediant, cùm ſatis operentur, dum inducunt fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum etiam in caſum mortis, quia, imò, niſi excludant illam facultatem alienandi in remotiorem, non poſſunt non eſſe inutilia: Nam fideicommiſſum vel eſt in caſum alienationis, vel in caſum mortis, Et in caſum mortis, vel ſi non alienetur in remotiorem, vel etiam, ſi alienetur. Quoad fideicommiſſum in caſum alienationis, nihil potuit operari, quia iam erat inductum à præcedente prohibitione alienationis, nec potuit operari, quoad fideicommiſſum in caſum mortis, in caſum quo res non fuerit in remotiorem alienata, quia, & hoc iam erat inductum à ſubſtitutione præcedente. Ergo nihil prorſus induxiſſet, ſi non intelligeretur induxiſſe fideicommiſſum etiam in caſum, quo res fuerit in remotiorem alienata, quod iuris ratio non patitur.

Sextò, & vltimò, ſi hæc omnia ſeparata, atque diſtincta ſufficerent, ad excludendam alienandi facultatem, quantò magis debent hoc ipſum operari in caſu noſtro, in quo ſunt omnia coniuncta, & vnita, cum plura vincula magis ligent, quam vnum, adeo, vt quæ non proſunt ſingula, multa iuuent? Et ſanè, tot tantæq; in hoc teſtamento leguntur diſpoſitiones duplicatæ, & multiplicatæ tendentes omnes ad vnũ, eundẽq; finem conſtituendi fideicommiſſum perpetuũ, & abſolutum in deſcendentibus ita, vt bona gradatim, & ordine ſucceſſiuo de proximiore in proximiorem transferantur, vt mirum ſit, rem hanc in controuerſiam deduci: Nam teſtator fuit nimius (vt ita dixerim) in exprimenda voluntate ſua, quia verebatur, ne (prout accidit) talis voluntas, & finalis intentio ſua in controuerſiam reuocaretur: Primum enim diſpoſuit, ſe velle omnia ſua bona remanere, & conſeruari perpetuò in ſuis deſcendentibus maſculis, deinde ſubiecit, *& che ſiano ſottopoſti in perpetuo à fideicommiſſi a beneficio de deſcendenti*, mox certum præſcripſit ordinem ſuccedendi in fideicõmiſſo, in quo filios patribus ſuis compendioſè ſubſtituit cum adiectione illorum verborum, *e coſi ſeguitando ſempre in infinito l'ordine ſucceſſiuo*, & vno ex deſcendentibus ſine liberis deficiẽte ſubſtituit alios deſcendentes, & ſpecialiter in inferioribus verbis declarauit, ſe loqui de proximioribus. Præterea ad maius fideicommiſſi robur, prohibuit alienari bona tàm per contractus quã per vltimas voluntates, & verò etiam ſucceſſiones ab inteſtato extra ſuos deſcendentes ſecundum ordinem, & modum ſupra præſcriptum, deinde adiecit cauſam finalẽ, quia intentio ſua eſt, vt bona perpetuò conſeruentur in ſuis deſcẽdentibus ſecundum ordinem, & modum ſupra præſcriptum. Nouiſſimè dubitans adhuc ne talis voluntas in ordine ſuccedendi, aut etiam in tempore qualem qualem pati poſſet dubitationem; ſubiecit, ſe velle huiuſmodi prohibitionẽ eſſe perpetuam, & vim ſuam obtinere etiam vltra quintum gradum, & inducere fideicõmiſſum ſimplex, & abſolutum non ſolùm in caſum aliẽnationis, ſed etiam in caſum mortis. Quibus omnibus diſpoſitionibus, & clauſulis ita enixè, & manifeſtè declarauit voluntatem ſuam circa vocandos proximiores de gradu in gradum, vt non ſine magno cauillo res videatur in controuerſiã deduci: Abſurdum enim eſt, vnico argumento ducto à contrario ſenſu, & à tacita permiſſione, quæ colligitur à dictione, extra, velle ſubuertere tot tantaſq; diſpoſitiones præcedentes, & ſubſequentes, quæ omnes alienandi facultatem excludunt. Et, ſi in ſimplicibus terminis DD. magis communiter fatentur argumentum illud nõ poſſe ſumi ad euertendam prohibitionem legis, quæ naſcitur ex ſubſtitutione præcedente, *vt oſtẽdimus in primo fundamento ſecundi ſuppoſiti*, quid dicerent in caſu noſtro, ſtante, quod prohibitio extra deſcendentes nominatim facta eſt ſecundum ordinem ſupra præſcriptum, & cum adiectione cauſæ, quia vult bona perpetuò conſeruari in ſuis deſcendentibus ſecundum ordinem ſupra præſcriptum, & cum declaratione, quod hæc prohibitio inducat fideicõmiſſum ſimplex, & abſolutum etiam in caſum mortis? Certè nõ poſſent non admirari naturalem hominum ad reuocandas in dubium res manifeſtas, & obducendas clariſſimis rebus tenebras facilitatem.

Neq; his, quæ diximus aduerſantur contraria, & in primis non obſtat, quod prohibitus alienare extra familiam, vel deſcendentes poſſit alienare in vnum de familia, vel deſcendentibus ẽt remotiorem, quia reſpondeo, non eſſe hoc indiſtinctè verum, ſed procedere tantùm in iis caſibus, in quibus prohibitio alienationis non inducit fideicommiſſum, niſi in caſum contrauentionis, quod præter ea, quę dicta ſunt in ſecundo fundamento, clariſſimè patebit ex diſtinctione caſuum, qui in hac re conſiderari ſolent. Caſus autem (quicquid alij cenſeant) non ſunt, niſi quinq;

Primus, quando prohibitio alienationis, nec præcedentem habet ſubſtitutionẽ, nec cauſam ſubſequentem, ſed ita ſimpliciter concipitur. Prohibeo alienari extra familiam. Et tunc verũ eſt, poſſe fieri alienationem in vnum de familia, ſiue in pari, ſiue in remotiori gradu conſtitutum
85 † *l. pater filium 36. §. quindecim l. is, qui complures 92. ff. de leg. 3. l. voluntas 4. C. de fideico. Ita in ſpecie docuerunt Caſtr. in l. peto 71. §. fratre, num. 2. verſ. in text. ibi ff. de leg. 2. Soc. Sen. conſ. 227. num. 4. verſ. Hoc etiam ex alio vol. 2. Dec. conſ. 218. num. 14. & conſ. 377. num. 6. Rum. conſ. 114. num. 9. verſ. quia imo, & conſ. 119. num. 6. verſ. & vltra eũ vol. 2. Curt. Inn. conſ. 167. num. 4. Gabr. conſ. 132. num. 75. vol. 1. Alcia. conſ. 102. num. 1. lib. 9. Crau. conſ. 987. num. 17. Ferd. Loaz. in d. §. Diui nu. 90. verſ. 2. illud. Ceph. conſ. 511. nu. 10. Decia. conſ. 26. num. 64. vol. 2. conſ. 3. num. 157. & conſ. 15. num. 12. vol. 4. Men. conſ. 327. num. 96. verſ. Hoc itaq; & num. 104. Surd. conſ. 11. num. 6. & conſ. 415. nu. 21. verſ. ſecundo reſpondeo. Peregr. conſ. 40. num. 3. vol. 2.* Nam, quia in hac ſpecie prohibitio non inducit fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, ſed tantùm conditionale, in caſum ſcilicet con-
86 trauentionis, † *vt ſcribunt Curt. Iun. conſ. 43. nu. 10. Dec. d. conſ. 377. num. 6. Alcia. in d. §. Diui, nu. 53. & d. conſ. 102. num. 1. lib. 9. Peregr. de fideic. d. art. 14. num. 10. Menoch. d. conſ. 327. nu. 96. Surd. deciſ. 238. num.* 16. ideo fit, vt niſi impleta conditione, id eſt, niſi ſecuta contrauentione non poſ-
87 ſint ij, qui de familia ſunt, expelliri † *l. codicillis 91. §. Inſtituto ff. de leg. 2. d. l. pater filium 36. §. quindecim in fi. ff. de leg. 3.* Cùm igitur prohibitus alienare extra familiam non cenſeatur contrauenire voluntati teſtatoris, ſi alienet in vnum
88 de familia tametſi remotiorem † *l. vnum ex familia 69. §. ſi falcidia, verſ. Itaq; ff. de leg. 2. l. pater filium 36. §. quindecim, verſ. Claudius l. is, qui complures 92. verſ. placuit ff. de leg. 3.* ſcilicet, quia voluntas teſtatoris eſt, vt bona conſeruent in familia,

milia, & ita conſeruantur, cùm relinquuntur remotiori, vt cùm proximiori *d. l. filiusf. 117. §. cum pater ff. de leg. 1.* conſequens eſt, vt ſecuta huiuſmodi alienatione non poſſint alij, tametſi proximiores, quaſi conditione defecti aliquo iure experiri. Et in his terminis procedunt contraria. Sed nos non verſamur in hoc caſu, quia teſtator non eſt ita ſimpliciter locutus, ſed alia adiecit.

Secundus verò caſus eſt, quando prohibitio alienationis non habet quidem ſubſtitutionem præcedentem, ſed habet cauſam ſubſequentem additam tamen ad confirmandam prohibitionem, quæ alioquin ſine ea fuiſſet inualida, tan-
89 quam nudum præceptum, † *l. filiusf. 117. §. Diui ſecundo ff. de leg. 1. l. pater filium 36. §. Iulius l. Lucius 91. in prin. ff. de leg. 3.* vt cùm ita dicitur, Prohibeo alienari, vt bona in familia conſeruẽtur, vel quia volo bona in familia conſeruari. Et in hoc pariter caſu verum eſt, poſſe fieri alienationem in vnum de familia tametſi remotio-
90 rem † *d. l. filiusf. 117. §. cum pater ff. de leg. 1. l. pater filium 54. ff. ad l. falc.* ſiue dictum ſit, vt in familia conſeruentur, *vt ſcribunt Alcia. d. conſ. 36. num. 13. lib. 9. Decia. conſ. 31. nu. 107. vol. 1. Ceph. conſ. 694. num. 30.* ſiue quia volo bona in familia conſeruari, *vt in ſpecie tradunt Dec. conſ. 287. num. 11. verſ. Non obſtat, & conſ. 422. num. 9. iuncto nu. 3. Ruin. conſ. 101. num. 14. conſ. 124. num. 6. conſ. 127. num. 13. verſ. nam quandoq; prohibitio, vol. 2. & conſ. 168. num. 26. verſ. ſed reſpondendo, & verſ. ſi enim facta. iuncto prin. in verſ. dubium vol. 3.* Nam cum neq; in hoc caſu prohibitio alienationis inducat fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, ſed tantùm in caſum contrauentionis, ſi-
91 ue dictum ſit, vt in familia conſeruentur † *vt ſcribunt Curt. Iun. conſ. 43. num. 9. verſ. ego autẽ, conſ. 114. num. 17. conſ. 161. num. 11. verſ. ego autẽ, Alcia. in d. §. Diui, nu. 55. verſ. idem eſt, Decia. conſ. 31. num. 107. vol. 1. Peregr. de fideic. d. artic. 14. nu. 11. Menoch. conſ. 197. num. 29. verſ. ſecundus, Laderch. conſ. 5. num. 3. & conſ. 92. num. 1. vbi teſtatur hanc eſſe receptiſſimam*, ſiue quia volo bona in fa-
92 milia conſeruari † *vt ſcribunt Soc. Sen. conſ. 227. nu. 4. verſ. quod ſic intelligo, vol. 2. Curt. Iun. conſ. 167. num. 2. & 3. Rip. in d. §. Diui, num. 122. & ibi Alcia. num. 53. verſ. ego priorem, Soc. Iun. conſ. 112. num. 4. vol. 1. Dec. conſ. 218. num. 15. Ruin. conſ. 208. num. 17. uol. 1. Gozad. conſ. 52. num. 5. Gabr. conſ. 132. num. 67. uol. 1. Ozaſ. conſ. 74. nu. 44. Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 6. tit. 14. num. 24. Burſat. conſ. 157. num. 35. uol. 2. Ceph. conſ. 17. num. 22. & 24. Rol. conſ. 23. num. 22. uol. 4. Beret. conſ. 18. nu. 1. Gabr. tit. de fideic. concl. 9. nu. 31. Peregr. d. art. 14. num. 15. Men. conſ. 85. nu. 103. Odd. conſ. 33. num. 12. Surd. conſ. 96. num. 26. uerſ. reſponderi. Ozaſ. deciſ. 50. num. 14. Mago. deciſ. flor. 109. nu. 1. Borgn. deciſ. 16. num. 32. part. 3.* Conſequens eſt, vt alienatione facta in remotiorem, quaſi non ſecuta contrauentione non poſſint alij de familia tametſi proximiores experiri, *ſecundum ea, quæ dicta ſunt in ſuperiore caſu.* Et in his etiam terminis procedunt contraria. Sed neq; hic eſt caſus noſter, quia teſtator non eſt ſub hac forma locutus.

Tertius caſus eſt, quando nulla præcedente ſubſtitutione teſtator prohibet alienationẽ extra familiam, deinde addit rationem, vt bona conſeruentur in familia, vel, quia vult bona in familia conſeruari; Et tunc verius, & receptius eſt, per huiuſmodi prohibitionem non cenſeri datam, ſed ſublatam facultatem alienandi in remotiorem, *ut latè oſtendimus in tertio fundamento:* quia, cum in hoc caſu prohibitio alienationis inducat fideicommiſſum ſimplex, & abſolutũ, non ſolùm in caſum contrauentionis, ſed etiam in caſum mortis, vt eſt receptior omnium opinio, *ſicuti demonſtrauimus ibi nu. 74.* conſequens eſt, vt per eam non cenſeatur data facultas alienandi in remotiorem, ſcilicet, quia talis facultas repugnat naturę fideicommiſſi ſimplicis, *ut ibidem fuſius demonſtrauimus.*

Nec obſtat, quod imò etiam, quando prohibitio alienationis extra familiã habet cauſam ſubſequentem, licet alienare in remotiorem, ex authoritate multorum, quos in contrarium retulimus. Quia reſpondeo primo loqui eos contra receptiorem aliorum ſententiam, cum multo plures ſint, qui tenent non licere, quam, qui licere, vt apertiſſimè conſtat ex num. DD. quos retulimus in tertio fundamento. Quamobrem pleriq; ex ijs, qui in contrarium allegantur, aut ſe, ſe poſtea emendarunt, *ut Surd. d. conſ. 96. nu. 26. uerſ. reſponderi*, aut alibi contrarium apertè ſcripſerunt, *ut Ruin. conſ. 119. num. 6. uerſ. & ultra eum, uol. 2. & alibi paſſim, Alcia. conſ. 36. nu. 12. 13. & 14. lib. 9. Menoch. d. conſ. 127. nu. 105. & apertius num. 114. uerſ. aut dicimus Surd. conſ. 415. nu. 21. uerſ. 2. reſpondeo, & deciſ. 238. num. 13. & 14.* vt proinde non ſit in iis vis aliqua facienda.

Secundo reſpondeo DD. omnium, qui in cõtrarium allegantur, tria eſſe genera, quidã enim cenſent, in ſpecie, qua teſtator ita loquitur. Prohibeo alienari extra familiam, vt in familia bona perpetuò conſeruentur, vel, quia volo &c. licet illa ratio ſit addita prohibitioni validæ, non tamen ex ea oriri fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, ſed tantùm in caſum contrauentionis, ideoq; poſſe rem alienari in remotiorem; *cuiuſmodi ſunt omnes, quos retulimus ſupra nu. 83.* Hi non ſolùm non officiunt noſtrę ſententię, ſed eam mirum in modum cõfirmant, quia probat, ſi fideicommiſſum eſſet ſimplex, & abſolutum, non licere alienare. Cum igitur iuxta receptiorem DD. ſententiam certiſſimum hodie ſit, prohibitionem alienationis ſub illa forma factam inducere fideicommiſſum ſimplex, & abſolutũ, & contrariam opinionem eſſe communiter reprobatam, *ut oſtendimus ſupra num. 74.* & maximè in caſu noſtro, in quo teſtator id expreſsè declarauit, Conſequens eſt, vt etiam ſecundũ hos non liceat grauato rem alienare, *ut oſtendimus in quarto fundamento.* Alij verò ex DD. in contrarium allegatis, ſcribunt licere in remotiorem alięnare nõ obſtante, quod ſubſit fideicommiſſum in caſum mortis, Et hi non officiunt, quia neq; hoc nos ipſi negamus, ſed contendimus id non habere locum, quando fideicommiſſum, quod in caſum mortis relinquitur, eſt ſimplex, & abſolutum, quia tunc non competit talis licẽtia propterea quod, vbi licet alienare, fideicommiſſum non poteſt dici ſimplex, & abſolutum, *ut oſtendimus in tertio fundamento.* Alij deniq; ſcribunt licere alienare non obſtante, quod fideicommiſſum ſit ſimplex, & abſolutum, Et hi, præter id, quod, vti dixi, cõtrarium alibi rectius cenſuerunt, manifeſtè loquuntur contra terminos, & principia iuris noſtri, cum ſimul ſtare nõ poſſint, vt fideicommiſſum ſit ſimplex, & abſolutum, & liceat in remotiorem alienare, *ut oſtendimus in tertio fundamento, Quinimo Menoc. in conſ. 197. num. 32. uerſ. Tertius, & uerſ. Quartus*

vbi

Digitized by Google

vbi videtur tenere contrarium, ſemper ita loquitur, quando teſtator non cõſtituit expreſsè fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, ſed id ſolùm colligitur ex prohibitione alienationis. Itaq; ſi expreſsè fuiſſet conſtitutum, vt in caſu noſtro, fatetur contrarium eſſe verius.

Tertio reſpondeo DD. citatos loqui in ſimplicibus terminis alienationis prohibitæ extra familiam cum cauſa, quia teſtator vult bona in familia perpetuo conſeruari, quo caſu, licet illa verba, quia vult, &c. non impedirent alienationem in remotiorem, non tamen viderentur appoſita inutiliter, quia proſpicerent fideicommiſſariis in aliquem caſum, in quem non eſſet proſpectum per prohibitionem præcedentem, puta in caſum, quo per viam ſucceſſionis ab inteſtato bona poſſent in extraneos trãsferri. At nos loquimur in terminis fortioribus, quia prohibitio alienationis fuerat facta verbis ampliſſimis, & proſpexerat fideicommiſſariis in omnem omnino caſum, quo bona poſſent in extraneos tranſire, ideoq; niſi excluderent facultatem alienandi in deſcendentes, nullum prorſus effectum operarentur, ſed ſtarent omnino inutiliter. Quamobrẽ aliud omnimodo dicendũ eſt, *vt oſtendimus in quinto fundamẽto.*

Quartò, & vltimo reſpondeo DD. prędictos loqui, quando prohibitio, quæ cauſam habet ſubſequentem, ſi per ſe conſideretur, videtur tribuere facultatẽ alienandi ſaltẽ à contrario ſenſu, puta, quia teſtator dixit ſimpliciter, ꝓhibeo alienari extra deſcendentes. At nos loquimur in ſpecie longè diuerſa, quia prohibitio ipſa nõ tribuit hanc facultatem, nec enim facta eſt ſimpliciter extra deſcendentes, ſed extra deſcẽdentes ſeruato ordine quo ſupra, quia intentio teſtatoris eſt, vt bona cõſeruentur in ſuis deſcẽdentibus ſecundum ordinem ſupra præſcriptũ, quæ verba operantur, vt teſtator non ſolùm nõ cenſeatur huiuſmodi facultatẽ permiſiſſe, ſed etiam vt eam expreſsè cenſeatur prohibuiſſe, quia per hæc verba prohibuit omnem alienationem, quæ fieret non ſeruato ordine ſupra ꝓfinito qui ordo duplex eſt, vnus reſpectu qualitatis vocatorum, alter verò reſpectu proximioritatis, vt ſcilicet bona pertineant ad proximiores ordine ſucceſſiuo, ſicuti ex verbis teſtamenti oſtendimus in primo præſuppoſito. Stantibus igitur hiſce circũſtatiis nemo certè in caſu ſimili cõtrariũ reſpondit, aut reſpõdere potuiſſet contra manifeſtiſſimã voluntatẽ teſtatoris.

Quartus caſus eſt, quando prohibitio teſtatoris habet ſubſtitutionem præcedentem, ſed ipſa facta fuit ſecũdum terminos primi, aut ſecundi caſus, puta, quia teſtator poſt ſubſtitutionem prohibuit ſimpliciter alienari extra familiam, vel prohibuit alienari, vt bona in familia cõſeruentur, aut, quia vult bona in familia cõſeruari, in quibus omnibus caſibus prohibitio alienationis, ſi per ſe conſideretur, non inducit fideicommiſſum ſimplex, & abſolutũ, ſed tantum in caſum contrauentionis. Et tunc magna eſt controuerſia, an per huiuſmodi prohibitionem cenſeatur teſtator voluiſſe limitare præcedentem ſubſtitutionem, & tribuere facultatẽ alienãdi in præiudicium ſubſtitutionis, quæ in caſum mortis fuerat cõcepta, ita, vt ſecuta alienatione in caſu tacitè permiſſo non poſſint fideicommiſſarij etiam purificata conditione fideicommiſſi ex ſubſtitutione reſultantis bona ab iis, in quos fuerant alienata, vindicare, quæ controuerſia vertitur etiam ratione temporis, cum ſcilicet poſt ſubſtitutionem teſtator prohibuit alienationem vſq; ad certum tempus, nunquid poſt illud tempus cenſeatur eam permiſiſſe etiam ad euerſionem fideicommiſſi præcedẽtis. Et quanquam hinc indè ſint DD. opiniones, videtur tamen receptior negatiua ſententia, (vt oſtendimus in primo fundamẽto,) maximè quando permiſſio non eſt expreſſa, ſed tacitè colligitur à contrario ſenſu. Nam
DD. qui ſuſtinent contrariam tàm ratione caſus, quàm ratione temporis vel loquuntur de
93 permiſſione explicita, † *vt Iaſ. conſ. 173. num. 1.*
verſ. Nec obſtat ſi diceretur vol. 2. Alcia. conſ. 112.
num. 11. verſ. 2. & num. ſeqq. lib. 9. vel de implicita, ſed tamen (vt iidem profitentur) expreſſa
94 per dictionem, niſi † *vt Ruin. conſ. 114. num. 6.*
verſ. ſed quia vol. 2. Soc. Iun. conſ. 163. nu. 33. &
36. vol. 2. Decia. conſ. 78. nu. 15. 22. & 35. vol. 3.
Itaq; permiſſionem expreſſam aiunt limitare
præcedentem prohibitionem tacitam ex ſubſtitutione proficiſcentem, tacitam verò permiſſionem non habere eandem vim, nec limitare prohibitionem legis ex actu ſeparato naſcentem, ſed excludere ſolùm prohibitionem
95 hominis in caſu tacitè permiſſo. † *Ita enim declarant Ruin. conſ. 153. num. 14. vol. 2. Alcia. d.*
conſ. 112. num. 9. lib. 9. Gabr. conſ. 123. num. 41.
& conſ. 132. num. 6. vol. 1. Decia. conſ. 27. num. 39.
verſ. non obſtat tertium vol. 3. & conſ. 42. num. 7.
vol. 4. Pereg. conſ. 40. n. 6. vol. 2. Sed hic non eſt caſus noſter, quia prohibitio, q̃ poſt ſubſtitutionẽ facta fuit, non eſt ſimplex, vt eſt illa, de qua loquũtur DD., qui de hac quęſtione diſputãt.

Quintus, & vltimus caſus eſt, quando prohibitio teſtatoris habet ſubſtitutionem precedentem, & ipſamet prohibitio fuit facta iuxta terminos relatos in tertio caſu. Et tunc nemo vnquam cenſuit per talem prohibitionem cẽſeri datam facultatem alienandi in pręiudiciũ fideicommiſſi pręcedentis, quia, ſi nõ cenſetur data per ipſam prohibitionem etiamſi non habeat ſubſtitutionem pręcedentem, *vt ibidem oſtendimus*, multo minus debet cenſeri data, quã pręcedit ſubſtitutio. Et maximè in caſu noſtro in quo tot, tantæq; circumſtantię concurrunt, quę adeo manifeſtam reddunt voluntatem teſtatoris in excludenda facultate alienandi in remotiorem, vt rem extra omnem conſtituant dubitationẽ, *ſicuti late oſtendimus in tertio quarto, & quinto fundamento, nec non & in tertio caſu.*

Nec obſtat, quod in caſu noſtro videatur cõſtare de contraria volũtate teſtatoris eo, quod permiſit grauatis, vt ſi nullos habeant filios, poſſint vnum ex deſcendentibus aliorum adoptare, & hoc modo eligere remotiorem, quia reſpondeo, hoc non ſolùm non officere, ſed cõfirmare noſtram ſententiam. Nam vt ſupra dictum eſt, ſi teſtator indiſtinctè voluiſſet grauatum poſſe eligere remotiorem, & ei relinquere bona in præiudicium proximiorum, fruſtra cõceſſiſſet hanc facultatem adoptandi: quia ſi poſſet ſine adoptione, cur requireret adoptio? Cum igitur ad excludendos trãſuerſales requiratur adoptio, ſcilicet, quia, ſi moriatur aliquis ex deſcendentibus ſine filijs ſaltem adoptatis, ſubſtituit ei teſtator alios deſcendentes proximiores, ex hoc potius colligimus noluiſſe teſtatorem permittere facultatem eligendi.

Digitized by Google

Nec obſtat, quod permiſſo vno actu alienationis cenſeantur permiſſi omnes alij actus illi ſimiles, quia reſpondeo, id procedere, ſi alij actus eundem habeant effectum, quem actus
96 permiſſus, † *vt declarat Bart. in d. l. ſicut. 8. §. ſed ſi permiſerit. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu.* In caſu autem noſtro ſimplicem electionem non habere eundem effectum, quē habet adoptio, quia per adoptionem non tranſeunt bona in remotiorem, ſed in proximiorem, cum adoptatus tamquàm filius (licet fictus) ſit omnibus tranſuerſalibus proximior *l. 1. §. ſuos ff. de ſuis & legit.* At per alios modos res tranſit in remotiorem. Itaq; per adoptionem non fit contra finem, & intentionem teſtatoris, qui voluit bona tranſire gradatim de proximiore in proximiorem, per alios verò modos fit. Vnde ſequitur permiſſa adoptione non cenſeri permiſſos alios eligendi modos, tamquàm eundem non habentes effectum.

Deniq; nō obſtat, quod hæredes, qui poſſunt ambiguam teſtatoris voluntatem interpretari, ita videantur hanc patris diſpoſitionem intellexiſſe, vt per eam liceat inter ſe alienare, tàm per contractus, quàm per vltimas voluntates, quia reſpondeo primò, declarationem hæredū tunc eſſe attendendam, cum circa teſtatoris diſpoſitionem aliqua ſubeſt ambiguitas, vt eſt
97 propria declarationis natura † *ſicut ſcripſerunt Caſtr. in l. hæredes palam. 21. §. ſi quid poſt, num. 4. verſ. ſed hoc intellige. ff. de teſta. Dec. in l. edita, 3. num. 49. & ibi Purp. num. 10. C. de eden. Dec. in l. in ambiguis. 96. num. 4. ff. de reg. iur. Soc. Sen. conſ. 260. num. 10. vol. 2. Bec. conſ. 3. num. 44. Men. conſ. 107. num. 31.* Cæterum, vbi verba clara sūt, prout re vera ſunt in caſu noſtro, in quo teſtator expreſsè declarauit, ſe prohibere alienationem nō ſeruato ordine ſupra præſcripto, & ſic etiam eam, quæ fiet in deſcendentes remotiores, & præterea declarauit, ſe velle huiuſmodi prohibitionem inducere fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum non ſolùm in caſum contrauentionis, ſed etiā in caſum mortis, & hoc modo excluſit omnem in remotiores alienandi facultatem, *vti latè ſupra demonſtratum eſt*, non eſſe opus hæredum declaratione, & ſi fiat, fruſtra fieri, quia, quod clarum eſt, declaratione non eget. Imò nec declarari po-
98 teſt, † *vt ſcribunt Dec. in d. l. in ambiguis. 96. nu. 2. verſ. & hoc intelligitur ff. de reg. iur. Ant. Gabr. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 25. Men. conſ. 107. num. 31. Surd. conſ. 281. num. 30.* In claris enim non eſt opus coniecturis *l. continuus 137. §. cum ita ff. de verb. oblig.* & cum in verbis nulla eſt ambiguitas non eſt admittenda quæſtio voluntatis *l. ille, aut ille 25. §. cum in verbis ff. de leg. 3.*

Secundò reſpondeo negando hic aliquam ſubeſſe hæredum declarationem, ex qua colligere poſſimus teſtatorem cenſeri dediſſe facultatem alienandi in remotiorē, ſiue ſpectemus inſtrumentum diuiſionum, ſiue præſuppoſitā obſeruantiā, Nam, neq; ex inſtrumento quicquā deduci poteſt *vt oſtendam in ſeq. dubit.* neq; ex prædicta obſeruantia, vt patet ex multis, &

Primò ex eo, quia adhoc, vt hæredes dicerētur contrarium eius, quod nos ſupponimus voluiſſe teſtatorem, obſeruaſſe, & eo modo declaraſſe voluntatem eius fuiſſe, vt bona non trāſirent neceſſariò in proximiores, ſed poſſent etiā in remotiorem transferri, debuiſſent facere tales actus, ex quibus neceſſariò potuiſſet inferri eos in remotiorem alienaſſe: Aliòquin enim non ſecuta alienatione non poſſent dici circa eam quicquam obſeruaſſe, quia non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius qui. 41. ff. ſi cert. pet.* Sed ſic eſt, quod actus hæredum non fuerunt tales, vt ex iis neceſſario poſſit inferri, eos ī remotiorem alienaſſe, quia, licet morientes inſtituerint hęredem vniuerſalem vnum ex remotioribus, non tamen ex hoc ſequitur eos alienaſſe bona teſtatoris, quæ fuerant prohibita alienari, quia, qui ſimpliciter inſtituit hæredem vniuerſalem non dicitur in eū conferre bona prohibita alienari quippè, quæ ſui natura non continentur
99 in inſtitutione vniuerſali, † *vt ex doctr. Bart. in l. Codicillis. 91. §. Inſtituto. nu. 5. ff. de leg. 2. Bald. in l. 1. num. 1. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Alex. conſ. 168. num. 6. vol. 2. ſcribunt Dec. conſ. 378. nu. 1. & Parif. conſ. 26. num. 19. vol. 2.* Et ſi dixeris, hoc procedere, niſi grauatus habeat de huiuſmodi bonis alienandi facultatem, quaſi tunc ſufficiat vniuerſalis hæredis inſtitutio, vt cenſeatur de iis bonis diſpoſuiſſe, & ea in ali-
100 quē transtuliſſe. † *vt ſcribunt Bald. in l. ſi quis prioris 29. §. cer. um, num. 1. C. de ſec. nupt. Alex. conſ. 189. num. 11. vol. 2. & conſ. 226. num. 7. vol. 6. Iaſ. conſ. 173. col. 2. verſ. ſed præmiſſis, vol. 2. Soc. Sen. conſ. 31. num. 11. & conſ. 4. num. 2. vol. 4. Pereg. de fideic. art. 40. nu. 55. & 57. Surd. conſ. 572. nu. 67.* reſpondeo, Imo ſecundum veriorem, & receptiorem ſententiam non ſufficere, ſed neceſſariam eſſe ſpecialem, & expreſſam diſpoſitionem, ita, vt dicat teſtator ſe velle tuere etiam in bonis, de quibus poteſt diſponere,
101 ex licentia ſibi in tali teſtamento data, † *vti videre eſt apud Sylua. conſ. 14. num. 5. Gabr. conſ. 143. num. 6. vol. 1. Rimin. Iun. conſ. 204. nu. 111. & conſ. 320. nu. 20. Ceph. conſ. 371. nu. 28. Bertaz. conſ. 7. num. 7. & ſeq. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 7. tit. 7. num. 14. Peregr. conſ. 3. nu. 6. vol. 2.* Quam in rem faciunt, quæ tradit, *Soc. Sen. conſ. 92. nu. 22. verſ. ſuccedit autem tertia difficultas, & nu. 23. vol. 3.* vbi ſcribit, diſpoſitionem loquentem de inteſtato reſpectu certæ rei verificari etiam in eo, qui fecit quidem teſtamentum, ſed de re illa ſpecificè non diſpoſuit. *Sequuntur Iaſ. conſ. 196. col. 5. verſ. Itē ex aliis poſſet, vol. 2. Corn. conſ. 133. num. 15. & ſeq. vol. 2. Parif. conſ. 44. nu. 17. verſ. & ad confirmationem, vol. 3.* Deinde cōtraria ſententia, quæ vult vniuerſalem hęredis inſtitutionem ſufficere, procedit, quando certum eſt, potuiſſe quem diſponere, nec de licētia dubitatur. Cæterum quando controuerſum eſt, an teſtator voluerit dare facultatem alienandi, & diſponendi, & ex actibus hæredum volumus colligere declarationem huius ambiguitatis, verius eſt, nullo modo ſufficere, quia actus declarans debet ita clarus eſſe, vt nullam patiatur ambiguitatē; Alioquin enim, ſi ſit dubius non poteſt alias ambiguitates, & obſcuritates
102 declarare, † *vt diximus de definitione, ſicuti videre eſt apud Bulgarin. in rub. ff. ſolu. matr. nu. 22.* Cum igitur ſimplex hæredis inſtitutio, quoad hoc, vt cenſeatur quis diſpoſuiſſe de bonis prohibitis alienari ſit actus ambiguus, & dubius, tàm ratione iuris, cum (vt dictum eſt) valde ſit controuerſum, an ſufficiat, quàm ratione facti ſcilicet, quia fieri poteſt, vt inſtituens, cogitauerit, vel non cogitauerit, de iis bonis.

Conſe-

Conſequens eſt, vt ex ſola hæredis vniuerſalis inſtitutione nõ poſſit ambigua voluntas teſtatoris explicari.

Secundò verò dato, quod ij, qui remotiores hæredes inſtituerunt, dixiſſent, ſe eos inſtituere etiam in bonis ſubiectis fideicommiſſo, non tamen ex hoc poſſet aliqua deduci obſeruantia, quæ teſtatoris ambiguam voluntatẽ interpretaretur: Nam tunc obſeruantia declarat teſtamentum, cum omnibus hæredibus eſt communis, ideſt, cum omnes vniformiter ita mentem teſtatoris agendo interpretati ſunt; Cæterum, cum eſt difformis ita, vt ex multis hæredibus aliqui eam vno modo, cæteri alio modo intellexerint, magis eſt, vt nihil operari poſſit
103 † *vt ſcribunt Bart. in l. 2. in prin. num. 22. ff. ſol. matr. Dec. in l. ſi certis ann. 28. num. 19. C. de pact. Crau. conſ. 313. num. 4. Men. conſ. 8. nu. 17.* In caſu autem noſtro ex multis hæredibus inſtitutis, & reciproco fideicõmiſſo grauatis ſimul, & vocatis, non omnes ita ſenſerunt, ſed ij tantùm, quorũ intererat, ideſt, diſponentes ad aliorum præiudicium, & ij, quorum fauore diſponebatur: Cæteri verò, qui à diſpoſitione excludebantur non ſunt ita interpretati, ſed contrarium voluiſſe teſtatorẽ apertè aſſeruerunt, proteſtantes ſe huiuſmodi diſpoſitioni nõ conſentire, vt apparet ex actis. Non poteſt igitur hæc obſeruantia ambiguam defuncti mentem interpretari, quia alioquin eſſet in poteſtate vniꝰ ex grauatis declarãdo verba teſtatoris vno modo excludere vocatos, quod iuris ratio nõ permittit, quippè, quæ vult declarationem, & obſeruantiam vnius ipſi, & ipſius hæredibus no-
104 cere, ſed non alijs † *vt ſcribunt Soc. Sen. conſ. 12. num. 20. vol. 3. Ruin. conſ. 128. num. 15. vol. 2. Pariſ. conſ. 21. num. 39. vol. 3. Decia. conſ. 87. num. 22. vol. 2. Men. conſ. 337. num. 39.* Deniq; ſi ſpectaretur ſingularis hæredum declaratio, magna in teſtamento induceretur perplexitas, quia ſecundum declarationem vnius, poſſet quis diſponere, ſecundum alterius declarationem non poſſet, quæ res, vt eſt incompatibilis, ita, & haud dubiè reijcienda. Concludo igitur nihil ſubeſſe, ex quo quis rectè colligat in teſtamento Comitis Danielis cenſeri grauatis datam facultatem alienandi in remotiorem, vel vnum ex proximioribus.

Secunda ſuccedit dubitatio, in qua poſito, quod grauati non potuerint alienare bona in remotiorem ex vi teſtamenti, quæritur, an id ſaltem facere potuerint ex vi diuiſionum inter eos factarum.

Videretur autem primò aſpectu dicendum potuiſſe, quia, quamuis tacita permiſſio alienãdi, quæ colligitur à contrario ſenſu non cenſeatur limitare præcedentem ſubſtitutionẽ, aliud tñ videtur dicendum, ſi permiſſio ſit expreſſa: nam hæc ita præcedentẽ ſubſtitutionem limitat, vt moriẽte grauato ceſſet ſubſtitutio, ſi iuxta permiſſionis terminos bona fuerint alienata: permiſſio enim expreſſa non ſolum hominis prohibitionẽ limitat, ſed ẽt prohibitionem legis, *vt apertè ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra nu. 95.* Sed permiſſio alienandi, inter ipſos deſcendentes, quæ, deducitur ex inſtrumento diuiſionum, non eſt tacita, ſed expreſſa, quia cũ ita pacti ſint diuidentes, *che detti beni &c. mai ſi poſſino &c. alienare, ne transferire, ſe non tra eſſi fratelli, & ſuoi deſcendenti maſchi &c.* & conſequenter limitarunt prohibitionẽ per dictionẽ, niſi, cenſentur permiſiſſe alienationem inter ipſos fratres, & eorũ deſcendentes expreſsè nõ
105 tacitè, † *vt ſcribunt Ruin. conſ. 114. nu. 8. verſ. ſtante igitur, conſ. 127. nu. 13. verſ. quandoq; & 3. & conſ. 132. nu. 3. vol. 2. Soc. Iun. conſ. 163. nu. 35. in fi. vol. 2. Decia. conſ. 31. nu. 104. vol. 1. & conſ. 78. nu. 11. verſ. 2. dico, & nu. 14. vol. 3. Surd. conſ. 11. num. 3.* quia (ſecundũ eos) dictio, niſi poſtpoſita negationi affirmat, & ponit actum vel potentiã non tacitè, ſed expreſsè. Debet igitur omnimodò cenſeri præcedentem ſubſtitutionem limitaſſe. Idq; adeò verũ videtur, vt procedat etiam, ſi prohibitioni fuerit adiecta vulgaris illa ratio, quia vult bona in familia, vel deſcendentibus perpetuò conſeruari. Nã quoties permiſſio eſt expreſſa, ſubſtitutio præcedẽs limitatur non obſtantè ratione ſubſequenti.
106 † *vt videtur cenſuiſſe Ruin. d. conſ. 114. n. 8. verſ. ſtante, & d. conſ. 127. num. 13. verſ. quandoq; & 3. vol. 2.* Et ita in proprijs huiuſce cauſæ terminis cenſuit *Men. in conſ. 356.* quod pro Comite Daniel reddidit: nam propter illa verba, *ſe nõ trã eſſi fratelli, & ſuoi deſcendenti*, cenſuit diuidentes voluiſſe permittere alienationem, quæ fieret inter ipſos, & hoc modo alterare diſpoſitionẽ teſtamentariam, quatenus huiuſmodi alienationẽ videantur impedire, non obſtantibus multiplicatis proteſtationibus, quæ in eodem inſtrumento continentur.

Verùm his non obſtantibus contrariũ omnino verius eſſe puto, nõ magis ſcilicet potuiſſe grauatos talẽ facere alienationẽ ex vi diuiſionũ, q̃ potuerint ex vi teſtamẽti, quia, aut voluimus hanc facultatem alienandi deducere ex inſtrumẽto diuiſionũ per viam declarationis, quaſi diuidentes ita dicendo, *ſe non tra eſſi*, voluerint declarare, qualiter ſit intelligenda prohibitio facta in teſtamento, vt ſcilicet per eam cenſeatur quidẽ prohibita alienatio in extraneos, ſed non inter ipſos deſcendentes. Et hoc dicere nullo modo poſſumus, quia dato etiã, ꝙ diuidentes hoc explicitè dixiſſent, nihil tñ illa declaratio potuiſſet operari, ẽt in præiudicium ipſorum declarantiũ, quia cum ex verbis teſtamenti apertè conſtet de contrario; conſtare .n. ex verbis dicitur etiam id, ꝙ à verbis expreſſis
107 ſequitur & ab eis virtualiter colligit † *vt ſcribũt Bar. in l. ſi fideiuſſor. 52. §. meminiſſe. n. 1. in fi. ff. de leg. 1. & in l. vxorem. 39. §. agri plagam. nu. 2. ff. de leg. 3. Dec. conſ. 68. nu. 3. Crau. conſ. 149. nu. 11. Ceph. conſ. 152. nu. 76. Surd. conſ. 143. nu. 20. & deciſ. 254. nu. 38.* etiã ſecundũ iuris interpretationem, *vt ait Men. conſ. 974. n. 4.* fuiſſet, huiuſmodi declaratio, & confeſſio hæredũ erronea, & conſequenter nullũ confitentibus, & decla-
108 rãtibus afferre potuiſſet præiudiciũ † *vt in his fideicomiſſorũ terminis ſcripſerũt Ruſ. conſ. 167. n. 19. vol. 2. & conſ. 127. num. 18. vol. 3. Soc. Iun. conſ. 112. num. 1. & ſeqq. vol. 1. & conſ. 180. num. 82. vol. 2. Beret. conſ. 130. num. 7. verſ. ſed & 2. Decia. conſ. 10. num. 79. in fi. & num. 94. volum. 3. Mantic. de coni. vlt. volun. lib. 3. titu. 1. num. 29. Men. conſ. 86. num. 94. conſ. 91. num. 39. conſ. 191. num. 53. & conſ. 636. num. 33. Pereg. de fideicom. artic. 43. num. 7. & conſil. 53. num. 10. verſ. huic autem, volum. 1. Surd. conſ. 129. num. 42. conſil. 158. nume. 20. & conſil. 403. numero 76. & ſequentibus.* ſcilicet, quia non poſſunt hæredes ſua cõfeſſione, & declaratione operari, vt verba teſtatoris, quæ non permittunt, permittant, & contra, quæ prohibent, non prohibeant, cũ

109 hoc non pendeat ab eorũ voluntate † *vt ſcribunt, Soc. Iun. d. conſ. 112. num. 3. vol. 1. Decia. d. conſ. 10. num. 89. vol. 3. Pereg. d. arti. 43. num. 7. verſ. paſſus, & d. conſ. 53. num. 10. in fi. vol. 1.* Deniq; non poſſunt declarare, & interpretari voluntatẽ teſtatoris, quando verba clara ſunt, *vt diximus in præcedenti dubitatione*, prout eſſe cenſentur, quando vi ſua important aliquid etiam ſecundum iuris rationem, & interpretationem, *vt ſupra dictum eſt;* Aut verò volumus hanc alienandi facultatem deducere ex inſtrumento diuiſionum per viam nouæ diſpoſitionis, quaſi diuidentes voluerint alterare diſpoſitionem paternam, & efficere, vt liceat alienare inter ipſos deſcendentes bona fideicommiſſo ſubiecta, non obſtante, quod teſtator id prohibuerit, & multò minus hoc dicere poſſumus, quia ex ipſo diuiſionis inſtrumento ſatis apertè conſtat, noluiſſe diuidentes in hac re mutare, aut alterare diſpoſitionem paternam, ſed tantùm eam augere, & corroborare, ac efficere, vt plenius ſuum effectum ſortiretur; Quod patet ex multis, &

Primò, ex cauſa finali, qua moti ſunt diuidentes ad faciendum illud pactum de nõ alienandis bonis hæreditarijs Comitis Danielis: Nam cauſa fuit, vt magis confirmaretur, & corroboraretur ſubſtitutio, & prohibitio alienationis à patre facta, ſcilicet, quia, licet teſtator prohibuiſſet alienationem omnium bonorum ſuorum, huiuſmodi tamen prohibitio ſine pacto deſcendentium non potuiſſet in totum ſuum effectum ſortiri, nam potuiſſent diuidẽtes, ſi non omnia bona, ſaltem maiorem eorum partem alienare vi legitimæ, & trebellianicæ quæ ſtante numero liberorum plus quam dimidiam totius hæreditatis abſorbuiſſent Ne igitur hoc prætextu aliqua bona alienarentur, ſed omnia remanerent ſuppoſita diſpoſitioni paternę, fecerunt illud pactum, per quod conuenerunt, ne liceat aliqua bona ex ijs, quæ fuerant teſtatoris alienare, niſi inter ipſos deſcendentes, etiam ſub prætextu legitimæ, & trebellianicæ. Itaq; mens eorum non fuit alterare diſpoſitionem paternam, nec quicquam de nouo inducere reſpectu eorum bonorum, quæ iã erant comprehenſa in ſubſtitutione, & prohibitione alienationis, ſed tantùm extendere talem diſpoſitionem ad ea bona, quæ poteſtate iuris cenſeri poterant exempta, & illa prædictæ diſpoſitioni ſubijcere, vt apparet ex ipſis pacti verbis, in quibus diuidentes primo loco, *proteſtano &c. che tutti li predetti beni &c, ſono ſtati nelli beni del Signor Conte Daniele ſuo padre, & laſciati da lui nella ſua heredità a tempo della ſua morte, & compreſi nelli fideicommiſſi, ſubſtitutioni, & prohibitioni d'alienar fatti nel ſuo teſtamento,* Et hoc ad reddendum paternę diſpoſitionis effectum faciliorem, quo ſcilicet acturi in poſterum ex cauſa fideicommiſſi facilius probẽt id, quod eis neceſſarium eſt, bona nempè fuiſſe teſtatoris tempore mortis. Deinde ſubijciunt, *a quali fideicommiſſi, ſubſtitutioni, & prohibitioni eſſi fratelli non intendono derogare &c. anzi per maggior confirmatione &c. fanno l'vno all'altro eſpreſſo patto &c. che detti beni &c. mai ſi poſſano &c. alienare, ne transferir ſe non trà eſſi fratelli, & ſuoi deſcendenti &c, etiam ſotto preteſto di legitima, & trebellianica dotiute ad eſſi fratelli, &c. quali legitima, & trebellianica, volſeno eſſer ſoggette alli medemi fideicommiſſi, ſubſtitutioni, & prohibitioni, alli quali è ſottopoſto il reſto de beni &c.* Quæ verba clariſſimè demonſtrant, pactum hoc fuiſſe factum ampliandæ, non alterandæ paternę diſpoſitionis gratia, vt ſcilicet fideicommiſſum, & prohibitio alienationis, quæ non continebant legitimam, & trebellianicam ex vi teſtamenti, eas contineant ex vi pacti. Non debet igitur huiuſmodi pactum, tamquam extenſiuum, & ampliatiuum diſpoſitionis eam alterare, ne inducta ad vnum finem contrarium effectum operentur *contra l. legata inutiliter 14. ff. de adim. leg. l. legata inutiliter. 19. ff. de leg. 1.* ſed potius ipſum debet intelligi ſecundum terminos, & qualitates ipſius diſpoſitionis, ſcilicet, quia extenſio, & ampliatio cenſentur fieri cum omnibus qualitatibus eius,
110 quod extenditur. † *l. legem. 16. C. de locat. l. Item quæritur. 14. §. qui impleto. ff. eod. l. Labeo. 30. §. hæc autem ff. de arbitr. & ſcribit Gozad. in Auth. præterea, num. 20. C. vnd. vir, & vx.*

Secundò conſtat id apertius ex multis proteſtationibus factis in eodem inſtrumento, quę omnes tendunt ad hunc finem, vt per eas declarent diuidentes, ſe nolle in aliqua re mutare, & alterare naturam fideicommiſſi, & prohibitionis alienationis à patre factæ, vt apparet ex illis verbis, *cum reſſeruatione tamen, & citrà præiudicium feudorum, & fideicommiſſorum quorumcumque maiorum ſuorum, quibus nullatenus per præſentes, nec per aliqua, quæ dicant, vel faciant &c. præiudicare, derogare, aut renuntiare intendunt, & ita proteſtantur.* Et alibi, *ſaluis fideicommiſſis, &c. quibus &c. præiudicare, neq; derogare intendũt &c.* & paulò poſt, *ſaluis ſubſtitutionibus &c.* Et nouiſſimè; *a qual fideicommiſſo, ſubſtitutione, & prohibitione eſſi fratelli non intendono derogare &c.* Ex quibus clauſulis multiplicatis conſtat de enixa voluntate diuidentium non recedendi à paterna diſpoſitione, nec eam in aliquo alterandi.

Nec eſt, quod reſpondeas, huiuſmodi proteſtationes, & reſeruationes eſſe referendas ſolùm ad eas alienationes, quæ fierent extra deſcendentes, non etiam ad eas, quæ inter ipſos deſcendentes, *vt ex authoritate Soc. Sen. in conſ. 43 num. 4. vol. 4. reſpondet in hac ſpecie Men. d. conſ. 56. num. 10.* quia verius eſt, imò referendas eſſe ad omnes alienationes, quæ fierent cõtra diſpoſitionem teſtatoris: nam diuidentes proteſtantur ſe nullo modo velle alterare ſubſtitutionem, & prohibitionem alienandi à teſtatore factã, & hoc modo declarant ſe nolle permittere alienationẽ in aliquo caſu, in quo ſit prohibita à teſtatore, quia alioquin eius diſpoſitionem alterarent. Cum igitur à teſtatore prohibita ſit alienatio non ſolum extra deſcendentes, ſed etiam inter ipſos deſcendentes, non ſeruato ordine præſcripto, tàm ratione qualitatis perſonarum, quàm ratione proximioritatis, *vt oſtendimus in præcedenti dubitatione,* Cõſequens eſt, vt non cenſeantur voluiſſe permittere alienationem inter ipſos deſcendentes.

Minus eſt, quod reſpondeas, huiuſmodi proteſtationes, & reſeruationes, non fuiſſe factas ſimpliciter, ſed fuiſſe reſtrictas, & limitatas à ſubſequentibus illis verbis, *& ſaluo pacto de nõ alienando de quo infra, quod volunt, & intendunt intelligi repetitum in qualibet parte præſentis inſtrumenti,* quippè, quę videntur ſignificare, mẽtẽ diuidẽtiũ fuiſſe nõ derogare paternę diſpoſitioni, ſaluo tñ pacto poſtea ſubſecuto, & ſic ſaluus

iis omnibus, q̃ virtute pacti fieri poſſunt, vt eſt alienatio inter ipſos deſcendentes, quia pro tollenda hac reſponſione diligenter animaduertendum eſt, illa verba, *& ſaluo pacto &c.* non poni à diuidentibus reſtrictiuè, & limitatiuè, ſed ampliatiuè: non enim dicunt ſimpliciter, *ſaluo pacto*, vel, *ſaluo tamen pacto*, quo caſu ſtarent illa verba exceptiuè, & ſic limitatiuè, ſed, *& ſaluo pacto*, & ſic per modum ampliationis, cum illa dictio, &, ponatur ampliatiuè
111 † *l. ea tamen adiectio, 44. ff. de leg. 3. & ſcribunt Bald. in l. 1. num. 4. Cod. de verb. ſign. Soc. Iun. conſ. 44. num. 4. vol. 4. Crau. conſ. 9. nu. 25. Ceph. conſ. 245. num. 64. Surd. conſ. 475. num. 27.* Quo poſito facilè eſt intelligere, ſenſum horum verborum non eſſe eum, quem putant aduerſarij, noluiſſe ſcilicet diuidentes recedere à diſpoſitione paterna in aliquo exceptis iis, quæ in pacto continentur, quia ſecundum hunc ſenſum illa verba ſtarent limitatiuè, & reſtrictiuè, non ampliatiuè, prout ſtant, ſed ſenſus eſt, huiuſmodi fratres facere diuiſionem, ſaluis ſubſtitutionibus, & prohibitionibus, à patre factis, & ſaluo pacto ſubſecuto, ideſt, ſaluis ſubſtitutionibus, & prohibitionibus, non ſolùm quatenus ex teſtamento patris vim habent, ſed etiam quatenus per ſubſequens pactum fuerunt ampliatæ: nam, quia pactum reſpectu ſubſtitutionum, & prohibitionum ſtat ampliatiuè, cum, vti ſupra demonſtratum eſt, finis pacti non ſit alius, quam, vt ampliet, & extendat diſpoſitionem paternam etiam ad legitimam, & trebelliaticam, ideo etiam ampliatiuè, & eodem modo fieri debent omnes reſeruationes, vt ſcilicet reſeruentur ſubſtitutiones, & prohibitiones, ac etiam pactum, ideſt, reſeruentur ſubſtitutiones, & prohibitiones etiam quatenus pacto fuerunt ampliatæ, ita vt intelligantur reſeruatæ ſubſtitutiones, & prohibitiones, non ſolùm reſpectu bonorum, quæ ex vi teſtamenti ſub illis continebantur, ſed etiam reſpectu legitimæ, & Trebelliaticæ, quę vi conuentionis fuerunt prædictis ſubſtitutionibus, & prohibitionibus ſuppoſitæ; alioquin enim reſeruatio fuiſſet imperfecta, quia non comprehendiſſet omnia bona, vt erat ipſorum fratrum intentio, ſed comprehendiſſet ea tantum, quæ ſuperfuiſſent deducta, legitima, & Trebellianica, niſi etiam fratres reſeruaſſent pactum. Quamobrem ſubiiciunt, ſe velle, hoc cenſeri in omni parte diuiſionis repetitum, vt ſcilicet quicquid de ſubſtitutionibus, & prohibitionibus dicetur, intelligatur etiam de eo, quod in pacto continetur, & ſic etiam de legitima, & trebellianica, quæ vi pacti fuerunt prædictis ſubſtitutionibus, & prohibitionibus ſuppoſitæ. Hic eſt illorum verborum verus ſenſus, non quem alii comminiſcuntur.

Tertiò verò, licet diuidentes non adieciſſent huiuſmodi reſeruationes, & proteſtationes tã amplas, & toties repetitas, adhuc tamen non cenſerentur dediſſe facultatem alienandi contra formam diſpoſitionis paternæ, quia non ſimpliciter prohibent alienationem, niſi inter ſe, ſuoſq; deſcendentes, ſed cum hac adiectione, *nel modo, & forma, ſi contiene nel teſtamento del Sig. Co. Daniele padre di detti diuidenti*, ſuppoſita ratione, *per che la totale ſua intentione è che tutti li predetti beni diuiſi, & vt ſupra, laſciati dal Sig. Con. Daniele ſuo padre perpetuamente, & ſenza diminutione alcuna vſq; ad conſumationem ſeculi rimangano, & ſtiano nelli ſuoi deſcendenti &c. al modo, & forma, ſi contiene nel teſtamento di detto &c.* Quibus verbis non ſolùm prohibent alienationem, quę fiet in extraneos, ſed etiam eam, quæ fiet inter ipſos deſcendentes non ſeruata forma in patris teſtamẽto præſcripta. Atqui, quoties alienatio fit in remotiorem extãtibus proximioribus, vel in vnum ex proximioribus, ſi plures extent, cenſetur fieri contra formam præſcriptam in dicto teſtamento, quia, vt in præcedenti dubitatione demonſtratum eſt, teſtator non ſolùm præſcripſit modum, & ordinem ſuccedendi ratione qualitatis perſonarum, ſed etiam ratione proximioritatis, quia voluit bona tranſire de proximiore in proximiorem. Ergo per hæc verba cenſentur diuidentes nõ permiſiſſe, ſed prohibuiſſe alienationem inter ipſos deſcendentes, ſi fiat in remotiorem, vel vnum ex proximioribus.

Quartò demum, ſi quis diligenter attendat ad inſtrumenti verba, facile ex iis deprehendet, diuidentes nihil aliud facere voluiſſe, quã repetere prohibitionem factam in teſtamento, & eam extendere ad legitimam, & trebellianicam. Nam teſtator prohibuerat alienationem bonorum extra ſuos deſcendentes ſecundum modum in ſubſtitutione præfinitum, adiecta cauſa, quia finalis intentio ſua erat, vt bona conſeruarentur in ſuis deſcendentibus in infinitum, Verùm, quia talis prohibitio non poterat eſſe valida pro quantitate legitimæ, & trebellianicæ, ideo, vt etiam ad has portiones extenderetur, diuidentes repetierunt prohibitionem paternam, & dixerunt, ſe conuenire, ne bona relicta à patre poſſint aliquo modo alienari, niſi inter ipſos deſcendentes, ad formam teſtamenti paterni, etiam ſub prætextu legitimæ, & trebellianicæ, quas portiones prædictæ diſpoſitioni ſubiiciunt, quia finalis intentio ipſorum eſt, vt prędicta bona conſeruentur in ſuis deſcendentibus in infinitum ſine aliqua diminutione, Ex quibus apparet, hanc non eſſe nouam diſpoſitionem, ſed eſſe repetitionẽ, & extenſionem diſpoſitionis paternæ ad legitimam, & trebellianicam, vt appertiſſimè conſtat ex illis verbis, *etiam ſotto preteſto di legitima, & trebellianica douute ad eſſi fratelli, o alcuno di loro &c. qual legitima, & trebellianica voleno eſſer ſoggette alli medemi fideicommiſſi, ſubſtitutions, & prohibitione, alle quali è ſottopoſto il reſto delli beni, & heredità paterna;* nam diligenter ponderanda ſunt illa verba, *alli medemi &c.* quæ ſignificant eos nolle facere nouam diſpoſitionem; ſed eidem diſpoſitioni paternę addere legitimam, & trebellianicam, Et finem huius pacti non alium eſſe, quam, vt conſeruetur in ſuis deſcendentibus ſecundum paternã diſpoſitionem non bona ſimpliciter (nam hæc iam debebant conſeruari) ſed bona *ſenza diminutione alcuna*, ideſt ſine detractione legitimæ, & trebellianicæ, per quam fuiſſet facta diminutio. Cum igitur hæc ſit eadem diſpoſitio cum diſpoſitione paterna, Conſequens eſt, vt non debeat ab illa diuerſo cenſeri iure, ſed quæcunq; dicta ſunt de paterna diſpoſitione, debeant neceſſario dici de hac repetitione, & extenſione, quippe, q̃ cẽſetur facta cũ omnibꝰ ſuis qualitatibus, vt ſupra dictũ eſt. Et quãuis in

hac repetitione contineatur aliqua diuerſitas, quoad verba, ſcilicet, quia pater dixerat, ſe prohibere alienationem extra deſcendentes, & in repetitione dicunt diuidentes, ſe prohibere alienationem, niſi inter deſcendentes, non tamen in hac diuerſitate debet aliqua vis fieri, quia, cum appareat de mente paciſcentium, ſcilicet, eos voluiſſe ſolùm extendere, & ampliare, non alterare prohibitionem paternam, non eſt curandum de verbis, cum etiam in cõtractibus mentem potius ſpectare debeamus,
112 quam verba, † *l. vlt. C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. ſed Celſus. 6. §. 1. verſ. in emptis. ff. de cõtr. empt.* Maximè, cum vulgò ſit ignota illa differentia, quæ à nonnullis conſtituitur inter dictionem, extra, & dictionem, niſi, ſed vulgari ſermone non diſtinguantur hæc dicendi genera, *ſe non tra ſuoi deſcendenti*, vel *fuora de ſuoi deſcendenti*, & pro vna, eademque locutione accipiantur. Imò (ſi verum dicere fas eſt) non diſtinguantur etiam iure, quia dictio, niſi, non ponit expreſsè, vt malè pleriq; cenſuerunt, ſed tantùm à contrario ſenſu, & ſic tacitè non minus, quam dictio, extra, *vt manifeſtiſſimè conſtat ex l. Titia. 59. §. fin. ff. de manu. teſta.* Nec obſtat, *l. quibus diebus. 40. §. quidam ff. de cond. & demon.* quia poſitio ibi non ſumitur à ſecunda diſpoſitione, ſed à prima, quæ non intelligitur in caſu contrario renocata: Nam, cum teſtator multa prius feciſſet legata pura, deinde illa repetiiſſet ſub conditione, ſi mater ipſius teſtatoris moreretur, ait Labeo, nihil intereſſe, vtrum ita ſcriptum fuerit, *quas pecunias cuique legaui, eas hæres meus, ſi mater mea moritur dato*, an ita; *niſi mater mea moriatur, ne dato*: Vtrobique enim ſub conditione datum, vel ademptum eſſe legatum, quibus verbis hoc ſignificat, vtroque caſu legatum, quod erat purum, cenſeri datum ſub conditione, ſi mater moriatur, & ſub contraria conditione, ſi mater non moriatur, cenſeri ademptum, ſed datio non deducitur à poſteriore diſpoſitione, ſed à priore, quia, cum prius legatum ſub conditione adimitur, ſi conditio non veniat, non cenſetur ademptum, ſed manet. Itaque rectè dicit Labeo vtroque caſu cenſeri datum ſub conditione, ſed datum per diſpoſitionem primam non verò per ſecundam: Alioquin enim, ſi nulla diſpoſitio præceſſiſſet, non cenſeretur teſtator quicquam dediſſe, non per diſpoſitionem præcedentem, quæ nulla eſſet, neq; per ſubſequentem, quæ non daret, ſed ſolùm adimeret, vt euenit in ſpecie, *d. l. Titia 59. §. fin. ff. de man. teſtam.* vbi cum teſtator non dediſſet ſeruo ſuo libertatem, ſcripſit hæc verba, *Oneſiphore, niſi diligenter rationes excuſſeris, liber ne eſto* ſeruus redditis rationibus intendebat, ſibi deberi libertatem ex teſtamento domini, quaſi dicendo, *niſi rationes reddideris, liber ne eſto*, cenſeretur à contrario ſenſu dixiſſe, ſi verò rationes reddideris, liber eſto, & tamen I. C. ait, his verbis eſſe potius ademptam libertatem, quam datam, ideſt teſtatorem prohibuiſſe hæredi, ne ſeruum manumitteret, & ſic ſuſtuliſſe poteſtatem, ſed non dediſſe à contrario ſenſu libertatem, quia à contrario ſenſu hoc ſolùm poſſumus inferre, ſi rationes diligenter excuſſerit, non cenſeri teſtatorem prohibuiſſe libertatem, & hæredi poteſtatem manumittendi ſuſtuliſſe, ſed reliquiſſe rem in ſuis terminis, ideſt, in arbitrio hæredis, vtrum velit manumittere, nec ne. Itaque apparet dictionem, niſi, non magis ponere, quam dictio, extra, & poſitionem, ſi qua ſubſit, aliundè deducendam eſſe, nempè à diſpoſitione præceden-
113 ti, vel à iure communi, † *vt in terminis declarant Dec. in l. 1. in prin. num. 54. & ibi. Cagn. num. 125. & alij paſſim ff. de off. eius.*

Ex quibus intelligimus non obeſſe contraria, nam DD. in contrarium allegati loquuntur de permiſſione data expreſsè, nos verò de ea, quæ tacitè, & dato etiã, quod hæc qualiter, qualiter dici poſſet expreſſa, loquuntur DD. de permiſſione explicita, nos verò de implicita. Denuq; loquuntur in aliis terminis, nempè, quãdo mens diſponentis non repugnabat permiſſioni, nos verò loquimur in caſu, in quo cõſtat ex claris verbis inſtrumenti, noluiſſe diuidentes permittere alienationem in caſu, in quo nõ fuiſſet permiſſa à patre, ſed voluiſſe tantum diſpoſitionem paternam extendere ad legitimã, & trebellianicam, *vti ſupra latè demonſtratum eſt, ita, vt non ſit neceſſe hic iterum ea omnia referre.*

Vnum ſolummodo reſtat, quod dicitur in motiuis, ex duabus interpretationibus videri recipiendam illam, quæ conciliat contrarietatem, non etiam illam, quæ alterutrum ex contrarijs omnino deſtruit, Et in caſu noſtro, ſecũdum interpretationem, quæ fauet actori, alterum ex contrariis omnino deſtrui, nempè permiſſionẽ alienandi, quæ colligitur ex illis verbis, extra deſcendentes, vel niſi inter ipſos deſcendentes ſecũdum verò eam, quæ fauet reo, ita contrarietatem conciliari, vt neutra diſpoſitio vitietur, quia vtraq; locum habere poterit: fideicommiſſum enim ſimplex, & abſolutum habebit locum in caſum non factæ alienationis, permiſſio verò alienandi in caſum alienationis. Sed ad hoc (in quo magnam audio vim conſtitui) reſpondeo argumentum retorqueri: nam interpretatio, quæ fauet reo, deſtruit omnino alterum ex contrarijs, quia permittendo alienationem in remotiorem, facit, vt fideicõmiſſum, quod teſtator expreſsè dixit, ſe velle eſſe ſimplex, & abſolutũ, non ſit amplius ſimplex, ſed conditionale, cum (*vt in prima dubitatione latè demonſtratũ eſt*) vbi permiſſa eſt alienatio, fideicommiſſum nõ poſſit dici ſimplex, & abſolutum. Contra verò interpretatio, quæ fauet actori, neutrum euertit, ſed vtrunq; ſuſtinet, ſecundum mentem, & diſpoſitionem teſtatoris: ſuſtinet enim fideicõmiſſum ſimplex, & abſolutum, quia poſt grauati mortem omnimodo bona ad proximiores pertinebunt, & ſimul ſuſtinet permiſſionem alienandi eo modo, quo facta fuit: nam teſtator (etiam tacitè intelligendo) non permiſit alienationem inter deſcendentes ſimpliciter, ſed ſeruato ordine ſupra præſcripto, tàm ratione qualitatis, quàm ratione proximioritatis, & hæc alienatio non tollitur per hanc interpretationem, quia non prohibentur grauati rem in omnes proximiores transferre ſecundum ordinem à teſtatore præſcriptum. Præterea non tollitur permiſſio alienationis in caſu, in quo cenſetur facta, ſed tantùm in caſu, in quo facta non intelligitur: nam, vt latè demonſtratum eſt in prima dubitatione, quando præcedit ſubſtitutio, ex qua

naſcitur

naſcitur prohibitio alienationis tacita, & legā-
lis, deinde ſequitur prohibitio alienādi expreſ-
ſa, ſed limitata, vel ratione temporis, vel ratio-
nę perſonarum, quo caſu à contrario ſenſu col
ligitur permiſſio tacita in caſu excluſo, illa ta-
cita permiſſio cenſetur facta ad limitandam
prohibitionem hominis, quæ eſt expreſſa, ſed
non ad limitandam prohibitionem legis ex p̄-
cedenti ſubſtitutione reſultantem. In caſu igi-
tur, in quo cenſetur facta permiſſio, non tolli-
tur per hanc interpretationem, quia non impe-
diuntur grauati, quandiu viuunt alienare, in
quemcunq; voluerint ex deſcendentibus, ſed
tantùm impediuntur in caſu, in quo non cen-
ſetur facta permiſſio, ſcilicet ad euerſionem
fideicommiſſi in caſum mortis reſultantis, &
ſic in præiudicium eorum, qui virtute ſubſtitu-
tionis poſt grauati mortem vocantur. Omni-
modo igitur hæc interpretatio recipienda eſt,
quia neutrum ex iis, quæ videbantur contraria,
deſtruit, ſed vtrunq; ſuſtinet iuxta mentem, &
diſpoſitionem teſtatoris. Deniq;, ſi eſſemus in
caſu, in quo non poſſet contrarietas conciliari
ſine alterutrius deſtructione, nonne æquius eſ-
ſet deſtruere permiſſionem, quæ eſt tacita, non
expreſſa (nec enim teſtator dixit, ſe permittere
inter deſcendentes, ſed tantùm, ſe prohibere
extra deſcendentes) & conſequenter non eſt
certa, ſed dubia tàm de iure, quàm de facto, cū
vtroq; modo dubium ſit, vtrum tacita permiſ-
ſio cenſeatur facta ad limitandam ſubſtitutio-
nem præcedentem, quam deſtruere fideicom-
miſſum ſimplex, & abſolutum, quod non eſt ta-
citum, ſed expreſſum, non ſolùm vi, & poteſta-
te diſpoſitionis, ſed etiam ipſamet figura ver-
borum, cum teſtator expreſsè dixerit, ſe velle
hoc fideicommiſſum eſſe ſimplex, & abſolu-
tum. Omnimodo igitur hæc, quæ talem alie-
nandi poteſtatem excludit, non illa, quę inclu-
dit, interpretatio eſt recipienda.

Supereſt tertia, & vltima dubitatio, in qua
poſito, quod talis alienatio nullo modo fieri
potuerit, & conſequenter, quod fideicommiſ-
ſum debuerit reſtitui proximioribus, videndū
eſt, an Comes Daniel pro dimidia fuerit ad-
mittendus ſimul cum Comite Proſpero ſaltē
iure repreſentationis. Et, quia nos non verſa-
mur in terminis, in quibus de iure repreſenta-
tionis diſputari poſſit, ideo breuiter agendo, cō
cludo, Comitem Danielem, nullo modo fuiſ-
ſe admittendum, ſed totum fideicommiſſum
debuiſſe ad Comitem Proſperū pertinere, quia,
cum eo tempore, quo grauati deceſſerunt, duo
tantum eſſent proximiores, Comes Gaſpar, &
Comes Proſper, & Comes Gaſpar conſentien-
do alienationi factæ in filium, cenſeatur exclu
114 ſus à parte ſua, † *l. nihil proponi. 123. §. 1. ff. de
leg. 1. l. cum pater. 79. §. libertis l. codicillis. 91. §.
inſulam. ff. de leg. 2. l. quoties. 11. C. de fideico.*
conſequens eſt, vt totum fideicommiſſum per-
tinuerit ad Comitem Proſperum, vel iure ſuo,
quaſi ſolum vocatum, *iuxta d. §. libertis*, vel ſal-
tem iure accreſcendi, quod etiam in fideicō-
miſſis locum habet, ſiue fideicōmiſſa ſint vni-
115 uerſalia, ſiue particularia, † *l. vn. §. vbi autem
legatarij C. de cad. toll. & de vtriſq; ſcribunt Curt.
Iun. conſ. 259. num. 13. Alcia. in l. re coniuncti
89. num. 49. ff. de leg. 3. Mantic. de coniect. vlt.
vol. lib. 10. tit. 3. num. 1. Pereg. de fideic. artic. 9.
num. 1. & 8. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 21. nu.
2. verſ. Contrarium, Men. conſ. 661. nu. 4. Viuius
deciſ. 406. num. 6.*

Nec in locum Comitis Gaſparis filius eius
ingredi poteſt, quia, aut vult venire ex perſona
patris, ſeu iure tranſmiſſionis, & non poteſt, cū
tranſmiſſio ceſſet quando (vt in caſu noſtro)
defunctus eſt à ſua parte excluſus repudiatio-
116 ne, † *l. vn. & ibi not. Bald. num. 2. C. de iis, qui
ant. ap. tab. Bart. in l. ventre 83. num. 21. ff. de
acq. hæred. Iaſ. in l. emancipata. 4. num. 1. in fi. C.
qui admitti*, ne alioquin plus iuris in alium trāſ
ferre videatur, quam ipſe habeat *contra l. nemo
plus iuris. 55. ff. de reg. iur. l. traditio. 20. in prin.
ff. acq. rer. dom.* Aut vult venire iure repreſen-
tationis, & ſic ex perſona propria, *vt late oſten-
dunt Surd. conſ. 133. num. 25. Ozaſ. conſ. 72. nu.
27. verſ. 7.* & nec etiam poteſt, quia quæſtio re-
preſentationis non poteſt ad caſum noſtrum
adaptari: nam repreſentatio tunc demum cō-
ſideratur, quādo is, cuius perſona repreſentari
debet, tempore, quo venit caſus ſucceſſionis,
non eſt ſuperſtes, ſed præmortuus, *§. 1. verſ. In
hoc enim, & §. ſi igitur Auth. de hæred. ab int. ven.
coll. 9.* Cæterum, quando eſt ſuperſtes, non eſt
tractandum de repreſentatione, quia perſona,
quæ eſt, non poteſt repreſentari, cum ceſſet fi-
ctio, vbi adeſt veritas *l. filio quem pater. 23. ff. de
117 lib. & poſth.* † *Ita declarant Saly. in Auth. Poſt
fratres. 1. C. de leg. hæred. Dec. conſ. 1. num. 12. &
conſ. 87. num. 3. verſ. 3. efficaciter, & num. 4. verſ.
3. non obſtat, Ruin. conſ. 134. num. 22. verſ. Nec
obſtat, & conſ. 169. num. 7. verſ. Nec præmiſſis
obſtat, vol. 2. Pariſ. conſ. 37. num. 68. volum. 2. &
conſ. 21. num. 19. volum. 3. Ozaſ. conſ 72. num.
23.* Ideo tunc temporis eius filij vel debent
venire iure tranſmiſſionis, & ex perſona pa-
tris, vel omninò à ſucceſſione repelluntur.
Cum igitur in caſu noſtro non potuerit Co-
mes Daniel venire iure tranſmiſſionis, vt ſupra
dictum eſt, conſequens eſt, vt nullo modo po-
tuerit in ſucceſſione fideicōmiſſi cum patruo
ſuo concurrere. Et ita in omnibus ſupradictis
iuris eſſe cenſeo ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Illuſtriſsimo, & Excellentiſs. Don Franciſco Caietano Duce Sancti Laurentij.

CONSILIVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

An in fideicommiſſis appellatione filiorum con
tineātur omnes deſcendentes in infinitum, Et
quāto tempore fideicommiſſum ſucceſſiuum
extinguatur, Et an in fideicommiſſo relicto fa
miliæ proximior cognatus, ſed agnatus remo-
tior excludat agnatum proximiorem.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio in fideicommiſſis, licet ex veriſimili vo-
luntate teſtatoris fiat de caſu ad caſum, non ta-
men fit de perſona ad perſonam.*

2 *Filiorum appellatione continentur nepotes.*

3 Filiorum appellatione, vt cõtineantur nepotes, ſit per interpretationem, & extenſionem.

4 Filij aliter, & aliter nepotes appellantur.

6 Extenſio non eſt facienda in odioſis.

7 Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando tractatur de ipſorum odio, & grauamine.

8 Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando hoc modo filij grauarentur reſtituere nepotibus.

9 Filiorum appellatione ſi continentur nepotes in fideicommiſſis, hoc intelligitur de illis, qui ſunt nati tempore teſtamenti aut ſaltem mortis teſtatoris, Declara vt num. 49.

10 Nati tantum tempore teſtamenti vocantur ad fideicommiſſum relictum agnatis, aut cognatis, Declara, vt num. 50.

11 Filiorum appellatione continentur nepotes, & alij deſcendentes in fideicommiſſis ex coniectura ta voluntate teſtatoris.

12 Voluntatem teſtatoris, & eius coniecturas ſpectamus a potius in fideicommiſſis, quam verba verborumq; propriam ſignificationem.

13 Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes in infinitum.

14 Primogenitura regulatur ſecundum naturam feudi.

15 Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes in feudis.

16 Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes, quando materia eſt indifferens quoad gradus.

17 Vocatis duobus antiquioribus de familia cenſetur conſtitutum fideicommiſſum ſucceſſiuum in familia.

18 Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes, quando teſtator appoſuit illam dictionẽ, ſemper, vel aliter conſtat teſtatorem voluiſſe facere diſpoſitionem perpetuam, num. 19.

20 Fideicommiſſum ſucceſſiuum, & perpetuum eſſe cenſetur ex qualitate rei.

21 Prohibitio alienationis etiam ſine cauſa valet ex qualitate rei.

22 Fideicommiſſi coniectura ſumitur ex qualitate rei.

23 Agnationis conſeruandæ ratio cenſetur habita, quoties teſtator ſemper vocauit maſculos, & fœminas perpetuo excluſit, mandans eas dotari.

24 Primo genitura erectio facta fauore maſculorũ oſtendit teſtatorem habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ:

25 Filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes, vbi teſtator habuit rationem agnationis conſeruandæ.

26 Fœmina eſt finis agnationis.

27 Prohibitio alienationis facta filijs extenditur ad nepotes, quando eſt habita ratio agnationis conſeruandæ.

28 Fideicommiſſum iniunctum filijs cenſetur repetitum in nepotibus quando eſt habita ratio conſeruandæ agnationis.

29 Lineæ appellatione continentur omnes deſcendentes in infinitum.

30 Linea deficiente ſi fiat ſubſtitutio, cenſetur grauatus vltimus de linea reſtituere.

31 Linea deficiente ſi fiat ſubſtitutio reſultat inter ipſos de linea fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum, per quod alter alteri reſtituere grauatus intelligitur, & num. 32.

33 Filiorum appellatione continentur nepotes in infinitum, quando teſtatoris diſpoſitio confertur in aliquem euentum, qui tractum habeat temporis ſucceſſiuum, & inter eos cenſetur inductum fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum, num. 34.

35 Filiorum appellatione continentur deſcendentes quando in diſpoſitione ſit mentio de filijs naſcituris.

36 Liberorum appellatione continentur nepotes, & alij deſcendentes.

37 Vna pars teſtamenti declarat aliam.

38 Filiorum appellatione continentur deſcendentes, quando teſtator promiſcue vtitur verbo filijs, & verbo liberis.

39 Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando teſtator diſcretiue locutus eſt de filijs, & nepotibus.

40 Filiorum appellatione cõtinentur nepotes, in onere quando filij ſunt honorati, & grauati, & nepotes in honore continentur.

41 Filiorum appellatione continentur nepotes, & alij deſcendẽtes in honore ſubſtitutionis, & omnibus emolumentis, ad quæ filij vocantur.

42 Filij poſiti in conditione, quando cenſentur ex coniecturis vocati, cenſentur etiam grauati.

43 Filiorum appellatione in conditionibus continentur omnes deſcendentes.

44 Filiorum poſitorum in conditione vocatio elicitur ex pluribus coniecturis ſimul iunctis.

45 Fideicommiſſum inductum cenſetur, ſi ſuper eo iam ſint prolata ſententiæ.

46 Extenſio in fideicommiſſis ſit de perſona ad perſonam, quando perſona ad quam ſit extenſio, continetur ſub appellatione eorum, qui à teſtatore expreſſi ſunt, ſaltem ſecundum latam ſignificationem.

47 Extenſio etiam ſit de perſona ad perſonam in fideicommiſſis, quando concurrunt coniectura voluntatis defuncti.

48 Extenſio, quæ ſit ex voluntate teſtatoris non eſt propriè extenſio, ſed comprehenſio, & interpretatio intellectiua.

49 Filiorum appellatione veniunt deſcendentes nondum nati, quãdo diſpoſitio teſtatoris fuit collata in futurum euentum habentem tractum temporis ſucceſſiuum.

50 Filiorum appellatione veniunt etiam non nati tẽpore teſtamenti, quando eſt facta mentio de naſcituris.

51 Diſpoſitio ſi faciat menſionem de naſcituris, tunc in ea continetur conditio illa ſi naſcentur.

52 Natum eſſe quem tempore, quo dies fideicommiſſi cedit ſufficit in fideicommiſſo, ad quod etiam naſcituri vocantur.

53 Fideicommiſſum perpetuum non porrigitur vltra centum annos, Sed contra, num. 65.

54 Legata annua relicta eccleſiæ aut ciuitati finiuntur centum annis, Sed contra, num. 66.

55 Legata annua relicta eccleſiæ aut ciuitati cenſentur perpetua.

56 Legatum annuum comparatur legato vſusfructus.

57 Legatum vſusfructus relictum ciuitati, vel eccleſiæ centum annorum meta terminatur.

58 Fideicommiſſa perpetua non porriguntur vltra quartam generationem, Declara vt num. 67. verſ. Ad ſecundum.

59 Fideicommiſſum perpetuum, etiam in deſcendentibus non porrigitur vltra quartam generationem, Sed contra num. 60.

Fidei-

Digitized by Google

61 *Fideicommiſſorũ ſucceſſiones regulantur ad ſimilitudinem ſucceſſionum, quæ ab inteſtato deferuntur.*

62 *Fideicommiſſum nulla temporis præfinitione conſtringitur, quando teſtator ad infinitatem reſpexit.*

63 *Primogenitura extenditur etiam ultra quartam generationem, & in infinitum.*

64 *Deſcendentes in infinitum vocantur ad feudi ſucceſſionem.*

65 *Fideicommiſſa perpetua non extinguntur ſpacio centum annorum.*

67 *Viuere nemo cenſetur vltra centum annos.*

68 *In maioratibus, & primogenituris fauore deſcendentium, & agnatorum conſtitutis proximiores vltimo poſſeſſori cæteris omnibus præferuntur, dummodo ſint de comprehenſis in primogenitura.*

69 *In fideicommiſſis, quæ de gradu in gradũ, de hærede in hæredem proficiſci debẽt, admittũtur proximiores inſpecta perſona vltimi grauati, non teſtatoris.*

70 *Feudalibus in ſucceſſionibus ſpectatur proximitas reſpectu vltimi poſſeſſoris.*

71 *Ceſſante ratione excluſionis ceſſare debet etiam excluſio.*

72 *Maſculus ex fœmina deſcendens remanet omnino excluſus à primogenitura inſtituta fauore maſculorum tantum.*

73 *Vincula ſi ſint duo in vna perſona, quorum vnum tantum attenditur in ſucceſſione, tunc perſona conſideratur, vt habens tantum vinculum illud, quod attenditur.*

74 *Frater vtrinque coniunctus de iure communi excludit fratrem coniunctum ex parte tantum patris.*

75 *Frater vtrinque coniunctus in feudis non excludit conſanguineum, quia conſideratur tantũ, vt coniunctus ex parte patris.*

76 *Frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineum tantum in ſtatutis præferentibus maſculos fœminis in ſucceſſionibus inteſtatorum, Sed contra num. ſeqq.*

78 *Agnatus proximior eſt præferẽdus cæteris omnibus in primogenituris.*

79 *Agnatio eſt à patre non à matre.*

80 *Filius in ſucceſſionibus, quæ deferuntur, vt filio ſuorum parentum, non debet eſſe melioris conditionis, quam ſint pater, & mater.*

81 *Maſculus ex fœmina proximiore, & agnato remotiore non admittitur ad ſucceſſionẽ bonorum, quæ proximioribus agnatis deferuntur.*

FACTI SPECIES.

ANNO Domini 1489. die 15. Ianuarij Ill. D. Honoratus Caietanus Comes Fundorum, Logotheta, & Prothonotarius Regius condidit teſtamentum, in quo iuſtis de cauſis exhæredato D. Petro Bernardino filio ſuo, inſtituit hæredes vniuerſales D. Honoratum Comitem Trayeti, & D. Iacobum Mariam, nepotes ſuos ex prædicto filio exhæredato, inter quos bona feudalia, quæ tunc temporis poſſidebat, diuiſit, & prædicto D. Honorato iuniori reliquit Comitatum Fundorum, & Trayeti, & inter cætera bona, terram Pedimontis, conſtituitq; fideicommiſſum aſſenſu Regio roboratum his verbis.

Item prædictus D. Comes teſtator voluit, & mãdauit, quod vbi, (quod abſit) d. D. Honoratus Comes Trayeti eius nepos deceſſerit in pupillari ætate, vel poſt quandocunque abſque filijs maſculis legitimis, & naturalibus, ſeu ſimiliter d. Iacobus Maria morietur abſque liberis maſculis legitimis & naturalibus in pupillari ætate, vel poſt quandocunque, quod tunc & in ipſo caſu vnus ſuccedat alteri taliter morienti, & ſic ſucceſſiue eorum filij maſculi legitimi, & naturales vnus ſuccedat alteri, prærogatiua primogenituræ, & gradu ſemper ſalua & reſeruata, & cum onere dotandi & maritandi filias fœminas de paragio.

Item prædictus D. Comes teſtator voluit, & mãdauit, quod, vbi & in caſu, quo præfati D. Comes Trayeti, & D. Iacobus Maria, & quilibet ipſorum (quod abſit) deceſſerint ſine filijs maſculis legitimis, ſeu dicti eorum filij nati, &, vt prædicitur, naſcituri, maſculi, legitimi, & naturales deceſſerint ſimiliter ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, & nullus ſupereſſet de recta linea ipſius D. teſtatoris maſculus legitimus, & naturalis, ad quem eius hæreditas deuenire deberet, quod in dictis bonis ipſius D. teſtatoris, & ſignanter, in ſupradictis terris videlicet S. Laurentij, Ciccani, Popbi, Sonini, Vallicorſæ, & Saluaterræ cum earum, & cuiuslibet ipſarum fortelitijs, hominibus, vaſſallis, vaſſallorumque reditibus, iuribus, rationibus, & pertinentijs earum omnibus quibuſcunque ſuccedat, & ſuccedere debeat Sereniſſ. & Illuſtriſſ. iam dictus D. noſter Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ &c. cum onere dotandi & maritãdi filias fœminas de paragio ſi reperiri contigerit.

D. Honoratus iunior quatuor ſuſcepit filios, videlicet D. Federicum, qui viuo patre deceſſit, D. Ludouicum, D. Colam præsbyterum, & D. Ferdinandum.

Ex D. Ludouico, q primogeniti locũ tenuit, natus eſt D. Scipio ſenior. Itaque poſt mortem D. Honorati iunioris nata eſt inter D. Ferdinãdum quarto genitum, & d. D. Scipionem filiũ ſecundogeniti controuerſia ſuper ſucceſſione ſtatus prædicti D. Honorati iunioris, & per ſententiam Regiæ Cameræ declaratum eſt, ſucceſſionem omnium bonorum feudalium prædicti D. Honorati iunioris pertinere ad d. D. Scipionem tanquam natum ex D. Ludouico primogeniti locum tenente, & hoc excepta terra Pedimontis, quam Regia Camera declarauit ad D. Ferdinandum quartogenitum pertinere vigore fideicommiſſi à d. D. Honorato ſeniore conſtituti.

Et quoniã ab hac ſententia prouocauerat idẽ D. Scipio, ſecutum eſt ex compromiſſo laudum, quo declaratum, eſt debere D. Scipionem renunciare appellationi, & iuribus ſibi ſpectantibus in d. terra Pedimontis ex cauſa fideicommiſſi diſpoſiti per d. D. Honoratum ſeniorem, Comitem Fundorum, ſaluo tamen iure tàm d. D. Scipioni, & eius deſcendentibus maſculis, quàm deſcendentibus maſculis ex d. D. Ferdinando competenti, ſeu competituro virtute d. fideicommiſſi, ita, quod deficientibus filijs maſculini ſexus in infinitum d. D. Ferdinandi, ſeruetur in omnibus, & per omnia teſtamentum, & fideicommiſſum per d. quondam Honoratum ſeniorem.

Ex D. Scipione natus eſt D. Ludouicus iunior & D. Alfonſus ſecundogenitus, ex D. Ferdinando D. Ioannes, qui poſſedit d. terram Pedimontis, & D. Victoria Caietana Duciſſa Laurini.

D. Ioannes deceſſit ſine filijs, qua propter nata eſt in eadem Regia Camera controuerſia inter D. Ludouicum iuniorem filium d. D. Scipionis, & d. D. Victoriam ſororẽ prædicti D. Ioannis,

Digitized by Google

nis, nam prædicta D. Victoria prætendebat ſucceſſionem d. terræ Pedimontis ad ſe tanquam proximiorem pertinere ex vi conſtitutionum Regni.

Sed anno 1563. fuit à prædicta Camera Regia declaratum d. terram pertinere ad D. Ludouicum iuniorem vigore fideicommiſſi d. D Honorati ſenioris Comitis Fundorum excluſa prædicta D. Victoria tanquam fœmina, quæ à teſtamento excluditur.

Ex d. D. Ludouico Domino Pedimontis nati ſunt D. Scipio, qui nouiſſimè poſſidet prædictam terram, & D. Camilla, quæ nupſit D. Artuſo Caietano, cui peperit filium nomine Dom. Franciſcum.

Ex D. Alfonſo ſecundogenito D. Scipionis natus eſt D. Frāciſcus Dux S. Laurentij, & quia D. Scipio nouiſſimus Pedimontis poſſeſſor liberis deſtitutus eſt, ideo ſub prætextu, quod D. Camilla intendit reſiduum dotium ſibi à D. Ludouico patre ſuo promiſſarum conſequi ſuper d. terra Pedimontis, quaſi non ſuppoſita fideicommiſſo, nata eſt in ſacro Conſilio controuerſia, in qua pro defenſione fideicommiſsi fuit euocatus prædictus D. Dux S. Laurentij, Proponit autem d. D. Camilla nullum ſubeſſe fideicommiſſum, reſpectu ipſorum nunc viuentium, quoniā teſtator de ſolis hæredum inſtitutorum filijs locutus eſt; & quatenus eius diſpoſitio reſpiceret vlteriores, fideicommiſſum eſſe extinctum, per lapſum centum annorum, & omnimodo non extendi vltra quartam generationem. Denique quatenus fideicommiſſum ſubſit, nec dici poſſit extinctum, eius ſucceſsionem non ad D. Ducem S. Laurentij, ſed ad D. Franciſcum filium ſuum tanquam agnatum & proximiorem pertinere: Et contradicente d. D. Duce S. Laurentii, imò ſubeſſe, & durare fideicommiſſum, eiuſque ſucceſsionem ad ſe tanquam proximiorē agnatum pertinere, de tribus dubitati contigit. Primò an diſpoſitio prædicti teſtatoris contineat fideicommiſſum reſtrictum, & limitatum ad ſolos ipſius nepotes hæredes inſtitutos, & eorum filios maſculos, an verò ſucceſsiuum & perpetuum inter omnes eius deſcendentes maſculini ſexus. Secundo poſito, quod ad omnes deſcendentes extendatur, an cenſeatur extinctum per lapſum centum annorum, & an porrigatur vltra quartā generationem. Tertiò demum, vter in eius ſucceſsione præferendus ſit D. Franciſcus filius D. Camillæ, an verò D. Franciſcus Dux S. Laurentij. Et quæritur quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS,

ARdua ſanè mihi primum cogitanti viſa eſt præſens conſultatio exemplo aliarum controuerſiarum, in quibus de interpretanda voluntate teſtatoris agitur: nam, quia mens in ambiguo poſita, & ſolis indaganda conjecturis præbet hominibus anſam diſputandi, & vim verborum ad proprium cuiuſque ſenſum contorquendi, credebam primo aſpectu, & hanc ex aliarum eſſe numero. Sed diligētius rē intuens, & verba teſtatoris perpendens, multò, quam putaſsem faciliorem eſſe cognoui, non, quod hic etiam non ſit opus coniecturis, ſed, quia defuncti voluntas non ita obſcuris eſt circumfuſa tenebris, quin poſſit vel mediocri verborum luce patefieri. Quamobrem non ſum veritus, quin ingenij mei vires, quantumuis exiguæ, ſint ad huius rei veritatem in lucem proferendam ſuffecturæ. Has igitur in hanc rem intēdam, & demonſtrabo potiorem eſſe in vnaquaque dubitatione cauſam Illuſtriſsimi atque Excellen. D. Ducis S. Laurentij, quod, vt efficiam.

Incipiam à prima dubitatione, in qua videretur primo aſpectu dicēdum fideicommiſsum vltra filios D. Honorati iunioris, & D. Iacobi Mariæ non eſſe porrigendum, quia in fideicommiſsis licet interdum ex veriſimili mente defuncti fiat extenſio de caſu ad caſum, non tamen
1 fit de perſona ad perſonā; † *vt ſcribunt Rain. cōſ. 127. num. 9. verſ. facilius vol. 2. Dec. conſ. 286. num. 8 conſ. 290. num. 6. verſ. præmitto. conſ. 377. num. 3. & conſ. 465. num. 16. Soc. iun. conſ. 185. num. 12. vol. 2. Grau. conſ. 93. num. 13 Gabr. conſ. 111. num. 13. vol. 1. Caphal. conſ. 269. num. 12. & 53. & conſ. 330. num. 72. Natt. conſ. 551 num. 25. & conſ. 678. num. 29. Roll. conſ. 56. num. 24. vol. 3. Peregr. de fideicom. artic. 1. num. 27. Menoch. conſ. 97. num. 9. conſ. 393. num. 63. & conſ. 1036. num. 31. & de præſumpt. lib. 4. præſ. 73 num. 5. Surd. conſ. 55. num. 24.* Et ideo cū teſtator loquatur de filiis, vt apparet ex illis verbis, *Et ſic ſucceſſiuè eorum filij maſculi legitimi, & naturales vnus ſuccedat alteri*, non videtur eius diſpoſitio ad nepotes, & vlteriores deſcēdentes extendenda.

Et, ſi dixeris, non eſſe opus extenſione in caſu noſtro; quoniam appellatione filiorum, continē-
2 tur nepotes. † *l. filij appellatione. 84 l. iuſta. 201. l. liberorū. 220. verſ. ſed & Papyrius. ff. de verb. ſignific.* videtur poſſe replicari, imò contrarium eſſe verius, quia, vt nepotes appellatione filiorum contineantur, non fit ex propria ſignificatione vocabuli, ſed per interpretationem, & extenſionē.
3 † *d. l. iuſta, & tradunt Bar. in d. l. liberorum. nu. 10. Bald. in l. pen. C. ad Maced. Alexan. conſ. 17. num. 4. conſ. 125. num. 12. vol. 5. & conſ. 37. num. 16. vol. 6. Soc. iun. conſ. 103. num. 19. vol. 2. Ant. Gabr. in tit. de verb. ſign. concl. 1. num. 3. Tiraq. de iure primoge. q. 40. num. 58. Gozad. conſ. 36. num. 3. Lecian. conſ. 47. num. 10. & 20. verſ. non obſt. vol. 3. Menoc. conſil. 215. num. 12. Surd. conſ. 403. num. 18.* nam ſecundum propriam ſignificationem aliter filij aliter
4 nepotes appellantur. † *l. quod ſi nepotes. 6. ff. de teſta. tut. § ult. inſti. qui teſt. tut. dar. poſſ.* & ideo quo-
5 niam in odioſis non eſt facienda extenſio. † *l. cū quidam. 19. & ibi Iaſ. num. 9. ff. de lib. & poſthu. Bar. in l. ſeruus nomine. 16. num. 3. ff. de uſucap. Dec. in l. quod contra rationem. 183. in prin. num. 4. ff. de reg. iur. Pariſ. conſ. 29. num. 12. vol. 3. Menoc. conſ. 243. num. 20.* fit, vt quoties tractatur de odio, & grauamine ipſorum nepotum ceſſet talis interpreta-
6 tio † *ut ſcribunt Bar. in d. l. liberorum. num. 6. Caſt. conſ. 97. num. 3. uol. 2. Alex. conſ. 37. num. 10. & 15. in fin. & conſ. 140. num. 2. vol. 6. Dec. conſ. 95. num. 7. conſ. 217. num. 12. Gabr. in d. tit. de uerb. ſign. conclu. 1. num. 52. Natt. conſil. 191. num. 10. conſ. 602. num. 14. & 16. Cephal. conſ. 194. num. 23. Peregrin. de fideicom. artic. 22. num. 61. & 62.* & ſic, vt in onere fideicommiſſi nepotes appellatione filiorum
7 non contineantur, † *ut ſcribunt Caſtr. d. conſ. 97. num. 3. uol. 2. Dec. d. conſ. 217. num. 12. conſ. 286. nu. 11. uerſ. non obſtat, quod, ſi teſtator, & conſ. 465. nu. 10. et conſil. 567. num. 8. Nat. d. conſ. 191. num. 10. et d. conſ. 602. num. 14 et 16. Caph. d. conſ. 194. nu. 28. Peregr. de fideic. arti. 1. num. 27. et d. art. 22. nu. 62.* Quod maximè procedere videtur in caſu no-

ſtro, in

ſtro, in quo non ſolùm remanerent grauati ne
potes reſtituere deſcendẽtibus alterius lineæ,
ſi cõtinerentur appellatione filiorum, ſed etiã
ipſimet filij cenſerentur grauati reſtituere ne-
potibus, & ſic filijs ſuis, quod, quando eueni-
ret, nunquam appellatione filiorum nepotes
8 continentur, † *vt ſcribunt Dec. conſ. 95. num. 7.*
Socin. iun. conſ. 111. num. 29. vol. 1. Alcia. conſ. 31.
num. 37. lib. 9. Ant. Gabr. in d. tit. de verb. ſign. con-
cluſ. 1. num. 87. Caph. conſ. 107. num. 17. Denique
dato etiam, quod dici poſſent contineri, vide-
retur tamen id intelligendum de nepotibus na
tis tempore teſtamenti, aut ſaltem tẽpore mor-
9 tis teſtatoris, † *vt ſcribunt Soc. ſen. conſ. 152. num.*
2. 5. & 13. verſ. ſed tamen, vol. 2. & conſ. 73. num.
25. vol. 4. Pariſ. conſi. 20. num. 58. vol. 3. Dec. conſi.
95. num. 7. verſ. 3. principaliter. Soc. Iun. conſ. 111.
num. 22. vol. 1. Gozad. conſ. 36. num. 7. & 8. Anton.
Gabr. d. conclu. 1. num. 65. Nam hoc eſt genera-
le in omnibus teſtamentarijs diſpoſitionibus,
quæ in aliquos collectiuè conferuntur, puta in
agnatos, cognatos, & id genus alios, vt de iis
intelligantur, qui ſunt nati tempore teſtamẽti
10 † *l. ſi cognatis. 20. & ibi Soc. ſen. nu. 30. & alij com-*
muniter. ff. de reb. dub. l. cum ita. 33. §. in fideicom-
miſſo. ff. de leg. 2. Ruin. conſ. 22. num. 7. vol. 2. Socin.
iun. conſ. 17. num. 1. vol. 2. Alcia. conſ. 495. num. 1.
Tiraq. de retract. lignag. § 1. glo. 9. num. 84. & 85.
Roll. conſ. 70. num. 9. vol. 3. Peregr. de fideic. articu.
22. num. 9. Vndè cum deſcendentes, qui nunc
ſunt in rerum natura, non eſſent haud dubiè
nati, aut concepti, quo tempore D. Honoratus
ſenior condidit teſtamentum, minus quo tem
pore deceſſit, conſequẽs videtur eſſe, vt ad eos
non pertineat eius diſpoſitio.

Verùm his non obſtantibus, prout verè non
obſtant, contrarium de iure verius arbitror, cẽ-
ſeri ſcilicet non ſolùm filios D. Honorati iu-
nioris, & filios D. Iacobi Mariæ vice mutua
ſubſtitutos, ſed etiam eorum nepotes, prone-
potes, & alios deſcendẽtes in infinitum, & in-
ter ipſos deſcendentes ex vnaquaque linea cẽ-
ſeri inductum perpetuum fideicommiſſum per
quod alter alteri ſucceſſiuè, & verò etiam reci-
procè cenſetur ſubſtitutus.

Moueor autem, vt ita ſentiã, quia teſtator,
dum ait, *Et ſic ſucceſſiuè eorum filij maſculi legiti-*
mi, & naturales vnus ſuccedat alteri, filiorum ap-
pellatione deſcendentes omnes in infinitum
comprehendit, & inter eos tàm reciprocum,
quam ſucceſſiuum, & abſolutum fideicom-
miſſum conſtituit, quod ex eo intelligimus,
quia, licet in grauamine fideicommiſſi regula-
riter appellatione filiorum non contineantur
nepotes & alij deſcendentes, *vti ſupra dictum*
eſt, hoc tamen fallit, quando ex coniecturis ap
11 paret contrariam fuiſſe mẽtem teſtatoris. † *d. l.*
liberorum 220. verſ. ſed & Papyrius, ibi, niſi volun
tas teſtatoris aliter ſe habeat. ff. de verb. ſigni. & ſcri
bunt Soc. ſen. conſ. 150. num. 5. verſ. maximè atten-
ta, conſ. 152. num. 4. verſ. quod probatur, & conſil.
250. num. 4. verſ. ſed in caſu, vol. 2. Pariſ. conſ. 78.
num. 12. conſ. 88. num. 24. vol. 2. & conſ. 52. num.
35. vol. 3. Curt. iun. conſ. 111. num. 5. conſ. 113. nu.
1. & 6. conſ. 114. num. 5. & conſ. 116. num. 12. Gab.
in d. tit. de verb. ſigni. conclu. 1. num. 32. Caph. conſ.
262. num. 11. Peregr. de fideicom. d. arti. 1. num. 29.
& d. artic. 22. num. 62. Colleg. Patau. inter conſil.
eiuſd. Peregr. conſ. 38. num. 22. verſi. 2. vol. 1. Nam
in fideicommiſſis ſpectamus potius volunta-
tem, & eius coniecturas, quam verba, verbo-
12 rumq; propriam ſignificationem. † *l. cum virũ*
16. C. de fideicom. In caſu autem noſtro multæ
ſunt coniecturæ, ex quibus colligimus teſtato-
rem ſenſiſſe de omnibus deſcendẽtibus in in-
finitum, Etenim

Prima cõiectura ſumitur ex illis verbis, *Præ-*
rogatiua primogenituræ, & gradu ſemper ſalua, &
reſeruata: nam, quoties teſtator in bonis fidei-
commiſſo ſuppoſitis erigit fauore maſculorũ
primogenituram, cuius natura eſt, vt habeat
tractum temporis ſucceſſiuum, non cenſetur
voluiſſe diſpoſitionem ſuam conſtringere ad
ſolos filios, ſed potius cenſetur appellatione
filiorum omnes deſcendentes in infinitum cõ
prehendiſſe, & inter eos, perpetuum, & ſucceſ-
13 ſiuum fideicommiſſum induxiſſe, † *vt ſcribũt*
Roma. conſ. 438. num. 13. Pariſ. conſ. 72. num. 92.
vol. 4. Molin. de primogen. Hiſp. lib. 1. cap. 5. num.
20. & cap. 6. num. 28. Beret. conſ. 118. num. 23. Co-
uar. lib. 3. variar. reſol. cap. 5. num. 4. Menoc. conſ.
220. num. 34. & conſ. 1099. num. 13. Peregrin. de
fideicom. art. 22. num. 45. & 51. Colleg. Patau. in-
ter conſ. eiuſd. Peregr. d. conſ. 38. num. 20. 23. & 26.
vol. 1. Surd. conſ. 403. num. 21. Nam primogeni-
14 tura regulatur ſecundum naturam feudi, † *vt*
ſcribunt Bald. in l. cum in antiquioribus 19. num.
11. C. de iur. delib. Socin. ſen. conſ. 47. num. 4. & ſeq.
vol. 3. Pariſ. conſ. 72. num. 74. vol. 4. Tiraq. de iure
primogen. q. 23. num. 10. & q. 40. num. 99. Ioan. le
Cirier lib. 3. de primogen. q. 4. num. 10. Caph. conſil.
251. num. 40. & 70. conſ. 252. num. 18. & conſ. 664.
num. 3. Roll. conſ. 10. num. 38. vol. 3. Couar. lib. 3.
variar. reſol. cap. 5. num. 5. verſ. 5. Ant. de Gamm.
deciſ. Luſit. 51. num. 5. Surd. conſ. 241. num. 15. &
conſ. 403. num. 7. Vndè, quemadmodum in feu-
dis appellatione filiorum continentur omnes
15 deſcendentes in infinitum, † *vt ſcribunt Bald.*
in cap. 1. num. 6. de alien. feud. Alexan. in l. Gallus.
29. §. inſtituens. num. 8. & ibi Iaſ. num. 25. verſic.
contrarium. ff. de libe. & poſthu. Alex. conſ. 124 nu.
7. vol. 4. conſ. 17. nu. 5. vol. 5. Iaſ. in l. de quibus. 31.
num. 20. ff. de legib. Ruin. conſ. 35. nu. 1. vol. 1. conſ.
167. num. 9. vol. 5. Pariſ. conſ. 20. num. 23. vol. 1.
Peregr. conſ. 14. num. 1. conſ. 17. num. 3. conſ. 25. nu.
6. & conſ. 38. num. 19. & 26. vol. 1. Surd. conſ. 573.
num. 40. Roſent. de feud. cap. 7. conclu. 15. num. 9.
Ita etiam debent contineri in primogenituris.
Quod confirmatur ex eo, quia, quando mate-
ria eſt indifferens, quoad gradus, vt eſt materia
primogenituræ, tunc appellatio filiorum com
16 prehendit totam lineam deſcendentium, † *vt*
ſcribunt Bald. in cap. quæ in eccleſiarum, num. 39.
de conſtit. Alex. conſ. 17. num. 1, vol. 5. Iaſ. in d. l. de
quibus. 31. num. 20 ff. de legibus, Molin. de primog.
Hiſp. lib. 1. cap. 6. num. 29. Denique confirmatur
ex doctrina. *Anch. conſ. 27*, dicentis teſtatorẽ,
qui reliquit bona ſua duobus antiquioribus de
ſua familia, non exprimendo propria nomi-
na, non cenſeri diſpoſitionem ſuam reſtrinxiſ
ſe ad vnum gradum, ſed inter omnes agnatos
perpetuum & ſucceſſiuum fideicommiſſum
17 conſtituiſſe, † *ſequuntur Rom. conſ. 438. nu. 14.*
Barbat. conſ. 27. num. 7. verſ. præterea adduco, vol.
1. conſ. 18. num. 16. verſ. 3. præmitto, vol. 2. & conſi.
24. num. 3. verſic. vnde ſolemnis, vol. 3. Ruin. conſil.
40. num. 3. verſi. & prout etiam, vol. 1. conſ. 24. nu.
6. conſi. 164. num. 4. verſ. & ita etiam clarè, & conſ.
167. num. 7. vol. 3. Dec. conſ. 516. num. 16. verſi. &
facit. Tiraq. de iure primogen. q. 3. nu. 10. Alb. conſ.
51. num.

Digitized by Google

51.num.14. Natt.conſ.531. num. 27. Beret.conſil.
118.num.9.Oſaſ.conſ.22.num.33. Nec in terminis
noſtris diſſentit. Cran. conſ.161.num.9. & conſil.
180.nu.2.Idem probant Molin.de primogen.Hiſp.
lib.1.cap.5.num.18. Menoch.conſ.85.nu. 26.conſ.
97.num.19.& conſ.117.num.14.& 15. Peregr.de
fideicom.art.13.num.86.verſ.quod ſi maior & art.
19. num. 16.

Secunda verò coniectura ſumitur ex illa di-
ctione, ſemper, quæ & ipſa tractum habet tem-
poris ſucceſſiuum: nam ex ea colligimus, men-
tem teſtatoris fuiſſe, vt primogenitura non eſ-
ſet temporalis, & conſtricta ad filios hæredum
inſtitutorum, ſed perpetua, quia alioquin eius
prærogatiua non poſſet dici remanere ſalua
ſemper, ſed tantùm in primo gradu, id eſt, in fi-
lijs D. Honorati iunioris, & D. Iacobi Mariæ,
& ideo propter illam dictionem debemus in-
terpretari mentem teſtatoris fuiſſe ſub filiorũ
appellatione omnes deſcendentes in infinitũ
complecti, & inter eos perpetuum, & abſolu-
18 tum fideicommiſſum conſtituere † *vt in termi*
nis primogenituræ pro filijs conſtitutæ cum illa di-
ctione, ſemper, tradunt Molin.d.lib.1.cap.5.num.
6.verſ.2.& num.ſeqq.Colleg.Patau.inter conſ. Pe-
regr.d.conſ.38.num.16.& 22.verſ.3.vol.1. Surd.
conſ.241.num.32. Et generaliter, quando con-
ſtat mentem teſtatoris fuiſſe, vt diſpoſitio eſ-
19 ſet perpetua, † *Gozad.conſ.36.num.11.verſ.non*
obſtat Socin. Molin.d. lib.1.cap.6. num.28. Pereg.
conſi.14 num.2.vol.1. Surd.conſ.403.num.21.

Tertia coniectura ducitur ex qualitate rei
ſuppoſitæ fideicommiſſo, & primogenituræ:
nam tractatur de Caſtro, & feudo magni valo-
ris, ſuper quo non eſt veriſimile teſtatorem vo-
luiſſe conſtituere fideicommiſſum temporale,
& ad ſolos filios D. Honorati iunioris conſtri-
ctum, ſed potius perpetuum & ſucceſſiuũ in-
20 ter omnes deſcendentes, † *vt ſcribunt Caſtr.*
conſ.343. num. 2.verſ. nam iſtud Caſtrum, vol.1.
Capy.deciſ.108.num.4. Menoc.conſ.117.num.19.
conſ.220.num. 27.conſ. 1099.num.16.conſ.1152.
num.9.& conſ.1195.num.20. & de præſumpt. lib.
4.præſ.69.num.18. Nam & ex qualitate rei ſoli-
tæ in familia remanere dicimus validam eſſe
prohibitionem alienationis, etiam nulla cau-
ſa, ſeu ratione ſubiecta, quia videtur facta fa-
21 uore familiæ, † *vt tradunt glo.in l. quoties. 11.in*
verb. ab omnibus, & ibi Bald.num. 8. Iaſ.num.1.
verſ.1.C.de fideicom.Bar.in l.filiusf.117.§. Diui.
2.num.3.& 4.& ibi Iaſ.in 1.lect.num.26.ff. de leg.
1.Ruin. conſ.208. num.16.verſ. ac etiam potuiſſet
vol.1. Curt.iun.conſ.41.num.10. Dec.conſ.23.nu.
4.verſ.& concluſio prædicta, & conſ.38.nu.2.verſ.
5.Gabriel.in tit.de fideicom. concl. 9. num.44. Go-
mez.in 40.l.Taur.num.38. Menoc.d.conſ.117.nu.
20.d.conſ.220.num.28.conſ.1155.nu.33. & conſ.
1195.num.22.Surd.deciſ.238.num.1. & 6. Et ge-
neraliter ex qualitate rei colligimus teſtatorẽ
22 voluiſſe rem ſubiacere fideicommiſſo, † *ut tra*
dunt Barbat. conſ.18.num.21.vol.2. Pariſ. conſi.
66.num.28.vol.3. Menoc.conſ.1032. num.6.& d.
conſ.1155.num.31.

Quarta coniectura deducitur ex eo, quia hu-
iuſmodi fideicommiſſum fuit à teſtatore con-
ſtitutum fauore agnationis, & vt bona in fa-
milia conſeruarentur, quod patet ex eo, quia
teſtator vocauit ſemper maſculos, & fœminas
perpetuò excluſit mandans eas dotari, quæ res
oſtendit diſpoſitionem eſſe factã fauore agna-
23 tionis, † *vt tradunt Curt. iun.conſ.111.num.10.*
Ruin.conſ.167.num.7.vol.3. Pariſ.conſ.57.num.
9.vol.2.Socin.ſen.conſ.12.num.2.vol.3. Socin.iun.
conſ.116.num.1.vol.3. Gabr.conſ.116.num.6. &
ſeqq.vol.2. Beret.conſ.118.nu.17. Crau.conſ.113.
num.2.Ceph conſ.197.num.14. Roll.conſ.82.nu.
41.verſ.ulterius dicitur, vol.3. Menoch.conſ.1032.
num.9. Surd.conſ.241. num.11. conſ.316.num.9.
conſ.344.num.10.conſ.443.num.16. & conſ.448.
num.23. Quemadmodum & erectio primoge-
24 nituræ, † *vt ſcribunt Menoc.conſ.1005.num.9.&*
Colleg. Patau.d.conſ.38.num.23. verſ. ad tertium
vol.1. Et ideò non eſt veriſimile voluiſſe eum
conſtringere fideicommiſſum ad ſolos filios,
ſed potius cenſetur appellatione filiorum om-
nes deſcendentes comprehendiſſe, & inter eos
perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum
25 conſtituiſſe, † *vt in ſpecie tradunt Curt. Iun. d.*
conſ.111.nu.11.& 12. verſ.ergo. & Gabr. in d.tit.
de verb.ſign.concl.1.num.37. Alioquin enim nõ
poſſet res fideicommiſſo ſuppoſita in agnatio-
ne conſeruari, quia poſt filios tranſire poſſet in
26 fœminas, quæ ſunt finis agnationis, † *l. pronũ-*
tiatio.195.§. fin. ff.de verb ſign. Qua ratione fit,
vt prohibitio alienationis facta filijs extenda-
tur ad nepotes, ſi conſtet habitam eſſe rationẽ
27 agnationis conſeruandæ, † *vt tradunt Soc.ſen.*
conſ.43.num.2.vol.3. Crott.in l.filiusf.117.§. Di-
ui.2.nu.127.verſ.aliquando & 4.ff.de leg.1. Curt.
iun.conſ.43.num.11. Pariſ.conſ.52.num. 16.conſ.
92.num.51.vol.2.conſ.1.num.38. conſ.7.num.18.
conſ.50.num.61.& conſ.52.num. 29.vol.3. Gabr.
in d.tit.de verb.ſign. conclu.1.num. 79. Mantic. de
coniect. ult. volun.lib. 6.tit.14.num.23. Surd.conſil.
67.num.24. Et generaliter, vt fideicommiſſum
iniunctum filijs cenſeatur etiam in nepotibus
28 repetitum, † *ſecundũ Mantic. de coniec.vlt.volun.*
lib.11.tit.6.num.6. Craſſ.in §. fideicommiſſum. q.
8.num.3. & alios, quos refert Peregr. de fideicom.
art.29.num.30.

Quinta coniectura ſumitur ex illis verbis,
& nullus ſupereſſet de linea recta ipſius teſtatoris:
nam ex his colligimus teſtatorem non ſenſiſ-
ſe de filijs tantùm D. Honorati iunioris, & D.
Iacobi Mariæ, ſed de omnibus eorum deſcen-
dentibus, quippè qui continentur appellatio-
29 ne lineę ipſius teſtatoris, † *vt tradunt Anchar.*
conſ. 95.Socin.ſen.in l. Gallus. 29. §. nunc de lege,
numero 1.ff. de liber. & poſthum. Ruin.conſilio 98.
num.1.vol.1. Dec.conſ.379.num.1.& 4. Roll.conſ.
23.num.39. & ſeq.vol.4. Ceph.conſ.313. num.57.
Grau.conſ.250.num.4.& conſ.950.num.3. Decia.
conſ.28.num. 17.vol.2. Menoc. de præſumpt.lib.4.
præſ.88.num.11.& conſ.585. num.30. Surd. conſ.
344. num. 14. Et ideò, quia cenſetur vltimum
de tali linea decedentem ſine filijs maſculis
granaſſe, vt reſtituat hæreditatem Regiæ ma-
30 ieſtati, † *ut in terminis fideicommiſſi iniuncti li-*
nea deficiente ſcribunt Ruin.conſ.140.nu.9.uerſ.
ſi enim, uol.3. Ozaſc.conſ.74.num.27. in fi. Menoc.
conſi.1062.num.4.Surd.d.conſ.344.num.17.circa
medium, fit, vt inter eos, qui ſunt de tali linea,
& ſic inter omnes deſcendentes in infinitum,
cenſeatur inductum perpetuum, & abſolutum
fideicommiſſum, per quod pater filio, & frater
31 fratri cenſetur grauatus reſtituere, † *vt in termi*
nis tradunt Ruin d.conſil.140.num.9.uerſic. cum
ergo.& num.16.uerſic. & perinde uol.3. Decian.d.
conſ.28. num.16.uol, 2. Menoc.conſ.1072.nu.13.
Surd.d.conſil.344. num.16. Alioquin enim, niſi
tale

Digitized by Google

tale fideicōmiſſum inter eos de linea reſulta-
ret, nō poſſet vltimus bona fideicommiſſario
reſtituere, quia præcedentes tanquam non gra-
uati non cogerentur ea ſuis deſcendēribus re-
linquere, & eo modo voluntas & diſpoſitio te
ſtatoris ſuum non poſſet ſortiri effectum. Om-
nimodò igitur grauando lineam cenſetur in
ea fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum
conſtituiſſe, per quod alter alteri reſtituere ro-
32 gatus intelligitur. † *l. ult. C. de verbo. ſigni. l. cum
ita. 33. § in fideicommiſſo. ff. de leg. 2.*

Sextò quando diſpoſitio teſtatoris cōcipit,
in aliquem euentum, qui tractum habet tem-
poris ſucceſſiuum, tunc appellatione filiorum
continentur omnes deſcendētes in infinitum,
33 † *vt tradunt Ruin. conſ. 35. num. 14. verſic. 2. vol.
1. & conſ. 140. num. 5. vol. 3. Pariſ. conſ. 52. nume.
24. & conſ. 78. num. 10. vol. 2. Soc. iun. conſi. 1. num.
38. vol. 3. Gozad. conſ. 4. num. 13. Gabr. in titu. de
uerb. ſign. conclu. 1. num. 36. Natt. conſ. 602. num.
18. Ceph. conſil. 262. num. 7. uerſ. quæ concluſio, &
conſil. 194. num. 21. Surd. conſ. 403. nu. 21.* Et inter
eos cenſetur inductum fideicommiſſum per-
34 petuum, & abſolutum, † *ut tradunt Ruin. conſ.
108. num. 11. uol. 2. Pariſ. conſi. 37. num. 38. uol. 2.
Soc. iun. conſ. 151. nu. 6. uerſ. item facta. uol. 2. conſi.
110. num. 16. & 35. uol. 3. Gabr. conſ. 123. num. 20.
uol. 2. Decia. conſ. 102. num. 25. uol. 2. & conſ. 44.
num. 34. uerſ. 3. uol. 3. Menoc. de præſ. lib. 4. præſ.
69. num. 11. & conſ. 904. num. 8. Peregr. conſ. 54.
num. 7. uol. 1* Sed in caſu noſtro diſpoſitio teſta
toris cōcipitur in euentum, qui tractum habet
temporis ſucceſſiuum, nam concipitur in de-
fectum lineæ ipſius teſtatoris, quæ, vti dictum
eſt, tractum habet ſucceſſiuum, & omnes de-
ſcendentes in infinitum comprehendit. Om-
nimodò igitur appellatione filiorum cenſetur
teſtator omnes deſcendentes comprehēdiſſe,
& inter eos perpetuum fideicommiſſum con-
ſtituiſſe: maximè, cum expreſsè loquatur de
filijs naſcituris, vt apparet ex illis verbis, &, *vt
prædicitur naſcituri*, quo caſu nepotes, & alij
35 deſcendentes haud dubiè continentur. † *ex
doctr. Imol. in l. Gallus. 29. § inſtituens. ff. de lib. &
poſthu. Soc. ſen. conſi. 150. num. 4. uerſ. præterea. vol.
2. Curt. iun. d. conſ. 111. num. 9. conſ. 113. num. 2. &
12. conſ. 114. num. 3. & conſ. 116. num. 12. uerſi. 2.
& eſt de mente eorum omnium, quos retulimus nu-
mero 33.*

Septimò teſtator pro eodem habuit in hoc
teſtamento verbum, filijs, & verbum, liberis, vt
patet ex ſubſtitutione reciproca facta inter D.
Honoratum iuniorem, & D. Iacobum Mariā:
nam D. Honorato ſubſtituit his verbis, ſi deceſ
ſerit abſque filiis, D. verò Iacobo Mariæ his, ſi
morietur abſque liberis: itaque pro eodem ac-
cepit verbum filijs, & verbum liberis, quia non
poteſt aſſignari ratio diuerſitatis inter hos ne-
potes, cur potius voluerit complecti liberos D.
Iacobi Mariæ, quàm D. Honorati, cum omnes
eſſent in pari gradu, imò, ſi qua poſſet aſſigna-
ri diuerſitas, ea reſpiceret potius fauorem de-
ſcendentium D. Honorati, tanquam primoge
niti, & magis prædilecti, quam deſcendentiū
D. Iacobi Mariæ. Quo poſito ſuccedit indubi-
tata iuris concluſio, quod dum poſtea teſtator
ſubiecit, *Et ſic ſucceſſiue eorum filij maſculi legi-
timi & naturales unus ſuccedat alteri*, filiorum
appellatione cenſetur omnes deſcendentes in
infinitum comprehendiſſe: Quia quando te-
ſtator promiſcuè vſus eſt verbo filijs, & verbo
liberis, cenſetur filios pro liberis accepiſſe, &
ſic pro omnibus deſcendentibus, qui liberorū
36 appellatione continentur. † *l. liberorum. 220.
ff. de uerb. ſign.* Vna enim pars teſtamenti decla
37 rat aliam. † *l. ſi ſeruus plurium. 53. § ult. ff. de leg.
1.* Et ita in terminis teſtatoris promiſcuè vten
38 tis verbo filijs, & verbo liberis. † *tradunt Curt.
iun. d. conſi. 111. num. 7. conſ. 113. num. 8. & conſil.
116. num. 12. uerſ. 3. Crau. conſi. 62. num. 12.* Nec
obſtat, quod imò filiorum appellatione non
contineantur nepotes, quando teſtator diſcre-
39 tiuè locutus eſt de filijs, & nepotibus. † *l. libero-
rum. 220. uerſ. toties, & ibi Bart. num. 4. ff. de uerb.
ſign. Ruin. conſ. 131. num. 4. uol. 2. Soc. ſen. conſ. 73.
num. 21. uerſ. uæ pars. uol. 4. Soc. iun. conſ 168. nu.
77. uol. 2. Gozad. conſ. 29. nu. 16. uerſ. 4. Crau. conſ.
677. num. 3. uerſ. 2. reſpondetur. Gabr. in d. titu. de
uerb. ſign. conclu. 1. num. 33. & 92. Decia. conſ. 47.
num. 16. uol. 3. Menoc. conſ. 321. num. 40. conſil.
328. num. 6. Surd. conſ. 403. num. 22. conſ. 551. nu.
9. & conſ. 573. num. 35.* Quia reſpondeo longè
aliam eſſe rationē eius ſpeciei, de qua loquun-
tur ſupradicti DD. aliam verò eius, de qua nos
loquimur: nam DD. ſupradicti loquuntur de
eo caſu, in quo teſtator fecit in vna parte men
tionem de filijs, & nepotibus, & eo modo de-
clarauit, ſe habere pro diuerſis nomen filiorū,
& nomē nepotum, quo caſu, quia ex conſue-
tudine teſtatoris colligimus eius mētem, ideo
facimus interpretationē, vt in alia parte, in qua
ſimpliciter de filijs eſt locutus, nepotes appel-
latione filiorum non contineantur. At in caſu
noſtro non ſolùm non apparet teſtatorem ha-
buiſſe pro diuerſis filios, & nepotes, inſtituto-
rum, cum de nepotibus nullibi fecerit mentio-
nem, ſed imò cōſtat eum habuiſſe pro eodem
verbum filijs, & verbum liberis in expreſſione
conditionis facta in eademmet ſubſtitutione
reciproca, ſecundum ea, quæ ſupra diximus,
ideo nil mirum, ſi cum reciprocè ſubſtituit fi-
lios inſtitutorum, cenſeatur de liberis, & deſcē-
dentibus ſenſiſſe, maximè cum poſtea fecerit
etiam mentionem de linea, cuius appellatio
deſcendentes omnes in infinitum comprehen
dit, vti ſupra dictum eſt. Nam ex hoc multo
magis cenſendus eſt, nomen filiorum pro libe
ris, & deſcendentibus accepiſſe.

Octauò quando filij ſunt honorati, & graua
ti, & nepotes in honore continentur, appella-
tione filiorum debent etiam contineri in one-
40 re, quia non datur ratio diuerſitatis, † *vt tradūt
Soc. ſen. conſi. 250. num. 4. uerſ. detur etiam uolu. 2.
Alcia. in d. l. liberorum. 220 nu. 15. ff. de uerb. ſign.
Peregr. de fideic. d. art. 1. num. 29.* Sed in caſu no-
ſtro filii D. Honorati fuerunt ſubſtituti, ac etiā
grauati, vt patet ex illis verbis, *unus ſuccedat al-
teri*, quæ continent mutuum grauamen, & mu
tuam vocationem, & in honore ſubſtitutionis
continentur nepotes, & alij deſcendentes, vt
eſt generale in omnibus emolumentis, ad quæ
41 filij vocantur, † *ut tradunt Bar. in d. l. liberorum
num. 5. Alex. conſi. 9. num. 1. uol. 1. conſ. 5. num. 2.
conſi. 26. num. 5. uol. 3. & conſi. 37. num. 8. uolu. 6.
Ruin. conſ. 140. num. 5. uol. 3. Curt. iun. conſi. 113.
num. 1. Soc. ſen. conſ. 14. num. 1. & 2. uol. 1. Cephal.
conſ. 262. nu. 5. Natt. conſi. 602. num. 16. Odd. conſ.
97. num. 7. Gabr. in tit. de uerb. ſigni. concl. 1. num.
5. & 7. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 61.* maxi-
mè quādo diſpoſitio eſt collata in futurū euen
tum,

Google

ſum, prout eſt collata in caſu noſtro, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 33.* Debent igitur cõtineri etiam in onere. Et ita in ſpecie grauaminis, quod eſt cum vocatione coniunctum, vt in eo facilius appellatione filiorum contineantur nepotes, tradunt, *Pariſ. conſ. 52. num. 36. vol. 3. & Gabr. in d. concl. 1. nu. 11.*

Nono, quando poſiti in conditione cenſentur ex coniecturis vocati, vtique cenſentur etiã
42 grauati, † *vti cenſuerunt Guido Papæ. deciſ. 531. Decia. conſ. 28. num. 25. uol. 2. conſ. 84. nu. 26. vol. 3. Menoc. conſ. 333. num. 46. & conſ. 347. num. 39. & alij, quos refert, & ſequitur Theſ. deciſ. 96. num. 34.* Sed in huiuſmodi fideicommiſſo non ſolũ filij D. Honorati iunioris, & D. Iacobi Mariæ fuerunt poſiti in conditione, ſed etiam eorum nepotes, pronepotes, & alij deſcẽdentes in infinitum, tum quia filiorum appellatione continentur omnes deſcendentes in cõditionibus.
43 † *l. Lucius. 85. ff. de hæred. inſt. l. 1. C. de cond. inſer. Bart. in d. l. liberorum. num. 6. verſic. 4. ff. de verbo. ſign. Soc. ſen. conſ. 249. num. 2. vol. 2. Gozad. conſil. 36. num. 11. Gabr. d. concl. 1. num. 12. Cæph. conſil. 262. num. 7. Peregr. de fideicom. art. 28. num. 32.* tum etiam, quia in conditione poſiti ſunt expreſsè liberi, quorum appellatione deſcendentes omnes in infinitum continentur. *d. l. liberorum.* maximè cum teſtator poſteà ſubiecerit, *Et nullus ſupereſſet de linea recta ipſius teſtatoris,* quibus verbis poſuit in cõditione lineam, quæ, vti dictum eſt, omnes omnino deſcendentes comprehendit. Cum igitur huiuſmodi deſcentes in conditione poſiti ſint vocati ad fideicõmiſſum, conſequens eſt, vt cenſeantur etiam grauati. Eſſe autem illos vocatos non ſolùm colligitur ex coniecturis, puta ex vocatione maſculorũ, progreſſione ad plures gradus ſubſtõnum, rõne agnationis cõſeruãdæ, & potiſſimũ ex erectione primogenituræ, ex quibus ſingulis, ac multò magis ſimul iunctis elicitur poſi-
44 torum in conditione vocatio, † *vt videre eſt apud Card. Mantic. lib. 11. tit. 3. Theſau. deciſ. 96. Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 76. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 14. Viu. deciſ. 262. a quibus coniecturæ vocantes filios in conditione poſitos referuntur, & in ſpecie primogenituræ Molin. de primoge. Hiſp. lib. 1. cap. 6. num. 2. & Surd. conſ. 241. num. 43.* ſed etiam, quia teſtator expreſsè vocauit filiorum filios, quos poſuerat in conditione, dum ait, *Et ſic ſucceſſiuè eorum filij maſculi legitimi & naturales vnus ſuccedat alteri,* ex quo ſequitur, vt quẽadmodum in cõditione ſub nomine filiorum comprehenduntur omnes deſcendentes, ita etiam debeant comprehendi in expreſſa vocatione à teſtatore facta.

Decimò & vltimò dato, quod aliqua ſubeſſet dubitatio, quæ tamen verè non ſubeſt, cenſetur ea ſublata per res iudicatas, quæ ſupponunt non eſſe fideicommiſſum ad filios D. Honorati iunioris, & filios D. Iacobi Mariæ reſtrictum, ſed ad vlteriores gradus extendi: nam, quoties dubitatur, an ſit inductum fideicommiſſum, cẽſetur inductum, ſi ſuper eo iam ſint
45 prolatæ ſententiæ, † *vt ſcribit Decia. conſi. 1. nu. 313. uol. 1.*

Quibus ſic fundato fideicommiſſi iure, non obſtant contraria, & primo non obſtat, quod in fideicommiſſis non fiat extenſio de perſona ad perſonam, quia reſpondeo primò illud procedere, niſi perſona, ad quam fit extenſio, contineatur ſub appellatione eorum, qui à teſtatore expreſſi ſunt, ſaltem ſecundum latam ſignificationem, quomodo continentur nepotes, & alij deſcẽdentes ſub appellatione filiorum latè ſumpto vocabulo: nam tunc, ſi concurrat mens teſtatoris, (prout concurrit in caſu noſtro) fit extenſio de perſona ad perſonã,
46 † *vt in terminis reſpondent Pariſ. conſi. 66. num. 67. uol. 3. Soc. iun. conſil. 129. num. 36. uol. 3. Beret. conſ. 118. nu. 32.*

Secundò reſpondeo fieri extenſionem etiã in fideicommiſſis de perſona ad perſonã, quando (prout in caſu noſtro) concurrunt coniectu-
47 ræ voluntatis defuncti, † *vt tradunt Pariſ. d. conſ. 66. num. 72. vol. 3. Beret. d. conſ. 118. num. 34. Surd. conſ. 241. num. 36. conſ. 244. num. 12. & conſ. 443. num. 30. Colleg. Patau. inter d. conſ. Peregr. conſ. 38. num. 25. vol. 1.* Nam quæ fit ex voluntate teſtatoris non eſt propriè extenſio, ſed cõ-
48 prehenſio, & interpretatio intellectiua, † *vt ſcribunt Alex. conſ. 130. num. 7. uol. 4. Curt. iun. d. conſ. 113. num. 10. Decia. conſ. 1. num. 145. uolu. 1. Surd. d. conſ. 241. num. 39. & d. conſi. 443. num. 31. Colleg. Patau. d. conſi. 38. nu. 24. uol. 1.*

Minus obſtat, quod non contineantur deſcẽdentes, qui non erant in rerum natura tempore mortis teſtatoris, quia reſpondeo id nõ procedere quando diſpoſitio teſtatoris fuit collata in futurum euentum habentem tractum tẽporis ſucceſſiuum, vt confertur primogenitura: nam tunc ſufficit eos, qui volunt admitti, eſſe natos tempore, quo venit caſus fideicom-
49 miſſi, † *ut in ſpecie tradunt Ruin. conſ. 22. nu. 11. uol. 2. Pariſ. conſ. 88. nu. 32. uol. 2. Curt. iun. conſil. 111. num. 19. & conſ. 113. num. 11. Dec. conſ. 498. num. 19. verſi. non obſtat Virginia. Gabr. in tit. de verb. ſigu. concl. 1. num. 66. Roll. conſ. 70. num. 22. uol. 3. Natt. conſ. 675. num. 4. Peregr. de fideicomm. art. 19. num. 29.* & maximè, quando facta eſt
50 mentio de naſcituris, † *ut tradunt Curt. iun. d. conſ. 111. num. 19. uerſ. preterea. & d. conſil. 113. num. 10. uerſ. nec obſtat quod Alex. & nu. 11. Gabr. d. conclu. 1. num. 67. Peregr. de fideicom. artic. 22. num. 76.* prout facta eſt in caſu noſtro: nã tunc continetur in diſpoſitione conditio illa ſi na-
51 ſcentur, † *l. 1. § ult. ff. de condi. & demonſt. Ruin. conſ. 160. num. 11. uol. 2. Soc. iun. conſ. 172. nu. 14. uol. 2. Peregr. d. art. 22. num. 76.* quæ operatur, vt ante natiuitatem non cedat dies relicti, *ut ibi declarat Soc. idem nu. 30.* Vnde, quia ſufficit quem eſſe natum tempore, quo dies fideicommiſſi
52 cedit, † *ut ſcribunt Soc. iun. d. conſ. 172. nu. 1. uol. 2. Tiraq. de retra. lign. §. 1. glo. 9. num. 97. Roll. cõſ. 70. num. 8. & 10. uol. 3. Menoc. conſ. 106. num. 25. 27. & 81. Peregr. d. art. 19. num. 9. & d. artic. 22. num. 69.* intelligimus admittẽdos eſſe ad fideicommiſſum eos, qui naſcuntur poſt mortem teſtatoris, dummodo nati ſint tempore, quo fideicommiſſo locus eſſe poteſt.

Venio ad ſecundam dubitationem, in qua videretur primo aſpectu dicendum extinctũ eſſe fideicommiſſum.

Primò quia perpetuum fideicõmiſſum non
53 porrigitur vltra centum annos, † *ut tradunt Crott. in repet. l. filiusfam. 117. § Diui. 2. nu. 174. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 878. num. 3. uerſ. 4. & ult. Caph. conſ. 268. num. 25.* Nam tanto tempore finiuntur ea, quæ in perpetuum relinquuntur, vt annua legata relicta eccleſiæ, aut ciuitati, quæ fi-
54 niuntur centum annis, † *ſecundum Barto. in l. ſi vſusfru-*

vſusfructus. 8.*num.*2. *ff.de vſufr. leg. Alex. in l,3. §.item,ſi Reip.num.*1. *&* 2. *verſ. ego puto.ff.ad l. falc. in l.2,in prin. num.*2. *ff.ſol. matr. & conſ.*60. *num.*1.*vol.*1.*Dec.d.conſ.*378.*num.*3.*verſ.*4.*& vlt. Cæpb.d. conſ.*268.*num.*26. *Surd.conſ.*123.*nu.*16.
55 licet cenſeantur perpetua, † *vt ſcribunt Imol,in d.l.*3.*§.item ſi Reip.num.*2.*& ibi Alex.num.*1.*ff.ad l.falc.* Nam, cum annua legata comparentur
56 legato vſusfructus. † *l.in ſingulos.* 8.*ff.de ann.leg.* & vſusfructus legatum relictum ciuitati, vel eccleſiæ, centum annorum meta terminetur.
57 † *l.an vſusfructus.*62. *ff.de vſufr. l. ſi vſusfructus municipio.*8.*ff.de vſufr.leg.* Conſequens videtur, vt etiam annuum legatum tanto tempore debeat terminari.

Secundò verò dato, quod huiuſmodi fideicommiſſum vltra centum annos porrigeretur adhuc tamen videtur hoc intelligendum vſq; ad quartam generationem, vltra quam non
58 porriguntur perpetua fideicommiſſa, † *vt eſt tex. in Auth.de reſtit. fideicom.§. nos igitur coll.*9. *vbi Bart.num.*2.*Ang.num.*5.*Dec.conſ.*320.*num.*3.*Menoc.conſ.*227.*num.*114.*Et alij paſſim.*

Et, ſi dicatur hoc habere locum in tranſuerſalibus, non verò in deſcendentibus, videtur poſſe replicari, imò etiam in deſcendenti-
59 bus procedere, † *vt tradunt Couar.lib.*3,*variar, reſol. cap.*5.*nu.*4.*Cæpb. d.conſ.*268, *nume.*29. *qui multos in hanc rē allegant, a quibus improbatur diſtinctio, quæ fit inter deſcendentes, & tranſuerſales.*

Verùm his non obſtantibus contrarium de iure verius eſſe puto, non eſſe ſcilicet primogenituram extinctam, ſed futuram perpetuam, quandiu ſupererit aliquis deſcendens maſculus de linea teſtatoris in infinitum.

Primò, quia fideicommiſſum relictum de-
60 ſcendentibus durat in infinitum, † *vt tradunt Pariſ.conſ.*72. *num.*84. *vol.*4. *Natt.conſ.* 437.*nu.*1.*conſ.*531.*num.*24.*&* 30.*Cæpb. conſ.*137.*nu.*29. *& conſ.*386.*num.*18. *Menoch.conſ.*1099.*num.*14. *Peregr.de fideicom.arti.*30.*num.*2.*&* 19. nam cū ſucceſſiones fideicommiſſorum regulentur ad ſimilitudinem ſucceſſionum, quæ ab inteſtato
61 deferuntur, † *vt tradunt Pariſ. conſ.*3. *num.* 41. *vol.*1.*conſ.*76.*num.*6. *conſ.*83.*num.*14. *volu.*2.*& conſ.*24.*num.*26.*vol.*3. *Cæpb.conſ.*137.*num.*32.*& conſ.*493.*num.*10. *Roll.conſ.* 100. *num.*11.*volu.*1. & ab inteſtato nullus ſit deſcendentibus præfinitus gradus *§.*1.*Authen.de hered. ab int. ven. coll.*9. cum liberorum, & deſcendentium nomē in infinitum progrediatur *l.liberorum.*220.*ff.de verb.ſign.* Conſequens eſt, vt nec in fideicommiſſis debeat cenſeri præfinitus.

Secundò verò dato, quod etiam in deſcendentibus cenſeri poſſit gradus ſuccedendi in fideicommiſſo præfinitus vſque ad quartā generationem, id tamen procedit, quando fideicommiſſum fuit relictum ſimpliciter, nec apparet teſtatorem ad infinitatem reſpexiſſe. Cæterum, quando conſtat voluntatem eius fuiſſe, vt in infinitum admittantur, tunc ex receptiori DD. ſententia res procedit ſine difficultate: nam certum eſt fideicommiſſum nulla
62 temporis præfinitione conſtringi. † *Ita enim ſcribunt Bar.in d.Auth.de reſtit.fid.num.*3.*Alex. conſ.*56.*num.*1.*vol.*1.*conſ.*59.*num.*4.*vol,*3. *Socin. ſen.conſ.*43.*num.*2.*vol.*3.*Dec.conſ.*23.*num.*4.*conſ.*481.*num.*9.*conſ.*516.*num.*16.*& conſ.*634.*num.*8. *Iaſ.in l.filiusfam.*117.*§. Diui.*2. *in pri. lect.n.*113. *ff.de leg.*1.*& conſ* 4. *num.*2. *vol.*1. *Rum.conſ.*123. *num.*17.*vol.*2.*Pariſ.conſ.*37.*num.*24. *conſ.*52.*nu.*18.*&* 19.*& conſ.*88.*num.*22.*&* 23.*vol.*2.*Cæphal. conſ.*114.*num.*35. *conſ.*137.*num.*38. *Decian.conſ.*50.*num,*24.*volu.*1. *Menoch.conſ.*233.*num.*23.*& conſ.*1099.*num.*17,*Surd.conſ.*39? .*num.*8.*Peregr. de fideicom.d. arti.*30.*nu.* 2.*in fin.* In caſu autem noſtro conſtat teſtatorem voluiſſe fideicommiſſum eſſe perpetuum, non ſolùm ex illa dictione, ſemper, quæ nullam temporis præfinitionem admittit, *vt in his terminis ſcribit Surd. conſ.*241.*num,*50. ſed etiam, quia fecit mentionem de linea, quæ vti dictū eſt omnes omnino deſcendentes in infinitum comprehendit, Debet igitur ad omnes deſcendentes in infinitū extendi diſpoſitio. Et ſanè ſi teſtator voluit in defectum lineæ ſuccedere Regiam maieſtatē, & linea non dicitur deficere quandiu ſupereſt aliquis deſcendens teſtatoris etiam ſi longiſſimo gradu diſtet, neceſſariò fatendum eſt, voluiſſe eum durare fideicommiſſum etiā vltra quartam, & vlteriorem generationem.

Tertio demum, quando teſtator in bonis fideicommiſſo ſuppoſitis erexit primogeniturā, (prout erexit in caſu noſtro) tunc ceſſat diſpoſitio *d. Auth.de reſtit.fideicom.* Nam primogenitura extenditur etiam vltra quartam generatio-
63 nem, & in infinitum, † *vt ſcribunt Pariſ.conſ.*72.*num.*92.*vol.*4. *Couar.lib.*3.*variar. reſol.cap.*5.*num.*4.*verſ.verum. Menoc.conſ.*1099.*num.*12.*Peregr.de fideicom.d.art.*30. *num.*10.*& conſ.*47.*nu.*6.*vol.*2. *Surd,conſ.*241.*num.*49. *& eſt de mente eorum omnium, quos retulimus ſupra num.*17. ſcilicet, quia, vt ſæpè dictum eſt, primogenitura regulatur ſecundum naturam feudi, in quo vo-
64 cantur deſcendētes in infinitum. † *cap.*1. *§.hoc quoque de his qui feud.dar. poſſ. cap.*1.*de nat. ſucc. feud.*

Neque obſtant contraria: nam ad primum reſpondeo contrarium eſſe verius, & receptius, ſcilicet perpetua fideicommiſſa non extingui ſpatio centum annorum, & ſententiam eorū, qui ſuſtinent contrarium eſſe communiter re-
65 probatam, † *vti videre eſt apud Alcia.in d.l.filiusfam.*117.*§.Diui.*2.*nu.*52.*ff.de leg.*1. *Card. Mantic.de coniec. vlt. vol. lib.*8.*tit.* 2.*num.*23. *Peregr.de fideicom, d.art.*30.*num.*9, *& ſeqq. & Andr. Fach. lib.*4.*Contro. iuris, cap.vlt.*

Non obſtat argumentum ductum ab annuo legato, quia reſpondeo primò ſententiam illā, quæ centum annorum metam imponit annuis legatis relictis eccleſiæ, aut ciuitati non carere dubio: nam contrarium apertè tenuerunt.
66 † *Imol, in d.l.*3.*§.item ſi Reip.num.*2. *&* 3.*ff. ad l. falc. & alij grauiſſimi viri, quos refert, & ſequitur Peregr.d.art.*30.*num.*11.

Secundò reſpondeo circunſcripta in præſentiarum eius articuli veritate longè aliam eſſe rationem annui legati relicti eccleſiæ, vel ciuitati, aliam fideicommiſſi relicti deſcendentibus, aut familiæ: nam illud relinquitur, vt corpori, ac velut vni perſonæ, quę quamuis, vt incerta, perire nequeat, recipit tamen ex definitione iuris finem illum, qui naturaliter humanæ vitæ præfinitus eſt: vnde, quia nemo cenſe-
67 tur viuere, vltra centum annos. † *l. vlt. verſ. & nobis. C. de ſacroſ.eccl.* Ideò & tanto tempore, quaſi morte corporis fictitij finitur relictum, quod honorati morte extingui ſolet. *d. l. an vſusfructus. d.l. ſi vſusfructus.* At fideicommiſſum, quod relinquitur deſcendentibus, vel familiæ,

non

Digitized by Google

non relinquitur, vt vni perſonæ, ſed, vt pluri-
bus ſucceſſiuè prouenientibus, quæ proinde
metam illam neceſſariò excedere debet: alio-
quin enim falſum eſſet, quod ſcribitur. *in d. §.*
nos igitur Auth. de reſtit. fideicomm. coll. 9 fideicō-
miſſum relictum familiæ durare vſq; ad quar-
tam generationem: Quid enim ſi primus vi-
uat centum annos, nonne per neceſſariam con
ſequentiam debet fideicommiſſum vltra cen-
tum annos extendi, vt ad quartam generatio-
nem perducatur? Omninodo igitur falſa eſt
illorum ſententia.

Ad ſecundum verò reſpondeo, quicquid ſit
in tranſuerſalibus, in deſcendentibus rem eſſe
indubitatam, maximè quando teſtator vſus eſt
aliqua dictione denotante perpetuitatem, *vt*
tradunt omnes relati in ſecundo fundamento, Et
potiſſimum in primogenituris, quarum ſucceſ
ſiones ad inſtar feudalium in infinitū deferun-
tur, *vti diximus in tertio fundamento.*

Supereſt tertia, & vltima dubitatio, an ſcili-
cet dato, quod primogenitura ſit perpetua, de-
beat poſt auunculi mortem ad eius ſucceſſio-
nem admitti D. Franciſcus Caietanus filius D.
Camillæ excluſo D. Franciſco Duce S. Laurē-
tij, tanquam remotiore. Videretur autem pri-
ma facie dicendum debere admitti.

Primò quia in maioratibus, & primogeni-
turis fauore deſcendentium, aut agnatorū con
ſtitutis, qui ſunt proximiores vltimo poſſeſſori,
cæteris omnibus præferuntur, dummodo ſint
68 de comprehenſis in primogenitura. † *cap. 1. de*
nat. ſucc. feud. & tradunt Tiraq. de iure primogen.
q. 10. num. 21. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3.
cap. 4. nu. 14. verſ. 2. Petr. de Grego. de conceſſ. feud.
part. 4. q. 9. num. 2. Cæphal. conſ. 6 6. num. 48. Did.
Spin. in ſuo Spec. teſtam. glo. 19. num. 60. Nam &
generaliter in fideicommiſſis, quæ de gradu in
gradum, de hærede in hæredem proficiſci de-
bent, admittuntur proximiores reſpecta per-
69 ſona vltimi grauati non teſtatoris, † *vt est re-*
ceptior opinio ſcribentiu in l. cum ita 33. §. in fidei-
commiſſo. ff. de leg. 2. & tradunt Rum. conſ. 13. nu.
12. vol. 1. Alcia. in l. pronuntiatio. 19?. §. familiæ.
num. 26. ff. de verb. ſign. Roll. conſ. 100. nu. 10. vol.
1. Soc. iun. conſi. 126. num. 21. vol. 1. Ozaſc. conſi. 71.
num. 16. Cæphal. conſ. 600. num. 15. Conar. cap. 38.
practic. queſt. num. 1. late Peregr. de fideicom. arti.
20. nu. 2. verſi. contrarium. Et dato etiam, quod
in ſimplicibus fideicōmiſſis aliqua poſſet ſub-
eſſe dubitatio, tamen in primogeniturīs res ca-
ret omni dubio quoniam, vti ſæpè dictum eſt,
in ijs ſucceſſiones regulantur ſecundum natu-
ram ſucceſſionum feudalium, in quibus ſpecta
tur proximitas reſpectus vltimi poſſeſſoris.
70 † *d. cap. 1. de nat. ſucc. feud. & tradunt Soc. ſen. cōſ.*
86. num. 13. verſ. & pro iſta vol. 3. Dec. conſ. 516.
num. 13. in fin. Soc. iun. conſ. 126. num. 27. volu. 1.
Gabr. conſ. 86. num. 14. vol. 1. Roll. conſ. 100. num.
14. vol. 1. Caph. conſ. 313. num. 25. Peregr. de fideic.
art. 51. num. 59. Roſent. de feud. cap. 7. concl. 57. nu.
10. verſ. communis. Vnde, cum D. Franciſcus ſit
de comprehenſis in primogenitura tanquam
agnatus, &, vt credo, deſcendens à teſtatore per
lineam maſculinam, & ſit proximior in gradu
ſuccedendi, quam ſit D. Dux S. Laurentij re-
ſpectu vltimi poſſeſſoris: eſt enim in tertio
gradu, cum alioquin D. Dux ſit in quarto, Cō-
ſequens videtur eſſe, vt illi ſit omnimodo præ-
ferendus.

Secundò videtur hoc ipſum ſuaderi ex eo,
quod in prædicto Don Franciſco ceſſat ratio
propter quam aliàs dicere ſolemus maſculum
ex fœmina non eſſe admittendum ad ſucceſ-
ſionem fideicommiſſi, quod maſculis relictū
eſt: nam ideo repellitur, quia tale fideicom-
miſſum cenſetur relictum fauore agnationis,
quæ non poteſt per eum conſeruari, ſed hæc ra
tio ceſſat in prædicto Don Franciſco cum ſit
agnatus, & ita poſſit agnatio per eum conſer-
uari, vt per D. Ducem S. Laurentij. Ergo tan-
quam ceſſante ratione excluſionis, debet etiā
71 ceſſare excluſio, † *vt per Tiraq. in regula ceſſan-*
te cauſa in litera E. num. 69.

Verùm his non obſtantibus verius eſt hanc
primogenituram poſt mortem Don Scipionis
non ad Don Franciſcum filium Donnæ Ca-
millæ ſed ad D. Ducem S. Laurētij pertinere.

Primò, quia, cum fuerit conſtituta pro maſ-
culis cum perpetua fœminarum excluſione,
& ſic fauore agnationis, *vti dictum eſt in quar-*
ta coniectura primæ dubitationis, qui vult in ea
ſuccedere non debet conſiderari, vt cognatus,
& deſcendēs ex fœmina, ſed vt agnatus, & de-
ſcendens ex maſculo: nam, vt maſculus ex fœ
mina deſcendēs remaneret omnino excluſus,
72 † *vt tradunt Soc. ſen. conſ. 251. num. 9. vol. 2. Socin.*
iun. conſ. 69. num. 21. & conſ. 116. num. 3. volum. 3.
Gabr. conſ. 116. num. 10. vol. 2. Natt. conſ. 127. nu.
6. Caph. conſ. 581. num. 11. & ſeqq. Decia. conſ. 127.
num. 15. vol. 3. Menoc. conſ. 172. nu. 12. Peregr.
de fideicom. artic. 26. num. 15. Surd. conſ. 241. num.
51. & conſ. 316. num. 6. Sed, vt agnatus deſcen-
dens ex maſculo non eſt proximior, ſed remo-
tior D. Duce S. Laurētij, cum ſit de alia linea.
Ergo tanquam remotior non debet admitti.

Secundò confirmatur hoc ex eo, quia, quan
do duo ſint vincula, quorum vnum attenditur
in ſucceſſione, alterum verò non, licet ambo
concurrant in vnā perſonā, non tamen illa cō-
ſideratur, vt habens duo vincula, ſed vt habens
73 vnum, ſcilicet illud, quod attenditur. † *l. 1. &*
ibi Bald. num. 3. C. de legit. hæred. Soc. ſen. conſi. 89.
num. 22. & 23. verſ. ſed ad iſta vol. 4. Ant. de Roſel.
in tract. de ſucc. ab int. num. 167. Ruin. conſ. 29. nu.
3. & 4. vol. 3. Dec. conſ. 444. num. 6. Pariſ. conſ. 59.
num. 2. & 44. vol. 3. Crott. in rep. l. re coniunctī. 87.
num. 5. ff. de leg. 3. Soc. iun. conſi. 24. num. 8. & 13.
vol. 4. Alb. conſi. 81. num. 10. Gabr. conſi. 6. num. 1.
vol. 1. Nat. in addit. ad Alex. conſ. 9. in fin. volu. 5.
Menoc. conſi. 187. num. 7. & 15. Quamobrem li-
cet frater vtrinque coniunctus tanquam ha-
bens duo vincula excludat de iure communi
fratrem coniunctum ex parte tantum patris.
74 † *Auth. itaque. C. commun. de ſucceſſ. §. 1. Auth. de*
conſangu. & vterin. fratrib. coll. 6. non tamen
eum excludit in ſucceſſione feudi, quia cum in
feudis non ſpectetur cognatio, ſed tantū agna-
tio, non attenditur vinculum maternum, &
ideo non conſideratur, vt coniunctus ex vtro-
que latere, ſed tantùm, vt coniunctus ex parte
75 patris, † *vt tradunt Bald. in l. 1. num. 4. C. de legit.*
hæred. & in cap. 1. §. hîs vero num. 1. de ſucceſſ. frat.
Ant. de Roſel. in d. tract. de ſucc. ab int. num. 168.
Alex. conſi. 9. num. 14. vol. 5. Dec. conſi. 444. num. 5.
Ruin. conſi. 29. num. 4. vol. 3. Pariſ. conſ. 59. nu. 9.
vol. 3. Crott. in d. l. re coniunctī. nu. 5. Soc. ſen. conſi.
89. num. 13. vol. 4. Soc. iun. d. conſi. 24. num. 7. volu.
4. Tiraq. de retract. lign. §. 14. glo. 2. num. 10. Alb.
d. conſ. 81. num. 11. Crau. conſi. 186. num. 3. Decia.
conſi. 16.

Digitized by Google

conſi.16.num.21.vol.1.Caph.conſ.323.nu.9. And. Gail.lib.2.obſer.151.num.1.Craſſ.in §.ſucceſſio ab inteſtato q.31.nu.3.Menoc.d conſ.187.nu.14. Roſent.de feud.d.cap.7.concl.57.nu.1.& in litera, A; Vnde, cum in caſu noſtro vinculum maternæ cognationis, nullius ſit momenti, ad hoc, vt quis poſſit ſuccedere in hac primogenitura, cũ attendatur ſolùm maſculinitas, & eius deſcendentia, conſequẽs eſt, vt, licet in perſona Don Franciſci concurrat vtrunque vinculum, non tamen debeat conſiderari, vt deſcendens ex fœmina, ſed tantùm, vt deſcendens ex maſculo. ſed, vt talis, eſt remotior D. Duce S. Laurentij Ergo tanquàm remotior non debet excludere, ſed excludi.

Nec eſt, quod aliquis obiiciat, imò fratrem vtrinq; coniunctum excludere conſanguineũ tantùm, etiamſi maſculinitatis habeatur ratio, vt patet in ſtatutis præferentibus maſculos fœminis in ſucceſſionibus inteſtatorũ, in quibus, licet videatur habita ratio maſculinitatis, & agnationis, adhuc tamen frater vtrinque coniunctus excludit fratrem conſanguineum tũ,
76 † vt ſcribunt *Ruin.conſ.28.nu.4. in fi.conſ.29.nu.6.vol.3. & alij, quos referunt, & ſequuntur Caph. conſ.323.nu.13.verſ.quibus. & Decia.conſ.16.nu.28.verſ.ſed veriorẽ vol.1.* quia reſpondeo primo ſententiam hanc non eſſe tutam propterea, ꝙ
77 contrariũ apertè tenuerunt. † *Roma.conſ.411. per tot. Alex.conſ.9.nu.13.verſ.nec prædictis, & ibi Molin.in addit.in verb.vtrinq; vol.5. Soc.ſen.conſ. vlt. in fin.vol.2.& conſ.25.in fi.uol.3.Iaſ conſ.67. col.3. uerſ.confirmo etiam uol.1. Crott. in rep. l.re coniunctis.87.num.6.ff.de leg.3.Tiraq.ſub dubio in tract.de retract. lign. §.14.gl.2.nu.11.Soc.iun.cõſ. 24.nu.4.uerſ.verumtamen.uol.4.ubi teſtatur hanc eſſe communem. Alcia.lib.1.de uerb.ſign.num.37. Alb.conſ.81.nu.4.uerſ.prædictis. Gabr.conſ.6.nu.1.uol.1.ubi teſtatur eſſe magis communem. Menoc. conſ.187.nu.1.& 17.*

Secundò circunſcripta in præſentiarum huius articuli veritate, reſpondeo aliã eſſe rationem ſtatuti de quo præfati DD. loquuntur, aliã primogenituræ, de qua nos loquimur, Nã ſtatutum illud non omnino excludit rationẽ cognationis, q̃a fœminas, & cognatos vocat aliquo caſu, ideſt deficiẽtibus maſculis, ſiue agnatis, & ideo nil mirum, ſi, ſecundũ eorũ ſententiam, in maſculis tam cognationis, quàm agnationis ratio ſit habẽda. At verò in hac primogenitura nulla prorſus habetur ratio cognationis, quia fœminæ nullo caſu vocantur, ſed in defectũ omnium maſculorum vocatur Regia Maieſtas. Itaque cognatio materna redditur omnino impertinens reſpectu huius primogenituræ. Non eſt igitur ſpectanda, *ut diſtinguẽdo declarat Decia.d.conſ.16.nu.50.verſ.& pari ratione. vol.1.*

Tertiò facit, quia dubiũ non eſt, quin in hac primogenitura cæteris omnibus præferẽdus ſit
78 agnatus proximior. † *l.cum ita.33.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2.l.vlt.C.de ver.ſig.* Sed proximior agnatus non eſt Don Franciſcus filius Donnæ Camillæ, ſed Don Franciſcus Dux S. Laurẽtij;
79 nam, cum agnatio ſit à patre non à matre. † *§. 1.inſt.de leg.agn.tut.l.non facile.4.§.1.l.iuriſconſultus 10.§.1.ff.de grad.& affin.* non debet eius proximitas cõſiderari inſpecta linea materna, ſed inſpecta paterna, quia inſpecta matre non diceretur proximior agnatus, ſed proximior cognatus. Cum igitur pater Don Franciſci ſit remotior, q̃ ſit D. Dux S. Laurentij, Conſequens eſt, vt multo magis ſit remotior eius filius quia filius ſemper eſt magis remotus, quam pater vno gradu. *d.l.Iuriſconſultus.10.§.primo gradu, & ſeqq.ff.de grad.& affi.§.1.inſt.eo.* Quo fit, vt ei ſit haud dubiè D. Dux S. Laurentij, tanquam proximior agnatus præferendus.

Quartò abſurdum eſt filium in ſucceſſionibus, quæ ei deferuntur, vt filio ſuorũ parentũ eſſe melioris conditionis, quã ſint pater, & ma-
80 ter. † *l.ſi vna matre.3.verſ.nam licet.C.de bon. matern.& in his terminis conſiderant Soc.ſen.conſ. 84.num.5.verſ.quis ergo.vol.4.Cur.iun.conſ.117. verſ.circa ſecundam. Menoc.d.conſ.187.nu.0.* Sed hæc primogenitura non poteſt ad Don Franciſcum pertinere, niſi, vt filiũ Don Artuſi Caietani, & Donnæ Camillæ; debet enim eſſe deſcendens, & de linea teſtatoris, vt in primogenitura ſuccedere poſſit. Ergo, cũ D. Dux S. Laurentij excludat Don Artuſium, tanq̃ agnatum remotiorẽ, & pariter excludat Donnã Camillam, tanq̃ fœminam non vocatam, conſequens eſt, vt debeat etiam excludere Don Franciſcũ eorum filium. Confirmatur hoc ex eo, quia ſi D. Dux S. Laurentij vincit Don Artuſium, qui tanquàm pater vincit in ſucceſſione filiũ, multò magis debet ipſe Dux vincere filium, ex regula, *ſi vinco vincentem te multò fortius te. l. de acceſſionibus 14.ff.de diuerſ.& temp præſcript.*

Quintò & vltimo probatur hæc pars authoritate *Cur.iunioris conſ.117.verſ. circa ſecundam*
81 qui † in terminis noſtris ſcripſit maſculum ex fœmina proximiore & agnato remotiore non eſſe admittendum ad ſucceſſionem bonorum, quæ proximioribus agnatis deferunt, id ipſum ſenſit. *Decia.conſ.1.nu.191.verſ. neq; obſtat & nu.ſeq.vol.1.* vbi ſcribit non eſſe attendendum, quod fœmina nupſerit agnato, & conſequenter, quod bona conſeruentur in familia, tũ q̃a id caſu contingit, ideoq; nõ eſt attendendũ, tũ et quia non remanerent ex vi fideicommiſſi & tanq̃ bona teſtatoris, ſed tanq̃ bona vltimi poſſeſſoris, ꝙ eſt contra naturã fideicommiſſorũ.

Ex his autem facilè eſt remouere contraria. Non obſtat igitur Primò, quod Don Franciſcus ſit proximior agnatus, quia reſpondeo hoc perſpicuè falſum eſſe: nã ſi ſpectetur linea materna, nõ eſt agnatus, ſed cognatus, ideoq; nec proximior agnatus dici poteſt, quia non entis nullæ ſunt qualitates. *l.eius, qui in prouincia.41. ff.ſi cert.pet.* Si vero ſpectetur linea paterna, à qua verè ducitur agnatio, non eſt dubitãdum, quin ſit remotior, *ſecundum ea, quæ diximus in tertio fundamento.*

Nec obſtat, ſi dicatur, non eſſe ſpectandam lineam, aut paternam, aut maternam ſeparatim, ſed vtranq; ſimul, & ſic Don Frãciſcũ dici proximiorem agnatum, quia deducit agnationem à patre, proximioritatem verò à matre, quia reſpondeo matrem nihil operari circa gradum agnationis, nam, ſi non operatur circa agnationem ipſam, vt eſt iuris notiſſimi, nec per conſequenias operabitur circa gradus agnationis. Nec dicatur, operari tantùm circa gradus, quia hoc eſt impoſſibile; nam gradus tanquàm accidens, ſiue qualitas ſine ſubiecto, ideſt, ſiue agnatione, vel cognatione conſiſtere nequit. *d.l.eius qui in prouincia.* Itaque propter matrem non poterit Don Franciſcus

C dici

dici proximior agnatus, quia nec dici poteſt agnatus. Sanè dicetur proximior cognatus; ſed hoc nihil ad tribuendam primogenituræ ſucceſſionem operatur, *uti dictum eſt in primo, & ſecundo fundamento.*

Secundò non obſtat, quod eſſet in Don Franciſco ratio, propter quàm maſculus ex fœmina ſolet excludi, cum per eum conſeruentur bona in agnatione, quia reſpondeo hoc non ſufficere, quando fideicommiſſum eſt ſimplex & abſolutum in caſum mortis: nã, cum debeat tranſire de proximiore in proximiorem. *d. l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo;* non ſufficit, quem eſſe agnatum, & bona per eum poſſe in familia conſeruari, vt admitti poſſit, ſed requiritur, vt ſit agnatus proximior, qualis non eſt Don Franciſcus, *uti ſupra demonſtrauimus.* Concludo igitur potiorem in huius primogenituræ ſucceſſione futurũ D. Ducem S. Laurentij, ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Illuſtriſſima D. Comitiſſa Ioanna Prata Scotta.

CONSILIVM III.

ARGVMENTVM.

Ex quibus coniecturis fideicommiſſum conditionale tranſmittatur, Et, quando caducato primo gradu ſubſtitutionis cenſeantur etiam caducati ſequentes, Et quæ detractiones de fideicommiſſo vniuerſali fieri poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non tranſmittitur, ſi vocatus moriatur pendente conditione.*
2 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur etiam in deſcendentes.*
3 *Agenti ex cauſa fideicommiſſi obſtat exceptio, de te non loquitur ſubſtitutio.*
4 *Extenſio de caſu ad caſum non fit in fideicõmiſſis.*
5 *Caducato primo gradu ſubſtitutionis cenſentur etiam caducati ſequentes, diſtingue tamen, vt nu. 19. verſ. nec obſtat, & nu. ſeqq.*
6 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ex coniecturis.*
7 *Teſtator poteſt facere, vt id, quod non eſt tranſmiſſibile, tranſmittatur.*
8 *Fideicõmiſſum conditionale tranſmittitur, quando teſtator cogitauit de liberis vocatis.*
9 *Fideicõmiſſum conditionale tranſmittitur, quando teſtator voluit ſeruare æqualitatem.*
10 *Fideicõmiſſum conditionale tranſmittitur, qñ teſtator voluit bona perpetuo in familia remanere.*
11 *Dictio, poſt, habet tractum temporis ſucceſſiuum.*
12 *Subſtitutio facta his verbis, & poſt eas, eſt compendioſa, & continet, tam vulgarem, quam fideicommiſſariam, & ſine dubio vulgarem. nu. 13.*
14 *Subſtitutus ſubſtituto cenſet ſubſtitutus inſtituto.*
15 *Portio caduca, vel pertinet ad coniunctum, vel remanet apud grauatum.*
16 *Ius accreſcendi locum habet etiam in fideicommiſſis vniuerſalibus.*
17 *Portio caduca remanet apud grauatum cum ſuo onere.*
18 *Portio accreſcit cum onere.*
19 *Caducata prima ſubſtitutione fideicommiſſaria remanet hæreditas apud grauatum cum onere ſequentis fideicommiſſi.*
21 *Relicta ab inſtituto cenſentur à ſubſtituto repetita, ſed non è conuerſo. nu. 22.*
29 *Diſiuncti omnimodo qui dicantur.*
30 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo diſiunctos in fideicommiſſis vniuerſalibus.*
31 *Ius accreſcendi transfertur in ſubſtitutũ tametſi diſiunctum.*
32 *Coniunctio realis, non etiam verbalis transfertur in ſubſtitutum in legatis, & fideicommiſſis.*
33 *Coniunctionem realem tollunt illa verba, æquis portionibus.*
34 *Ius accreſcendi tranſmittitur ad hæredes.*
35 *Portio non perſonæ, ſed portioni accreſcit.*
36 *Ius accreſcendi etiam in ſpe transfertur in eos, ad quos tranſit portio principalis.*
37 *Subſtitutus vocatur ad omne id, quod pertinuiſſet ad eum, cui ſubſtitutus eſt.*
38 *Hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali detrahit funeris impenſam, item dotes maternas. nu. 39. Item debita teſtatoris ſoluta, nu. 40. Item legitimam, & trebellianicam. nu. 41. Item legata ſoluta num. 42.*
43 *Hæres grauatus fideicommiſſo poteſt retinere rem propter melioramenta.*

FACTI SPECIES.

Dominus Matheus de Prato notarius & cauſidicus Placentinus anno 1549. condidit teſtamẽtum, in quo inſtituit hæredem vniuerſalem D. Alexandrum filium ſuum, & poſt eũ inſtituit eius filios legitimos & naturales, & ex legitimo matrimonio procreatos, & filiorum filios, & eorũ deſcendentes, & deſcendentiũ deſcendentes maſculos in infinitum vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in ſtirpem, & non in capita. Filias autẽ ſuas, quas tres habebat, inſtituit particulariter, nempe D. Magdalenam monialẽ in dote monaſterio tradita, D. verò Angelam nuptam in dote ſoluta marito, & D. Martham innuptã in ſimili dote danda, quibus mediantibus voluit eas eſſe tacitas, & contentas.

Eidem autem D. Alexandro decedenti in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque nullis poſt ſe relictis liberis tàm maſculis, q̃ fœminis ſubſtituit dictas DD. Angelam, & Martham filias ſuas, earumq; & vtriuſque earum filios, & deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes in infinitum in ſtirpem, & non in capita.

Quod ſi contingat d. D. Alexandrũ decedere nullis poſt ſe relictis filijs maſculis, ſed tñ modo relicta filia, ſeu filiabus, eo ĩ caſu voluit d. filiã, ſeu d. filias D. Alexandri habere in bonis ſuis ante oĩa pro ſingula earũ, ſi plures fuerint, & ſi vnica pro ea ſola, ſimilẽ dotem & apparatum ei, quem dedit filiabus ſuis, & vltra id voluit omnia bona ſua diuidi debere inter filiam, ſeu filias d. D. Alexandri, & d. DD. Angelã, & Marthã filias ſuas, æquis portionibus, eas prædicto D. Alexandro ſubſtituendo.

Et poſt dictas neptes, ſeu neptem ex d. Do. Alexandro, & filias ſuas, earum, & cuiuslibet earum filios, & eorũ reſpectiuè deſcendentes, & deſcen-

Digitized by Google

& deſcendentium deſcendentes in infinitum, in ſtirpem, & non in capita.

Poſt mortem teſtatoris, & viuo adhuc grauato deceſſerunt D. Angela relictis filijs, & D. Martha ſine prole, poſtmodum deceſſerunt filii D. Angelæ relictis poſt ſe filijs adhuc hodie ſuperſtitibus.

Nouiſſimè deceſſit D. Alexander hæres grauatus, relicta vnica filia cuius rei occaſione de quatuor dubitari contigit, Primò, an prædicti filii filiorum D. Angelæ, quæ deceſſit viuo grauato, & ſic pendente conditione fideicommiſſi, ſint vnà cum filia Dom. Alexandri admittendi ad hæreditatem teſtatoris. Secundò, poſito, quod cum ea ſint admittendi, pro qua parte debeant admitti, ſtante, quod Do. Martha, quæ & ipſa viriliter fuerat ſubſtituta, deceſſit pendente conditione nullis poſt ſe relictis liberis. Tertiò, an prædicti filij filiorum Dom. Angelæ cenſeantur ſubſtituti eidem filiæ D. Alexandri, caſu quo & ipſa, cum tempore ſine liberis moreretur. Quartò, & vltimo, quæ detractiones de huiuſmodi fideicommiſſo fieri poſſint ad fauorem prædictæ filiæ Do. Alexandri.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

EXORDIENDO igitur à prima dubitatione videretur in ea primo aſpectu dicendum, filios filiorum Dom. Angelæ non eſſe ſimul cum filia D. Alexandri hæredis inſtituti, & grauati admittendos ad bona teſtatoris, quia aut intendunt venire ex perſona auiæ ſuæ, nempe Dom. Angelæ, quæ ſimul cum prædicta filia vocata fuerat, & non poſſunt, quia cum Do. Angela deceſſerit viuo Dom. Alexandro grauato, & ſic pendente conditione fideicommiſſi, quoad eam factum eſt caducum fideicommiſſum, nec cenſetur ad hæredes tranſ-
1 miſſum. † *l. vn. §. ſi autem aliquid ſub conditione. C. de cad. tollen.* etiam ſi ſint deſcendentes,
2 † *vt tradunt glo. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita, in verb. ſuſcepiſſet ff. ad Trebell. & in l. vn. in verb. derelictis, & ibi, Bart. num. 4. C. de ÿs, qui ant. aper. tabu. Bart. in l. 1. nu. 8. verſ. alia glo. & ibi Iaſ. num. 92. ff. de leg. primo Bald. in l. ſi plures. 6. num. 19. C. de cond. inſert. Alexan. conſ. 92. num. 5. vol. 3. Soc. ſen. conſ. 6. num. 2. verſ. 3. & num. 11. volum. 3. Iaſ. conſ. 154. colum. 2. verſ. item trita. volum. 4. Ruin. conſil. 178. in princ. & conſil. 181 num. 1. volum. 2. Pariſ. conſi. 66. num. 10. volum. 3. Dec. conſil. 465. num. 15. verſ. & attento, Alcia. conſi. 145. num. 1. conſil. 147. lib. 9. Purpur. in l. 1. num. 3. C. de pact. Soc. Iun. conſ. 101. num. 2. vol. 1. conſi. 141. num. 1. volum. 2. & conſi. 63. num. 1. volum. 4. Ceph. conſ. 16. num. 38. & conſi. 37. num. 2. Natt. conſ. vlt. nu. 1. Menoch. conſi. 209. num. 7. Peregr. de fideicom. artic. 31. num. 6.* Aut intendunt venire ex perſona propria, & tanquàm ſubſtituti D. Alexandro, & nec etiam poſſunt, quia in ſubſtitutione facta caſu quo D. Alexander moreretur relicta filia, fuerunt quidem cum ea vocatæ DD. Angela, & Martha, ſed non earum filij, & deſcendentes. Itaque cum ſubſtitutio de eis non loquatur, omnimodò videntur repellendi, quoniam agenti ad fideicommiſſum obſtat exceptio de te non loquitur ſubſtitutio,
3 † *vt tradunt Soc. ſen. conſi. 62. num. 4. verſic. & in primis, vol. 3. Soc. iun. conſi. 64. num. 14. volum. 3. Decian. conſi. 55. num. 9. volum. 3. Surd. conſ. 448. num. 31.*

Et, ſi quis obijciat, imò eos eſſe nominatim vocatos in altera parte teſtamenti, in qua D. Alexandro ſine filiis tàm maſculis, quàm fœminis decedenti, fuerunt ſubſtitutæ prædictæ DD. Angela, & Martha, & earum deſcendentes, ac deſcendentium deſcendentes in infinitum, videtur poſſe reſponderi ſubſtitutionem illam locum non habuiſſe, cum D. Alexander deceſſerit relicta filia, & in ſecunda ſubſtitutione, quæ locum habuit eos non eſſe vocatos, nec ex eo, quòd vocati ſunt in prima, cenſeri quoque vocatos in ſecunda, quia in fideicom-
4 miſſis non fit extenſio de caſu ad caſum, † *vt ſcribunt Soc. iun. conſ. 4. nu. 13. vol. 3. Gabr. conſilio 95. num. 3. vol. 1. Ozaſc. conſi. 22. num. 8. Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 67. num. 7. & præſ. 73. num. 1. conſ. 171. num. 20. conſ. 326. num. 18. & conſ. 379. num. 12. Surd. conſ. 347. num. 3. verſ. fortius. Peregr. coſ. 55. num. 24. uolum. 2.* Et, ſi teſtator voluiſſet eos ſuccedere in hoc caſu, quemadmodum eos vocauit in prima ſubſtitutione, ita etiam vocaſſet in ſecunda. *l. vn. §. ſi autem ad deficientis. C. de cad. tollen.*

Deniq; ſi quis obijciat, eos videri ſaltem vocatos ex tertia ſubſtitutione, per quam vocantur filij, & deſcendentes poſt filias ſubſtitutas, videtur etiã poſſe reſponderi. imò nec ex hac cenſeri vocatos, quia tertia ſubſtitutio, tanquã facta poſt ſecundam, ita demum videtur habere locum, ſi ſecunda locum habuerit: nam caducato primo gradu, & ſequentes per conſe-
5 quentias caducati cenſentur, † *vt tradunt Bar. in l. quandiu. 68. num. 10. ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 1. num. 14. verſ. reſtat. volum. 1. Ruin. conſ. 99. num. 14. vol. 2. Soc. ſen. conſ. 52. num. 15. vol. 1. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 20. Menoch. conſilio 200. num. 95.* Cum igitur ſecunda ſubſtitutio non habuerit locum reſpectu DD. Angelæ, & Marthæ, quæ mortuæ, ſunt pendente conditione, ſed fuerit caducata, conſequens videtur, vt nec locum habere debeat tertia ſubſtitutio facta poſt eas.

Verùm his non obſtantibus contrarium de iure verius arbitror, cenſeri ſcilicet filios filiorum D. Angelæ ſimul cum filia D. Alexandri vocatos ad bona teſtatoris ſequentibus motus, fundamentis, &

Primò, quia, licet regulariter ſpes conditionalis fideicommiſſi non tranſmittatur ad deſcendentes, hoc tamen fallit, quando in contrarium adſint coniecturæ voluntatis teſtato-
6 ris, † *vt tradunt Soc. ſen. d. conſ. 6. nu. 11. vol. 3. Iaſ. conſ. 154. col. 3. verſ. moueor in primis vol. 4. Curt. iun. conſ. 258. nu. 16. Pariſ. conſ. 66. nu. 76. volu. 3. Ruin. conſ. 145. nu. 6. conſ. 156. nu. 4. & conſ. 178. nu. 1. vol. 2. Deci. conſ. 515. in prin. & conſ. 574. nu. 2. Alcia. conſ. 145. nu. 1. & conſ. 147. lib. 9. Soc. iun. conſ. 141. nu. 20. vol. 2. conſ. 63. nu. 1. vol. 4. Gratn. conſ. 306. nu. 3. verſ. hoc ita præſuppoſito, Nat. conſ. vlt. nu. 1. verſ. ſed hic animaduertendũ. Ceph. conſ. 16. nu. 39. Odd. conſ. 37. nu. 4. Menoc. conſ. 200. nu. 81. conſ. 610. nu. 17. Peregr. de fideic. art. 31. nu. 9.* Nam teſtator poteſt facere, vt id, quod non eſt
7 tranſmiſſibile, tranſmittatur, † *vt tradunt Bald. in l. ſi pater. 4. num. 19. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Pariſ. d. conſilio 66. num. 31. volum. 3. Ruin. d. conſ. 156. nu. 4. d. conſ. 178. nu. 1. vol. 2. Dec. d. conſ. 515.*

num.1.d.conſ.574.num.4.Natt.d.conſ.vlt.num.2. Cæph.d.conſ.16.num.39.Peregr.d.art.31. num.9. In caſu autem noſtro, multæ adſunt coniecturæ, ex quibus colligimus mentẽ teſtatoris fuiſſe, vt fideicommiſſum tranſmitteretur.

Prima enim coniectura ſumitur ex eo, quia teſtator in his ſubſtitutionibus cogitauit de nepotibus, & aliis deſcendentibus, eos poſt filias, & neptes vocando, & ſubſtituendo, quæ res præbet coniecturam ſufficientem ad inducendam fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſionem,
8 † *vt tradunt Bald. in d. l. ſi pater. 4.num.19. C.de inſtit.& ſubſtit.Soc.ſen.d.conſ.6.num.12.volum.3. Iaſ.d.conſi.154.col.3.verſ.moueor in primis, vol.4. Dec.d.conſi.515.num.1. Crauet.d.conſ. 306, num. 3.verſic.hoc ita præſuppoſito, Natt.d.conſ.vlt.num. 3.Cæph.d. conſ.16.nu.42. Menoc.d. conſ.200.nu. 83.& 113.Pereg.d.art.31.nu.10.& 12,*

Secunda coniectura ſumitur ex eo, quia cõſtat ex verbis teſtamenti voluiſſe D. Matheum ſeruare æqualitatem inter filias filij ſui, & filias ſuas, earumque deſcendentes: nam, ſi Dom. Alexander reliquiſſet maſculos, voluit & filias ipſius Dom. Alexandri, & etiam proprias filias eſſe ab hæreditate excluſas. Quod, ſi reliquiſſet filiam, aut filias, voluit parem earum, ac filiarum ſuarum eſſe cauſam, & conditionem: Itaque, quemadmodum filiabus ſuis reliquerat dotem & apparatum, ita etiam voluit parem dotem & apparatum habere filias Do. Alexandri. Deinde cætera bona voluit inter eas æqualiter diuidi, & quemadmodum poſt filias Dom. Alexandri vocauit omnes earum deſcendentes, ita etiam vocauit deſcendentes filiarum poſt ipſas filias. Itaque apparet teſtatorem pari affectione, & charitate fuiſſe proſecutum filias ſuas, & filias D. Alexandri, earumque reſpectiuè deſcendentes, & inter omnes æqualitatem ſeruare voluiſſe. Sed, ſi fideicommiſſum non cenſeretur a filiabus teſtatoris tranſmiſſum ad deſcendentes, magna naſceretur inæqualitas, quia deſcendentes ex filia Dom. Alexandri haberent totam hæreditatem, deſcendentes verò ex filiabus ipſius teſtatoris eſſent penitus ab hæreditate excluſi. Ne igitur hæc inæqualitas inducatur contra mentem teſtatoris, debemus potius inducere tranſmiſſionem conditionalis fideicommiſſi. Et ita in ſpecie, vt ſpes conditionalis fideicommiſſi tranſmittatur, quoties conſtat teſtatorem voluiſſe ſeruare æqualitatem inter ſubſtitutos
9 † *tradunt Ruin. conſ. 145. num.6.vol.2. Soc. iun. conſ.63.nu.4.verſ. quibus, vol.4. Menoc.conſ.209. nu.15.& conſ.610.nu.21. Pereg. de fideic. d.artic. 31.nu.9.& conſ.69.nu.21.vol.3.*

Tertia coniectura ducitur ex illis verbis, *quia finalis intentio mea fuit, & eſt, quod dicta bona mea tranſeant, & perpetuentur, vt ſupra, & prout ſupra ordine ſucceſſiuo, & prout ſupra per me ordinatum eſt.* Nam ex his verbis apparet mentem teſtatoris fuiſſe, vt bona perpetuentur, prout ſupra diſpoſuit, idest, vt ordine ſucceſſiuo tranſeant in deſcendentes, tàm ex filia Do. Alexandri, quàm ex filiabus ſuis, & inter ipſos conſeruentur, prout ſupra diſpoſuit, idest in ſtirpem, & ſic, vt inter deſcendentes ex filia D. Alexandri perpetuetur tertia pars, inter deſcendentes verò ex filiabus aliæ duæ tertiæ. Sed nõ perpetuarentur hoc modo, & ſic prout ſupra diſpoſuit, ſi fideicommiſſum non cenſeretur tranſmiſſum à filiabus teſtatoris in deſcendentes, quia conſeruarentur tantùm inter deſcendentes ex filia Dom. Alexandri. Ergo, vt hæc voluntas teſtatoris circa bona conſeruanda, & perpetuanda inter deſcendentes eo modo, quo ſupra diſpoſuit, ſeruetur, debemus interpretari factam eſſe tranſmiſſionem fideicommiſſi à filiabus teſtatoris; Et ita in ſpecie quãdo teſtator voluit bona perpetuo conſeruari inter aliquos puta agnatos, vel deſcendentes, vt ex hoc ſumatur coniectura ſufficiens ad in-
10 ducendam tranſmiſſionẽ fideicommiſſi † *tradunt Iaſ. conſ. 154. colum.4. verſi. & iſta eſt vehemens, vol.4. Pariſ.conſ.76.num.2.& ſeqq. vol.2.& conſi.5.num.18. & ſeqq. vol.3. Cæph. conſ. 16.nu. 43. Menoc.conſ.200.nu.84. & apertius in conſ.95. num. 109.*

Secundò verò non ſolùm iure tranſmiſſionis, & ſic ex perſona D. Angelæ vocantur iſti deſcendentes ad bona teſtatoris, ſed etiam ex perſona propria tanquàm ſubſtituti: Nam teſtator Dom. Alexandro ſine filiis maſculis decedenti, ſubſtituit eius filias, & filias ſuas viriliter, & poſt eas, ſubſtituit earum deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes in infinitum, quæ verba, poſt eas, continent non ſolùm fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ſed etiam vulgarem, quoniam illa dictio, poſt, tractum
11 habet temporis ſucceſſiuum, † *vt ſcribunt Bar. in l.2.§.creditum.num.7. & ibi Dec. num.23. ff. ſi cert.pet.Dec. conſ.431.num.6. Curt.iun.conſil.48. num.4.verſ.præterea.Alb.conſi.29.num.1.* & ideo ſubſtitutio facta per hæc verba, *Poſt eas*, eſt compendioſa, & conſequenter continet non ſolùm fideicommiſſariam, ſed etiam vulgarẽ,
12 † *vt in ſpecie tradunt Ruin. conſ.115. numero 13. volum.3. Dec.d.conſil.431. numero 6. Curt.iun.d. conſ. 48. num. 2. & ſeqq. Alcia. in l. Gallus.29.§. quidam rectè in prima lect.num.49.verſ.idem ſi in ſtituto.ff.de lib.& poſthum.Peregr.de fideicom.art. 18.num. 14. Menoch. de præſumpt. lib.4.præſ.71. num. 12. verſic. idem quoque dicimus.* Quo fit, vt per illa verba cenſeantur huiuſmodi deſcendentes duplici caſu vocati, primo, ſi D. Angela fuiſſet ſuperſtes tempore puri cati fideicõmiſſi, nempè tempore, quo D. Alexander deceſsit nullis relictis maſculis, quo caſu cenſerentur vocari per fideicommiſſum; Nam Do. Angela fuiſſet obligata poſt mortem ſuam reſtituere ſuis deſcendentibus bona teſtatoris, quæ ad eam ex hæreditate perueniſſent. Secundò verò, ſi non fuiſſet ſuperſtes (prout euenit) cenſentur eius deſcendentes vocati per vulgarem, & ſic ſubrogari in locum prædictæ Dom. Angelæ, & vocati ad eam portionem, quam ipſa fuiſſet habitura, ſi ſuperuixiſſet. Et quamuis plerique diſſentiant circa fideicommiſſariam, quam negant ſub illis verbis, poſt eas, contineri, fatentur tamen omnes contine-
13 ri ſaltem vulgarem, † *vt videre eſt apud Ruin. conſi.99.num.1.& 20.vol.2. Alb.conſ.29.num.1. & 8. Peregrin. d. artic. 18. numero 14. & 15.* per quam, vt dictum eſt, cenſentur hi deſcendentes in locum prædictæ Dom. Angelæ vocati, & ſic ſubſtituti Do. Alexandro ſine filiis maſculis decedenti in ea portione, ad quam eorũ auia vocabatur: nam ſubſtitutus ſubſtituto
14 cenſetur ſubſtitutus inſtituto † *l. ſi Titius. 27. l.cohæredi.41.in princ. ff.de vulg.§.ſed ſi inſtituto, Inſt.eod. Iaſ.conſil.148.colum. 4.verſi.6. & col.5. verſi.*

Digitized by Google

uerſic. non obſtat ſecundum. uol. 2. Pariſ. conſi. 73. num. 29. uol. 3.

Tertio, licet diceremus prædictos deſcēdentes non eſſe ſubſtitutos Dom. Alexandro virtute vulgaris ſubſtitutionis contentæ ſub illis verbis, poſt eas, ſed eſſe tantùm ſubſtitutos Dom. Angelæ per fideicommiſſum, adhuc tamen ad huiuſmodi bona eſſent admittendi alia ratione: nam per mortem Dom. Angelæ ante purificatum fideicommiſſum, cenſetur id, quo ad eam, factum caducum, & conſequenter debet eius portio, vel remanere apud grauatum, vel pertinere ad filiam Dom. Ale-
15 xandri tanquàm coniunctam. † *l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cad. tollen.* & hoc per ius accreſcendi, quod etiam in fideicommiſſis vniuerſalibus locum habet, ſecundum
16 veriorem, & receptiorem ſententiam. † *Bart. conſ. 53. libro 1. Bald. in l. vn. num. 13. & ibi Sebaſt. Sap. num. 48. Cagno. num. 54. C. quand. non pet. part. Caſtr. in l. Lucius. 78. §. qua habebat. ff. ad Trebell. Iaſ. in l. re coniuncti. 87. num. 206. & ibi Rip. num. 179. ff. de leg. 3. Grau. conſilio 316. in prin. Natt. conſil. 523. nume. 3. Couar. in capit. Raynaldus. §. 1. num. 4. extr. de teſtam. Decia. conſi. 40. num. 10. vol. 1. Card. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 10. tit. 3. num. 1. Peregr. de fideicom. artic. 9. num. 8.* Sed ſic eſt, quod portio caduca ſiue remaneat in hæreditate, ſiue accreſcat coniuncto, remanet, & accreſcit cum onere,
17 vt de portione in hæreditate remanente † *conſtat ex d. l. vn. §. pro ſecundo. C. de cad. tollen. l. Celſus. 29. in prin. ff. de leg. ſecundo. & tradunt. Bar. in l. quandiu. 68. num. 10. in fin. ff. de acquir. hære. Socin. ſen. conſil. 52. num. 15. verſ. quartus volu. 1. Pariſ. conſi. 73. num. 10. vol. 3. Peregr. conſi. 40. nu. 6. vol. 1. conſil. 55. num. 15. conſ. 57. num. 6. volum. 2. conſ. 29. num. 8. & conſ. 36. num. 25. volu. 3.* De
18 portione verò accreſcente † *conſtat ex d. l. vn. §. vbi autem legatarij. C. de cad. tollen. & tradunt Barto. in l. re coniuncti. 87. num. 54. & ibi Iaſ. numero 2. ff. de legat. 3. Bald. in l. vn. §. vbi autem, in prin. C. de cad. tollen. Caſtr. in l. ſi duobus. 16. §. vlt. num. 1. ff. de leg. primo Soc. iun. conſ. 150. num. 7. volum. 2. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 10. titu. 3. num. 16. Menoch. conſ. 198. num. 30. Peregrin. de fideicom. artic. 16. num. 86. Surd. conſi. 458. nu. 25.* Ergo filia D. Alexandri, quæ per ius accreſcendi totam hæreditatem conſequeretur, deberet præſtare onus fideicommiſſi iniunctum prædictæ Dom. Angelæ de reſtituendo ſuis deſcendentibus, & ſic deberet eis reſtituere portionem, in qua deſcendentes erant ipſi D. Ange-
19 læ ſubſtituti, † *Et ita in terminis tradunt Gabr. conſ. 115. num. 3. vol. 1. Peregr. de fideic. art. 28. nu. 5. vbi ait ſe ita in facto obtinuiſſe.*

Neque obſtant contraria, quoniam ex ſuperioribus patet reſponſio: nam iſti deſcendentes vocantur, & ex perſona Dom Angelæ, & ex perſona propria, ex perſona Dom. Angelæ iure tranſmiſſionis propter coniecturas, quas conſiderauimus in primo fundamento, iure vero proprio, ideſt tanquam ſubſtituti, & vocati per illa verba, *poſt eas*, ſecundum ea, quæ diximus in 2. & 3. fundamento.

Nec obſtat, quod caducato primo gradu cēſeantur quoque per conſequentias caducati ſequentes, quia reſpondeo in hac re tres potiſſimum conſiderari poſſe caſus, quorum.

Primus eſt, quando primus gradus ſubſtitutionis non continet niſi directam, & ſequentes non continent, niſi fideicommiſſariam, & tūc procedit contrarium: nam caducata prima ſubſtitutione cenſentur quoque caducatæ ſequentes. Exemplum eſt in ſubſtituto vulgari, qui fuit grauatus per fideicommiſſum alicui reſtituere hæreditatem: nam ſi talis ſubſtitutus excludatur ab hæreditate, aut aditione primi, aut morte, aut alia ratione, extinguitur fidei-
20 commiſſum, quod ei fuerat iniunctum † *Ita ſcribunt Alex. conſi. 1. num. 15. vol. 1. Ruin. conſ. 99. num. 14. vol. 2. Peregr. de fideicom. artic. 15. nu. 20.* quia non, vt relicta ab inſtituto cenſentur
21 repetita à ſubſtituto. † *l. licet imperator. 77. ff. de leg. primo,* ita & contra relicta à ſubſtituto cen-
22 ſentur repetita ab inſtituto. † *l. quoties 13. C. de fideicom.* Idem eſt, ſi pupillariter ſubſtitutus grauatus ſit fideicommiſſo: nam extincta pupillari, extinguitur & per conſequentias fidei-
23 commiſſaria. † *l. apud Iulianum. 11. §. item Iulianus. l. ita tamen. 27. §. a patre. ff. ad Trebell. & tradunt Bart. in l. quandiu 68. num. 10. verſic. ſed ſi prima fuiſſet. ff. de acquir. hæred. Caſtr. conſilio 422. verſi. nec obſtat, vol. 2. Ruin. d. conſ. 99. nume. 14. vol. 2.*

Secundus caſus eſt, quando primus gradus ſubſtitutionis continet directam ſecundus verò, vel vulgarem, vel compendioſam, & tunc verius eſt caducato primo gradu, non cenſeri caducatum ſequentem, quia primo deficiente ſequens in eius locum ſubintrat ex vi vulgaris ſubſtitutionis, ſiue primus fuerit vocatus
24 per vulgarem. † *l. quandiu. 68. verſi. is autem. ff. de acqui. hæred. l. ſi Titius. 27. l. cohæredi. 41. in prin. ff. de vulg. Caſtr. d. conſ. 422. verſic. in contrarium. volum. 2. Soc. ſen. in conſi. 52. num. 14. verſ. primus. vol. 1. Peregr. d. artic. 15. num. 11.* ſiue per pupil-
25 larem, † *vt tradunt Bar. in d. l. quandiu. 68. num. 10. verſi. reſpon. ff. de acquir. hæred. Caſtr. d. conſil. 422. verſic. ſecus quando, vol. 2. Soc. ſen. d. conſil. 52. num. 14. verſ. 3. caſus, vol. 1.*

Tertius caſus eſt, quando primus fuit vocatus per fideicommiſſum, & pariter ſecundus ei per fideicommiſſum ſubſtitutus eſt, & tunc ſimiliter verius eſt caducato primo gradu non cenſeri caducatum ſequentem, quia primo deficiente manet relictum apud grauatum cum
26 ſuo onere. † *l. vn. §. pro ſecundo. C. de cad. tollen. l. Celſus. 29. in prin. ff. de leg. 2. & tradunt Bart. in d. l. quandiu. 68. num. 10. uerſic. ſed ſi prima fuiſſet ff. de acquir. hæred. Caſtr. d. conſi. 422. verſic. idem determinat, vol. 2. Ruin. conſil. 94. num. 10. conſil. 99. num. 14. & conſil. 140. num. 10. volu. 2. Soc. ſen. d. conſi. 52. num. 15. verſic. 4. caſus, vol. 1. Dec. conſ. 237. num. 2. & conſ. 317. nume. 1. verſic. cum ergo. Pariſ. conſ. 18. num. 38. vol. 2. Soc. iun. conſilio 42. num. 17. conſil. 90. num. 22. & conſi. 94. num. 50. volum. 1. Odd. conſil. 2. num. 12. Peregr. d. artic. 15. num. 22.* Idem eſt, ſi primus fuerit vocatus per compendioſam, ſecundus vero per fideicom-
27 miſſariam, † *vt ſcribunt Alexan. d. conſilio 1. nu. 15. volum. 1. Dec. d. conſi. 237. num. 2.* vel ſi vter-
28 que per compendioſam, † *ſecundum Ruin. d. conſilio 141. num. 10. volum. 2. Soc. iun. d. conſilio 42. num. 12. uerſic. Verum & num. ſeqq. uolum. 1. Odd. d. conſ. 2. num. 11.* quia de compendioſa idem iudicatur, quod de merè fideicommiſſaria, *ex doctr. Bart. in l. Marcellus. 3. §. quidam liberis. num. 3. ff. ad Trebell.* Quinimò procedit etiam ſi ſequēs ſubſtitutus vocatus ſit per vul-

Digitized by Google

garem tantum, nam primo deficiente pertinet fideicommiſſum ad vulgarem ſubſtitutum, *d. l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de Cad. tollen. l. vt hæredibus. 51. ff. de leg. ſecundo.* Vndè cum in caſu noſtro Dom. Angela primo loco ſubſtituta fuerit non ſolùm directo, ſed etiã per fideicommiſſum vocata, & poſt eam fuerint ſubſtituti eius deſcendentes in infinitum ſiue dicamus eos eſſe ſubſtitutos vulgariter tantùm, ſiue compendiosè (quod verius eſt) apparet nos eſſe in caſu, in quo per caducitatem primæ ſubſtitutionis non cenſentur caducatæ ſequentes.

Secũda ſuccedit dubitatio poſito, quod ſint admittendi, pro qua parte cenſeantur vocati, pro tertia ne, an pro dimidia. Videretur autem dicendum non eſſe vocatos, niſi pro tertia, quia aut veniunt iure tranſmiſſionis, & nõ videntur poſſe venire, niſi ad partem, quam eorum aſcendens, nempe D. Angela fuiſſet habitura, ſi ſuperuixiſſet, nempe ad tertiam, quia non potuit D. Angela plus iuris in ſuos deſcendentes transferre, quam ipſa haberet. *l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. l. traditio. 20. in princ. ff. de acquir. rer. domi.* Aut veniunt iure ſubſtitutionis, & ſimiliter non poſſunt venire niſi ad tertiam, quia cum fuerint ſubſtituti Dom. Angelæ, non poſſunt habere, niſi partem, quam ipſamet Dom. Angela fuiſſet habitura: ſubſtitutus enim cenſetur vocatus in partem datam ei, cui ſubſtitutus eſt. *l. ex facto, 19. ff. de hæred. inſtit.* Aut denique veniunt per ius accreſcendi, & non videntur etiam admittendi, quia deſcendẽtes D. Angelæ neque verbis, ſunt cum Dom. Martha coniuncti neque re, non verbis, quia ſunt poſiti in diuerſis orationibus, neque re, quia vocantur ad portiones diuerſas: nam Dom. Martha vocabatur ad vnam tertiam, deſcendentes verò Do. Angelę ad aliam tertiam, nempè ad portionẽ ipſimet Dom. Angelæ aſſignatam, expreſsè à teſtatore, per illa verba, *æquis portionibus*: Itaque ſunt omnimodo disiuncti, quoniam diſtinctio partium tollit realem cõiunctionem,
29 orationum vero ſeparatio verbalem, † *vt tradunt Bart. in l. Lucius. 78. §. quæ habebat. num. 3. ff. ad Trebell. Angel. in l. vn. §. his ita definitis, C. de cad. toll. n. Roman. conſil. 185. num. 9. & 10. Curt. iun. conſil. 259. num. 2. Iaſ. in l. re coniuncti. num. 112. ff. de legat. 3. Beroi. conſil. 104. numero 8. Mantic. de coniect. vlt. volun. libro 10. tit. 3. num. 9. Peregr. de fideicom. artic. 9. num. 2. & 8. verſic. ex prædictis, & conſ. 69. num. 12 volum. 3.* Quo fit, vt inter Dom. Martham, & deſcendentes Dom. Angelæ non poſſit eſſe locus iuri accreſcendi, quippe, quod in fideicommiſſis vniuerſalibus, in quibus ceſſat abſurditas. *l. ius noſtrum. 7. ff. de regul. iur.* non habet locum
30 inter omnimodò disiunctos. † *l. Lucius. 78. §. quæ habebat, & ibi Caſtr. verſ. ad ſecundum. ff. ad Trebell. Curt. iun. conſil. 83. num. 13. & conſilio 259. num. 7. Berpean. conſ. 121. num. 2. volum. 7. Sebaſt. Sap. in l. vn. num. 48. C. quand. non pet. part. Beroi. d. conſil. 104. num. 8. Peralt. in l. & Proculo. 20. num. 26. ff. de legat. ſecundo. Mantic. d. lib. 10. titu. 3. num. 2. verſic. fatendum. Peregr. d. artic. 9. num. 2. & 8. verſic. ex prædictis, & conſil. 32. num. 2. conſilio 69. num. 12. volum. 3. Menoch. conſ. 528. num. 21.*

Et, ſi dicatur, poſſe eos venire per ius accre-
31 ſcendi, quod transfertur in ſubſtitutum † tamen ſi disiunctum. *l. cum ex filio. 39. §. vlt. & ibi Bart. Bald. Angel. Imol. Caſtr. num. 1. Alexan. numero 1. & alij communiter. ff. de vulgar. Ange. de Gamb. in tract. de teſtam. glo. 42. num. 5.* Videtur poſſe replicari, imò in caſu noſtro, contrarium eſſe verius, quia in legatis & fideicommiſſis transfertur quidem in ſubſtitutum ius
32 coniunctionis realis, ſed non verbalis. † *l. ſicut 3. §. hæc autem. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. & tradunt Caſtr. in d. l. cum ex filio. 39. §. vlt. nu. 3. & ibi Alex. nu. 5. ff. de vulg. § vlt. nu. 3. & ibi Alex. nu. 5. ff. de vulg. Et quãuis Bal. ibi, & Iaſ. n. 4. contrariã ſententiam amplectantur, videtur tamen opinio Caſtr. eſſe communis, vt ibidem Iaſ. atteſtatur.* Vnde, cum Dom. Angela non fuerit cum D. Martha coniuncta re, ſed tantùm verbis propter illam adiectionem, *æquis portionibus*, quæ
33 tollit realem coniunctionem. † *l. re coniuncti, 87. verſic. item verbis. ff. de leg. tertio l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hæred. inſtitut. l. ſi duobus, 16. §. vlt. vbi Bald. ff. de leg. primo.* conſequens videtur, vt neutram coniunctionem cenſeatur in ſubſtitutos tranſtuliſſe, non realem, quam non habebat, nec verbalem, quam habebat, quia, vti dictum eſt, non ſolet ea transferri in ſubſtitutos.

Verùm his non obſtantibus verius eſt, hos deſcendentes eſſe admittendos ad dimidiam omnium bonorum, quæ in fideicommiſſo continentur ſequentibus fundamentis, &

Primò, quia, cum Dom. Angela tranſmiſerit portionem, ad quam vocabatur, in ſuos deſcendentes, *vti demonſtrauimus in primo fundamento primæ dubitationis*, conſequens eſt, vt cenſeatur etiam ius accreſcendi tranſmiſiſſe,
34 quippe quod ad hæredes tranſmittitur. † *l. ſi ex pluribus. 9. ff. de ſuis & leg. l. hæc ſcriptura. 26. §. vlt. ff. de condit. & demonſt. l. vn. §. his ita definitis. C. de cad. tollen. §. vlt. inſtit. de Orfic. & tradunt Bart. in d. l. re coniuncti. num. 26. ff. de legat. 3. Bald. Angel. Imol. Caſtr. Alexan. & alij in l. qui patris. 59. ff. de acquiren. hæred.* Nam ius accreſcendi non eſt perſonale, ſed reale, quia por-
35 tio non accreſcit perſonæ, ſed portioni, † *l. ſi Titio. 39. in fin. ff. de vſufruct. l. ſi totam 82. ff. de acquirend. hæredit. l. cum ex filio. 39. §. vlt. ff. de vulgar.* & ideo tranſit ad omnes, ad quos tranſit portio principalis, idque procedit etiam ſi ius accreſcendi non competeret re, & actu, ſed tantùm ſpe, nã adhuc tranſit ad alios ad quos
36 transfertur portio principalis. † *l. qui patris. 59. ff. de acquir. hæred. Angel. in l. vn. §. his ita definitis, num. 1. C. de cadu. tollen. & in d. l. cum ex filio. 39. §. vlt. ff. de vulg. Alexan. conſilio 58. nu. 5. vol. 3.*

Secundò confirmatur hoc ex eo, quia deſcendentes Dom. Angelæ tanquàm illi ſubſtituti vocantur ad id omne, quod ipſa Dom.
37 Angela fuiſſet habitura, ſi ſuperuixiſſet, † *vt tradunt Iaſ. conſilio 148. colum. 6. verſicu. non obſtat etiam, volum. 2. Pariſ. conſilio 73. num. 34. volum. 3. Gabr. conſil. 115. num. 9. 10. & 13. volu. 1.* Sed Dom. Angela, ſi ſuperuixiſſet, ſine dubio fuiſſet habitura dimidiam totius hæreditatis; debent igitur & eandem conſequi eius deſcendentes: nec enim eſt neceſſe, vt id, ad quod D. Angela vocabatur, fuerit ei acquiſitum, quia ſufficit, ſi ad id potuiſſet admitti, ſi ſuperuixiſſet, *vt ibi latius explicat Gabr.*

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò non ſolùm ex perſona D. Angelæ vocantur hi deſcendentes ad dimidiam eius portionis, quæ pertinebat ad D. Martham, ſed etiam ex perſona propria, & quidem claris teſtatoris verbis: nam deſcendentes D. Angelæ non ſolùm ipſimet auiæ ſuæ fuerunt ſubſtituti, ſed etiam prædictæ D. Marthæ, quoniam teſtator ita ſcripſit, *Et poſt dictas neptes, ſeu neptem ex d. D. Alexandro, & filias ſuas, earum, & cuiuslibet earum filios, & eorum reſpectiue deſcendentes &c.* quibus verbis ſubſtituit filiabus ſuis deſcendentes cuiuslibet, & ſic ſubſtituit D. Marthæ non ſolùm ipſius deſcendentes, ſi extarent, ſed etiam deſcendentes ex filia D. Alexandri, & deſcendentes ex prædicta D. Angela. Et quoniam tales deſcendentes fuerunt ſubſtituti per illa verba, *poſt dictas filias*, cenſentur vocati compendiosè, aut ſaltem vulgariter, *ſecundum ea, quæ diximus in ſecundo fundamento primæ dubitationis.* Quo fit, vt propter mortem D. Marthæ pendente conditione fideicommiſſi, cenſeatur eis apertus locus, ſaltem pro dimidia, vt ex iis quæ diximus *in eodem ſecundo fundamento, & in reſponſionibus ad contraria* licet intelligere.

Neque obſtant contraria: nam ad ea patet reſponſio ex ſuperioribus: verius enim eſt huiuſmodi deſcendentes venire & iure tranſmiſſionis, & iure proprio, iure tranſmiſſionis, quia, cum in eos tranſmiſſa ſit portio principalis, cenſetur etiam tranſmiſſum ius accreſcendi, quod eam ſequitur, vti diximus in primo fundamento Iure verò proprio, quia fuerunt ipſimet D. Marthæ ſubſtituti vulgariter & ideo debent in eius locum ſuccedere, *ſecundum ea, quæ diximus in tertio fundamento.* Neque obſtat, quod ius accreſcendi non tranſeat in ſubſtitutum, quando is, cui ſubſtituitur erat tantum coniunctus verbis, quia circumſcripta in præſentiarum huius articuli veritate, reſpondeo non venire eos tanquam ſubſtitutos D. Angelæ (quo ad portionem relictam D. Marthæ) ſed venire tanquam ſubſtitutos ipſimet D. Marthæ per illa verba, *& cuiuslibet earum filios*, & ideo non tractari de iure accreſcendi, quod tanquam tacita ſubſtitutio. *l. ſi Titio.* 63. §. *vlt. ff. de lega. ſecundo.* ceſſare debet, vbi adeſt expreſſa. *l. 2. §. ſi duo. ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.*

Tertia ſuccedit dubitatio an prædicti filij filiorum D. Angelæ cenſeantur ſubſtituti eidem filiæ D. Alexandri caſu quo & ipſa ſine liberis deceſſerit. Et quoniam, meo iudicio, res eſt clariſſima, ideo breuiter reſpondendo puto cenſeri ſubſtitutos, non ſolùm ex coniecturis, quæ colligi poſſent ex illis verbis, *quia finalis intentio mea fuit, & eſt, quod dicta bona mea tranſeant, & perpetuentur, vt ſupra,* & potiſſimum ex illis. *Bona ipſa, quæ peruenissent, ſeu peruenire debuiſſent ſecundum ordinem præſentis mei teſtamenti, ſeu diſpoſitionis in alium, ſeu alios tam deſcendentes, quam proximiores talis attentantis,* vt clarè demoſtrarem, ſi res exigeret, ſed etiam quia expreſsè fuerunt illi ſubſtituti per prædicta verba, *Et cuiuslibet earum filios*: nam ea referuntur non ſolùm ad filias ipſius teſtatoris, ſed etiam ad filias ſeu filiam D. Alexandri, & ſic etiam filiæ D. Alexandri fuerunt ſubſtituti deſcendentes cuiuslibet filiarum ipſius teſtatoris, & fuerunt ſubſtituti non ſolùm vulgariter, ſed etiam per fideicommiſſum, quoniam illa verba, *poſt dictas filias* continet compendioſam, maximè in caſu noſtro, in quo ſubſtitutio refertur ad omnes deſcendentes in infinitum, & ſic habet temporis tractum ſucceſſiuum; vt ex his, quæ diximus *in ſecundo fundamento primæ dubitationis* poteſt intelligi.

Quarta demum & vltima dubitatio reſpiciens detractiones faciendas de huiuſmodi fideicommiſſo non eſt difficilis, quia certi iuris eſt detrahendam eſſe primo loco funeris im-
38 penſam. † *Papinianus.* 8. §. *quarta. ff. de inoffic. teſtam. l. ſi quis ſeruum.* 8. §. *vlt. ff. de lega. ſecundo l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. & tradunt Caſtr. conſi.* 369. *num.* 2. *in fin. volum.* 1. *& conſil.* 186. *num.* 1. *verſi. & pro iſta vol.* 2. *Alcia, conſilio* 139. *num.* 1. *lib.* 9. *Peregr. de fideicom. artic* 35. *nu.* 40. *& artic.* 39. *num.* 1. *& conſil.* 52. *num.* 34. *verſi. rurſus volu.* 1. Secundo dotem matris D. Ale-
39 xandri, † *vt tradunt Caſtr. conſi.* 77. *num.* 1. *volu.* 2. *Alexan. conſi.* 124. *num.* 7. *volum.* 7. *Pariſ. conſil.* 25. *num* 63. *volum.* 2. *Gabr. conſi.* 124. *num.* 2. *&* 4. *vol.* 1. *Alcia. in l. debitori* 7. *num.* 25. *C. de pact. Decian. conſil.* 55. *num.* 21. *volum.* 4. *Natt. conſil.* 255. *num.* 1. *in fin. Peregr. d. conſi.* 52. *num.* 34. *volu.* 1. *Surd. conſi.* 7. *num.* 24. Et omnia debita teſtato-
40 ris, ſi quæ à granato ſoluta ſunt † *l. 1. C. ad Treb. & ſcribunt Caſtr. d. conſil.* 186 *num.* 1. *verſi. & per iſta volum.* 2. *Pariſ. conſi.* 55. *num.* 27. *& conſil.* 56. *num.* 10. *vol.* 3. *Soc. iun. conſi.* 109. *num.* 19. *volu.* 1. *Gabr. d. conſi.* 124. *num.* 4. *vol.* 1. *Alcia. in d. l. debitori.* 7. *num.* 24. *C. de pact. Crau. conſi.* 316. *num.* 4. *Decian. d. conſi.* 55. *num.* 21. *vol.* 4. *Natt. conſi.* 255. *num* 9. *conſi.* 321. *num.* 2. *verſi.* 3. *& conſi.* 323. *nu.* 5. *Mantic. de coniect. vlt. volun. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 15. *verſic. & ſi hæres. Menoch. conſi.* 681. *num.* 4. *Peregr. d. artic.* 35. *num.* 1. *& d. conſi.* 52. *num.* 34. *volum.* 1. *& conſi.* 68. *num.* 1. *vol.* 3. *Surd. conſ.* 253. *nu.* 12. Tertiò legitimam, & Trebellianicam, & ſic dimidiam bonorum, quæ factis ſuperio-
41 ribus detractionibus ſuperſunt. † *cap. Raynutius & cap. Raynaldus extr. de teſtamen.* Quartò
42 legata ſoluta ab eodem D. Alexandro. † *l. 2. l. vlt. C. ad Treb. l. 2. in prin. ff. eod. & tradunt Caſt. d. conſi.* 186. *num.* 1. *verſ. & pro iſta volu.* 2. *Pariſ. conſ.* 83. *nu.* 24. *vol.* 2. *& d. conſ.* 55 *num.* 27. *vol.* 3. *Rui. cõſ.* 135. *nu.* 10. *vol.* 3. *Nat. conſ.* 321. *n.* 2. *Cra. conſi.* 316. *num.* 4. *Beret. conſil.* 115. *num.* 7. *Peregr. d. artic.* 35. *num.* 9. *& conſi.* 68. *num.* 2. *vol.* 3. *Menoch. d. conſi.* 681. *nu.* 7. Deinde quicquid factis his detractionibus ſupererit erit in duas partes diuidendum, & dimidia erit aſſignanda prædictis deſcendentibus D. Angelæ. Quinimo ſi in bonis fideicommiſſo ſuppoſitis facta fuerunt à granato melioramenta, habebit eius filia rerum retentionem, vſque quo fuerint ei prædicta melioramenta pro parte ad dictos
43 deſcendentes ſpectante ſoluta † *l. domos.* 61. *ff. de leg.* 1. *DD. in l. in fundo.* 39. *ff. de rei vind. latè Peregr. de fideicom. artic.* 50. *num.* 39. Et ita in omnibus ſupradictis iuris eſſe cenſeo ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

In eadem cauſa.

CONSILIVM IIII.

ARGVMENTVM.

Subſtitutionum caſus, qui dicantur, Et, an clauſula derogatoria reſpectu alicuius diſpoſitionis particularis impediat ſequentes diſpoſitiones non contrarias, ſed diuerſas.

SVMMARIVM.

1 *Verba hæc, & eo in caſu, reſtringunt diſpoſitionem ad caſum expreſſum, & impediunt extenſionem.*

2 *Caſus ſubſtitutionum, qui dicantur.*

3 *Extenſio non dicitur ſed comprehenſio, quando caſus non expreſſus aliquo modo continetur ſub expreſſo, vel in eo militat eadem ratio.*

4 *Clauſula derogatoria etiam in codicillis appoſita operatur, vt diſpoſitiones ſequentes nullius ſint momenti.*

5 *Prohibitio teſtatoris, qui maſculis vniuerſaliter inſtitutis iuſſit fœminas particulariter inſtitutas eſſe tacitas, & contentas rebus ſibi datis intelligitur maſculis extantibus, ijs vero deficientibus nihil operatur.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

SVPER controuerſia, quæ naſcitur ex teſtamento quondam D. Mathei de Prato Placentini, num ſcilicet eius pronepotes ex Dom. Angela eius filia conſeantur ad aliquam hæreditatis partem vocati iure fideicommiſſi, quod a prædicto teſtatore fuit ibi conſtitutum, poſt redditum conſilium, & prolatam ſuper ea re meã ſententiam duæ propoſitæ ſunt principales dubitationes, quæ nunc veniunt excutiendæ.

Vna eſt, quæ naſcitur ex allegationibus præſtantiſſimi D. Ponginibij I.C. & Equitis Placentini, qui eſt in contraria ſententia, & concludit, nullum ſubeſſe fideicommiſſum, ad fauorem prædictorum pronepotum teſtatoris, ea potiſſimum ratione motus, quia fideicommiſſum ibi cõſtitutum fuit à teſtatore reſtrictum, & limitatum ad eum tantum caſum, in quo fieret diuiſio hæreditatis inter D. Comitiſſam Ioannam, & DD. Angelam, & Martham, vt ait conſtare ex illis verbis, *volnit, & mandauit, quod vltra id, omnia bona ſua, & hæreditas diuidatur, & diuidi debeat inter filiam, ſeu filias D. Alexandri, & DD. Angelam, & Martham filias ſuas æquis portionibus, & eo in caſu eidem Alexandro filio, & hæredi ſuo ſubſtituit, & ſibi hæredes eſſe voluit filiam, ſeu filias D. Alexandri filij ſui, nec non & dictas DD. Angelam, & Martham filias ſuas æquis portionibus &c.* Nam illa verba, *& eo in caſu*, reſtringunt diſpoſitionem ad caſum expreſſum, nec patiuntur, vt extendatur
1 ad alios, † *vt ſcribunt Dec. conſilio 335. num. 2. in fin. Pariſ. conſil. 92. num. 11. volum. 2. Crau. conſ. 98. num. 6. Natt. conſil. 676. num. 3. & conſ. 678. num. 6. Roll. conſil. 58. num. 11. & conſil. 59. num. 10. vol. 3.* Vnde, cum ille caſus à teſtatore expreſſus non euenerit, ſcilicet, quia propter mortem DD. Angelæ, & Marthæ, non poteſt hæreditas diuidi inter eas, & prædictam D. Comitiſſam, Conſequens videtur, vt fideicommiſſum tanquàm ad illum caſum reſtrictum non poſſit amplius habere locum: Nec enim in fideicommiſſis extenſio fieri debet de caſu ad caſum, *vt dixi in reſponſo, nu. 4.*

Verùm hoc non obſtante perſiſto adhuc in ea ſententia, quam conſulendo ſum ſecutus, cenſeri ſcilicet hos teſtatoris pronepotes ad fideicommiſſum, cum D. Comitiſſa vocatos, & ex perſona Dom. Angelæ, quæ ſpem conditionalis fideicommiſſi in eos tranſmiſit, & ex perſona propria, quippe, cùm & ipſi ob vulgarem contentam ſub illis verbis; *& poſt eas*, cenſeantur etiam D. Alexandro per fideicommiſſum ſubſtitui, *ſicut late ibi demonſtrauimus, ita, vt non ſit neceſſe hic iterum referre, quæ ibi retulimus.*

Neque obſtat fundamentum D. Ponginibij, quoniam ad id dupliciter reſponderi poteſt, & primo, nos hic non tractare de aliqua extenſione fideicommiſſi vltra caſum à teſtatore expreſſum, quia caſus expreſſus eſt, ſi D. Alexander deceſſerit ſine filiis maſculis relicta filia: tunc enim, & in eo caſu ſubſtituit teſtator, & vocauit ipſammet filiam D. Alexandri, & DD. Angelam, & Martham, ac poſt eas earum, & cuiuslibet earum filios, & deſcendentes. Vnde, cum hic caſus euenerit, ſcilicet, quia Do. Alexander deceſſit relicta filia, intelligimus, nos non tractare de extenſione fideicommiſſi de caſu ad caſum, ſed de admittendis vocatis in caſu expreſſo à teſtatore.

Nec obſtat, quod teſtator dixerit, ſe velle omnia bona ſua diuidi inter filiam Do. Alexandri, & DD. Angelam, & Martham, quoniam hæc diuiſio non poteſt dici caſus ſubſtitutionis; Nam caſus dicitur ipſamet ſubſtitutionis conditio, in quam diſpoſitio confertur, puta, conditio, ſi noluerit, vel non potuerit, vel ſi deceſſerit ſine filiis, aut ſimilis. Et de tali caſu loquuntur DD. qui dicunt ſubſtitutionem factam in vnum caſum non extendi ad alium, quando teſtator vſus eſt illis verbis, tunc, & eo caſu: Significant enim ſubſtitutionem factam ſub vna conditione, puta, ſi noluerit, non porrigi ad aliam conditionem, puta, ſi non potue-
2 rit, † *vti videre eſt apud omnes DD. in contrarium allegatos, & declarant poſt Bart. omnes in l. 1. ff. de vulg. & in l. Gallus. 29. §. & quid, ſi tantum ff. de lib. & poſth.* Cæterum, quæ reſpiciunt effectum ipſius ſubſtitutionis, non dicuntur ſubſtitutionis caſus, ſed conſequentiæ, & dependentiæ, cuiuſmodi eſt diuiſio bonorum hæreditariorũ: nam hæc ſupponit præcedentem acquiſitionem, & ſic ſupponit iam habuiſſe locum fideicommiſſum, & ad id plures fuiſſes vocatos *l. 1. ff. fam. erciſ.* Itaq; non poteſt dici caſus, aut cõditio ſubſtitutionis, quoniam conditio ſuſpendit, diuiſio vero non item, Conditio refertur ad grauatum, diuiſio verò ad vocatum.

Et ſanè, ſi diuiſio, quam teſtator ſubſtitutis iniunxit, dici poſſet ſubſtitutionis caſus, magnum ſequeretur abſurdum, quia, ſi tres, aut plures eſſent alicui ſubſtituti, & iuſſi certò modo hæreditatem diuidere, & vnus ex iis antè purificationem fideicommiſſariæ ſubſtitutionis mo-

Digitized by Google

nis moreretur, non poſſet amplius ſubſtitutio habere locum, quoniam eſſet ad diuiſionis reſtricta caſum, qui propter illius mortē amplius habere locum non poſſet, & tamen certi iuris eſt, mortem vnius ex fideicōmiſſariis ſiuè ſubſtitutis nō impedire quominus ſuperſtites admittantur, vel ad totum, ſi non adſit ſubſtitutus in locum deficientis, vel ad partes ſuas, ſi ſubſtitutus adſit *l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de cad. toll.* Non poteſt igitur diuiſio cenſeri caſus ſubſtitutionis, &, vt fatear ingenuè, non video rationem aliquam probabilem, qua quis moueri poſſit ad talem diuiſionem inter ſubſtitutionum caſus numerandam.

Secundò verò, dato etiam, quod talis diuiſio qualiter qualiter dici poſſet cōtinere caſum ſubſtitutionis, reſpondeo eam non ſolùm reſpicere DD. Angelam, & Martham, ſed etiam perſonas in earum locum ſubrogatas, idest, earum, & cuiuſlibet ipſarum deſcendentes, qui fuerunt in earum locum ſubrogati tàm vulgariter, quàm per fideicōmiſſum per illa verba, & poſt eas, & ideo, tamquàm ſubrogatos debere cenſeri eodem iure, quo cenſerentur prædictæ DD. Angela, & Martha *l. ſi eum 10. §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut. §. fuerat Inſt. de action.* quo poſito ſequitur, non fieri extenſionem fideicōmiſſi de caſu ad caſum, quia, quando caſus non expreſſus aliquo modo continetur ſub expreſſo, vel in eo militat eadem ratio,
3 non dicitur extenſio, ſed cōprehenſio † *vt ſcribunt Bald. in l. data opera 11. num. 11. C. qui acc. non poſſ. Caſtr. conſ. 83. num. 2. vol. 2. Alex. conſ. 75. nu. 3. vol. 5. Ruin. conſ. 143. nu. 5. vol. 2. Soc. Iun. conſ. 39. num. 49. vol. 3. Tiraq. in l. ſi vnquā 8. in verb. libertis, num. 45. C. de reu. donat. Curt. Iun. conſ. 113. num. 10. Nat. conſ. 442. num. 4. Roll. conſ. 14. num. 30. vol. 3. Grau. conſ. 118. nu. 15. Ozaſ. conſ. 74. num. 14. Decia. conſ. 43. num. 20. & 41. vol. 2. Men. conſ. 427. nu. 7. Surd. conſ. 443. num. 31.* Itaq; teſtator dicendo, ſe velle, vt bona diuidantur inter prædictas D. Comitiſſā, & DD. Angelam, & Martham, poſt quas vocauit earum deſcendentes, perinde habetur, ac ſi dixiſſet, ſe velle, vt bona diuidantur inter ipſas, & ſi nō extiterint, inter earum deſcendētes tamquàm in ipſarum locum ſubrogatos. Et in hoc non puto mihi diutius laborandum, quoniam res per ſe ſatis clarè patet.

Quamobrem venio ad alteram dubitationē quæ maiorem fortaſſis vim habere videtur: Dubitatio autem naſcitur ex codicillis ab eodem teſtatore factis antè teſtamentum, in quibus reliquit titulo legati maiorem partem ſuorum bonorum immobilium vxori ſuæ, & eam grauauit, vt de ijs bonis diſponeret integrè, & ſine aliqua detractione inter ſuos filios maſculos natos, & naſcituros excluſis penitùs, & in totum filiabus ipſius teſtatoris, quas noluit aliquid poſſe prætendere in prædictis bonis, deindè appoſuit clauſulam derogatoriam ad ſequentes diſpoſitiones his verbis, *Et quam ſuam vltimam voluntatem voluit, & vult, & ita mandauit infirmari, vel infringi non poſſe per quamcus aliam ſuam vltimam voluntatē, & aliud ſuum vltimum teſtamentum per eum quomodolibet ſiendum, niſi expreſſè de' præmiſſis legatis, & omnibus, & ſingulis, ſupraſcriptis, & in præſenti ſua diſpoſitione contentis expreſſe fecerit mentionem, ponendo in ſpecie, & non in genere nomen ſupraſcriptis legatis, ſeu nomina ſupraſcriptorum legatarum, & aliorum quorumcunq; in præſenti diſpoſitione contentorum*: Hæc enim clauſula derogatoria, licet in codicillis appoſita operatur, vt ſequentes diſpoſitiones, in quibus expreſsè, & ſpecialiter non fuit facta de prædicta diſpoſitione codicillari mentio, nullius ſint momen-
4 ti † *l. Diui. 6. §. licet ff. de iur. cod. intelligendo prout intelligunt communiter Bart. in l. omnes populi. 9. num. 31. ff. de Iuſt. & Iur. & in l. ſi quis in principio teſtamenti. 22. num. 3. ff. de leg. 3. Bald. in d. l. Diui. 6. §. licet Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi. 12. §. in legatis, num. 3. ff. de leg. 1. Dec. in l. 1. nu. 55. ff. de off. eius. Couar. in rub. de teſta. part. 2. num. 19. verſ. 17. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 166. nu. 30.* Cum igitur in teſtamento non ſit facta ſpecialis mentio prædictæ diſpoſitionis, ſed tantùm generaliter derogatum ſit præcedētibus diſpoſitionibus, Conſequens videtur, vt nullius debeat eſſe momenti poſterior diſpoſitio.

Verùm hoc non obſtante, puto adhuc firma remanere ea, quæ dixi in reſponſo, nec fideicōmiſſo ad fauorem fœminarum, & earum deſcendentium in teſtamento conſtituto præiudicium aliquod ex dictis codicillis generari: Conſidero enim clauſulam derogatoriam in codicillis appoſitam non eſſe generalem, nec derogare quibuſcunq; diſpoſitionibus ſequentibus, ſed iis tantùm, quæ erunt cōtrariæ diſpoſitioni factæ in codicillis, quoniā teſtator voluit talem diſpoſitionem non poſſe per ſequētes infirmari, ſiue infringi, Quatenus ergo ſequentes nō infirmant, neq; infringunt, ſunt ne contrariæ prædictæ diſpoſitioni factæ in codicillis, nihil operabitur prædicta clauſula derogatoria, quia, cum fuerit limitata ad diſpoſitiones infirmantes, & infringentes diſpoſitionem codicillarem, limitatum quoq; debet producere effectum *l. In agris. 16. ff. de acq. rer. dom.* Atqui diſpoſitio facta in teſtamento non eſt contraria, nec effectu derogat diſpoſitioni factæ in codicillis, ſi diligenter res conſideretur, ſed cum ea concordat, & ad eundē tendit finē, quia finis diſpoſitionis codicillaris eſt, vt bona perueniant ad maſculos excluſis omninò fœminis, & idem eſt finis diſpoſitionis teſtamentariæ: nam extantibus maſculis, nullus eſt locus fœminis in ſubſtitutione fideicommiſſaria. Non ſunt igitur diſpoſitiones contrariæ. Et, quamuis ex diſpoſitione codicillari deberet reſtitutio fideicommiſſi fieri ab vxore, non etiam ex diſpoſitione teſtamentaria, hæc tamē diuerſitas non eſt attendenda, quia reſpicit modum non effectum: nam effectus idem eſt, cū per vtramq; diſpoſitionem proſpiciatur maſculis, vndè, licet modus reſtitutionis ſit diuerſus, non tamen debemus eius habere rationē, quia non curamus de modo, dummodo ſequatur effectus *l. mulier. 22. in prin. ff. ad Treb. cum ſimilibus*.

Nec obſtat, quod in codicillis caueatur, vt fœminæ ſint penitus excluſæ, & tamen ex diſpoſitione teſtamentaria vocentur, eaq; ratione videatur teſtamentaria diſpoſitio contraria diſpoſitioni codicillari, quia reſpondeo. imò non eſſe contrariam: nam diſpoſitio teſtamētaria proſpexit in caſu omiſſo in codicillis: Quod enim ibi dicitur de excluſione fœminarum, intelligitur extantibus maſculis, quibus

voluit

voluit teſtator proſpicere, & ideo maſculis nõ extantibus remanet res in diſpoſitione iuris cõmunis, & talis cautio teſtatoris nihil operatur, vt in ſimili dicimus de teſtatore, qui maſculis inſtitutis cauit, ne fœminæ poſſint aliquid petere de bonis ſuis. nam talis prohibitio tanquam fauore maſculorum facta intelligitur maſculis extantibus, iis verò deficientibus non impedit, quominus filiæ poſſint ex diſpoſitione iuris communis ad paterna bona aſpirare,
5 † *vt ſcribunt Bart. in l. quoties.9.§. ſi duo num.5. & ibi Bald. q.4. Caſtr. num.2. Imol. num.39. ff. de hered. inſtit. Ang. in l. dominus 63.§.1. num.1. ff. de vſufr. & in l.1. nu.5. ve. ſi primo caſu C. de teſt. mil. Caſtr. in l. quoties.13. num.2. C. de hered. inſtit. Imol. in l.1.§. ſi ex fundo num.37. & 64. ff. eod. Iaſ. in l. re coniunctis. 87. num. 198. & ibi Alcia. num. 48. ff. de leg.3. Beret. conſ.84. num.5. verſi. his accedat, & num.6. Lader. conſ.72. num.12. Peregr. de fideicom. arti.11. num.66. verſ. & Dini.* Cum igitur talis diſpoſitio teſtatoris facta in codicillis per quam fœminæ prorſus à bonis excluduntur, intelligatur facta, ſi maſculi extabunt, & iis non extantibus, nihil ibi teſtator cauerit, ſequitur diſpoſitionem teſtamẽta. iam, quæ maſculis extantibus non vocat fœminas, ſed tantum iis deficientibus, non poſſe dici contrariã prædictæ diſpoſitioni codicillari, ſed tantum diuerſam: Proſpexit enim in caſu, de quo non fuerat diſpoſitũ in codicillis. Quo fit, vt huic diſpoſitioni non præiudicet clauſula derogatoria in codicillis appoſita, quippè, quæ derogat iis tantum diſpoſitionibus, quæ infringent diſpoſitionem codicillarem. & ſic erunt illi contrariæ, non verò, quæ diuerſæ. Quamobrem non obſtantibus ſupradictis dubitationibus perſiſto in priore ſententia, & concludo prout dixi in meo reſponſo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Sereniſſimo Raynutio Farneſio Parmæ, atq; Placentiæ Duce.

CONSILIVM V.

ARGVMENTVM.

An, & quando ſubditus principis ab eccleſia, vel ab Imperatore inueſtiti poſſit ad S. P. vel Imperatorem recurrere, ſi prætendat, ſe grauarũ, Et an Princeps poſſit edicto ſtatuere, ne ſubditi habitent extra dominium ſub pœna confiſcationis omnium bonorum, Et an, & quando citatus non cõparens excuſetur ex eo, quod tutum non putat ſibi eſſe acceſſum, Et de pœnis contumaciæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellari poteſt ad S. P. a qualibet mundi parte, Declara, vt num.30.*
2 *Appellari poteſt ad S. P. a Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, Sed contra num.11. Declara, vt num.31.*
3 *Papa habet iuriſdictionem temporalem in toto orbe, Declara, vt num.16. & 30.*
4 *Appellare ad S. P. poteſt ſubditus eccleſiæ.*
5 *Subditus ſubditi mei ſubditus meus eſt, Sed contra num.20. Declara, vt num.32. & 34.*
6 *Vaſſallus vaſſalli mei ratione eiuſdem rei eſt meus vaſſallus.*
7 *Subditus ſubditi mei ſubditus meus eſt, maximè quando tractatur de S. P.*
8 *Subditi S. P. dicuntur, qui ſunt ſubiecti eius temporali iuriſdictioni.*
9 *Iuriſdictio in vaſſallum transfertur cumulatiuè, non priuatiuè, Sed contra num.26.*
10 *Appellari poteſt a principe recognoſcente ſuperiorem ad ipſum ſuperiorem, Sed contra num.28. Niſi in caſu denegatæ iuſtitiæ, vel notoriæ iniuſtitiæ num.37.*
12 *Duces, & alij Principes inueſtiti ab imperatore, vel ab eccleſia, quoad iuriſdictionem in ſubditos non recognoſcunt ſuperiorem.*
13 *Duces, & alij Principes inueſtiti ab Imperatore, vel Eccleſia habent dominium vtile, quoad vniuerſitatem, ſed directum, quoad particularia.*
14 *Papa non poteſt exercere Iuriſdictionem in non ſubditos.*
15 *Subditi Sum. Pont. quomodo dicantur omnes.*
17 *Paria ſunt non competere, vel competere ſed ſine effectu.*
18 *Subditi Principum temporalium non dicuntur ſubditi S. P.*
19 *Effectu, quod caret, debet etiam carere nomine.*
21 *Subditus Principis inueſtiti, non eſt ſubditus inueſtientis.*
22 *Subditus Principis inueſtiti non eſt ſubditus ſubditi.*
23 *Subditus ſubditi mei reſpectu alterius rei non eſt meus ſubditus.*
2: *Vniuerſitas differt a rebus particularibus.*
25 *Superior non poteſt facere in terris, & hominibus vaſſallorum ea, quæ vaſſalli facere poſſunt.*
27 *Dominus non poteſt cognoſcere de cauſis ciuilibus, & criminalibus occurrentibus in terris vaſſallorum.*
29 *Summus Pont. vel Imperator non poteſt exercere iuriſdictionem in terris Principum a ſe inueſtitorum.*
32 *Subditus Baronis cenſetur etiam ſubditus Principis.*
33 *Subditus Principis inueſtiti non cenſetur ſubditus inueſtientis.*
34 *Subditus vaſſalli quoad exercitium iuriſdictionis non cenſetur ſubditus domini.*
35 *Iuriſdictio transfertur cumulatiuè in ordinarium, vel delegatum, in vaſſallum verò priuatiuè.*
36 *Iuriſdictio cenſetur tranſlata in vaſſallum priuatiuè ſaltem, quoad exercitium.*
38 *Recurritur per viam querelæ non appellationis in caſu denegatæ iuſtitiæ, vel notoriæ iniuſtitiæ.*
39 *Cauſa ardua, & dubia remittitur S. P.*
40 *Recurritur ad ſuperiorem in caſu denegatæ, vel neglectæ iuſtitiæ.*
41 *Recurritur ad ſuperiorẽ in caſu factæ iniuſtitiæ.*
42 *Oblatio facta a Principe de dandis iudicibus non ſuſpectis tollit omnem recurſum ad ſuperiorem.*
43 *Recurſus ad ſuperiorem non datur propter omnem iniuſtitiam, ſed propter notoriam.*
44 *Contra contumaces omnia iura clamant.*
45 *Princeps non poteſt auferre ea quæ ſunt iuris naturalis aut gentium.*
46 *Libertas eſt iuris naturalis.*
7 *Libertas conſtringitur quando impeditur domicilij mutatio.*

Habi-

48 *Habitare quis poteſt vbi vult, Declara, vt num. 70.*
49 *Habitare in certo loco nemo cogi poteſt, Declara, vt num. 71.*
50 *Dominus non poteſt cogere vaſſallos non obligatos ad angarias, & perangarias habitare in ſuo territorio.*
51 *Vaſſallus æquiparatur liberto, Declara, vt num. 73.*
52 *Libertus poteſt habitare, vbi vult, Declara, vt num. 76. & ſeqq.*
53 *Homagium quid deſignet.*
54 *Dominus poteſt cogere vaſſallos, vt redeant, vel eis prohibere, ne recedant.*
55 *Dominus poteſt vindicare ſuos vaſſallos.*
56 *Dux in ſuo Ducatu poteſt idem quod imperator in Imperio.*
57 *Dux poteſt facere legem contra ius commune.*
58 *Dux eo ipſo quod creatur, habet ea, quæ ſunt Imperatori reſeruata.*
59 *Legis condendæ poteſtas eſt de reſeruatis Imperatori.*
60 *Imperator poteſt prohibere ſubditis ne eant ad habitandum extra dominium.*
61 *Princeps poteſt prohibere ſubditis ne eant ad habitandum extra dominium, vel vt redeant ſub pœna confiſcationis bonorum etiam ſi ſint ſubditi ſimplices.*
62 *Ciuitas poteſt prohibere ciuibus, ne eant extra teritorium, vel abſentes reuocare.*
63 *Princeps ex cauſa publica vtilitatis poteſt ſtatuere contra ius naturale, vel gentium.*
64 *Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt imponere nouas collectas.*
65. *Vtilitas publica vbi ſubeſt, recedi poteſt a regulis iuris.*
66 *Verba proœmij cauſam finalem denotant.*
67 *Reip. intereſt Ciuitates hominibus repleri.*
68 *Principi dicenti ſe facere ex cauſa publicæ vtilitatis credendum eſt.*
69 *Principis aſſertio non admittit probationem in contrarium.*
70 *Domicilium mutare liberum non eſt, vbi quis lege prohibetur.*
72 *Inferior a Principe non poteſt ſtatuere contra ius commune.*
73 *Vaſſallus, & libertus ſe habent, vt exceſſa, & excedentia.*
74 *Iura facilius ſuccurrunt facienti ex neceſſitate, quam ex voluntate.*
75 *Vaſſalli obligatio ſtrictius accipitur quam liberti, quoniam ille voluntariè obligatur, hic neceſſario.*
76 *Libertus debet præſtare operas vbi patronus moratur.*
77 *Libertus debet præſtare operas quando patronus voluerit.*
78 *Intellectus l. pen. C. de oper. lib.*
79 *Libertus non tenetur ſequi patronum vagantem.*
80 *Vxor vtitur familia viri.*
81 *Vxor dicitur de familia viri.*
82 *Roma dicitur patria communis.*
83 *Recognoſcens ſuperiorem non poteſt ſtatuere in præiudicium ſui ſuperioris.*
84 *Papa poteſt eximere ſubditos etiam mediatos a muneribus ſuarum ciuitatum.*
85 *Vaſſallus tenetur potius ſeruire ſuperiori, & mediato Domino, quam immediato, quando ſuperior habet iuriſdictionem vniuerſalem.*
86 *Nullus, dictio eſt vniuerſalis.*
87 *Cuiuſuis, dictio, eſt vniuerſalis.*
88 *Vniuerſalis negatiua nullam prorſus patitur reſtrictionem.*
89 *Fruſtra imploratur, quod de iure communi conceditur.*
90 *Nec, dictio, eſt implicatiua.*
91 *Etiam, dictio, ampliat, & extendit diſpoſitionem ad caſus magis dubitabiles.*
92 *Habitare quis ibi dicitur, vbi retinet familiam.*
93 *Filiusfam. non habet familiam.*
94 *Priuatio præſupponit habitum.*
95 *Vaſſallus vaſſalli mei eſt meus vaſſallus.*
96 *Vaſſallus tenetur potius ſeruire ſuperiori, & mediato Domino, quam immediato, quando mediatus requirit eius ſeruitium ex cauſa publica vtilitatis.*
97 *Vaſſallus regulariter tenetur ſeruire Domino immediato.*
98 *Vaſſallus vaſſalli mei, quo ad ſeruitia, & obligationem perſonalem non eſt meus vaſſallus.*
99 *Vaſſallus vaſſalli poteſt reuocari a Domino ſuo immediato etiam ſi iuerit ad habitandum in terris Domini ſuperioris.*
100 *Notitia edicti neceſſaria eſt, vt quis incidat in pœnam.*
101 *Scientia in abſente non præſumitur.*
102 *Scientia præſumitur etiã in abſente, qui reliquit in loco, familiam a qua veriſimiliter fuit admonitus.*
103 *Scientia præſumitur ex vicinitate.*
104 *Veriſimile non eſt latere aliquem in vicino, quod ad alios peruenit in longinquo.*
105 *Poſſe redire non dicitur, qui Principis inhibitione prohibitus eſt.*
106 *Homo liber non eſt ſui ipſius, ſed Reip. & Principis.*
107 *Vaſſallus non poteſt inuito Domino ſe liberare a præſtatione ſeruitiorum, & homagij.*
108 *Delinquens non debet eſſe melioris conditionis, quam non delinquens.*
109 *Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, ſed excuſatur.*
110 *Inimicitiæ priuatæ reddunt locum non tutum, & excuſant a neceſſitate comparendi.*
111 *Cauſa qualibet etiam iniuſta excuſat a contumacia.*
112 *Metus inimicorum non eſt probabilis in eo, qui potentior eſt ſuis inimicis.*
113 *Citatus ad locum non tutum non excuſatur, ſi poterat eum reddere tutum.*
114 *Citatus ad locum non tutum, licet non teneatur comparere, tenetur tamen mittere excuſatorem, qui alleget impedimenta.*
115 *Vxor tenetur ſequi virum.*
116 *Vxor tenetur obedire viro.*
117 *Vxor non tenetur ſequi virum vagabundum.*
118 *Vxor non tenetur obedire viro in illicitis.*
119 *Seruus non tenetur obedire domino in delictis.*
120 *Filius non tenetur obedire patri in illicitis.*
121 *Vxor debet potius obedire Deo quam viro.*
122 *Princeps in terris loco Dei eſt.*
123 *Principis poteſtati qui reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit.*
124 *Princeps præſumitur iuſtus.*
125 *Iuſtus nec ira, nec odio mouetur.*
126 *Reges habent longas manus.*
127 *Beneficia non conferuntur in eos, quos odio habemus, ſed tantum in benemeritos, & gratos.*
128 *Saluo conductui dato a Principe fidendum eſt.*

Citatus

129 *Citatus ad locum non tutum non excuſatur, ſi poſſit mittere procuratorum.*

130 *Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere per procuratorem, quando cauſa eſt ardua.*

131 *Citatus ad locum non tutū non excuſatur, quando cauſa, propter quam locus non eſt tutus, prouenit ex eius facto, & culpa.*

132 *Bannitus citatus ad locum, vnde bannitus eſt, excuſatur.*

133 *Citatus ad locum non tutum propter cauſam, propter quam citatur, non debet excuſari, ſecus ſi propter aliam.*

134 *Culpa non poteſt alicui prodeſſe, ſi ſit ad hoc ordinata, ſecus, ſi ad aliud.*

135 *Locus non tutus etiam procuratori dicitur, quādo periculum naſcitur ex aeris corruptione, vel ex bello.*

136 *Citatus ad locum non tutum excuſatur ſi non inueniat idoneum procuratorem.*

137 *Aduocatum non habenti dat magiſtratus.*

138 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem, vel habentes iura Imperij poſſunt eſſe Iudices in cauſa propria.*

139 *Princeps iudicat, vti Deus.*

140 *Princeps non præſumitur facturus iniuſtitiam.*

141 *Cauſæ fiſcales poſſunt agitari coram officialibus vaſſallorum.*

142 *Vaſſallus, in quem tranſlata eſt omnimoda iuriſdictio poteſt bona confiſcare.*

143 *Iudex in cauſa propria nemo eſſe poteſt.*

144 *Cauſa fiſcalis diſtinguitur a cauſa Principis.*

145 *Cauſa inter dominum, & vaſſallum agi debet coram paribus curiæ.*

146 *Cauſa inter Dominum, & Vaſſallum poteſt agi coram officialibus Principis ex conſuetudine.*

147 *Cauſæ Principis cum vaſſallo in Ducatu Parmæ aguntur coram officialibus Principis.*

148 *Cauſa fiſcalis agitur coram Domino, vel eius officialibus.*

149 *Litigare coram iudice ſuſpecto nemo cogitur.*

150 *Suſpectum iudicem allegare non ſufficit, niſi allegetur iuſta cauſa ſuſpicionis.*

151 *Contumax verus, vt quis dicatur, neceſſaria eſt citatio perſonalis.*

152 *Contumax fictus poteſt appellare.*

153 *Contumax fictus debet in integrum reſtitui.*

154 *Cauſa qualibet etiam leuis, & iniuſta, dummodo colorata, excuſat a contumacia.*

155 *Contumacia tunc demum eſt punibilis, quando habet in ſe contemptum.*

156 *Contemptus non poteſt conſiderari in eo, qui motus eſt aliqua cauſa.*

157 *Veriſimile non eſt, quem velle facere aliquid inutiliter.*

158 *Actoris in poteſtate eſt, quando velit agere.*

159 *Mulier aduerſus veram contumaciam reſtituitur.*

160 *Ruſticus aduerſus veram contumaciam reſtituitur.*

161 *Minor aduerſus veram contumaciam reſtituitur.*

162 *Decretum excludens recurſum poſt certum tempus valet.*

163 *Contumax verus non debet audiri.*

164 *Contumax verus non poteſt appellare.*

165 *Contumax verus non poteſt ſupplicare.*

166 *Contumax verus non debet in integrum reſtitui.*

167 *Contumax verus dicitur etiam citatus non ſolum, ſi citatio peruenit ad eius notitiam.*

168 *Contumacia geminata magis grauat.*

169 *Contumax in manifeſtus eſt, qui dicit ſe nolle venire, ideoq; non eſt amplius citandus.*

170 *Factum eſt potentius verbis ad mentem declarandam.*

171 *Recurrens ad ſuperiorem citatus ab inferiore declarat ſe nolle comparere coram inferiore.*

172 *Contra contumaces manifeſtos oritur exceptio peremptoria.*

173 *Cauſa iniuſta excuſat, ſi ſit colorata.*

174 *Cauſa, quæ primo aſpectu apparet iniuſta, non excuſat.*

175 *Princeps nō præſumitur velle, niſi quod iuſtum, & æquum eſt.*

176 *Probatio non admittitur contra præſumptionē iuſtitiæ Principis.*

177 *Metus iniuſtitiæ Principis non eſt iuſtus, nec excuſat.*

178 *Ignorantia ſupina non excuſat.*

179 *Mulier, & ruſticus non ſemper reſtituuntur aduerſus veram contumaciam.*

180 *Mulier non excuſatur a veris delictis.*

181 *Minor non reſtituitur aduerſus delicta.*

182 *Minor, & mulier reſtituuntur aduerſus delicta commiſſa in omittendo.*

183 *Contumacia non eſt delictum in omittendo, ſed in committendo propter contemptum.*

184 *Iuſtitia munus conſiſtit etiam in irrogandis pœnis ſtatutis a lege.*

185 *Contumax non debet audiri.*

186 *Præmium ex ſuo dolo conſequi nemo debet.*

FACTI SPECIES.

ANNO 1602. Sereniſs. Raynutiu Farneſius Parmæ, atq; Placentiæ Dux pro communi ſubditorum vtilitate, & inhærendo decretis anteceſſorum ſuorum publico edicto prohibuit ſubditis ſuis, ne cum familia habitent extra ſtatū vltra quadrimeſtre, niſi cum licentia, quæ vt plurimum petentibus conceditur, & iuſſit eis, qui extra ſtatum habitabant, vt intra bimeſtre redirent ad habitandum in ſtatu ſub pœna cōfiſcationis bonorum.

Anno 1603. die 14. Februarij Co. Albertus Scottus, Com. Sulpitia eius vxor, Margarita eorum filia, & Aloyſia d. Com. Sulpitiæ mater porrexerunt preces d. Sereniſſ. Duci, in quibus petierunt, ſibi concedi licentiam habitandi extra ſtatum, & obtinuerunt huiuſmodi reſcriptum. *Concedimus oratoribus, vt per totum menſem Aprilis adhuc abeſſe poſſint, & etiam dicto Com. Alberto. vt ad patriam redire queat, prohibitione alias eidem facta, & mora huc vſq; incurſa non obſtante.* Intra præfinitum tempus, dicti iugales ad patriam non redierunt, ſed ſemper habitarunt extra ſtatum, videlicet Com. Sulpitia in vrbe, & Co. Albertus in territorio Mediolani.

Quamobrem re ſub 4 Auguſti 1603. notificata officio Dom. Gubernatoris Placentiæ, ſumptis informationibus, & præcedentibus citationibus D. Gubernator in cōtumaciam eos condemnauit in confiſcationem omnium bonorum, deinde facta ſunt proclamata in locis ſolitis ad contradicendum intra terminum ſex men-

menſium conſtitutionibus præfinitum, intra quem prædicti iugales non comparuerunt, nec aliquid oppoſuerunt,

Sed recurſum habuerũt ad S. P. Clem. VIII. a quo porrectis precibus petierunt, vt præciperet Sereniſſimo Duci, vt bona prædicta faceret ſibi reſtituere, ſed, cum pro parte dicti Sereniſſimi Ducis extraiudicialiter demonſtratum eſſet, eos, ſi quid prætendebant, debuiſſe comparere coram ipſius Ducis officialibus, a quibus iuſtitiam reportaſſent, nõ potuerunt a prædicto S. P. quicquam obtinere, niſi, quod recurrerent ad tribunalia Sereniſſimi Ducis.

Vita functo Clem. VIII. & ad Pontificatũ aſſumpto Sanctiſſimo Paulo V. coram eo tentauit hoc idem Comes Albertus, & cum S. P. extraiudicialiter mandaſſet Illuſtriſſ. Cardinalibus Arigonio, & Pamphilio, vt re plenè intellecta referrent, quid ſuper ea ſibi ſtatuendum videretur, tandem re per annum diſcuſſa, retulerunt, debere Co. Albertum ad tribunalia ſupradicta accedere, ſi quid prætendebat. Quamobrẽ S. P. extraiudicialiter iuſſit Co. Alberto, vt deberet per procuratorem comparere coram officialibus Sereniſſimi Ducis, qui obtulit, ſe facturum, vt cauſa, quam celerimè expediretur, & ad tollendam ſuſpicionem allegati timoris pollicitus eſt S. P. ſe non offenſurum, nec offendi curaturum procuratorem a Co. Alberto conſtituendum.

Poſt impetratum hoc decretum Co. Albertus paſſus eſt labi biennium, intra quod nec habuit recurſum ad tribunalia Sereniſſ. Ducis, nec quicquam præſtitit: Nunc iterum recurrit ad S. Pont. & ab eo petit iudices, a quibus cauſa ſua cognoſcatur, vnde quæritur, an ſit audiendus, nec ne.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS,

ET ſi certò ſciam, poſt grauiſſimos viros de eadem re ſcribẽtem vix poſſe quicquam a cęteris non perpenſum afferre, ne tamen videat eius cauſa nolle, cuius vel nutus ipſos me ſeruare decet, dicam, & ipſe, quid dè propoſita conſultatione ſentiam.

Tres aũt mihi ꝓpoſitę ſunt principales dubitationes excutiẽdæ, Prima, an Comes Albertus, & eius vxor debuerint parere S. P. præcipienti, vt pro validitate bonorum publicationis factæ diſcutienda Sereniſſ. Parmæ Ducis magiſtratus adirent. Secunda, an, quia tali præcepto non obtemperarunt, ſed paſſi ſunt labi biennium a die factæ remiſſionis, ſi nunc velint præfatos Sereniſſ. Ducis officiales adire, ſint ab eis amplius audiẽdi, Tertia demum an, ſi nunc eis tanquàm veris contumacibus audiẽtia denegetur, poſſint iterum ob hoc ipſum ad S. P. recurrere.

Primæ autem dubitationis reſolutio pendet ex eo, nũquid iuſtum, & rationabile fuerit præceptum, ideſt an prædicti iugales rectè fuerint ad tribunalia Sereniſſimi Ducis remiſſi, quaſi non iure ad S. P. tanquam ad ſuperiorem recurriſſent, quod quia tripliciter conſiderari poteſt. Primò an potuerint recurrere per viam appellationis. Secundò an per viam querelæ. Tertiò demum, an ſaltem prætextu timoris allegati, ideo de ſingulis recurrendi modis ſeparatim agam.

Et quidem per viam appellationis potuiſſe præfatos iugales ad Apoſtolicam ſedem recurrere, multa ſuadere videbantur, ac

In primis illud, quod certi iuris eſt, ad S. P. à
quocunq; & à qualibet mundi parte poſſe ap-
1 pellari † *Cap. Ad Romanam. 2. q. 6. Cap. cuncta*
per mundum. 9. q. 3. Quod procedit etiam, ſi ap-
pelletur a Principibus, qui ſuperiorem in tem-
2 poralibus non recognoſcunt † *vt ſcribunt Abb.*
in capit. 1. num. 6. De appell. & in cap. cum Ioan-
nes num. 11. De fid. inſtr. Felin. in cap. Nouit.
col. 3. verſ. dictum Domini, de iud. & Ruin. conſ. 8.
num. 2. vol. 5. Guido pap. q. 436. num. 7. Alex. conſ.
501. num. 30. Nam cum S. P. iuriſdictionem
3 etiam temporalem habeat in toto orbe † *d. cap.*
cuncta. per mundum. 9. q. 3. & ſcribunt Bart. in
extrauag. ad reprimendum in verb. totius orbis, nu.
9. Abb. in cap. quoniam, num. 5. de conſtit. Boſſ. in
tit. de for. comp. num. 164. Farin. conſ. crim. 48.
num. 33. non videtur impediendus, quominus
eam poſſit in homines ad ſe recurrẽtes per viã
appellationis exercere.

Secundo videbatur hoc multò magis admittendum in caſu noſtro, in quo tractabatur de
ſubditis S. P. etiam in temporalibus, qui ſine
4 dubio poſſunt ad eum appellare † *cap. ſi duobus*
§. fin. de appell. cap. venientes de iureiur. cap. cum
Ioannes de fid. inſtr. Eſſe autem ſubditos S. P.
iugales, de quibus agebatur, vel ex eo intelligimus; quod, cum ſint ſubditi Sereniſſimi Parmæ Ducis recognoſcentis etiam in temporalibus Eccleſiam in ſuperiorem, non poſſunt non
etiam cenſeri ſubditi ipſius Eccleſiæ, ex regula, quod ſubditus ſubditi mei, ſubditus quoq;
5 meus eſt, † *quam tradunt Aff. deciſ. 265. nu. 106.*
verſ. 30. Nat. conſ. 487. num 20. Cepb. conſ. 539.
num. 55. Surd. conſ. 210. num. 53. quæ ſine dubio
procedere videtur, quando (vt in caſu noſtro)
quis eſt ſubditus ratione eiuſdem rei, *vt de vaſ-*
6 *ſallo † tradunt Bart. in l. Claudius 17. circa fin. ff.*
qui potior. in pign. hab. Bald. in l. 1. nu. 9. C. com.
de leg. Dec. in l. conſily 47. §. ſoty num. 1. ff. de reg.
iur. Nat. conſ. 487. nu. 14. & 32. Beret. conſ. 109.
num. 16. per text. in cap. Imperialem §. illud de
prob. feud. alien. per Frider. et multo magis,
quando tractatur de S. P. in quo potiſſimum
7 locum habet regula ſuperior † *ſecundum Cepb.*
conſ. 628. num. 35. Et verò, cum ſubditi S. P. dicantur, quicunq; ſunt eius tẽporali iuriſdictio-
8 ni ſubiecti † *Clem. Paſtoralis verſ. rurſus de re*
iud. cap. ſi duobus. §. fin. de appell. et homines
Ducatus Parmæ, & Placentiæ ſint etiam ſubiecti iuriſdictioni temporali S. P. quippe, qui
per conceſſionem Sereniſſimo Duci factam
cenſetur in eum non priuatiuè, ſed cumulatiuè
9 iuriſdictionem tranſtuliſſe † *cap. dudum. §. nos*
igitur de præbend. in 6. Bald. in l. qui ſe patris 3.
num. 14. C. vnd. lib. Iaſ. in l. quod in rerum 24.
§. ſi quis poſt num. 8. ff. de leg. 1. Aff. in cap. 1. §.
ad hæc num. 6. de pac. iur. firm. Brun. conſ. 47.
num. 4. & 6. Nat. conſ. 487. num. 24. Roll. conſ.
1. num. 134. vol. 2. Gramm. deciſ. 30. nu. 4. Cepb.
conſ. 539. num. 7. Amed. a Pont. quæſt. laudem. 24.
Surd. conſ. 210. num. 56. Pereg. conſ. 1. num. 13.
vol 1. non poſſunt homines prędicti non cenſeri ſubditi S. P.

Tertiò, & vltimò confirmari videbatur hęc

pars

Digitized by Google

pars authoritate multorum, qui ſcripſerunt a
ſententijs Ducum, & aliorum Princi. um Ec-
cleſiam, aut Imperatorem recognoſcentium
poſſe ad S. P. vel ad ipſum Imperatorem ap-
10 pellari, † vt Luc. de Pen. in l. prædia, col. pen. verſ.
5. C. de locat. prædio. ciuil. lib. 11. Dec. conſ. 97. in
prin. Ozaſ. conſ. 69. poſt num. 9. Peregr. conſ. 1. nu.
42. volu. 1. Et in ſpecie de Duce Parmæ, vt ab
eius ſententijs ad S. P. appellari poſſit, nouiſſi-
mè omnium videtur cenſuiſſe D. Martha in
ſuo tract. de iuriſd. & Imp. part. 1. cap. 33. num. 77.
dum ait S. P. in Ducatu Parmæ ſibi reſeruaſſe
vltimas appellationes, quod ſi verùm eſt, res
videtur extra omnem dubitationem poſita.

Verùm his non obſtantibus puto de iure ve
rius non potuiſſe prædictos iugales ad S. P. per
viam appellationis recurrere, quod, vt exiſti-
mem, moueor.

Primò, quia à Principe non recognoſcente
ſuperiorem nō poteſt etiam ad S. P. appellari,
11 † cap. ſi duobus §. fi. de appell. & ſcribunt. glo. in
cap. quoniam. in verb. deſæuiit. 10. diſtin. Abb. in
rub. de appell. num. 9. & in d. cap. ſi duobus, num. 5.
& ibi Felin. col. 1. verſ. Primus. Ruin. conſ. 113. nu.
5. verſ. 2. vol. 4 Natt. conſ. 487. num. 37. Peregr. de
iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 62. Sereniſſimus autem
Dux Parmæ, quoad iuriſdictionem in ſubditos
& vaſſallos, non recognoſcit ſuperiorem, ſed
habet ſupremam poteſtatem exemplo aliorū
Principum, qui, vel ab Eccleſia, vel ab Impera-
12 tore fuerunt inueſtiti, † vt ſcribunt Felin. in cap.
cum a nobis, col. 3. verſ. 3. de teſtib. Afflic. in prælud.
conſt. Regn. q. 21. num. 3. Pariſ. conſ. 2. num. 18. &
19. vol. 2. Cæpoll. conſ. Crim. 17. nu. 45. Caph. conſ.
539. num. 55. & 58. & conſ. 579. num. 11. Decian.
conſ. 19. num. 205 vol. 3. Ladercb. conſ. 71. num. 1.
Nā, licet huiuſmodi Duces, & Principes reco-
gnoſcant S. P. aut Imperatorem, à quo fuerūt
inueſtiti, ea tamē recognitio intelligitur, quo-
ad vniuerſitatem totius Ducatus, cuius ratio-
ne cenſetur Eccleſia, vel Imperator ſibi quan-
dam ſuperioritatem, & dominium directum
reſeruaſſe. Cæterum, quoad particularem iuriſ-
dictionem in ſubditos, & vaſſallos, & ſingula
feuda, iuraque Ducatus, cenſentur ſupremi, at-
que directi domini, & dicuntur habere plenitu-
dinem poteſtatis, nec recognoſcere ſuperiorē,
13 † vt de Rege Apuliæ, de Duce Ferrariæ, & aliis
Principibus ab Eccleſia inueſtitis, ſcribūt Bal.
in l. 1. num. 1. C. vnd. cogn. & ibi Dec. num. 4. Alex.
conſ. 1. num. 40. vol. 5. Iaſ. in l. ſi hæredis ſeruus 50.
num. 9. ff. de leg. 1. & in l. 3. § ex contrario num. 79.
ff. de acq. poſ. & conſ. 180. num. 1. verſ. 5. volu. 2. &
conſ. 8. num. 53. inter conſ. feud. Pariſ. conſ. 1. num.
99. vol. 1. Natt. conſ. 661. num. 19. Martin. laud.
de Princip. q. 43. Amed. à Pont. quæſtio. Laud. 24.
Em. Zoar. in ſuo theſ. recep. ſent. in verb. feudum
verſ. feuda ſingularia. Decia. conſ. 56. num. 2. volu.
5. Menoc. conſ. 226. num. 182. Pereg. conſ. 4. num.
5. vol. 1. & in ſpecie de Duce Parmæ Sacc. conſi. 8.
nu. 2. de aliis verò Principib. inueſtitis ab Im-
peratore. Iaſ. d. conſ. 8. num. 51. Pariſ. d. conſ. 1.
num. 99. Brun. conſ. 45. num. 18. Natt. conſil. 487.
num. 9. & conſ. 608. num. 3. Ozaſ. conſ. 9. num. 2. &
5. Sol. in comm. ad ant. decret. Sab. ſuper decr. Remp.
gl. 1. num. 8. Roſent. de feud. cap. 9. concl. 32. nu. 9. &
concl. 64. num. 3. Non potuit igitur à Sereniſſi-
mo Duce Parmæ ad S. P. appellari.

Secundò moueor, quia S. P. non debet ſe
intromittere, neque iuriſdictionem exercere
14 in non ſubditos. † cap. nouit de iudic. cap. cauſam.
Qui fi. ſint leg. Abb. in cap. expoſita. num. 2. de Ar-
bitr. & in cap. venerabilem. num. 15. qui fil. ſint leg.
Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum. col. 9. verſic. 3. de-
claratio, de conſtit. & in cap. cum non liceat col. 5.
verſ. contrariam de præſcript. Ruin. conſi. 212. nu.
6. vol. 1. conſ. 70. num. 18. & conſ. 116. nu. 5. volum.
5. Ozaſ. conſ. 25. num. 22. & 24. Sed prædicti iuga-
les non ſunt ſubditi. S. P. ſed Sereniſſimi Du-
cis Parmæ, non obſtante, quod hic Princeps ab
Eccleſia ſit inueſtitus, & ab ea Ducatū in feu-
dum recognoſcat, quod vel ex eo poteſt intel-
ligi, quia, aut volumus eos conſiderare ſubdi-
tos reſpectu illius vniuerſalis iuriſdictionis,
quam S. P. etiam in temporalibus habet in to
to orbe, & hoc reſpectu dicuntur quidem om-
15 nes ſubditi S. P. † ut docent Abb. in cap. quoniam.
num. 1. de conſtit. Caph. conſ. 628. num. 35. Farina.
conſ. crim. 48. num. 20. & 33. ſed impropriè, &
abuſiuè, quia cum hæc iuriſdictio competat ei
16 non actu, & exercitio, ſed habitu ſolo, † ut ſcri-
bunt Abb. in cap. 1. num. 4. de probat. & in cap. li-
cet num. 2. de for. comp. Afflic. ſuper conſtitut. Regn.
lib. 1. in conſtit. officiorum periculoſa ſub rubr. 58.
num. 6. Ruin. conſ. 113. num. 7. volu. 4. & conſ. 85.
num. 1. vol. 5. Boſſ. in tit. de for. compet. num. 164.
Ozaſ. conſ. 25. num. 25. Pereg. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2.
num. 30. & paria ſint non competere vel com-
17 petere, ſed ſine effectu. † l. nam is nullam. 6. ff. de
dol. ideo ſubditi Principum temporalium, in
quos. S. P. iuriſdictionis exercitium non habet,
propriè non dicuntur ſubditi. S. P. ſed ſuorum
18 Principum. † d. c. ſi duobus. § fin. de appell. Quod
enim caret effectu, debet etiā carere nomine.
19 † l. un. C. de iud. tur. quir. toll. Aut volumus eos
conſiderare ſubditos reſpectu directi dominii,
& illius ſuperioritatis, quam S. P. habet in Du-
catu Placentiæ & neque hoc reſpectu dici poſ-
ſunt ſubditi. S. P. quia regula eſt, quod ſubdi-
20 tus ſubditi mei ſubditus meus non eſt, † ut ſcri-
bunt Iaſ. inter conſ. feud. conſ. 8. nu. 60. Ruin. conſ.
219. num. 5. vol. 1 Ozaſ. conſ. 26. num. 17. Menoch.
de recup. poſſ. rem. 10. num. 74. Caph. conſ. 628. nu.
31. quæ maximè procedit, quando loquimur
de ſubdito Principis ab eccleſia, vel ab Impe-
ratore inueſtiti ſub nomine perpetuæ dignita-
21 tis, † ut aiunt Alex. conſ. 11. num. 9. vol. 7. Menoc.
de recup. poſſ. d. rem. 10. nu. 76. nam, cum reſpectu
iuriſdictionis, & ſubditorum cenſeatur in eum
translatum directum dominium, & plenitudo
poteſtatis, ita, vt tali reſpectu non dicatur re-
cognoſcere ſuperiorem, uti ſupra probatum eſt,
ſubditus eius, dici nō poteſt ſubditus S. P. quip-
pe, qui reſpectu ſubditorum, vaſſallorum & iu
riſdictionis nullum penitus ſibi ius reſeruauit,
ſed id pleno iure tranſtulit in Principem inue-
ſtitum; quinimò non poteſt dici ſubditus ſub-
22 diti, † quia tali reſpectu Dux non eſt ſubditus
Eccleſiæ, ſed ſupremus dominus: eſt enim ſub
ditus reſpectu vniuerſitatis ipſius Ducatus, nō
verò reſpectu iuriſdictionis particularis in ſub-
ditos, ut declarat Cæpoll. conſ. Crim. 17. num. 45.
Ad quod facit, quod dicitur ſubditum ſubditi
mei reſpectu alterius rei non eſſe meum ſubdi-
23 tum, † ut ſcribunt Bar. in l. Claudius. 17. in fin. ff.
qui potio. Brun. conſ. 52. nu. 2. Ruin. conſ. 219. nu.
4. vol. 1. Caph. conſ. 628. num. 36. Nam hic verè
iugales dici poſſunt ſubditi reſpectu alterius
rei, quia, licet ſint ſubditi reſpectu Ducatus,
quem hic Princeps habet ab Eccleſia, ſunt ta-
men

men ſubditi reſpectu iuriſdictionis locorum,
& iuium particularium ipſius Ducatus, cum
alioquin Dux ſit ſubditus Eccleſiæ reſpectu to-
tius vniuerſitatis, quæ ſine dubio cenſetur res à
24 particularibus diuerſa. † *l. 1. §. quadam. ff. de rer.*
diu. Non debuit igitur. S. P. in præfatos iuga-
les, tanquàm in non ſubditos iuriſdictionem
exercere.

Tertiò moueor, quia ſuperior non poteſt fa-
cere in terris, & hominibus vaſſallorum ea,
quæ virtute conceſſionis in Vaſſallos transla-
25 ta ſunt, † *vt tradunt. Natt. conſ. 580. nu. 4. Surd.*
conſ. 210. num. 36. 40. 41. & 56. Nam ea cenſen-
26 tur conceſſa priuatiuè nõ cumulatiuè, † *vt ſcri-*
bunt Abb. in cap. cæterum num. 7. de iudic. Felin in
cap. paſtoralis in 6. limit. de offic. ordin. Rollan. conſ.
48. num. 25. & conſ. 78. num. 5. vol. 2. Surd. d. conſi.
210. num. 7. & 56. Morot. conſ. 46. num. 9. Ozaſc.
conſ. 9. num. 41. & conſ. 26. num. 14. & conſ. 4: nu.
181 *Minor non reſtituitur aduerſus delicta.*
182 *Minor, & mulier reſtituuntur aduerſus delicta commiſſa in omittendo.*
183 *Contumacia non eſt delictum in omittendo, ſed in committendo propter contemptum.*
184 *Iuſtitiæ munus conſiſtit etiam in irrogandis pœnis ſtatutis a lege.*
185 *Contumax non debet audiri.*
186 *Præmium ex ſuo dolo conſequi nemo debet.*

FACTI SPECIES.

ANNO 1602. Sereniſs. Raynutius Farneſius Parmæ, atq; Placentiæ Dux pro communi ſubditorum vtilitate, & inhærendo decretis anteceſſorum ſuorum publico edicto prohibuit ſubditis ſuis, ne cum familia habitent extra ſtatū vltra quadrimeſtre, niſi cum licentia, quæ vt plurimum petentibus conceditur, & iuſſit eis, qui extra ſtatum habitabant, vt intra bimeſtre redirent ad habitandum in ſtatu ſub pœna cōfiſcationis bonorum.

Anno 1603. die 14. Februarij Co. Albertus Scotus, Com. Sulpitia eius vxor, Margarita eorum filia, & Aloyſia d. Com. Sulpitiæ mater porrexerunt preces d. Sereniſſ. Duci, in quibus petierunt, ſibi concedi licentiam habitandi extra ſtatum, & obtinuerunt huiuſmodi reſcriptum. *Concedimus oratoribus, vt per totum menſem Aprilis adhuc abeſſe poſſint, & etiam dicto Com. Alberto, vt ad patriam redire queat, prohibitione alias eidem facta, & mora huc vſq; incurſa non obſtante.* Intra præfinitum tempus, dicti iugales ad patriam non redierunt, ſed ſemper habitarunt extra ſtatum, videlicet Com. Sulpitia in vrbe, & Co. Albertus in territorio Mediolani.

Quamobrem re ſub 4 Auguſti 1603. notificata officio Dom. Gubernatoris Placentiæ, ſumptis informationibus, & præcedentibus citationibus D. Gubernator in cōtumaciam eos condemnauit in confiſcationem omnium bonorum, deinde facta ſunt proclamata in locis ſolitis ad contradicendum intra terminum ſex men-

Digitized by Google

menſium conſtitutionibus præfinitum, intra quem prædicti iugales non comparuerunt, nec aliquid oppoſuerunt,

Sed recurſum habuerũt ad S. P. Clem. VIII. a quo porrectis precibus petierunt, vt præciperet Sereniſſimo Duci, vt bona prædicta faceret ſibi reſtituere, ſed, cum pro parte dicti Sereniſſimi Ducis extraiudicialiter demonſtratum eſſet, eos, ſi quid prætendebant, debuiſſe comparere coram ipſius Ducis officialibus, a quibus iuſtitiam reportaſſent, nõ potuerunt a prædicto S. P. quicquam obtinere, niſi, quod recurrerent ad tribunalia Sereniſſimi Ducis,

Vita functo Clem. VIII. & ad Pontificatũ aſſumpto Sanctiſſimo Paulo V. coram eo tentauit hoc idem Comes Albertus, & cum S. P. extraiudicialiter mandaſſet Illuſtriſſ. Cardinalibus Arigonio, & Pamphilio, vt re plenè intellecta referrent, quid ſuper ea ſibi ſtatuendum videretur, tandem re per annum diſcuſſa, retulerunt, debere Co. Albertum ad tribunalia ſupradicta accedere, ſi quid prætendebat. Quamobrẽ S. P. extraiudicialiter iuſſit Co. Alberto, vt deberet per procuratorem comparere coram officialibus Sereniſſimi Ducis, qui obtulit, ſe facturum, vt cauſa, quam celerimè expediretur, & ad tollendam ſuſpicionem allegati timoris pollicitus eſt S. P. ſe non offenſurum, nec offendi curaturum procuratorem a Co. Alberto conſtituendum.

Poſt impetratum hoc decretum Co. Albertus paſſus eſt labi biennium, intra quod nec habuit recurſum ad tribunalia Sereniſſ. Ducis, nec quicquam præſtitit: Nunc iterum recurrit ad S. Pont. & ab eo petit iudices, a quibus cauſa ſua cognoſcatur, vnde quæritur, an ſit audiendus, nec ne.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

ET ſi certò ſciam, poſt grauiſſimos viros de eadem re ſcribẽtem vix poſſe quicquam a ceteris non perpenſum afferre, ne tamen videar eius cauſa nolle, cuius vel nutus ipſos me ſeruare decet, dicam, & ipſe, quid de propoſita conſultatione ſentiam.

Tres aũt mihi ꝓpoſitę ſunt principales dubitationes excutiẽdæ, Prima, an Comes Albertus, & eius vxor debuerint parere S. P. præcipienti, vt pro validitate bonorum publicationis factæ diſcutienda Sereniſſ. Parmæ Ducis magiſtratus adirent. Secunda, an, qui a tali præcepto non obtemperarunt, ſed paſſi ſunt labi biennium a die factæ remiſſionis, ſi nunc velint præfatos Sereniſſ. Ducis officiales adire, ſint ab eis amplius audiẽdi, Tertia demum an, ſi nunc eis tanquàm veris contumacibus audiẽtia denegetur, poſſint iterum ob hoc ipſum ad S. P. recurrere.

Primæ autem dubitationis reſolutio pendet ex eo, nũquid iuſtum, & rationabile fuerit præceptum, ideſt an prædicti iugales rectè fuerint ad tribunalia Sereniſſimi Ducis remiſſi, quaſi non iure ad S. P. tanquam ad ſuperiorem recurriſſent, quod quia tripliciter conſiderari poteſt. Primò an potuerint recurrere per viam appellationis. Secundò an per viam querelæ. Tertiò demum, an ſaltem prætextu timoris allegati, ideo de ſingulis recurrendi modis ſeparatim agam.

Et quidem per viam appellationis potuiſſe præfatos iugales ad Apoſtolicam ſedem recurrere, multa ſuadere videbantur, ac

In primis illud, quod certi iuris eſt. ad S. P. à quocunq; & à qualibet mundi parte poſſe ap-
1 pellari † *Cap. Ad Romanam. 2. q. 6. Cap. cuncta per mundum. 9. q. 3.* Quod procedit etiam, ſi appelletur a Principibus, qui ſuperiorem in tem-
2 poralibus non recognoſcunt † *vt ſcribunt Abb. in capit. 1. num. 6. De appell. & in cap. cum Ioannes num. 11. De fid. inſtr. Felin. in cap. Nouit. col. 3. verſ. dictum Domini, de iud. & Rum. conſ. 3. num. 2. vol. 5. Guido pap. q. 436. num. 7. Alex. conſ. 501. num. 30.*, Nam cum S. P. iuriſdictionem
3 etiam temporalem habeat in toto orbe † *d. cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. & ſcribunt Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. totius orbis, nu. 9. Abb. in cap. quoniam, num. 5. de conſuet. Boſſ. in tit. de for. comp. num. 164. Farin. conſ. crim. 48. num. 33.* non videtur impediendus, quominus eam poſſit in homines ad ſe recurrẽtes per viã appellationis exercere.

Secundo videbatur hoc multò magis admittendum in caſu noſtro, in quo tractabatur de ſubditis S. P. etiam in temporalibus, qui ſine
4 dubio poſſunt ad eum appellare † *cap. ſi duobus §. fin. de appell. cap. venientes de iureiur. cap. cum Ioannes de fid. inſtr.* Eſſe autem ſubditos S. P. iugales, de quibus agebatur, vel ex eo intelligimus, quod, cum ſint ſubditi Sereniſſimi Parmæ Ducis recognoſcentis etiam in temporalibus Eccleſiam in ſuperiorem, non poſſunt non etiam cenſeri ſubditi ipſius Eccleſiæ, ex regula, quod ſubditus ſubditi mei, ſubditus quoq;
5 meus eſt, † *quam tradunt Affl. deciſ. 265. nu. 106. verſ. 30. Nat. conſ. 487. num 20. Ceph. conſ. 539. num. 55. Surd. conſ. 210. num. 53.* quæ ſine dubio procedere videtur, quando (vt in caſu noſtro) quis eſt ſubditus ratione eiuſdem rei, *vt de vaſ-*
6 *ſallo † tradunt Bart. in l. Claudius 17. circa fin. ff. qui potior. in pign. hab. Bald. in l. 1. nu. 9. C. com. de leg. Dec. in l. conſilij 47. §. ſoty num. 1. ff. de reg. iur. Nat. conſ. 487. nu. 14. & 32. Beret. conſ. 109. num. 16. per text. in cap. Imperialem §. illud de prob. feud. alien. per Frider.* et multo magis, quando tractatur de S. P. in quo potiſſimum
7 locum habet regula ſuperior † *ſecundum Ceph. conſ. 628. num. 35.* Et verò, cum ſubditi S. P. dicantur, quicunq; ſunt eius tẽporali iuriſdictio-
8 ni ſubiecti † *Clem. Paſtoralis verſ. rurſus de re iud. cap. ſi duobus. §. fin. de appell.* et homines Ducatus Parmæ, & Placentiæ ſint etiam ſubiecti iuriſdictioni temporali S. P. quippe, qui per conceſſionem Sereniſſimo Duci factam cenſetur in eum non priuatiuè, ſed cumulatiuè
9 iuriſdictionem tranſtuliſſe † *cap. dudum. §. nos igitur de præbend. in 6. Bald. in l. qui ſe patris 3. num. 14. C. vnd. lib. Iaſ. in l. quod in rerum 24. §. ſi quis poſt num. 8. ff. de leg. 1. Affl. in cap. 1. §. ad hæc num. 6. de pac. iur. firm. Brun. conſ. 47. num. 4. & 6. Nat. conſ. 487. num. 24. Roll. conſ. 1. num. 134. vol. 2. Gramm. deciſ. 30. nu. 4. Ceph. conſ. 539. num. 7. Amed. a Pont. quæſt. laudem. 24. Surd. conſ. 210. num. 56. Pereg. conſ. 1. num. 13. vol. 1.* non poſſunt homines prędicti non cenſeri ſubditi S. P.

Tertio, & vltimò confirmari videbatur hæc

pars

men ſubditi reſpectu iuriſdictionis locorum,
& iurium particularium ipſius Ducatus, cum
alioquin Dux ſit ſubditus Eccleſiæ reſpectu to-
tius vniuerſitatis, quæ ſine dubio cenſetur res à
24 particularibus diuerſa. † *l.1.§.quadam.ff.de rer.
diu.* Non debuit igitur. S. P. in præfatos iuga-
les, tanquàm in non ſubditos iuriſdictionem
exercere.

Tertiò moueor, quia ſuperior non poteſt fa-
cere in terris, & hominibus vaſſallorum ea,
quæ virtute conceſſionis in Vaſſallos transla-
25 ta ſunt, † *vt tradunt. Natt. conſ.580. nu.4. Surd.
conſ.210. num.36.40. 41.& 56.* Nam ea cenſen-
26 tur conceſſa priuatiuè nō cumulatiuè, † *vt ſcri-
bunt Abb. in cap. cæterum num.7. de iudic. Felin. in
cap. paſtoralis in 6. limit. de offic. ordin. Rollan. conſ.
48. num.25. & conſ.78. num.5. vol.2. Surd. d. conſi.
210. num.7. & 56. Morot. conſ.46. num.9. Ozaſc.
conſ.9. num.41. & conſ.26. num.14. & conſ.4[?]. nu.
6. & deciſ.29. num.8. Peregr. conſ.13. num.15. vol.
1.* Quo fit, vt non poſſit cognoſcere de cauſis
ciuilibus, & criminalibus occurrentibus in ter-
27 ris vaſſallorum, qui de iis fuerūt inueſtiti, † *vt
inquiunt Bald. in l.1. q.43. ff. de rer. diu. Pariſ. conſ.
8. num.30. volu.1. Brun. conſ.27. num.18. conſ.31.
num.3. & conſ.47. num.7. Natt. conſ.580. num.4.
Roll. conſ.48. num.22. & conſ.78. num.3. & 6. vol.
2. & conſ.75. num.15. vol.3. Ozaſ. conſ.26. num.15.
& conſ.45. num.6. Surd. conſ.210. nu.40. Ladereb.
conſ.71. in fi. Peregr. conſ.1. num.14. vol.1. Meno.
conſ.1156. num.38.* Sed in Sereniſſimum Parmę
Ducem virtute conceſſionum fuerunt transla-
tæ omnes cognitiones etiam vltimarum appel
lationum & ſupplicationum, vti ex ampliſſi-
mis eius inueſtituris apparet: Nō potuit igitur
S. P. tāquàm ſuperior de huiuſmodi cauſis co-
gnoſcere, aut per viam appellationis, aut per
viam ſupplicationis, ſed omnem cognitionē
etiam poſtremam debuit relinquere Sereniſſi-
mo Duci.

Quartò, & vltimo moueor authoritate
DD. qui in ſpecie de Principibus aut ab Eccle
ſia, aut ab Imperatore inueſtitis ſcripſerunt, nō
poſſe ab eis ad S. P. aut ad Imperatorem appel
28 lari, † *vt Bald. in l.1. ff. de Offi. Præf. Præt. & in
proœm. dig. Felin. in cap. cum non liceat col.5. verſ.
& dicit Baldus. de præſcrip. Affl. in prælud. conſti.
Regn. q.21. per tot. Cæpoll. conſ. crim.17. num.45.
Natt. conſ.608. num.7. Decia. conſi.56. num.4. &
5. vol.5. Ozaſ. conſ.9. num.41. & 43. Peregr. de iur.
fiſc. lib.1. tit. 2. num.63.* nec poſſe ſupremas has
poteſtates ſeſe intromittere in cauſis horum
Principum & eorum ſubditorum, nec in eorū
Ducatibus, aut hominibus aliquam iuriſdictio
29 nem exercere, † *vt Pariſ. conſ.1. num.97. vol.1.
& conſ.2. num.18. vol.2. Roll. conſ.88. nu.31. vol.
1. Ozaſ. conſ.9. num.39. Decia. conſ.56. num.5. vol.
5.* Et ita ſeruari de conſuetudine à Principibus
Italiæ teſtatur *Pereg. conſ.1. nu.42. vol.1.*

Neque obſtant contraria: nam ad primum
reſp. reſpectu ſpiritualium poſſe à qualibet
mundi parte ad S. P. appellari, reſpectu verò
30 temporalium non poſſe, niſi à ſubditis † *cap. ſi
duobus. §. fin. cum ibi not. de appell.* nam, quod
dici ſolet S. P. habere iuriſdictionem etiam tē
poralem in toto orbe, verum eſt habitu, ſed
non actu & exercitio, *vti demonſtrauimus in ſe-
cundo fundamento.*

Neque obſtat, quod ad eum appellari poſſit
etiam à Principibus, qui ſuperiorem non reco-
gnoſcunt, quia reſpondeo id procedere tan-
tùm in caſu denegatæ iuſtitiæ, vel notoriæ in
31 iuſtitiæ, † *vt in ſpecie declarant glo. in capit. quo-
niam. In verb. diſcreuit 10. diſtin. Abb. in cap. ex-
poſita num.2. de arbitr. & in rub. de appell. num.9.
Felin. in cap. ſi duobus col.1. eod. tit. Peregr. de iur.
fiſc. lib.1. tit.2. nu.62.* & eo caſu magis per viam
querelæ, quàm per viam appellationis ad S. P.
recurri, vti poſtea demonſtrabo.

Ad ſecundum verò reſpondeo imò Comi-
tem Albertum propriè non eſſe ſubditum S. P.
quoad hoc, vt in eū poſſit exerceri iuriſdictio,
vti late demonſtrauimus in ſecundo fundamento.

Non obſtat, quod ſubditus ſubditi mei ſit ēt
ſubditus meus, quia reſp. primò regulam eſſe
in contrarium, *vti conſtat ex iis, quæ diximus in
ſecundo fundamento.*

Secundò reſp. eos, qui contrarium ſcripſe-
runt, loqui de ſubdito ſimplicis vaſſalli, & feu-
datarii, vt puta Baronis, nam, quia Princeps cō
cedendo feudum, cenſetur etiam quoad ſubdi
tos, & omnia iura particularia ipſius feudi ſibi
reſeruare directum dominium, ideo ſubditi
vaſſallorum dici poſſunt etiam ſubditi Princi-
pis, tanquàm in eos habentis dominium dire
32 ctum, † *vt tradunt Affl. deciſ. 265. num. 106.
verſ. 10. Nat. conſ.487. num.20. Caphal. conſ.539.
num.15. Surd. conſ.210. num.57.* At verò nos lo-
quimur de ſubdito Principis ab Eccleſia, vel
ab Imperatore ſub nomine perpetuæ dignita-
tis inueſtiti, qui non poteſt dici ſubditus Eccle-
ſiæ, vel Imperatoris, ſcilicet, quia, *vti ſupra di-
ctum eſt*, quoad ſubditos & iuriſdictionem non
cenſetur Eccleſia vel Imperator ſibi ius ali-
quod reſeruaſſe, ſed ſupremum, atque directū
dominium in Principem ipſum tranſtuliſſe,
33 † *Et ita declarant Alex. conſ.11. num.9. vol.7. &
Menoc. de recup. poſſ. rem.10. nu.76.*

Tertiò reſpondeo dato, ſed non conceſſo,
quod ſubditus Principis ab Eccleſia inueſtiti
dici poſſit ſubditus Eccleſiæ ſaltem reſpectu il-
lius ſuperioritatis, quam ſibi reſeruat, hoc tū
non procedere quo ad iuriſdictionem in eum
34 exercendam † nam, quia iuriſdictionis exerci-
tium in totum translatum eſt in Principem in
ueſtitum, & priuatiuè, *vti ſupra demonſtratum
eſt*, ideò reſpectu huius exercitii nō poteſt ſub-
ditus Principis inueſtiti dici ſubditus S. P.

Minus obſtat, quod iuriſdictio cēſeatur trāſ-
lata cumulatiuè, non priuatiuè, quia reſpon.
primò aliam eſſe rationem eius conceſſionis,
quæ fit iudicibus ordinariis, vel delegatis, aliā
eius, quæ fit vaſſallo: nam in ordinarium, vel
delegatum iuriſdictio transfertur cumulatiuè
35 non priuatiuè, † *Et in his terminis loquuntur iu-
ra, & fere omnes DD. in contrarium allegati.* At
in vaſſallum iuriſdictio transfertur priuatiuè,
*vti probatum eſt in tertio fundamento, Et ita in ſpe
cie diſtinguunt Abb. in cap. cæterum. num.7. de iu-
dic. Felin. in cap. paſtoralis. in prin. & in 6. limit. de
offi. ordina. Gramm. deciſ.30. num.9. Menoc. conſil.
1156. num.38.* Quod maximè procedit, quan-
do vaſſallus fuit inueſtitus ſub nomine perpe-
tuæ dignitatis, nam, quia reſpectu particularis
iuriſdictionis ſuperior non cenſetur ſibi ius ali
quod reſeruaſſe, ſed intelligitur id in totum à
ſe abdicaſſe, & tranſtuliſſe in Principem inue-
ſtitum, *vti dictum eſt*, non poteſt iuriſdictio nō
cenſeri translata priuatiuè.

Secundò reſpondeo licet, diceremus iuriſ-
dictionem

dictionem cenſeri translatam in vaſſallũ cu-
mulatiuè, id tñ non habere locum . quo ad
exercitium, ſaltem reſpectu eorum, quæ virtu-
36 te conceſſionis vaſſallus facere poteſt, † *vti
Natt. Roll. Surd. & alij in contrarium allegati fa-
tentur.* Vnde, cum Sereniſs. Dux Parmæ virtu-
te conceſſionum poſſit cognoſcere de cauſis
vltimarum appellationum, & ſupplicationũ,
conſequens eſt, vt quoad hoc iuriſdictio nullo
modo poſſit intelligi translata cumulatiuè,
ſed potius priuatiuè.

Ad tertium, & vltimum reſp. primò con-
trariam ſententiam, vt ſcilicet ab his Principi-
bus non poſſit ad S. P. appellari eſſe magis cõ-
munem, & vſu comprobatam, *vti conſtat & au
thoritate DD. quos ſupra retulimus.*

Secundò reſp. eos, qui tradunt ad S. P. ap-
pellari poſſe, vel loqui nominatim de caſibus
exceptis, in quibus etiam à Principe non reco-
gnoſcẽte ſuperiorem poteſt appellari, nempè,
ſi ſit denegata iuſtitia, vel facta notoria iniuſti
37 tia, † vel de his eſſe neceſſariò intelligendos,
ne videantur locuti cõtra receptam, & veram
DD. ſententiam, quæ eſt, vt non detur ab his
Principibus appellatio ad S. P. niſi quãdo fuit
denegata iuſtitia, vel facta notoria iniuſtitia,
quo caſu appellatio non eſt ordinaria ſed ex-
traordinaria; magis enim recurritur per viam
38 querelæ, quam per viam appellationis † *vt de-
clarant Abb. in cap. dilecti. num. 7. de appell. Guido
Pap. q. 436. num. 85. Marc. deciſ. 375. nu. 3. par. 2.*

Ad Dec. Reſp. ſpeciem, de qua loquitur eſſe
omnino diuerſam: nam ibi Dux Ferrariæ iam
admiſerat appellationem ad S. P. interpoſitã,
& ei conſenſerat, quia tractabatur de cauſa ar-
dua, & dubia in iure, cuius deciſio regulariter
39 ſolet à Principibus remitti S. P. † *vt tradunt.
Abb. in cap. ſi duobus. num. 5. de appell. Felin. in ca.
nouit. col. 3. verſ. dictum Domini de iudic. & in d.
cap. ſi duobus. col. 1. verſ. 2. caſus Landen. de Princ.
q. 1. Boſſ. in tit. de for. comp. num. 167. Pereg. de iur.
fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 62. & 63.* At in caſu noſtro
nec interpoſita fuit coram officialibus Sereniſ
ſimi Ducis appellatio, nec interpoſita debuiſ-
ſet admitti, quoniam tractatur de cauſa confiſ-
cationis bonorum propter inobedientiam, cu-
ius deciſio non eſt in iure dubia & ardua, vt ex
his, quæ *in ſeq. q.* dicemus clarius apparebit.

Ad Martham reſpondeo neceſſariò eum
eſſe intelligẽdum de vltimis appellationibus,
quæ per viam querelæ proponuntur: alioquin
enim malè, & contra iuris, atque DD. regulas
& concluſiones eſſet locutus.

Secunda ſuccedit inſpectio: nã dato, quod
per viam appellationis non potuerint prædicti
iugales recurrere ad S. P. quæritur, an ſaltem
recurrere potuerint per viam querelę. Sed quo-
niam hic recurſus duplici ex cauſa dari ſolet,
vel propter denegatam, neglectamuè iuſtitiã,
40 † *vt ſcribunt Abb. in cap. licet num. 3. de for. com-
peten. Præpoſ. in cap. 1. §. ſi enim num. 4. Quid ſit
inueſti. Rollan. conſil. 75. num. 17. volu. 3. Marc.
deciſ. 375. num. 2. part. 2. Andr. Gail lib. 1. obſeru.
28. num. 1. Viu. deciſ. 208. num. 5. Roſent. de feud.
cap. 10. conclu. 26. nu. 42. & ſequen. Amed. a Pont.
quæſtio. 24. Laudem.* vel propter factam iniu-
41 ſtitiam. † *Clem. Paſtoralis verſ. verum de re iudi-
cat. cap. 1. §. fin. de mil. vaſſ. qui cont. & cap. Nouit.
de iudic. Bald. in l. 1. in princ. num. 3. C. commun.
de manu. Abb. in cap. 1. num. 6. de probat. Felin.
in d. cap. nouit. col. 3. verſic. dictum Domini, Lau-
denſ. de Princip. quæſtio. 321. Boſſ. in titu. de for.
compet. num. 48. & 167. Natt. conſil. 614. num. 9.
& 11. Andr. Gail lib. 1. obſeru. 17. in princ. Mynſ.
centu. 5. obſeru. 8. num. 12. Odd. conſ. 27. num. 29.
Roſent. de feud. cap. 10. conclu. 41. num. 141. &
capit. 12. conclu. 12. num. 24. & 126. Perege. conſil.
1. num. 41. volum. 1.* Et hic non potuit dici de-
negata, vel neglecta iuſtitia, quia prædicti iu-
gales ſemper fuerunt contumaces, quinimo
Dux Sereniſſimus ſemper obtulit ſe paratum
eis dare iudices non ſuſpectos, quæ oblatio tol
lit omnem recurſum ad ſuperiorem ex cauſa
42 denegatæ, vel neglectæ iuſtitiæ, † *vt docet Me-
noch. de arbitr. caſ. 66. num. 5.* Ideo tota dubita-
tio vertitur in eo, an per confiſcationem bo-
norum ſit prædictis iugalibus facta talis iniu-
ſtitia, vt propter eam potuerint ad S. Pontif.
recurrere:

Et puto ex hoc quoque capite iure fuiſſe
denegatum recurſum, quia ad hoc, vt poſſit
aliquis recurrere ad ſuperiorem, veluti ad ſum
mum Pont. per viam querelæ, non ſufficit
allegare ſibi factam eſſe iniuſtitiam, ſed opor-
tet docere iniuſtitiam eſſe notoriam & mani-
43 feſtam, † *vt tradunt Abb. in cap. expoſita. num. 2.
de arbitr. & in rub. de appell. num. 9. Felin. in cap.
ſi duobus colum. 1. verſic. Primus. eod. titu. Afflict.
in prælud. conſtit. Regn. quæſtio. 21. num. 8. Boſſ.
in titu. de for. compet. num. 167. Decian. conſilio 56.
num. 4. & 5. volum. 5. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit.
2. nume. 62. & 63.* Alioquin enim ſequeretur
omnes, qui appellant à ſententia Principis, aut
eius officialium, poſſe recurrere ad S. P. quia
quicunque appellat, intendit ſibi fuiſſe fa-
ctam iniuſtitiam, *vt not. in l. 1. ff. de appell.* Et ta-
men certum eſt non poſſe à ſententia Princi-
pis ad S. P. appellari, *vti demonſtrauimus in præ-
cedenti dubitatione.* In caſu autem noſtro non
ſolùm non potuerunt prædicti iugales dicere
ſibi factam fuiſſe notoriam iniuſtitiam, ſed ne
quidem ſimplicem iniuſtitiam: nam, præter id
quod veris contumacibus (quales fuiſſe præ-
dictos iugales poſtea demonſtrabò) nunquam
dici poteſt facta iniuſtitia, quippe, cum, vt vul-
go dici ſolet, contra contumaces omnia iura
44 clament, † *vt aiunt Cæpoll. conſ. crim. 21. num. 4.
Viuſ deciſ. 265. num. 1. Sola in comm. ad decr. nou.
Sab. tit. de contum. glo. 1. num. 8. Decian. conſil. 18.
num. 25. volum. 1.* Hoc etiam facilè, & ex abun
danti demonſtrari poteſt, ſi proponantur ea,
propter quæ prædicti iugales intendunt, ſibi
fuiſſe factam iniuſtitiam.

Omnis autem eorum querela in eo conti-
netur, quod intendunt ſibi non potuiſſe publi-
cari bona, quamuis non ſint reuerſi ad habi-
tandum in Ducatu Placentiæ, iuxta formam
edicti à Sereniſsimo Duce promulgati, idque
duplici ex cauſa, Primò, quia edictũ illud non
videtur de iure validum, Secundo, quia data
etiam eius validitate, non videbantur præ-
dicti iugales in illud incidiſſe. Quamobrem
ad iuſtitiam publicationis demonſtrandam
erit videndum. Primo, an illud edictum ſit de
iure validum. Secũdo, an prædicti iugales cen
ſeri potuerint in illud incidiſſe.

Circa primum videretur dicendum edictũ
illud de iure fieri non potuiſſe.

Primò, quia Princeps nõ poteſt ea, quæ ſunt
45 iuris naturalis, vel gentium auferre † *Clem. Pa-
ſtoralis*

ſtoralis verſic.cæterum de re iudic. §. *ſed naturalia. inſtit.de iur.nat. Bart. in l.2. num.3.C. de precib. Imper.offer.Bald.in l.reſcripta.numero 9.C.eodem Iaſ.in l. quominus. numero 3. de flumin. Laudenſ. de Princip.quæſt.28.& quæſt.286.Rollan.conſil. 9.numero 3. volum.2. Decian. conſi.88. nume.37. volum.2. Surd conſilio 321.numero 40. Menoch. conſi.20.num.4.& conſi.298. numero* 20. Et conſequenter non poteſt conſtringere libertatem, 46 quippe quę eſt iuris naturalis.† *l.manumiſſiones. 4.ff.de iuſti. & iur.* §. 1. *in ſtit. de libert.* Dicitur autem conſtringi libertas, quando quis non poteſt recedere à territorio, nec domicilium ar-47bitrio ſuo commutare. † *l. Titio centum. 70.* §. *Titio centum relicta ff. de condit. & demonſtrat.* quoniam inter cætera ex quibus hominis libertas æſtimatur, illud eſt, vt poſſit habitare, & 48 conſtituere domicilium vbi vult; † *l. in bello. 12.* §. *manumittendo. ff. de capt. & poſtl. reu. vbi Bart. not. & l non vtique. 4. l. nihil eſt. 31. ff. ad municip. l.penult.C.de oper.lib. & tradit Bart.in l. aſſumptio. 6. numero 1.ff. ad municip. & in l.idem Vlpianus.13.§ fin.numero 5.ff. de exc.tut. Abb.in capit.propoſuiſti. num.7. de for. comp. Petr. Antibol. in tract. de muner.* §.4.*numero 183. Soci. iun. conſilio 76.numero 32. volum.3. & conſ.76.nume. 16.volum.4. Maluaſ.conſi.63. numero* 15. Non poteſt igitur Princeps hanc domicilij pro arbitrio transferendi facultatem auferre.

Secundo de hoc videtur eſſe text. apertus. *in d. l. Titio centum. 70.*§. *Titio centum relicta. ff. de condit. & demonſtr.* vbi Bart. notat, non poſſe quem conſtringi habitare in certo loco.

49 † *Idem tradit Bart. in l.qui concubinam 29.* §. *vxori. numero 3.ff.de legat. 3.& poſt eum Ruin. conſ.202.num.5.vol.1.*

Tertiò confert, quod tradunt *Luc. de Penn. in l.2.C. de agric. & conſit.lib.11. Afflict. in prælud.feud. numero 52.& ſeq.& in tit. quæ ſint reg.* §. *Angariæ numero 6.Capy.deciſ.118. numero 13.& deciſ.168. numero 4. Boſſ. in tit.de for. com-50pet.numero* 37. dum aiunt † Dominos non poſſe cogere ſubditos, & vaſſallos ſuos habitare in ſuo territorio, niſi ſint obligati ad angarias, & perangarias.

Quartò non ſolùm in ſimplicibus ſubditis videtur hoc admittendum, ſed etiam in vaſſallis ad ſeruitiorum præſtationem obligatis, quia non ſequitur eſt obligatus ad ſeruitia perſonalia, ergo poteſt cogi habitare in loco, vbi ſeruitia præſtanda ſunt; nam & libertus, cui 51 vaſſallus comparatur, † *ſecundum Bald. in l. liberti.6.numero 35.C.de oper.lib. Præpoſ. in cap. 1.* §. *ſed, & qui delator numero 2.quæ fuit prim.cauſ. ben. am. Afflict. ſuper Conſt. Regn.tit.de fid. dom. à vaſſ. numero 22.Rollan.conſ.18.num. 12.& 35. volum.2.& conſi.5. numero 6.volum.3. Menoch. conſ.226. numero* 142. debet præſtare operas patrono, *tit. de oper. lib.* & tamen non poteſt ab eo conſtringi ad habitandum in certo loco, 52 ſed poteſt habitare vbi vult. † *l. pen. vbi Bar.& Bald.not.C.de oper.lib.* Neque igitur cogi poterit vaſſallus.

Verùm his non obſtantibus verius eſt hoc edictum de iure potuiſſe à Sereniſſimo Duce promulgari non ſolùm reſpectu vaſſallorum, ſed etiam reſpectu ſimpliciũ ſubditorũ.

Primum enim reſpectu vaſſallorum, qui promiſerunt homagium, & ſunt obligati ad ſeruitia perſonalia, cuiuſmodi eſt Comes Albertus, res videtur omni dubio carere: nam certum eſt hos teneri ſtare, & habitare, vbi Dominus voluerit propter homagium, quod nihil aliud deſignat, quam promiſiſſe vaſſallum ſe futurum hominem Domini ſui, & ſe ſtaturũ 53 ac habitaturum, vbi Dominus voluerit, † *vt declarant Aluar.in præl.feud col. 8.quæſt.7. verſi. inſuper ſciendum Dec. conſ. 413. nu. 3. & Cæphal. conſ.18.num.21.* Vnde poteſt Dominus prohibere vaſſallo, ne ſe alio transferat ad habitandum, vel, ſi alibi moretur, poteſt eum reuoca-54re, & cogere, vt redeat, & ſibi ſeruiat, † *vt tradunt Bald. in l.cum Archiemidoram 4. numero 9. C. vt in poſſ. leg. in l. ſi plures. 6. numero 8. C. de cond. inſer. & in prælud. feud. numero 17.& ibi Afflict. numero 56. idem Afflict. in titu. quæ ſint regal.* §. *Angariæ numero 6. & in cap.1.*§.*fin.numero 35. de cap. qui Cur.vend.& deciſ.265.nume. 75. & 81. verſic. 14. Paris de Put. de ſynd. capit. de exceſſib. Baro.numero 32. Cæph. conſ.18.nume. 5.Menoch.de recup.poſſ. rem.10.numero 78.& 81. Decian.conſi.41.numero 90. volum.2. Surd.conſi. 210. numero* 14. denique ſi ab alio detineatur 55 poteſt Dominus eum vindicare, † *vt aiunt, Bart. in l. 1.* §. *per hanc actionem numero 1. ff. de rei vind. Afflict. in capit. 1. in princ. numero 11. verſicul. & an vaſſallum de pac. iur. firm. Paris de ſynd. d. tit. de exceſſ. Baro.nu.41.Cæph.d.conſi.18. num.27.& 41.*

Secundò verò reſpectu aliorum ſubditorum ſimplicium valere hoc edictum ex eo probatur, quia certi iuris eſt, huiuſmodi Duces & Principes ab Eccleſia, vel ab Imperatore inueſtitos habere iura Imperij, & idem poſſe in ſuo Ducatu & Principatu, quod poteſt Imperator 56 in toto Imperio, † *vt ſcribunt Alexan. conſil. 2. numero 9.volum.1.& conſilio 11. numero 9. volu. 7.Deci.conſilio.191.in princ. Pariſ. conſil. 1. nume. 25.& 99. conſil.17.num. 4. conſil. 25. numero 53. conſilio 27. numero 6. & conſi.69. numero. 3.volu. 1.Soc.iun.conſ.76.numero 1.volum.3.Brun.conſi. 19.numero 3.& conſ.45. numero 18. Roll.conſilio 88. numero 27.volum.1.Boſſ.in tit.de Crimin.læſæ Maieſt.numero 54.& in tit. de Regal. nume.36. Ioan. de S. Iul. inter conſi. feud. conſilio 3. numero 7.Ozaſc.conſilio 9. numero 2.& deciſ.155. numero 1.Gabr.conſi.63.numero 18.volum.1.Decia.conſil. 10.numero 2.volum.1.conſi.41.num.1. & 2.vol.2. & conſi. 16.numero 3.volum.5. Laderch. conſi.71. numero 1.& conſi.107.num.3.Iacobin.de Franch. in prælud.feud.cap.2.num.6. Surd.conſi 210.numero 22.& conſil. 390. num.25. Farin.conſ.crim. 94.nu.6. Sola in com. ad decr. vet. Sab. in Præm. glo.1.num.17.Peregr.conſ.2.nu.36.vol.1. Meno. conſi. 1156. nu.14.* Et conſequenter habere poteſtatem legis condendæ contra ius commune, 57 † *vt aiunt Alex. conſ. 1.num. 29. volum.5. Natt. conſ.487.nu.11.Decia.conſ. 56.num. 3.vol.5.* quoniam eo ipſo, quod quis creatur Dux, in eum transferuntur omnia, quæ ſunt reſeruata Impe-58ratori, † *vt tradunt Felin.in cap.quæ in Eccleſiarũ col.10. verſ.ſed hanc declarationem de conſtit. Soci. iun.conſ.76.nu.1.vol.3. Pariſ.conſ.25.nu.53. vol. 1.Boſſ.in tit.de Regal.nu.5.Marc.deciſ.562.nu.1. part.2.Surd. conſ.210.nu. 24.* inter quæ ſine du-59bio connumeratur poteſtas cõdendæ legis. † *l. ſi.C.de legib.Auth.de rapt.mulier.in prin.coll.9.* Vnde, quemadmodũ Imp. huiuſmodi legem pro-60mulgare potuiſſet. † *l. mercatores. 4. C. de commerc. & mercator. l. 2. C. de offic. præfect. vrbi.*

l. vn. C. ſi cur. rel, Ciu. lib. 10. Ita etiam potuit Dux Parmæ Sereniſſimus.

Tertiò probatur authoritate multorum, qui in ſpecie cenſuerunt Principem poſſe ſubditos etiam non obligatos ad angarias & perangarias, ſi ſint abſentes, ſub pœna reuocare,
61 † Hoc enim voluit *Afflict. ſuper Conſtit. Regu. tit. de reuoc. tranſeun. ad al. hab. numero 7. lib. 2.* dum conſtituit differentiam inter Regem, & Baronem, quia Rex poteſt reuocare vaſſallum etiam non obligatum ad ſeruitium perſonale, Baro verò nō poteſt. Id ipſum cēſuit Idē Afflict. *Ibid. & in pralu. feud. numero* 53. *& in titu. quæ ſint Regal. §. Augaria. numero* 6. dum ait poſſe Principem cōcedere Baroni feudum cum poteſtate reuocandi ſubditos etiam non obligatos ad ſeruitia perſonalia, & eis prohibendi, ne recedant à terra: cenſet enim ſine dubio Principem hoc ipſum per ſe facere poſſe: nam alioquin non poſſet hoc ius in Baronem transferre *l. traditio. 20. in princ. ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur.* Idem voluit Paris de Put. *de ſynd. in tit. de conceſ. Baro. num.* 33. dum ait ſubditos ſimplices recedentes à terra Baronis non perdere bona patrimonialia, quæ non tenent à Domino, ſed poſſe Dominum ſibi prouidere in hoc caſu cogi faciendo ipſos per ſuperiorem mandando ſibi, & imponendo pœnam deperditionis bonorum Burgenſaticorum, ſi non redeant. Vult igitur ſuperiorem Baronis ideſt Principē poſſe imponere ſubditis Baronis, & conſequenter multò magis ſubditis ſuis immediatis pœnam amiſſionis bonorum, ſi non redeant, Denique hoc ipſum apertius voluerunt *Bart. in l. mercatores. 4. numero primo, C. de comm. & mercat. Abb. in capit. venientes. numero 3. de iureiur. Socin. ſen. conſi. 272. numero primo. & 7. volum. 2. Socin. iun. conſilio 76. numero 34. volum. 3. & conſilio 76. numero 17. volum.* 4. Id ipſum cenſuit Maluaſ. *conſilio* 63. *numero* 31. nam, etſi teneat ſubditos, qui per decennium iam contraxerant domicilium in alieno dominio, & eos, qui ſe conferunt ad habitandum in loco ſuperioris, edicto non comprehendi, tamen de eius validitate non dubitat, Quinimo fatetur ſubditos, in quibus ceſſant rationes ſupradictæ contineri in edicto & conſequenter poſſe cogi. Idem tenuit *Crauet. conſilio* 973. *numero* 30. qui ſcripſit in eodem caſu, de quo fuerat conſultus Maluaſ. & cenſuit indiſtinctè valere edictum, & poſſe ſubditos originarios reuocari, quod præter rationes & argumēta probat exēplo ſui, & variorum iuris anteceſſorum, qui cū in exteris Academijs profiterentur, fuerunt à Principibus ſuis ſub pœna bonorum amiſſionis reuocati. Demum idem cenſuit Burſat. *in conſilio* 34. *numero* 26. qui teſtatur magis communem DD. ſententiam eſſe, vt hæc, quæ à Principibus Italiæ fieri conſueuerunt, edicta imponentia pœnam confiſcationis bonorum ſubditis abſentibus, qui non redeunt ad habitandum, vel præſentibus, qui transferunt habitationem in aliud dominium ſine licentia valeant. Quid tum? In hoc ipſo caſu, edicti à Sereniſſimo Duce Parmæ promulgari idem cenſuit Menoch. *conſilio* 1176. *per totum.*

Quartò confert, quia ſi ciuitates ipſæ hoc
62 idem ſtatuere poſſunt. † *vt cenſuerunt gl. in §. ſed etiam in verb. Agricolis, Authen. de manda. Princip. coll. 3. Bart. in l. fin. per illum text. ff. de decret. ab ordin. fac. Abb. in capit. venientes. numero 3. de iureiuran. Socin. iun. conſilio 76. numero 36. volum. 3. & conſilio 76. numero 10. volum. quarto.* quæ tamen legis contra ius commune condendæ poteſtatem non habent, *vt tradunt omnes in l. omnes populi. 9. ff. de iuſti. & iur.* Quantò magis id facere potuit Princeps qui, vti dictum eſt, legis contra ius commune ſanciendæ poteſtatem habet.

Quintò confirmatur hæc edicti validitas ex eo, quia Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt ſtatuere contra ius naturale & gentium,
63 † *vt not. in l. Item ſi verberatum. 15. in princip. ff. de rei vind. l. Lucius. 11. ff. de euict. & tradūt. Bart. in l. 1. numero 3. & 4. ff. de conſtit. Princip. Bald. in l. reſcripta numero 9. C. de precib. Imper. offer. Iaſ. in l. quominus, numero quarto, ff. de flumin. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum. col. 7. verſi. 3. concluſio de conſtitut. Alexan. conſilio 11. nume. ſeptimo libro 7. Iaſ. conſilio 227. colum. 10. verſic. 13. volum. 2. Cæphal. conſilio 302. numero 67. & conſilio 617. numero* 102. Nam ex hac cauſa po-
64 teſt imponere nouas collectas, † *vt ſcribunt Barto. in l. vn. numero 2. C. de ſuperind. libro 10. & in l. prima. §. quod ſi nemo numero 3. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. late Natt. conſilio 487. numero 8. Rolland. conſilio 1. numero 63. volum. 2. Decian. conſilio 41. numero 66. volum. 2. Surd. conſilio 210. numero 27. verſic. quinto.* Et id genus alia facere, quæ iurigentium refragantur, ſcilicet quia, vbi ſubeſt publica vtili-
65 tas liberè poteſt recedi à regulis iuris. † *l. ita vulneratus 51. §. multa. ff. ad l. Aquil.* Sereniſſimus autem Dux Parmæ motus eſt ad hoc edictum promulgandum ex cauſa publicæ vtilitatis, vti conſtat ex edicti præfatione, quæ cau-
66 ſam finalem denotat. † *l. 1. in princ. ff. ad Maced. l. fin. vbi Barto. numero 3. ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. prima numero 17. C. de falſ. cauſ. ad. leg. Socin. iun. conſilio 76. numero 24. volum. 3. Natt. conſilio 546. numero 6. Rollan. conſilio 67. numero 70. volum. 3. Caphal. conſilio 35. numero 33.* ne ſcilicet ciuitates deſtituantur ciuibus, & habitatoribus, à quibus perſonalia munera ſubeunda ſunt: eſſet enim hoc contra publicam vtilitatem, quippe cum Reipub. interſit repleri potius, quam exinaniri ciuitates ho-
67 minibus. † *l. 2. C. de ind. vid. toll. l. cum ratio 7. §. ſi plures. ff. de bon. damn. l. penult. in fin. C. commu. de manu. Et tradunt omnes in lege prima. per illum text. ff. ſolut. matrimon. Socin. ſen. conſilio 129. numero 8. verſicu. vltimo volum. primo. Ruin. conſilio 102. numero 6. volum. 1. & in ſpecie huius edicti Socin. iun. conſilio 76. numero 34. volum. 3. & conſilio 76. numero 17. volum.* 4. Potuit igitur hoc edictum promulgare, tametſi per id videatur in aliquo iurigentium derogatum.

Nec eſt, quod aliquis cauſetur non conſtare de veritate huius cauſæ, quia reſpondeo, præter id, quod Principi dicenti ſe facere ex cau-
68 ſa publicæ vtilitatis credendum eſt. † *Clemen. 1. de probat. cap. Nobiliſſimus. 97. diſtinct. Barto. in l. ambitioſa. 4. numero 27. ff. de decr. ab ordin. fac. Dec. conſilio 373. numero 5. Pariſ. conſilio 1. numero 41. volum. 1. Natt. conſilio 487. nume. 38. Rollan. conſi. 1. num. 84. volum. 2. Ozaſc. deciſ. 83. nu.* 26. adeo, vt contrarium probari nō poſſit,

vt ſcri-

69 † *vt ſcribunt Natt. dicto conſilio 487. numero*
41. & Menoch. de præſumpt. libro ſecundo præſ.
1c. numero ſecundo. conſtare etiam realiter de
veritate huiuſce calamitatis ante hoc edictum
Ciuitates Principis huius ditioni ſubiectæ ſole
bant in dies magis exinaniri ciuibus præcipue
diuitibus, à quibus potiſſimũ æquũ eſt publica
munera ſubiri, & hoc nõ alia ob cauſa, nĩ ob
nimis grandem & liberam facultatem rece-
dendi, atque habitationis in aliena dominia
transferendæ. Quamobrem cenſens hic Prin-
ceps publicè expedire, & ſuæ dignitati conue-
nire, vt hæc tam grandis habitandi libertas
conſtringeretur, hoc edictum (quod ab aliis
retro Principib. & anteceſſoribus ſuis, ac po-
tiſſimum à Ducibus Mediolani, qui Placen-
tiæ dominabantur, aliquando factum animad
uertit) promulgauit, cuius proinde validita-
tem, vel eo minus æquum eſt in dubium re-
uocari, quod apparet, id non eſſe nouum, nec
ad merum Principis arbitrium conſcriptum,
ſed ad veterum exemplum, & publicæ vtilita-
tis gratia promulgatum.

Porrò non obſtant contraria: Ad Primùm enim reſpondeo, non poſſe Principem auferre ea, quæ ſunt iuris naturalis, vel gentium ſine cauſa; Cæterum ex cauſa publicæ vtilitatis, qua nititur hoc edictum, poſſe, *vti demonſtrauimus in quinto fundamento.*

Ad Secundum reſpondeo primo, quod di
citur, liberum eſſe vnicuique habitare, vbi
vult, neque hanc libertatem poſſe conſtrin-
gi, procedere de iure communi, quo inſpe-
cto, neque per pactum, neque per teſtatoris
diſpoſitionem libertas hæc conſtringi poteſt.
Cæterum, ſi contrarium lege caueatur, verius
eſt, non eſſe liberum mutare domicilium
70 † *Ita reſpondet Socin. iun. dicto conſilio 76. nu-*
mero 37. volum. 3. & dicto conſilio 76. numero 19.
volum. quarto. quæ reſponſio probatur. *dicta l.*
nihil eſt 31. ff. ad municip. ibi, *quod ei interdi-*
ctum ſit: verè enim ſubdito dicitur interdicta
mutatio domicilij, quando Principis edicto
migrandi facultas inhibetur.

Secundò reſpondeo, tunc demum non poſ-
ſe quem cogi habitare in certo loco, cum nul-
lius intereſt, eum ibi morari. Cæterum, cum
alicuius intereſt, magis eſſe, vt cogi poſſit.
71 † *Ita enim diſtinguit Barto. in dicta l. Titio cen-*
tum. 70. §. Titio centum relicta, numero quarto.
ff. de conditio. & demonſtratio. quem ſequuntur
Caſtr. ibi numero primo. & in l. cum tale. 71. in
princip. numero primo. ff. eod. Rum. dicto conſilio
202. numero quinto, volum. primo. Vnde, cum in
caſu noſtro Reip. interſit, ſubditos habitare
in ciuitatibus, *ſecundum ea, quæ diximus in quin*
to fundamento, Conſequens eſt vt poſſint con
ſtringi, *Ita declarat Rum. dicto conſilio 202. nu-*
mero 6. volum. 3.

Ad Tertium reſpondeo in hoc differre Principes, qui habent iura imperij, à Baronibus, & alijs feudatarijs; Nam Baro non poteſt cogere ſubditos ſuos (niſi ſint obligati ad angarias, & perangarias) vt habitent in ſuo territorio, *Et de eo loquuntur DD. in contrarium allegati.* At Princeps non ſolùm ad angarias, & perangarias, vel alia ſeruitia perſonalia obligatos cogere poteſt habitare in ſuo dominio, ſed etiam ſubditos ſimplices, dummodo ſint ſubditi originarij; Et hoc non negant DD. contrarij, ſi rectè inſpiciantur, *vt Afflic. Paris de Put. Capy. & alij.*

Neque verò obſcura eſt inter eos diuerſita-
ris ratio; nam ſimplex Baro, & feudatarius,
tanquam inferior à Principe non habet pote-
ſtatem legis contra ius commune condendæ,
72 † *vt ſcribunt Alexan. in lege nemo poteſt. 58. nu-*
mero quarto. ff. de legat. primo. & in lege prima.
numero 8. ff. quod quiſque iuris. Iaſon in lege om-
nes populi. 9. in prima lectu. numero vigeſimoter-
tio. ff. de iuſtit. & iur. Dec. in dicta lege prima.
numero vigeſimo. ff. quod quiſque iur. Afflict. in
præl. Conſtitut. Regn. quæſtio. ſexta. numero ſe-
ptimo. Martin. Lauden. de princip. quæſtio. 335.
& quæſtio. 557. Ruin. conſilio trigeſimooctauo.
numero vndecimo. & conſilio 208. numero tertio
volum. primo. & conſilio 109. numero decimo. vo-
lum. quarto. Natt. conſilio 185. numero octauo.
Rolland. conſilio quarto numero 30. volum. tertio.
Boſſ. in titu. de Princip. numero 287. Surd. con-
ſilio 210. numero trigeſimoſeptimo. cum alioquin
Princeps huiuſmodi poteſtatem habeat, *vti*
ſupra demonſtrauimus.

Ad quartum reſpondeo, imo verius eſſe, vaſſallos magis, quam ſimplices ſubditos, poſſe cogi habitare, vbi dominus voluerit, propter homagij præſtationem, *vti late demonſtrauimus in primo fundamento.*

Neque obſtat, quod dicitur de liberto, quia
reſpondeo Primò *ex mente Cæphal. dicto conſilio*
18. numero 36. æquiparationem illam non eſ-
ſe generalem: nam vaſſallus, & libertus ſe
73 habent, vt exceſſa, & excedentia, † *ſecundum*
Afflict. in Conſtitut. Regn. titu. de fideiuſſ. dom.
a vaſſ. numero vigeſimoſecundo. Et in hoc ſtri-
ctius eſt vinculum vaſſalli, quam liberti; nec
immeritò: nam iura facilius ſubueniunt fa-
cienti actum ex neceſſitate, quam ex volun-
74 tate, † *l. ſi fideiuſſor. 7. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſa-*
tiſda. cogan. l. cum poſtulaſſem. 44. §. 1. ff. de
damn. infect. Vnde, cum vaſſallus obligetur
Domino, & fiat eius homo voluntariè, liber-
tus verò obligetur patrono iuris neceſſitate, nil
mirum, ſi ſtrictius accipiatur illius, quam hu-
75 ius obligatio, † *vt in terminis declarat Iſern. in*
capitul. primo in princip. numero 4. titu. quib.
mod. feud. am.

Secundò reſpondeo, *cum eodem Cæph.* quod
dicitur, libertum poſſe habitare, vbi vult, non
carere dubio: nam contrarium apertè ſuadे-
tur ratione: ſi enim libertus debet præſtare
operas patrono in ea ciuitate, vbi patronus
76 ipſe degit, † *vt eſt text. in lege operæ. vigeſima*
prima. ff. de oper. liber. & præterea debet eas
præſtare, quandocunque voluerit patronus,
77 † *lege cum patronus vigeſimaſecunda. in princip.*
ff. eodem. illud neceſſariò conſequitur, debere
libertum habitare in ea ciuitate, in qua patro-
nus habitat, quia alioquin verum non eſſet,
præſtari operas, quando vult patronus: nam,
ſi libertus habitaret in ciuitate multum remo-
ta ab ea, in qua patronus moratur, prius, quam
admonitus accederet, multum temporis ef-
flueret, *vt ait lex, quod niſi vigeſima. §. ex pro-*
uincia. ff. de oper. liber. & ea ratione non dice-
rentur operæ reſpectu temporis præſtari arbi-
trio patroni.

Neque obſtat. *l. penult. C. de oper. libert.* quia

D 2 reſpon-

reſpondeo, legem illam eſſe intelligendam,
78 † quando patronus vagatur per orbem, ita
vt non habeat certum domicilium; nam tunc
non cogitur libertus eundem ſequi, ſed po-
79 teſt habitare, vbi vult, † *dicta l. quod niſi, vi-
geſima. §. 1.* ſecus verò quando patronus habet
certam, & firmam habitationem: nam tunc
verius eſt, debere habitare, vbi habitat patro-
nus. *Et ita l. illam intellexit Ioan. antiquus gloſ-
ſator, vt refert glo. in dicta l. quod niſi. 20. §. 1.
in verb. perire; & ſequitur Cepol. d. conſilio 18.
numero 39.* Ex quibus conſtat non eſſe in du-
bium reuocandam edicti validitatem, cùm
reſpectu omnium ſubditorum, tùm maximè
reſpectu Comitis Alberti, tanquàm vaſſalli
ad ſeruitia perſonalia obligati.

Hinc ſuccedit altera dubitatio: nam data
edicti validitate quæritur, an in id cenſean-
tur prædicti iugales incidiſſe, Sed, quoniam
hoc videtur ex tribus dependere, Primò, an
fuerint edicto comprehenſi, Secundò an ha-
buerint eius notitiam, Tertio, an potuerint
edicto parere, nec vllo fuerint impedimento
iuſto detenti, ideo videndum erit, an hæc in-
teruenerint in caſu noſtro.

Et quidem circa primum duo ſunt, quæ vi-
dentur ſuadere, non fuiſſe prædictos iugales
edicto comprehenſos, quorum

Primùm reſpicit perſonam Comitiſſæ Sul-
pitiæ, quæ ideo non videtur contineri, quia
loquitur edictum de eo, qui eſt caput familiæ,
dum ait, *ne con tutta la famiglia, ne con parte,
ne ſolo*, & paulo poſt, *ancorche laſciaſſe la fame-
glia, ò tutta, ò parte in eſſi ſtati*, denique, *an-
corche alle volte ritornaſſe a riueder la fameglia,
e coſe ſue*, quæ verba non videntur pertinere
ad vxorem Comitis Alberti, quæ propriam
familiam non habet, ſed vtitur familia viri.
80 † *l. 1. §. ſi vir. ff. ad Sylla.* & de eius familia eſſe
81 dicitur. † *l. quicumque. 10. & ibi Bart. C. de re
milit. libro 12. l. penult. §. Iulianus, & ibi Bald.
ff. quod falſ. tut. Idem Bald. in l. maximum vi-
tium. 4. numero 22. verſicul. quarto, quia iſta
filia. C. de libe. præt. Iaſ. conſilio 142. numero 3.
verſic. 6. volum. 2. & in l. 1. numero 5. & ibi Dec.
numero 16. C. vnd. vir, & vxor. Alcia. in l. pro-
nuntiatio 195. §. familiæ, numero 11. ff. de verbo.
ſignificat. Afflict. in Conſtit. Regn. tit. de defenſ.
Imper. numero 15. Tiraquell. in 1. leg. connub.
numero 31. Menoch. de præſumpt. libro 4. præſ.
88. num. 6.*

Secundum verò tàm viro, quàm vxori com-
mune eſt; nam hoc edictum non videtur eos
continere, qui volunt habitare in vrbe, & ſic
82 in patria communi. † *l. Roma. 33. ff. ad mu-
nicip. l. ſed & reprobari. 7. §. Roma. ff. de excuſ.
tuto* & loco immediatè ſubiecto Sum. Pont.
qui eſt ſuperior Sereniſſimi Parmæ Ducis: &
hoc, ſiue ſint ſubditi ſimplices, ſiue vaſſalli
ad ſeruitiorum præſtationem obligati: nam
ſubditi ſimplices ideo non videntur contine-
ri, quia Sereniſſimus Dux Parmæ tanquàm
ſuperiorem recognoſcens nòn potuit ſtatue-
re nec aliud facere, quod tenderet in præiu-
83 dicium iuriſdictionis ſui ſuperioris, † *vt ſcri-
bunt Bartol. in l. omnes populi. 9. numero 27. ff.
de iuſtit. & iure. Bald. in Authen. Sed nouo iure.
numero 3. C. de ſeru. fugit. Socin. ſenior. conſilio
302. numero 6. volum. 2. Natt. conſilio 309. nu-
mero ſecundo & tertio. Rollan. conſilio 29. numero
6. & 7. volum. 1. Menoch. conſilio 138. numero
17. Surd. conſilio 59. numero 17.* & conſequen-
ter non potuit prohibere ſubditis, ne irent ad
habitandum in vrbe, quia hoc modo præiu-
dicaret iuriſdictioni, & authoritati Summ.
Pont. qui tanquam ſuperior poteſt eximere
ciues, & ſubditos ſuos mediatos à perſonali-
84 bus muneribus ſuarum ciuitatum, † *ſecundum
Rip. libro ſecundo reſpon. capit. 7. numero 11. &
Natt. conſilio 487. numero 29.* & ſic à neceſſi-
tate habitandi, quæ ſolet iniungi ad hoc, vt
quis ſubeat munera perſonalia in ſuis ciuita-
tibus, *vt dictum eſt, Et ita cenſuit Maluaſ. conſil.
63. numero 24. & 25.* Vaſſalli verò ad ſeruitio-
rum præſtationem obligati ideo non videntur
contineri, quia tenentur potius ſeruire ſupe-
riori, & mediato Domino, quam immediato,
85 † quando ſuperior habet iuriſdictionem vni-
uerſalem, qualem habet Sum. Pont. *vt ſcri-
bunt Afflict. deciſ. 265. numero 106. verſicul. 30.
Rollan. conſilio 1. num. 80. & 81. vol. 2. Roſent. de
feud. cap. 8. conclu. 11.*

Verùm his non obſtantibus verius eſt, præ-
dictos iugales fuiſſe edicto comprehenſos:
nam loquitur edictum de ſubditis, ibi, *neſſuno
ſuddito noſtro*, & de ſubditis non ſolùm ma-
ſculis, ſed etiam fœminis, dum ait, *coſi huo-
mo, come donna*, & eſt conceptum verbis vni-
uerſalibus, vt apparet ex illa dictione, *neſſuno*,
86 quæ eſt vniuerſalis, † *vt ſcribunt Barto. in l. ſi
is, qui ducenta. 14. §. vtrum, in princ. ff. de reb.
dub. Cepoal. conſilio 463. numero 27. Menoch.
conſilio 106. numero 246.* & ex illis verbis, *di
qual ſi voglia ſtato*, quæ & ipſa ſunt vniuerſa-
87 lia, † *vt docent Iaſon in l quædam. 9. §. nihil in-
tereſt numero tertio. ff. de eden. Pariſ. conſilio pri-
mo numero 100. volum. 3. Tiraquell. de retract.
lign. §. primo. glo. 7. numero 20. & 22. Menoch.
conſilio 324. numero ſeptimo.* Quo fit, vt omnes
omnino ſubditos complectatur, & conſequen-
ter etiam prædictos iugales, quos conſtat eſſe
ſubditos Sereniſſimi Ducis, Et hoc propter na-
turam vniuerſalis negatiuæ, quæ eſt, vt in om-
nibus omnino verificetur, nec vllam prorſus
88 reſtrictionem patiatur, † *vt ſcribunt Pariſ. con-
ſilio 53. numero 94. volum. tertio, Menoch. con-
ſilio 106. numero 246. Peregrin. conſilio 20. nu-
mero 12. volum. primo. & conſilio 91. numero 4.
volum. ſecundo.* Quod ipſimet iugales viden-
tur admiſiſſe, dum precibus oblatis petierunt
à Sereniſſimo Duce licentiam habitandi ex-
tra dominium edicto non obſtante: nam hoc
ipſo confeſſi ſunt, ſe quoque edicto contine-
ri, quia alioquin fruſtra implorasſent, quod
89 eis de iure communi fuiſſet conceſſum. † *l. pri-
ma. ff. ad municip. leg prima. C. de Theſſ. libro
decimo. l. in cauſæ 17. in princip. ff. de minor.* Sed
hoc clarius apparebit, ſi tollantur ea, quibus
innixi præfati iugales intendunt, ſe non eſſe
comprehenſos.

Non obſtat igitur Primò, quod edictum lo-
quatur de habentibus familiam, quia reſpon-
deo, mentionem familiæ factam in edicto
ſtare ampliatiuè, non reſtrictiuè, vt apparet
ex illis verbis, *ne con tutta la famiglia*: dictio
enim, nec, eſt ampliatiua, ſiue implicatiua,
90 † *vt ſcribunt Iaſon in leg. miles. 6. numero 18.
ff. de re iudic. Pariſ. conſilio 36. numero 9. vol. 1.*

Menoch.

Digitized by Google

*Menoch. conſil. 276. num. 11. & conſil. 542. nu-
mero primo.* quemadmodum, & dictio, etiam
quæ continetur ſub illis verbis, *ancorche* &c.
nam eius natura eſt, vt amplíet diſpoſitionem,
& extendat eam ad caſus magis dubitabiles,
91 † *vt not. in l. etiam 19. ff. ſol. matr. l. etiam. 3. l. fin. C.
ſi tut. vel curat. interue. & ſcribunt Ruin. conſ. 89.
nu. 6. vol. 1. Purpu. conſ. 476. nu. 4. Decia. conſ. 17.
num. 42. vol. 1. Menoc. conſ. 620. nu. 14. Surd. conſ.
303. num.* 15. prout euenit in ſpecie huius edi-
cti: nam, licet prius vniuerſaliter dictum eſſet,
neſſuno ſuddito noſtro &c. poterat tamen adhuc
dubitari de iis ſubditis, qui retinent in ducatu
domum apertam cum maiore parte familiæ,
ſed ipſi voluptatis gratia morantur in aliis ci-
uitatibus, & ſemel in anno reuiſendæ rei fami-
liaris cauſa redeunt in patriam: nam hi non vi
debantur comprehenſi ſub præcedentibus ver
bis, licet vniuerſalibus, quia de iure non dicun
tur habitare, vbi morantur, ſed, vbi retinent fa-
92 miliam, † *vt ſcribunt Bar. in l. ſi mulieri. 22. num.
3. ff. quibus mod. vſusfruct. amit. & in l. 1. §. 1. nu-
mero 7. ff. de liber. agnoſc. Corſet. in tract. de poteſt.
Reg. part. 3. queſt. 26. num. 32. Ruin. conſi. 18. nu-
mero 9. volum. 5. Et in ſpecie de ſubditis, qui non
poſſunt habitare extra territorium Domini ſui
Afflict. ſuper conſtit. Regn. lib. 2. tit. de reuoc. tranſ.
ad alien. hab. num.* 5. Vt igitur etiam ad eos ex-
tenderetur edictum, addita ſunt illa verba, *ne
con tutta la fameglia, ne con parte, ne ſolo*, & pau-
lo poſt, *ancorche laſciaſſe la fameglia, o tutta, o par
te in eſſi ſtati*, demum, *ancorche alle volte ritor-
naſſe a riueder la fameglia, & coſe ſue*, Ex qui-
bus proinde conſtat hęc verba non cenſeri ad-
iecta reſtrictiuè, ſed ampliatiuè: nam per ea
declarat Sereniſſimus Dux, ſe loqui non ſo-
lùm de illa habitatione, qua contrahitur do-
micilium, ſed etiam de ſimplici. Et ſanè, ſi
hoc edictum, quod vniuerſaliter conceptum
eſt, propter ſuperiora verba deberet ad eos re-
ſtringi, qui propriam familiam habent, ſeque-
retur filiosfam. eſſe ab eo exemptos, quoniam
93 non habent propriam familiam. † *d. l. pronun-
tiatio. 195. §. familiæ. ff. de verbor. ſignifica.* & ta-
men certum eſt, etiam ad eos pertinere, vti de-
clarant preces, & licentiæ, quæ à filijsfam. ab-
ſentibus, aut abeſſe iuſta de cauſa volentibus
quotidie petuntur, & impetrantur.

Non obſtat Secundò, quod edictum non
videatur eos complecti, qui volunt habitare
in vrbe, quia reſpondeo Primò, non perti-
nere hoc ad Comitem Albertum, quia, licet
vxor eius Romæ moraretur, ipſe tamen ante
factam bonorum confiſcationem in ſtatu Me
diolani habitabat.

Secundò Reſpondeo, *quicquid cenſuerit Mal
uas.* verius eſſe, edictum etiam ad eos perti-
nere, qui Romæ volunt habitare, ſiue ſint
ſimplices ſubditi, ſiue vaſſalli: Nam, quia
reſpectu ſubditorum, & vaſſallorum, ac par-
ticularis iuriſdictionis. S. Pont. nullum ſibi
ius reſeruauit, ſed id pleno iure tranſtulit in
Sereniſſimum Ducem, Et hac ratione ſubdi-
ti, & vaſſalli Ducatus Parmæ, vel Placentiæ
non poſſunt dici ſubditi, aut vaſſalli Sum.
Pont. *ſecundum ea, quæ latè diximus in prima
dubitatione*; fit, vt omnes hi debeant Sereniſ-
ſimo Duci, tanquam ei, quem ſolùm dire-
ctum, atque ſupremum Dominum recognoſ-
cunt, non alij parere, atque ſeruire.

Nec obſtat, quod non potuerit Sereniſſi-
mus Dux ſtatuere in præiudicium iuriſdictio-
nis ſui ſuperioris, quia reſpondeo Primò, in
hac re non poſſe dici Sereniſſimum Ducem
præiudicare ſuperiori, quem hoc reſpectu non
habet; Nam, (vti ſupra dictum eſt,) Sum.
Pont. eſt ſuperior reſpectu vniuerſitatis Du-
catus, non reſpectu iuriſdictionis in ſubditos,
& vaſſallos, ex qua ſola tota vis huius edicti
dependet.

Secundò reſpondeo, dato etiam, quod re-
ſpectu huius iuriſdictionis dici poſſet ſuperior,
non tamen per hoc edictum eius authoritati
præiudicari, quia priuatio præſupponit habi-
94 tum. † *l. decem 116. ff. de verbor. obligat. l. manu-
miſſiones. 4. ff. de iuſtit. & iure.* & verum non
eſt, etiam ceſſante hoc edicto Sum. Pontifi.
habere poteſtatem eximendi ſubditos Princi-
pis inueſtiti ab oneribus ſuarum ciuitatum,
*quicquid ſcripſerint Ripa, & Natt. quorum opi-
nio manifeſtè repugnat rationi, & æquitati*: nam,
cum Sum. Pont. per conceſſionem Ducatus
tranſtulerit in Sereniſſimum Ducem omnem
iuriſdictionem, & vtilitatem feudi priuatiuè,
& hac ratione non poſſit iuriſdictionem ali-
quam in terris, & hominibus Ducatus exer-
cere, aut Principem ipſum iuriſdictionem
exercere volentem impedire, *ſecundum ea,
quæ diximus in tertio, & quarto fundamento, pri-
mæ dubitationis*, ſi Princeps alicui ſubdito per-
ſonale munus iniungat, ratio iuris non pati-
tur, vt Sum. Pont. poſſit eũ ab huiuſmodi ne-
ceſſitate eximere; quia hoc modo Principis
inueſtiti iuriſdictionem impediret, quod ipſe
pro bonitate ſua facere, neque vult, neque
ſolet.

Denique non obſtat, quod vaſſallus tenea-
tur potius ſeruire Domino ſuperiori, quam
immediato, quando ſuperior habet iuriſdi-
ctionem vniuerſalem, quia reſpondeo, Pri-
mo illud procedere in vaſſallo Baronis, aut al-
terius feudatarij: nam, quia ratione rei qua-
liter qualiter dici poteſt etiam vaſſallus Prin-
95 cipis. † *capitu. Imperialem. §. illud de probib.
feud. alien. per Frider. & ſcribunt Bar. in l. Clau-
dius. 17. circa fin. ff. qui potior. Bald. in l. 1. nu-
mero 9. C. commu. de leg. Dec. in l. conſilij 47. §.
ſocij. num. 1. ff. de regul. iur. Guido Papa. quæſt.
551. numero 3. Natt. conſilio 487. numero 14. &
32. Beret. conſilio 109. numero* 16. ideò tenetur
potius ſeruire Principi, quam Baroni, *Et in
his terminis loquuntur DD. in contrarium alle-
gati*. Nos verò loquimur de vaſſallis Princi-
pis inueſtiti cum omnimoda poteſtate, & qui
reſpectu vaſſallorum non dicitur recognoſce-
re ſuperiorem, *vti latè demonſtrauimus ſupra
num.* 12. quo caſu non eſt quærendum, vtrum
vaſſallus debeat ſeruire ſuperiori, qui nullus
eſt pręter ipſummet Principem.

Secundò reſpondeo, dato etiam, & non
conceſſo, quod reſpectu vaſſallorum S. P. dici
poſſit ſuperior, tunc tamen ei potius, quam
domino immediato ſeruiendum eſſe, cum re-
quireret ſeruitium à vaſſallo ſui vaſſalli ex cau
96 ſa publicæ vtilitatis, † *vt ſcribunt Natt. conſil.
487. num. 17. & 18. Roll. conſi. 1. num. 80. volum. 2.
Surd. conſil. 210. num. 53. Roſent. de feud. capit. 8.
concl.* 11. nam ea ceſſante, verius eſt, immedia-
to, non mediato domino ſeruitium eſſe præ-
97 ſtandum, † *vt ſcribunt Roll. d. conſ. 1. nu. 81. vol.*

2. Menoch. conſ. 546. num. 5. Roſent. d. cap. 8. concl.
10 quia vaſſallus vaſſalli mei etiam ratione
eiuſdem rei, quoad obligationem perſonalẽ,
& ſeruitiorum præſtationem non eſt meus vaſ
98 ſallus, † *vt ſcribunt Bald. in d. l. 1. nu. 9. C. comm.*
de lega. Brun. conſ. 32. num. 2. Surd. d. conſ. 210. nu.
43. Pancir. inter conſil. Menoch. conſi. 605. num. 9.
verſ. 2. & ideo vaſſallus vaſſalli poteſt à domi-
no ſuo immediato reuocari, etiamſi iuerit ad
99 habitandum in terris domini ſuperioris, † *vt*
ſcribunt Afflict. ſuper conſt. Regn. lib. 2. tit. de reuo,
tranſ. ad cl. hab. num. 11. & Paris de Put. de ſynd.
tit. de exceſ. Baro. num. 41. Vndè, cum in caſu no
ſtro nõ ſolùm ceſſet hæc cauſa publicæ vtilita
tis ſed etiam ipſummet ſeruitium, cum certũ
ſit Comitem Albertum, etiam poſt factam bo
norum publicationem, à quo tempore Romæ
cœpit habitare, nũquam fuiſſe in ſeruitijs S. P.
ſed ibi moratũ eſſe, aut voluptatis gratia (quo-
modo antea morabatur vxor) aut litis huius
ad Apoſtolicam ſedem trahendæ cauſa, conſe
quens eſt, vt non ſit diſputandum de prælatio-
ne ſuperioris, aut inferioris Domini in ſeruitijs
à vaſſallo exigendis. Ex quibus conſtat, prædi-
ctos iugales fuiſſe edicto comprehenſos.

Quod autem attinet ad ſecundum, num ſci-
licet habuerint edicti notitiam, quę videtur ne
ceſſaria ad hoc, vt quis incidat in pœnam,
100 † *l. fin. ff. de decr. ab ord. fac. l. 3. §. ſi quis ignorãt.*
ff. ad Syllan. & ſcribunt Bald. in l. 1. num. 32. C.
qui accuſar. poſſ. Tiraq. de pœn. cauſ. 13. num. 19.
Cęph. conſ. 242. num. 9. & ſeqq. Menoc. de arbitr.
caſ. 185. num. 3. conſtat, eos habuiſſe notitiam,
& præſumptam, & veram, præſumptam, quia,
licet regulariter in abſentibus edicti ſcientia
101 non præſumatur. † *cap. fin. & ibi Abb. num. 3.*
qui matr. accuſ. poſſ. Roli. conſ. 9. num. 44. volum. 3.
Maſcar. de prob. it. conclu. 1105. num. 12. Cephal.
conſi. 242. num. 8. & conſ. 350. num. 7. Menoch. de
arbitr. caſ. 186. num. 16 & conſ. 246. nu. 45. Farin.
conſ. 37. num. 17. Pereg. conſ. 72. num. 13. volum. 3.
hoc tamen fallit, quando (vt in caſu noſtro)
abſentes reliquerint in eo loco, vbi edictum
promulgatum eſt, familiam, à qua veriſimile
102 non eſt, quin fuerint admoniti, † *vt declarant*
Guido Pap. q. 445. num. 1. & Tiraq. de retract.
lign. §. 9. glo. 2. nu. 41. & multò magis, quando
habitant in loco vicino, vt Comes Albertus,
qui habitabat in ſtatu Mediolani proximo ci-
uitati Placentiæ: nam ex vicinitate locorum
103 præſumitur ſcientia. † *c. quoſdam, & cap. quan*
to de præſumpt. Iaſ. in l. is poteſt. 18. num. 63. ff. de
acquir. hered. Ruin. conſi. 76. num. 11. volum. 3. &
conſ. 173. num. 10. volum. 4. Rollan. conſil. 3. num.
101. volum. 1. Menoch. conſil. 73. num. 26. & conſ.
229. num. 28. & conſ. 650. num. 4. & maximè,
quando (vt in caſu noſtro) notitia peruenit ad
eos, qui habitabant in locis remotioribus: quia
non eſt veriſimile latere aliquem in vicino,
104 quod ad alios peruenit in longinquo. † *dicto*
cap. quanto de præſumpt. Veram autem habuiſ-
ſe notitiam apparet ex precibus oblatis Sere-
niſſimo Duci, in quibus petierunt licentiam
habitandi extra dominium edicto non obſtan
te: nam his declararunt, ſe habuiſſe veram
ſcientiam edicti, ita, vt de hac re non ſit am-
pliùs ambigendum.

Quòd attinet ad Tertium, an ſcilicet potue-
rint edicto parere, quoniam id pendet ex eo,
nunquid prædicti iugales fuerint aliquo iuſto
impedimento detenti, quominus redirent ad
habitandum in Ducatu Placentiæ: ideo neceſ-
ſario ſunt referendæ, & refellendæ cauſæ, pro-
pter quas intendunt, ſe redire non potuiſſe;
cauſæ autem, quæ adducuntur, ſunt tres, qua-
rum duæ reſpiciunt perſonam Comitis Alber-
ti, tertia verò perſonam Comitiſſæ Sulpiciæ:
nam Comes Albertus intendit, ſe non potuiſ-
ſe redire.

Primò propter inhibitionem ſibi factam à
Sereniſſimo Duce de non habitando in Duca-
tu Parmæ, vel Placentiæ, propter quam dice-
105 batur nõ poſſe redire. † *l. de ætate. 8. ff. ad treb.*

Verùm reſpondeo, genus hoc excuſationis
non eſſe legitimum, quia cõſtat Comitem Al-
bertum decreto Sereniſſimi Ducis fuiſſe reſti-
tutum, & habilitatum ad rehabitandum, iuſ-
ſumque redire dato ad id commodo temporis
interuallo, intra quod ceſſante iam impedimẽ
to ſine dubio & potuit, & debuit reuerti.

Nec obſtat, quod hæc habilitatio nõ fuerit
facta ad eius petitionem, & conſequenter non
potuerit eum inuitum afficere, quia reſpõdeo,
præter id, quod aliàs fuerat ab eo petita, licet
non impetrata, potuiſſe Sereniſſimum Ducem
ſubditum ſuum & inuitum, etiam inuitum re-
ſtituere, quia, cum homo liber nõ ſit ſui ipſius,
106 ſed Reip. & Principis. † *l. liber homo 13. ff. ad*
l. Aquil. non poteſt beneficium reſtitutionis in
fraudem eius recuſare, maximè, qñ eſt vaſſal-
lus ad homagii præſtationem obligatus, qualis
eſt Comes Albertus: nam, quia tenetur ei ſer-
uire ad omnem eius requiſitionem, & ea ratio-
ne tenetur habitare, vbi vult Dñs, *vt late ſupra*
demonſtratum eſt, ideò potuit Dñs ei etiã inui-
to remittere prohibitionem, ad hoc, vt reuer-
tatur ad habitandum, & ſeruiendum: quia inhi
bitio facta non liberauerat eum adhuc feuda
poſſidentem à præſtatione ſeruitiorum, & ho-
magij, niſi quatenus Principi placuiſſet: Alio-
quin enim ſequeretur vaſſallum, qui vult ſe li-
berare à præſtatione ſeruitiorum, & homagij,
etiam inuito Dño (quod ei de iure non licet,
107 † *ſecundum Bald. in prælud. feud. num. 12. Iſer. in*
c. 1. §. & ideò de vaſſall. qui contr. conſt. Loth. feud.
alien. Affl. deciſ. 265. nu. 53.) poſſe id conſequi cõ
mittendo delictum, ex quo banniri poſſit: nã
ſecuto banno non poſſet amplius inuitus cogi
redire, & ſeruire, quod vtiq; eſſet abſurdũ, qñ
hoc poſito melioris eſſet conditionis delin-
quens vaſſallus, quam non delinquens contra
108 regulam. † *§. pen. Auth. de reſt. & ea quæ par. in*
vnd. menſ. coll. 4.

Secundò verò intendit Comes Albertus ſe
non potuiſſe redire, quia locus ſibi non erat tu-
tus ad habitandũ, & hac ratione debuit excu-
ſari, quoniam citatus ad locum non tutum
109 non tenetur comparere. † *l. de ætate 8. ff. ad*
Trebellian. l. ſciendum. 4. §. ſi accuſatio, & ibi Bart.
ff. de legatio. clemen. paſtoralis. §. nos circa, de re
iudic. capit. ex parte primo. de appellat. capitu. ac-
cedens. 2. vt lit. non conteſt. Barto. in l. recuſare. 6.
§. ſi quis alio numero 1. & ibi Alexan. numero 5.
ff. ad Trebell. Afflict. deciſ. 289. numero 24. Felin.
in capit. cum R. canonicus, in princ. de offic. delega.
Pariſ. conſilio 28. numero 4. volum. 4. Ruin. conſi.
3. num. 3. volum. 5. Rollan. conſil. 68. num. 20. vol.
2. Sola ad nou. decr. Sabau titu. de contuma. glo. 5.
numero 3. Menoch. de arbitr. caſ. 153. numero 12.
& conſi. 466. numero 3. Tutum autem ſibi non
fuiſſe

Google

fuiſſe locum probat dupliciter, Primò ex cauſa priuatarum inimicitiarum, quæ ſine dubio reddunt locum minùs tutum, & excuſant à
110 neceſſitate comparendi. † *d. l. ſciendum. 46. §. ſi accuſatio, & ibi Barto. numero 2. ff. de legatio. d. clem. paſtoralis. §. nos circa, de re iudica. Ruin. conſ. 118. num. 9. volum. 5. Boſſ. in titn. de citat. numero 37. Rolland. d. conſil. 68. num. 27. volum. 2. Meno. de arbitr. d. caſ. 153. num. 12.* Secundò ex odio ſui Principis, cui ſe putabat inuiſum. Et, licet hæc cauſa non eſſet vera, ſufficiebat tamen ad eum excuſandum à pœna, quia quælibet cau-
111 ſa, etiam iniuſta excuſat à contumacia, † *vt ſcribunt glo. in l. vn. §. fin. in verb. hoc iudicium. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. Bald. in l. debet. 6. num. 1. C. de fideicom. libert. Alexan. in l. qui Romæ. 122. §. duo fratres num. 19. ff. de verb. oblig. Decia. conſi. 14. nu. 7. vol. 3.*

Verùm neque hoc genus excuſationis eſt legitimum; nam, aut putabat, tutum ſibi non futurum acceſſum propter metum Principis, & mox demonſtrabo, nullam fuiſſe probabilem huius timoris cauſam, aut tutum non putabat acceſſum propter priuatas inimicitias, & certum eſt, metum hunc non poſſe eum excuſare.

Primò, quia, cum ipſe potentior eſſet inimicis, non erat probabilis inimicitiarum me-
112 tus, † *arg. l. metum autem. 6. ff. quod met. cauſ. l. vani timoris 146. ff. de reg. iur.*

Secũdò, quia ipſemet declarauit, genus hoc excuſationis eſſe commentitium: nam, quo tempore fuit à Sereniſſimo Duce reſtitutus ad ucttas bannum, & confiſcationem bonorum, inſtabat, vt ſibi daretur etiam licentia habitandi in dominio, & conſequenter non timebat inimicitias, quas tamen magis eo tempore debebat pertimeſcere, quam tempore, quo poſtea fuit habilitatus ad rehabitandum: nam illo tẽpore viuebat adhuc Comes Carolus Cicada, qui, tanquam pater occiſi ſine dubio maiore cum odio proſequebatur, quam cæteri remotiores cognati, cum alioquin tempore, quo fuit habilitatus ad redeundum, iam eſſet defunctus dictus Comes Cicada, & ſoli ſuperſtites eſſent remotiſſimi cognati. Nec alia ratione Dux Sereniſſimus noluit eum habilitare ad redeundum ante, quam ille pater occiſi deceſſiſſet; Si igitur eo tempore, quo maior erat cauſa metus, non habuit Comes Albertus eius rationem, ſed tentauit redire, quanto minus debuit habere tempore habilitationis, quo minor ſub erat timoris cauſa? Apertiſſimè igitur declarauit hanc excuſationem eſſe commentitiam.

Tertiò, dato, & non conceſſo, quod locus non eſſet tutus, poterat tamen Comes Albertus ſibi proſpicere pro priuatis inimicitijs petendo cautionem de non offendendo, *iuxta not. in l. illicitas. 6. § ne potentiores. ff. de offi. præſid.* quo caſu ſine dubio redditus fuiſſet tutus acceſſus: vnde, cum hoc non fecerit, non debet excuſari: nam citatus ad locum non tutum, ſi poteſt eum reddere tutum, ſi velit, & non fa-
113 ciat, non excuſatur, † *vt docent Alex. in l. recuſare. 6. §. fi. num. 6. ff. ad treb. & Menoc. conſ. 100. num. 83, & 228.*

Quartò, & vltimo dato etiam, quod noluiſſet huic cautioni ſtdere, debuiſſet ſaltem in precibus porrectis cauſam hãc exprimere, quia citatus ad locum non tutum, licet non cogatur perſonaliter comparere, debet tamen mittere
114 excuſatorem, qui alleget impedimenta, † *vt ſcribunt Alex. in d. l. recuſare. 6. §. fin. num. 5. Rot. Rom. deciſ. 15. in antiq. ſub tit. de citat. Decia. conſ. 18. num. 138. vol. 1. & Menoc. d. conſ. 100. nu. 199.* Vnde, cum in precibus nullam expreſſerit cauſam, ſed ſimpliciter petierit licentiam habitãdi extra dominium, quam non obtinuit, non poteſt nunc poſt incurſam pœnam allegare hanc cauſam non tuti acceſſus, quoniam omnis cauſa in precibus non expreſſa, nec approbata per dationem licentiæ in ſcriptis excluditur ab edicto his verbis, *ſotto qual ſi voglia cauſa, o colore, ſe ben foſſe notoria a ciaſcuno, & à noi medeſimi ancora ſenza eſpreſſa licenza noſtra in ſcritto.*

Tertium excuſationis genus pertinet ad Comitiſſam Sulpitiam, quæ ait, ſe ideo non potuiſſe parere edicto, & redire ad habitandum
115 in Ducatu, quia tenebatur ſequi virum. † *cap. 1. de coniug. leproſ. cap. vnaquæque. 13. q. 2. capit. ſi quis neceſſitate 34. q. 2. Bart. in l. Mœnia 13. §. vxore num. 3. ff. de ann. leg. Bald. in l. pen. num. 1. C. de ope. lib. Alex. in l. ſi, cum dotem 23. §. ſi maritus nu. 4. ff. ſol. matr. Tiraq. in primam leg. connub. nu. 39. Abb. in cap. de illis nu. 4. de ſponſal. Couar. in ca. 7. nu. 5. de teſta. Capell. Tholo. deciſ. 86. & ibi Aufrer. in addit. Marc. deciſ. 70. nu. 2. & deciſ. 530. num. 1. part. 2. Decia. conſ. 32. num. 7. vol. 1.* & debebat ei
116 obedire tanquàm ſubiecta. † *cap. manifeſtum cap. eſt ordo 33. q. 5. late Tiraq. in 1. leg. conn. num. 20. & ſequen.*

Sed neq; hoc genus excuſationis in ſpecie noſtra cenſeri poteſt legitimum, Primò, quia vxor non tenetur ſequi virum, quando vult va-
117 gari, † *vt ſcribunt glo. in cap. 1. Qui matr. accuſ. poſſ. & in cap. 1. de coniug. leproſ. Bart. in d. l. Mœnia 13. §. vxore num. 3. ff. de ann. leg. Marc. d. deciſ. 70. num. 2. & d. deciſ. 530. num. 1. part. 2. Couar. in d. cap. 7. in prin. nu. 5. de teſtam.* & multò minus, quando, vt in caſu noſtro, maritus recedendo, & vagando contemnit præceptum ſui Principis, & conſequenter delinquit: nam vxor non tenetur obedire viro in delictis, & rebus illici-
118 tis. † *cap. ſi dominus 11. q. 3. Tiraq. in eand. leg. 1.*
119 *connub. nu. 12.* ſicut nec ſeruus domino. † *l. ſi mulier. 21. §. 1. ff. de act. rer. amot.* nec filius patri,
120 † *vt in Gell. lib. 2. noct. Attic. cap. 7.* ſcilicet, quia nunquam per obedientiam malum fieri debet *cap. quid ergo 11. q. 3.* Et, quemadmodum vxor
121 debet potius obedire Deo, quam viro † *d. cap. ſi dominus 11. q. 3. gl. in d. cap. manifeſtum in verb. niſi author 33. q. 5.* ita etiam debet potius obedire Principi, quam marito, quoniam Princeps
122 in terris loco Dei eſt. † *cap. nec it. 15. q. 1. capit. non ſolum 23. q. 5. Auth. de arm. in prin. & Auth. de inſtr. caut. & fid. in prin. coll. 6. Bald. in cap. 1. §. fin. num. 3. de non. form. fidel. Lan de. de Princip. q. 1. Neniz. inter conſ. feud. conſ. 12. nu. 8. & ibid. Lac. de Leon. conſ. 114. nu. 163. Nat. conſ. 625. num. 2. Decia. conſ. 47. num. 23. vol. 1. Menoch. conſ. 208. nu. 43. & de præſumpt. lib. 2. præſ. 10. nu. 4.* &, qui Principis poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi re-
123 ſiſtit. † *cap. qui reſiſtit 11. q. 3. Menoc. de præſ. lib. 5. præſ. 3. num. 78.*

Secundò verò genus hoc excuſationis apparet commentitium ex eo, quia, ſi vxor Comitis Alberti ſimpliciter voluiſſet abeſſe ꝓpter illã ſequendi virũ neceſſitatem, q̃ matrimonij nexus iniungit, ſine dubio habitaſſet ſimul cum

marito,& in eo loco, vbi maritus ipſe moraba
tur, & tamen conſtat, maritum habitaſſe in
ſtatu Mediolani, vxorem verò cum filia in vr-
be, & conſequenter eam voluptatis potius,
quam vxoriæ neceſſitatis gratia extra Duca-
tum habitaſſe. Non poteſt igitur hoc genus
excuſationis ei patrocinari, maximè, quia, cũ
eſſet ei commodius habitare in ſtatu, vbi tan-
quam in loco viciniore facilius potuiſſet ma-
ritum conuenire, & ſimul familiam, quæ in
Ducatu morabatur, regere, atque totius patri-
monij curam, prout diligentem matrem fami-
lias decet, ſuſtinere, & maluerit habitare Ro-
mæ, naſcitur præſumptio, voluiſſe & ipſam
exemplo mariti reſiſtere voluntati ſui Princi-
pis, & eius edicta, atque iuſſiones contemne-
re, quæ res efficit, vt etiam eius, tanquàm con-
tumacis, atque peruicacis bona iuſtiſſimè fue-
rint publicata.

Ex his igitur apparet prædictos iugales, &
fuiſſe edicto comprehenſos, & habuiſſe eius
notitiam, & potuiſſe ei parere, quod, cum non
fecerint, meritò iudicati ſunt in edicti pœnam
incidiſſe vt proinde non potuerint recurrere
ad S. P. per viam querelæ, quia tantum abeſt,
vt eis ſit facta notoria iniuſtitia, vt imo ſingu-
lariter perpenſis iis, quæ coram officialibus Se-
reniſſimi Ducis proponi potuiſſent ex parte di
ctorum iugalium, conſtet eos per confiſcatio-
nem bonorum in nullo fuiſſe grauatos.

Supereſt tertia, & vltima quæſtio: nam da-
to, quod, neque per viam appellationis, neque
per viam querelæ potuiſſent ad S. P. recurrere,
quæritur, an ſaltem admittendus eſſet recurſus
propter iuſtum timorem, quo prædicti iugales
afficiebantur non ſperantes conſequi iuſtitiã
ab officialibus Sereniſsimi Ducis, quæ iuſta vi-
detur iuriſdictionis declinãdæ, & litis ad Apo
ſtolicam ſedem trahendæ cauſa, *iuxta not. in
cap. ſtatutum. § ſi vero de reſcrip. in 6. & in l. vn.
C. quand. Imper. int. pup. & vid.* Tota autem vis
huius dubitationis ex eo pendet, num hic talis
ſubeſſet metus, vt propter eum iure poſſent ac-
ceſſum ad Tribunalia Sereniſsimi Ducis recu
ſare, quod meritò S. P. non admiſit: nam, aut
conſiderabatur hic metus reſpectu perſonæ
propriæ Comitis Alberti, aut reſpectu procu-
ratorum, aut denique reſpectu ipſius cauſæ.

Si reſpectu perſonæ propriæ Comitis Alber
ti, non fuit iuſtus metus, ſiue conſideremus pri-
uatas inimicitias, *ſecundum ea, quæ latè diximus
in q. præced.* ſiue Principis offenſionem, ad quã
potiſsimum videtur Comes Albertus hũc ſuũ
timorem retuliſſe.

Primò, quia Princeps non præſumitur ſubdi
tos ſuos ira, & odio proſequi, nec eorum perſo
næ vim aliquam velle inferre, etiam ſi ſint no
xii, & variis, aut in ipſum Principẽ, aut in alios
commiſsis delictis notati, quia vir iuſtus, qua-
124 lis eſſe Princeps præſumitur, † *vt ſcribũt Mar
tin. Lauden. de Princip. q. 147. Decia. conſi. 2. num.
108. conſi. 18. num. 251. & conſ. 25. num. 14. vol. 1.
Menoc. conſi. 1. num. 155. & conſ. 431. num. 12. &
33. Maſcard. de prob. conclu. 1233. num. 21.* nec
ira, nec odio, nec alio affectu moueri ſolet.
125 † *cap. Epiſcopus presbyter. §. ſi ergo cap. illa, cap.
ira, c. cum apud* 11. *q.* 3. *c.* 1. 23. *q.* 3.

Secundo, quia, ſi Dux Parmæ Sereniſsimus
fuiſſet iratus Comiti Alberto, & eius vitæ inſi-
dias inſtruere voluiſſet, facilè potuiſſet hanc
intẽtionem exequi, licet Comes Albertus ha-
bitaſſet in vrbe, quia certum eſt, longas Regi-
126 bus eſſe manus, † *vt ait Ouid. Epiſt.* 16. Imò
facilius potuiſſet hoc agere in vrbe, quam ali-
bi propter maximam aduenarum copiam, quę
minus tutam reddit eorum, qui capitales ini-
micitias exercent, habitationem.

Tertiò, quia conſtat Comitem Albertum
fuiſſe à Sereniſsimo Duce multis affectum, &
cumulatum gratiis, quæ omnem prorſus iræ, &
odij ſuſpicionem excludunt: nam & cum eſſet
propter homicidium in Ducatu commiſſum
bannitus, & paſſus omnium bonorum confiſ-
cationem, gratioſè fuit à Principe reſtitutus,
licet adiecta lege, ne in Ducatu habitaret, qđ
eius fauore potius, quam odio factum eſt: nã,
quia tunc temporis viuebat adhuc Comes Ca-
rolus Cicada pater occiſi, à quo remiſsio nun-
quam potuit impetrari, dubitans Sereniſsimus
Dux, ne Comes Albertus certo ſe vitæ pericu-
lo committeret habitando, in Ducatu, cenſuit
non tàm iuri conuenire, quàm eius ſaluti expe
dire, vt adiiceretur illa extra Ducatum habi-
tandi conditio, quam poſtea ſtatim atque pa-
ter occiſi vita functus eſt, reuocauit, vti ſupra
demonſtrauimus. Hæc igitur omnia, non ſolũ
excludunt odij ſuſpicionem, ſed etiam arguũt
benignam Principis mentem erga Comitem
Albertum, quia gratiæ, & beneficia non ſolẽt
in eos, quos odio proſequimur, ſed in beneme-
127 rentes conferri. † *l. 3. §. fin. ff. de adim. leg. l. nec
adiecit. 9. ff. pro ſocio. & ſcribunt Soc. iun. conſi. 77.
nu. 40. vol. 1. Menoc. conſi. 1. nu. 52.*

Quartò, quia huic timori Comitis Alberti
proſpexerat Dux Sereniſſimus offerẽdo ſaluũ
conductum, & dando fidem S. P. de eo non
offendendo, cui ſine dubio debebat Comes
128 Albertus fidere † quippe, cum hæc fides eſſet
ſeruanda. *l. conuentionum. 5. ff. de pact. §. ſed neq;
Auth. de mand. prin. coll. 3. cap. nolo. 23. q. 1. cap. in-
nocens 22. q. 4. & latè oſtendunt Decian. conſil. 18.
num. 107. & ſeqq. vol. 1. Cepb. conſ. 304. num. 100.
Menoc. conſ. 100. num. 196. & ſeqq.* maximè, cum
eſſet data S. P. quem in ſuperiorem Dux Ser-
reniſſimus recognoſcit: neq; enim præſumen-
dus erat voluiſſe rumpẽdo fidem iuſtam illius
indignationem incurrere.

Quintò, ſi Comes Albertus ita meticuloſus
erat, vt nollet fidere huic ſaluoconductui, po
terat mittere procuratorem, & per eũ cauſam
agere iuxta facultatem nominatim ſibi datam
à Sereniſſimo Duce, quæ res omnem excluſit
excuſationem, quia citatus ad locum non tu-
tum non excuſatur, ſi poſſit per procuratorem
129 cauſam agere. † *l. Papinianus exul. 21. in prin.
ff. de minor. l. ſed etſi per prætorẽ 26. § 1. ff. ex quib.
cauſ. maio. & ſcribunt Bal in titu. de pac. Conſt. in
verb. ſententiæ quoque, num. 1. Alex. in d. l. recuſa-
re, 6. §. ſi quis alio, num. 5. ff. ad Treb. Felin. in cap.
accedens 2. col. 3. verſ. 3. concluſio vt lit. non conteſt.
Ruin. conſ. 76. num. 18. vol. 5. Men. d. conſ. 100. nu.
202. & conſi. 466. nu. 27.*

Neque obſtat, ſi quis obiiciat, non teneri
quem comparere per procuratorem, quando
130 cauſa eſt ardua, † *cap. querelam de procur. &
ſcribunt Alex. in d. l. recuſare. 6. §. ſi quis alio. num.
5. ff. ad Treb. Felin. in d. cap. accedens 2. col. 3. verſic.
3. concluſio, vt lit. non cont. Io. Iac. de Leon. inter
conſi. feud. conſ. 114. num. 378. Menoc. d. conſ. 100.
num. 205.* quia reſpondeo, id procedere, quan-

doquis

Digitized by Google

do quis probabiliter timet vim inferri cauſæ, vt, cum quis fuit bannitus propter partialitates, & odia, *iuxta cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. de qua ſpecie loquuntur DD. in contrarium allegati*, ſecus verò, quando hic metus probabiliter conſiderari non poteſt, vt in caſu noſtro, ſicuti latius infra demonſtrabo: nam tunc tenetur quis ſaltem per procuratorem comparere, *ex iuribus ſupra allegatis.*

Sextò, licet tutus nō fuiſſet acceſſus, & Princeps non dediſſet ſaluum conductum, non tamen poterat Comes Albertus iuriſdictionem eius declinare, quia, quando cauſa, propter quā tutus non eſt acceſſus prouenit ex eius, qui venire debet facto, & culpa, non debet ille excu-
131 ſari, ſed ei imputandum eſt, † *vt ſcribunt Bal. in l. omnes 31. §. ſi vero apparitor nu. 3. C. de Epiſc. & cler. Ruin. conſi. 118. num. 9. volum. 5. Menoc. d. conſi. 100. num. 114. & ſeq.*

Nec obſtat, quod excuſetur bannitus citatus ad locum, vnde bannitus eſt, licet tutus non ſit acceſſus ex cauſa delicti commiſſi, & conſequenter ex eius culpa, quod magis attendatur iuſtitia, & æquitas, quam culpa delinquentis.
132 † *d. l. Papinianus exuli. 21. in prin. ff. de minor. c. cum inter de except. Alexan. in d. l. recuſare. 6. §. ſi quis alio. num. 6. ff. ad Treb. Ruin. d. conſi. 76. num. 18. vol. 2.* quia id verum eſt, quando tutus non eſt acceſſus ex alia cauſa, quam ex ea, propter quam citatur, vt, quia fuit bannitus propter homicidium, & citatur propter aliam cauſam: tunc enim excuſatur. At verò, quando locus non eſt tutus propter eandem met cauſam, propter quam citatur, verius eſt, non debere excuſari, quia alioquin omnis delinquens excuſare-
133 tur à comparendo, quod eſſet ridiculum, † *Et ita in ſpecie diſtinguit Bal. in d. l. omnes. 31. §. ſi vero apparitor num. 3. verſ. circa ſecundam rationē. C. de Epiſc. & cler. quem ſequuntur Alex. in d. l. recuſare. 6. §. ſi quis alio num. 5. in fin. ff. ad Treb. Ruin. conſi. 48. num. 15. volu. 4. & conſi. 5. num. 4. vol. 5. Menoc. d. conſi. 100. num. 208. & d. conſ. 466. num. 29.* nam culpa nunquā poteſt alicui prodeſſe, ſi ſit ad hoc ordinata, ſecus, ſi ſit ordinata
134 ad aliud. † *l. fin. §. ſi conditions. ff. ad l. Rhod. de iact. & ſcribunt Alexan. in d. §. ſi quis alio num. 5. Ruin. conſi. 3. num. 3. & conſi. 76. num. 18. volu. 5. Pariſ. conſi. 37. num. 12. vol. 1. & conſ. 53. num. 68. vol. 4. Roll. conſ. 30. num. 29. vol. 3.* In caſu autem noſtro cauſa, propter quam intendit Comes Albertus ſibi tutum non eſſe acceſſum ad loca Sereniſſimi Ducis, eſt principaliter ordinata ad hanc litem, propter quam debebat comparere: nam ideo ſibi timet ab ira Principis, quia poſt factam bonorum publicationem de ea conqueſtus eſt apud S. P. & tentauit efficere, vt de illius validitate cognoſceret Apoſtolica ſedes, ac eo modo putat, ſe Principem ipſum offendiſſe, quo fit, vt, quoniam hæc culpa fuit ad hanc litem ordinata, non debuerit ei prodeſſe, quominus teneretur ad tribunalia Sereniſſimi Ducis accedere: Alioquin ſequeretur Comitem Albertum tentando id, quod iure facere non potuit, eo ipſo potuiſſe conſequi effectum ſuę intentionis: nam, quia non poterat hāc litem trahere ad Apoſtolicam ſedem, & tamen conatus eſt id efficere, ac eo modo Principē offendit, eueniret, vt allegando poſtea timorem Principis, eā trahere poſſet, quod eſſet abſurdiſſimum.

Non ſolùm autē in perſona propria Comitis Alberti iuſtus non erat metus: ſed neque in perſona procuratorum, per quos agendi poteſtas facta fuit, quia, cum cauſa, propter quam putat ſibi nō eſſe tutum acceſſum ad tribunalia Sereniſſimi Ducis, proueniat ex propria, & peculiari ſua culpa, ſine dubio ceſſat in perſona procuratorum, quibus tunc demum diceretur etiam locus non eſſe tutus, quando periculum, vel ex aeris corruptione, vel ex belli ſæ
135 uitia proueniret, † *vt declarat Menoch. d. conſil. 100. num. 201. vbi ita intelligit Bald. in d. titu. de pac. Conſt. in verb. ſententiæ quoque nu. 1. & Alex. in d. §. ſi quis alio num. 5.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, imò nec procuratoribus tutum eſſe locum ſaltem hominū opinione, quia, cum in quadam lite, quam Comes Albertus habebat cum Malnepote, procurator ab eo miſſus Placentiam fuerit coram palatio Principis baculo percuſſus, ea res talem in aliorum animis videtur metum infixiſſe, vt, dum quiſque propriæ ſaluti, & exiſtimationi cauet, facile ſit oblatum procuratoris munus recuſaturus, & hac ratione deberet Comes Albertus excuſari, tanquàm idoneum procurato
136 rem non inueniēs, † *vt tradunt Bar. in l. idemque 16. in prin. ff. pro ſoc. Bald. in d. tit. de pac. conſt. in verb. ſententiæ quoque num. 1. Felin. in d. cap. accedens. 2. colum. 3. verſi. 3. concluſio, vt lit. non cont. Alex. in d. l. recuſare. 6. §. ſi quis alio. num. 5. ff. ad treb. Ruin. d. conſ. 76. num. 18. vol. 5.* quia reſpondeo, negando talem metum aliorum animis probabiliter infigi potuiſſe, quia, cum ſecuta procuratoris illius percuſſione fuerit à ſuperioribus facta diligens, & accurata inquiſitio, cōpertum eſt, exceſſum illum ex priuata cauſa proueniſſe, quæ, quoniam in hac lite fiſcali ceſſat, non debuit, nec probabiliter cenſeri poteſt aliquem metum aliorum animis incuſſiſſe.

Nec obſtat, quod fuerit percuſſus ante palatium Principis, quia reſpondeo, præter id, quod palatium allegatum locus erat, non vbi Princeps habitaret, ſed, vbi cauſæ pertractabantur, & conſequenter ad quem innumera hominū multitudo confluebat, conſtare etiam in facto fuiſſe procuratorem illum verberatum in itinere, & loco multum à dicto palatio remoto.

Denique huic rei poterat etiam alijs remedijs occurri: nam Princeps in defectum procuratoris ſolet ſub graui pœna iubere procuratoribus publicis, vt delatum munus ſuſcipere debeant, quemadmodum & magiſtratus ſolet ei,
137 qui nō habet, dare idoneū aduocatum. † *l. ne quicquam. 9. §. aduocatos ff. de offi. proc. & leg. l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtu.* vel poterat Princeps ſub eadem fide promittere extraneo procuratori offenſum eum non iri, quæ res eum tutum reddidiſſet, quemadmodum & ipſummet Comitem Albertum.

Non potuit denique timor hic conſiderari reſpectu cauſæ, quia, licet Comes Albertus litem haberet cum fiſco, & conſequenter cum ipſomet Principe, non tamen probabiliter dubitare potuit de iuſtitia Principis, aut officialium; nam alioquin ſequeretur omnes, qui litem habent cum Principe poſſe iuriſdictionē eius declinare allegando hunc timorem, quod tamen iuris ratio non patitur, cum certi iuris ſit, Principem, qui non recognoſcit ſuperiorē, vel habet iura imperij, poſſe eſſe iudicē in cau-

ſa pro-

ſa propria ſaltem de generali totiu Italiæ cō-
138 ſuetudinē. † *l. & hoc Tiberiu. 41. & ibi. not. Bart. ff. de hered. inſt. Bar. in l. vn. num. 1. C. ne quis in ſua cauſ. iud. vel iuſd. Bald. in l. reſcript. 16. num. 6. C. de precib. Imper. offer. Alex. in l. eſt receptum. 14. num. 3. ff. de iuriſd. Afflic. in cap. 1. in prin. nu. 11. verſi. 2. fallit de pac. iur. firm. Abb. in cap. 1. nu. 5. de probat. Brun. conſi. 19. num. 3. Natt. conſ. 576. num. 1. Boſſ. in tit. de for. compet. num. 174. Cephal. conſ. 58. num. 66. Ozaſ. conſ. 9. num. 47. Meno. conſ. 301. num. 53. Pereg. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 33. Surd. conſ. 465. num. 16.* nec enim veriſimile eſt
139 principem, qui iudicat vti Deus, † *ſecundum Bald. in cap. 1. §. fin. num. 3. de nou. form. fidelit. Nat. conſ. 625. num. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 10. num. 4.* velle priuato facere iniuſtitiā,
140 vt propriæ vtilitati faueat, † *vt ſcribit Purp. conſ. 443. num. 6.* Quinimò in caſu noſtro res videtur extra omnem dubitationē poſita; nam, cum hic tractetur de cauſa confiſcationis bonorum propter delictum inobedientiæ, certi iuris eſt, eam apud officiales principis debere
141 terminari, † *vt ſcribunt Boſſ. in d. tit. de for. compet. num. 173. & Ozaſc. d. conſ. 9. nu. 50.* quia quilibet vaſſallus, in quem traſlata eſt omnimoda iuriſdictio poteſt delinquentes punire, & bo-
142 na per ſuos officiales confiſcare, † *ſecundum Alex. conſi. 13. num. 12. vol. 6. Boſſ. in d. tit. de for. compet. num. 38. Ozaſ. d. conſ. 9. nu. 48.*

Ex quibus apparet, non obſtare, quod nemo
143 poſſit eſſe iudex in cauſa propria. † *l. qui iuriſdictioni. 10. ff. de iuriſdict. tit. C. ne quis in ſua cauſ. iud. vel iuſd.* quia regula hæc non habet locum in principe habente iura imperii, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.* Quamquam & illud dici poſſit, non eſſe hanc cauſam principis, ſed fiſcalē, quæ ſine dubio diſtinguitur à cauſa prin-
144 cipis, † *vt animaduertit Ozaſ. d. conſ. 9. num. 46.*

Minus obſtat, quod, ſi lis ſit inter dominū,
145 & vaſſallum, iudices ſunt pares curiæ. † *cap. vn. de contr. feud. apud par. term. cap. 1. §. præterea de prob. feud. alie. per Frid.* quia reſpondeo Primo, hoc non procedere ſtante conſuetudine
146 in contrarium, † *vt ſcribunt Bal. in cap. Imperialem. §. præterea ſi inter de prob. feu. alie. per Frid. Boſſ. in d. tit. de for. comp. num. 39. & 174. Rollan. conſ. 89. num. 19. volum. 2. Oſaſ. d. conſ. 9. num. 50.* qualem conſtat eſſe in Ducatu Parmæ, vbi cauſæ principis cum feudatariis iudicantur ab offi-
147 cialibus Sereniſſimi Ducis, † *vt atteſtatur Sacc. conſi. 2. num. 45.* Quinimò nominatim hoc ibidem cautum eſt conſtitutionibus, *vt idem Sacc. ibi num. 16. atteſtatur.*

Secundò reſpondeo dato etiam, quod talis non eſſet conſuetudo, illud procedere, quando lis eſt feudalis, & in qua principaliter tractatur de feudo, ſecus verò, quādo (vt in caſu noſtro) tractatur de confiſcatione bonorum propter inobedientiam, in quam veniunt etiam feuda, ſed in conſequentiam: nam tunc lis ſine dubio iudicatur per eundem Dominum, aut eius
148 officiales, † *Ita Boſſ. in d. tit. de for. comp. num. 173. & Ozaſ. d. conſ. 9. num. 50.*

Denique non obſtat, quod Comes Albertus habeat officiales Sereniſſimi Ducis ſuſpectos, & ideo non ſit cogendus coram eis litiga-
149 re. † *l. apertiſſimi. 14. C. de iudic.* quia reſpondeo Primò, non ſufficere allegare iudicem ſuſpectum, niſi ſubſit iuſta cauſa ſuſpicionis.
150 † *cap. cum ſpeciali, in prin. de appell.* & cauſam, quam allegat Comes Albertus, quia ſint officiales Principis, cum quo litem habet, non eſſe ſufficientem, quia alioquin ſequeretur, nunquam poſſe litem inter Dominum, & ſubditū, ſeu vaſſallum agi coram officialibus Domini, quod tamen falſum eſt, *vti ſupra demonſtrauimus.*

Secundò reſpondeo, licet officiales fuiſſent ſuſpecti, nō tamen debuiſſe recurrere ad alios, quam ad eundem Principem, & ab eo impetrare iudices non ſuſpectos, ſi non magiſtratus, & officiales, ſaltem priuatos. Ex quibus omnibus ſatis liquidò conſtare puto, iuſtiſſimā, & æquiſſimam fuiſſe remiſsionem à S. P. factam ad tribunalia Sereniſsimi Ducis, quia non poterant prædicti iugales ad Apoſtolicam ſedem recurrere, aut per viam appellationis, aut per viam querelæ, aut etiam prætextu timoris allegati.

Secunda dubitatio principalis eſt, an, ſi prædicti iugales nunc velint adire Sereniſsimi Ducis officiales, ſint ab eis audiendi non obſtante contumacia, & lapſu temporis.

Videretur autem dicendum eſſe audiēdos, Primò quia non videntur veri, ſed ficti contumaces, quippe, cum nō fuerint citati perſonaliter, quod neceſſariò requiritur ad hoc, vt quis
151 dicatur verus contumax, † *vt docent glo. in l. ex conſenſu 23. §. fin. in verb. non recte. ff. de appellat. Bart. in l. fin. num. 11. verſ. quarto quidam. ff. de in int. reſt. Afflict. ſuper conſt. Regn. ſi quis poſt litem lib. 1. rubr. 97. num. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glo. 2. num. 42. Roll. conſ. 47. num. 18. vol. 2. Cephal. conſ. 370. num. 17. Decia. conſ. 14. nu. 14. vol. 3. Vin. deciſ. 138. num. 12. M. Ant. Amat. deciſ. 36. num. 8. & deciſ. 37. num. 9.* & ideò debent audi-
152 ri, aut per viam appellationis, † *vt ſcribunt. Bart. in d. l. ex conſenſu. 23. §. fin. ff. de appell. Alex. in l. properandum 11. §. ſin autem reus num. 16. C. de iudic. Ceph. d. conſ. 350. num. 17. Boer. deciſ. 206. num. 10. in fi. Capy. deciſ. 139. nu. 3.* aut per viam
153 in integrum reſtitutionis, † *vt not. in l. Diuus. 6. ff. de in int. reſt. & ſcribit Gabr. conſi. 167. nu. 58. volum. 2.*

Secundò multo magis hoc videtur admittendum, quando non comparens motus eſt aliqua ratione: nam tunc debet audiri, quia, quælibet etiam leuis, & iniuſta cauſa, dummo-
154 do colorata excuſat à contumacia, † *vt ſcribunt glo. in l. vn. §. fin. in verb. hoc iudicium, & ibi Cagn. num. 21. ff. ſi quis iuſdi. non obt. Barto. in d. l. fin. num. 11. in fin. ff. de in int. reſtit. Bald. in l. deberi. 6. num. 1. C. de fid. lib. Alex. in l. qui Romæ. 122. §. duo fratres. num. 19. ff. de verb. obligat. Tiraq. de pœn. cauſ. 43. num. 6. Decian. conſil. 14. num. 7. & conſi. 96. num. 14. vol. 3. Beret. conſi. 2. num. 6. Men. de recup. poſſ. remed. 5. nu. 55. & 56.* ſcilicet, quia contumacia tunc demum eſt vera, & punibi-
155 lis, cum habet in ſe contemptum, † *ſecundum Cagn. in d. l. vn. §. fin. num. 20. ff. ſi quis iuſd. non obt. & Decia. d. conſi. 14. num. 9. volu. 3.* qui non poteſt in eo conſiderari, qui motus eſt aliqua
156 cauſa, † *vt tradunt glo. in cap. metropolitanum. 2. q. 7. & Decia. d. conſi. 14. num. 10. vol. 3.* Sed prædicti iugales non acceſſerunt ad tribunalia Sereniſsimi Ducis, non per contemptum, ſed, quia Comes Albertus non putabat tutum ſibi futurum acceſſum, neque ſperabat, ſe conſecuturum iuſtitiā ab officialibus Sereniſsimi Ducis, vt nec vxor ex cauſa mariti. Debent igitur

audiri,

Digitized by Google

audiri, ſi nunc velint, ad ea tribunalia acce-
dere.

Tertiò facit, quia S. P. quando iuſſit prædi-
ctis iugalibus, vt accederent ad tribunalia Se-
reniſſimi Ducis, & ibi cauſam agerent, vel per
ſe, vel per procuratorem, ſine dubio cenſuit de
bere eos audiri: nam alioquin fruſtra eos remi
157 ſiſſet, quod eſt veriſimile. † *l. 1. §. vlt. ff. de ſeru.
ruſt. prædio.* Ex quo illud ſequi videtur, vt etiã
nunc ſint audiendi, quoniam nihil noui ſuc-
ceſſit, propter quod ſint ab audientia repellen
di vltra id, quod eis tunc tẽporis obiiciebatur.

Neque obſtare videtur, quod à die factæ re-
miſſionis paſſi ſint labi biennium, quia, cum à
S. P. non fuerit eis præfinitum certum tempus
intra quod deberent comparere coram prædi-
ctis officialibus, non debet hic temporis lapſus
eis obeſſe, vt poſe quorum in poteſtate fuit,
158 quando vellent agere. † *l. pure 5. §. vlt. ff. de
dol. excep. l. pen. C. de temp. in inte. reſt. l. qui in alte-
rius. 43. ff. de reg. iur.*

Quartò, & vltimo, ſi non Comes Albertus
at vxor ſaltem videtur audienda, quoniam fœ
159 mina excuſatur etiã à vera contumacia, † *vt
ſcribunt Alex. in l. 2. in prin. num. 5. ff. ſi quis in ius
voc. non ier. & Roll. conſi. 47. num. 42. vol. 2.* & hoc
exemplo ruſtici, & minoris, qui aduerſus con-
160 tumaciam reſtituuntur, *vt de ruſtico † cõſtat
ex d. l. 2. in prin. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & ibi
Alex. num. 4. Roll. d. conſi. 47. num. 42. vol. 2. Viu.
161 deciſ. 138. num. 38. de minore vero † ex l. minor
etiamſi quaſi 9. ff. de minor. & ſcribunt Alex. in d.
l. 2. in prin. num. 5. Roll. d. conſi. 47. num. 42. vol. 2.
Caph. conſi. 304. num. 40.*

Verùm his non obſtantibus verius eſt (niſi
Princeps humanitate, ſolitaque clementia mo
tus velit eos audire) nõ eſſe de iure audiendos.

Primò, ex vi nouarum conſtitutionum Pla-
centiæ, quibus cautum eſt, vt lapſis à die pro-
mulgati edicti poſt factam bonorum confiſca
tionem tribus, aut ſex menſibus pro varietate
perſonarum nullus amplius admittatur recur-
ſus, nullaque contradictio, quod decretum,
quoniam ſemper fuit in viridi obſeruantia, du-
bium non eſt, quia eos ab audientia excludat,
162 † *vt in terminis decreti ſimilis ait Pariſ. conſil. 1.
num. 54. vol. 1.* quippe, cum non ſolùm non cõ-
paruerint intra ſemeſtre, ſed ne quidem intra
triennium.

Secundò hoc etiam de iure communi pro-
cederet, quia vetus contumax non eſt audien-
163 dus. † *l. & poſt edictum. 73. §. fin. ff. de iudic. l. ſed
& ſi per prætorem 26. §. ait prætor verſi. ſed etſi. ff.
ex quib. cauſ. maio. l. contumacia. 53. in prin. ff. de re
164 iudic.* Neq; enim aut appellare poteſt. † *l. pro-
perandum. 11. §. cum autem. C. de iudic. d. l. & poſt
edictum. 73. §. fin. ff. eod. l. 1. & ibi glo. in verb. eius,
qui per contumaciam & Bart. num. 1. C. quor. app.
non recip. l. ex conſenſu 23. § fin. & ibi Barto. ff. de
appell. Bart. in l. 1. §. ſi aduerſus ante nu. 1. ff. quan.
appell. ſit Afflict. ſuper conſt. Regn. ſi quis poſt lit.
ſub Rub. 97. num. 4. Marant. in ſuo ſpecul. part. 6.
tit. de contuma. membr. 2. num. 19. Boer. deciſ. 206.
num. 8. & 10. Theſ. deciſ. 265. num. 3. Sol. in comm.
ad decr. nou. Sabau. tit. de contum. glo. 1. nu. 4. Viu.
deciſ. 138. num. 35. Valaſ. deciſ. 51. num. 37. Capy.
deciſ. 139. num. 2. M. Ant. de Amat. deciſ. 8. nu.
39. deciſ. 36. num. 1. & 7. & deciſ. 37. num. 9. & 16.
165 Farin. conſi. 85. nu. 22.* aut ſupplicare, † *vt ſcri-
bunt Ruin. conſi. 157. num. 18. vol. 5. Nat. conſilio
614. num. 4. Boer. d. deciſ. 206. num. 8. Theſ. d. deciſ.
265. num. 3. Sol. d. glo. 1. num. 6. Valaſ. d. deciſ. 51.
nume. 37.* aut petere in integrum reſtitutionẽ.
166 † *cap. ad petitionem de accuſat. Boer. d. deciſ. 206.
num. 8. Sol. d. glo. 1. num. 5.* Prædicti autem iuga-
les fuerunt veri contumaces non ficti, quia, li-
cet non fuerint citati perſonaliter, habuerunt
tamen veram notitiam edicti, *vti ſupra demon
ſtratum eſt*, quod ſufficit ad hoc, vt quis dicatur
167 vetus contumax. † *clem. cauſam. in fin. de elect.
d. l. ex conſenſu. 23. §. fin. & ibi not. Bart. num. 1. ff.
de appell. Bart. in l. 1. §. ſi aduerſus, ante num. 1. ff.
quand. app. ſit, & in l. fin. num. 11. verſic. quidam
eſt ſictus. ff. de in int. reſt. Alex. in d. l. properandum.
11. §. ſin autem reus num. 10. C. de iudic. Affli. ſup.
d. conſt. Regn. ſi quis poſt litem, ſub Rub. 97. num.
4. Marant. in ſuo ſpecul. part. 6. tit. de contu. memb.
2. num. 8. Tiraq. de retra. lignag. §. 9. glo. 2. nu. 42.
Roll. conſi. 47. num. 22. & ſeqq. vol. 2. Theſ. d. deciſ.
265. num. 5. Viu. d. deciſ. 138. num. 41. Sacc. conſilio
88. num. 16.* Non debent igitur audiri.

Tertiò multo magis hoc eſt dicendum in ca
ſu noſtro, in quo contumacia fuit non ſolùm
geminata, ſed etiam multiplicata; nam prædi-
cti iugales fuerunt Primò contumaces in non
redeundo, & parendo edicto. Secundo in non
comparendo perſonaliter, vel per procurato-
rem ad dicendum cauſas, quare bona non fuiſ
ſent legitimè confiſcata, tametſi ex vigore cõ-
ſtitutionum ducalium poſſent intra ſemeſtre
comparere. Tertiò fuerunt contumaces in nõ
parendo S. P. Clementi VIII. ad quem poſt fa
ctam bonorum confiſcationem recurrerant:
nam, cum is auditis cauſis, propter quas præ-
dicti iugales intendebant, ſe non teneri acce-
dere ad officiales Sereniſſimi Ducis, & cogni-
to, quod erant inanes, eis præcepiſſet, vt ad Se-
reniſſimum Ducem recurrerent, noluerunt
obedire, quinimo nouiſſimè, cum poſt obitũ
Clementis VIII. iterum recurriſſent ad S. P.
Paulum V. & is ab Illuſtriſſimis Cardinalibus
Arigonio, & Pamphilio, quibus rem commi-
ſerat, inſtructus de ſumma cauſæ, præcepiſſet
eis, vt recurrerent ad officiales Sereniſſimi Du
cis, vel per ſe, vel per procuratorem, noluerunt
huic præcepto parere, ſed paſſi ſunt labi tem-
pus duorum annorum, & demùm recurrunt ad
S. P. Quo fit, vt propter hanc contumaciam
geminatam, & multiplicatam, quæ magis gra
168 uat. † *Auth. qui ſemel, & ibi Bald. nume. 19. C.
quom. & quand. iud. Decia. conſi. 14. num. 2. & 3.
vol. 3. Sol. in d. tit. de contum. gl. 11. num. 2.* omnis
prorſus audientia ſit eis deneganda.

Quartò, & fortius hæc dicenda ſunt in his
iugalibus, qui non tantùm ſunt veri, ſed etiam
manifeſti, & expreſſi contumaces: nam mani-
feſtus contumax dicitur is, qui dicit ſe nolle
venire, quique proinde non eſt amplius citan-
169 dus, † *vt ſcribunt glo. in d. l. pen. & ibi Bar. num.
11. ff. de in int. reſt. Bar. in l. conſentaneum. 8. num.
10. & ibi Bald. nu. 14. C. quom. & quand. iud. Bar.
in l. ſi finita. 15. §. Iulianus. num. 8. ff. de dam. infe.
Bald. in l. deberi. 6. num. 1. C. de fideic. lib. Iaſ. in l.
qui Romæ. 122. in prin. num. 10. ff. de verb. oblig.
Boer. d. deciſ. 206. num. 6. Decian. conſil. 14. num. 4.
vol. 3. Sol. in d. tit. de contum. glo. 1. num. 2. Andr.
Gail. lib. 1. obſer. 132. num. 7. Natt. conſ. 287. num.
3. Menoc. conſi. 2. num. 182. Surd. conſ. 371. num. 9.
& conſi. 433. num. 24. Viu. d. deciſ. 138. num. 19.* &
prædicti iugales, licet verbis non expreſſerint,
ſe nolle

Digitized by Google

ſe nolle ire ad tribunalia Sereniſſimi Ducis,
hoc tamen expreſſerunt facto ipſo, quod ad eorum voluntatem exprimendam eſt potentius
170 verbis. † *l. reprehendenda. 5. C. de inſtit. & ſubſti. cap. dilecti 2. de appell. Decian. conſil. 46. num. 74. vol. 2. Ozaſ. conſi. 53. num. 5. Menoch. conſi. 110. num.* 2. Hanc autem voluntatem dicuntur expreſſiſſe eo ipſo, quod citati primùm ad dicendas cauſas, quare non eſſent bona legitimè cõfiſcata, recurrerunt ad S. P. tanquam ſuperiorem; Deinde, cum à S. P. Clem. VIII. fuiſſet eis præceptum de accedendo ad prædicta tribunalia, non obtemperarũt, ſed poſt eius mortem iterum habuerunt recurſum ad S. P. Paulum V. à quo ſimiliter iuſſi, vt redirent ad prædicta tribunalia non paruerunt, ſed poſt biennium iterum & nouiſſimè recurrunt: declararunt itaque ſe nolle ire ad prædicta tribunalia,
171 † *vt ſcribit Roſent. de feud. cap. 10. concl. 26. num.* 33. quo fit, vt tanquam manifeſti, & expreſſi contumaces nulla ratione ſint audiendi, quia
172 contra eos oritur exceptio peremptoria, † *vt ſcribunt glo. in clem. vn. in verb. manifeſte de dol. & contu. Bald. in l. diffamari 5. num. 7. C. de ingen. man. Andr. Gail. d. lib. 1. obſer. 132. nu.* 8.

Neque obſtant contraria: Ad primũ enim reſpondeo, imo prædictos iugales eſſe non ſolùm reos, ſed etiam manifeſtos contumaces, *vti demonſtrauimus in 2. & 4. fundamento.*

Ad ſecundum verò reſpondeo Primò, cauſam iniuſtam ita demum excuſare à contuma
173 cia, ſi ſit colorata, † *vt ait Decia. d. conſ. 14. nu. 7. & d. conſ. 96. num. 14. vol. 3.* ideſt, ſi habeat ſpeciem quandam, & imaginem veri, & ſit veriſimilis. Cæterum, ſi ſit manifeſtè iniuſta ita, vt cui ſuis etiam primo aſpectu appareat de eius
174 iniuſtitia, verius eſt non excuſare, † *vt ſcribũt Alex. conſ. 103. num. 14. vol. 1. Tiraq. de pœn. cauſ. 43. num. 13. Natt. conſi. 348. num. 11. Farin. conſ. crim. 31. num. 13. Roſent. de feud. cap. 10. conclu. 26. num.* 14. In caſu autem noſtro cauſa, quam allegant prædicti iugales, non ſolùm non habet aliquem colorem veri, aut veriſimilis, ſed etiam manifeſtè apparet iniuſta, & commentitia: nam aiunt, ideo ſe non veniſſe ad tribunalia Sereniſſimi Ducis, quia timebant, ne vis, aut perſonæ, aut cauſæ inferretur, quæ res haud dubiè de principe nec dici, nec præſumi poteſt, quippe, qui non cenſetur velle, niſi quod iuſtũ,
175 & æquum ſit. † *vt ſcribunt Iaſ. inter conſi. feud. conſi. 8. num. 16. Decian. conſ. 2. num. 108. volu. 1. Menoch. conſ. 158. num. 22.* adeo, vt contra huiuſmodi præſumptionem tanquàm iuris, & de
176 iure probatio non admittatur, † *vti videre eſt apud Natt. conſ. 487 num. 41. & Menoch. de præſump. lib. 2. præſ. 10. nu. 2.* quo fit, vt non debeat
177 propter huiuſmodi cauſam excuſari, † vt in ſpecie de eo, qui timet iniuſtitiam Principis *tradit Decia. conſ. 18. nu. 127. & 133. vol. 1.*

Secundò reſpondeo, cauſam iniuſtam excuſare, donec quis non intelligit, neque cognoſcit eius iniuſtitiam. Cæterum poſtea quam ſcire cœpit, aut debuit, eam eſſe iniuſtam, verius eſt, non excuſare, quia tunc, aut eſt in dolo, aut in ſupina ignorantia, quæ non excuſat.
178 † *l. nec ſupina. 6. ff. de iur. & fact. igno.* Sed in caſu noſtro, cum primum à S. P. Clemente VIII. fuerunt prædicti iugales iuſſi adire tribunalia Sereniſſimi Ducis non obſtãtibus cauſis, quas allegabant, ſine dubio ſcire potuerunt, & debuerunt, cauſas eſſe iniuſtas, & multo magis ab eo tempore, quo res iterum fuit diſcuſſa coram S. Pont. Paulo V. à quo pariter iuſſi ſunt adire præfata tribunalia. Non debent igitur propter huiuſmodi cauſas excuſari.

Tertiò reſpondeo, dato etiam, quod hæc ceſſarent, non tamen eos eſſe excuſandos, quoniã hic metus etiamſi eſſet iuſtus, non excuſaret eos, cum prouenerit, ex ipſorum culpa, *vti ſupra demonſtrauimus.* Multò igitur minus debet eos excuſare, cum ſit iniuſtus.

Ad tertium reſpondeo, fatendo, ſi tunc temporis acceſſiſſent ad tribunalia Sereniſſimi Ducis, debuiſſe audiri, non quia de iure fuiſſent audiendi, ſed quia Dux Sereniſſimus humanitate motus omnis dubitationis ex mente S. P. Pauli V. tollendæ gratia ſeſe paratum obtulerat eos audire; Verum, cum poſtea non paruerint, præcepto S. P. ſed poſt biennium iterum ad eum debuerint recurſum, propter hanc nouam contumaciam, quæ veteres magis grauat, verius eſt non eſſe audiendos.

Neque obſtat, quod S. P. non præfixerit tẽpus, intra quod deberent comparere, & ideo videatur in eorum arbitrio poſitum, quando velint agere, quia, præter id, quod tentari poſſet, tacitè cenſeri adiectum tempus ad contradicendum conſtitutionibus præfinitum, reſpondeo etiam, cenſeri eos, ſe priuaſſe hoc beneficio eo ipſo, quod nouiſſimè recurſum habuerunt ad eundem S. P. poſt biennium à die factæ remiſſionis: nam hoc modo declararũt, ſe nolle accedere ad prædicta tribunalia, & parere iuſſioni S. P. *ſecũdum ea, quæ ſupra diximus.* Quo fit, vt propter hanc ſolam contumaciã, quæ eſt notoria, & manifeſta ſint ab omni audientia penitus excludendi.

Ad quartum reſpondeo, non ſemper mulierem, aut ruſticum aduerſus veram contuma-
179 ciam reſtitui, † *vt ait Menoc. de arbitr. caſ. 153. num.* 8. ſed hoc remitti arbitrio iudicis, qui debet æſtimare qualitates, & ſingulas rei circunſtantias, quæ, ſi conſiderentur in caſu noſtro, dubiũ non eſt, quin ita grauent hanc Comitiſſam, vt omnimodo ſit à reſtitutione in integrũ excludenda: nam geminatio, & multiplicatio contumaciæ declarat manifeſtum Principis contemptum, qui debet coerceri.

Secundò reſpondeo, quòd dicitur, mulierẽ aduerſus veram contumaciam reſtitui, procedere in ea muliere, quæ non paret magiſtratibus, aut alijs iuſdicentibus. Cæterum, ſi non pareat Principi legem imponenti, aut aliud præcipienti, nulla eſt ratio, quæ ſuadeat, debere eã reſtitui, neque hoc aut iure, aut Doctoris alicuius authoritate comprobabitur, quia certum eſt, mulierem debere Principi ſuo tanquàm à Deo poteſtatem habenti obedire, *vti ſupra dictum eſt.* & conſequenter debere ſeruare leges
180 ab eo latas, nec excuſari à veris delictis, † *vt ſcribunt Dec. in l. 1. num. 2. C. de ſecun. nupt. & Menoch. conſi. 100. num.* 288. qualia ſunt ea, quæ cõmittuntur in non parendo eius edicto, Et hoc ad ſimilitudinem minoris, qui nec ipſe reſti-
181 tuitur aduerſus delictum. † *l. 1. C. ſi adu. del. l. ſi ex cauſa. 10. § nunc videndum. l. auxilium. 38. §. in delictis. ff. de minor.*

Nec obſtat, quod dici ſolet, mulierem, & minorem reſtitui aduerſus delicta commiſſa in
182 omittendo, † *vt not. in l. 2. C. ſi adu. delict. l. minoribus,*

norib. 6. C. de his, quib. vt indi. quia reſpondeo, in caſu noſtro contumaciam hanc, ſiue inobedientiam non continere merum delictum in omittendo, ſed & in committendo propter cō
183 temptum Principis, † *vt declarant Tiraquel. de pœn. cauſ. 44. num. 19. Menoc. d. conſ. 100. nu. 304. verſ. non obſtat ſecundum Roſent. de feud. cap. 10. conclu. 26. num. 16.*

Supereſt Tertia, atque poſtrema dubitatio: nam dato, quod his iugalibus, tanquam veris, & manifeſtis contumacibus audientia denegetur, quæſtionis eſt, an ob hoc ipſum poſſint ad S. P. recurrere. Sed, quoniam huius quæſtionis deciſio pendet ex iis, quæ latè dicta ſunt in præcedentibus, ideo breuiter agendo puto nō eſſe vllo modo admittendum recurſum.

Primò, quia tunc demū recurri poteſt, quando fuit denegata iuſtitia, non, quando facta, *vti latè demonſtratum eſt in prima dubitatione,* Et in caſu noſtro, licet his iugalibus audientia denegetur, non tamen dici poteſt denegata, ſed potius facta iuſtitia, quia, cum iuſtitiæ munus conſiſtat etiā in irrogandis pœnis, quæ
184 iure ſtatutæ ſunt. † *l. 1. in fin. pr. in. ff. de iuſtit. & iur. cap. non eſt innocentia. 23. q. 5.* & inter cæteras pœnas, quas in cōtumaces iura conſtituūt, connumeretur illa, vt contumacibus debeat
185 audientia denegari: † *l. & poſt edictum. 73. §. fin. ff. de iudic. l. ſed etſi per prætorem. 26. §. ait prætor verſ. ſed etſi, & ibi glo. ff. ex quib. cauſ. maio. & ſcribunt Alex. in l. 1. §. in operis num. 3. ff. de oper. nou. nunt. Iaſ. in l. iuſiurandum & ad pecunias. 34. §. ait prætor. nu. 2. ff. de iureiu. Maran. in ſuo ſpecu. iudic. part. 6. tit. de contum. membr. 2. nu. 17. Marc. deciſ. 15. nu. 5. par. 1. Theſſ. deciſ. 265. nu. 2. Franch. deciſ. 271. num. 1. & 10. Viu. deciſ. 11. nu. 5. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 12. num. 4. Surd. conſilio 360. num. 13.* Conſequens eſt, vt eo ipſo, quod magiſtratus denegat audientiam dicatur ius, atque iuſtitiam miniſtrare.

Secundò verò, ſi contumax ob hoc ipſum, quod ſibi denegatur audientia, poſſet recurrere ad ſuperiorem, ſequeretur poſſe quem per contumaciam id conſequi, quod aliàs ei non liceret: nam, ſi is, contra quem fiſcus criminalem aliquam inquiſitionem inſtituit, vellet huiuſmodi cauſam trahere ad ſuperiorem, & ſic declinare Principis ſui iuriſdictionem, quod ei de iure facere non licet, poſſet citatus perſonaliter non comparere, quo caſu, ſi poſt condemnationem ſecutam, vt verus contumax non audiretur, ob denegatam audientiam cauſam ipſam traheret ad ſuperiorem, & ſic per cōtumaciam conſequerētur ſuæ intentionis effectum, quem alio modo ſortiri non poſſet, quod vtique & abſurdum, & pernicioſum eſſet: neq; enim debet aliquis conſequi præmium ex ſuo
186 dolo. † *l. ſed etſi 11. §. interdum. ff. ad exhib. l. 1. in prin. ff. de dol. l. non fraudantur. ff. de reg. iur.*

Neque obſtat, quod propter denegatam audientiam detur recurſus, quia reſpondeo Primò, hoc ſimpliciter non eſſe verum: neque enim propter denegatam audientiam datur recurſus, ſed propter denegatam iuſtitiam, quæ multum inter ſe differunt: nam fieri poteſt, vt, licet audientia denegetur, non tamen dicatur denegari iuſtitia, *ſecundum ea, quæ diximus in primo fundamento.*

Secundò reſpondeo propter audientiam denegatam tunc demum dari recurſum, cum denegatur ſine cauſa, & iniuſtè. Cæterum, ſi denegetur ex iuſta cauſa, veluti propter contumaciam, nemo rectè dixerit, ob hoc admittendum eſſe recurſum ad ſuperiorem. Et hæc eſt mea de re tàm graui ſententia, quam, licet receptis DD authoritatibus, & opinionibus videar comprobaſſe, ſubiicio tamen ſaniori cuiuſque iudicio, ac potiſſimum ſanctiſſimæ ſententię S. P. noſtri, cuius authoritati, & poteſtati, tametſi temporali refragari, vt nemini decet, ita & multo minus ei, qui veram, & ſacroſanctam Romanam Eccleſiam in omnibus, & per omnia veneratur.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro D. Aloyſio Vimercato.

CONSILIVM VI.

ARGVMENTVM.

De conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, adiecta ſubſtitutioni vulgari, & per errorem omiſſa à notario, Et ex quibus coniecturis legatū tranſmittatur à legatario moriente viuo teſtatore.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta ſub conditione mortis eſt compendioſa.*
2 *Subſtitutio compendioſa continet etiam vulgarem.*
3 *Subſtitutio vulgaris poteſt etiam fieri in legatis, & fideicommiſſis.*
4 *Subſtitutio vulgaris locum habet, ſi primus non acquirat.*
5 *Legatum quaſi caducum fit, quoties legatarius moritur viuo teſtatore.*
6 *Diſpoſitio l. cum auus. 101. ff. de cond. & demonſt. ceſſat in vulgari.*
7 *Diſpoſitio d. l. cum auus, ceſſat in diſpoſitionibus tranſuerſalium.*
8 *Subſtitutio vulgaris facta ſub conditione, ſi primus deceſſerit ſine filijs, ceſſat eo mortuo viuo teſtatore relictis filijs.*
9 *Voluntas teſtatoris poteſt probari per teſtes etiam non teſtamentarios, vbi non agitur de inducenda noua diſpoſitione, ſed ſolum de declaranda diſpoſitione facta.*
10 *Notarij omiſſio non præiudicat veritati, de qua conſtat aliunde.*
11 *Tranſmiſſarius excludit ſubſtitutum.*
12 *Conditiones plures debent omnes verificari.*
13 *Legata, quæ deficiunt, manent apud hæredes, a quibus fuerunt relicta.*
14 *Legatum non tranſmittitur, niſi legatarius moriatur poſt diem cedentem.*
15 *Dies legati non cedit, niſi à morte teſtatoris.*
16 *Legata & fideicommiſſa tranſmittantur, vbi adſunt coniectura voluntatis teſtatoris.*
17 *Teſtator poteſt facere, vt id, quod non eſt tranſmiſſibile, tranſmittatur.*
18 *Legatum, vel fideicommiſſum tranſmittitur, vbi teſtator de filijs vocati mentionem fecit eos ponendo in conditione.*
19 *Tranſmiſſio ex coniecturis ita fit, ſi vocatus moriatur viuo teſtatore, ut, ſi pendente conditione.*

20 *Volun-*

20 *Voluntas teſtatoris poteſt probari etiam ex dictis extra teſtamentum.*
21 *Credulitas teſtatoris ſufficit ad inducendam tranſmiſſionem.*
22 *Credulitas teſtatoris magis attenditur, quam veritas.*
23 *Legatum, vel fideicommiſſum tranſmittitur cauſa ſeruandæ æqualitatis, ad quam teſtator reſpexit.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRopoſita conſultatio, licet vnica videatur, effectu tamen in ſe continet duas dubitationes. vnam, an legatũ 500. Duc. à D. Antonio Brignani relictum D. Margaritæ, quæ viua teſtatrice deceſſit, debeat ad DD. Matildam, & Antoniam eius ſorores, eidemque ſubſtitutas pertinere; Alteram verò dato, quod ad eas nõ pertineat, an cenſeatur tranſmiſſum ad eiuſdem D. Margaritæ filium, quem vnicum reliquit, an verò potius debeat apud hæredem inſtitutum remanere.

Et in prima quidem dubitatione videretur primo aſpectu dicendum, legatum debere ad ſorores ſubſtitutas pertinere, quia ſubſtitutio, per quam ipſæ fuerunt à teſtatrice vocatæ, eſt compendioſa, cum fuerit facta ſub conditio-
1 ne mortis, quæ compendioſam inducit, † *vt ſcribunt omnes in l. Centurio. 15. ff. de vulg. & in l. precibus. 8. C. de impub. & al. ſubſt. Pariſ. conſi. 92. num. 17. volum. 2. Soc. iun. conſi. 180. num. 18. vol. 2. Roll. conſ. 25. num. 15. vol. 1. Natt. conſi. 68. nu. 1. Decia. conſ. 41. num. 5. & 69. volum. 1. Craſſ. in §. ſubſtitutio. q. 60. num. 8. Menoc. conſ. 797. num. 41. Surd. conſ. 362. num. 26.* & ideo continet etiã
2 vulgarem, † *vt ſcribunt Bart. in d. l. Centurio 15. num. 32. ff. de vulg. Alex. conſ. 162. num. 1. vol. 2. Socin. ſen. conſ. 140. num. 5. volu. 1. Dec. conſ. 416. num. 6. Craſſ. in d. §. ſubſtitutio q. 61. num. 2. Peregr. de fideicom. artic. 15. num. 4.* non obſtante, quod facta ſit in legato: nam & in legatis, ac fideicommiſſis vulgarem ſubſtitutionem fieri
3 poſſe certum eſt. † *l. vn. §. ſi autem aliquid ſub conditione. C. de cad. toll. l. ſi legata. 7. C. de legat. l. vt heredibus. 51. ff. de leg. 2.* Cum igitur vulgaris ſubſtitutionis natura ſit, vt tunc locum habeat, cum is, cui facta fuit ſubſtitutio, relictum non
4 acquiſiuit. † *l. vn. §. pro ſecundo, & §. ſi autem aliquid ſub conditione. C. de cad. toll. §. 1. inſtitu. de pupil. & tradunt omnes in d. l. 1. ff. de vulg.* & D. Margarita non acquieſierit legatum, cum deceſſerit viua teſtatrice, quo caſu legatum dici-
5 tur factum quaſi caducum. † *d. l. vn. §. prò ſecundo. C. de cad. toll.* Conſequens videtur, vt cenſeatur factus locus ſubſtitutioni vulgari, & cõſequenter, vt DD. Matilda, & Antonia cenſeantur ad hoc legatum vocatæ per vulgarem ſubſtitutionem.

Nec eis videtur obſtare, quod D. Margarita legataria reliquerit filium ſuperſtitem, quia cum in teſtamento non fuerit facta mentio filiorum, ſed ſimpliciter fuerint ſorores inuicem ſubſtitutæ, ſi deceſſerint, non videtur talis conditio ſubaudienda, tum quia diſpoſitio Papiniani. *in l. cum auus. 101. ff. de condit. &*
6 *demonſt.* ceſſat in vulgari ſubſtitutione, † *vt ſcribunt Dec. conſi. 416. num. 5. & conſi. 529. num. 8. Curt. iun. conſ. 33. num. 1. & 9. Soc. iun. conſi. 100. num. 2. volu. 1. Gabr. in tit. de fideicom. conclu. 2. num. 7. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 10. tit. 8. num. 10. Peregrin. de fideicom. artic. 24. num. 95.* tum etiam, quia ceſſat in diſpoſitionibus factis à
7 tranſuerſalibus, † *vt ſcribunt Alex. conſ. 38. num. 2. vol. 1. Iaſ. in l. generaliter 6. §. cum autem col. 4. verſ. 6. limita C. de inſtit. & ſubſti. Dec. d. conſ. 529. num. 7. Gabr. in d. tit. de fideicom. concl. 2. num. 46. Cepo. conſi. 576. num 16. Mantic. d. lib. 10. titu. 8. num. 25. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 24.* cuiuſmodi erat D. Antonia teſtatrix.

Verùm his non obſtantibus, puto de iure verius non eſſe locum ſubſtitutioni ſtante ſuperexiſtentia filii, quem D. Margarita ſuperſtitem reliquit: nam, quoties vulgaris ſubſtitutio fuit alicui facta ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis, non ſolùm excluditur ſubſtitutus, ſi primo loco vocatus acquirat ſibi relictum,
8 ſed etiam, ſi relinquat filios, † *vt eſt caſus in l. Lucius. 85. ff. de hær. inſtit. & ibi not. omnes, & ſcribunt etiam Soc. ſen. conſ. 140. nu. 8. verſ. his tamen vol. 1. Alcia. conſi. 37. num. 1. & conſ. 56. num. 1. lib. 9. Crau. conſ. 243. num. 2. verſ. ſed pro maiori, Peregr. de fideicom. artic. 15. num. 7.* nam teſtator ita diſponendo non ſolùm patrem præfert ſubſtitutis, ſed etiam eius filios. *d. l. Lucius. 85. in fin.* Sed in caſu noſtro D. Antonia teſtatrix ſubſtituit inuicem ſorores, ſi deceſſerint ſine filiis, vt depoſuerunt duo teſtes, teſtamentarii, & tertius præſens teſtamento, licet non teſtamentarius, quorum dicta in caſu noſtro ſufficiunt ad probandum, cum non tractetur de inducenda noua diſpoſitione, ſed ſolùm de declaranda voluntate teſtatoris circa diſpo-
9 ſitionem factam in teſtamento ſolemni. † *l. hæredes palam. 21. §. ſi quid poſt factum, & ibi Bart. num. 4. Caſtr. num. 13. & alij communiter ff. de teſtam. Alex. conſ. 100. num. 12. vol. 4. Curt. iun. conſ. 56. num. 10. Pariſ. conſ. 94. num. 46. vol. 2. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 3. tit. 1. num. 12. & plenius lib. 12. tit. 16. num. 2. Maſcar. de prob. conclu. 486. num. 1. & 2. late Surd. conſ. 129. num. 28. in fin. & 31.* Et, quamuis notarius omiſerit per errorem illa verba, ſine filiis, non tamen eius omiſſio, debet præiudicare veritati, de qua conſtat ex
10 dictis teſtium. † *l. errore. 7. C. de teſta. Caſtr. conſ. 18. num. 2. volu. 2. Surd. d. conſ. 129. num. 1.* Nec debet præualere voluntati teſtatoris, quæ erat, vt ita demum vocarentur ſubſtitutæ, ſi D. Margarita nullis relictis liberis deceſſiſſet. Debent igitur excludi per ſuperexiſtentiam filij, maximè, quia, cum in eum cenſeatur tranſmiſſum ius legati, *vt latè demonſtrabo in ſequenti dubitatione*, non poteſt haud dubiè locus eſſe ſubſtitutioni, quoniã tranſmiſſarius excludit ſub-
11 ſtitutum. † *l. vn. C. de his, qui ant. aper. tab. & ſcribunt Bart. in l. 1. num. 20. & ibi Iaſ. nu. 35. & ſeqq. & alij communiter. ff. de vulg. Alex. conſ. 79. num. 3. volum. 6.*

Neque obſtant cõtraria, quoniam ex ſupradictis reſponſio patet: Nam, quod dicitur vulgarem ſubſtitutionem habere locũ, ſi primus decedat viuo teſtatore, procedit, ſi vulgaris facta ſit ſimpliciter, ſecus verò ſi ſub conditione, ſi primus deceſſerit ſine filiis: nam tunc, quia cenſetur facta ſub duplici conditione, ſi nempe primus non agnouerit, & præterea, ſi deceſſerit ſine filiis, ideo non aliter locum habere poteſt, quam, ſi vtraque conditio verificetur.
12 † *l. ſi hæredi plures. 5. ff. de cond. inſtit. l. quidam teſtamento.*

ſtamento.30.ff. de vulg.§.ſi plures inſtit. de hæred. inſtit. Quamobrem liberis relictis excluditur ſubſtitutus. *d.l.Lucius.85.ff.de hær. inſti.*

Nec obſtat, quod diſpoſitio *l.cum auus*, ceſſet in vulgari, & in diſpoſitionibus factis à tráſuerſalibus, quia reſpondeo hoc procedere in conditione tacita, & à lege ſubintellecta, nos verò loqui de conditione expreſſa à teſtatore, licet per errorem à notario omiſſa, quæ tàm in vulgari, quàm in fideicommiſſaria apponi poteſt. *d.l. Lucius*, & tàm in tranſuerſalis, quam in alterius cuiuſque diſpoſitione. *d.l. Lucius.*

Secunda ſuccedit dubitatio, poſita ſubſtitutarum excluſione, nunquid huiuſmodi legatũ debeat ad filium D. Margaritæ pertinere.

Videretur autem prima facie dicendum, nõ ad eum debere pertinere, ſed ad hæredem inſtitutum, apud quem remanent omnia relicta, quæ deficiunt: nam, vbi legatarius moritur viuo teſtatore, legatum fit quaſi caducum, & remanet apud hæredem, à quo fuit derelictum.
13 † *l.vn.§.proſecundo. C.de cad.toll.* Nec enim intelligi poteſt tranſmiſſum ad hæredes legatarij, cum tranſmiſſio non fiat, niſi legatarius mo-
14 riatur poſt diem legati cedentem. † *l.ſi poſt diẽ 5.in prin.ff.quand.dies leg. ced.* & dies cedere nõ
15 intelligitur, niſi à morte teſtatoris. † *d.l. vn.§. cum igitur. C.de cad.toll.*

Verùm his non obſtantibus contrarium de iure verius eſſe puto, cenſeri ſcilicet huiuſmodi legatum ad filium D. Margaritæ tranſmiſſum, quia, licet regulariter legata, & fideicommiſſa non tranſmittantur, ſi vocatus moriatur viuo teſtatore, aut etiam pendente conditione legati, vel fideicõmiſſi, hoc tamen fallit, quando conſtat de contraria voluntate teſtatoris,
16 adeo, vt ſufficiant etiam coniecturæ, † *vt ſcribunt Soc.ſen. conſ.6.num.11. vol.3. Iaſ.conſi.154. col.3.verſ. moueor in primis vol.4.Curt.iun.conſi. 258.num.16.Pariſ.conſi.66.num.76.vol.3. Ruin. conſi.145.num.6.vol.2.Dec.conſi.515.in prin. Alcia.conſi.145.num.1.lib.9. Soc iun.conſ.141.num. 20.vol.2.Crau.conſ.306.num.3.verſ.Hoc ita præſuppoſito Menoch. conſ.200.num.81. Peregrin. de fideicom. artic.31.num.9.* nam teſtator poteſt facere, vt id, quod non eſt tranſmiſſibile, tranſ-
17 mittatur, † *vt ſcribunt Bald. in l.ſi pater.4.num. 19.C.de inſtit.& ſubſtit. Pariſ.conſ.66.nu.31.vol. 3.Ruin. conſ.156.num.4.vol.2. Dec.conſ.515.nu. 1. Nat.conſ.vlt.num.2.Ceph.conſ.16.num.39.* In caſu autem noſtro conſtat talem fuiſſe voluntatem teſtatricis ex pluribus, &

Primò ex eo, quia de liberis D. Margaritæ fecit mentionem ponendo eos in conditione, *ſecundum ea, quæ dicta ſunt in præcedenti dubitatione:* Nam hæc dicitur ſufficiens coniectura ad inducendã legati, vel fideicommiſſi tranſ-
18 miſſionem, † *vt ſcribunt Bald. in d. l. ſi pater.4. num.19.C.de inſtit.& ſubſtit. Soc.ſen.conſ.6.num. 12.vol.3. Iaſ. conſi.154. col.3. verſ. moueor in primis vol.4.Dec.conſ.369.num.1.& conſ.574.num. 4.late Menoch.d.lib.4.præſ.201.num.97. Pereg.de fideicom. d.arti. 31. num.10. & 12.* Et, licet DD. ſupraſcripti loquantur de eo, qui deceſſit pendente conditione, procedunt tamen eorum dicta etiam in eo, qui deceſſit viuo teſtatore: Nam ex coniecturis ita fit tranſmiſſio à decedente viuo teſtatore, vt à moriente pendente
19 conditione, † *vt ſcribunt Ruin. conſ.28. num.5. verſ.non obſtant vol.2.Dec.conſi.369.nu.1.Mantic.de coniec. vlt. vol.lib.11.tit. 20.num.29. Menoc. d.lib.4.præſ.201.num.81.*

Secundò talem fuiſſe voluntatem teſtatricis conſtat ex eius dictis tàm ante, quàm poſt teſtamentum, ex quibus voluntas teſtatoris pro-
20 bari, & declarari ſolet, † *vt ſcribunt Bar. in l. 2. in prin. num.40.ff.de vulg. Alex.conſ.100. nu.10. vol.4.Ruin.conſ.192.num.5.vol.2. Pariſ.conſ.79. num.12.vol.2.Ceph.conſ.525.nu.51. Decia.conſ. 37.num.33.vol.1. Mantic. de coniec.vlt.vol.lib.3. tit.1.num.4. Peregr.conſ.35.num.4.volu.3.* Nam antè teſtamentum declarauit, ſe velle relinquere legatum DD. Margaritæ, Matildæ, & Antoniæ, & eas inuicẽ ſubſtituere, ſi deceſſerint ſine filiis, quia, ſi habuiſſent filios intentio ſua erat, vt illi ſuccederent in legato matri relicto, vt deponunt omnes teſtes examinati, poſt teſtamentum verò, cum audiuiſſet D. Margaritam deceſſiſſe relicto filio, dicitur hæc verba protuliſſe, *manco male, che vi è reſtato vn puttino*, vt ait quintus teſtis, ſiue, *vn herede*, vt ait primus, &, vt quartus, *vn herede del legato*, quibus omnibus verbis ſentiebat, (vt ijdemmet teſtes deponunt) de hærede ſucceſſuro in legato à ſe relicto, & ſic declarabat, ſe habere pro certo, tale legatũ ad filium eius debere pertinere, quæ ſola credulitas teſtatoris ſine alia declaratione voluntatis ſufficeret ad inducendam tranſmiſſionem,
21 † *vt ſcribunt Alcia.conſ.145.nu.4 lib.9. & Menoc. d.lib.4.præſ.201.nu.106.* Nam credulitas teſta-
22 toris magis attenditur, quam veritas. † *l.ſeruo manumiſſo.58.ff.de condi.indeb.l. quo loco.20.§.1. ff.de hær.inſtit.& ſcribunt Alcia.& Menoc.in præallegatis locis:* Quanto igitur magis debet tranſmiſſionẽ operari, ſtãte volũtatis declaratione ſæpius facta, vt ijdemmet teſtes depoſuerunt:

Tertiò confirmatur hoc ex eo, quia, niſi diceremus, huiuſmodi legatum cenſeri tranſmiſſum ad filium D. Margaritæ, magna naſceretur inæqualitas inter has neptes, & earum deſcendentes: Nam deſcendentes aliarum ſororum haberent non ſolùm legata ſuis matribus relicta, ſed etiam legatum relictum D. Margaritæ, Filius verò ipſius D. Margaritæ nihil prorſus haberet ex bonis teſtatricis, quod vtiq; eſſet contra mentem ipſius, quippe, quę voluit inter ſuas neptes, & earum deſcendentes æqualitatem ſeruare: Nam omnibus legauit, & quidẽ parem ſummam, omnes inuicẽ ſubſtituit, ſub pari cõditione, ſi nempe deceſſerint ſine filijs, ex quo patet, eam voluiſſe æqualiter omnibus filijs legatariarum proſpicere; Debet igitur ex hoc colligi coniectura voluntatis ſufficiẽs ad inducendam tranſmiſſionem, quia, quando apparet teſtatorem voluiſſe inter vocatos ſeruare æqualitatẽ, &, niſi fiat tranſmiſſio, magna naſcitur inæqualitas, cenſetur potius voluiſſe tráſmitti ſuam diſpoſitionem ad hæredes vocato-
23 rum, quam ſeruari inæqualitatem, † *vt ſcribũt Ruin.conſ.145. nu.6.vol.2. Soc iun.conſ.63.nu.4. verſ.quibus, vol.4. Menoc.conſ.209.nu.15.& conſ. 610.nu.21.Pereg.de fideic.art.31.nu.9.& conſ.69. nu.21. vol.3.*

Ex quibus facile eſt reſpondere ad cõtraria: Nam ea procedunt, niſi conſtet de cõtraria voluntate teſtatoris, prout conſtat in caſu noſtro: tunc enim tranſmittitur legatum, etiamſi legatarius moriatẽ viuo teſtatore, *ſecundũ ea, quæ diximus.* Et ita iuris eſſe concludo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

In

In eadem cauſa.

CONSILIVM VII.

ARGVMENTVM.

Quot teſtes requirantur ad probandam condi-
tionem expreſſam à teſtatore, ſed omiſſam à
notario, Et an tunc dicatur tractari de proban
da ſubſtantia, an verò qualitate diſpoſitionis.

SVMMARIVM.

1 *Probatio voluntatis non ſcriptæ in teſtamento,
quot teſtes requirat.*
2 *Conditio non diſponit.*
3 *Conditio eſt qualitas diſpoſitionis.*
4 *Qualitas diſpoſitionis duobus teſtibus probatur.*
5 *Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, non ſcripta a no-
tario probatur duobus teſtibus.*
6 *Tranſmiſſarius non venit, tanquam ad legatum
proprium, ſed tanquam ad alienum.*
7 *Teſtes non probant ſubſtantiam diſpoſitionis, niſi
fuerint præſentes teſtamento, & rogati.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DVBITATIONIS exci-
tatæ reſolutio non in eo con
ſiſtit, vt videamus, quot te-
ſtes requirantur ad proban-
dam voluntatem teſtatoris,
de qua non conſtat ex ipſo
teſtamento, quia certiſſima
& receptiſſima eſt DD. diſtinctio, vt, ſi tracte-
tur de probanda ſubſtãtia ipſius diſpoſitionis,
tot teſtes requirantur, quot ſunt neceſſarij in ip
ſo diſpoſitionis actu, & ſic requirantur ſeptem
teſtes, ſi tractetur de diſpoſitionibus teſtamen-
tarijs, vel, quinque, ſi de cæteris. Quod, ſi cõſtet
de ipſamet diſpoſitione, & tractetur ſolùm de
probanda aliqua qualitate, vel circunſtantia,
ſeu accidente, ſine quo fortaſſis non poſſet di-
ſpoſitio teſtatoris ſuũ ſortiri effectum, vel ſal-
tem eo modo, quem teſtator cogitauit, & vo-
1 luit, tunc ſufficiant duo teſtes. † *Ita enim diſtin-
guunt omnes, quos adduxi in prioribus allegatio-
nibus, quibus addo Bart. in l. 1. nu. 2. C. de codic. &
in l. cum proponebatur. 66. num. 3. ff. de leg. 2. Alex.
conſ. 100. num. 12. vol. 4. Iaſ. in l. errore. 7. num. 7.
C. de teſtam. Mantic. de coni. vlt. vol. lib. 12. tit. 16.
num. 2. Maſcar. de probat. conclu. 486. num. 1. & 2.
qui profitetur, hanc eſſe communem, & ab omnibus
receptam diſtinctionem, vt proinde non ſit de hac re
dubitandum,* ſed dubitatio conſiſtit in eo, nun-
quid nos hic tractemus de probanda ſubſtan-
tia diſpoſitionis, an verò de probãda eius qua-
litate, & circumſtantia; Et, vt liberè dicam, pu
to non ſolùm de iure verius eſſe, ſed etiam in-
dubitatum, nos hic tractare de probanda qua-
litate, & circumſtantia diſpoſitionis, quæ duo-
rum teſtium numero contenta eſt, nõ vero de
probanda ipſa diſpoſitione, ſiue ipſius ſubſtan
tia, quæ maiorem teſtium numerum expoſtu-
lat: Nam diſpoſitio ipſa remanet probata ex
teſtamento, ſiue loquamur de legato 500 Duc.
facto D. Margaritæ, de quo apparet ex claris te
ſtamenti verbis, ſiue etiam loquamur de ſubſti
tutione facta in eodem legato ad fauorem ſo-
rorum ipſius D. Margaritæ de qua pariter con
ſtat ex ipſo teſtamento: Itaque non tractamus
de probanda ſubſtantia diſpoſitionis, ideſt, de
probando legato, aut ſubſtitutione, ſed tantùm
de probanda qualitate, & circunſtantia diſpo-
ſitionis, quia dicimus primò, conditionem, ſi
deceſſerit ſine filiis, licet non legatur in ſubſti-
tutione facta D. Margaritæ, fuiſſe tamen ex-
preſſam à teſtatore, ſed omiſſam à notario, &
ſic tractamus de probanda conditione, quæ nõ
2 eſt diſpoſitio (nec enim conditio diſponit. † *l.
ſi quis ſub conditione. 8. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.*)
3 ſed eſt qualitas diſpoſitionis † *l. in repetendis.
61. & ibi Bart. ff. de leg. 3. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus.
126. §. Chryſogonus num. 50. ff. de verb. obl. Alcia.
in l. cum ad præſens 37. num. 1. ff. ſi cert. pet. & in l.
debitori. 7. num. 2. C. de pact.* ideoque duobus te-
ſtibus probari poteſt: Nam generaliter, quoties
tractatur de probanda qualitate diſpoſitionis,
4 duo teſtes ſufficiunt, † *ex doctr. Bart. in d. l. cum
proponebatur. 66. num. 3. ff. de leg. 2. Iaſ. in d. l. erro-
re, 7. num. 7. C. de teſtam. Mantic. d. lib. 12. titu. 16.
num. 9. & 11. Surd. d. conſ. 129. num. 28. verſic. &
quicquid, & num.* 31. Et in ſpecie de probanda
conditione, ſi deceſſerit ſine filiis dicta à teſta-
tore, ſed non ſcripta a notario, vt ſufficiãt duo
5 teſtes. † *ſcribit Alex. d. conſ. 100. num. 1. iuncto
num. 12. vol. 4.* Deinde dicimus legatum reli-
ctũ D. Margaritæ cenſeri tranſmiſſum ad eius
filium, quoniam talis fuit voluntas teſtatricis,
vt apparet ex eo, quod de filijs D. Margaritæ
cogitauit ponendo eos in conditione, & etiam
probatur ex dictis eius poſt teſtamentum: Itaq;
non tractamus etiam de probanda ſubſtantia
diſpoſitionis, aut noua diſpoſitione, quia lega
tum, quod tranſmittitur, non eſt nouum, ſed
idem, quod fuerat relictum defuncto, & hæres
legatarij, qui venit iure tranſmiſſionis, dicitur
venire non ad legatum proprium, ſed ad alie-
6 num. † *l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. & ibi Bal. not.
ff. de leg. 1. l. ſi mihi, & Titio. 57. ff. de leg. 2.* Non tra
ctamus igitur de noua diſpoſitione, ſed de cir-
cumſtantia, & declaratione voluntatis teſtatri
cis circa veterem diſpoſitionẽ, Quo fit, vt duo
teſtes ſufficiant, ſecundum regulam ſupradi-
ctam.

Nec obſtat, quod tractemus de admittenda
ad legatum noua perſona, quæ alioquin non
admitteretur, ſi talis conditio non fuiſſet appo
ſita, & ſic videamur tractare de noua diſpoſi-
tione, aut ſaltem de nouo effectu, & diuerſo
ab ijs, qui reſultabant ex diſpoſitione teſtamẽ
taria, quia reſpõdeo imo certum eſſe, nos non
tractare de noua diſpoſitione, quia tractamus
de tranſmiſſione legati relicti, & de apponen-
da conditione ſubſtitutioni factæ ſimpliciter,
quæ res, *vt ſupra dictum eſt*, non continent no-
uam diſpoſitionem, ſed qualitatem, & circum
ſtantiam veteris diſpoſitionis.

Et, licet admittatur noua perſona, non ta-
men ob hoc dicitur noua diſpoſitio, quia per-
ſona, quæ admittitur, non vocatur ex perſona
propria, ſed ex perſona defunctæ, nec vocatur
tanquàm ad diſpoſitionem diuerſam, ſed tan-
quam ad eandem, ideſt, ad idem legatum reli-
ctum matri ſuæ *d. l. ſi mihi, & tibi, d. l. ſi mihi, &
Titio.*

Denique non obſtat, quod ſaltem tractetur
de effectu nouo, & diuerſo ab ijs, qui reſulta-
bant

Digitized by Google

barit ex diſpoſitione ſcripta, q̃a reſpõdeo, hoc non debere attendi: Nam certum eſt, probata qualitate aut circumſtantia non ſcripta in teſtamento, ſemper effectum diuerſum reſultare, vt puta, ſi diſpoſitio ſcripta ſit pura, & probetur qualitas conditionis, dubium non eſt, quin effectus ex probatione reſultans ſit diuerſus ab eo, qui reſultaſſet ex diſpoſitione ſcripta, quemadmodum & in omnibus caſibus, in quibus aliqua circumſtantia non ſcripta in teſtamento probatur, vt voluntas teſtatoris in excludenda matre per tacitam pupillarem *apud Bart. in l. 1. nu. 40. ff. de vulg.* vel in comprehendendis prælegatis in fideicommiſſo vniuerſali *apud Pariſ. conſ. 79. nu. 12. vol. 2.* nam in iis, & ſimilibus caſibus probatio voluntatis defuncti operatur diuerſum effectum ab eo, qui reſultaſſet non facta probatione, & tamen certum eſt, tales qualitates, & circumſtãtias poſſe per duos teſtes probari. Non attenditur ergo in hac re, vtrum effectus ſit diuerſus, ſed vtrum id, quod probatur, reſpiciat diſpoſitionis ſubſtantiam, an verò qualitatem, aut aliam circumſtantiam, quoniam effectus venit in conſequentiã, ideoque nõ eſt attendẽdus. *l. 1. in prin. ff. de auth. tut.*

Hinc fit, vt non poſſit non eſſe ſuperuacua inquiſitio, an ſint neceſſarij ſeptẽ teſtes, an verò quinq; ſufficiant, quoniam hæc eſſet neceſſaria, ſi tractaretur de noua diſpoſitione, cum alioquin ex ſuperioribus conſtet, tractari de qualitate, & circumſtantiis.

Et ſimili modo non eſt mihi laborãdum in diſcutiẽdo, vtrum dato, quod eſſent neceſſarij quinq;, ſufficiant tres deponentes de ſubſtãtia diſpoſitionis, & duo præbentes adminicula, ſtãte, q̃ res agitur corã arbitratore, quia præter id, quod, vti dixi, talis diſcuſſio ſuperuacua eſt, cũ hic non tractetur de probãda ſubſtantia diſpoſitionis, certi quoq; iuris eſſet, vbi tractaretur de probanda ſubſtantia, non ſufficere dicta horũ teſtiũ, quia non fuerunt oẽs præſentes teſtõ; nec rogati, vt eſt neceſſariũ, cum agitur de pro
7 banda diſpoſitione, † *vt videre eſt apud Mant. d. lib. 12. tit. 16. nu. 12.* Quamobrem conſultius, & iuri magis congruum eſt, ſuperiori rationi adhæreſcere, vtpote, quæ verior eſt; & propterea quam concludo, prout dixi in ſuperioribus allegationibus, ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro DD. Sara, & Iuditha de Reghinis.

CONSILIVM VIII.

ARGVMENTVM.

Donatio, quando cenſeatur inter viuos, vel cauſa mortis, &, quando donatio cauſa mortis ad hæredes tranſmittatur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus non debet æſtimari à denominatione partium, ſed ab effectu, & à re ipſa, & num. 22. Declara, vt nu. 35.*

2 *Spectari potius debet, quod agitur, quam, quod dicitur.*

3 *Mens ſemper prævalet verbis.*

4 *Donatio inter viuos tranſmittitur ad hæredes præmoriente donatario.*

5 *Donatio cauſa mortis non tranſmittitur præmoriente donatario, & nu. 49.*

6 *Donatio cenſetur inter viuos non cauſa mortis, ſi facta ſit mentio mortis, Declara vt nu. 37. verſ. Non obſtat & nu. ſeqq.*

7 *Donatio cenſetur inter viuos non cauſa mortis, ſi donãs promittat, non contrauenire, Declara, vt nu. 38. & ſeqq.*

8 *Donatio cenſetur inter viuos, non cauſa mortis, ſi addita ſit clauſula conſtituti, Declara, vt numero 42.*

9 *Donatio cenſetur inter viuos, non cauſa mortis, ſi addita ſit clauſula, Ad habendum &c. Declara, vt num. 42. verſ. 4.*

10 *Donatio cenſetur cauſa mortis, non inter viuos, vbi expreſſe dictum eſt, donari cauſa mortis, maxime ſi bis, aut ſæpius ita dictum ſit nu. 15.*

11 *Donatio cenſetur inter viuos, licet facta ſit mentio mortis, quando dictum eſt, donari inter viuos.*

12 *Contractus talis iudicandus eſt, qualem verba demonſtrant.*

13 *Contractus talis iudicandus eſt, qualis in prima ſui figura apparet.*

14 *Verba vbi clara ſunt, non eſt admittenda quæſtio voluntatis.*

16 *Donatio facilius cenſetur cauſa mortis, ſi ita ſit vocata in diſpoſitiuis, quam ſi in executiuis.*

17 *Teſtes duo ſufficiunt in donationibus inter viuos, & omnibus contractibus.*

18 *Teſtes quinque requiruntur in donationibus cauſa mortis.*

19 *Donationem cauſa mortis velle facere cenſetur, qui adhibet quinque teſtes.*

20 *Donationem inter viuos velle facere cenſetur, qui duos tantum adhibet teſtes, etiam ſi faciat mentionem mortis.*

21 *Donatio facta ſimpliciter cenſetur inter viuos.*

23 *Pactum contra naturam ſubſtantialẽ mutat contractum in aliam ſpeciem.*

24 *Donatio inter viuos eſt irreuocabilis.*

25 *Donatio inter viuos eſt contractus.*

26 *Contractus ab initio ſunt voluntatis ex poſt facto neceſſitatis.*

27 *Donatio cauſa mortis ſui natura eſt reuocabilis.*

28 *Donatio inter viuos efficitur cauſa mortis, ſi fiat pactum, vt poſſit arbitrio donantis reuocari.*

29 *Donatio cauſa mortis tranſit in donationem inter viuos, ſi fiat pactum, ne poſſit reuocari.*

30 *Oppoſitorum oppoſita eſt ratio.*

31 *Contractum illum quis facere cenſetur, cuius naturæ congruunt pacta appoſita.*

32 *Donatio propter defectum inſinuationis eſt nulla.*

33 *Interpretatio in dubio facienda eſt, vt donatio potius valeat, quam, vt pereat.*

34 *Interpretari potius debemus donationem eſſe cauſa mortis, quam inter viuos, ſi aliter intellecta, eſſet nulla.*

38 *Clauſula poſita in executiuis cenſentur potius adiecta de ſtilo notariorum, quam de voluntate partium.*

39 *Promiſſio de non contraueniendo poſita in executiuis non facit, vt donatio cauſa mortis tranſeat in donationem inter viuos.*

40 *Promiſſio de non reuocando, & promiſſio de non contraueniendo multum differunt.*

41 *Promiſſio de non contraueniedo donationi cauſa mortis, quomodo intelligatur.*

43 *Tranſmiſſio eſt potior iure accreſcendi.*
44 *Legatum annuum tranſmittitur, ſi facta ſit mentio hæredum.*
45 *Hæredum mentio facta in donatione cauſa mortis operatur eius tranſmiſſionẽ, Sed contra n. 50.*
46 *Conditiones plures, ſi coniunctim adyciantur, omnes impleri debent.*
47 *Coniuncti re, & verbis dicuntur, qui ad eandem rem vocantur in eadem oratione partibus non factis a teſtatore.*
48 *Ius accreſcendi locum habet etiam in donatione cauſa mortis.*
51 *Hæredum mentio cur facta intelligatur in donatione cauſa mortis, quando dictum eſt, quod donatario præmoriente euaneſcat donatio?*
52 *Vltimæ voluntates non poſſunt ſtare in ſuſpenſo.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

ET facto, quod proponitur, duæ naſcuntur excutiendæ dubitationes, vna, an donatio, qua de agitur, cenſenda ſit inter viuos, an verò cauſa mortis, Altera verò, dato, quod debeat cenſeri cauſa mortis, an pro parte, quæ ſpectabat ad ſororem præmortuam donatori, intelligatur ad hæredes tranſmiſſa, ſtantibus donationis verbis, an verò, quaſi caducata debeat ad alias ſorores per ius accreſcendi pertinere.

Et in prima quidem dubitatione videretur
primo aſpectu dicendũ, hanc donationẽ eſſe
cenſendã inter viuos, non verò cã mortis, non
obſtante, ꝙ in inſtrõ legantur hæc verba, *Dedit*
donauit, & tradidit, ac conceſſit titulo, & ex cauſa
donationis cã mortis, quia qualitas eius, ꝙ gerit,
non debet æſtimari a denominatione partiũ,
1 ſed ab effectu, & a re ipſa. † *l. inſula 6. ff. de pſer.*
verb. l. ſed ſi poſſeſſori. 11. §. itẽ ſi iurauero. ff. de iure
iu. l. ſi vno. 17. in prin. ff. locat. & ſcribũt Bal. in l. 2.
nu. 2. C. commod. Dec. conſ. 303. nu. 2. Pariſ. cõſ. 20.
nu. 62. conſ. 32. nu. 43. conſ. 78. nu. 11. vol. 1. et conſ.
12. nu. 5. vol. 2. Nat. conſ. 49. nu. 13. & conſ. 403. n.
4. Purp. conſ. 40. n. 8. conſ. 267. n. 49. & conſ. 402. n.
60. Crau. conſ. 214. n. 1. Roll. conſ. 96. nu. 1. vol. 2. &
conſ. 69. nu. 40. vol. 3. Nam, quoties aliud agitur,
aliud dr̃, debet potius ſpectari, ꝙ agitur, quã, ꝙ
2 dr̃ † *l. vlt. C. quæ res pign. obl. poſ. l. promittendo 42.*
in prin. ff. de iur. dot. l. pen. ff. ad exhib. l. pater Seueri
nam 100. in prin. ff. de cond. & dem. l. cũ virum. 16.
C. de fideic. l. 3. § conditio. ff. de adim. leg. qm̃ mens
3 ſemper eſt potior verbis. † *l. Labeo. 7. ff. de ſupp.*
leg. Sed in propoſita ſpecie, licet donatio facta
vocatã ſit in inſtrõ donatio cauſa mortis, multa tñ ſunt, q̃ videnẽ declarare, mentẽ D. Lelij
fuiſſe non donare cã mortis, ſed inter viuos, &

Primũ illud, quia huiuſmodi donatio fuit facta notario ſtipulãti noĩe ſororũ donatariarũ,
& earũ hęredũ, quæ res magis adaptatur ad donationẽ inter viuos, quæ ſui natura tranſmittiẽ
4 ad hæredes et præmoriente donatario. † *l. ſi qs*
argentũ. 35. §. fi. C. de donat. & ſcribunt Purp. cõſ.
448. nu. 8. & conſ. 538. nu. 6. Roll. conſ. 77. num. 12.
vol. 1. q̃ ad donationem cauſa mortis, quippe,
5 quæ non tranſmittitur † *l. ſi filiof. 25. l. ſi mortis.*
29. l. Seia. 42. in prin. l. vlt. ff. de don. cauſ. mort. §. 1.
Inſt. de donat. l. non omnis. 19. in prin. & ibi Iaſ. nu.
4. verſ. Alius eſt caſus, & Dec. nu. 7. & 8. ff. ſi cer. pet.
& ideo ex hoc colligimus mentem donantis
fuiſſe nõ facere donationem cauſa mortis, ſed
6 inter viuos, † *vt in terminis arguunt Bald. in l. 2.*
nu. 4. verſ. quid enim. C. de iur. dot. Alex. conſ. 14.
nu. 3. vol. 1. conſ. 78. nu. 4. vol. 4. & conſ. 7. num. 15.
vol. 6. Soc. ſen. conſ. 53. nu. 5. vol. 1. Pariſ. conſ. 16. n.
6. vol. 2. Iaſ. in d. l. non oĩs 19. nu. 5. & ibi Dec. nu. 8.
ff. ſi cer. pet. Iaſ. in l. quæ dotis, 34. nu. 48. ff. ſol. matr.
& conſ. 5. nu. 2. verſ. 2. facit, conſ. 6. col. 2. verſ. item
prædicta vol. 3. Ruin. conſ. 98. nu. 16. conſ. 123. nu.
6. vol. 1. & conſ. 133. nu. 12. vol. 2. Crau. conſ. 214.
nu. 18. Roll. conſ. 8. nu. 19. & ſeqq. vol. 1. & conſ. 61.
nu. 37. & 63. vol. 2. Boer. deciſ. 353. nu. 12. Couar.
in rub. de teſta part. 3. nu. 25. Mantic. de coniec. vlt.
vol. lib. 2. titu. 13. num. 13. Craſſ. in §. donatio cauſa
mortis q. 1. num. 7. Maſcar. de proba. concl. 562. nu.
41. Men. de præſ. lib. 3. præſum. 35. nu. 7.

Secundo videtur hoc ipſum colligi ex illa
clauſula, quę fuit appoſita in inſtrumento, *Quã*
quidem donationem, & omnia, & ſingula in præ-
ſenti inſtrumento contenta dictus D. Lelius dona-
tor promiſit, dictis Angelæ, Saræ, & Iuditæ donata-
rijs ad ſtipulationem vt ſupra, perpetuo firmam, &
ratam, & gratam, & firma rata, & grata habere,
tenere, attendere, & obſeruare, & contra non facere,
dicere, vel venire: nam hæc verba operantur, vt
donatio, quæ alias fuiſſet cauſa mortis, debeat
cenſeri inter viuos non obſtante, quod mortis
7 mentio facta ſit in inſtrumento † *l. ſi alienam.*
13. & pen. l. vbi ita donatur, 27. l. Senatus. 35. §. mor-
tis cauſa. ff. de don. cauſ. mort. & ſcribunt Alex. d.
conſ. 14. nu. 1. verſ. quinimo vol. 1. conſ. 78. num. 4.
vol. 4. & conſ. 7. nu. 14. volu. 6. Iaſ. in d. l. non omnis
19. nu. 2. verſ. ſed iſtis non obſtantibus. ff. ſi cert. pet.
Soc. ſen. d. conſ. 53. nu. 2. vol. 1. Rip. lib. 3. reſp. c. 9. n.
6. & c. 11. nu. 6. Ruin. conſ. 123. nu. 5. & conſ. 182.
nu. 6. vol. 1. Nat. conſ. 104. nu. 6. Roll. d. conſ. 8. nu.
26. vol. 1. & d. conſ. 61. n. 43. vol. 2. Couar. in d. rub.
de teſta. part. 2. nu. 11. Giar. in d. §. donatio. q. 4. nu.
5. Gabr. in tit. de ſuretu. concl. 9. nu. 7. verſ. tenendo,
Mantic. d. lib. 2. tit. 13. nu. 13. Craſſ. in d. §. dona-
tio cauſa mortis q. 1. nu. 5. Maſc. d. concl. 562. nu.
5. Menoc. d. præſ. 35. nu. 21.

Tertio videtur hęc ipſa mẽs colligi ex clau-
ſula conſtituti appoſita in inſtrumento: nã ea
declarat factam eſſe donationem inter viuos
non cauſa mortis, quia alioquin nihil opera-
8 retur, † *vt ſcribunt Roll. d. conſ. 61. nu. 47. vol. 2.*
& Men. d. præſ. 35. nu. 36.

Quarto videtur etiam colligi ex illa clauſu-
9 la, ad habendum, tenendum &c. † *vt ait Roll.*
d. conſ. 61. nu. 43. vol. 2.

Verùm his non obſtantibus, prout verè non
obſtat, contrariũ de iure verius eſt, non eſſe ſcilicet hãc donationẽ inter viuos, ſed cã mortis:
Nam id multipliciter apparet ex inſtrõ, &

Primò ex eo, quia perſpicuè dicitur in eo, D.
Leliũ donare, & concedere titulo, & ex cã do-
nationis cã mortis, quo fit, vt donatio talis de-
10 beat æſtimari † *l. Seia. 42. in prin. & ibi gl. Bar. &*
alij ff. de don. cauſ. mor. Bal. in l. 2. n. 3. verſ. dic ergo.
C. de iur. dot. Iaſ. cõſ. 6. vol. 3. verſ. moueor in primis
vol. 3. Rui. conſ. 51. nu. 18. vol. 1. Dec. conſ. 470. nu.
6. Boer. d. deciſ. 353. nu. 2. & alij frequentius, vt at-
teſtantur Giar. in d. §. donatio q. 4. nu. 4. Craſſ. in d.
§. donatio cã mortis q. 1. nu. 2. Maſc. d. concl. 562. n.
1. Men. d. præſ. 35. nu. 1. Nam & cõtra cenſeẽ do-
natio inter viuos, licet facta ſit mẽtio mortis,
11 qñ dr̃ donari inter viuos, † *vt ſcribunt Alex. d.*
conſ. 14. n. 1. vol. 1. et conſ. 78. n. 1. vol. 4. Iaſ. d. cõſ. 5.
n. 2. verſ. ſed præmiſſis. vol. 3. Soc. ſen. conſ. 53. nu. 1.
vol. 1. Ruin. conſ. 182. num. 3. vol. 2. Rip. lib. 3. reſp.
cap. 9. num. 5. Socin. iun. d. conſ. 21. num. 15. vol. 2.

quia

quia contractus talis iudicandus eſt, qualẽ ver-
12 ba demonſtrant. † *l. qui fundum. 40. §. fundi. ff. de contr. empt. l. 1. §. ſi is, qui nauem. ff. de execut. l. fideiuſſores Magiſtratuum 69. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſ. Bar. in l. eotem. 11. §. qui maximos nu. 11. ff. de publica, Alex. conſ. 3. nu. 1. vol. 1. Nat. cõſ. 194. nu. 1. Cran. conſ. 20. nu. 4. Roll. conſ. 96. n. 15. vol. 2.*
13 & qualis in prima ſui figura apparet, † *vt ſcribunt Dec. conſ. 167. nu. 1. Roll. conſ. 40. nu. 3. & cõſ. 96. nu. 14. vol. 2. Nat. conſ. 194. nu. 1. Decia. cõſ. 21. nu. 8. vol. 2,* vbi enim verba clara ſunt, nõ eſt ad
14 mittenda quæſtio voluntatis, † *l. ille aut ille. 25. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. l. continuus. 137. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. pediculis. 34. §. argento. ff. de aur. & arg. leg.*

Secundò verò multo magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo non ſemel, ſed bis appellata eſt donatio cã mortis: nã hæc geminatio magis enixam demonſtrat D. Lelij voluntatem in facienda donatione cauſa mortis, nõ
15 ẽt inter viuos. † *l. Balliſta. 32. ff. ad Treb. & in his terminis conſiderat Iaſ. conſ. 6. col. 4. verſ. confirmat vol. 3.* maximè cũ talis mentio facta ſit in verbis diſpoſitiuis, quo caſu facilius iudicatʳ donatio cã mortis, quã ſi facta fuiſſet in executiuis,
16 † *vt ſcribunt Alex. d. conſ. 14. nu. 1. vol. 1. Soc. ſen. d. conſ. 53. nu. 3. vol. 1. Iaſ. conſ. 5. nu. 2. verſ. 3. conſ. 6. col. 4. verſ. confirmo & fortius vol. 3. Ruin. conſ. 51. nu. 3. & 13. verſ. & ad primum vol. 1. & conſ. 182. num. 5. vol. 2.*

Tertiò cõfirmatur hoc ex numero teſtiũ in huiuſmodi donatione adhibitorũ: nam, ſi D. Lelius voluiſſet facere donationẽ inter viuos, nõ fuiſſet ei neceſſariũ adhibere quinq; teſtes, ſed tñ duos, quippe qui ſufficiũt in donationibus inter viuos, & quibuſcunq; contractibus.
17 † *l. vbi numerus. 12. ff. de teſtib. cap. in omni, extr. de teſtib.* Cum igitur adhibuerit quinq; qui ſolùm in donationibus cã mortis, & alijs vltimis volũ
18 tatibus ſunt neceſſarij. † *l. fi. C. de don. cauſ. mort. l. fi. C. de codic. l. fi. C. de fideic. §. vlt. inſt. de fideic. hæred.* Conſequens eſt, vt cenſeatur voluiſſe facere donationem cã mortis, nõ verò inter viuos.
19 † *Ita arguunt Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta 61, num. 15. ff. de verb. oblig. Iaſ. d. conſ. 6. vol. 4. verſ. item in dicto teſtamento vol. 3. Dec. conſ. 305. in fi. & conſ. 470. nu. 9. Rip. lib. 3. reſp. c. 9. n. 4. Nat. conſ. 104. nu. 14. & conſ. 645. nu. 4. Decia. conſ. 3. n. 3. vol. 1. Roll. d. conſ. 61. nu. 59. vol 2. Mantic. d. lib. 2. tit. 13. nu. 13. Meno. d. lib. 3. præſ. 35. nu. 6. & præſ. 36. nu. 8.* Nec enim præſumendus eſt voluiſſe inutiliter, & ſuperuacuò talem numerũ teſtiũ adhibere *l. ſi quando. 112. in prin. ff. de leg. 1.* Et ſanè, ſi ex eo, quod duo tñ teſtes fuerunt in contractu adhibiti colligitur efficax cõiectura voluntatis donantis, quaſi voluerit facere donationẽ inter viuos, non obſtante, ꝙ facta ſit mẽ
20 tio mortis, † *vti videre eſt Alex. in l. quæ dotis. 34. nu. 13. & ibi Iaſ. nu. 46. ff. ſol. matr. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. 61. nu. 15. ff. de verb. oblig. Ruin. conſ. 51. nu. 5. vol. 1. Pariſ. conſ. 90. nu. 4. vol. 3. Soc. iun. conſ. 21. nu. 13. vol. 2. Nat. conſ. 115. nu. 3. & 4. & conſ. 645. nu. 4. Roll. conſ. 8. nu. 22. vol. 1. Maſcar. d. concl. 562. nu. 37. Men. d. præſ. 35. nu. 5.* Non video, cur non poſſit è contrario ſufficiẽs ſumi coniectura voluntatis circa faciendã donationem cã mortis ex numero quinq; teſtiũ.

Quartò me maximè mouet illud, quia, licet hæc donatio fuiſſet facta ſimpliciter, quo caſu
21 cẽſeretur donatio inter viuos. † *l. Seia. 42. §. vlt. ff. de don. cauſ. mort.* Imo, licet fuiſſet appellata inter viuos, ſtantibus tñ pactis appoſitis, non poſſet cenſeri donatio inter viuos, ſed potius cauſa mortis: Nã, quoties in inſtrumento apponitur aliquod pactum, quod repugnat ſubſtantiæ contractus, quẽ partes denominarunt, tunc non eſt ille contractus iudicandus ex denomi-
22 natione partiũ, ſed ex effectu, & re ipſa, † *vt ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra nu. 1. Et in ſpecie declarat Surd. conſ. 243. nu. 28.* Pactum enim, ꝙ eſt contra naturam ſubſtantialẽ contractus, mutat, & transformat contractum in aliã ſpe-
23 ciem. † *l. vbi ita donatur, 27. ff. d. don. cauſ. mort. l. 2. in prin. ff. ſi cer. pet. l. pacta conuenta. 72. in prin. & ibi DD. ff. de contr. empt.* Sed in huiuſmodi inſtrumento fuit appoſitum pactum, vt donatio poſſit arbitrio donatoris quandocunq; reuocari, quod pactũ repugnat naturæ, & ſubſtantiæ donationis inter viuos, quippe, quæ irreuocabi
24 lis eſt. † *l. poſſeſſionem. 3. l. velles, nec ne. 6. l. fin. C. de reuo. don. c. fi. extr. de donat. §. alia inſt. eo.* vtpotè
25 contractus. † *l. ſi donationis. 7. C. de his, quæ vi metuſue cauſ. fiunt. l. cõtractus. 16. C. de fid. inſtr. Alex. in l. iuriſgentiũ. 7. in prin. nu. 6. & ibi Iaſ. nu. 8. ff. de pact. Clar. in §. donatio. q. 1. nu. 2. Men. conſ. 388. n. 53.* qui ab initio ſunt volũtatis, & ex poſt facto
26 neceſſitatis. † *l. ſicut. 5. C. de act. & oblig. l. in commodato. 17. §. ſicut. ff. commod.* Ergo, licet donatio fuiſſet facta ſimpliciter, aut ẽt appellata inter viuos, tñ propter hoc pactũ appoſitũ fuiſſet transformata in donationẽ cauſa mortis, quæ
27 ſui natura eſt reuocabilis. † *l. non omnis. 19. ff. ſi cert. pet. l. Marcellus. 15. §. vlt. l. mortis cauſa 16. l. Senatus. 35. §. ſed mortis. l. Seia. 42. ff. de don. cauſ. mor. §. 1. inſt. de donat.* Et ita in terminis, vt propter huiuſmodi pactũ donatio inter viuos mutetur in donationem cauſa mortis ſcripſerunt,
28 † *Bar. in d. l. Seia. 42. §. vlt. & ibi Imol. ff. de donat. cauſ. mort. Dec. conſ. 470. nu. 9. Soc. iun. conſ. 21. n. 5. vol. 2. Men. d. præſ. 36. nu. 5. & conſ. 1093. nu. 27.* Et ſanè, ſi pactum appoſitum donationi cauſa mortis, vt ea non poſſit reuocari, mutat donationem cã mortis in donationem inter viuos.
29 † *d. l. vbi ita donatur 27. ff. de don. cauſ. mort.* Conſequens eſt, vt è contrario pactum de donatione arbitrio donantis reuocanda mutet donationẽ inter viuos in donationẽ cauſa mortis, vt
30 oppoſitorũ oppoſita ſit ratio. † *l. fi. §. fi. ff. de leg. 3.* Quod, ſi donatio de qua diſputatur, eſſet iudicanda cã mortis, licet a partibus fuiſſet denõminata inter viuos, aut facta ſimpliciter, quanto magis talis debet iudicari, ſtante, ꝙ ſemper appellatʳ donatio cauſa mortis in inſtrumẽto?

Quintò confirmatʳ prædicta ex alio pacto ſuppoſito, vt ſcilicet præmorientibus donatarijs cenſeatʳ ipſo iure extincta, & annullata donatio: Nam, qũ hoc pactũ eſt ſecundum naturã donationis cã mortis, quæ, vt dictũ eſt, nõ trãſmittitʳ ad heredes donatario præmoriente, & repugnat naturæ donationis inter viuos, q̃ ſui natura tranſmittitʳ, conſequens eſt, vt ex huiuſmodi pacto colligatʳ mens D. Lelij, voluiſſe. ſ. eum facere donationẽ cã mortis non verò inter viuos: Nam cenſetur quis illum facere contractũ, vel actũ, cuius naturæ congruunt pacta,
31 quæ apponuntur, † *vt tradunt omnes in d. l. vbi ita donatur. 27. ff. de don. cauſ. mort.*

Sextò, & vltimo confirmatʳ hoc ex eo, qa ſi diceremus hanc eſſe donationẽ inter viuos, ſequeretur eam nõ valere propter defectum in-

32 ſinuationis.† *l.data.27.l.in hac 30. l.in donationi*
bus.31.l.ſancimus. 34.l.ſi quis argentum. 35. C.de
donat. Atqui facienda eſt interpretatio, vt po-
33 tius donatio valeat, quã, vt ſit inutilis, † *vt ſcri-*
bunt Ruin.conſ.51.nu.13.vol.1.Crau.conſ.52.nu.
4. Ergo debemus potius interpretari hanc do-
34 nationem cauſa mortis, quã inter viuos. † *Ita*
Rui.d.cõſ.51.nu.13.vol.1 Decia.conſ.3.n.5.vol.1.
Ex his autem facilè eſt ad contraria rñdere:
namq; non obſtat, ꝙ contractus non ſit iudicã
dus ex verbis, ſed ex effectu, quia reſp. hoc pro-
cedere, qñ res ipſa, quæ gerĩ, effectu repugnat
35 naturæ contractus à partib. denominati, † *vt in*
ſpecie declarat Dec.d.conſ.305.nu.1.in fi. Cęterũ,
qñ congruit, prout congruit in caſu noſtro, *vt*
late demonſtrauimus in 4. & 5. fundamentis, ve-
rius eſt, contractum, vel actum talem eſſe cen-
ſendum, qualem verba demonſtrant, *vt dictum*
eſt in primo fundamento.
Neq; obſtat mentio hæredum, quæ ſola vĩ
facere qualem qualem dubitationẽ, quia reſp.
primò mentionem hæredum tunc demum ar-
guere donationẽ inter viuos, qñ non appàret,
vtrũ donator voluerit facere donationẽ reuo-
cabilẽ, an verò irreuocab lem, & ſolum arguiĩ
ex coniecturis: nam tunc, licet facta ſit mentio
mortis, debet tñ iudicari donatio inter viuos,
ſi de hęredibus mentio facta ſit, Et in his termi
nis loquuntur oẽs DD. in contrariũ allegati.
Cęterum, qñ conſtat donatorem voluiſſe fa-
cere donationẽ reuocabilẽ ad ſui libitũ, & ſic
donationẽ cauſã mortis non vero inter viuos,
neq; ex mentione hæredũ, neq; ex alia quauis
coniectura poſſumus inferre ad donationẽ in-
ter viuos, quia, vt dictũ eſt, in claris nõ eſt opus
coniecturis: Pactũ enim illud nullo modo põt
ad donationem inter viuos adaptari, *vt dictum*
36 *eſt in 4. fundamento.* † *Et ita in ſpecie declarant*
Alcia.in d.l.nõ omnis.19.nu.9.& 10.ff.ſi cert.pet.et
Mant.d.lib.2.tit.13.nu.13. verſ. ſed illius rationes.
Secundo reſp. mẽtionem hæredum arguere
donationẽ inter viuos, niſi adſint alię cõiectu-
37 ræ vrgentiores in contrariũ, † *vt reſpondet Dec.*
conſ.470.nu.9.in fi.& nu.10. Alcia.in d.l. non oĩs.
19.nu.9.ff.ſi cer.pet.& Men.d.pręſ.35.nu.9. In ca-
ſu autem noſtro adeſſe coniecturas vrgẽtiores,
ſcilicet numerum quinq; teſtiũ, & maximè pa
ctum de donatione pro arbitrio reuocanda, cũ
aliis coniecturis, quas retulimus in fundamen-
tis, ideoq; non obeſſe mentionem hæredum.
Secundò non obſtat, ꝙ donator promiſerit,
ſe donationem perpetuo ratam habiturum, qa
reſp. ſimiliter, tunc demũ ex hac clauſula poſſe
ſumi coniecturam donationis inter viuos, qñ
res eſt dubia, ideſt qñ non conſtat, donantẽ vo-
luiſſe facere donationem reuocabilem; tunc
enim propter ſuperiorem clauſulam, quæ reuo
candi facultatem excludit, colligimus, mentẽ
eius fuiſſe donare inter viuos, Et in his termi-
nis loquuntur DD. in contrarium allegati; Cę-
terum, qñ conſtat donantẽ noluiſſe ſibi aufer-
re reuocandi facultatem, imo ſibi eã expreſsè
reſeruaſſe, prout reſeruauit in caſu noſtro per
pactum expreſſum, non debemus ex illa clau-
ſula inferre ad donationem inter viuos, qñ il-
la, tanquam poſita in executiuis poteſt quidẽ
declarare diſpoſitionem precedentem, quę eſt
dubia, ſed eam alterare nullo modo poteſt, vt-
potę de ſtilo potius notariorum, quã de volũ-
38 tate partium appoſita. † *clc.1.de preb.Bar.in l.1.*
nu.1.ff.de iur.cod.Pariſ.conſ.20 .n.87. vol.1. Nat.
conſ.103.nu.10.Crau.conſ.880.nu.17. Decia.cõſ.
39.nu.36.vol.2. Alteraret aũt, ſi ſuam vim obti
neret, qñ vis huius clauſulæ eſt, vt adimat fa-
cultatem reuocandi, *vt ſcribunt omnes, quos retu*
limus in contrario fundamento, quæ res eſt con-
traria pacto expreſſo in diſpoſitiuis, vbi nomi-
natim cautũ eſt, vt poſſit donator arbitrio ſuo,
quãdocunq; reuocare donationẽ. Tanq̃ igitur
repugnans, & contraria non debet attendi. Et
ita in terminis huius clauſulæ poſitæ in execu-
tiuis, vt non mutet donationẽ cauſa mortis in
39 donationẽ inter viuos ſcripſerunt. † *Iaſ.conſ.6.*
col.6.verſ.5.vol.3. Dec.in d.l.non omnis. 19.nu.11.
& ibi Alcia.nu.12.ff.ſi cer.pet: Dec.conſ.305.nu.5.
& conſ.470.nu.2. Pariſ.cõſ.16.nu.17.vol.2. Curt.
iun.conſ.56.nu.2. Nat.conſ.104.nu.8. Craſſ.in d.
§.donatio cauſa mortis. q.1.n.6. vbi teſtatur hanc
eſſe receptiorem ſententiam, Mantic.d.lib.2.titu.13.
nu.7.verſ.ſed hec opinio, Men.conſ.160.nu.38. &
d.lib.4.preſ.35. nu.11.& 28. quorum opinio ma
ximè procedit, qñ (prout in caſu noſtro) pro-
miſſio non eſt de non reuocando donationẽ,
ſed de nõ conueniendo; nã hæc verba recipiũt
alium ſenſum, quem non recipiunt ſuperiora,
40 vtpotè, quæ ſunt clara, † *vt diſtinguendo tradide*
runt Ruin.conſ.51.num.14.vol.1.& Nat.d.conſ.
104. nu. 6. Debet igiĩ illa clauſula intelligi re-
bus ſic ſe habẽtibus, ideſt, niſi donatio reuoceĩ,
nõ verò mutare donationẽ cauſa mortis in do
41 nationẽ inter viuos, † *vt in terminis ſcripſerunt*
Bal.in l.cum quis.12.verſ.ſed quid ff.de cond.cauſ.
dat. Alex.in l.quæ dotis.34.n.11.ff.ſol.matr.& in
add. ad Bart.in d.l.vbi ita donatur.27.ff.de mort.
cauſ.don.Iaſ.d.conſ.6.col.5.verſ. nec obſtat volu.3.
Dec.d.conſ.470.nu.3. Pariſ.d.conſ.16.num.14.&
ſeqq.vol.2.
Tertiò non obſtat, clauſula cõſtituti, qñ ea
tunc demũ arguit donationem inter viuos, qñ
donatio fuit facta ſimpliciter ſine mentione
mortis, ſecus vero, qñ dictũ eſt, donari cã mor-
42 tis, † *vt in ſpecie declarant Pariſ.d.conſ.16.nu.10.*
& 11.vol.2. Menoc.d.præſ.35.nu.37. & maximè
qñ cõſtat, (vt in caſu noſtro) verè factã eſſe do-
nationẽ cã mortis, & reuocabilẽ, vt dictum eſt.
Quartò, & vltimo non obſtat illa clauſula,
ad habendum &c. qñ illa intelligitur, ſi dona-
tio effectum habuerit, ideſt, ſi non fuerit reuo-
cata: Nam alioquin illa, licet acceſſoria, alte-
raret principalem diſpoſitionem, quod facere
non poteſt, vt ſupra dictum eſt.
Secũda ſuccedit dubitatio, dato. ſ. ꝙ hęc ve-
rè ſit donatio cã mortis, nõ inter viuos, an por-
tio ſororis prædefunctæ pertineat ad aliàs ſoro
rę condonatarias per ius accreſcẽdi, an verò
cenſeaĩ tranſmiſſa ad illius hęredes. Videretur
aũt dicendũ, non eſſe locũ iuri accreſcendi, ſed
43 tranſmiſſioni, q̃ iure accreſcendi potior eſt, † *vt*
ſcribunt Bald.in l.vn.n.1.C.de his, qui ant.ap.tab.
Dec.in rub.C.quand.non pet.par.in 2. lect.num.2.
Purp.conſ.558.n.32.Decia.conſ.40.num.5. & 27.
verſ. Non obſtat, quod ius vol.1.& conſ.83.nu.63.
vol.4. Surd.conſ.529.nu.22. quia, licet donatio
cã mortis regulariter non tranſmittatur ad hæ
redes, ſi donatarius præmoriatur, *vt dictum eſt*,
hoc tñ fallit, qñ nominatim facta fuit alicui
ſtipulanti pro ſe, & hæredibus: Nam hæredum
mentio facta à donante operatur tranſmiſſio-
nem donationis cauſa mortis, quemadmo-
44 dum, & annui legati. † *l.in annalibus. 22.*
C.de

Digitized by Google

C.de legat. & aliarum omnium vltimarum vo-
luntatum.
Et, ſi dixeris, mentionem hæredũ tunc ope-
rari tranſmiſſionem, cum mutat donationem
cã mortis in donationẽ inter viuos, ſecus verò,
cũ valet, vt donatio cã mortis, vr̃ poſſe replica-
ri, imo verius eſſe, talem mentionem, licet non
transformet donationẽ cauſa mortis in dona-
tionem inter viuos, nihilominus operari tranſ
45 miſſionem, † *vt in ſpecie ſcripſerunt Rui. d. conſ.
51. nu. 16. vol. 1. Dec. d. conſ. 470. nu. 13. Crott. in l.
ſtipulatio hoc modo concepta. 61. nu. 82. ff. de verb.
oblig. Crau. conſ. 214. nu. 18. Mant. d. lib. 2. tit. 13.
nu. 13. verſ. verum, Craſſ. in d. §. donatio cauſa mor
tis q. 1. nu. 7.* Alioquin enim illa verba eſſent
appoſita inutiliter, quod non eſt præſumendũ
l. ſi quando. 112. in prin. ff. de leg. 1.
Deniq; ſi obiicias, obſtare pactum adiectũ
donationi, *quod, ſi contingat donatarias prædece-
dere ante ipſum donatorem, donatio in totum eua-
neſcat*, videtur poſſe replicari, imo tale pactũ
non obeſſe, quia, cum ſit conditionale, nempe
factum ſub conditione, ſi donatariæ præmo-
riantur, & conditio non ſit concepta diſiuncti-
uè, ſed collectiuè, & ſic coniunctim, ſi donata
riæ prædecedant, ita demũ vr̃ habere locum, ſi
oẽs donatariæ præmoriantur, quia, qñ plures
46 ſunt conditiones, nõ ſufficit vnã impleri. † *l. ſi
hæredi plures 5. ff. de cond. inſt. l. quidam teſtamento
30. ff. de vulg. §. ſi plures. inſti. de her. inſt. & ſcribũt
omnes in l. hæredes mei. 57. §. cũ ita. ff. ad Treb.* Vn-
de, cũ duę ex donatarijs fuerint ſuperſtites, con
ſequens videtur, vt nulla ſit vis eius pacti.
Verũm his non obſtantibus contrariũ de iu
re verius arbitror, non eſſe ſcilicet portionem
ſpectantẽ ad donatariã pręmortuam tranſmiſ
ſam ad eius hęredes, ſed eam, tanquam caduca
tã pertinere ad alias ſorores quę ſunt re, & ver
bis coniunctę, vtpotè poſitę in eadem oratio-
ne, & ad eandem rem non factis partibus voca
47 tę. † *l. triplici. 142. & ibi Accu. ff. de verb. ſign. §. ſi
eadem inſtit. de legat. Bar. in l. re coniuncti. 87. nu.
16. & ibi communiter omnes ff. de leg. 3. Craſſ. in §.
ius accreſcendi q. 6. nu. 1.* Et pertinere per ius ac-
creſcendi, ſiue non decreſcendi, ꝙ ẽt in dona-
48 tionibus cã mortis locum habet. † *l. vn. §. pen.
& ibi not. Bar. & Bal. C. de cad. toll. Bart. in l. ſi mi-
hi, & T itio. 110. nu. 2. et ibi Alex. nu. 8. Iaſ. nu. 8. ff.
de verb. oblig. Bar. in l. cum hi. 8. in prin. nu. 2. & ibi
Caſtr. nu. 7 ff. de tranſ. Bart. in d. l. re coniuncti 87.
nu. 70. & ibi Iaſ. nu. 251. Rip. nu. 232. Crott. num.
146. ff. de leg. 3. Bal. in l. vn. num. 35. C. quand. non
pet. part. Ruin. conſ. 28. nu. 1. vol. 2. Mant. de conie.
vlt. vol. lib. 1. tit. 14. nu. 2. Craſſ. in d. §. ius accreſcen
di q. 26.* Et ſanè non eſſe tranſmiſſam huiuſmo
di portionem ad hæredes donatariæ præmor-
tuæ probatur.
Primò ex natura donationis cauſa mortis,
quæ eſt, vt donatario præmoriente euaneſcat.
49 † *d. l. non omnis. 19. ff. ſi cert. pet. d. §. 1. inſtit. de do-
nat. cum alijs ſupra allegatis*, Idq; procedit etiã ſi
in donatione facta ſit mentio hæredum: nam
talis mentio debet intelligi ſecundum ſubie-
ctam materiam, id eſt, vt, ſi donatio locum ha-
buerit in perſona donatarij, debeat ex eius per-
ſona tranſire ad hæredes, non etiam, vt ab ipſis
50 hæredibus incipiat, † *vt in terminis explicat Bal.
conſ. 107. vol. 3. quem referunt, & ſequuntur Dec.
conſ. 470. nu. 10. Alcia. in d. l. non omnis. 19. num.
9. ff. ſi cert. pet. vbi ait hoc maximè procedere quan-
do expreſſè dictum eſt donari cauſa mortis, Id ip-
ſum probat nouiſſimè Menoch. conſ. 84. num. 16.
& conſ. 388. nu. 47.*
Secundò verò dato etiã, quod aliàs illa ver-
ba, pro hæredibus, poſſent operari tranſmiſſio-
nem donationis cauſa mortis, id tamen fallit,
quando in teſtamento dictum eſt expreſsè, vt
præmoriente donatario extinguatur donatio,
prout dictum eſt in caſu noſtro: Nam tunc illa
verba, pro hæredibus nõ poſſunt cenſeri appo-
ſita ad inducendam tranſmiſſionẽ, ne contra-
rietas inducatur, ſed potius ad oſtendendũ, dona
tionẽ, quæ ſemel habuit effectũ in perſona do
natarij nõ eſſe merè perſonalẽ, ita vt cũ eius p-
51 ſona extinguatur ſed potius realẽ, † *vt in ſpecie de
clarat Iaſ. d. conſ. 6. col. 7. verſ. non quoq; obſtat vol.
3.* vel potius cẽſetur appoſita de ſtilo notario-
rum, qui non debet attendi. *d. clem. 1. de præben.*
vel deniq; cenſetur appoſita cum illa tacita cõ
ditione, ſi donatio effectum habuerit in perſo-
na donatarij, *ſecundum declarationem eorũ, quos
retuli in ſuperiore fundamento.*
Neq; eſt, ꝙ aliquis obiiciat, non eſſe in pro-
poſita ſpecie dictum, euaneſcere donationẽ, ſi
aliqua ex donatarijs præmoriatur, & ſic diſiun
ctim, ſed coniunctim, ſi donatariæ præmorian
tur, & ideo, quia non oẽs, ſed vna tñ præmor-
tua eſt, non videri locum eſſe pacto, quia rñ-
deo, quoad impediendam tranſmiſſionem illa
verba diſiunctim accipi, & pluralitatẽ reſolui
in ſingularitates, *iuxta tradita in d. l. hæredes mei
57. §. cum ita ff. ad Treb.* Alioquin enim, ſi acci-
perẽtur coniunctim ẽt quo ad trãſmiſſionem,
duo ſequerentur abſurda, vnum, quia melioris
eſſet conditionis vna donataria, q̃ oẽs, &, quod
oĩbus denegatur, vni permitteretur, cõtra regu-
lam *l. Iulianus. 66. ff. de leg. 3.* Alterũ verò, quia
præmoriente vna ius tranſmiſſionis fuiſſet in
ſuſpenſo: dici enim potuiſſet trãſmiſſa portio
eius, & non tranſmiſſa, Cæteris ſuperuiuentib.
tranſmiſſa, deficientibus verò non tranſmiſſa,
quod vtiq; repugnat naturæ vltimarum volun
tatum, quippe, quæ eſt, vt non poſſint ſtare in
52 ſuſpenſo, † *l. vlt. in fi. ff. comm. prædio.*
Neq; obſtat mentio hæredum, quia reſpon.
Primò talẽ mentionẽ tunc demũ operari trãſ-
miſſionẽ donationis, qñ mutat donationẽ cã
mortis in donationem inter viuos, vt eſt de mẽ
te oĩum, quos retulimus in 1. *fundamẽto contra-
rio præcedentis dubitationis*: Nam ideo tradũt,
pp mentionem hæredũ donationẽ cenſeri in-
ter viuos, quia, ſi eſſet cã mortis, non poſſet ad
hæredes tranſmitti. Itaq; ſentiunt, dato pro ve-
ro, ꝙ non ſit donatio inter viuos, ſed cã mortis
ceſſare tranſmiſſionẽ, tametſi facta ſit mentio
hęredũ. Cum igitur in caſu noſtro certũ ſit, do-
nationẽ eſſe cã mortis propter pactũ reſpiciẽs
reuocandi facultatem, & alia, quæ in præcedẽ-
ti dubitatione cõſiderauimus. Conſequens eſt,
vt non ſit tranſmiſſibilis.
Neq; obſtat authoritas DD. in contrariũ al-
legatorum, quia reſpon. cõem ſententiã eſſe in
contrariũ, ſcilicet, vel talem mentionẽ trãſfor
mare donationem cã mortis in donationẽ in-
ter viuos, vel, ſi valet, vt donatio cauſa mortis,
non operari tranſmiſſionẽ, *vti colligere eſt ex nu
mero DD. in 1. fundamento contrario primæ dubi
tationis, & in primo fundamento poſterioris dubi-
tationis allegatorum.*
Secũdò rñdeo, contrariũ poſſe procedere in

 dubio,

Digitized by Google

dubio ſecus verò, qñ cõſtat ex verbis donationis, voluntatẽ donantis eſſe cõtrariã tranſmiſſioni, prout conſtat in caſu noſtro, *ſecũdum ea, quæ dicta ſunt in 2. fundamento.*

Neque obſtat, quod pactum fuerit conceptum ſub conditione mortis donatariarũ coniunctim, non verò diſiunctim, quia reſponſio patet ex iis, quæ diximus in ſecundo fundamẽto, & clarius declarando reſpondeo, pactum huiuſmodi duplici poſſe conſiderari reſpectu, Primò, vt in totum reſoluat donationem cauſa mortis, & hoc reſpectu verum eſt, nõ aliter habere vim, quam ſi omnes præmoriantur. Secundo verò conſideratur, vt impediat tranſmiſſionem, & hoc reſpectu verius eſt non conſideran coniunctim, ſed diſiunctim, quia ex eo, quod donator noluit hæredes donatariarũ vocari ad donationem, colligimus eius mentẽ fuiſſe, vt donatio non tranſmittatur ab aliqua ex donatarijs, ne ſequantur abſurda, quæ conſiderauimus in ſecundo fundamento. Et ita iuris eſſe cenſeo ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Illuſtriſs. & Excell. D. Philiberto Scalia Comite Verucæ.

CONSILIVM IX.

ARGVMENTVM.

An tranſuerſalis non comprehenſus in primis inueſtituris vocetur ad primogenituram in feudo conſtituam ex Vaſſalli diſpoſitione, quã Princeps in omnibus prout iacet, confirmauit.

SVMMARIVM.

1 *Tranſuerſales non ſuccedunt in feudo nouo.*
2 *Feudum nouum dicitur, quod fuit de nouo acquiſitum.*
3 *Feudũ, ſi transferatur in eum, qui nõ erat in præcedentibus inueſtituris comprehenſus, efficitur nouum.*
4 *Teſtatoris diſpoſitio de feudo facta in perſonam non comprehẽſam in inueſtitura nihil operatur.*
5 *Clauſula generalis à ſubſequentibus verbis reſtringitur.*
6 *Conceſſio Principis debet intelligi, & declarari ſecundum formam ſupplicationis.*
7 *Princeps concedendo inueſtituram pro deſcendentibus declarat ſe nolle eam concedere pro tranſuerſalibus, licet ſupplicatio eſſet generalis.*
8 *Mandati fines egredi non eſt permiſſum.*
9 *Subreptitia cenſetur conceſſio, cum in precibus id tacitũ fuit, cuius expreſſio potuiſſet reddere principem difficiliorem in concedendo.*
10 *Clauſula, ex certa ſcientia, operatur circa ea, quæ ſunt iuris, non etiam circa ea, quæ ſunt facti.*
11 *Feudum nouum conceſſum in antiquum aſſumit naturam antiqui.*
12 *Tranſuerſales ſuccedunt in feudo antiquo.*
13 *Tranſuerſales ſuccedunt in feudo nouo, ſi ſit conceſſum in antiquũ, Declara, vt nu. 14. 15. & 16.*
17 *Clauſula, His modis, & formis, quibus eius author fuit inueſtitus, poſita in inueſtitura, habet vim clauſulæ, in antiquum, auitum, & paternum.*
18 *Clauſula, in antiquum, nihil aliud ſignificat, quã ad ſimilitudinem præcedẽtium inueſtiturarum.*
19 *Feudum nouum cenſetur conceſſum iure antiqui ſiue id fuerit expreſſum, ſiue dictum, prout authores erant inueſtiti.*
20 *Verba hæc, prout authores fuerunt inueſtiti, tanquam relatiua operantur, vt omnes qualitates præcedentium inueſtiturarum cenſeantur in ſequenti repetitæ.*
21 *Obſeruantia ſubſecuta interpretatur, & declarat feudales conceſſiones, & inueſtituras.*
22 *Feudum nobile idem eſt, quod antiquum.*
23 *Feudũ nouum non ſapit nobilitatem, ſed antiquũ, quia nobilitas non naſcitur in ictu oculi.*
24 *Feudum paternum dicitur, quod fuit ab aliquo aſcendente acquiſitum vſque ad quartum gradum: nam ſupra dicitur antiquum.*
25 *Feudum antiquum, & paternum non differunt, niſi quod ſub illo plures perſonæ continentur.*
26 *Princeps etiam ex poſt facto poteſt habilitare non comprehenſos in primis inueſtituris ad feudi ſucceſſionem in ſui præiudicium.*
27 *Verba relatiua inducunt repetitionem omnium ſupra expreſſorum.*
28 *Et, dictio, ſui natura ſtat ampliatiuè.*
29 *Verba relatiua reſtringunt diſpoſitionem ad caſus, & perſonas, de quibus ſupra facta eſt mentio.*
30 *Expreſſum dicitur etiam id, quod per relationem colligitur.*
31 *Verba, in omnibus, prout iacet, tanquam vniuerſalia, & præciſa continent etiã ea, quæ alias non continerentur.*
32 *Verba hæc, prout iacet, important id omne, quod legitur in teſtamento.*
33 *Princeps, qui latas habenas habet, poteſt, & ſolet plerunque plus concedere, quam petatur.*
34 *Feudum nouum poteſt primus acquiſitor vni ex filijs prælegare, & in eo primogenituram erigere.*
35 *Principis conſenſus non eſt neceſſarius, cum diſpoſitio, ſiue alienatio feudi ſit in vnum ex comprehenſis in inueſtitura*
36 *Interpretatio ita eſt facienda in priuilegijs, & conceſſionibus Principum, ne verba, aut clauſulæ cenſeantur inutiliter appoſitæ, ſed potius, vt aliquid operentur.*
37 *Confirmatio Principis vniuerſalibus verbis concepta cenſetur facta de omnibus, quæ Princeps videre potuit.*
38 *Clauſula, ex certa ſcientia omnem obreptionis, & ſubreptionis oppoſitionem excludit.*
39 *Verba hæc, in omnibus, tanquam vniuerſalia vim habent ſpecialis expreſſionis.*
40 *Approbatio teſtamenti facta à filio in omnibus, & per omnia excludit eum etiam a legitima, & cur?*
41 *Clauſula, ex certa ſcientia, vim ſpecialis expreſſionis habet.*

Pro Illuſtriſs. & Excellen. D. Philiberto Scalia Comite Verucæ.

FACTI SPECIES.

ANNO 1567. die 14. menſis Octob. Perilluſt: D. Ludouicus Scalia fuit de loco Carpaneti, quẽ emerat à D. Melchiore de Ripis, inueſtitus à Seren. Gulielmo Gõzaga Duce Mãtuę, & Montisferrati,

tisferrati, cum clauſula, *his modis, & formis quibus prænominatus D. Melchior eius author fuit inueſtitus, & in inueſtituris eidem conceſſis, &c. continetur*.

Idem D. Ludouicus anno 1585. die 11. Februarii condidit teſtamentum, in quo prælegauit D. Io. Stephano filio ſuo primogenito domum quandam ſitam in loco Bugellæ, & prædictam partem feudi Carpaneti his verbis adiectis. *Queſto ſaluo ſempre, & reſeruato, oue ſia ſpediente, & non altrimente il beneplacito del detto Sereniſſimo Duca di Mantoua quanto alli detti beni, & ragioni di Carpanè, quai ſupplica a degnarſi di confirmar quella primogenitura quanto ad eſſi beni, & ragioni di Carpane*.

Deinde ſuper iiſdem bonis erexit primogenituram, vocando deſcendentes D. Io. Stephani maſculos primogenitos in infinitum, & iis deficientibus D. Federicum ſecundogenitum, & omnes eius deſcendentes maſculos primogenitos, ac poſt eos D. Guidum tertiogenitū, & eius deſcendentes maſculos primogenitos in infinitum.

Vltimo loco ſubiecit, *Et eſtinguendoſi, (il che nō piaccia a Dio,) la linea maſcolina di eſſi Signori ſuoi figliuoli, in tal caſo gli ſubſtituiſce l'Illuſtre S. Filiberto Scaglia ſuo cugino Cōte di Verua, & ſuoi figliuoli maſchi legitimi, & naturali primogeniti, et di primogenito, in primogenito, come ſopra, co'l medemo ordine, che ha ſopra ſtatuito, ordinato, & dichiarato de ſuoi deſcendenti*.

Mortuo prædicto D. Ludouico, quoniam eius filii erant pupilli, D. Veronica tanquam mater, & tutrix conſtituit D. Zopyrum Montilium procuratorem ſuum, & prædicti D. Io. Stephani ad comparendum coram Sereniſſ. Duce Mantuæ, *Et iui in nome d'eſſa Signora tutrice alſudetto nome, & d'eſſo Sig. Stefano ſupplicar prima S. A. ſi degni confirmar la primogenitura di eſſi beni, e ragioni feudali di Carpane laſciati dal detto fu Sig. Lodouico nella perſona di eſſo Sig. Stefano, & altri deſcendenti, in tutto alla forma del teſtamento d'eſſo fu Sig. Ludouico rogato al Nobile Bertolino Vercellis Nodaro Collegiato di Biella l'anno 1585. li 11. di Febraro: Et piu a riconoſcer, & accettar eſſi beni, & ragioni in feudo nobile, & antiquo dal detto Sereniſſ. Duca. E piu à promettere, & giurar, &c. la fedelta, & homaggio ligia, & ligio, conforme all' antiche inueſtiture*.

Prædictus autem D. Zopyrus cōparens tanquam procurator D. Io. Stephani, narrat emptionem feudi factam à D. Ludouico, inueſtituram ſubſecutam, & teſtamentum ab eo conditum cum erectione primogenituræ. Sed in eius narratione non exprimit D. Comitem Veruæ fuiſſe in defectum omnium deſcendentium maſculorum dicti D. Ludouici vocatum ad primogenituram; ſolùm addit hæc verba. *Et prout ſeriofius in ipſo teſtamēto legitur*. Deinde petit in primis dictam conſtitutionē primogenituræ comprobari, & ipſum D. Ioan. Stephanum de prædictis bonis inueſtiri modis, & formis, quibus dictus D. Ludouicus, & eius authores fuerant inueſtiti.

Sereniſs. autem Dux participato D. Præſidis, & aliorum procerum, ac Senatorum Conſilio, viſiſque iuribus antedictis, *Approbando in primis, & laudando prænarratam ordinationem, & conſtitutionem primogenituræ ex ſua certa ſcientia, & de ſua poteſtatis plenitudine in omnibus prout iacet, dictum D. Zopyrum* pro dicto primogenito, & aliis deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus dicti quondam D. Ludouici eius patris in antedicta primogenituræ fundatione vocatis iuxta eius ſeriem in nobile, rectum, & paternum feudum inueſtiuit, cum adiectione ſequētis clauſulæ. *Saluo, additaque expreſſa declaratione, quod ſi reperiretur vnquam primas inueſtituras in aliquo alteratas fuiſſe ſine ſpeciali gratia in inſtrumento contenta, maximè ctiā ſeatur per hanc, vel illas, aut ſubſequentes inueſtituras generatum præiudicium aliquod Celſitudini ſuæ, aut ſucceſſoribus*.

Poſt hæc deceſſerunt prædicti DD. Io. Stephanus, & Federicus nullis relictis liberis, nouiſſimeque ſine prole deceſſit D. Guidus tertiogenitus inſtituto hærede Illuſtris. D. Philiberto Scalia Comite Veruæ, cuius etiam fauore purificata eſt conditio, ſub qua fuerat ex teſtamento D. Ludouici ad dictam primogenituram vocatus. Verum cum petierit à Sereniſſimo Duce Mantuæ, ſe de prædicto feudo inueſtiri, fuit ei à D. Patrimoniali oppoſitum, non eſſe ei talem inueſtituram cōcedendam, propterea, quod nec in prima inueſtitura eſt comprehenſus, nec in confirmatione primogenituræ à D. Ludouico ordinatæ. Vnde quæritur, quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DIFFICILIS admodum mihi viſa eſt propoſita conſultatio, propterea, quod, vt primum oculis ſcripturas ſubieci, protinus in eam idi ſententiam, vt nullum in feudo, quo de agitur, ius D. Comiti cōpeteret, quod, vt tam facilè exiſtimarem ſuadebat illud quia certi iuris eſt tranſuerſales in feudo nouo non
1 ſuccedere † *cap. 1. §. ſin autem le au. qui feu. l. dar. poſſ. cap. 1. §. ſin. de ſucc. feud. cap. 1. §. ſi duo fratres de feud. Marcb. cap. 1. de ben. frat.* & D. Comitem re vera tranſuerſalem eſſe, prout eſſe ſupponit D. Ludouicus in ſuo teſtamento, dum eū conſobrinum appellat. Quamobrem non videbatur ad huius feudi ſucceſſionem admittendus, quippe, quod in eiuſdem D. Ludouici perſona nouum eſt, vtpote ab eo primum acquiſitū.
2 † *cap. 1. quæ teſt. ſint neceſſ. cap. 1. de grad. ſucc. in feud. & ſcribunt Aluaro in præl. l. feud. in 6. diuiſ. Iaſ. conſ. 1. in princ. volu. 3. Pariſ. conſ. 2. num. 8. & conſ. 3. num. 13. volum. 1. Iacob. de Lon. inter conſ. Brun. conſ. 114. num. 139. Roll conſ. 60. nu. 4 vol. 1. Pereg. conſ. 8. num. 24 vol. 1.* & à D. Melchiore de Ripis in eum tranſlatum, qui non erat in
3 præcedēntibus inueſtituris comprehenſus, † *vt ſcribunt Alex. conſ. 23. num. 1. vol. 5. Ozaſc. deciſ. 23. num. 22. Capi. conſ. 30. num. 32. & conſi. 301. nu. 118. Amed. à Pont. quæſt. 10. Laudem. in prin. Menoc. conſ. 160. num. 14. Theſ. deciſ. 146. num. 3. Peregr. conſ. 18. nu. 6. vol. 1. Surd. conſ. 353. nu. 9.*

Et ſi dicatur, hoc procedere, niſi aliud dictū ſit in prima inueſtitura, aut ſpeciali Principis beneficio, & indulgentia ſint poſtea tranſuerſales ad eiuſdem feudi ſucceſſionem habilitati, videbatur poſſe replicari, imo neutrum in propoſita ſpecie concurrere: Nec enim videtur D. Comes vocatus ex prima inueſtitura, vtpote in qua, ne verbum quidem de tranſuerſalibus. Minus videt̃ habilitatus à ſubſequenti

priuilegio, quia priuilegium confirmationis,
quod ſolum allegatur, non videtur cōprehen-
dere D. Comitem, ſed ſolos deſcendentes D.
Ludouici, non obſtante quod in erectione pri-
mogenituræ facta in teſtamento deficientibus
omnibus D. Ludouici deſcendentibus voca-
tus ſit prędictus D. Comes: Non enim in teſta
mento vis eſt facienda, ſed in confirmatione
Principis, quia diſpoſitio teſtatoris tanquam
facta in perſonam non comprehenſam in in-
4 ueſtitura, nihil operatur. † *cap. 1. in prin. de ſucc.
feud.*

Confirmationem autem, ſiue approbatio-
nem primogenituræ non comprehendere D.
Comitem, videbatur ex eo probari, quia, licet
approbatio legatur initio facta in omnibus,
prout iacet, videtur tamen à ſubſequentibus il-
lis verbis, *Pro dicto primogenito, & alij deſcen-
dentibus maſculis legitimis, & naturalibus dicti
quondam D. Ludouici eius patris in antedicta
primogenituræ fundatione vocatis*, reſtricta, ita, vt
per incluſionem deſcendentium cenſeantur
excluſi tranſuerſales. *l. cum prætor 12. in princ.
ff. de iudi.* Nec enim nouum eſt, vt clauſula ge-
neralis, à ſubſequentibus verbis reſtringatur.
5 † *l. ſi ex pluribus 89. in prin. & ibi Bart. ff. de ſolut.
Pariſ. conſ. 102. num. 11. vol. 1. Menoch. conſ. 854.
numero 7.*

Et dato etiam, quod expreſſim nō fuiſſet re-
ſtricta, adhuc tamen videbatur ad eos reſtrin-
genda ſtante forma petitionis, & ſupplicatio-
nis, ſecundum quam debet omnis cōfirmatio,
& conceſſio Principis intelligi, & declarari.
6 † *cap. inter dilectos §. cæterum, & ibi Bald. num. 16.
de fid. inſtr. l. 1. & ibi Iaſ. num. 7. C. de diu. reſcrip.
Bar. in l. 1. num. ; . verſ. quandoque illa. ff. ad l. Iul.
maieſt. Alex. conſ. 84. num. 7. vol. 1. Iaſ. in l. iuſti-
tia. 10. num. 11. ff. de iuſt. & iur. in l. Gallus 29. §.
idem credendum num. 10. ff. de lib. & poſth. Ruin.
conſ. 43. num. 8. & 9. & conſ. 154. num. 7. & 8. vol.
1. Dec. conſ. 373. num. 11. & conſ. 403. num. 15. Pa-
riſ. conſ. 9. num. 42. vol. 2. Socin. iun. conſ. 95. num.
8. & 78. vol. 3. Decia. conſ. 19. num. 104. vol. 3. Alb.
conſ. 4. num. 24. Rollan. conſ. 61. nu. 9. vol. 3. Ozaſ.
conſ. 7. num. 7. Gozad. conſ. 41. nu. 16. Pereg. conſ.
27. num. 7. vol. 1.* Nam, cum petitio confirma-
tionis facta à D. Zopiro non loquatur de D.
Comite, ſed tantum de deſcendentibus Dom.
Ludouici, quorum fauore ſupponit in teſta-
mento ordinatam primogenituram, videtur
etiam de his ſolis accipienda ſubſequens con-
ceſſio.

Quinimò, licet verba procuratoris porrigen
tis preces ita fuiſſent concepta, vt virtualiter
poſſent etiam D. Comitis vocationem conti-
nere, adhuc tamen ad ſolos deſcendentes vi-
debatur reſtringenda conceſſio, non ſolum,
quia Princeps pro iis ſpecialiter concedendo
inueſtituram, videtur declarare, ſe nolle eam
concedere pro tranſuerſalibus, & ſic in ea par-
7 te ſe reſpuere petitionem † *cap. ad audientiam
de decim. Barto. in d. l. 1. num. 5. verſic. quandoque
fuit. ff. ad l. Iul. maieſt. Alex. conſil. 94. num. 3. vol.
2. Iaſ. in d. l. Gallus 29. §. idem credendum num. 11.
ff. de libe. & poſthum.* ſed etiam quia petitio pro-
curatoris debet reſtringi, & limitari ad termi-
minos mandati præcedētis, quippe cuius fines
8 egredi non eſt ei permiſſum. † *l. diligenter 5. ff.
mand.* Cum igitur mandatum præcedens non
videatur generale, ſed reſtrictum ad ſolos de-
ſcendentes, vt apparet ex illis verbis, *Et lui in
nome di eſſa Signora tutrice al ſudetto nome, & di
eſſo Signor Stefano ſupplicar prima S. A. ſi degni
confirmarla primogenitura di eſſi beni, & ragioni
feudali di Carpanè laſciati dal detto fu Sig. Ludo-
uico nella perſona di eſſo Signor Stefano, & altri
deſcendenti.* Conſequens videtur, vt ad eos ſo-
los ſit reſtringenda procuratoris ſupplicatio.

Præterea, quamuis mandati, & ſupplicatio-
nis verba vi relationis factæ ad teſtamentum
cenſeri poſſent totam teſtatoris diſpoſitionem
continere, & conſequenter etiam illam partē,
in qua D. Comes fuit poſtremò loco vocatus
ad primogenituram, quia tamen explicitè non
fuit narrata prædicta diſpoſitiò, quatenus reſpi
cit vocationē D. Comitis, qui non erat in præ-
cedentibus inueſtituris comprehenſus, hac ſo-
la ratione videbatur ſequens approbatio tan-
quam ſubreptitia nullius momēti, cum in pre-
cibus id tacitum fuerit, cuius expreſſio potuiſ-
ſet in concedendo reddere Principem diffici-
9 liorem. † *cap. ſuper literis, Extra de reſcript. cum
ſimilibus.*

Nec videbatur facienda vis in clauſula, ex
certa ſcientia, quippe, quæ circa ea tantū ope-
ratur, quæ iuris ſunt, non etiam circa ea, quæ
10 facti, vt eſt diſpoſitio teſtatoris. † *Ita enim ſcri-
bunt Bald. in l. fin. numero 5. C. ſent. reſc. non poſſ.
Alexan. conſ. 125. in fi. vol. 2. Iaſ. inter conſ. Brun.
conſ. 8. num. 61. in fin. Ruin. conſ. 157. num. 9. vol.
1. Socin. ſen. inter conſ. Ruin. conſ. 71. num. 38. volu.
3. Dec. conſ. 197. alias 198. num. 6. conſ. 410. num.
21. verſ. 2. & conſ. 606. num. 6. Pariſ. conſ. 1. num.
81. vol. 1. Socin. iun. conſ. 77. num. 126. vol. 1. Roll.
conſ. 7. num. 105. vol. 3. Menoch. conſ. 2. num. 330.*
Itaque non videbatur D. Comes, de quo nulla
fuit in ſupplicatione facta mentio, vi confir-
mationis ſubſequentis ad feudum, quo de agi-
tur, admittendus, Maximè ſtante expreſſa de-
claratione facta à Principe, *quod ſi reperiretur
vnquam primas inueſtituras in aliquo alteratas
fuiſſe ſine ſpeciali gratia in inſtrumento contenta,
minimè cenſeatur per hanc, vel illas, aut ſubſequen-
tes inueſtituras generatum præiudicium aliquod
Celſitudini ſuæ, aut ſucceſſoribus*: Nam hæc vi-
detur operari, vt nullo modo poſſit approba-
tio primogenituræ ad D. Comitē referri, quia
alioquin ſine ſpeciali gratia fuiſſent præceden
tes inueſtituræ per hanc confirmationem pri-
mogenituræ continentem alteratæ contra ex-
preſſam ipſius Principis declarationem. Hæc
ſunt, quæ me primo intuitu mouebant ad exi-
ſtimandum, nullum in feudo, de quo diſputa-
tur, ius D. Comiti competere.

Verùm re poſtea diligentius, ac plenius exa
minata contrarium de iure verius eſſe cenſui,
competere ſcilicet D. Comiti ius in dicto feu
do, & hac ratione non poſſe Sereniſſimū Man
tuæ Ducem petitam inueſtituram illi denega-
re, Quod, vt exiſtimem me

Primùm mouet illud, quia, licet D. Comes
ſit tranſuerſalis, vocatur tamen ad huius feu-
di ſucceſſionem ex forma inueſtiturarum, ſiue
ſpectemus inueſtituram primam, ſiue etiam
ſubſequentes: Nam, etſi regulariter in feudo
nouo tranſuerſales non ſuccedant, *vt dictum
eſt*, hoc tamen exceptionem habet, ſi feudum
nouum concedatur in antiquum: tunc enim,
11 quia antiqui naturam aſſumit † *vt ſcribunt Al-
uaro. in cap. 1. §. 1. num. 2. verſ. quæro ab extra de
grad.*

grad.ſucc.in feud.& in cap.1.num.3.De vaſſ.decr.
ætat. Alex.conſ.30.num.7.vol.1.conſ.1.num.26.&
conſ.29.num.24.volu.5.Iaſ.in præl.feud.num.90.
conſ.1.col.3.verſ.2.principali fundamento vol.3.&
conſ.136.col.4.verſ.moneor in primis,& col.5.verſ.
2.ſpecialius,vol.4.Ruin.conſ.9.num.16.vol.1.Pa-
riſ.conſ.5.nu.11.vbi teſtatur hanc eſſe communem,
& conſ.17.num.1.vol.1.Brun.conſ.73.nu.6.Soci.
ſen.inter conſ.Brun.conſ.10.num.16.Afflict.deciſ.
282.num.10.Alcia.de præſ.reg.3.præſ.28.num.2.
Tiraq.de retr.Lign.§.32.glo.1.num.31.Nat.conſ.
467.num.5.& conſ.468.num.12.Clar.in § feudū
q.8.num.2.Caph.conſ.12.num.3.conſ.152.nu.17.
& 59.conſ.173.num.8.conſ.302.num.10.& conſil.
617.num.53.Roll.conſ.60.num.16.vol.1.& conſi.
16.num.7.vol.3.Gabr.tit.de feud.concl.1.num.1.
Mynſ.ſing.obſ.Cent.4.obſ.84.num.3.Andr.Gail.
lib.2.obſ.50.num.1.Sol.in proœm.decr.glo.1.num.
9.Menoch.de præſ.lib.3.præſ.93.nu.17.conſ.158.
num.1.conſ.160.num.2.& 25.& conſ.1033.num.
7.Surd.conſi.15.num.22.Sacc.conſ.50.num.29.&
Peregr.conſ.8.num.9.volu.1.quæ eſt, vt ad eius
ſucceſſionem etiam tranſuerſales admittātur,
12 † cap.1.de nat.ſucc.feud.& ſcribunt Iaſ.conſi.114.
num.1.vol.1.Brun.conſi.37.col.18.verſic.item de-
buit circa fin.Rol.conſi.3.nu.9.vol.1.& conſi.10.
num.21.vol.3.Natt.conſi.504.num.12.& conſil.
634.num.5.Andr.Gail.d.lib.2.obſer.150.num.5.
Menoch.conſi.378.num.85.Peregr.conſi.14.num.
3.conſi.23.num.4.conſi.29.num.1.vol.1.conſi.24.
num.3.& 17.vol.2.& conſi.21.num.3.vol.3.Sacc.
d.conſi.50.num.93.And.Fach.lib.7.contr.cap.28.
ſit,vt iidem ipſi debeant etiam ſuccedere,quo
13 ties nouum in antiquum conceſſum eſt; † Ita
enim ſcripſerunt Alex.d.conſi.30.num.7.volum.1.
Iaſ.d.conſ.1.col.2.verſ.tertius caſus volum.3.& d.
conſi.136.col.3.verſ.ſed præmiſſis,& col.5.verſic.2.
ſpecialius vol.4.vbi teſtatur hanc eſſe magis commu
nem ſententiam, à qua non eſt in conſulendo, & iu
dicando recedendum Ruin.conſi.14.num.5.vol.1.
Pariſ.d.conſi.17.num.8.vol.1.Natt.d.conſi.467.
num.5.& 14.& d.conſi.468.num.4.Caph.d.conſi.
173.num.8.Roll.d.conſ.60.num.15.& 18.vol.1.
& d.conſ.16.num.7.& 21.verſ.3.vol.3.And.Gail.
d.lib.2.obſer.50.num.13.Amed.à Pont.in tit.qui
feud.dar.poſſ.num.131.vbi teſtatur hanc eſſe cre-
briorem,ſententiam,& ab ea non eſſe in iudicando
recedendum,Theſ.deciſ.146.nu.13.Sol.ſuper decr.
Tolant glo.4.num.16.verſic.præſuppoſito,Menoc.
conſi.160.num.29.& d.conſi.1033.num.10.Surd.
conſ.5.num.5.& d.conſi.15.num.23.Sacc.d.conſil.
50.num.107.Peregr.d.conſi.18.num.9.volum.1.
Roſen.de feud.cap.2.conclu.13.num.1.& cap.7.
conclu.59.nu.11.Quod maximè procedit,quan
do ceſſant illa, quæ alias trāſuerſalibus obeſſe
poſſunt in ſucceſſione feudi, quod in antiquū
eſt cōceſſum, quomodo ceſſant in caſu noſtro
ſcilicet, quia conceſſio non fuit ad certas per-
ſonas reſtricta; Nec enim dictum eſt, Pro ſe,&
deſcendentibus, aut, Pro ſe hæredibus,& ſucceſſori-
bus, ſed ſimpliciter, his modis, & formis, &c.
14 quo caſu ceſſant tradita † ab Alex.conſi.10.nu.
5.vol.3.Iaſ.conſ.152.col.4.verſ.verum, vt nihil,&
conſi.180.num.4.& 5.verſ.2.reſpondetur volu.2.
Soc.ſen.inter conſi.Brun.d.conſi.10.num.17.verſi.
poſita prima opinione, Ruin.conſi.5.num.3.conſilio
45.num.12.in fin.vol.1.Gabr.in tit.de feud.concl.
1.num.3.Caphal.conſi.133.num.29.& conſi.302.
num.50.Ozaſc.conſi.7.num.17.Amed.à Pont.in
d.tit.qui feud.dar.poſſ.nu.132.verſi.idem ſi facta,
Menoc.conſi.400.num.59.& Colleg.Patau.inter
conſi.Peregr.conſ.2.num.44.vol.1.Præterea non
tractamus de tranſuerſali, qui ſit vltra ſeptimū
gradum, ſed de D. Comite, qui erat patruelis
D. Ludouici,& ſic in 4.gradu,quo caſu ceſſant
15 etiam tradita † à Caph.d.conſ.133.num.23.iun-
cto num.26.Crau.conſi.664.num.14.verſ.non ob-
ſtat.& conſ.913.num.9.Ozaſ.conſ.7.nu.14.Roll.
conſ.32.num.19.& 20.volu.3.Sol.in 2.part.decr.
Tolant.glo.4.num.14.Surd.d.conſ.5.num.26.32.
34.49.56.& 68.Peregr.conſi.24.nu.17.volum.2.
Denique non poteſt obeſſe defectus hæredita-
rius, qui alias ad excluſionem tranſuerſalium
16 cōſiderari ſolet, † vti videre eſt apud Alex.conſ.
10.num.8.vol.3.Soc.ſen.inter d.conſ.Brun.conſil.
10.num.17.Iaſ.d.conſ.180.poſt num.4.volum.2.
Brun.conſi.24.num.3.Gabr.in d.tit.de feud.concl.
1.num.3.Ozaſ.conſi.38.num.45.& conſ.52.num.
9.Amed.à Pont.in d.tit.qui feud.dar.poſſ.nu.132.
tum quia de hæredibus non eſt facta in inueſti
tura mentio, tum etiam,quia D. Comes re ve-
ra eſt hæres vltimi poſſeſſoris,ideoque tanquā
habens qualitatem hæreditariam, & intra legi
timum ſuccedendi gradum conſtitutus debet
ad huius feudi ſucceſſionem admitti ſuppoſi-
to,quod in antiquum ſit conceſſum. Eſſe autē
conceſſum in antiquum patet ex eo quia,licet
huiuſmodi clauſula non fuerit explicite poſi-
ta in inueſtitura conceſſa D. Ludouico primo
acquiſitori, fuit tamen appoſita clauſula; His
modis,& formis,quibus eius autor fuit inueſtitus,
quæ non habet alium ſenſum, quam in anti-
17 quum,auitum, & paternum, † vt ſcribit Theſ.
d.deciſ.146.num.13.Menoc.d.conſi.1033.num.
12.verſ.7.Peregr.d.conſ.18.num.11.verſ.præterea
volu.1.Nam, & contra, illa verba, in antiquū,
quæ ponuntur in inueſtituris, nihil aliud ſigni-
ficant, quam,ad ſimilitudinem præcedentium
18 inueſtiturarum, † vt ſcribit Alex.d.conſ.10.nu.
6.vol.3. Itaque paria ſunt dicere,in antiquum,
vel his modis & formis, &c. Quam in rem fa-
19 ciunt, quæ tradunt † Alex.conſ.29.num.22.vol.
5.Theſ.d.deciſ.146.num.13.verſ.neque obſtat,&
Sol.in d.2.part.decr.Tolant gl.4.num.17.verſi præ
ſuppoſito, dicentes, ad hoc, vt feudum nouum
cenſeatur conceſſum in antiquum non eſſe cō
ſtituendum diſcrimen, vtrum Princeps inue-
ſtierit emptorem de feudo nouiter empto, in
feudum antiquum,auitum,& paternum,an ve
ro dixerit, prout authores erant inueſtiti, quo-
niam illa verba, cum ſint relatiua, operantur,
vt omnes qualitates præcedentium inueſtitu-
rarum cenſeantur in ſequenti inueſtitura repe-
20 titæ, † vt ait Menoch.conſ.1082.num.25. Idque
maximè procedere debet in caſu noſtro, in
quo prædicta conceſſio, quando potuiſſet ali-
quam ambiguitatem continere, talem recepit
declarationem ab obſeruātia ſubſecuta, à qua
vt aliorum actuum,ita, & feudalium inueſtitu
rarum,ac conceſſionum interpretatio,& decla
21 ratio deduci ſolet, † vt latè oſtendunt, Bec.conſ.
101.num.47.verſ.denique,& num.49.Menoch.
conſ.104.num.21.verſ.3.conſ.400.nu.12.& conſi.
745.nu.38.& 39. Nam in mandato, quod poſt
D. Ludouici mortem factum eſt à D. Beatrice
de petenda inueſtitura nomine D. Io. Stepha-
ni,expreſsè continetur, vt debeat procurator,
Ricognoſcer,& accettar eſſi beni, & ragioni in feu-
do nobile, & antiquo, & Sereniſs. Mantuæ Dux
virtute illius mādati D. Io. Stephanum in no-
bilo

Digitized by Google

bile rectum, & paternum feudum inueſtiuit, quæ
verba non diſtant ab illis, in antiquum, auitũ,
& paternum, ſcilicet, quia feudum nobile idẽ
22 eſt, quod antiquum, † *vt ſcribunt Dec. conſil. 53.*
num. 3. Natt. conſi. 577. num. 6. & conſi. 637. num.
4. Roll. conſi. 41. num. 8. & ſeqq. vol. 2. Cæpb. conſil.
153. num. 12. vol. 2. Decia. conſi. 117. num. 10. vol.
3. Menoc. conſi. 160. num. 21. & conſil. 202. nu. 49.
tametſi contrarium, & male cenſuerit conſ. 910. nu.
6. & ſeqq. Non enim feudum nouum ſapit no-
bilitatem, ſed antiquum, quia nobilitas non
23 naſcitur in ictu oculi, † *vt ſcribit Bald. in prælu.*
feud. num. 5. quem referunt, & ſequuntur Dec. d.
conſ. 53. num. 3. Tiraq. de nobil. cap. 7. num. 7. Roll.
d. conſi. 41. nu. 9. vol. 2. nec in hoc caſu diſſentit Iaſ.
in prælud. feud. num. 119. Et ſimili modò pater-
num dicitur feudum, quod fuit ab aliquo aſcẽ-
dente acquiſitum vſque ad quartum gradum;
puta à patre, auo, proauo, vel abauo, nam ſupra
24 dicitur antiquum, † *cap. 1. §. hoc quoque & ibi Al*
uaro. num. 3. de ſucc. feud. Alex. conſ. 26. nu. 7. vol.
5. Iaſ. in prælud. feud. num. 83. Dec. conſ. 207. alias
208. num. 4. verſ. paternum, Ruin. conſ. 5. num. 2.
volu. 1. quod eſt relatum inter conſ. Albæ. conſ. 774.
Idem ſcripſerunt Clar. in §. feudum quæſt. 8. num.
1. Menoch. conſ. 978. num. 3. Itaq; vſque ad quar-
tum gradum paria ſunt dicere, in antiquum,
vel in paternum, cum inter ea nulla effectu ſit
differentia, niſi quod ſub antiquo plures perſo
25 næ continentur, † *vt ſcribunt Ruin. d. conſ. 5. nu.*
2. vol. 1. Roll. conſ. 41. num. 12. vol. 2.

Secundò verò dato citra veri præiudicium,
quod feudum non poſſet cenſeri conceſſum iu
re antiqui, & ſic, quod ex forma præcedentiũ
inueſtiturarum non poſſet D. Comes ad eius
ſucceſſionem admitti, adhuc tamen eſſet ad-
mittendus ex vi primogenituræ, quam in ſuo
teſtamento D. Ludouicus erexit, & Sereniſſi-
mus Mantuæ Dux ex ſui certa ſcientia, & de
ſuæ poteſtatis plenitudine confirmauit: nam
in tali erectione nominatim cauetur, vt in de-
fectum omnium deſcendẽtium ſuccedere de-
beat D. Comes, & poſt eum deſcendentes eius
primogeniti in infinitum. Et, licet ſimplex te-
ſtatoris diſpoſitio nihil ad hoc potuiſſet opera
ri, cum vaſſallus ſua diſpoſitione non poſſit ef
ficere, vt in feudo ſuccedant, qui non ſunt in
primis inueſtituris comprehenſi. *c. 1. in prin. de*
ſucc. feud. hoc tamen potuit efficere ſequens
Principis confirmatio, cum Princeps etiam ex
poſt facto veterem inueſtituram ex certa ſcien
tia alterando, & non vocatos ad feudi ſucceſ-
26 ſionem habilitãdo ſibi præiudicare poſſit, † *vt*
ſcribunt Parıſ. conſ. 6. num. 11. in fine vol. 1. Roſen.
de feud. c. 6. conclu. 69. in glo. 2. Surd. conſ. 384. poſt
num. 31.

Nec eſt, quod quiſquam reſpondeat, hæc
procedere, ſi confirmatio eſſet generalis, nec
ad certum perſonarum genus reſtricta, in caſu
autem noſtro eſſe reſtrictam ad deſcendentes
D. Ludouici, ideoque quo ad D. Comitem,
qui non eſt deſcendens, ſed tranſuerſalis, nihil
operari poſſe, quia verius eſt, imo non eſſe re-
ſtrictam, ſed tanquam generalem omnes om-
nino perſonas, de quibus teſtatoris diſpoſitio
loquitur, & ſic etiam D. Comitem, & eius de-
ſcendentes comprehendere, quod, vt liquidò
demonſtrem, conſidero in tribus illis actibus,
ex quorum interpretatione (vbi præcedens fun
damentum non ſubſiſteret) pendet huiuſce cõ
trouerſiæ deciſio nempe in mandato facto à
D. Beatrice poſt D. Ludouici mortem, ſuppli-
catione porrecta à D. Zopyro procuratore cõ-
ſtituto, & conceſſione facta à Principe ad præ-
dicti D. Zopyri ſupplicationem, duo contine-
ri confirmationem primogenituræ à D. Ludo
uico erectæ, & inueſtituram feudi Carpaneti,
in perſona D. Io. Stephani: Ex his inueſtiturã
eſſe principalem (hoc enim principaliter age-
batur, vt ſolus D. Io. Stephanus, tanquam pri-
mogenitus de feudo Carpaneti inueſtiretur)
confirmationem verò primogenituræ conſide
rari tanquam antecedens neceſſariũ, quia non
poterat D. Io. Stephanus excluſis fratribus ſo-
lus inueſtiri, niſi prius valida fieret primogeni-
turæ erectio. Quamobrem in conceſſione nõ
fiunt duo capita ſeparata, vnum confirmans,
alterum inueſtiens, ſed vnum tãtum caput fit,
continens inueſtituræ conceſſionem, cui anne
ctitur per modum antecedentis primogenitu-
ræ confirmatio, vt patet ex ipſiſmet conceſſio-
nis verbis, quæ ſunt hæc. *Præfatus autem Sere-*
niſſimus Dux, &c. approbando in primis, & lau-
dando prænarratam ordinationem, & conſtitutio-
nem primogenituræ, &c. dictum D. Zopyrum, &c.
ipſumque D. Stephanum mediante eius perſona,
&c. in nobile rectum, & paternum feudum inue-
ſtiuit, & ſolemniter inueſtit: Nam verbum illud,
inueſtiuit, tanquam principale, à quo cætera
reguntur, denotat inueſtituram eſſe ipſummet
actum principalem, & approbationem primo
genituræ, tanquam expreſſam per illud partici-
pium *approbando*, quod regitur ab eodem ver-
bo *inueſtiuit*, non eſſe principalem, ſed acceſſo
riam, & factam per modum antecedẽtis. Hoc
ſuppoſito, dico reſtrictionem, quæ fit in prædi-
ctis actibus non reſpicere confirmationem pri
mogenituræ, quippe, quæ generalis eſt, ſed re-
ſpicere feudalem inueſtituram, quæ ſoli D. Io.
Stephano cõceditur: Nam D. Beatrix tanquã
tutrix D. Io. Stephani conſtituit eius nomine
procuratorem D. Zopyrum ad comparẽdum
coram Sereniſſimo Duce Mantuæ, & nomi-
ne prædicti D. Io. Stephani petendam inueſti-
turam. Et ſimili modo D. Zopyrus comparẽs
tanquam procurator D. Io. Stephani, & eius
nomine porrigit preces, in quibus petit eum in
ueſtiri. Denique Princeps eum inueſtit prædi-
cto nomine in feudum nobile rectum, & pater
num. Itaque omnes hi actus, quatenus reſpi-
ciunt inueſtituram, ſunt reſtricti ad perſonam
D. Io. Stephani; Cæterum, quatenus reſpiciũt
confirmationẽ primogenituræ, verius eſt, nul-
lam continere reſtrictionem, ſed eſſe genera-
les, tanquam relatiuos ad teſtamentum D. Lu-
douici: Nam D. Beatrix poſtea quam fecit mẽ
tionem de primogenitura bonorum & iurium
feudalium Carpaneti relictorum à D. Ludoui-
co in perſonam D. Io. Stephani, & aliorum de-
ſcendentium, & hoc modo videtur ſe reſtrin-
xiſſe ad prædictos deſcendentes, ſubiicit, *Il tut-*
to alla forma del teſtamento d'eſſo ſu Sig. Ludouico,
quæ verba tanquam relatiua ad teſtamentum,
operantur, vt cætera omnia, quæ ſunt ibidem
expreſſa (quatenus primogenituram reſpiciũt)
27 cenſeantur in mãdato repetita, † *l. aſſe toto 77.*
ff. de hære. inſt. l. ſi ita ſcripſero 38. & ibi Bart. ff. de
cond. & dem. Soci. ſen. conſ. 62. num. 8. vol. 4. Ruin.
conſ. 27. num. 4. in fi. vol. 1. Et ſimili modo D. Zo-
pyrus, poſtea quam explicitè narrauit erectio-
nem.

Digitized by Google

nem primogenituræ tam reſpectu D. Io. Ste-
phani, & eius deſcendentium, quam reſpectu
DD. Federici, & Guidi, ac deſcendentium ab
eis, ſubiicit, *& prout ſeriosius in ipſo teſtamento*
legitur, quæ verba, & ipſa tanquam relatiua,
eundem repetitionis effectum operantur, ma-
ximè, cum hæc relatio facta ſit per modum
ampliationis, ſcilicet, quia non eſt dictum ſim
pliciter, *prout ſerioſius, &c.* ſed, *& prout ſerioſius,*
&c. & ſic cum illa dictione, &, quæ ſui natura
28 ſtat ampliatiuè, † *l. ea tamen adiectio 44. ff. de leg.*
3. Bald. in l. 1. num. 4. C. de verb. ſign. Soc. iun. conſi.
44. num. 4. volu. 4. Crau. conſi. 9. num. 25. Cæphal.
conſi. 245. num. 64. Surd. conſi. 475. num. 27. & per
conſequentias in caſu noſtro ſignificat, rela-
tionem fieri, vt aliquid addatur narrationi fa-
ctæ, quod niſi intelligeretur de vocatione D.
Comitis fieri non poſſet, quippe, cum reſpectu
deſcendentium D. Ludouici tota teſtatoris di
ſpoſitio iam fuiſſet explicitè narrata. Non po-
teſt igitur talis narratio dici reſtricta, & multo
minus petitio confirmationis, vtpotè, quæ ſim
pliciter facta fuit his verbis, *Supplicauit, vt di-*
gnetur, & velit in primis dictam conſtitutionem
primogenituræ comprobare, nulla perſonarum
adiectione facta: ſolum enim adiicitur perſo
na in ſequentibus verbis continentibus inueſti
turæ petitionem. Denique multo minus dici
poteſt reſtricta cõfirmatio, cum Sereniſſimus
Dux approbauerit prænarratam ordinationẽ,
& conſtitutionem primogenituræ in omnibus
prout iacet.

Nec obſtat illa dictio, prænarratam, quæ tan
quam relatiua videtur reſtringere cõfirmatio-
nem primogenituræ ad eos tantum caſus, &
29 perſonas, de quibus ſupra facta eſt mẽtio, † *vt*
ſcribunt Crau. conſi. 98. nu. 8. Men. conſ. 86. num.
44. & conſ. 1005. num. 5. & de præſ. lib. 4. præſ. 69.
num. 7. quia reſpondeo etiam de D. Comite cẽ
ſeri ſupra factam mentionem, cum expreſſum,
& nominatum cenſeatur etiam id, quod per
30 relationem colligitur, † *vt ſcribunt Bart. conſi.*
7. num. 1. lib. 1. Alex. in l. fin. num. 4. C. de hære. in-
ſtit. Rum. conſ. 2. num. 14. & conſ. 29. num. 5. vol.
2. Pariſ. conſi. 97. num. 94. & 96. volu. 1. & conſ. 9.
num. 18. vol. 3. Cæph. conſ. 74. num. 6. Crau. conſil.
639. num. 7. verſ. hoc amplius. Menoc. conſ. 287. nu.
28. & ſeqq. Itaque cum D. Zopyrus poſt expli-
citam narrationem primogenituræ, quatenus
reſpicit deſcendentes D. Ludouici, ſe retulle-
rit ad teſtamentũ, Princeps confirmando præ-
narratam ordinationem, non ſolum cenſetur
confirmare primogenituram in ea parte, qua
vocantur deſcendentes, ſed etiam in ea, qua
vocatur D. Comes, quoniam & ea cẽſetur an-
te narrata. Re vera igitur nulla in hac confir-
matione reſtrictio conſiderari poteſt, maximè
ſtantibus illis verbis, *In omnibus prout iacet*, quę
tanquam vniuerſalia, & præciſa continent ẽt
31 ea, quæ alias non continerentur, † *vt ſcribunt*
Roll. conſ. 60. num. 21. vol. 1. Hond. conſ. 78. nu. 99.
in fi. vol. 2. Ex quo infero, in caſu noſtro, licet
mandatum, & ſupplicatio porrecta non com-
præhenderent D. Comitem, puta, quia nõ fuiſ-
ſet facta relatio ad teſtamentum, ſtantibus ta-
men illis verbis, *in omnibus, prout iacet*, omni-
modo etiam quoad eum cenſeri confirmatam
primogenituram, quia alioquin non poſſet di-
ci confirmata in omnibus, prout iacet, ſi hæc
pars conſtitutionis cenſeretur à confirmatio-
ne excluſa, cum oratio vniuerſalis nullum om
nino caſum excludat, *l. Iulianus 66. ff. de leg. 3.*
& illa verba, *prout iacet*, importent id omne,
32 quod legitur in teſtamento, † *vt ſcribit Rollan.*
conſ. 61. num. 22. vol. 3. Neque hoc deberet cen-
ſeri abſurdum, quia non eſt nouum, vt conceſ-
ſio Principis, quæ vniuerſalis eſt, latius pateat,
quam ſupplicatio: Princeps enim, qui latas ha
benas habet, & poteſt, & ſolet plerunq; plus
33 concedere, quam petatur, † *vt ſcribunt Soc. iun.*
conſ. 95. num. 78. vol. 3. Ozaſ. conſ. 19. nu. 4. Menoc.
conſ. 1194. nu. 25.

Tertiò hoc multo magis admittendum eſt
in caſu noſtro, in quo Princeps huiuſmodi cõ-
firmationem fecit ex ſui certa ſcientia, & de
ſuæ poteſtatis plenitudine, quæ clauſulæ eſſent
prorſus inutiles, ſi confirmatio cẽſeretur facta
fauore tantum deſcendentiũ, quia, quo ad eos
non erat opus plenitudine poteſtatis, imo nec
erat neceſſaria confirmatio, cum D. Ludoui-
cus iure ſuo, & tanquã primus acquiſitor poſ-
ſet huiuſmodi feudum, quod erat nouum, vni
ex filiis prælegare, & in eo primogenituram
34 erigere, † *vt ſcribunt Gozad. conſ. 75. num. 12.*
Crau. conſ. 135. num. 8. Natt. conſ. 475. num. 12.
verſi. octauo Caph. conſi. 3. num. 9. verſic. quibus, &
num. ſeqq. Menoch. conſ. 504. num. 3. Surd. conſi.
305. num. 52. et conſ. 351. num. 24 etiam ſine cõ-
ſenſu Principis, quippe qui neceſſarius non eſt,
cum diſpoſitio, vel alienatio fit in vnum ex cõ
35 prehenſis in inueſtitura, † *vt in his terminis ſcri-*
bunt Natt. d. conſ. 475. num. 14. verſic. præterea,
Menoc. conſ. 1 94. num. 19. Late Surd. d. conſ. 305.
num. 32. verſ. et quamuis. Nec talis confirmatio
cẽſeri poterat à teſtatore requiſita, cum requi-
ſitio facta fuerit, *ove ſia ſpediente, et non altrimen*
te. Itaque reſpectu deſcendentium confirma-
tio tanquam non neceſſaria, & facta ex abun-
danti, nõ indigebat illis clauſulis, ex certa ſciẽ-
tia, & de plenitudine poteſtatis, ideoque earũ
appoſitio remaneret prorſus inutilis, quod, q̃a
ferendum non eſt, ſcilicet, quia, cùm in omni-
bus rebus, tum potiſſimum in priuilegiis, & cõ
ceſſionibus Principum talis faciẽda eſt inter-
pretatio, ne verba, aut clauſulæ cenſeantur in-
utiliter appoſitæ, ſed potius, vt aliquid operen-
36 tur, † *cap. ſi Papa de priuileg. in 6. Bald. in auth.*
habita num. 4. C. ne fil. pro patr. Dec. in l. 1. num.
21. C. de ſec. nupt. Roll. conſ. 61. nu. 17. vol. 3. Meno.
conſ. 19. num. 1. ideo debemus potius interpre-
tari confirmationem, & harum clauſularum
appoſitionem fuiſſe factam, vt D. Comes ſuo
tempore, & caſu poſſet in primogenitura ſuc-
cedere iuxta D. Ludouici diſpoſitionem.

Quartò vel eo magis hęc dicenda ſunt in ca
ſu noſtro, quo certum eſt, Principem habuiſſe
pleniſſimam notitiam eorum, quæ in teſtamẽ-
to fuerant à D. Ludouico diſpoſita: Nam Do.
Zopyrus in actu ſupplicationis exhibuit Do.
Paltrio procuratori Patrimoniali exemplum
teſtamenti, de quo fecerat mentionem in pre-
cibus, & ad cuius pleniorem diſpoſitionẽ nar-
rando ſe retulerat, idque teſtamentum tunc tẽ
poris fuit lectum, vt oſtendunt illa verba con-
ceſſionis, *viſis iuribus antedictis*, & adhuc ho-
die reperitur in archiuio, ideoque, cum ex eius
lectione conſtet ad primogenituram fuiſſe vo
catum D. Comitem, quem teſtator expreſsè
vocat, *ſuo cugino*, & ſic trãſuerſalẽ, & Princeps
ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis
confir-

confirmauerit conſtitutionem, & ordinationē primogenituræ in omnibus, prout iacet, neceſſariò debet cenſeri eam confirmaſſe etiam in ea parte, quæ vocat D. Comitem, quia confirmatio Principis, vniuerſalibus potiſſimum cō cepta verbis cenſetur facta de omnibus, quæ
37 videre potuit, † *vt ait Menoc conſi. 1117. num. 2.* & vbi Princeps fuit plenè inſtructus, & informatus, clauſulæ prædictæ generalibus expreſſæ verbis omnem omnino reſtrictionem excludunt.

Quintò, & vltimo, cum huiuſmodi approbatio facta ſit cū conſilio D. Præſidis & aliorum procerum, ac Senatorum, vt dicitur in inueſtitura, veriſimile non eſt, eos fuiſſe permiſſuros, vt adderentur illa verba, *in omnibus prout iacet*, niſi ſciuiſſent mentem Principis fuiſſe approbare in omnibus ſui partibus prædictam primogenituræ conſtitutionem.

Neque obſtat contraria: Nam ex ijs, quæ diximus patet reſponſio; Primum enim, quod dicitur tranſuerſales in feudo nouo non ſuccedere, procedit, niſi aliud dictum ſit in inueſtitura, vel appoſita ſit clauſula in antiquum, auitum, & paternum, quæ re vera cenſetur appoſita in caſu noſtro, *vt oſtendimus in primo fundamento*. Deinde non procedit quando ex poſt facto tranſuerſales fuerunt ſpecialiter ad eius ſucceſſionem habilitati, prout habilitatus eſt D. Comes vi primogenituræ à Do. Ludouico conſtitutæ, & à Sereniſſimo Duce Mantuæ cō firmatæ, *vt demonſtrauimus in ſecundo fundamento*.

Neque obſtat, quod confirmatio primogenituræ videatur ad deſcendentes D. Ludouici reſtricta per illa verba, *Pro dicto primogenito, & alijs deſcentibus, &c.* quia reſpondeo, imo non eſſe reſtrictam, cum facta ſit in omnibus, prout iacet, & reſtrictionem referri ad inueſtituram non verò ad primogeniture confirmationem, quæ eſt ſimplex, & abſoluta, *vt oſtendimus in eodem ſecundo fundamento*.

Minus obſtat, quod prædicta confirmatio ſit intelligenda iuxta formam ſupplicationis, quæ (ſtante maximè tenore mandati) videtur ad deſcendentes reſtricta, quia primo reſpondeo, Imo nec mandatum fuiſſe reſtrictum, nec ſupplicationem; Reſtrictio enim fit, reſpectu inueſtituræ, quæ principaliter petitur, non verò reſpectu cōfirmationis primogenituræ, quæ petitur per modum antecedentis, *vt oſtendimus in eodem ſecundo fundamento*.

Secundò reſpondeo, conceſſionem non reſtringi ad terminos petitionis, ſi verba ſint generaliora, & conſtet principem fuiſſe de facto plenè inſtructum, *vt oſtendimus ſupra nu. 33.*

Quod verò dicitur de vitio obreptionis, omnimodo tollitur ab illa clauſula, ex certa ſcientia, quippe, quæ omnem obreptionis, & ſubre-
38 ptionis oppoſitionem excludit, † *vt ſcribunt Gozad. conſil. 62. num. 6. Rollan. conſil. 1. num. 66. vol. 3. Natt. conſil. 160. nu. 16. conſ. 636. nu. 159. & conſi. 652. nu. 8.*

Nec obſtat, quod ꝓdicta clauſula nihil operetur in ijs, quę ſunt facti, quia reſpōdeo id procedere, ſi Princeps eorum non habeat notitiā, *vt ſupponunt dd. in contrarium allegati*. Cæterū, vbi de facto fuit inſtructus, prout fuiſſe cōſtat in caſu noſtro, prædicta clauſula ita operatur circa ea, q̄ ſunt facti, vt circa ea, quæ ſunt iuris,

Deniq; non obſtat, quod requiratur gratia ſpecialis, quoties tractatur de alteratione præcedentium inueſtiturarum in præiudiciū Principis, quia reſpondeo in caſu noſtro multa cōcurrere, quæ ſingula vim ſpecialis expreſſionis habent: Primum enim adſunt illa verba, *in omnibus prout iacet*, quæ tanquam vniuerſalia ſui
39 natura vim habent ſpecialis expreſſionis, † *vt ſcribunt Soc. ſen. conſ. 3. num. 10. vol. 3. Ruin. conſ. 56. num. 12. verſ. & quia vol. 2. Pariſ. conſ. 1. num. 104. & 130. vol. 3. Crau. conſ. 297. num. 6. verſ. 2. reſpondeo Gozad. conſ. 8. num. 29. Menoch. conſi. 1007. nu. 52.* Quamobrem approbatio teſtamēti paterni facta à filio in omnibus, & per omnia, excludit eum etiam à legitima, quæ alioquin ſpecialem renuntiationem requirit, ideo, quia illa verba, in omnibus, & per omnia vim
40 ſpecialis renuntiationis habent, † *vt ſcribunt Ruin. d. conſ. 56. num. 1 tan ſi. vol. 2. Pariſ. d. conſ. 1. num. 104. vol. 3. Ceph. conſ. 152. num. 76. Menoc. conſ. 71. nu. 21. Pereg. de fideic. art. 36. num. 89. & conſ. 67. num. 13. vol. 1.* Præterea adeſt prædicta clauſula, ex certa ſcientia, quæ & ipſa vim ſpe-
41 cialis expreſſionis habet, † *vt ſcribunt Soc. ſen. d. conſ. 3. num. 11. verſiculo præterea, & num. 12. & conſi. 63. num. 4. verſ. ſed ad hoc faciliter vol. 3. Menoch. conſ. 36. nu. 17. & conſ. 100. num. 51.* Concludo igitur feudum prædictum ad D. Comitē pertinere, nec ei poſſe de iure petitam inueſtituram denegari, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro D. Ioanne Manara. I. V. D.

CONSILIVM X.

ARGVMENTVM.

An, & quando in aſſignatione terrarum certi loci facta in diuiſione veniāt etiam terræ in alio loco ſitæ.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum certi loci appellatione venit quicquid eſt intra fines, & limites eius loci.*
2 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*
3 *Loci adiectio reſtringit diſpoſitionem ad ea, quæ ſunt intra locum.*
4 *Exceptio debet eſſe de regula.*
5 *Error in confinibus non nocet, Declara, vt num. 17. & ſeqq.*
6 *Demonſtratio falſa non vitiat diſpoſitionem.*
7 *Mens diſponentium, aut contrahentium qualis fuerit, colligitur ex verbis ſequentibus: Item ex modo loquendi, quo vſi ſunt in alijs diſpoſitionibus, aut contractibus. nu. 8.*
9 *Obſeruantia ſubſecuta declarat, qualis fuerit mēs contrahentium.*
10 *Bonorum certi loci appellatione veniunt etiam alibi ſita, ſi ad illorum vſum fuerant deſtinata, Declara, vt nu. 23. & ſeqq. & nu. 28. & 29.*
11 *Fundus noſtra deſtinatione, non natura conſtituitur.*
12 *Fundi appellatione venit etiam nemus, quod illius vſibus deſeruit.*
13 *Generi per ſpeciem derogatur.*
14 *Species ſi vni aſſignetur, & alteri genus, ſub genere non continetur aliqua pars illius ſpeciei.*

15 *Fundi*

15 *Fundi nomen, ſi poteſt eſſe & generale, & ſpeciale, & in diſpoſitione fiat mentio de aliquo alio fundo particulari, qui ſub illo generali continebatur, non accipitur generaliter, ſed ſpecialiter.*
16 *Opinio loquentium, non veritas, attendi debet.*
20 *Mens talis eſſe cenſetur, qualem verba demonſtrant.*
21 *Relatiuum ſui natura reſtringit.*
22 *Inducta ad diminutionem non debent augmentum operari.*
26 *Fundorum diuiſio, aut vnio interdum fit cauſa commodioris culturæ.*
27 *Res appellatione omnes eius partes continentur.*
30 *Locus differt à fundo tanquam res particularis ab vniuerſali.*
31 *Loquendi modus diuerſus arguit diuerſitatem diſpoſitionis.*
32 *Vſus, & conſuetudo ſpectatur, quæ eſt tempore diſpoſitionis, non vero præcedens.*
33 *Principali ſublato, tolluntur & acceſſoria.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DVBIA mihi primum cogitanti viſa eſt præſens cõſultatio, propterea, quod multa ſunt, quæ prima fronte ſuadere videntur, nemus controuerſum ad D. Aurelium, non vero ad D. Ioannem eius fratrem pertinere, prout colligitur ex motiuis ab Illuſtriſſ. D. Auditore excitatis, etenim

In primis hoc ſuaderi videtur ex eo, quia legitur in inſtrumento diuiſionis obueniſſe D. Aurelio, *li luoghi del canale di Vona*, D. verò Ioanni, *li luoghi di Touano*, quo fit, vt quicquid eſt intra fines, & limites canalis de Vona de-
1 beat ad D. Aurelium pertinere. † *l. ſi fines* 10. *C. de euict. l. qui fundum.* 45. *ff. eod. l. æde ſacra.* 73. §. 1. *ff. de contr. empt. l. quæro. ff. de act. empt. & ſcribunt Bald. in rub. C. de contr. empt. num.* 23. *Ruin. conſ.* 74. *num.* 3. *vol.* 2. *Dec. conſ.* 347. *num.* 2. *verſ.* 3. *reſponderi poteſt, Pariſ. conſ.* 64. *num.* 33. *volu.* 1. *& conſ.* 2. *num.* 64. *vol.* 3. *Soc. iun. conſ.* 54. *num.* 11. *vol.* 1. *Crau. conſ.* 105. *num.* 2. *Ceph. conſ.* 311. *num.* 27. *Menoc. conſ.* 13. *num.* 9. *Surd. conſ.* 13. *num.* 10. *Et in terminis diuiſionis Soc. ſen. conſ.* 98. *in princ. & num.* 1. *verſ. & pro fundamento & verſ. nam nõ poſſunt vol.* 1. propter vim orationis indefinitæ,
2 quæ æquipollet vniuerſali. † *l. ſi pluribus.* 45. *& ibi Bart. ff. de leg.* 2. *l. ſi plures.* 96. *& ibi Bart. ff. de leg.* 3. Contra verò ad D. Ioannem non debeat pertinere, niſi, quod eſt intra fines Touani, cũ localis adiectio reſtringat diſpoſitionem ad
3 ea, quæ ſunt intra locum. † *l. nam quod liquidæ* 4. §. *fin. ff. de pen. leg. l. ſi quis ſeruum.* 8. §. *ſi quis ita legauerit. ff. de leg.* 2. *l. ſi ſeruus legatus.* 111. §. *quæ quinque. ff. de leg.* 1. *l. quæſitum.* 76. §. 1. *ff. de leg.* 3. *& ſcribunt Menoc. conſ.* 337. *num.* 2. *verſ.* 2. *Surd. deciſ.* 241. *num.* 1. *&* 3. *Pereg. conſ.* 41. *num.* 18. *vol.* 1. Sed nemus controuerſum eſt intra fines canalis de Vona, non verò Touani, vt videtur probari, Primò ex inſtrumento diuiſionis factæ inter D. Catarinam matrem DD. fratrum nunc litigantium, & D. Iacobum Cœlium, vbi in parte, quæ adiudicatur prædictæ D. Catarinæ enumeratur nemus prædictum, cum quibuſdam alijs bonis, deinde ſubijciũtur hæc verba, *li quali tutti beni ſono poſti nel territorio di canal di Vona.* Ergo etiam nemus controuerſum, qa, qui totum dicit, nihil excludit. *l. Iulianus.* 66. *ff. de leg.* 3. Secundò videtur probari ex inſtrumento diuiſionis factę inter ipſos fratres, & D. Proſperum eorum patruum, vbi leguntur hęc verba. *Item li luoghi comprati nella Villa di Canal di Vona comprati in commune, dichiarandoſi, che non ſi comprendono li beni particolari della quondam noſtra madre:* Nam, quia exceptio debet eſſe
4 de regula. † *l. nam, quod liquidæ.* 4. §. *fin. ff. de pen. leg.* & regula loquitur de bonis, quę ſunt in villa canalis de Vona, debet etiam per conſequẽtias de bonis ſitis in eadem villa intelligi exceptio bonorum maternorũ, quæ ſubijcitur. Sed inter bona materna, quæ excipiuntur, connumeratur etiam nemus controuerſum, vt apparet ex prædicto inſtrumento diuiſionis factæ inter D. Catarinam, & D. Cœlium. Ergo etiã dictum nemus cenſetur de bonis ſitis in villa canalis de Vona. Tertiò videtur idipſum probari depoſitionibus multorum teſtium dicentium nemus prædictum eſſe de bonis canalis de Vona. Debet igitur ad D. Aurelium, non verò ad D. Ioannem pertinere.

Secundò verò dato, quod prædictũ nemus verè non eſſet intra fines canalis de Vona, ſed potius intra fines Touani, adhuc tamen videretur ad Do. Aurelium pertinere, quia, quando conſtat mentem diſponentium, aut contrahentium eſſe, vt vna res ad aliquem pertineat, licet exprimantur falſi confines, puta, quia res illa dicatur eſſe in vna regione, cum ſit in alia, non tamen illa expreſſio no-
5 cet ei, ad quem res illa debuiſſet pertinere. † *l. patronus.* 34. §. *libertis. ff. de leg.* 3. *& ſcribunt Bar. in l. demonſtratio.* 17. *in prin. num.* 16. *ff. de cond. & demon. Caſtr. conſ.* 117. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 2. *Iaſ. in l. ſi quis in funde vocabulo.* 4. *num.* 3. *ff. d. leg.* 1. *Rui. conſ.* 115. *num.* 13. *in fi. vol.* 5. *Menoc. d. conſ.* 337. *nu.* 6. *&* 13. Nam talis expreſſio eſt veluti quædam demonſtratio, quæ licet falſa ſit, non ta-
6 men vitiat actum. † *l. demonſtratio.* 17. *l. falſa demonſtratio* 33. *ff. de cond. & dem.* Sed in caſu noſtro mens DD. fratrum diuidentium videtur fuiſſe, vt nemus controuerſum includeretur in parte D. Aurelij, Ergo, licet erratum ſit in ſitu, & regione, ſcilicet, quia dictum eſt, *li luoghi di canal di Vona*, cum alioquin nemus ſit in loco Touani, non tamen hic error, ſiue hæc falſa demonſtratio debet nocere D. Aurelio, & ſic non debet impedire, quominus nemus ad eum pertineat. Hanc autem fuiſſe mentem diuidentiũ videtur ex multis conſtare, & Primò ex ipſis diuiſionis verbis: nam poſtea, quam dictum eſt obueniſſe D. Aurelio, *li luoghi di canal di Vona*, ſubijcitur, *quali erano altre volte della loro madre*, ex quibus verbis colligi videtur, mentem eorum fuiſſe, vt ad D. Aurelium pertinerent illa bona, quæ fuerant eorum matris; Sed inter ea connumeratur nemus contentioſum, vt apparet ex predicto inſtrumento diuiſionis, factæ inter D. Catarinam, & D. Cœlium. Ergo etiam de eo videntur ſenſiſſe diuidentes, quia, qualis fuerit mens diſponentiũ, aut contrahẽtium colligitur etiam ex verbis ſequentibus.
7 † *l. ſi ſeruus plurium.* 53. §. *fin. ff. de leg.* 1. Secundò videtur de hac ipſa mente conſtare ex inſtrumento diuiſionis factę inter fratres nunc diſceptantes, & eorum patruum, vbi ſub illis verbis, *non ſi comprendono li beni particolari della quondam noſtra madre*, comprehenderunt etiam dictum nemus, quippe, quod & ipſum erat maternum.

ternum. Debent igitur etiam illud cenſeri cõprehendiſſe ſub illis, *quali erano altre volte della loro madre*, quia, quæ fuerit mens contrahentium, aut diſponentium, colligitur etiã ex verbis, & modo loquendi, quo vſi ſunt in alijs con
8 tractibus, aut diſpoſitionibus. † *l. vxori 32. §. fi. ff. de leg. 3. Caſtr. conſ. 117. nu. 1. in fi. vol. 2.* Tertio videtur probari ex obſeruantia ſubſecuta: Nã, quia vigore diuiſionis, & adiudicationis ſibi factæ D. Aurelius poſſedit dictum nemus, videtur ex hoc conſtare, mentẽ diuidentium fuiſſe, vt prædictum nemus ad eũ pertineret, quia, qualis fuerit mens contrahentium declaratur
9 ex obſeruantia ſubſecuta, † *vt ſcribunt Roman. conſ. 291. num. 2. Caſtr. conſ. 342. num. 4. volum. 1. Gabr. conſ. 89. num. 18. vol. 1. late Ber. conſ. 96. nu. 14. & conſ. 101. num. 49. volum. 1. Surd. conſ. 140. nu. 44. & conſ. 321. nu. 11.*

Tertiò demus, quod de hac intentione partium non conſtet, ſed ſimus in dubio, adhuc tamen idem videtur dicendum, quia appellatione bonorum certi loci veniunt etiam ea, quæ ad illorum vſum fuerant deſtinata, licet alibi
10 ſita ſint. † *l. prædijs. 89. §. qui domum. ff. de leg. 3. l. quod conclaus. 47. ff. de damn. infect. l. Seiæ. 20. §. Tiranna, & ibi Bar. ff. de fund. inſtruct. Dec. conſ. 655. nu. 35. Ceph. conſ. 144. nu. 17. & 18. Mant. de coniec. vlt. vol. lib. 9. tit. 2. num. 8. Odd. conſ. 21. nu. 68. & ſeqq. Menoc. conſ. 140. num. 20. verſic. 2. & num. ſeqq. Surd. conſ. 207. num. 3. & deciſ. 241. nu. 10. vbi in fine deciſionis refert ita fuiſſe iudicatum.* Nam, quia fundus noſtra deſtinatione non na-
11 tura conſtituitur. † *l. quod in rerum. 24. §. ſi quis poſt, & ibi Bar. ff. de leg. 1.* ideo fit, vt, quando ex deſtinatione patrisfa. vnus locus alterius vſui deſeruit, eius appellatione contineatur, *vt in terminis arguit Surd. d. deciſ. 241. nu. 12.* Cum igitur nemus controuerſum deſtinatione matris eorundem fratrum ſemper deſeruierit vſibus locorum canalis de Vona, & a colonis dictorum locorum fructus eius fuerint percepti, vt deponunt omnes ferè teſtes ab vtraque parte examinati, conſequens videtur, vt, licet ſit extra confines dictorum locorum, debeat tamen eorum appellatione contineri; & per conſequentias ad D. Aurelium pertinere, quippe, cui dicta bona fuerũt adiudicata. Et ita in ſpecie de nemore ſito in alio territorio, vt veniat appellatione fundi, cuius vſibus deſeruiebat,
12 † *ſcribit Soc. ſen. in l. 1. ff. de reb. dub. quem refert, & ſequitur Surd. d. deciſ. 241. num. 11.*

Verùm, licet hæc mihi cogitanti qualem qualem dubitandi cauſam prima fronte præbuerint, diligentius tamen, & maturius re conſiderata contrarium de iure verius eſſe cenſui, nempe prædictum nemus ad D. Ioannem, non ad D. Aurelium pertinere, quia, cum in inſtrumento diuiſionis dicantur ei obueniſſe, *li luoghi di Touano*, & nemus, quo de agitur ſine vlla dubitatione ſit intra fines Touani, non poteſt non per conſequentias cenſeri in eius parte comprehenſum, vt probant ea, quæ diximus in primo fundamento contrario, quippe, quæ poſito, quod nemus non ſit in finibus canalis de Vona (prout verè non eſt) ſed ſit in finibus Touani contra D. Aurelium retorquentur, vt proinde non ſit neceſſe hic iterum ea referre. Et, quoniam intentio D. Ioannis eſt fundata in verbis inſtrumenti, & in regula communi, ideo non eſt in eius confirmatione diutius inſiſtendum, ſed ſolùm demonſtrandum hic nullam ſubeſſe cauſam, propter quam à regula recedere debeamus: Difficultas enim huius rei non conſiſtit in fundando iure D. Ioãnis, quippe, quod ſatis ſuperque fundatum eſt in claris inſtrumenti verbis, ſed conſiſtit ſolũ in remouendo iure D. Aurelij, & demonſtrando nullum ei ſuper dicto nemore Ius competere.

Non obſtat igitur primo, quod dictum eſt, nemus cõtrouerſum eſſe poſitum in territorio canalis de Vona, ideoque debere ad D. Aurelium pertinere, quia reſpon. hoc perſpicue falſum eſſe, cum, vti ſupra diximus, in facto clarũ, & indubitatum ſit, id eſſe poſitum intra fines Touani.

Nec obſtant illa verba poſita in inſtrumento diuiſionis factæ inter D. Catarinam, & Do. Cœlium, *li quali tutti beni ſono poſti nel territorio di canal di Vona*, quæ referuntur etiã ad prædictum nemus, vtpotè, de quo ſupra fuerat facta mentio, quia reſpon. nomen canalis de Vona eſſe & generale, & ſpeciale: Generaliter enim complectitur etiam loca Touani, & conſequenter etiam nemus controuerſum, ſpecialiter verò non cõplectitur, niſi bona, quæ ſunt à Touano ſeparata, atque diſtincta, vt deponunt plures teſtes ex parte D. Ioannis examinati. Si igitur ſumamus nomen canalis de Vona generaliter, verum eſt, quod dicitur in prædicto inſtrumẽto omnia illa bona, quæ ibi fuerunt nominata, & ſub quibus comprehenditur etiam nemus controuerſum, eſſe poſita in territorio canalis de Vona, ſed ex hoc non ſequitur dictum nemus debere pertinere ad D. Aurelium, Primò, quia generi per ſpeciem in toto
13 iure derogatũ, † *l. in toto 80. ff. de reg. iur.* & ideo, quando vni aſſignatur ſpecies, alteri verò genus, ſub aſſignatione generis non continetur
14 aliqua pars illius ſpeciei † *l. vxorem. 39. §. Fœliciſſimo l. ſeruus. 97. §. fin. ff. de leg. 3.* Cum igitur in caſu noſtro D. Ioanni fuerit aſſignata ſpecies, nempe loca Touani, quæ reſpectu locorũ canalis de Vona ſunt veluti ſpecies, Do. verò Aurelio fuerit aſſignatum genus, nempe loca canalis de Vona, quæ, vti dictum eſt, ſe habent ad loca Touani, vt genus, conſequens eſt, vt nõ poſſit ſub hac generali aſſignatione contineri aliqua pars illius ſpeciei, ideſt, aliqua res, quæ ſit in loco Touani, & ſic, vt non poſſit D. Aurelius vigore aſſignationis locorum canalis de Vona ſibi factæ prætendere nemus, quod eſt in loco Touani. Secundo, quia, quando fundi nomen poteſt eſſe & generale, & ſpeciale, ſi in diſpoſitione fiat mentio de aliquo alio fundo particulari, qui ſub illo nomine generali contineatur, nomen illius fundi debet in diſpoſitione ſumi ſpecialiter, non verò generaliter,
15 † *vt eſt tex. vbi Bart. Soc. ſen. & alij not. in l. 1. ff. de reb. dub.* Sed in caſu noſtro nomen canalis de Vona poteſt eſſe, & generale, & ſpeciale, vt dictum eſt, & in diuiſione fuit à partibus facta mentio de locis Touani, & ſic de vna ſpecie locorum, quæ ſub nomine generali canalis de Vona continentur, Ergo ſequens mẽtio locorum canalis de Vona debet accipi ſpecialiter, pro iis tantum locis, quæ verè, & realiter ſunt in eius territorio, non verò generaliter, vt etiã prædictum nemus poſitum in finibus Touani complectatur. Itaque, licet nomen canalis de Vona ſumeretur generaliter in dicta diuiſione

facta

Digitized by Google

facta inter D. Catarinam, & D. Cœlium, non tamen ſequitur nemus prædictum debere ad D. Aurelium pertinere, quia in diuiſione facta inter fratres, debet ſumi ſpecialiter. Quod, ſi illa verba, *li quali tutti beni ſono poſti nel territorio di canal di Vona*, accipiantur ſpecialiter, prout accipi debere conſtat ex eo; quia diſtinguuntur ibi loca canalis de Vona à locis Touani, & Valleſini, vt apparet ex illis verbis, *ſitus in territorio canalis de Vona, Valleſini, & Touani*, tunc verius eſt, ea continere erroneam, & falſam territorij deſignationem, quia ex ipſa rei euidentia conſtat de contrario, & ideo non debet huius deſignationis haberi rato, quia, vt dictũ eſt in ſecundo fundamento contrario, falſa cõfinium deſignatio, & demonſtratio non nocet, quando conſtat de contraria veritate. *l. patronus. 34. §. libertis. ff. de leg. 3.*

Nec obſtat, ſi dicatur, in hac re non debere attendi veritatem, ſed opinionem loquentiũ.
16 *l. quo loco. 20. §. 1. & ibi not. glo. in verb. alterum aſſum, & poſt eam Bar. Bal. Imol. Caſtr. & alij. ff. de bar. inſtit. Et in his terminis ſcribit Surd. d. deciſ. 241. num. 15. & 16.* & ideo, cum ſecundum opinionem diuidentiũ nemus cõtrouerſum eſſet in territorio canalis de Vona, idem eſſe de eo judicandum, quod iudicaretur, ſi verè, & realiter eſſet in eo territorio, quia reſpon. fatendo contrarium reſpectu illorum, qui talem habebant opinionem, non verò reſpectu cœterorũ: nam loci in contrarium allegati loquuntur de opinione teſtatoris, qui diſponebat. Itaque reſpectu D. Catarinæ, & D. Cœlij, qui diuidebant inter ſe bona, de quibus agebatur in dicta diuiſione fateor idem fuiſſe iudicandũ de prædicto nemore, ac ſi verè fuiſſet in territorio canalis de Vona, & conſequenter ita debuiſſe pertinere ad D. Catarinam (prout pertinuit) ac ſi non eſſet in confinibus erratum. Cæterum reſpectu DD. fratrum, qui poſtea bona materna inter ſe diuiſerunt, verius eſt, matris erroneam opinionem nihil operari: Contrarium enim procederet, ſi conſtaret hos fratres tempore diuiſionis credidiſſe nemus prædictum eſſe in territorio canalis de Vona. Cum igitur de hoc non conſtet (cum non ſit probatũ) conſequẽs eſt, vt non poſſumus dicere, idem propter opinionem diuidentium eſſe de hoc nemore iudicandum, quod iudicaretur, ſi verè fuiſſet in prædicto territorio, quia, cum non conſtet de aliqua eorum opinione, non poteſt per conſequẽtias eius haberi ratio, cum non entis nullæ ſint qualitates. *l. eius qui 41. ff. ſi cert. pet.*

Non obſtat, quod, imò videatur conſtare, talem quoque fuiſſe opinionem horum fratrũ, ex inſtrumento diuiſionis factæ inter eos, & patruum, vbi patruo aſſignantur bona canalis de Vona, exceptis bonis maternis; quæ exceptio, cum ſit de regula, denotat bona materna, inter quæ connumeratur nemus, eſſe de bonis canalis de Vona, ſaltem, quoad ipſorum opinionẽ, quia reſpon. fatendo bona materna, quæ ibi excipiuntur cenſeri de territorio canalis de Vona, ſed nego ibi excipi nemus controuerſum, quemadmodum nec alia bona Touani, quæ tamen erant materna: Nam exceptio fuit ſubiecta reſpectu bonorum, quæ potuiſſent contineri ſub aſſignatione facta patruo, aut ſaltem, de quibus potuiſſet dubitari, vtrum continerẽtur: Sed talis dubitatio non potuiſſet oriri circa bona Touani, quia, cum patruo non eſſent aſſignata, niſi bona canalis de Vona, non potuiſſet probabiliter dubitari, vtrum ad eũ pertinerent bona materna ipſorum fratrum, quæ erant in loco Touani, ſed ſolum potuiſſet naſci dubitatio circa bona materna, quæ erant in loco canalis de Vona, & cum cæteris annexa, & ideo tollendæ huius dubitationis gratia fuit dictum aſſignari patruo omnia bona canalis de Vona exceptis maternis, non quidem omnibus, ſed iis tantum, de quibus dubitari potuiſſet, id eſt, quæ ſunt in territorio canalis de Vona.

Denique non obſtant depoſitiones teſtium dicentium, nemus prædictum eſſe de locis canalis de Vona, quia reſpon. vel eorum dicta eſſe accipienda in generali canalis de Vona appellatione, & ſic non officere, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus*, vel, ſi ſumantur ſpecialiter, eſſe erronea, & falſa, quia conſtat ex ipſa rei euidẽtia, & ex depoſitionibus aliorum teſtium, qui ſunt in maiori numero, nemus illud eſſe poſitum in finibus Touani, non canalis de Vona, nec in eorum falſa opinione vis aliqua fieri debet, quia in hac re debet attendi, aut veritas, aut ſaltem opinio ipſorum diſponentium, ſeu contrahentium, non verò cæterorum, *ſecundũ ea, quæ ſupra diximus.*

Non obſtat ſecundum fundamentum contrarium, quod ſcilicet falſi confines non noceant, quando conſtat de mente diſponentiũ,
17 aut contrahentium, quia reſp. primo, † duos in hac re poſſe conſiderari caſus, quorum

Primus eſt, quando ſpecialiter fit mentio de certo fundo nominato, puta, cum aſſignatur alicui fundus Seianus, qui eſt in tali regione, cum tamen verè ſit in alia regione. Et tunc verum eſt, talem confinium expreſſionem non
18 nocere. † *d. l. patronus. 34. §. libertis. ff. de leg. 3. cũ alijs ſupra adductis*: nam, cum de corpore conſtet, non eſt habenda ratio illius falſæ demonſtrationis, quæ ſui natura non ſolet vitiare diſpoſitionem. *d. l. falſa demonſtratio. 33. ff. de cond. & demonſt.*

Secundus verò caſus eſt, quando non fit ſpecialis, & nominata mentio de aliquo prædio, ſed generaliter (prout in caſu noſtro) aſſignãtur prædia, aut loca, ſeu terræ, quæ ſunt in aliquo territorio. Et tunc verius eſt, diſpoſitionẽ illam, tanquam localem, non continere, niſi
19 ea, quæ ſunt in prædicto territorio. † *Ita not. diſtinguit Caſtr. in conſi. 117. nu. 1. vol. 2.*

Secundò reſpon. contrarium procedere, ſi conſtaret mentem diſponentium, aut contrahentium eſſe, vt res in alio loco ſita ad eum pertineat, cui bona certi loci fuerunt aſſignata. Hic autem non conſtare, mentem DD. fratrum fuiſſe, vt nemus controuerſum pertineret ad D. Aurelium, imò conſtare de mente cõtraria; quia mens talis eſſe cenſetur, qualem
20 verba demonſtrant. † *l. Labeo. 7. ff. de ſupp. leg.* & illa verba, *li luoghi di canal di Vona*, non continent loca Touani, inter quæ connumeratur nemus, ideoque non procedere contrarium.

Nec obſtant illa verba; *quali erano altre volte della loro madre*, quia reſpon. hæc verba, non ampliare, ſed reſtringere diſpoſitionem præce-
21 dentem, ſecundum naturam relatiui. † *l. et tamen adiectio 44. ff. de leg. 3.* Senſus enim eorum eſt, obueniſſe D. Aurelio loca canalis de Vona, non quidem omnia, ſed ea tantũ, quæ erant

materna,

materna. Verum ex hoc non ſequitur ei obueniſſe omnia bona materna etiã alibi ſita, quia hoc modo verba, quæ reſtringendi cauſa fuerunt adiecta, operarentur incrementum & am-
22 pliationem, contra regulam. *† l. legata inutiliter, 14. ff. de adimen. leg. l. legata inutiliter, 19. ff. de legat. 1.*

Nec obſtat, quod appellatione bonorũ maternorum contineatur etiam nemus, quia reſpon. hoc eſſe verum, ſi bona materna ſimpliciter proferantur, ſecus vero, ſi reſtringãtur ad bona certi loci; Vnde, cum in caſu noſtro non ſit dictum ſimpliciter obueniſſe D. Aurelio, *li luoghi, quali erano altre volte della loro madre*, ſed, *li luoghi di Canal di Vona, quali erano altre volte della loro madre*, & ſic bona materna, q̃ obuenerũt, ſint reſtricta ad certũ locũ, conſequens eſt, vt ſub eorum appellatione non poſſit contineri nemus, quod in eo loco non reperitur.

Denique non obſtat, quod dicitur de obſeruantia ſubſecuta, quia reſpon. Primo negando aliquam ſecutam eſſe obſeruantiam, quia facta diuiſione ſtatim atque venit tempus colligendorum fructuum, quo potiſſimum actu incipit quis facere actus poſſeſſorios, nata eſt cõtrouerſia inter fratres, ideoque non poteſt dici ſecuta aliqua obſeruantia.

Secundò reſpon. dato etiam, quod D. Aurelius ante rixam feciſſet aliquos actus poſſeſſorios, non tamen eos feciſſe cum ſcientia, & patientia D. Ioannis, quæ res requiritur, vt ex obſeruantia ſumatur interpretatio dubiæ voluntatis: Nam, cum hic tractetur de interpretanda mente duorum contrahentiũ, debet in obſeruantia cõcurrere mens vtriuſque, alioquin poſſet quidem dici talem fuiſſe intentionem vnius, ſed non alterius, quod non ſufficeret.

Ad tertium denique fundamentum, in quo, meo iudicio, tota vis dubitationis conſiſtit, reſpon multipliciter, & Primo, quod dicitur appellatione rei ſitæ in aliquo loco venire etiam eam, quæ illius vſibus fuit deſtinata, quamuis in alio loco ſita ſit, procedere, ſi paterfa. habebat vtramque rem pro vna, puta pro vno fundo, & ſub vna appellatione fundi vtranque rẽ
23 complectebatur, *† vt expreſſe ſcribitur in d. l. Seiæ. 20. §. Tyrannæ. ff. de fund. inſtr. l. Caius. 88. §. Titius. ff. de leg. 2. l. prædijs 89. §. Titio. ff. de lega. 3. & ſcribunt Bar. in d. §. Tyrannæ, nu. 1. Alex. conſi. 169. num. 9. vol. 5. Cæph. d. conſ. 144. num. 14. verſ. ſed prædictis, & nu. 17. & 18. Mantic. de coniec. vlt. vol. d. lib. 9. tit. 2. num. 6. 7. 8. & 13. Odd. d. conſ. 21. num. 68. Menoc. conſi. 140. nu. 23. & conſ. 337. nu. 22. & ſeqq. Surd. d. deciſ. 241. num. 10. 11. 18. & 23.* Nec enim ſufficit, quod idem colonus, aut villicus vteretur, & fundo, & alia re ad vſum illius, niſi probetur, patremfa. ſolitum eſſe ſub fundi
24 nomine rem etiam illam complecti, *† vt ſcribunt Alex. d. conſ. 169. num. 9. vol. 5. & Menoch. d. conſ. 337. num. 26.* adeo, vt non ſufficiat, teſtes dicere, rem illam ſemper fuiſſe vnitam cũ fundo, niſi in ſpecie deponant de vna fundi appel
25 latione, *† ſecundum Alex. d. conſ. 169. nu. 9. verſ. ſed non reperio, & num. 10. vol. 5.* quia patresfam. ſolent plerumque vnire plures terras, vel diuidere fundum in plures partes, non quia velint, aut ex duobus fundis vnum, aut ex vno duos efficere, ſed vt coloni facilius, & commodius
26 agris inſeruire poſſint. *† d. l. Caius 88. §. Titius. ff. de leg. 2.* & ideo ex tali vnione, aut diuiſione non poteſt ſumi concludens argumentum ad hoc, vt vna res veniat, aut non veniat appellatione alterius, niſi ſpecialiter conſtet, qualis fuerit mens patrisfam. qui terras illas coniunxit, aut diuiſit. Vnde, cum in caſu noſtro non conſtet, hoc nemus, de quo diſputatur, ita fuiſſe vnitum cum locis canalis de Vona, vt ſimul cum illis conſtitueret vnum fundum, cuius appellatione cõtineretur, imo cõſtet, ſemper fuiſſe nuncupatum nomine proprio, & diſtincto à nomine canalis de Vona, cum ſemper vocatũ ſit, *il boſco della Manefaua*, conſequens eſt, vt nõ debeat contineri ſub appellatione locorum canalis de Vona, licet cõſueuerint coloni dictorum locorũ frui dicto nemore, quia talis vſus cenſetur illis conceſſus cauſa cõmodioris culturæ dictorum locorum, non verò, vt tanquam illorum pars intelligeretur.

Secundò reſpon. tunc demum appellatione rei in certo loco ſitæ contineri etiam eam, quæ illius vſibus deſeruit, quando in diſpoſitione fit mentio de illa re per expreſſionem nominis generalis, puta, quando teſtator ait, lego fundum Seianum, vel, lego poderium, aut poſſeſſionem, quam habeo in tali loco: nam, quia nomen illud eſt generale, & complectitur omnes res particulares, quæ ſimul cõſtituunt vnũ fundi corpus, ideo ſub illa diſpoſitione veniũt etiam illæ terræ, quæ deſeruiebãt vſibus ipſius fundi, quamuis in alia regione ſitæ ſint, quia appellatione rei omnes eius partes continen-
27 tur. *† l. appellatione rei. 72. ff. de verb. ſignifi.* Et in his terminis procedunt leges, & authoritates
28 in contrarium allegatæ: nam, *† in l. Seiæ, 20. §. Tyrannæ. ff. de fund. inſtr.* teſtator legauerat fundum Grecianum; *in l. Caius. 88. §. Titius*, legauerat fundum Seianum, & Bartolus *in d. §. Tyrannæ*, loquitur de poderio, Cæphalus *d. cõſ. 144. num. 22.* de poſſeſſione, quemadmodum & Surdus *d. deciſ. 241. nu. 12. verſ. 4.* Cæterũ, quando mentio fit per expreſſionem particularem, verius eſt, non contineri, niſi, quod eſt expreſſum, & ſic non venire, niſi ea, quæ ſunt intra fi-
29 nes loci deſignati, † vt eſt de mente. *Bart. in l. 1. nu. 3. ff. de reb. dub.* & omnium ferè DD. quos in contrarium allegauimus: nam eo ipſo, quod ſe fundant in expreſſione nominis generalis, quod tanquam deſignans corpus quoddã fundi, complectitur omnes eius partes, vbicunq; ſitæ ſint, tacitè fatentur, ſe contrarium ſentire, ſi non eſſet expreſſum nomen generale, ſed bona particularia certi loci fuiſſent nominata. Quinimo Surdus *d. deciſ. 241. num. 12. verſic. 4.* expreſsè ait, ideo in quæſtione ſua prædia alibi exiſtentia contineri appellatione terrarum S. Danielis, quia teſtator non reliquerat prædia particularia, ſed fuerat vſus verbis, generalibus ſupponendo fideicommiſſo poſſeſſionẽ, quæ ſignificat maſſaritium, eurtem, podere, quæ nomina tanquam generalia includunt omnia, quæ ſub illo vocabulo continentur, licet ſeparata ſint, atq; diuerſa; Sentit ergo contrarium eſſe dicendum, ſi teſtator reliquiſſet prædia particularia, quinimo id apertius declarat *num. 19. verſ. nec vim facit*, dum ait, ideo cõtineri prædia alibi ſita, quia teſtator dixerat, poſſeſſionem, & terras S. Danielis, quo caſu, quia prius expreſſerat verbum poſſeſſionis, qđ tanquam generale complectabatur etiam terras alibi ſitas, quippe, quæ ſolebant à teſtatore

compre-

comprehendi ſub appellatione poſſeſſionis S. Danielis, ideo non debuit reſtringi diſpoſitio ab illis verbis ſubſequẽtibus,& terras S. Danielis,quippe quæ fuerant adiecta ad augendã diſpoſitionem. Significat ergo, ſe aliud ſentire, ſi teſtator non expreſſiſſet illud nomen poſſeſſionis,quod eſt generale, ſed tantum dixiſſet, terras S. Danielis; Demumq; ſentit idem in fine deciſionis,du ait,ideo ibi venire prædia alibi exiſtentia, quia teſtator locutus erat de poſſeſſione per nomen generis,q ſub ſe continet plura corpora,quia,qñ plura corpora ſub vno nomine continentur,expreſſo illo nomine omnia veniunt; ſecus verò, ſi corpora ſint particularia, quia tunc vno expreſſo aliud non continetur. Cum igitur in caſu noſtro non dixerint diuidẽtes,ſe adiudicare D. Aurelio fundum, aut poſſeſſionem,aut prædium canalis de Vona,ſed, *li luoghi di canal di Vona*, & ſic deſignauerint res particulares, cum locus differat à fundo tanq̃
30 res particularis ab vniuerſali † *l. locus. 60. & ibi Alcia. l. fundi. 21. ff. de verb. ſignifi.* Conſequens eſt,vt ſub eorum appellatione non poſſint contineri, niſi loca particularia, quæ ſunt in finibus canalis de Vona. Et ſanè loca illa, de quibus loquuntur prædicti diuidentes non conſtituere vnum fundi corpus,ſed eſſe quędam corpora particularia, & à cæteris diſtincta, fatentur ijdem in inſtrumento diuiſionis factę cum patruo,vbi, poſtea quam dictum eſt, aſſignari patruo bona canalis de Vona, ſubijciũtur hæc verba, *non ſi comprenderanno li beni particulari del la quondam noſtra madre*,quæ bona ſunt eadem ipſa, quæ poſtea fuerunt in ſequenti diuiſione adiudicata D. Aurelio ſub illis verbis, *li luoghi di canal di Vona, quali erano altre volte della loro madre.* Sunt igitur hæc loca particularia ſeparata, atque diſtincta à cæteris, non verò conſtituentia vnum fundi corpus, ideoque nõ debent eorum appellatione venire bona alibi ſita, ſecũdum ea,quæ diximus. Quinim (quod diligenter animaduertendum puto) videntur hoc apertè declaraſſe diuidentes: nam,vbi voluerunt adiudicare quoddã totum, ſiue corpus aliquod fundi ſub quo plura corpora contineantur,expreſſerunt nomen generale: nam, in prima parte dixerunt, *la poſſeſſione di Tolarua lo con tutte le ſue raggioni, & pertinenze*,in ſecunda verò, *la poſſeſſione dell' Albaretto con tutte le ſue raggioni* &c. In tertia demum, *la poſſeſſione di Cabruna con tutte le ſue raggione* &c. At verò, cum loquuntur de bonis controuerſis aiunt ſimpliciter, in prima parte, *li luoghi di Touano*, in tertia, *li luoghi di canal di Vona*, Ex hac igitur diuerſitate loquendi intelligimus, eos non ſenſiſſe de vniuerſitate, nec de eius pertinentijs, ſed tantum de locis particularibus, quæ
31 ſunt in territorio canalis de Vona, † *vt in his terminis conſiderat Menoch. d. conſ. 337. numero 9. verſic. 6.*

Tertiò reſpon. contrarium procedere, quando deſtinatio durabat etiam tempore teſtamẽti, aut contractus celebrati, ſecus verò, quando fuerat ab ea receſſum: quia non ſpectatur vſus, conſuetudo,& deſtinatio præcedẽs,ſed ea, quæ
32 erat tẽpore diſpoſitionis † *l. Mela. 14. §. ſed etſi alimẽta. ff. de alim. le. Et in his terminis ſcribit Surd. conſ. 207. nu. 9. verſ. 3.* In caſu autem noſtro tempore diuiſionis nulla ſuberat deſtinatio, quia, ſi qua præceſſerat, iam fuerat ab ea per diuiſionem factam cum patruo receſſum, propterea quod,licet eo tempore, quo bona canalis de Vona erant his fratribus cum patruo communia, & cõſtituebant vnum poſſeſſionis corpus nuncupatum, *la poſſeſſione di canal di Vona*, & continens non ſolum materna, ſed etiam bona acquiſita, permitteretur colonis dictæ poſſeſſionis vti nemore cõtrouerſo ſito in finibus Touani ad commodiorem vſum, & culturam ipſius poſſeſſionis, & hoc modo nemus illud quatenus qualiter dici poſſet deſtinatum vſibus dictæ poſſeſſionis,tamen poſtea, quam fuit facta diuiſio prædictæ poſſeſſionis cum patruo, & ei fuerunt adiudicata bona acquiſita, fratribus verò bona materna,non potuit non cenſeri receſſum à prædicta deſtinatione, quia,cum per diuiſionem deſierit eſſe illud totum, ideſt illa poſſeſſio,quæ erat veluti principalis, deſijt etiam per conſequentias eſſe deſtinatio aliarũ rerum illi facta,quæ erat,velut acceſſoria,cum ſublato principali tollantur omnes eius acceſ-
33 ſiones † *l. cum principalis. ff. de reg. iur. l. 2. in prin. ff. de vulg.* Erat igitur neceſſaria noua deſtinatio, reſpectu terrarum remanẽtium apud ipſos fratres,quæ,quoniã facta non eſt,ſcilicet, quia fratres ſtatim poſt diuiſionem factam cum patruo inter ſe bona ſubdiuiſerunt, ideo intelligimus, nullam tempore diuiſionis inter hos fratres factæ poſſe conſiderari deſtinationẽ, quæ operetur, vt nemus cõtrouerſum appellatione locorum canalis de Vona contineatur. Quamobrem ceſſante deſtinatione,non eſt,quod D. Aurelius, cui loca canalis de Vona fuerunt adiudicata, aſpiret ad nemus ſitum in territorio Touani, quippe, quod pertinere debet ad Do. Ioannem, cui loca Touani fuerunt aſsignata, prout de iure verius eſſe concludo ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro D. Euſebio de Morris Cunienſi.

CONSILIVM XI.

ARGVMENTVM.

An in primogenituris nepos ex fratre excludat patruum,& quid in maioratibus, ſeu fideicommiſsis, ad quę vocantur ſeniores, ſiue antiquiores de domo, Et, an vocato ſeniore de domo, cenſeatur conſtitutum fideicommiſſum,ſucceſſiuum, & perpetuum in familia.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non extẽditur de perſona ad perſonam.*

2 *Extenſio in fideicommiſſis, licet interdum fiat de caſu ad caſum,nunq̃ tamẽ fit de pſona ad pſonã.*

3 *Fideicommiſſum, ad quod ſenior, ſiue antiquior vocatur, extinguitur in primo gradu, Sed contra nu. 6. & ſeqq.*

4 *Prohibitio alienationis adiecta ſubſtitutioni,tanquam acceſſoria reſtringitur ad terminos, caſus, & perſonas ſubſtitutionis præcedentis.*

5 *Agnationis conſeruandæ ratio cenſetur habita in caſu tantum diſpoſito.*

6 *Antiquioribus de domo vocatis non reſtringitur diſpoſitio ad vnum gradum,ſed porrigitur ſucceſſiui, & ad ſequentes.*

F Natu-

7 Naturalis non poteſt dici de domo, ſiue familia, & agnatione patris ſui niſi ex conſuetudine ferat arma familiæ. nu. 8.

9 Numerus ſingularis non, niſi unius vocationem admittit.

10 Diſcrimen, quod inter pluralem & ſingularem vocationem conſtituitur, communiter reprobatur.

11 Seniore, aut maiore natu, aut primogenito vocato alicuius familiæ, diſpoſitio cenſetur ſucceſſiua.

12 Fideicommiſſum ſucceſſiuum dicitur ordinatum, cum teſtator ſubſtituit unum alteri, aut voluit bona de uno ad alium tranſire.

13 Senioris vocatio intelligitur non tantum de primo, & ſecundo, ſed ſucceſſiuè, & de ſequentibus cum teſtator iuſſit hæreditate ſemper, & in perpetuum eſſe unitam.

14 Bonorum unio eſt cauſa finalis, & effectus maioratus.

15 Effectus à ſua cauſa regulatur, & extinguitur extincta cauſa.

16 Prohibitio detractionis denotat fideicommiſſum.

17 Maioratus natura eſt, vt ſit perpetuus, & in infinitum deferatur.

18 Primogenituræ natura eſt, vt in infinitum deferatur.

19 Filiorum appellatione in primogenituris, & maioratibus continentur omnes deſcendentes in infinitum.

20 Comprehenſio, non autem extenſio dicitur quæ fit ex voluntate teſtatoris.

21 Perpetuitas conſiderata à teſtatore in prohibitione alienationis adiecta ſubſtitutioni operatur, vt fideicommiſſum iniunctum inſtituto cenſeatur in eius filijs poſitis in conditione repetitum.

22 Subſtitutio facta nominatim, & ad certam perſonam reſtricta non extenditur ad alias.

23 Primogenituræ bona ſubiecta, quoties tranſierunt in vnam lineam, nunquam ad alias transferuntur, niſi prior omnino defecerit.

24 Primogeniti filius, qui ſucceſſit, præfertur patruo.

25 Primogenitura regulatur ſecundum naturam feudi.

26 Maioratus non differunt à primogenituris, Declara, vt nu. 45. 46. 47. & 48.

27 Primogenituram cenſetur conſtituere vocans maiorem natu.

28 In maioratus ſucceſſione filij vltimi poſſeſſoris cæteris præferuntur.

29 Nepos ex primogenito præfertur patruo ſeniori, etiam ſi facta ſit mentio de maiore natu.

30 Proximior teſtatori, & grauato omnibus præfertur.

31 Domus in teſtamentis communiter accipitur pro familia.

32 Teſtator vocando ſeniorem de familia cenſetur ſenſiſſe de propria, & ſic effectiuè non contentiuè. num. 33.

34 Fideicommiſſo relicto ſeniori, ætatis non proximitatis ratio habetur.

35 Proximitatis ratio habetur in Hiſpanorum maioratibus, ſed in Italia aliud ſeruatur. nu. 36.

37 Ætatis ratio conſideratur in omnibus caſibus in quibus antiquior vocatur.

38 Patruus excludit nepotem ex filio primogenito in fideicommiſſis, ad quæ maior natu vocatur, & ſenior excludit iuniorem. nu. 39.

40 Proximitatis ratio habetur in primogeniturìs, in quibus non ſolum ætas, ſed etiam proximitas vltimi poſſeſſoris attenditur.

41 Teſtator vocando ſeniorem de domo poſt mortem primi ſubſtituti, quem ſcit habere filios cenſetur nolle bona ſua tranſire de patre in filium, ſed de ſeniore in ſeniorem.

42 Conditio tacita liberorū non intelligitur in tranſuerſalibus.

43 Affectio teſtatoris præſumpta in deſcendentibus operatur, vt filius eius, qui natu maior eſt patris locum ingrediatur, & alios ſeniores excludat.

44 Obſeruantia ſubſecuta declarat ambiguas diſpoſitiones.

49 Primogenitus nomen iuris habet, maior verò natu, aut ſenior, ſiue antiquior nomen facti.

50 Nepos ex primogenito ſecundum iuris ſenſum dicitur primogenitus, non autem naturaliter.

51 Fictio in his, quæ ſunt facti, conſiderari nequit.

52 Verba in nominibus non ciuiliter, & ficte, ſed naturaliter ſunt intelligenda.

53 Linea contentiua eſt, quæ proficiſcitur à communi ſtipite.

54 Familia contentiua dicitur, quæ proficiſcitur à communi ſtipite, effectiua verò, quæ deſcendit à teſtatore.

55 Tranſuerſales non ſunt de effectiua domo teſtatoris.

EACTI SPECIES.

DOM. Cæſar de Morris condidit anno 1583. teſtamentum, in quo particularem hæredem inſtituit Dom. Georgium filium ſuum naturalem, de cæteris verò bonis diſpoſuit in hæc verba. *Et in tutti gli altri ſuoi beni, &c. hà inſtituito ſuo herede vniuerſale il figliuolo maſchio, qual naſcerà della detta Madonna Gabriela del ſime del detto M. Georgio, cioè il primogenito, Et morendo detto primogenito ſenza figliuoli legitimi, & di legitimo matrimonio procreati, gli ſubſtituiſce l'altro primogenito, che da lui naſcera, & ſio volgarmente, pupillarmente, & per fideicommiſſo, & coſi ſucceſſiuamente detta heredità ſempre coſi vnita ſia transferita dall'vn primogenito all'altro per fideicommiſſo perpetuo.*

Et non hauendo detta Madonna Gabriela alcun figliuolo maſchio del ſime di detto M. Georgio in tal caſo fin ad eſſo inſtituiſce ſuo herede vniuerſale, quale ha nominato di ſua propria bocca, cioè, il Nobile Proſpero figliuolo primogenito di M. Giuſeppe Morro, & appreſſo di lui ſuo figliuolo primogenito all'hora viuente, ſe hauera figliuoli, & non hauendone, l'altro figliuolo d'eſſo M. Giuſeppe ſarà herede vniuerſale.

Et mancando li figliuoli d'eſſo M. Giuſeppe, & loro figliuoli ſara herede il loro proſſimiore maſchio della parentella de Morri, & poi ſuo primogenito ſuccedendo ſempre il primogenito come ſopra s'è detto, Volendo ſempre, che ſua heredità vnitamente ſenza detrattione, & diminutione alcuna ſia transferita al primogenito della caſa de Morri, & ſucceſſiuamente dall'vn primogenito all'altro.

Poſt modum mutata voluntate condidit anno 1586. codicillos, in quibus relata ſerie teſtamenti, & ſubſtitutionum in eo factarum ita diſpoſuit, *Dichiarando detto Nob. codicillante, che morendo detto M. Georgio ſuo figliuolo ſenza*

Digitized by Google

lo ſenza figliuoli maſchi in tal caſo eſſo codicillante per fideicomiſſo gli ſubſtituiſſe il ſudetto Nob. M. Gioſeffo Morro reuocando in tal caſo l'inſtitutione per lui fatta in detto M. Proſpero, & in ſuoi figliuoli, E morendo, o non eſſendo nel caſo predetto detto M. Gioſeffo detto Nob. codicillāte come ſopra ſubſtituiſſe a detto M. Georgio ſuo figliuolo moredo come ſopra ſēza figliuoli maſcoli il piu vecchio della caſa de Morri, ſubſtituedo l'altro piu vecchio d'eſſi de Morri in detta ſua heredita, qual vuole reſti ſempre, & in perpetuo vnita ſenza detrattione alcuna. Et in reliquis confirmauit diſpoſitiones factas in teſtamento.

Poſt mortem teſtatoris deceſſit D. Ioſeph eius frater, idemq; D. Georgio ſubſtitutus viuo adhuc grauato, & relictis duobus filijs, nempe DD. Proſpero, & Alphonſo. Mox deceſſit D. Georgius ſine liberis. Quamobrem hæreditas teſtatoris iure fideicōmiſſi peruenit ad D. Carolum, qui tunc temporis erat ſenior de Morris, & patruelis D. Ioſephi. Demum deceſſit, & D. Carolus nullis relictis filijs maſculis, ideoque prædicta bona teſtatoris peruenerunt ad D. Alphonſum filium D. Ioſephi tanquam ſeniorem, qui intendens fideicommiſſum à teſtatore ordinatum eſſe extinctum, & conſequenter bona, tanquam libera debere ad filios ſuos hæreditario ſuo pertinere, Et dato etiam, quod non ſit extinctum, nihilominus in eius ſucceſſione præferendos eſſe filios ſuos maſculos cæteris etiam ſenioribus, contradicentibus alijs rem deduxit in iudicium, & petiit, ſecundum ſuam intentionem declarari, Vnde quæritur, an eius petitio ſit iuri conſona.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Controuerſia, quę proponitur, duas in ſe cōtinet dubitationes excutiendas, Vna eſt, an fideicommiſſum à teſtatore conſtitutum finiatur in perſona D. Alphonſi, an verò ad vlteriores gradus extendatur. Altera verò poſito, quod non finiatur, an in eius ſucceſſione filij D. Alphonſi ſint alijs de Morris tametſi ſenioribus præferendi.

Et in prima quidem dubitatione videretur primo aſpectu dicendum fideicommiſſum in perſona D. Alphonſi nouiſſimi poſſeſſoris terminari, neque ad vlteriores extendi, quia teſtator tres tantum fecit ſubſtitutionum gradus: Primum enim D. Georgio ſine filiis maſculis decedenti ſubſtituit D. Ioſephum. Secundo verò, ſi is deceſſerit, aut tunc temporis non erit ſuperſtes ſubſtituit ſeniorem de domo de Morris. Tertiò demum huic ſeniori ſubſtituit aliū ſeniorem, nec vltra progreſſus eſt. Cum igitur ex his tribus ſubſtitutionibus prima fuerit caducata per mortem D. Ioſephi, qui viuo adhuc grauato, & ſic pendente conditione deceſſit. *l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cadu. toll.* Secunda verò habuerit effectum in perſona D. Caroli, qui tanquam ſenior fuit admiſſus ad bona teſtatoris, quo tempore D. Georgius deceſſit ſine filijs maſculis, Tertia demū habuerit effectum in perſona Do. Alphonſi, qui, vt ſenior admiſſus eſt poſt mortem D. Caroli, conſequens eſt, vt fideicommiſſum cenſeatur extinctum, nec poſſit ad vlteriores gradus extendi, quia alioquin multiplicarentur gradus ſubſtitutionum, & grauarentur ij, quos teſtator nominatim non grauauit & ſic fideicommiſſum extenderetur de perſona ad perſo
1 nam, quod iuris ratio non permittit, † *vt ſcribunt Socin. iun. conſilio 29. numero 23. volum. 4. Gozad. conſilio 59. numero 4. Caphal. conſil. 729. numero 9. Crauet. conſilio 98. numero 13. Ozaſc. conſilio 22. numero 9. Menoch. conſilio 106. num. 57. Surd. conſilio 448. numero 33. Peregr. conſilio 39. numero 7. volum. 3.* adeo, vt, licet interdum ex veriſimili voluntate defuncti fiat extenſio de caſu ad caſum, nunquam tamen fiat de per-
2 ſona ad perſonam, † *vt ſcribunt Rum. conſilio 127. numero 9. verſic. facilius volum. 2. Dec. conſil. 286. numero 8. Socin. iun. conſilio 185. numero 12. volum. 2. Crau. d. conſilio 98. numero 13. Gabr. conſilio 111. numero 13. volum. 1. Caphal. conſilio 269. numero 12. & 53. Natt. conſilio 551. numero 25. Rollan. conſilio 56. numero 24. volum. 3. Pereg. de fideic. art. 1. num. 27. Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 73. num. 5. Surd. conſ. 55. nu. 24.*

Et, ſi dixeris, nullam hic fieri extenſionem, quia verba teſtatoris referuntur etiam ad gradus ſequentes propter vocationem ſenioris de domo, quæ non intelligitur de primo tantum, ſed ſucceſſiuè, & de ſequentibus, ita, vt vnus poſt alium cenſeatur vocatus, *ex doctr. Anch. in conſilio 27.* Videtur poſſe replicari, Imo contrarium eſſe verius, vbi teſtator, non antiquiores, ſed antiquiorem, ſiue ſeniorē vocauit, prout in caſu noſtro; nam, quia numerus ſingularis non poteſt in pluribus verificari *cap. gaudemus extr. de diuort.* ideo fit, vt vocato maiore natu, ſiue antiquiore, aut ſeniore, non poſſit diſpoſitio fideicommiſſum ſucceſſiuum continere, quia hoc modo plures, non vnus anti-
3 quior, aut ſenior vocaretur. † Et ita in terminis ſubſtitutionis factæ de antiquiore, ſeu propinquiore, vt de primo tantum intelligatur, nec vlterius protendatur conſuluit *Crau. in cōſ. 161. per tot. & latius in conſ.* 180. vbi pluribus rationibus, & argumentis conatur oſtendere doctrinam Anchar. *in d. conſ.* 27. non eſſe veram, aut ſaltem in his terminis non procedere.

Nec obſtat, ſi dixeris, Imò prædictam diſpoſitionem ad vlteriores gradus extendi, quoties ex verbis teſtatoris colligimus, eum ad perpetuitatem reſpexiſſe, vt in caſu noſtro, in quo teſtator poſtea, quam ſeniori alium ſeniorem ſubſtituit, & ad hæreditatem ſuam vocauit, ſubiecit hæc verba, *qual vuole reſti ſempre, & in perpetuo vnita ſenza detrattione alcuna*, quia videtur poſſe reſponderi, ſupradicta procedere, quoties teſtator ad perpetuitatem reſpexit in ipſamet diſpoſitione principali, nempè in ſubſtitutione ſenioris, puta, quia dixerit, Subſtituo ſeniorem in perpetuum. Cæterum, quando verba perpetuitatem denotantia non ſunt expreſſa in ipſamet ſubſtitutione, ſed in alijs clauſulis acceſſorijs, longè aliud videri dicendum, quia clauſulæ acceſſoriæ non debent alterare principalem diſpoſitionem *Clemen. 1. de præben.* Qua ratione fit, vt, ſi teſtator ſubſtituat aliquem Titio ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, & poſtea prohibeat ei bonorum alienationem adiecta cauſa, quia vult illa perpetuò manere in ſua familia, ſi Titius moria-

tur relictis filijs, extinguatur fideicommiſſum, nec cenſeatur in eius filijs repetitum, licet eo modo bona perpetuò in familia non ſeruentur, quia, cum perpetuitas conſeruationis bonorum in familia non fuerit à teſtatore conſiderata in ipſamet ſubſtitutione, ſeu diſpoſitione principali, ſed tantum in ratione adiecta prohibitioni alienationis, quæ eſt acceſſoria, ideo non debet alterare, ſiue ampliare diſpoſitionem præcedentē, ſed ad eius terminos, tàm reſpectu perſonarum, quàm reſpectu conditionum, & aliarum qualitatum reſtringi,
4 † *vt ſcripſerunt Alex. conſ. 59. nu. 8. & 9. vol. 3. Socin. ſen. conſ. 53. nu. 11. vol. 1. Ruin. conſ. 134. nu. 16. vol. 3. Dec. conſ. 636. num. 12. Graz. ad conſ. 30. nu. 16. & 17. Gabr. conſ. 111. num. 21. vol. 1. Cephal. conſ. 17. num. 24. Berot. conſ. 63. nu. 5. Odd. conſ. 66. nu. 44. Pereg. de fideic. art. 14. num. 47. Surd. conſ. 448. nu. 19. Ladercb. conſ. 5. in prin. Borgn. deciſ. 5. per tot. par. 3. Andr. Fach. lib. 10. contro. cap. 19.* Sic igitur & in caſu noſtro, quia illa verba, *ſempre, & in perpetuo*, non ſunt poſita in diſpoſitione principali, ſed tantum in ea clauſula, in qua teſtator declarat, ſe velle bona remanere vnita, & de eis non poſſe fieri aliquam detractionem, quæ eſt acceſſoria, non debet ab huiuſmodi verbis ampliari, & ad vlteriores gradus extendi ſubſtitutio, quæ non, niſi tres gradus habet, ſed debet intelligi conſiderata perpetuitas in caſu ſuo, ſiue in caſu à teſtatore diſpoſito, vt in ſimili dicimus de ratione agnationis conſeruandæ, quā
5 teſtator conſiderauit, † *ſicuti videre eſt apud Dec. conſ. 511. nu. 6. verſ. & ad hoc facit, Soc. iun. conſil. 57. nu. 7. verſ. nec quicquam vol. 4. Decian. conſ. 26. nu. 86. vol. 2. Caph. conſ. 478. nu. 13. Pereg. de fideicom. art. 29. num. 39 Surd. d. conſ. 448. nu 22. Menoch. conſi. 85. nu. 119. conſ. 253. num. 13. conſ. 376. nu. 19. verſ. reſpondetur, & nu. 57. verſ. & comprobatur, & conſ. 1024. nu. 15. verſ. verū.* Nec enim nouum eſt, vt dictiones perpetuitatē denotantes temporis præfinitionem recipiant à ſubiecta materia, vel à mente contrahentium, aut diſponentium, aut ab alijs circunſtātijs, *vt not. omnes in l. 1. ff. de iur. dot.*

Prædictis tamen non obſtantibus, prout re vera non obſtant, contrarium in propoſita ſpecie puto de iure verius, non eſſe ſcilicet in perſona D. Alphonſi finitum fideicommiſſum, ſed, tanquam ſucceſſiuum, & perpetuum debere ad vlteriores gradus in infinitum extēdi ita, vt bona teſtatoris ſemper de ſeniore in seniorē transferantur. Vt autem ita ſentiam, his potiſſimum adducor fundamentis, &

Primò notiſſima doctrina Ancharani *in d.*
6 *conſi. 27.* dicentis † teſtatorem, qui in aliquem euentum reliquit bona ſua duobus antiquioribus de domo non exprimendo propria nomina non cēſeri diſpoſitionem ſuam reſtrinxiſſe ad vnum gradum, ſed inter agnatos perpetuū, & ſucceſſiuum fideicommiſſum conſtituiſſe, quam doctrinam, licet *Crau. in d. conſ. 161. & d. conſ. 180. & alij* plerique conati ſint euertere, conſtat tamen eſſe receptiſſimam: *nam eam ſecuti ſunt Roma. conſ. 438. nu. 14. Barba. conſi. 27. nu. 7. verſ. præterea adduco vol. 1. conſ. 18. num. 16. verſ. 3. præmitto vol. 2. & conſ. 14. nu. 3. verſ. vnde ſolemnis vol. 3. Ruin. conſ. 40. nu. 3. verſ. & prout ēt vol. 1. conſ. 24. nu. 6. conſ. 164. nu. 4. verſ. & ita etiā clarè, & conſ. 167. nu. 7. vol. 3. Dec. conſ. 516. num. 16. verſ. & facit, Tiraq. de iure primog. q. 3. nu. 10. Alb. conſ. 51. nu. 14. Nat. conſ. 531. num. 27. Berol. conſi. 118. nu. 9. Ozaſ. conſ. 22. nu. 33. Molin. de primogen. Hiſp. lib. 1. cap. 5. nu. 18. Menoch. conſi. 85. n. 26. conſ. 97. nu. 19. conſ. 117. nu. 14. & 15. & conſil. 1006. nu. 49. Pereg. de fideic. art. 13. num. 86. verſ. quod ſi maior, vbi teſtatur hanc doctr. eſſe communiter approbatam, & art. 19. nu. 16.* & ideo propter ſolam illam doctrinā Ancharani fuit pronuntiatum contra conſ. Crau. *vt ipſemet fatetur in d. conſ. 180. in prin.*

Nec eſt, quod aliquis reſpondeat, Anch. loqui in diuerſis terminis, quam ſint illi, in quibus nos loquimur, quia verius eſt, imo in caſu noſtro concurrere ea omnia, quæ concurrunt in caſu Anch. Nam ibi conſiderat in primis Ancha. teſtatorem non expreſſiſſe propria nomina ſubſtitutorum, ſed ſimpliciter vocaſſe antiquiores de domo, eaque ratione non cenſeri habuiſſe particularem affectionem ad perſonas, ſed generalem ad totam domū, quæ, quia ita militat in gradibus ſequētibus, vt in primo, ideo fit, vt diſpoſitio non ſit ad primum gradū reſtringenda, ſed generaliter ad omnes gradus ſucceſſiuè porrigenda. Hęc ratio locum habet etiam in caſu noſtro, vtpotè in quo teſtator nō certum aliquem, ſed ſeniorem de domo ſubſtituit. Secundo conſiderat Anchar. teſtatorē ibi rationem habuiſſe cōſeruandæ agnationis, quam etiam habuit in caſu noſtro: nam in cōditione poſuit filios maſculos, quæ res denotat, eum habuiſſe rationem conſeruandæ agnationis, quia hoc fecit ad excluſionē fœminarū, à quibus non conſeruatur, ſed finitur agnatio *l. pronuntiatio. 195. in fi. ff. de ver. ſign.* Deinde eo ipſo, quod D Georgio ſine filijs maſculis decedenti ſubſtituit D. Ioſephum, & eo nō extante ſubſtituit ſeniorem de domo de Morris, & huic ſeniori alium ſeniorem non obſcurè demonſtrat ſe velle bona ſua conſeruari in familia de Morris. Nec eſt contrarium, quod in caſu noſtro teſtator, tanquam naturalis no poterat dici de domo, ſiue familia, & agnatione
7 patris ſui † *§. vulgo Inſt. de leg. agn. ſucc. & ſcribunt Bar. in l. tutelas. 7. in prin. nu. 2. ff. de cap. min. late Molin. de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 4. nu. 46. Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 27.* eaq. ratione vocando ſeniorem de domo de Mortis, & ſic de domo patris, non poſſit cenſeri habuiſſe rationem conſeruandæ ſuæ agnationis, quia reſpōdeo, Primò, licet propriè loquendo non eſſet de domo, ſiue familia patris, eo tamen ipſo, quod naturales ex conſuetudine huius patriæ ſolent deferre nomen, & arma familiæ paternæ, poſſe hoc reſpectu dici de eadem domo, & fami-
8 lia † *vt poſt Bartol. Bald. Angel. Socin. ſen. & Guidop. docet Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 38. num. 14.* & hoc modo habuiſſe eum rationem conſeruandæ etiam propriæ agnationis. Secundo reſpondeo, etiamſi nullo modo dici potuerit de eadem familia habuiſſe tamen eū rationem conſeruandæ agnationis paternæ, ad quam deficientibus ſuis deſcendentibus habuit affectionem, & hoc ſufficere, vt cenſeatur ad vlteriores gradus ſuam diſpoſitionem extēdere voluiſſe: Nec enim nouum eſt etiam alienæ familiæ & agnationis conſeruandæ rationem habere teſtatorem, & ex hoc ſumi coniecturas ad interpretandam ambiguam ipſius voluntatem.

At verò, dices, in caſu Anch. teſtator voca-
uerat

Digitized by Google

uerat antiquiores, & ſic vſus fuerat plurali nu-
mero, q. vt pſonarũ, ita & graduũ pluralitatem
nõ excludit, Contra vero in caſu nřo vocauit
ſeniorẽ, & ſic vſus eſt numero ſingulari, q nõ,
9 niſi vnius vocationem admittit, † *vt conſiderat
Crau. d. conſ. 161. num. 9. verſ. non obſtat, & d. conſ.
180. nu. 2. in fi. & num. 3.* Verum reſpondeo, di-
ſcrimen hoc, quod inter ſingularem, & pluralẽ
vocationem conſtituitur, communiter repro-
10 bari, † *vti videre eſt apud Beret. conſ. 118. nu. 15.
& Pereg. de fideic. art. 19. nu. 17. qui in ſpecie repro
bant diſtinctionem Crau.* ideoq; etiamſi teſtator
vocauerit ſeniorem, aut maiorem natu, aut pri
mogenitum alicuius familię, diſpoſitionem
cenſeri ſucceſſiuam, & in ea locum habere do-
11 ctrinam Ancharani, † *vti videre eſt apud Ro-
man. conſil. 438. numero 13. & 14. Gomez. in 40. l.
Taur. num. 64. verſ. ſed in hoc articulo, Pereg. d. ar.
13. nu. 86. verſ. quod, ſi maior, Menoch. conſ. 1006.
num. 49. vbi recenſet 23. DD. ita tenentes, & conſ.
1099. num. 12. & 13. & de praeſ. lib. 4. praeſ. 69. nu.
15.* quia ſingularis numerus operatur quidem,
vt duo, vel plures ſimul, & eodem tempore
non poſſint admitti, ſed non excludit, quomi-
nus vnus poſt alium admittatur. Itaq; quotieſ
cunq; teſtator vult in bonis ſuis erigere maio-
ratum, aut primogenituram, quia mens eius
eſt, vt bona nõ diuidantur, ſed ſtent vnita, ideo
neceſſariò debet vti numero ſingulari, & voca
re primogenitum, aut maiorem natu, ſiue ſe-
niorem, vt oſtendat vnum tantum eſſe admit-
tendum, apud quem bona remaneant vnita,
ſed ob hoc non excludit ſucceſſiuam vocatio-
nem, quia verum ſemper eſt, vnum tantum,
ſed ordine ſucceſſiuo vocari. Ex quibus appa-
ret, doctrinam Anchar. quæ eſt communiter
approbata certiſſimum, atque tutiſſimum præ-
bere fundamentum huius partis, quam nos in
propoſita ſpecie, vt veriorem amplectimur.

Secundò vero multo magis ea procedere
debet in caſu noſtro, in quo ſumus in fortiori-
bus terminis, quam ſint illi, in quibus loquitur
Ancharanus: nam ibi teſtator vnicum fecerat
ſubſtitutionis gradum, ſi ſpectamus formulam
verborum, quia ſimpliciter dixerat, ſe vocare
duos antiquiores de domo in caſum mortis
grauati. Itaq; facilè quis inhærendo verbis tẽ-
tare potuiſſet, ſubſtitutionem, tanquam vnicã
debere in prima vice terminari, quod etiam
fatetur Ancharanus. At in caſu noſtro, poſt-
ea, quam teſtator vocauit ſeniorem de domo,
ſi tempore mortis D. Georgij non eſſet viuus
D. Ioſeph, progreſſus eſt ad aliam diſpoſitio-
nem, & huic ſeniori ſubſtituit alium ſeniorẽ.
Itaque, cũ hoc modo declarauerit, ſe nolle ſub
ſtitutionem ſenioris in vno tantum gradu ter-
minari, ſed velle poſt vnum ſeniorem alium ſe
niorem admitti, nec aliqua poſſit conſiderari
ratio, cur potius ſecundus, quã tertius, & quar-
tus ſenior admitti debeat, ideo facilius, quam
in caſu Ancharani debet fieri interpretatio
ſucceſſiui fideicommiſſi, Maximè, cum ibi ge-
neralitas, & incertitudo perſonarum ex vna
tantum parte conſiderari poſſit, nempè ex par
te vocatorum, cum grauatus ſit certus, in caſu
autem noſtro conſideretur etiam ex parte gra-
uati, propterea quod teſtator generaliter ſub-
ſtituit ſeniori alium ſeniorem: nam, quia ta-
lis diſpoſitio, tam reſpectu vocationis, quam
reſpectu grauaminis dirigitur ad perſonas in-
certas, ad quas teſtator non potuit habere par-
ticularem affectionem, aut paſſionem, ideo
credimus eum ad domum, ſiue familiam re-
ſpexiſſe, & in ea fideicõmiſſum ſucceſſiuum,
tam actiuè, quam paſſiuè cum ætatis prærro-
gatiua conſtituiſſe: nam, & ſimili ratione,
cum teſtator ait, ſe ſubſtituere vnum alteri,
aut ſe velle bona de vno in alium tranſire non
exprimendo propria nomina, dicimus eum,
12 fideicommiſſum ſucceſſiuum ordinaſſe, † *vti
videre eſt apud Rum. conſilio 151. numero 7. verſ.
nam illa verba volum. 2. & Surd. dicto conſil. 241.
num. 31.*

Tertiò, & fortius hæc admittenda ſunt in
caſu noſtro, in quo conſtat teſtatorem ad per-
petuitatem reſpexiſſe; nam, poſtea quam ſe-
niori ſubſtituit alium ſeniorem in hæreditate
ſua, ſubiecit hæc verba, *qual vuole reſti ſem-
pre, & in perpetuo vnita, ſenza detrattione al-
cuna*: Quo poſito ſequitur, vocationem ſenio-
ris non poſſe intelligi de primo, & ſecundo
ſeniore, ſed ſucceſſiuè, & de ſequentibus, quia
alioquin bona non poſſent perpetuò manere
13 vnita, † *vt ſcribunt Ancharan. d. conſilio 27. &
Peregrin. d. artic. 13. numero 86. Et in his termi-
nis ſequitur etiam Crau. d. conſil. 180. num. 4. verſ.
ex alio etiam.*

Nec obſtat, ſi dicatur, hanc perpetuitatem
non fuiſſe a teſtatore conſideratam in ipſamet
ſubſtitutione, ſed in alijs clauſulis, quæ ſunt
acceſſoriæ, ideoque non debere alterare diſpo
ſitionem principalem, quia reſpondeo, Imo
hoc ſufficere ad oſtendendum mentem teſta-
toris fuiſſe, vt fideicommiſſum eſſet ſucceſ-
ſiuum: nam, & in ſpecie Anchar. verba teſta-
toris perpetuitatem denotantia non fuerant
appoſita in ipſamet vocatione, ſeu diſpoſitio-
ne principali, ſed in alia parte teſtamenti, in
qua teſtator declarauerat, ſe velle ſubſtitutos
præſtare certum quid annuum in perpetuum
diſtribuendum inter pauperes, & tamen ex eo
collegit Anchar. mentem eius fuiſſe, vt ſub-
ſtitutio, ſeu vocatio eſſet perpetua, quia alio-
quin non potuiſſet onus in perpetuum præſta-
ri, cum non vocatus non poſſit onerari. *l. ab eo.
9. C. de fideicom.* Sic igitur, & in caſu noſtro,
licet teſtator non dixerit, ſe in perpetuum ſub-
ſtituere ſeniorem ſeniori, ſed tantum, ſe velle,
vt bona perpetuò maneant vnita, hoc tamen
ſufficit ad interpretandam eius mentem circa
perpetuitatem fideicommiſſi, quia bonorum
vnio eſt cauſa finalis, & effectus maioratus,
14 † *vt ſcribunt Socin. ſen. conſ. 47. num. 6. volum. 3.
Pariſ. conſ. 72. num. 81. volum. 4. Beret. conſ. 118.
num. 23. Peregr. conſil. 34. num. 9. volum. 3. Surd.
d. conſil. 241. num. 13.* Itaque non poſſunt bona
ſemper, & in perpetuum manere vnita, niſi
etiam in perpetuum duret maioratus, quia ef-
fectus à ſua cauſa regulatur, & extinguitur ex-
15 tincta cauſa † *l. ſi eum 10. §. qui iniuriarum. ff. ſi
quis cautio. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. ff. vt leg. no.
ca.* Et ſimili modo eo ipſo, quod in perpetuum
prohibet detractionem de bonis ſuis, oſtendit
perpetuum quoque eſſe debere fideicommiſ-
ſum, quia detractio non fit, niſi de bonis fi-
deicommiſſo ſubiectis. Quamobrem à prohi-
bitione detractionis rectè quis infert ad fidei-
commiſſum, tanquam antecedens neceſſariũ
16 † *vt videre eſt apud Gabr. conſ. 123. num. 12. vol.
2. Odd. conſil. 67. nu. 73. Pereg. de fideic. ar. 3. nu. 4.*

Men.conſ.117.nu.21.& conſ.1006.nu.8.& 38.
Quartò eo fortius dicendum eſt in caſu no-
ſtro fideicommiſſum debere eſſe perpetuum,
quia tractatur de maioratu,cuius natura eſt, vt
17 ſit perpetuus,& in infinitum deferatur,† *vt ſcri*
bunt Couar.lib,3.variar.reſol.c,5.nu.4. Gomez in
40.l.Taur.num.64.verſ.ſed in hoc articulo,Molin,
de primog.Hiſp.lib,1.c.3.nu.14.& c.4.nu, 12.in fi.
& nu.ſeq.& c, 6,nu,28.Peregr.conſ.38, nu,11 vol,
1.conſ.47.poſt nu,6,.vol.2, & de fideic. art.22.nu.
18 51. quemadmodum,& primogenitura,† *vt do*
cent Pariſ.conſ.72,nu,92,vol.4. Molin.d.lib.1.c,5.
nu.20,& c.6,nu,28.Pereg. d,art.22,nu,51.Meno,
conſ.220,nu.34.& d,conſ.1006.nu.15.& 44.verſ,
3.& nu.49. Neq; enim veriſimile eſt,eũ,qui eri
git primogenituram, aut maioratum,velle vni
tm̃ gradui,aut duobus ꝓſpicere,ſed potius om
nibus illis, qui ſunt de familia,aut deſcendẽtia
in infinitum,*vt ait Beret. d.conſ,118.nu.23.* Qua
ratione fit,vt in primogenituris, & maioratib.
appellatione filiorum contineantur oẽs deſcẽ
19 dentes in infinitũ.† *vt ſcribunt Molin. d,lib,1.c,*
5.nu.20,& d.c,6,nu,28.Pereg d.art. 22.nu.45. &
51.Colleg.Patau.inter conſ.Peregr.conſ.38.nu,20,
23,& 26.vol.1. Surd.conſ.403.nu.21,
Quintò & vltimo cõfirmãtur ſuptadicta ea
ratione,quia maioratus,quem teſtator in codi-
cillis erexit,fuit ſubrogatus in locum primoge
nituræ, quam erexerat in teſtamento,,ſcilicet,
quia loco D. Proſperi, & aliorum primogeni-
torũ, quos ſucceſſiuè vocauerat in teſtõ, ſi D.
Georgius nullos filios reliquiſſet, vocauit in
codicillis ſeniorem de domo de Morris in eun
dem tñ caſum, & hoc modo conuertit primo-
genituram in maioratũ,& hunc loco illius ſub
rogauit. Quemadmodum igitur primogenitu
ra erecta in teſtõ debebat etiam ex verbis teſta
toris eſſe perpetua, vt patet ex illis verbis, *volẽ-*
do ſempre,che ſua heredita vnitamente ſenza detrat
tione, & diminutione alcuna ſia transferita al pri-
mogenito della caſa de Morri, & ſucceſſiuamente
*dall'vn primogenito all'altro,*ita etiam debet eſſe
perpetuus maioratus in illius locum ſubroga-
tus *ex regula §.fuerat inſt. de act.* Maximè, cum
in codicillis expreſſim declarauerit teſtator,
excepta mutatione perſonarum ſe velle in reli
quis manere firma ea omnia, quæ in teſtamen
to diſpoſuerat.
Neq; obſtant contraria, & primo nõ obſtat,
quod teſtator non fecerit, niſi tres ſubſtitutio-
num gradus, quia reſpondeo hoc verum eſſe,ſi
ſpectemus formulam, & corticem verborum.
Cæterum, ſi (vt in fideicommiſſis ſeruandum
eſt) ſpectemus eorum vim fundatam in con-
iecturata voluntate teſtatoris, quæ deducitur
ex alijs circunſtantijs,& partibus teſtamẽti,ve-
rius eſſe, multos eum feciſſe gradus ſubſtitutio
num: nam ſub illis verbis, *ſubſtituendo l'altro*
più vecchio della caſa de Morri, quæ primo aſpe-
ctu videntur continere vocationem vnius tm̃
ſenioris, & ſic conſtituere vnum tm̃ gradum
ſubſtitutionis, qui eſt tertius in ordine, virtua-
liter comprehenduntur omnes ſeniores in in-
finitum, & ſic tot gradus ſubſtitutionum con-
ſtituuntur,quot erunt pro tempore ſeniores de
domo de Morris: per ea enim verba cenſe-
tur teſtator vnum ſeniorem alteri ſucceſſiuè
ſubſtituiſſe,*vt pluribus fundamentis ſuperius oſtẽ*
dimus. Nec dicas hoc fieri per extenſionem,
quia, cum fiat ex voluntate teſtatoris, non eſt
20 propriè extenſio, ſed comprehenſio, † *vt ſcri-*
bunt Alex.conſ.130.num.7.vol.4. Curt. iun.conſ.
113.num,10.Decian.conſ.1.num. 143.vol.3.Surd.
conſ.241. num.39.
Secundò non obſtat, quod teſtator vocan-
do ſeniorem numero ſingulari videatur ſucceſ
ſiuam plurium vocationem excluſiſſe,quia ad
hoc reſponſio patet ex iis, quæ diximus *in pri-*
mo fundamento, vbi demonſtrauimus diſtin-
ctionem illam ſingularis, & pluralis numeri
in materia ſucceſſiui fideicommiſſi commu-
niter eſſe improbatam, & vocationem intelli-
gi ſucceſſiuam, etiamſi teſtator maiorem natu
ſubſtituerit, maximè, cum vocauit ſeniorem
de domo,ſeu familia,& ſine dubio,cum ex ali
qua circunſtantia conſtat,eum ad perpetuita-
tem reſpexiſſe, vt in caſu noſtro: nam tunc ne
Crau.quidem negat fideicommiſſum eſſe ſuc-
ceſſiuum,
Nec obſtat, quod perpetuitas non fuerit cõ-
ſiderata in ipſamet ſubſtitutione,ſed in clauſu
la acceſſoria,quæ non debet alterare principa-
lem diſpoſitionem,quia reſpondeo, imo fuiſſe
conſideratam in verbis diſpoſitiuis, nempè in
ea parte, in qua teſtator poſt factam ſubſtitu-
tionem prohibuit detractiones, & declarauit,
ſe velle,bona ſemper,& in perpetuum manere
vnita,quod ſufficit, vt per neceſſarium antece-
dens cenſeatur voluiſſe maioratum eſſe perpe
tuum, *vt oſtendimus in tertio fundamento.*
Denique non obſtat, quod perpetuitas à te-
ſtatore conſiderata in prohibitione alienatio-
nis adiecta ſubſtitutioni non operetur, vt fidei
commiſſum iniunctum inſtituto cenſeatur in
eius filijs in conditione poſitis repetitum, quia
reſpondeo, ſententiam hanc nõ carere dubio,
propterea quod contrarium tenuerunt pleriq;
21 grauiſſimi viri, † *vt Curt. iun,conſ.121.num.15.*
verſ.quia ad hanc communem, *Crauet. conſi,326.*
num.16. verſic.2.& conſil.878, num.9. verſic.6. &
num.10. Mantic.de conie.vlt.vol.lib.11.tit.6.nu.
6.Craſſ.in §. fideicommiſſum q. 8. nu.3. quorum
ſententia haud dubiè verior eſt, & receptior,
quando ſubſtitutio non fuit facta ſub nomine
proprio, ſed ſub nomine appellatiuo, vt in ca-
ſu noſtro, in quo ſenior ſeniori ſubſtitutus eſt:
tunc enim ceſſat fundamentum eorum,qui cõ
trariam partem amplectuntur, quod nempe
ſubſtitutio, tanquam facta nominatim, & ad
certam perſonam reſtricta, nõ debeat ad alias
22 trahi, † *vt videre eſt apud Crau.conſ.98.num,14.*
Mantic.d.lib,11.titu.6.num.6.in fin. Menoch.de
præſ. lib.4.præſ.69.nu. 9. Odd.conſi.67.nu.32, Pe-
regr.de fideicom.artic.29.num.36.Surd.conſi.448.
num,29. in quibus etiam terminis ego con-
ſulendo ſum hanc partem ſecutus: nam, quo-
ties ſubſtitutio fuit facta ſub nomine appel-
latiuo non poteſt dici ad certam perſonam
reſtricta, ſed generaliter facta ijs omnibus,
qui habebunt qualitatem à teſtatore conſide-
ratam.
Secunda ſuccedit dubitatio: nam poſito,
quod fideicommiſſum non finiatur in perſo-
na D. Alphonſi,qui nunc poſſidet bona teſta-
toris, ſed debeat poſt eius mortẽ ad alios tran-
ſire, quæritur, an ſi reliquerit filios maſculos,
ſint illi in huiuſmodi fideicommiſſo cæteris
omnibus agnatis, tametſi ſenioribus præ-
ferendi, Quod primâ facie reſpondendum
videretur, quia generale eſt; vt quoties bona
ſubiecta

ſubiecta primogenituræ transierunt in vnam
lineam, nunq̃ ad alias transferantur, niſi prior
omnimodo deficiat, ideſt nemo de illa linea
23 ſuperſit, qui ſit capax primogenituræ † *vt not.*
in c.1.de nat.ſucc.feud.& ſcribit Prepo. in c.1.col.
11.verſ.15.de Feud. Marcu. Ancharr.conſ.82.in fi.
Ocaſc.decis.23.num.34. Caph.conſi.656. num.48.
Couar.c.38.pract.quæſt.num.6. Molin.de primo
gen. Hiſpa.lib.3.c.4. num.14. & cap.6.num.30.&
32.& cap.9.num.1. Did. Spin.in ſuo ſpec. teſt.glo.
19.num.64. Ant.de Gamm.decis.Luſit.93.num.1.
Peregr.de fideic.art.27.num.24. Menoc.conſi.981.
num.7.10.& 42.& conſi.1006. num.26.verſ.4 &
conſi.1171.nu.30.& 36. Qua ratione fit, vt filius
primogeniti, qui ſucceſſit, præferatur patruo
24 etiam natu maiori † *cap. licet de voto, & ſcribūt*
Caſtr.conſi.164.nu.2.verſ.reſpondetur, & verſ.ſed
ſi filius vol.2. Ruin.conſi.13.num.12. & 14.vol.1.
Dec.conſi.443.nu.28.verſ.5.non obſtat Alb.conſil.
60.nu.15.Gab.conſ.107.nu.6.vol.1. Caph.d.conſi.
656.num.49. Beret.conſ.134. num.27. & 30.verſ.
Quod vero, Menoch.conſi.442.nu.10.in fin.conſ.
886.nu.26.& ſeqq.conſ.981.nu.34.Pereg.conſ.34.
num.16.vol.3. Tueſ.ſum. lib. 1.qq.foren.q.35.n.16.
vbi ait hanc opinionem eſſe canonizatum, & ab om-
nibus receptam; Nam, cum primogenitura re-
25 guletur ſecundum naturam feudi, † *vt ſcribunt*
Bal.in l.cum in antiquioribus,19.nu.11.C. de iur.
delib.Soc.ſen.conſi.47.nu.4.& 6.verſ.3.& num.7.
vol.3. Pariſ.conſ.72.num.74.vol.4. Io.le Cirier.lib.
3.de primog.q.4.num.10. Tiraq. de iure primog.q.
23.nu.10.& q.40.nu.99. Gabr. d.conſ.107. nu.6.
vol.1. Caph.conſ.251.nu.40.& 70.& conſ.252.nu.
18 & conſ.664.nu.3. Roll.conſ.10. num.38.vol.3.
Couar.lib.3.varia.reſo.c.5.nu.5.verſ.5. Surd.conſ.
241.nu.15.& conſ.403.nu.7. Ant.de Gamm. decis.
Luſit.51. nu.5. Pereg. conſ.33. nu.25. vol.2. & in
huius ſucceſſione deſcendētes vltimi poſſeſſo-
ris cæteris omnibus prçferantur *d.cap.1. De nat.*
ſucc.feu.c.1.de ſucc.frat.& grad. ſucc.in feu. Con-
ſequens eſt, vt debeant etiam in illius ſucceſſio
ne præferri.

Et, ſi dixeris, aliud eſſe in primogenituris,
aliud in maioratibus, vr̃ poſſe replicari, imo
hoc ēt in maioratibus locū obtinere, quia ma-
ioratus non differūt à primogenituris, nec ma-
iores natu à primogenitis, ſed ſunt vnū, & idē
26 † *vt ſcribunt Bal.in d.l.cum in antiquiorib.19.nu.*
31, verſ.1.premitto,C. de iur.delib. Abb.conſ.85.n.
3.verſ.2.lib.1. Barba. conſ. 10.nu. 22.verſ. & idem
eſt vol.2. Io.le Cirier.lib.1.de primog.q.2.num.1.&
ſeqq. Pariſ.conſ.72.nu. 80.vol.4. Dec.d.conſ. 443.
nu.14. Tiraq.de iure primog.q.1,n.12.& ſeqq. Alb.
d.conſ.60.nu.2. Beret.d.conſ.134.nu.23. Molin.de
primog. Hiſp.lib.1.c.1. nu.2.& lib.3.c.8.nu.19. Pe-
regr.conſ.39. nu.12.vol.1.conſ.33.nu.18. & conſi.
64.nu.9.vol.2. Menoc.conſ. 318.nu. 17.conſ. 915.
nu.11.conſ.981.nu.1.& 18.verſ.reſpondetur, & n.
22.29.42.& 48.conſ. 1006.nu.37. conſ.1127.n.6.
& conſ.1171.nu.1.& 2. Itaq; maiorem natu vo
cans effectu cenſetur conſtituere primogenitu
27 ram, † *vt in ſpecie ſcribit Menoch.conſ.318.nu.17.*
& eſt de mente omnium ſupra allegatorū, vt proin
de non videatur inter huiuſmodi vocationes
conſtituenda differentia. Et ita in ſpecie maio-
ratus, ſeu fideicommiſſi, ad q̃ maior natu voca
tus eſt, vt in eius ſucceſſione filij vltimi poſſeſ-
ſoris cæteris omnibus præſerantur ſcripſerunt
28 † *Barba.conſ.10.per tot.vol.2. Ruin.conſ.13.n.14.*
vol.1. vbi in ſpecie reprobat Alex. contrariū tenen-
tem, Menoc.conſ.442. nu.11.conſ. 886.num.26. &
ſeqq.& conſ.981.nu.4 Surd. conſ.403.nu.71. verſ.
& quamuis. Et eſt de mente eorū, qui cenſent,
nepotem ex primogenito præmortuo præferri
patruo ætate ſeniori, etiamſi facta ſit mentio
29 de natu maiore, † *vt Caſtr.conſ.164.per tot.vol.*
2. Abb.conſ.85.per tot.lib.1. Soc.ſen.conſ.47.nu.12.
vol.3. nam iidem multo magis cenſent præfer-
ri, ſi primogenitus ſuperuixerit, cū facilius ad-
mittatur nepos, vbi pater ſucceſſit, q̃ vbi eſt prę
mortuus, *vt fatentur omnes, quos recenſuimus ſupra*
nu.24. Quæ ſententia multo magis vr̃ admittē
da in caſu noſtro ſtāte, quod filij, de quibus agi
tur, non ſolū vltimo poſſeſſori, & ſic grauato,
ſed ēt ipſimet teſtatori ſunt proximiores: nam
hoc poſito res vr̃ extra omnem dubitationē,
quia, licet valdè controuerſa ſit quæſtio, An in
fideicōmiſſis ſpectanda ſit proximitas grauati,
an verò teſtatoris, conueniunt tñ oēs in hoc,
quod, ſi quis vtriq; ſit proximior, debeat is om
30 nibus præferri, † *vti videre eſt apud Peregr.conſi.*
47.num.15.vol.2. Et in ſpecie primogenituræ, ſeu
maioratus, Menoch.conſ.1171.nu.32. nam, cum
in eo concurrant omnia, quæ ab vtriuſque ſen-
tentiæ ſectatoribus conſiderantur, conſequens
eſt, vt ex eorundem omnium ſententia ſit aliis
omnibus, tanquam proximior præferendus *ſe-*
cundum l.cum ita 33.§.in fideicommiſſo. & l. peto.
71.§.fratre. ff.de leg.2. Quod maximè vr̃ admit-
tendum in caſu noſtro, in quo pro huiuſmodi
filiis ſtat præſumpta voluntas teſtatoris, quip-
pè, qui vocando ſeniorem de domo, quæ com-
muniter in teſtamentis accipitur pro familia
31 † *l. pronunciatio. 195. §. familiæ verſic.nam & ſi*
ff. de verb.ſignifi.& ſcribunt Soc. iun. conſi.94.nu.
9.volum.1. Tiraq.de retract.lign.§.1.gl.9. nu.195.
Mant.de conie.vlt.vol.lib.8.tit.12.nu.17. Meno.de
præſ.lib.4.præſ.88.nu.12.& conſ.633.n.1. & conſ.
1171.nu.3. Pereg.de fid.art.22. nu.27. Surd.conſi.
279.nu. 17. videtur ſenſiſſe de familia propria,
32 † *vt ſcribunt Bar.in l.peto.71.§.fratre nu.1.ff.de*
leg.2. Soc.ſen.conſ.249.nu.12.vol.2. Pariſ.conſ.51.
num.5.& 18.vol.2.& conſ.1.num. 59.vol.3. Alb.
conſ.483.nu.42. Caph.conſ. 313.num.14.& 76.&
conſ.333.nu.13. Roll. conſ.70.nu.75.vol.3. Meno.
conſ.30.n.13.conſ.233.nu.16.conſ.458.nu.1.conſ.
732.nu.41.conſ.1177.num.7.& de præſ.lib.4.præſ.
88.nu.2. Surd.conſ.247.n.12. & ſic effectiuè, nō
33 contētiuè, † *ſecundū Soc. iun.conſ.97.nu.68.vol*
2. Men.de præſ.d.lib.4.præſ.88.nu.2.& d.conſ.233.
nu.19.verſ.633.nu.6.verſ.cæterum, & nu.10.& d.
conſ.732.n.43.verſ.præterea. Quo fit, vt eius ap-
pellatione non poſſint contineri deſcendētes
à D. Euſebio ſeniore, quippe, qui, licet ſint de
domo de Morris, non tamen ſunt de domo ef-
fectiua teſtatoris.

His tamen non obſtantibus contrariū ſine
aliqua hæſitatione puto de iure verius, nō eſſe
ſcilicet poſt mortē D. Alphonſi deferenda bo-
na teſtatoris eius filijs, ſed illi, qui tunc tēporis
erit ſenior de domo de Morris, licet gradu ſit
remotior, quod, vt exiſtimem me

Primum mouet illud, quia, licet in fidei-
commiſſo relicto familiæ, ſiue agnationi ſuc-
cedant proximiores *dicto §. in fideicommiſſo*
dicto §. fratre, in quibus terminis procedit
illa controuerſia, num debeat attendi pro-
ximitas teſtatoris, an vero grauati, aliud
tamen eſt in fideicommiſſo relicto ſenio-
ri, ſiue antiquiori, aut maiori natu; nam

Digitized by Google

ad id vocatur is tantùm, qui ætate maior eſt, li-
cet teſtatori, aut grauato non ſit proximior, quia
in huiuſmodi fideicommiſſo ætatis habetur ra-
34 tio, non proximitatis, † *vt in ſpecie declarant
Peregr. d. conſ. 47. num. 15. & 17. vol. 2. & conſ. 34.
nu. 17. vol. 3. Surd. conſ. 403. nu. 40. & Theſ. iun. d.
lib. 1. q. 35. nu. 5. in fi. & eſt de mente omnium, quos
referemus infra nu. 38. & 39.* Et quamuis in Hi-
ſpanorum maioratibus etiam proximitatis ra-
35 tio habeatur, † *vt teſtatur Moli. de primog. Hiſp.
lib. 3. cap. 8. nu. 11. verſ. hac autem,* hoc tamē ideo
fit, quia ibi maioratus reguntur ad inſtar ſucceſ
ſionis Regnorum, & ſic potius ex vi conſuetu-
dinis, quam ex vi verborum. Quamobrē aliud
36 ſeruatur in Italia † *ſicut in ſpecie declarat Pereg.
d. conſ. 47. nu. 17. vol. 2.* vt porè in qua talis non
viget conſuetudo, ſed ſola vis verborum atten
ditur, ſecundum quam ad ætatis maioritatem
huiuſmodi verba referuntur, vt generaliter ob
ſeruatur in omnibus caſibus, in quibus, aut ex
hominis, aut ex legis diſpoſitione maior, ſiue
37 antiquior vocatur † *cap. lex eſt, ſecunda diſtin. &
ſeribunt Alex. conſ. 4. nu. 2. vol. 4. Barba. d. conſil.
10. nu. 36. vol. 2. Dec. d. conſ. 443. nu. 22. in fi. Bere.
d. conſ. 134. nu. 23. verſ. ſed idem, Ozaſ. conſ. 72. nu.
18. Pereg. d. conſ. 47. num. 10. vol. 1. Surd. conſ. 455.
nu. 1. & conſ. 468. nu. 1.* Quamobrem in fideicō-
miſſis, ad quæ maior natu, ſiue ſenior, aut anti-
quior vocatur, maior ætate præfert filio ſenio-
ris defuncti, & ſic patruus nepoti ex filio pri-
38 mogenito † *vt cenſuerunt Alex. conſ. 123. num. 2.
vol. 1. Dec. d. conſ. 443. nu. 22. verſ. & ex prædictis,
& num. ſeqq. Ant. Gabr. lib. 4. tit. de ſucceſ. ab inteſt.
concl. 2. nu. 18. & 21. Beret. d. conſ. 134. nu. 23. Alci.
lib. 8. Pereg. c. 15. verſ. Certior, & conſ. 138. nu. 11.
lib. 5. Menoc. conſ. 442. nu. 19. & conſ. 886. nu. 15.
Pereg. de fideicom. art. 13. n. 86. verſ. quod ſi maior,
conſ. 39. nu. 18. & ſeqq. vol. 1. conſ. 33. nu. 14. & cōſ.
64. nu. 10. vol. 2. Surd. conſ. 403. nu. 24. conſ. 455. n.
14. & cōſ. 468. nu. 13. vbi refert ita fuiſſe iudicatū,
& Theſ. iun. d. lib. 1. q. 35. nu. 13. & 45. & in fin. q.
ait Senatum in hanc partem inclinaſſe.*

Nec eſt, quod reſpondeas, hoc procedere, ſi
pater, qui erat ſenior, & filium iuniorem reli-
quit, deceſſerit ante euentum cōditionis, & ſic
prius, quam ad bona teſtatoris fuerit admiſſus,
ſecus verò, ſi poſt admiſſionē, quia verius eſt,
imò procedere, etiamſi fuerit admiſſus, & poſ-
ſederit bona: adhuc enim eius filius, qui ætate
eſt iunior excluditur à ſeniore, quoties fideicō
miſſum fuit relictum ſeniori, aut maiori natu,
39 ſiue antiquiori, † *vt cenſuit Alex. conſ. 4. nu. 14.
& 10. vol. 4. vbi num. 9. verſ. & iſtud, ait ita fuiſſe
pronunciatum prout etiam fatetur Barb. quia pro
contraria parte conſuluit in d. conſ. 10. nu. 21. vol.
2. Et Pariſienſ. in addit. ad Alex. ibi in lit. A. ſcribit
rectè eum conſuluiſſe, Idem cenſuerunt Soc. ſen. cōſ.
88. per tot. vol. 3. Beret. d. conſ. 134. num. 23. Gabr.
d. conſ. 107. nu. 9. verſ. poteſt verū eſſe vol. 1. Peregr.
conſ. 64. nu. 17. verſ. & ſicut etiam vol. 2. & conſ. 34.
nu. 17. vol. 3. Theſ. iun. d. lib. 1. q. 35. nu. 5. & 17. vbi
refert ita fuiſſe iudicatum:* Nam poſſeſſio patris
tunc filij vocationem, & aliorum excluſionē
operatur, cū fideicommiſſum tale eſt, vt in eo
proximitatis debeat haberi ratio, ſicut euenit
in iis fideicommiſſis, quæ familiæ, ſiue agnatio
ni relinquuntur, *vt not. omnes in d. l. cum ita 33.
§. in fideicommiſſo ff. de leg. 2. & in l. vlt. C. de verb.
ſign.* vel etiam in primogenituris, in quibus nō
ſolum ætas, ſed etiam proximitas vltimi poſſeſ

40 ſoris attenditur, † *vt ſcribunt Gabr. d. conſ. 107.
nu. 1. verſ. in ſpecie igitur vol. 1. Menoc. conſ. 1127.
num. 1. & conſ. 1171. num. 10. Pereg. de fid. d. arti.
13. num. 86. verſ. quod ſi maior, & d. conſ. 34. num.
16. vol. 3.* Cæterum in maioratibus, ſiue fideicō
miſſis, ad quæ ſenior, aut antiquior, aut maior
natu vocatur, quia nulla proximitatis habetur
ratio, ideo, filius vltimi poſſeſſoris ætate iunior
non excludit ſeniorem agnatum, qui remotior
eſt, *vt ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra num.
39.* quia filiatio facit quidem eum proximio-
rem, ſed non ſeniorem, ideoq; nihil poteſt ope
rari in huiuſmodi fideicommiſſis, in quibus
non proximitatis, ſed ætatis qualitas conſide-
ratur.

Secundò verò multo magis hoc admitten-
dum eſt in caſu noſtro, ſtante, quod ex variis
coniecturis conſtat, hanc fuiſſe mentem teſta
toris: Primum enim eo ipſo, quod poſt mortē
D. Ioſephi primo loco ſubſtituti, quem ſciebat
habere duos filios, non vocauit eius primoge-
nitum, ſed ſeniorem de domo de Morris non
obſcurè declarauit, ſe nolle bona tranſire de
41 patre in filium, ſed de ſeniore in ſeniorem, † *vt
in ſpecie declarat Alex. d. conſ. 4. nu. 14. verſ. quia
loquitur vol. 4.* quia ſenioris incluſio filiorum
excluſionem operatur *l. cum prætor. 12. in prin.
ff. de iudi.* Nec dicas ſenioris vocationem intel
ligi, ſi D. Ioſeph ſine liberis deceſſiſſet, quia in
tranſuerſalibus, qualis erat D. Ioſeph, nō intel-
42 ligitur tacita conditio liberorum, † *vt ſcripſe-
runt Alex. conſ. 38. num. 2. vol. 1. Iaſ. in l. generali-
ter. 6. §. cum autem col. 4. verſ. 6. limita. C. de inſtitu.
& ſubſtitu. Dec. conſ. 529. nu. 7. Gabr. lib. 4. tit. de fi-
deic. conclu. 2. nu. 46. Cepb. conſ. 576. nu. 16. Mant.
de coniec. vlt. vol. lib. 10. tit. 8. nu. 25. Craſſ. in §. fidei.
commiſſum. q. 24.* Minus eſt, quod reſpondeas,
ſeniorem fuiſſe vocatum excluſis filijs D. Io-
ſephi, ſi is non extitiſſet tempore euenientis
conditionis fideicommiſſi, ſecus verò, ſi exti-
tiſſet, & bona ad eū pertinuiſſent, quia verius
eſt, Imo fuiſſe vocatum vtroque caſu: nam te-
ſtator expreſſim ſubſtituit ſeniorem, *morendo, ò
non eſſendo nel caſo predetto detto M. Gioſeffo,* &
ſic, ſiue non fuerit ſuperſtes tempore euenien-
tis conditionis, ſiue fuerit ſuperſtes, & poſtea
deceſſerit: Vtroq; enim caſu voluit bona trāſ-
ferri in ſeniorem, non verò in filios eiuſdē D.
Ioſephi, quod etiam apertius colligitur ex eo,
quia mutauit diſpoſitionem factam in teſta-
mento fauore deſcendentium D. Ioſephi: nam
cum ibi non exiſtentibus filijs D. Georgij vo-
caſſet D. Proſperum filium primogenitum D.
Ioſephi, & ſucceſſiuè deſcendētes eius primo-
genitos, & illis deficientibus D. Alphonſum
fratrem eiuſdem D. Proſperi, & ſic filiū ſecun-
dogenitum D. Ioſephi, ac eius deſcendentes
primogenitos in infinitum, & deficientibus fi-
lijs D. Ioſephi, & filiorum filijs vocaſſet pro-
ximiorem eorum maſculū de familia de Mor
ris, & ſucceſſiuè eius primogenitos in infinitū,
pœnitētia ductus fecit codicillos, in quibus ſu-
pradictam diſpoſitionem de verbo ad verbum
relatam reuocauit, & in caſum, quo D. Geor-
gius moreretur ſine liberis, ſubſtituit D. Ioſe-
phum patrem eorum, quos in teſtamento ſub-
ſtituerat, & eo moriente, aut non exiſtente in
caſu prædicto vocauit ſeniorem de domo de
Morris; Itaque per hanc reuocationem, & mu
tationem prioris diſpoſitionis apertiſſimè de-
clarauit.

declarauit teſtator, ſe nolle deſcendentes D. Ioſephi habere eam prærogatiuam, quam habebant ex teſtamento, ſed velle, eos aliorum omnium aleam, & fortunam ſortiri, & ita demum admitti, ſi pro tempore fuerint aliis omnibus ſeniores: Alioquin enim fruſtra teſtator à priori diſpoſitione receſſiſſet, *contra regulã l. ſi quando 112. in prin. ff. de leg. 1.*

Tertiò, & fortius hæc debent procedere in caſu noſtro, in quo non tractatur de deſcendẽtibus teſtatoris, ſed de tranſuerſalibus: nam in iis ceſſat præſumpta illa teſtatoris affectio quæ in deſcendentibus (ſecundum aliquos) operatur, vt filius eius, qui natu maior erat, patris locum ingrediatur, & alios ſeniores excludat,
43 † *vt poſt Ant. de Butr. & Milanenſ. ſcribit Theſ. iun. d. lib. 1. q. 35. num.* 45. Non enim eadem in hoc eſt tranſuerſalium, quæ & deſcendentium ratio, ſcilicet, quia in deſcendentibus intuitu pietatis præſumimus teſtatorẽ in eo, quòd vni filio reliquit, voluiſſe etiam eius deſcendentes aliis præferre, quod in tranſuerſalibus locũ non obtinet. Quamobrem licet filius poſt mortem grauatus reſtituere, intelligatur grauatus, ſi deceſſerit ſine filijs. *l. cum auus. 101. ff. de condit. & demon.* non tamen idem eſt, & ſi grauetur trãſuerſalis, *vt dictum eſt ſupra nu. 42.*

Quartò demum rem hanc ponit extra omnem dubitationem obſeruantia ſubſecuta, quę eſt optima diſpoſitionum, & ambiguarum vo-
44 luntatũ interpres, † *vt ſcribunt Crau. conſ. 101. num. 3. & conſ. 766. num. 1. Decia. conſ. 63. nu. 31. vol. 4. & conſ. 14. num. 31. & 38. vol. 5. Men. conſ. 841. num. 23. Honded. conſ. 92. nu. 29. vol. 1. Surd. conſ. 224. num. 7. Peregr. conſ. 34. nu. 6. vol. 3.* nam, cum tempore mortis D. Georgij non eſſet ſuperſtes D. Ioſeph, quem teſtator primo loco vocauerat, bona teſtatoris non fuerunt applicata ſeniori ex eius deſcendentibus, ſed ſeniori de domo de Moris, id eſt D. Carolo qui erat filius D. Euſebij, & patruelis D. Ioſephi, Deinde moriente D. Carolo fuerunt tranſlata in D. Alphonſum filium D. Ioſephi, qui tunc temporis erat ſenior aliis omnibus, Idque non eſt credendum fuiſſe factum ſine authoritate Senatus, cùm tractaretur de hæreditate opulenta, Cuius rei certiſſimam coniecturam præbet D. Theſ. iun. *d. lib. 1. qq. for. q. 35. num.* 36. vbi loquens de maioratu, de quo nos agimus, ſcribit in eo nõ attendi ius quęſitum primo ſucceſſori, ſed mortuo ſeniore bonorum poſſeſſore, trãſire recta via in alium ſeniorem illius tẽporis, Et ita ſeruatum ſuper hoc teſtamento, quòd ipſe interpretor à Senatu, quippe, cuius deciſiones ĩ omnibus illis quæſtionum forenſium libris referuntur.

Neque obſtant contraria, Et primo non obſtat, quod, vbi bona ſemel tranſierunt in vnam lineam, nunquam transferantur in aliã, quandiu ſupereſt aliquis de priori linea, qui ſit capax, quia reſpondeo id procedere in primogenitura, non vero in maioratu, ſeu fideicommiſſo, ad quòd maior natu, ſiue ſenior vocatur, *vt in ſpecie declarãt omnes, quos referemus infra nu.* 48. nam in primogenitura attenditur ſimul, & proximitas, & genituræ prioritas, quia defertur ei, qui nouiſſimo poſſeſſori eſt proximior, & pluribus extantibus proximioribus, ſecundum intellectum iuris prius genitus intelligitur, *vt diximus num. 40.* At in maioratu non attenditur proximitas, ſed ætas. Itaque is ſolus ad maioratum vocatur, qui ſecundum naturam, & verè ſenior eſt, & prius, quam alij natus, *vt ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra nu. 38. & 39. & quos referemus infra nu. 51.*

Neque obſtat, quod imò hoc etiam procedat in maioratu, ſiue fideicommiſſo, ad quod maior natu vocatur, *ſecundum eos, quos in con-*
45 *trarium allegauimus*, quia reſpondeo † duos in hac re poſſe conſiderari caſus, quorum.

Primus eſt, quando, vel ex lege, vel ex conſuetudine, vel ex coniecturis apparet diſponentem accepiſſe maioratum pro primogenitura, ſeu maiorem natu pro primogenito, Et tunc procedit contrarium, vt euenit in maioratibus Hiſpanorum, qui ex conſuetudine pro primogenituris accipiuntur: nec ab illis diſtinguun-
46 tur, † *vti videre eſt apud Molin. d. lib. 1. c. 1. Gomez. in 40. l. Taur. Couar. lib. 3. variar. reſol. c. 5. & alios Hiſpanos, qui promiſcuè vtuntur nominibus primogenij, & maioratus:* nam in ijs attenditur proximitas vltimi poſſeſſoris, *vt diximus ſupra nu.* 35. Quamobrem eius filius cæteris omnibus antefertur, nec antea fit tranſitus in aliam lineam, quam linea nouiſſimi poſſeſſoris omnimodo defecerit, *vt declarat Peregr. d. conſ. 34. nu. 16. vol. 3.* Quod etiam ſeruatur in Italia, quotieſcunque ex aliqua circunſtantia, vel coniectura colligere poſſimus, teſtatorem accepiſſe
47 maiorem natu pro primogenito, † *vt in ſpecie Menoc. conſ. 981. nu. 4. iuncto nu. 1. verſ. his verbis, prout etiam declarat Theſ. iun. d. lib. 1. quæſtio. 35. poſt num. 5.*

Secundus vero caſus eſt, quando conſtat teſtatorem diſtinxiſſe primogenitum à maiore natu, vel etiam ſumus in ſimplicibus terminis fideicommiſſi, ad quòd vocatur antiquior, vel ſenior, aut maior ætate, vt in caſu noſtro, Et tunc verius eſt nullam haberi rationem vltimi poſſeſſoris, ſed bona recta via tranſire in ſeniorem non obſtante, quòd ex vltimo poſſeſſore ſuperſint filij, *Ita enim ſcripſerunt omnes, quos retulimus ſupra num.* 39. niſi teſtator vocando natu maiorem feciſſet mentionem de eius deſcendentibus, vt in caſibus, de quibus loquuntur Caſtr. Abb. Menoc. Surd. & alij ferè omnes in contrarium allegati: nam tunc ceſſarent ſupradicta.

Nec obſtat, quòd maioratus idem ſit, quòd primogenitura, & natu maior idem, quòd primogenitus, adeo, vt videantur ſynonima, quia reſpondeo, hoc verum eſſe, ſi primogenituræ, ſeu primogeniti nomen naturaliter, & verè accipiatur, ac in ea ſignificatione, quæ ad factum refertur. Cæterum, ſi accipiatur ciuiliter, ac fictè, prout communiter accipitur, magis eſſe, vt
48 multum hęc inter ſe differant, † *vti videre eſt apud Alex. d. conſ. 4. num. 13. in fin. volum. 4. & ibi Pariſien. in addit. in lit. A. Soc. ſen. d. conſil. 88. nu. 1. verſic. 2. quia vol. 3. Ant. Gabr. d. lib. 4. tit. de ſucc. ab inteſt. concl. 2. num. 18. & 21. Hier. Gabr. d. conſ. 107. num. 9. verſ. poteſt vol. 1. Alciat. d. lib. 8. Parerg. cap. 15. verſic. certior, & d. conſ. 138. num. 11. lib. 5. Menoc. d. conſi. 412. nume. 19. licet nume. 21. & 22. diſtinguat, conſi. 886. num. 1. Peregr. d. conſi. 34. nu. 17. volu. 3. & de fideicom. d. art. 13. num. 86. verſic. quod ſi maior, Surd. d. conſ. 403. num. 40. d. conſilio 403. num. 40. d. conſ. 455. num. 16. & d. conſil. 468. num. 14. Theſ. iun. d. lib. 1. q. 35. nũm. 4.* nam primogenitus nomen iuris habet, maior verò natu ſiue

tu ſiue

Digitized by Google

49 tu, ſiue ſenior, aut antiquior, nomen facit, † *vt poſt Bart. declarant Surd. conſi. 403. num. 70. verſ. quod vero, & d. conſ. 455. num. 16. & d. conſil. 463. num. 14. Theſ. ſun. d. lib. 1. q. 35. num. 4. & 17.* Itaq; primogenitus dicitur non tantum is, qui verè ante alios genitus eſt, ſed etiam is, qui fictè, ideſt repreſentatiuè, vt nepos ex primogenito, q licet inſpecta ſui perſona, & veritate non ſit gēnitus ante patruum, tamen, quia repreſentat perſonam patris ſui, qui erat ante fratrem genitus, ideo ſecundum ſenſum iuris dicitur, & ipſe primogenitus, & primogenituræ ius obtinere
50 † *vt declarant Gabr. d. conſ. 164. num. 3. & 4. verſ. & ſi ita eſt. & num. 5. verſ. & quia etiam volum. 2. Abb. d. conſ. 85. num 6. lib. 1. Barbat. d. conſ. 10. nu. 7. & 24. vol. 2.* At ſenior, ſiue antiquior, & maior natu non dicitur, niſi, qui verè, & naturaliter alijs ætate maior eſt, & ſic prius, quam alij genitus, & natus, nec alterius perſonæ habetur ratio, quia hoc fieri non poteſt ſine fictione, quæ in huiuſmodi nominibus, tāquam ijs, quæ ſunt facti, & factum denotant, conſiderari ne-
51 quit, † *vt ſcribunt Bald. in d. l. cum in antiquioribus 19. num. 13. verſ. 5. C. de iur. delib. Alex. d. conſi. 4. num. 5. vol. 4. & ibi Nat. in addit. in verb. maiore, Dec. d. conſ. 442. nu. 28. verſ. 2. non obſtat, Surd. d. conſ. 455. num. 6. & d. conſ. 468. num. 5.* Verba enim in ijs non ciuiliter, & fictè, ſed naturali-
52 ter, & verè ſunt intelligenda, † *vt in his terminis conſiderant Alex. d. conſ. 4. num. 3. volum. 4. Dec. d. conſ. 443. num. 23. Pereg. d. conſ. 33. num. 15. & d. conſi. 64. num. 11. vol. 2. Surd. d. conſ. 455. num. 2. & 16. & d. conſi 468. num. 2. & 14.*

Minus obſtat, quòd filij D. Alphonſi non ſolum vltimo poſſeſſori, ſed etiam teſtatori ſint proximiores, ideoq; videantur cæteris omnibus præferendi, quia reſpondeo id conſiderari ſolum in ijs fideicommiſſis, in quibus proximitas attenditur; nam in ijs, qui vtriq; proximior eſt, ſine dubio cæteris omnibus antefertur, q; ſi non vtrique ſed alterutri tātum ſit proximior, tunc oritur illa vulgaris controuerſia, vtrum is debeat præferri, qui proximior eſt teſtatori, an, qui grauato, Sed in ijs fideicōmiſſis, in quibus non proximitatis, ſed ætatis habetur ratio, vt ſunt illa, ad quæ vocantur ſeniores, talis proximitas nihil operari poteſt, *vt oſtendimus in primo fundamento.*

Denique non obſtat, quòd teſtator vocādo ſeniorem de domo videatur ſenſiſſe de domo, ſeu familia propria, & ſic non contentiuè, ſed effectiuè, quia reſpondeo, quicquid ſit in alijs caſibus, in noſtro impoſſibilem eſſe huiuſmodi interpretationem, & teſtatorem neceſſario ſenſiſſe de domo, ſeu familia contentiuè, non effectiuè: nam effectiua domus, ſiue familia intelligitur illa, quæ proficiſcitur à teſtatore, & non conſideratur, niſi in eius deſcendentibus. Contentiua verò, quæ proficiſcitur à communi ſtipite, & conſideratur in ijs omnibus, qui ſunt de eadem familia, de qua eſt, & teſtator, vt
53 dicimus de linea † *poſt Soc. ſen. conſ. 33. nu. 9. verſ. confirmantur prædicta vol. 3. Ruin. conſ. 98. num. 1. vol. 1. conſi. 153. num. 10. vol. 2. & conſ. 23. num. 5. vol. 3. Pariſ. conſi. 40. num. 42. vol. 2. Soc. iun. cōſi. 97. num. 68. vol. 2. Dec. conſi. 379. nu. 1. Roll. conſi. 23. num. 39. & 40. volu. 4. Ozaſ. conſi. 74. num. 10. Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 88. num. 11. & conſ. 233. num. 18. & conſi. 234. num. 9. Pereg. conſi. 11. num.*
54 *16. vol. 2.* & in ſpecie de domo, ſiue familia † cōſtat *ex l. pronuntiatio, 195. §. familiæ. ff. de verbo. ſigni. & declarant Soc. iun. d. conſi. 97. num. 62. vol. 2. Gabr. conſi. 132. q. 6. vol. 1. Menoc. d. præſ. 88. nu. 2. & conſ. 633. num. 2. & 7. & conſ. 732. num. 42.* & de agnatione *Ruin. d. conſ. 154. num. 10. volu. 2.* Cum igitur in caſu noſtro teſtator vocauerit ſeniorem de domo de Morris in caſu, quo Dom. Georgius filius naturalis, quem vnicum habebat deceſſerit ſine filijs, & ſic in caſum quo nullus extaret deſcendens ab ipſo teſtatore ſine dubio non potuit ſenſiſſe de domo effectiua, ſed potius de contentiua, quia alioquin nec D. quidem Alphonſus potuiſſet, aut in futurum eius filij poſſēt, etiamſi ſeniores iure fideicommiſſi ſuccedere, cum nec ipſi tanquam tranſ-
55 uerſales ſint de effectiua domo teſtatoris, † *vt in ſimilibus terminis conſiderant Crau. conſi. 656. num. 1. & Pereg. d. conſi. 47. num. 10. verſ. octauo vol. 2.* Quinimo, cū teſtator eſſet naturalis, non potuit propriè loquēdo ſenſiſſe de familia ſua, dum vocauit ſeniorē de domo de Morris, quia naturalis non dicitur eſſe de domo, ſiue familia patris, *niſi, vt declarauimus ſupra num. 7. & 8.* ſed neceſſario debuit ſenſiſſe, de domo, ſeu familia aliena, ideſt de illa, de qua erant nati ex legitimo matrimonio prouenientes ex parte patris ab eodem ſtipite à quo & ipſe profluxerat, licet extra figuram matrimonij. Itaq; ſufficit ei, qui vult admitti ad hunc maioratum, & alijs præferri, probare, ſe eſſe de familia de Morris deſcendentem ab vno ex aſcendentibus paternis teſtatoris, & alijs ſeniorem; Et ita iuris eſſe cenſeo ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Perill. D. Beatrice Bunea Aſtenſi.

CONSILIVM XII.

ARGVMENTVM.

An, & quando reciprocum fideicommiſſum reſultet inter filios poſitos in conditione, & ex coniecturis vocatos, & an prædictum fideicōmiſſum porrigatur ad nepotes.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione, licet ex coniecturis cenſeantur vocati, non tamen ob id cenſentur etiam grauati.*
2 *Argumentum non poteſt duci ab honore ad onus niſi quoad potentiam.*
3 *Fideicommiſſum iniunctum filio cenſeri repetitū in nepote qualiter intelligatur.*
4 *Fideicommiſſum reciprocū inducitur inter filios poſitos in conditione, quando cenſentur ex coniecturis vocati, Sed contra nu. 22. Declara, vt numero 26.*
5 *Fideicommiſſum reciprocum inducitur inter grauatos ex coniecturis, etiamſi nō concurrant tria requiſita.*
6 *Fideicommiſſum reciprocum inducitur etiam coniecturis.*
7 *Agnationis conſeruandæ rationem cenſetur habuiſſe teſtator, qui ſolos maſculos vocauit, maximè cum*

pie eum

mũ eum excludit eccleſiaſticos, num. 8.

9 *Fideicommiſſum reciprocum inducitur inter grauatos, quoties teſtator habuit rationem agnationis conſeruandæ, Sed contra nu. 30.*

10 *Fideicommiſſum reciprocum reſultat inter filios grauatorum poſitos in conditione, quando teſtator inuicem ſubſtituit etiam filios ſubſtitutorũ, Sed contra nu. 37. & 38.*

11 *Teſtatores facilius conſtituunt fideicommiſſum reciprocum inter ſuos deſcendentes, quam inter alios, & cur nu. 12.*

13 *Affectione paterna nulla eſt maior coniectura ad inducendum reciprocum fideicommiſſum.*

14 *Fideicommiſſum reciprocum cenſetur inductum inter plures grauatos, quoties teſtator progreſſus eſt ad plures ſubſtitutionum gradus, Sed contra nu. 38. verſ. tertia.*

15 *Fideicommiſſum reciprocum cenſetur inter grauatos inductum, quoties teſtator prohibuit alienationem cum cauſa, quia vult &c. Sed contra nume. 42.*

16 *Prohibitio alienationis adiecta ſubſtitutioni cum cauſa, quia vult &c. inducit fideicõmiſſum ſimplex et abſolutũ, quia fuiſſet valida etiam ſine adiectione cauſæ & nu. 17.*

18 *Deſcendentium appellatione continentur omnes deſcendentes in infinitum.*

19 *Fideicommiſſum reciprocum reſultat inter deſcendentes ſub nomine collectiuo vocatos.*

20 *Hæredes poſſunt ambiguam teſtatoris voluntatẽ interpretari, Declara, vt nu. 53.*

21 *Fideicommiſſum reciprocum, vt inter plures grauatos reſultet, requiritur eorum vocatio.*

22 *Fideicommiſſum reciprocum non reſultat inter plures tacitè vocatos.*

23 *Tacitum ex tacito reſultare non debet.*

24 *Fideicommiſſum reciprocum dato quod reſultet inter tacitè vocatos, intelligitur tamen, ſi concurrant alia duo requiſita, & nu. 26.*

25 *Fideicommiſſum reciprocum non reſultat inter filios poſitos in conditione, & non vocatos.*

27 *Fideicommiſſum reciprocũ an reſultet inter filios poſitos in conditione, qui quærunt, ſupponunt, grauamen fuiſſet relictum poſt mortem ipſorum filiorum.*

28 *Fideicommiſſum reciprocum an reſultet inter filios poſitos in conditione, malè dubitatur, ſi fideicommiſſum ſit relictum poſt mortem inſtitutorum.*

29 *Agnationis conſeruandæ rationem habuiſſe non cenſetur teſtator, qui fœminas aliquo caſu vocauit.*

31 *Agnationis conſeruandæ rationem cenſetur habuiſſe teſtator in caſu diſpoſito, & perſonis ſpecificatis.*

32 *Fideicommiſſum iniunctum inſtituto non cenſetur in eius filijs repetitum, etiamſi teſtator habuerit rationem conſeruandæ agnationis, Declara, vt nu. 33. & 36.*

34 *Agnationis conſeruandæ ratio non eſt in tantum habenda, vt propter eam extendatur diſpoſitio teſtator ad caſus omiſſos.*

35 *Fideicommiſſum, licet interdum extendatur de caſu ad caſum, nunquam tamen extenditur de perſona ad perſonam.*

37 *Subſtitutio reciproca facta inter certas perſonas non trahitur ad alias.*

38 *Subſtitutio reciproca facta inter filios non trahitur ad nepotes.*

39 *Filij poſiti in conditione non cenſentur vocati, licet teſtator progreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionum.*

40 *Fideicommiſſum non cenſetur repetitum, licet teſtator ſit progreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum.*

41 *Subſtitutionis primo gradu caducato cenſentur caducati omnes ſequentes. qui ab illo dependent.*

42 *Subſtitutionum plures gradus feciſſe non dicitur teſtator, cum omnes pendent ab vno caſu.*

43 *Prohibitio alienationis adiecta ſubſtitutioni tanquam facta ad maius eius robur, debet ſecundum eius terminos regulari, nec vltra eos extenditur.*

44 *Prohibitio alienationis reſtricta ad perſonas ſubſtitutas non inducit fideicommiſſum inter eos, qui non continentur in ſubſtitutione.*

45 *Fideicommiſſum eſſe ſimplex, & abſolutum, & licere grauato rem alienare ſunt incompatibilia, & nu. ſeqq. vſque ad nu. 52.*

52 *Reſeruatio iurium quid operetur.*

53 *Confeſſio hæredum circa fideicommiſſum, quod non ſubeſt, tanquam erronea, non eſt attendenda.*

54 *Confeſſio in ijs, quæ non pendent a voluntate confitentis, non nocet.*

55 *Filiorum propria appellatione non continentur nepotes.*

56 *Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando tractatur de inducendo fideicommiſſo.*

57 *Filiorum appellatione non continentur nepotes, quando per hoc remanerent ipſi filij grauati.*

58 *Filiorum appellatione continentur nepotes in conditione, ſi ſine filijs deceſſerit, Declara vt num. 59. & 60.*

61 *Filiorum appellatione non continentur nepotes, quãdo diſpoſitio fuit verificata in primo gradu.*

62 *Fideicommiſſaria reciproca non poteſt intelligi ex parte vnius, niſi etiam intelligatur ex parte alterius, vt æqualitas ſeruetur, & nu. 63.*

64 *Prohibitio alienationis non inducit fideicommiſſum, niſi quoad illas perſonas, quarum fauore facta fuit.*

65 *Prohibitio alienationis facta certis perſonis extenditur ad alias, cum ratio adiecta generalis eſt, nec ad certas perſonas reſtringitur.*

66 *Dictus, dictio, eſt relatiua, & reſtrictiua, quemadmodum, & dictio, vt ſupra.*

67 *Prohibitio alienationis facta cum ratione, quia vult bona cõſeruari, & peruenire ad ſubſtitutos, non extenditur ad alios.*

68 *Fideicommiſſum inducitur, quando eſt antecedens neceſſarium eius, quod teſtator diſpoſuit.*

69 *Fideicommiſſum non inducitur coniecturis, niſi ſint neceſſario concludentes.*

70 *Verba teſtatoris loquentis de diſpoſitione, ſiue ordinatione debent intelligi de diſpoſitione expreſſa non de tacita.*

71 *Relatio cenſetur potius ad id facta, quod eſt in diſpoſitione, quam, quod in conditione.*

72 *Relatio cenſetur facta ad id tantũ, quod eſt principaliter diſpoſitum.*

73 *Filij in conditione poſiti etiam cum qualitate maſculinitatis non cenſentur vocati.*

74 *Coniecturæ debent deduci ex diſpoſitis in teſtamẽto, non aliunde, cũ tractatur de inducendo fideicommiſſo.*

75 *Deſcendentium vocatio intelligitur facta ordine ſucceſſiuo per vulgarem, non vero per fideicommiſſariam, quando non adſunt verba denotantia tractum temporis in futurum.*

76 *Verbum, tenere, ſeu poſſidere, eſt directum.*

77 *Subſtitu-*

Digitized by Google

77 Subſtitutio facta per verbum tenere, ſeu poſſidere eſt vulgaris, non fideicommiſſaria.

78 Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare.

79 Deſcendentes, licet cenſeantur per fideicommiſſum vocati, non tamen ex hoc cenſentur grauati.

80 Deſcendentes, licet cenſeantur per fideicommiſſum vocati, non tamen cenſentur inter ſe, & reciprocè ſubſtituti.

81 Deſcendentes grauati reſtituere tertio, an cenſeantur reciprocè ſubſtituti, & nu. 82.

83 Fideicommiſſum conditionale non poteſt tranſmitti in nepotes, de quibus teſtator nec diſpoſitiue, nec conditionaliter eſt locutus.

84 In dubio pronuntiandum eſt contra fideicommiſſum.

85 Fideicommiſſario agere volenti obſtat exceptio, de te non loquitur ſubſtitutio.

FACTI SPECIES.

ILLVST. Do. Gabriel Buneus Aſtenſis condidit teſtamentum, in quo leguntur hæc verba. *In omnibus autem ſuis iuribus, & actionibus præſentibus, & futuris inſtituit, & eſſe voluit hæredem ſuum vniuerſalem Nob. Ludouicum filium quondam Nob. Domini Io. Angeli filij dicti Domini Teſtatoris ex legitimo matrimonio procreatum, quamuis dictus D. Ioan. Angelus fuiſſet filius ſuus naturalis, & per ipſum Dominum teſtatorem legitimatus auctoritate Imperatoria, & Regia, & etiam ſi ipſa legitimatio fuerit, vel non fuerit, appareat, & non appareat habita per ipſum D. teſtatorem affectione, & beneuolentia, & contemplatione ipſius Ludouici ſui nepotis, & eius perſonæ, quem ipſe diligit tanquam filium ſuum proprium.*

Et quia dictus Ludouicus eſt in ætate infantiæ nunc conſtitutus, ſi ipſe decederet in pupillari ætate, ſiue poſt quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, & legitimè natis, videlicet maſculis, ſubſtituit eidem Ludouico ſic decedenti, vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum, & ſine detractione alicuius trebellianicæ, vel legitimæ, ſed integraliter ſpectabilem Dominum Raphaelem fratrem ipſius Domini teſtatoris Nob. Io. Antonium, Ioannem, & Io. Gabrielem fratres, & filios quondam Domini Io. Bartholomæi ipſius Domini teſtatoris fratris, videlicet dictum Dominum Raphaelem pro medietate, & dictos fratres pro alia medietate, & ipſo Domino Raphaele prædefuncto filios ipſius natos ex legitimo matrimonio, & filios filiorum ſuorum, vt ſupra, & ſimiliter prædefunctis ipſis Domino Ioan. Antonio, vel aliquo ipſorum fratrum filios maſculos ſuos, & filijs non exiſtentibus illos, & illum, qui tunc aderit ex ipſis fratribus, & euenientе caſu quod decederent, ipſis Domino Io. Antonio, & Ioan. Gabrieli, vel alteri ipſorum ſine filijs, vt ſupra, & ipſis ambobus ſic decedentibus ſine filijs, vt ſupra ſubſtituit dictum Dominum Raphaelem, & deſcendentes ab eo, vt ſupra; Dicto vero Ioanni, ſi decederet ſine filijs legitimè natis, ſubſtituit dictos Dominos Ioan. Antonium, & Ioan. Gabrielem fratres integraliter, & filios ſuos legitimos, & ex legitimo matrimonio natos, ſi tunc aderunt.

Hoc tamen prouiſo intellecto, quod non poſſit de bonis ipſius Domini teſtatoris alienare in aliam perſonam, quam in ſuprascriptos Dominos de Buneis ſubſtitutos.

Inſuper dictus Dominus teſtator prohibuit, tam dicto ſuo hæredi, quam alijs ſubſtitutis gradatim, vt ſupra alienationem bonorum hæreditatis ipſius Domini teſtatoris, vel alicuius rei immobilis dictæ hæreditatis, Quia voluit, & vult quod dicta bona conſeruentur, & perueniant in dictum hæredem, & filios ſuos legitimos, et naturales, & ſubſtitutos gradatim, vt ſupra.

Saluo quod dictus Nob. Ludouicus ipſo decedente poſt pupillarem ætatem ſine filijs maſculis, vt ſupra, & haberet filiam vnam, vel plures diſponere poſſit pro dotibus ipſarum filiarum, ſi vnam haberet de ſcutis duobus millibus, & ſi plures haberet vſque ad tres, ſcuta mille, & ducentum quoqualibet, & ſi vltra, ſcuta mille pro qualibet tantum, & quas dotes de ſummis prædictis ipſe Dominus teſtator ſolui voluit de bonis, & hæreditate ſua, vt ſupra.

Et vlterius conceſſit, & dedit licentiam dicto Ludouico decedenti poſt pupillarem ætatem cum filijs maſculis, aut ſine filijs, vel ſine filiabus diſponendi de bonis dictæ hæreditatis, vſque ad ſummam ſcutorum quinque centum, prout ſibi placuerit.

Voluit etiam, & ordinauit, quod iſto caſu, quod decedente dicto Nob. Ludouico hærede ſuo ſine filijs maſculis, & locus eſſet dictæ ſubſtitutioni de fratre, & nepotibus ipſius Domini teſtatoris, vt ſupra, quod dicta Domina Caterina eius ſoror habeat de bonis, & hæreditate ipſius Domini teſtatoris ſcuta centum, & quinquaginta, & ſaluo, quod ſi dictus Ludouicus relinqueret duas filias, vel plures, vt ſupra dictum legatum ſit de ſcutis centum tantum, ſaluis tamen ordinatis, vt ſupra pro dicta Domina Caterina pro alimentis ſuis.

Item caſu quo prædicti Domini Raphael filij, ac deſcendentes ab eo, nec nõ prædicti fratres ſubſtituti, & deſcendentes ab eis omnes decederent nullis relictis filijs maſculis, Quod hæreditas, & bona prædicta perueniant, & peruenire debeant in filios quondam Nob. Blaxini Bunei, & in filios Nob. Alberti Bullæ filios dictæ Nob. Caterinæ maſculos, videlicet ſeculares excludendo Eccleſiaſticos, & deſcendentes ab eis, videlicet pro duabus partibus in prædictos filios quondam Nobilis Blaxini Bunei, & pro alia tertia parte in filios dicti Domini Alberti ex dicta Domina Caterina: Hoc tamen intellecto, & prouiſo, quod ſi aliquis ex dictis fratribus non fuerit beneficiatus, vſque ad ſummam ducatorum centum, quod tunc poſſint participare in redditibus dictæ hæreditatis cum alijs ſuis fratribus laicis in ſua vita tantum.

Item dictus Dominus teſtator voluit, iuſſit, & ordinauit, quod domus ipſius Domini teſtatoris non poſſit alienari per hæredem ſuum, vel per ſubſtitutos gradatim, vt ſupra, quia voluit, & vult quod dicta domus remaneat ſub nomine parentellæ, & agnationis ipſorum nobilium de Buneis in perpetuum, videlicet in antiquiorem, qui tũc reperietur, hoc modo videlicet in Nob. Raphaelem antiquiorem, et ipſo Domino Raphaele decedente ante ipſum Dominum teſtatorem in filium primogenitũ ipſius Domini Raphaelis, qui eo caſu teneatur ſoluere dicto Domino Ioan. Antonio ſcuta ducẽtum: et ſic deinde perueniat ipſa domus in primogenitũ deſcendentẽ ex ipſo primo filio, hoc intellecto, quod caſu, quod dictus Ludouicus hæres decederet abſq; filijs legitimis, et ex legitimo matrimonio natis.

Probi-

Prohibendo etiam dicto heredi, et ſubſtitutis gradatim, vt ſupra alienationem de bonis dictæ hereditatis, ſiue in vltima voluntate, ſiue per contractum, niſi in caſu vrgentis neceſſitatis, & in caſum contrauentionis perueniat in alios obſeruantes, ſaluo quod inter ſe ipſos dicti ſubſtituti poſſint alienare de dictis bonis.

Item dictus Dominus teſtator cupiens dictam diſpoſitionem, & ordinationem ſuam teſtamentariam, vt ſupra factam ſortiri effectum, & non impediri diſpoſuit, voluit, & ordinauit, quod prædicti ſubſtituti gradatim, vt ſupra, nunquam inferre debeant moleſtiam, & controuerſiam, ſeu litem dicti Ludouico heredi ſuo, & deſcendentibus ab eo, tam ratione alicuius diſpoſitionis teſtamentariæ quondam Nob. Dom. Henrici Buni patris ipſius Domini teſtatoris, vel fideicommiſſi in eo appoſiti, cui tamen alias fuit per dictos Dominos Raphaelem, & Ioan. Bartholomæum fratres ad cautelam renunciatum, Ita quod ipſe Dominus teſtator poſſit diſponere de tota hæreditate paterna, & de omnibus bonis ſuis, vt conſtat publico inſtrumento rogato per Ioan. Antonium de Marro, & quauis cauſa, quæ dici, & excogitari poſſit.

Et quia dictus Ludouicus hæres ſuus, & deſcendentes ab eo maſculis habeant pacifice, & quiete tenere, & poſſidere hæreditatem ipſius Domini teſtatoris, ordinatum fuit, & in caſu contrauentionis priuauit, & priuat ipſum contrauenientem dicta ſubſtitutione, & quocunq; commodo, & vtilitate, quod & quam habuiſſet, & habere potuiſſet ex præſenti diſpoſitione teſtamentaria, ſiue aliter quomodocunque quauis ſucceſſione bonorum ipſius Teſtatoris; Et hanc ordinationem, & diſpoſitionem voluit, & diſpoſuit dictus Dominus teſtator valere debere iure ſui teſtamenti nuncupatiui ſine ſcripti &c.

Poſt mortem teſtatoris deceſſit D. Ludouicus eius hæres relictis duobus filijs legitimis, & naturalibus nempe DD Gabriele, & Attilio.

Mox deceſſit D. Attilius relictis DD. Melchiore, & Ludouico filijs ſuis legitimis, & naturalibus, nouiſſimè deceſſit D. Gabriel nullo relicto filio maſculo, ſed tantum D. Beatrice filia legitima, & naturali.

Quamobrem prędicti DD Melchior, & Ludouicus intendunt per mortem D. Gabrielis ſine prole maſculina purificatum eſſe fideicõmiſſum inter deſcendẽtes ordinatum a Dom. Gabriele teſtatore. Oppoſuit D. Beatrix, nullũ in caſu, qui contigit, extare fideicommiſſum, Ideoque bona iure hæreditario ad ſe pertinere, vnde quæritur, quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Controuerſia, quæ naſcitur ex teſtamento quondam D. Gabrielis Buni, quatuor habere videtur principales dubitationes, à quarum reſolutione pendet huiuſce cõſultationis exitus. Prima eſt, an filij D. Ludouici poſiti in conditione cenſeantur ex coniecturis vocati. Secunda, poſito, quod ſint vocati, an intelligãtur etiam grauati, & ſic, an fideicommiſſum iniunctum D. Ludouico cenſeatur etiam in eius filijs repetitum. Tertia, nunquid cenſeantur etiã grauati, inter ſe, ſiue, an inter eos reſultet aliquod fideicommiſſum reciprocum. Quarta demum poſito citra veri præiudicium, quod reſultet, an eius vis porrigatur etiam ad nepotes, qui nunc agunt contra D. Beatricem, ita, vt eius vigore poſſint vindicare bona à teſtatore relicta.

Sed de prima quidem dubitatione, à qua ſola, quaſi ab vnico præſidio, deducunt actores ſuæ intentionis fundamentum, mihi, nec ſcribẽdum putaui, nec pro eius reſolutione laborandum, tametſi multa dici poſſent: propterea, quia nec à D. Beatrice in dubium reuocatur, nec à tali vocatione pendet huiuſce controuerſiæ deciſio. Nam, etſi demus filios D. Ludouici in conditione poſitos, eſſe vocatos, prout re vera vocatos arbitror, non tamen ſequitur, eos

1 eſſe grauatos, † *vt ſcribunt Pariſ. conſ. 1. nu. 25. & 28. vol. 2. Soc. iun. conſ. 57. nu. 4. verſ. & 1. & nu. 5. vol. 4. Cran. conſ. 98. num. 14. verſ. 2. reſpondeo. Odd. conſ. 26. num. 13. & conſ. 66. num. 32. 63. 97. & 110. verſ. Ad illud quartum, Pereg. de fideicom. art. 29. num. 26. Surd. conſ. 448. num. 13.* quoniã ab honore non poteſt ad oneris poſitionem inferri, ſed tantum ad potẽtiam: Sequitur, enim teſtator eum vocauit, ergo potuit grauare *l. 1. § ſciendum. ff. de leg. 3.* Et contra, non vocauit, ergo non potuit grauare. *l. ab eo. 9. C. de fideicom. l. ſed, & ſi ſic. 6. ff. de leg. 3.* Sed non ſequitur, vocauit, ergo grauauit, quoniam hoc non ſolùm à potentia pendet, ſed etiam à voluntate, & di-

2 ſpoſitione teſtatoris, † *vt ſcribunt Socin. iun. d. conſ. 57. num. 5. vol. 4. Cran. d. conſ. 98. nu. 14. verſ. 2. reſpon. tro, Odd. d. conſ. 26. num. 14. & d. conſ. 66. num. 96. & 97.* de qua quia non conſtat in caſu noſtro, ideo poſita etiam huiuſmodi filiorum vocatione nondum cenſeri poteſt deciſa controuerſia, quæ hodie vertitur inter nepotes D. Ludouici, videlicet, inter D. Beatricem neptẽ ex D. Gabriele eius filio, & DD. Melchiorem, & Ludouicum nepotes ex D. Attilio altero filio, quia videndum adhuc eſt, nunquid ex teſtamento colligere poſſimus, teſtatorem voluiſſe eiuſdem D. Ludouici filios in conditione poſitos grauare.

Super ſecunda verò dubitatione, cuius diſcuſſio videtur ad tuenda D. Beatricis iura tutiſſima, tanquam ea quæ omnino perimit actorum intentionem, cum fruſtra contendant bona ad ſe iure fideicommiſſi pertinere, ſi id per exiſtentiam filiorum tempore mortis D. Ludouici extinctum eſt, nec cenſetur in eius filijs repetitum, non putaui etiam mihi ſcribendum triplici de cauſa. Primò quia res ita plenè fuit diſcuſſa à præſtantiſſimis D. Beatricis aduocatis, qui ſolidiſſimis fundamentis demonſtrarunt, non poſſe fideicommiſſum in caſu noſtro cenſeri repetitum, ſtantibus maximè reſtrictionibus, quibus teſtator vſus eſt, vt nullus mihi ſit relictus ſcribendi locus. Secundò, quia quæſtio repetitionis fideicommiſſi, de qua diſputatur pro limitatione doctrinæ *Oldradi in conſ. 21.* non videtur ſpecialem, & proximam huiuſce teſtamenti, & ſpeciei, qua de agitur, diſputationem continere, ſed tantum remotam, ſcilicet, quia reſpicit vocationem earundem perſonarum, quæ fuerunt à teſtatore nominatim ſubſtitutæ, & ſic in caſu noſtro reſpicit vocationem tranſuerſalium, quos ſolos teſtator expreſſim ſubſtituit D. Ludouico ſine filijs maſculis decedenti: Quæritur enim, an, licet teſtator ita ſimpliciter ſcripſerit. Si Ludouicus deceſſerit ſine filijs ſubſtituo fratrem nihilominus ex coniecturis cenſeatur id ipſum fideicõmiſſum

Digitized by Google

miſſum in filijs repetiiſſe, & ita dixiſſe, Si Ludo
uicus, aut eius filij ſine filijs deceſſerint, fratrē
ſubſtituo, & ſic vocaſſe fratrem non ſolum in
caſum, quo Ludonicus ſine filijs moreretur,
ſed etiam in eum, quo moreretur cum filijs, ſi
3 poſtmodum illi ſine prole deceſſerint, † *vt in
ſpecie declarat Menoch de præſ.lib.4. præſ.69.num.
1.vbi repetitionis huius articuli proſequitur*, quæ
non eſt propria huiuſce litis diſputatio, quia
non eſt hodie controuerſia cum tranſuerſali-
bus, nec de eorum admiſſione diſputatur, cum
adhuc extent deſcendentes teſtatoris, ſed con-
trouerſia eſt cum ipſiſmet deſcendentibus, nē-
pè cum filijs D. Attilij, qui intendunt, bona te
ſtatoris ad ſe pertinere iure fideicōmiſſi, quod
(ſecundum eos) purificatum eſt per mortem
D. Gabrieſis, qui nouiſſimè ſine prole maſcu-
lina deceſſit. Tertiò demum, quia dato etiam,
quod fideicommiſſum cenſeri poſſet repetitū,
imo (quod prius eſt) dato, quod teſtator id ex-
preſſim repetiiſſet, & dixiſſet, Si Ludouicus, aut
eius filij, ſine filijs maſculis deceſſerint, ſubſti-
tuo fratrem, non tamen ex hoc inferri poſſet
inter ipſos filios inductum eſſe reciprocum fi-
deicommiſſum, niſi hoc ex alijs circunſtantijs
colligatur, *vti mox latius oſtendam*; Quamobrē
omiſſis prædictis dubitationibus, ſuper duabus
tantum poſterioribus mihi ſcribendum puta-
ui, &

In primis ſuper ea, qua quæritur, an inter fi-
lios D. Ludouici poſitos in conditione cen-
ſeatur tacitè, & ex coniecturis inductum reci-
procum fideicommiſſum. Videretur autē pri-
mo aſpectu dicendum, id cenſeri inductum.

Primò, quia, licet regulariter inter filios poſi
tos in conditione non reſultet fideicōmiſſum,
reciprocum, *vti mox oſtendam*, id tamen proce
dere videtur, quando tales filij non cenſentur
diſpoſitiuè vocati. Cæterum, quando ex conie
cturis elicitur eorum vocatio, prout elicitur in
caſu noſtro, *ſicuti ſupra dictum eſt*, magis vide-
tur, vt inter ipſos ita inducatur reciproca fidei-
commiſſaria vt induceretur, ſi fuiſſent expreſ-
4 sè patribus ſuis ſubſtituti, † *vt in ſpecie ſcripſerūt
Socin.ſen.conſi.249.num.10.vol.2. Ruin.conſ.140.
num.9.conſi.142.num.13.& conſil.197. nume.13.
vol.3.Curt.iun.conſ.43.num.6.in fi. Alcia.in l. vel
ſingulis.37.nu.19.verſ. vnde in caſibus. ff. de vulg.
Soc.iun.conſi.151.num. 11.vol.2. & conſi.110.nu.
20.vol.3.Crau.conſi.130.num.6.Decia.conſ.3.nu.
46.& ſeqq.vol.1.conſi.102.num.33.vol.2.conſ.44.
num.73.verſ.poſtremo, & conſi. 101. num. 3. & 4.
vol.3.Mantic.de conie. vlt. vol.lib.7.tit.5. num.2.
verſ.Et quidem.Ant.Gabr.lib.4.tit.de ſubſtit. con-
clu.1.num.28. Menoc.conſ.85.num.43.conſ. 397.
num.12.& de præſ.lib.4.præſ.62. num.57. Peregr.
conſ.54.num.7.vol.1.*

Secundò verò multo magis hoc videtur ad
mittendū in caſu noſtro, in quo multæ ſubſunt
coniecturæ, quæ videntur ſufficientes ad indu-
cendum reciprocum fideicommiſſum, dato ēt
quod ceſſarent illa tria requiſita, quæ regulari-
ter ad illud inducendum dicuntur eſſe neceſſa
ria, *iuxta not.in l. Titia Seio 89.§. Seia liberti.ff.de
5 leg. 2. vt in terminis † declarant Crau.conſi. 113.
num.1.Soc.iun.d.conſ.110.num.36.vol.3.Mantic.
d.lib.7.tit.5.num 15.verſ. ex coniecturis, Menoch.
d.lib.4.præſ.62.num.34.& Peregr.d.conſ.54.num.
13.verſ.ad tertium.vol.1.* Nam fideicommiſſum
6 reciprocum inducitur etiam coniecturis, † *vt
ſcribunt Decia.d.conſ.44.num.67.verſ.3.volum.1.
Pereg.d.conſ.54.num.11.vol.1.* quæ in caſu no-
ſtro videntur eſſe multæ.

Prima, quia teſtator in tota hac ſua diſpoſi-
tione videtur habuiſſe rationem agnationis
conſeruandæ: nam ſemper eſt locutus de maſ-
culis, tam in conditionibus, quam in diſpoſi-
tionibus, ſcilicet, quia Domino Ludouico ſi-
ne filijs maſculis decedenti ſubſtituit fratrem
ſuum, & alterius fratris præmortui filios, ac eo-
rum deſcendentes maſculos, eandemq; maſcu
lorum mentionem repetit non ſolum in ſe-
quentibus ſubſtitutionibus, ſed etiam in prohi
bitionibus alienandi, ex qua maſculorum mē-
tione toties repetita colligimus eum voluiſſe
fœminas (quas etiam dotari iuſſit) à bonis ſuis
excludere, & ſolos maſculos vocare, ac pro-
pterea mentem eius fuiſſe, vt bona conſerua-
7 rentur in familia, † *vt ſcribunt Dec.conſilio 226.
numero ſexto. verſiculo, nam dum teſtator, Pariſ.
conſi.57.num.8.9.& 10.volum.2.& conſ.53.num.
26.28.& 30.volu.3. Soc.iun.d.conſ.110. num.39.
vol.3.Caph.conſ.137.num.12.Crau.conſi.113.nu.
2.Mantic.de conie. vlt.vol.lib.6.tit.15. num.2. &
ſeqq.& lib.11.tit.13.num.15. Menoch.conſilio 44.
num.10. & de præſumpt.lib.4.præſ.69. nume. 10.*
quippe, quæ non niſi per maſculos conſerua-
tur *l.non facile 4.§.1.l. Iuriſconſultus.10.§. nomē,
ff.de grad.& aff.§.1.inſt.de leg.agn.tut. §.1.§. ca-
terum, & §. media. inſti.de leg.ag.ſucc.* maximè,
8 cum excluſerit eccleſiaſticos, † *vt conſiderat
Menoc.d.præſ.69.nu.* 10. Quinimo videtur hoc
ipſum expreſſiſſe, dum prohibuit alienationē
bonorum adiecta cauſa, quia vult ea conſer-
uari, & peruenire in prædictum hæredem, & fi-
lios ſuos legitimos, & naturales, ac ſubſtitutos
gradatim, vt ſupra, & ſic effectu, quia vult ea
conſeruari in agnatione, vtpotè de qua ſunt
omnes prædicti, ex quo, quia manifeſtè con-
ſtare videtur, teſtatoris mentem fuiſſe vt bona
in agnatione conſeruarentur, ideo videtur etiā
elici coniectura ſufficiens ad inducendum re-
9 ciprocum fideicommiſſum, † *vt in ſpecie ſcripſe
runt Ruin.conſi.108.num.12.vol.2. Crau.d.conſ.
113.num.2.& d.conſ.130.num.9. Soc.iun.d.conſi.
110.num.39.vol.3.Gabr.d.lib.4.tit.de ſubſt.concl.
1.num.29.Decia.conſi.3. num.67. volu 1.conſ.44.
num.67.verſ.3.& conſ.89. nu.25. verſ. non obſtat
quintum vol.3.Mantic.d.lib.7.tit.5.nu.15.verſi.
ex coniecturis, Pereg.de fideicom.art.13. num.39.
Menoc.d.conſ.397.nu.10.*

Secunda verò coniectura eſt, quia teſtator,
poſtea quam D. Ludouico ſine filijs maſculis
decedenti ſubſtituit fratrem ſuum, & alterius
fratris præmortui filios, inter eos, eorumq; de-
ſcendentes reciprocam fecit ſubſtitutionem,
ex qua videtur poſſe inferri, multo magis eum
cenſeri voluiſſe proprios deſcendentes inuicē
ſubſtituere, quia, ſi voluit bona conſeruari in-
ter deſcendentes tranſuerſalium, multo ma-
gis cenſetur voluiſſe ea conſeruari inter ſuos
10 deſcendentes, † *vt in terminis arguunt Ruin. d.
conſ.108.num.11.verſ. ſi ergo volu.2. & conſ.140.
num.10.verſ.ſi ergo vol.3. Menoc.conſi. 376.num.
41.verſ.reſpondetur, & num.62.& de præſ. libro 4.
præſ.62. num.38.* ſolent enim teſtatores eſſe fa-
ciliores in conſtituendo reciproco fideicom-
miſſo inter ſuos deſcendētes, quam inter alios,
11 † *ſecundum Crau.conſ.306.num.5.verſ.2. reſpon-
deo, & Menoc.d.conſ.376.num.41. verſi. reſponde-
tur, &*

Digitized by Google

tur. & num. 62. propter naturalem inſtinctum,
quo mouentur homines ad curandum, vt bo-
12 na perueniant ad ſuos deſcendentes † *l. ſcripto.*
6. in fin. ff. vnd. lib. l. cum, C. de his, qui ant. aper. tab. l.
cum acutiſſimi. 30. C. de fideicom. Quamobrem
dicimus ad inducendum reciprocum fideicom-
miſſum nullam videri maiorem coniecturam
illa, quæ ſumitur ab affectione paterna in ſuos
13 deſcendentes, † *vt ſcribit Socin. iun. d. conſil. 110.*
num. 37. vol. 3.

Tertia coniectura ſumitur ab eo, quod teſta
tor progreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutio-
num, quam eſſe ſufficientem ad inducendum
14 reciprocum fideicommiſſum † ſcripſerunt *Gur.*
iun. conſ. 45. num. 1. verſ. ſtantibus & Decia. conſil.
1. num. 267. vol. 1.

Quarta coniectura deducitur à prohibitio-
ne alienationis, quam teſtator fecit adiecta il-
la ratione; *quia vult, &c.* Nam & ex hac ſolet
15 elici coniectura reciproci fideicommiſſi, † *vt*
videre eſt apud Ruin. d. conſ. 108. num. 13. volu. 2.
Gozad. conſ. 64. num. 13. & Peregr. d. art. 13. num.
79. vbi alios adducit, tum quia non poſſent bo-
na in familia conſeruari, niſi omnes de familia
cenſerentur grauati *l. vlt. C. de verb. ſig. l. peto. 71.*
§. fratre. ff. de leg. 2. tum etiam, quia ex tali pro-
hibitione reſultat fideicommiſſum non ſolum
in caſum contrauentionis ſed etiam in caſum
mortis, & ſic ſimplex, & abſolutum inter om-
nes, quorum fauore facta fuit, propterea, quod
prohibitio ſine illius cauſæ adiectione cenſere
tur valida; tanquam facta fauore ſubſtitutorũ,
16 † *vt ſcribunt Ruin. conſ. 113. num. 15. vol. 2. Caph.*
conſi. 153. num. 54. Odd. conſi. 46. nu. 6. & 25. verſi.
neque obſtat Pereg. conſ. 45. nu. 16. vol. 1. & ideo,
ne ſequens adiectio cauſæ, *quia vult, &c.* cen-
ſeatur inutiliter appoſita, debet inducere fidei-
17 commiſſum ſimplex, & abſolutum, † *vt ſcri-*
pſerunt Iaſ. conſ. 108. col. 4. verſ. confirmatur. vol.
4. Soc. ſen. conſi. 249. num. 19. verſ. & pro his vol. 2.
Dec. conſ. 481. num. 7. Ruin. conſ. 203. nu. 17. verſi.
vnde ſitune vol. 1. conſi. 110. num. 8. conſi. 114. nu.
8. & conſi. 127. num. 13. verſ. quandoque & 2. vol.
2. Curt. iun. conſ. 43. num. 9. verſ. ego tamen, conſil.
114. num. 16. & 17. conſi. 115. nu. 11. & conſi. 145.
num. 8. & 10. verſ. tertius; Alcia. conſi. 36. num. 12.
& conſ. 102. nu. 3. lib. 9. Soc. iun. in l. filiusfam. 117.
§. Diui 2. num. 43. ff. de leg. primo. Caph. conſ. 153.
num. 52. in fin. & num. 53. Menoc. conſ. 197. num.
20. & conſ. 127. num. 95. Surd. conſ. 96. nu. 22. 23.
& 26. verſ. reſponderi, & deciſ. 238. nu. 16. Ludouic.
conſ. 3. num. 3. & conſ. 92. num. 1. Et in ſpecie pro-
hibitionis facta poſt ſubſtitutionẽ praecedentem cũ
adiectione cauſæ, quia vult, &c. ſcripſerunt Caph.
d. conſi. 153. num. 4. & 58. Odd. d. conſ. 46. num. 6.
& 25. verſ. neque obſtat & Pereg. d. conſi. 45. num.
16. vol. primo.

Quinta demum, & vltima coniectura ſumi-
tur ab illis verbis, *voluit, & ordinauit, quod præ-*
dicti ſubſtituti gradatim, vt ſupra, nunquam infer
re debeant moleſtiam, & controuerſiam, ſeu litem D.
Ludouico heredi ſuo, & deſcendentibus ab eo, & ex
illis, *quin dictus Ludouicus heres ſuus, & deſcen-*
dentes ab eo maſculi habeant pacificè, & quietè tene-
re, & poſſidere hæreditatem ipſius D. teſtatoris: Nã
ex his verbis colligi videtur, teſtatorem vocaſ-
ſe non ſolum filios D. Ludouici, ſed etiam ne-
potes, pronepotes, & deinceps, quia vſus eſt ver
bo, deſcendentium, quorum appellatione om-
nes deſcendentes in infinitum continentur,
18 † *l. liberorum. 220. ff. de verb. ſign. l. fin. C. de ſuis, &*
legit. & ſcribunt Alex. conſ. 160. num. 2. vol. 2. Soc.
ſen. conſi. 51. num. 2. vol. 4. Decia. conſ. 41. num. 1. conſi.
102. num. 24. vol. 2. conſ. 44. num. 34. & 49. vol. 3.
Menoc. conſ. 327. num. 14. & conſ. 585. num. 29. Pe-
regr. de fideicom. art. 19. num. 11. & prohibendo
moleſtiam iſtis inferri, ac declarando ſe velle,
eos quietè, & pacificè tenere, ac poſſidere bo-
na ſua, videtur declarare mentem ſuam eſſe, vt
eadem bona ad illos perueniſſent, Quo fit, vt per
neceſſarium antecedens videatur illos vocare,
perinde, ac ſi dixiſſet, volo hæreditatem meã
peruenire ad Ludouicum, & eius deſcenden-
tes, & ab eis pacificè, & quietè teneri, ac poſſi-
deri. Sed quando teſtator vocat deſcendentes
alicuius, quia talis vocatio fit per nomen col-
lectiuum variarum perſonarum, & graduum,
videtur inter tales deſcendentes reſultare fidei-
19 commiſſum reciprocum, † *vt ſcribunt Ruin.*
conſ. 108. num. 11. vol. 2. Pariſ. conſil. 57. num. 16.
vol. 2. Socin. iun. conſi. 151. num. 6. verſi. item & fa-
cta vol. 2. & conſi. 110. num. 16. & 35. vol. 3. Decia.
conſi. 1. num. 267. vol. 2. Pereg. conſi. 54. num. 7. &
conſ. 62. num. 20. volu. 1. Ergo, & in caſu noſtro
vitiue illorum verborum videtur dicendum
inter deſcendentes D. Ludouici cenſeri indu-
ctum reciprocum fideicommiſſum.

Tertiò, quãdo aliqua circa hoc ſubeſſet am
biguitas, videretur ea ſublata per ſequentem de
clarationem ipſorum filiorum, qui in quadam
tranſactione facta ſuper domo hæreditaria re-
ſeruarunt ſibi ius fideicommiſſi à D. Gabriele
conſtituti. Nam hoc modo videntur declaraſ
ſe, ex hoc teſtamento reſultare fideicommiſ-
ſum inter ipſos diuidentes, cuius conſequendi
ſpem aliquam haberent, & dubium non eſt,
quin ipſi tanquam ſucceſſores teſtatoris potue
runt ambiguam eius voluntatem interpretari,
20 & eorum declarationi ſtandum ſit, † *obſeruat*
Glo. in l. ſi quis à filio. 32. §. ſi quis plures, in verb. ha-
res elegerit, & ibi Bald. verſ. & ſic not. ff. de leg. 1.
Bar. in l. inter ſtipulantem 83. §. 1. num. 4. verſ. ſed
contra illud. ff. de verb. oblig. Ruin. conſ. 38. num. 9.
vol. 1. Pariſ. conſi. 12. num. 40. vol. 3. Gabr. lib. 6. tit.
de reg. iur. concl. 3. nu. 76. Decia. conſ. 24. nu. 4. vol.
2. Menoc. conſ. 279. nu. 18.

His tamen non obſtantibus re diligentiſſi-
mè perpenſa contrarium de iure puto verius,
non eſſe ſcilicet in propoſita ſpecie inductum
inter filios D. Ludouici reciprocum fideicom-
miſſum.

Primò, quia filii D. Ludouici non leguntur
expreſſim in aliqua teſtamenti parte vocati,
ideoque non poteſt inter eos cẽſeri inductum
aliquod reciprocum fideicommiſſum; cũ ad-
hoc, vt tale fideicommiſſum inducatur inter
cætera neceſſarium ſit, vt illi, de quibus agitur
21 expreſsè ſint à teſtatore vocati, † *vt eſt tex. no-*
tiſſimus in l. Titia ſeio. 89. §. Seia liberis, & ibi not.
omnes. ff. de leg. 2. & in ſpecie declarant Crau. conſ.
161. num. 7. Soc. iun. conſ. 151. num. 5. vol. 2. Roll.
conſi. 34. num. 57. & ſeqq. vol. 4. Mantic. de coniect.
vlt. vol. lib. 7. tit. 5. num. 15. Menoch. conſi. 85. num.
41. & ſeqq. conſ. 274. num. 5. conſ. 328. num. 21. conſ.
376. num. 24. & conſ. 379. num. 1. & ſeqq. Peregr.
de fideicom. art. 15. nu. 14. & conſ. 54. nu. 4. volu. 1.
& conſi. 53. nu. 3. vol. 3. qui omnes vulgatiſſima illa
tria requiſita recenſent.

Nec eſt contrarium, quod, licet non ſint voc
cati expreſsè, ſint tamen vocati tacitè, & ex
cōcelli-

coniecturis, *vt ſupra dictum eſt*, & hoc videtur
ſufficere ad inducendum reciprocum fideicõ-
miſſum, *vt cenſuerunt ij, quos recenſui ſupra nu.*
4. quia verius eſt, imò non ſufficere: Nam, quã
dicimus ad hoc, vt inter duos, aut plures indu-
ducatur reciprocum fideicommiſſum, requiri,
vt illi ſint à teſtatore vocati, intelligimus de vo
catione expreſſa, nec ſufficit tacita quæ colligi-
22 tur ex coniecturis, & per interpretationem, † *vt
in ſpecie ſcripſerunt Gram. conſ. 306. num. 2. verſic.
præterea, Decia. conſ. 102 nu. 37. vol. 2. Theſ. deciſ.
248. num. 17. Menoc. conſ. 327. num. 28. & conſil.
376. num. 25. & 65. vbi citat Rip. in l. hæredes mei.
57. §. cum ita num. 23. & ibi Torniell. nu. 34. ff. ad
Treb. Torniell. in l. Gallus. 29. §. quidam recte, col.
vlt. ff. de lib. & poſth. & Petr. de prohib. alien. quæſt.
9. num. 235. Pet. Ant. Ang. conſ. 65. num. 10. lib. 6.
quos nouiſſimè ſequitur Peregr. d. art. 13. num. 70.
vt ipſimet atteſtatur in conſ. 33. num. 10. vol. 3.* nec
23 ex tacito inferatur ad aliud tacitum † *contra l.
ſeruum filij. 46. §. fin. vbi Bart. num. 2. Bald. Ange.
Caſtr. num. 4. Alex. num. 2. Iaſ. num. 10. & 15. ff.
de leg. 1. Bart. in l. emptor. 65. §. fin. ff. de rei vind.
Decia. conſi. 1. num. 108. vol. 2. Pereg. conſ. 55. nu.
28. vol. 1. & d. conſ. 33. num. 10. vol. 3.*

Secundò verò multo magis hoc eſt dicendũ
in caſu noſtro, in quo ſubſtitutio tranſuerſaliũ
non eſt facta nominatim vltimo morienti, vt
eſt neceſſarium ad inducendam fideicommiſ-
ſariam reciprocam, *ſicuti videre eſt apud eos om-
nes, quos recenſui ſupra num.* 21. Nec enim dixit
teſtator, ſi Ludouicus, aut eius filij ſine filijs de-
ceſſerint vltimo eorum morienti ſubſtituo fra
trem, ſed ſimpliciter, Si Ludouicus deceſſerit
ſine filijs, fratrẽ ſubſtituo, Quo fit, vt nullo mo
do poſſit inter huiuſmodi filios cenſeri indu-
ctum reciprocum fideicommiſſum, quia etiã
ij, qui tenent ſufficere filios in conditione po-
ſitos eſſe tacitè vocatos, vt inter eos reſultet
fideicommiſſum reciprocum, *quos recenſui ſu-
pra num.* 4. declarant, id procedere, ſi concur-
rant alia duo requiſita, videlicet, quod ſubſti-
tutio ſit facta nominatim vltimo morienti, &
in tota hereditate, quorum alterum ſi deficiat,
fatentur, inter huiuſmodi filios in conditione
poſitos, non reſultare fideicommiſſum recipro
24 cum, etiamſi tacitè ſint vocati, † *vti videre eſt
apud Menoc. ita ex aliorum mente declarantem
de præſ. lib. 4. præſ. 62. num. 59. in princ. & verſ. ex
prædictis.*

Tertiò, vel eo magis hoc eſt admittendum
in caſu noſtro, quo verſamur in terminis cla-
rioribus, & minorem habentibus dubitationẽ,
quam ſint illi, in quibus DD. magis commu-
niter concludunt, non cenſeri inductum reci-
procum fideicommiſſum inter filios poſitos in
conditione; nam circa huiuſmodi filios ſolẽt
DD. varios conſiderare caſus.

Primus eſt, quando teſtator poſuit filios in
conditione, & poſt eorum mortem aliquem
ſubſtituit, puta dixit, ſi Titius hæres inſtitutus,
aut eius filij ſine filijs deceſſerint, ſubſtituo Sẽ-
pronium, & ſumus in caſibus, in quibus tales
filij in conditione poſiti non cenſentur voca-
ti, vt eſt regulare, *iuxta doctr. glo. communiter
approbata in l. Lucius. 85. in verb. liberos ff. de hær.
inſti.* Et tunc omnes fatentur, inter eos, nullo
modo cenſeri inductum reciprocum fideicõ-
25 miſſum, † *vti videre eſt apud Alex. conſ. 91. num.
5. verſ. modo ſic, & conſ. 103. num. 4. vol. 1. conſ. 13.
num. 13. & Io. Bapt. a San. Sev. in conſ. ſeq. num. 17.
vol. 4. Alex. conſ. 202. num. 8. vol. 7. Soc. ſen. conſi.
113. in fin. vol. 1. conſ. 249. num. 6. verſ. Aliquan-
do, & ſecundo vol. 2. & conſ. 69. nu. 7. verſ. Ex qui
bus concluditur, & conſ. 104. num. 9. verſ. Ad ſecun
dum vol. 3. Ruin. conſ. 108. nu. 2. & conſ. 140. nu.
12. vol. 2. Pariſ. conſ. 44. num. 29. vol. 2. Socin. iun.
conſ. 176. num. 15. vol. 2. Gozad. conſ. 67. num. 14.
Roll. conſ. 34. num. 59. & 60. vol. 4. Decia. conſ. 26.
num. 56. vol. 2. Gabr. lib. 4. tit. de ſubſtit. concl. 1. nu.
24. Men. conſ. 85. num. 43. & conſ. 274. nu. 5. verſ.
3. Pereg. de fideicom. d. art. 13. num. 70. & conſ. 33.
num. 10. vol. 3.* Et tamen hic caſus videtur ma-
gis dubitabilis, quam ſit is, de quo nos loqui-
mur, quia in caſu noſtro teſtator non fecit ſub
ſtitutionem tranſuerſalium poſt mortem filio
rum poſitorum in conditione, ſed tantum poſt
mortem Ludouici: non enim dixit, Si Ludoui
cus, aut eius filij ſine filijs deceſſerint, ſed ſim-
pliciter, Si Ludouicus ſine filijs deceſſerit, ſub-
ſtituo: Itaque fideicommiſſum non repetit in
filijs, vt repetijt in caſu, de quo loquuntur DD.
ſupradicti.

Secundus caſus eſt, quando teſtator, qui po-
ſuit in conditione filios, ſubſtitutionem fecit
etiam poſt mortem ipſorum filiorum, vt in ca-
ſu præcedenti, ſed ſumus in caſibus, in quibus
tales filij cenſentur vocati, & tunc, ſi non con-
currunt alia requiſita fatentur omnes non eſſe
inter eos inductum reciprocum fideicommiſ-
26 ſum, † *vti videre eſt apud Soc. iun. conſ. 176. num.
18. vol. 2. Menoch. d. lib. 4. præſ. 62. num. 55. & ſeqq.
vbi alios adducit*, Et tamen, etiam hic caſus ma
iorem habet dubitationem, quam caſus no-
ſter, ſcilicet, quia, licet in vtroq; filij in cõditio-
ne poſiti ſupponantur vocati, tamen in caſu,
de quo DD. loquuntur, ſubſtitutio fuit facta
poſt mortem ipſorum filiorum in conditio-
ne poſitorum, & ſic fideicommiſſum expreſſè
fuit etiam in filijs poſitis in conditione repeti-
tum, quæ res ceſſat in caſu noſtro. Si verò cum
tacita vocatione concurrant etiam alia requi-
ſita res eſt mirum in modum controuerſa, pro-
pterea quod plerique cenſuerunt, tacitam illã
vocationem concurrentibus alijs requiſitis ſuf
ficere ad inducendam reciprocam fideicom-
miſſariam, *quos retuli ſupra nu.* 4. Alij verò con
tra cenſuerunt, non ſufficere, ſed eſſe neceſſa-
riam vocationẽ expreſſam, *vt retulimus in pri-
mo fundamento*, quorum opinio videtur proba-
bilior, *vt ibi dixi*, ne ex tacito ad aliud tacitum
inferatur. Sed quidquid ſit, nos non ſumus in
his terminis, quia, vt ſupra dictum eſt, in caſu
noſtro, ſubſtitutio tranſuerſalium non fuit fa-
cta ſub conditione, ſi filij D. Ludouici deceſſe-
rint ſine filijs, & ſic non fuit relictum fideicõ-
miſſum poſt mortem ipſorum filiorum poſito
rum in conditione, vt in caſu, de quo ſupradi-
cti DD. loquuntur, ſed tantum poſt mortem
D. Ludouici, cui teſtator ſubſtituit ſub condi-
tione, ſi ſine filijs deceſſerit.

Tertius denique caſus eſt, quando teſtator
ſimpliciter filios in conditione poſuit, & ſub-
ſtitutionem fecit, non poſt mortem ipſorum
filiorum, ſed ſimpliciter poſt mortem hæredis
inſtituti, ſi ſine filijs deceſſerit, Et in hoc caſu
(qui propriè noſter caſus eſt) nemo vnquam
dubitauit, an inter illos filios cenſeri poſſit in-
ductum fideicommiſſum reciprocũ, quia nec
ad eũ poteſt adaptari quæſtio reciproci fidei-
commiſſi

Digitized by Google

commiſſi, de qua diſputatur in *d.l. Titia Seio.* 89. *§. Sua libertis. ff. de leg. 2.* quæſtio enim eſt, an inter eos poſt quorum mortem teſtator aliquem ſubſtituit, cenſeatur inductum reciprocum fideicommiſſum, quæ ſine dubio non poteſt ad filios in conditione poſitos accommodari, niſi ſupponamus teſtatorem feciſſe ſubſtitutionem poſt mortem ipſorum filiorum, vti videre eſt apud eos, qui tractant hanc quæſtionē: nam in omnibus eorum ſpeciebus apparebit teſtatorem feciſſe ſubſtitutionem poſt mortē ipſorum filiorum in conditione poſitorum,
27 † *vt apud Alex. conſ. 91. num. 5. verſ. modo ſic, & conſi. 105. nu. 4. vol. 1. conſ. 13. nu. 11. & Io. Bapt. de San. Seue. in conſ. ſeq. num. 17. vol. 4. Alex. conſi. 202. nu. 3. vol. 7. Soc. ſen. conſi. 133. in fi. vol. 1. conſ. 249. nu. 1. & 5. vol. 2. conſ. 69. nu. 7. verſ. Ex quibus concluditur, & conſ. 104. nu. 9. verſ. Ad ſecundum vol. 3. Ruin. conſ. 140. nu. 8. verſ. Et dato conſ. 142. nu. 3. & conſ. 167. num. 13. verſ. Non obſtat igitur. vol. 3. Curt. iun. conſ. 41. num. 4. conſ. 139. nu. 18. in fi. & n. ſeqq. Crau. cōſ. 130. nu. 1. Soc. iun. conſ. 151. nu. 6. verſ. item facta, conſ. 176. nu. 13. vol. 2. & cōſ. 110. num. 20. verſ. Prima eſt volu. 3. Decia. conſ. 3. nu. 41. verſ. Ad primum, & nu 54. vol. 1. conſ. 26. nu. 56. vol. 2. & conſ. 44. nu. 57. verſ. 3. vol. 3. Roll. conſ. 34. nu. 59. & 60. vol. 4. Gozad. conſi. 6. nu. 14. Gabr. lib. 4. tit. de ſubſtit. concl. 1. nu. 24. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. nu. 2. Menoch. conſi. 35. in prin. & latius de præſ. lib. 4. præſ. 62. nu. 55. & ſeq. Peregr. de fid. art. 13. nu. 70. & conſ. 54. in prin. vol. 1. & alios omnes.* Itaque quoties teſtator non fecit ſubſtitutionem poſt mortem ipſorum filiorum in conditione poſitorum, ſed tantum poſt mortem inſtituti ſine filijs decedentis (vt in caſu noſtro) qui dubitat, an inter filios in ſola cōditione poſitos reſultet fideicommiſſum reci-
28 procū, male dubitat, † *vt in ſpecie declarat Crau. conſ. 306. nu. 2. verſ. præterea, & Menoc. d. præſ. 62. num. 55.* quia res eſt poſita extra omnem dubitationem.

Nec obſtant contraria: Nam ad primum reſpondeo, primo contrarium cenſuiſſe multos, *quos allegaui ſupra num. 22.* & quorum opinio videtur verior, & receptior, cum inter cætera requiſita ſit illud, vt illi, de quibus agitur, ſint expreſse vocati, *vti videre eſt apud eos, quos retulimus ſupra num. 21.* cū ex tacito non poſſit ad aliud tacitum inferri, *vt diximus ibi nu. 23.*

Secundo reſpondeo, ex mēte illorum, quos in contrarium allegauimus, id procedere, ſi ſubſtitutio ſit facta poſt mortem ipſorum filiorum, quos teſtator in cōditione poſuit, in quibus terminis loquuntur omnes DD. ſupradicti, *vt oſtendimus in tertio fundamento.* Cæterū, ſi ſimpliciter fuerint in conditione poſiti, vt ſunt in caſu noſtro, rem eſſe extra terminos dubitationis, *vt ibidem oſtendimus.*

Tertio reſpondeo, contrariam opinionem procedere, quando cum tacita vocatione concurrunt etiam alia requiſita, quæ ceſſant in caſu noſtro, & maxime illud, quod fideicommiſſum non fuit relictum ab vltimo moriente, imo nec poſt ipſorum filiorum mortem, *vt oſtendimus in eodem tertio fundamento in tertio caſu.*

Ad ſecundum vero reſpondeo, imo nullam hic propono coniecturam ſufficientem ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, quia coniecturæ debent eſſe vrgentes, & neceſſariæ, *vt oſtendam in ſequenti dubitatione nu. 69.* cuiuſmodi non ſunt illæ, quæ allegantur.

Prima enim coniectura non viget multis de cauſis, Primo, quia non poſſumus in hoc caſu dicere teſtatorem habuiſſe rationē agnationis conſeruandæ, licet maſculos ſemper vocauit, cum nominatim vocauit etiam eos, qui non ſunt de agnatione ipſius teſtatoris, nempe filios maſculos Dom. Alberti Bullæ extantibus adhuc alijs agnatis, nempe filijs Dnni. Blaxini Bunel, quos ſimul cum prædictis filijs Dom. Alberti ſubſtituit: Cenſetur enim potius maſculinum ſexum prædilexiſſe, quam agnationis conſeruationem reſpexiſſe, quia, ſi talis fuiſſet eius intentio, ſine dubio excluſiſſet penitus extraneos, per quos non poteſt agnatio conſeruari, ſaltem extantibus agnatis, vt dicimus de teſtatore, qui fœminas aliquo caſu vocauit, quique proinde non cenſetur habuiſſe rationem agnationis conſeruan-
29 dæ, † *vt ſcribunt Alexan. conſilio 115. nume. 10. volum. 2. Socin. ſen. conſilio 28. numero 26. volum. 4. Dec. conſilio 370. numero 3. Cephal. conſilio 600. numero 35. Crau. conſilio 306. num. 5. verſ. ex alio, & conſ. 466. nu. 2. verſ. euidens.*

Secundo, licet teſtator dici poſſet ad agnationis conſeruationem reſpexiſſe vocando maſculos, & excludendo fœminas, hæc tamen ratio non eſt efficax, nec ſufficiens ad in-
30 ducendum reciprocum fideicommiſſum, † *vt in ſpecie ſcripſerunt Pariſ. conſilio 72. numero 35. & 38. volum. 3. Rub. Alcia. & alij, quos refert, & ſequitur Menoch. d. præſ. 62. nu. 37. verſ. cæterum, & conſi. 376. num. 40. verſi. reſpondetur. 2. & num. 57. verſ. his accedit.*

Tertio, quicquid ſit in alijs caſibus, certe in caſu noſtro non eſt aliqua vis facienda in ratione agnationis conſeruandæ, quia, cum diſpoſitiones teſtatoris fuerint reſtrictæ ad certas perſonas, & certos caſus, vt patet ex illis verbis, *eidem Ludouico ſic decedenti*, & ex illis *Hoc intellecto caſu, quo D. Ludouicus hæres decederet abſque filijs*, non debet ratio agnationis vltra illas perſonas, & caſus operari, quia teſtator cenſetur habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ in caſibus diſpoſitis, & perſonis
31 ſpecificatis, † *vt ſcribunt Dec. conſilio 511. num. 6. verſic. Et ad hoc facit, Socin. iun. conſi. 57 num. 7. verſic. Nec quicquam volum. 4. Decia. conſi. 26. numero 86. volum. 2. Cephal. conſil. 478. num. 13. Pereg. de fideic. art. 29. nu. 39. Surd. conſ. 448. nu. 22. Men. conſ. 85. nu. 119. conſ. 223. nu. 13. coſ. 376. nu. 19. verſ. reſpondetur, & nu. 57. verſ. & comprobatur, conſ. 1024. nu. 15. verſ. verum.* Qua ratione dicimus fideicommiſſum iniūctum hæredi ſcripto non cenſeri repetitū in eius filijs in cōditione poſitis etiam ſi teſtator habuerit ratio-
32 nem agnationis conſeruandæ, † *vti videre eſt apud Alex. conſ. 139. nu. 3. uol. 6. Iaſ. conſ. 225. uol. 2. & conſ. 3. & conſ. 66. uol. 3. Ruin. conſ. 153. nu. 5. uol. 2. Ceph. d. conſ. 478. nu. 12. & 13. Odd. conſ. 66. nu. 106. Surd. d. conſ. 448. nu. 13. Pereg. d. art. 29. n. 37. Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 69. num. 11. & d. conſ. 1024. nu. 15. uerſ. uerum.* Et, licet in ſimplicibus terminis res non careat dubitatione, propter eos, qui contrariam opinionem ſecuti ſunt, tamen, quādo ſubſtitutio fuit nominatim reſtricta ad certos caſus, & perſonas, procedit ſine
33 dubio, † *ut in ſpecie declarant Odd. conſ. 67. num. 34. Surd. d. conſil. 448. numero 18. & 30. Peregr. d.*

G art. 29.

Digitized by Google

art.29. nu. 36. Nec enim tantã debemus habe-
re rationem agnationis conſeruandæ, vt pro-
pter eam extendamus diſpoſitionem teſtato-
ris ad caſus omiſſos. & interpretemur, cum di-
ſpoſuiſſe, quod nõ diſpoſuit, *vt ſcribunt Decia.
conſ.26.nu.86.vol.2. Menoc.d.conſ.376.nu.57.&
58.* & extendamus fideicommiſſum à perſona
ad perſonam contra ipſius fideicommiſſi natu
ram, quippe, quæ eſt, vt, licet interdum fidei-
commiſſum poſſit extendi de caſu ad caſum,
nunquã tamen extendatur de perſona ad per-
35 ſonam, † *vt ſcribunt Ruin. conſ. 127.nu.9. verſi.
facilius vol.2. Dec.conſ.286.num.8. Soc. iun.conſ.
185 nu.12.vol.2.Crau.conſ.98.nu.13. Gabr.conſ.
111.num.13.vol.1.Caph.conſ.269.num.12.& 53.
Nat.conſ.551.nu.25. Roll.conſi.56.nu.24. vol.3.
Pereg.de fid.art.1.nu.27.Men.coſ.97.nu.91.Surd.
conſ.55.n.24.* & maximè in caſu noſtro, in quo
non adſunt aliqua verba denotantia tractum
temporis ſucceſſiuum, quia non dixit teſtator,
ſe velle bona perpetuò conſeruari in deſcen-
dentibus, vel tranſire de gradu in gradum, aut
ſimili vſus eſt genere loquendi, ſed ſimpliciter
fecit ſubſtitutionẽ D. Ludouico ſine filijs ma-
ſculis decedenti, & prohibuit alienationẽ bo-
norum, quia vult ea conſeruari, & peruenire
ad prædictum hæredem, & filios eius, nec non
ſubſtitutos gradatim, vt ſupra, quo caſu nihil
operari rationẽ agnationis nouiſſimè ſcripſit
36 † *Menoch.* ita contrarias concilians opiniones
*de præſ.lib.4.præſ.69.nu.11.verſ.exiſtimo, & conſ.
1024.nu.15.verſ.reſpondetur, & nu.*16. Nec vis
eſt facienda in illo verbo, gradatim, quod legi
tur in prohibitione alienationis, quia non de-
terminat verba, conſeruentur, & perueniant,
ſed verbum ſubſtitutos, & ſic non ſignificat,
teſtatorem velle, vt bona conſeruentur grada-
tim, ſed, vt bona conſeruentur, & perueniant
ad eos, quos ſupra gradatim ſubſtituit: fecit
enim varios ſubſtitutionum gradus. Quinimo
(quod diligenter animaduertendum puto) di-
cendo, quia vult, vt bona conſeruentur, & per-
ueniant, declarat, ni fallor, finem principalem
huiuſce prohibitionis non eſſe, vt bona con-
ſeruentur, ſed, vt perueniant: Nam quando te-
ſtator vult bona conſeruari diu, ſeu perpetuò
in familia, prius ſupponit peruentionem, quæ
continet actum momentaneum, & antecedẽ
tem ad conſeruationem; Sed in caſu noſtro
fecit totum contrarium; vult enim prius con-
ſeruari, deinde peruenire: Significat ergo, ſe
prohibere alienationem, quia vult bona con-
ſeruari ab inſtituto ad hoc, vt poſſint ad ſub-
ſtitutos peruenire, & ſic, quo ad filios, & ſub-
ſtitutos non poſſumus conſiderare conſerua-
tionem, ſed ſolam peruentionem. Et quam-
quam in ordine verborum non videatur ma-
gna vis facienda *l.cum pater 79. §.fidei. ff.de leg.
2.* cum poſſit Notarius arbitrio ſuo verborum
ordinem commutare, ſi tamen hæc conſidera-
tio cum alijs circunſtantijs coniungatur, oſten-
det verum eſſe, quod ſupra diximus, teſtatorẽ
non habuiſſe rationem conſeruationis bono-
rum, niſi, quo ad perſonas, & caſus in præcę-
dentibus diſpoſitionibus comprehenſos.

Secunda etiam coniectura non officit, quia
à reciproca facta inter certas perſonas non po-
37 teſt ad reciprocã inter alias pſonas inferri, † *vt
ſcribit Pereg. de fid.d.art.13. nu* 90. & ideo, licet
teſtator inuicẽ ſubſtituerit proprios filios, qui
ſunt magis dilecti, non tamen ex hoc ſequi-
tur, voluiſſe inuicem ſubſtituere nepotes mi-
38 nus dilectos, † *vt ſcribunt Soc.ſen. conſ. 69.nu.2.
& conſ.104.nu.5.vol.3.Ruin.conſi.101.num.6. &
ſeqq.vol.2. Alb.conſ.29.nu.10.& ſeqq. Odd.conſi.
46.nu.23.& conſ.68.nu.5. Pereg.d.art.13. nu.88,
& conſ.33.nu.30.& verſ. Attamen et nu.22. vol.3.*
Ex quo apparet doctrinam illam Ruini in con
trarium allegati, non eſſe tutam, quia, quando
tractatur de inducendo fideicommiſſo, quod
eſt onus, non licet arguere à perſona ad perſo-
nam, maximè, quando poteſt inter perſonas
conſiderari diuerſa ratio, vt in caſu noſtro: Nã
tranſuerſales ſubſtituti erant fratres ex legiti-
mo matrimonio nati, & ab eodem patre ge-
niti, D. verò Ludouicus erat natus ex filio na-
turali teſtatoris, vt apparet ex ipſo teſtamen-
to, & ideo non eſt mirum, ſi voluerit inter trã-
ſuerſales conſtituere fideicommiſſum recipro-
cum, non etiam inter deſcendentes ex D. Lu-
douico: Nam, & ſimili ratione inter tranſuer-
ſales, & eorum deſcendentes conſtituit primo-
genituram reſpectu domus Aſtenſis, quam ta-
men non conſtituit inter deſcendentes ipſius
D. Ludouici. Vnde, cum eo mortuo Do Ga-
briel putaret domum ad ſe tanquam ad pri-
mogenitum inſolidum pertinere virtute pri-
mogenituræ, quam teſtator erexit, fuit contra
eum pronunciatum à Præſtantiſſimo I. C. D.
Petrino Bello ex Conſilio Excellen. D. Ame-
dei à Ponte tunc Senatoris, cuius conſilium ſi
legatur, ponit hanc rem extra terminos dubi-
tationis, Et eorum arbitrium fuit poſtea ab Ex-
cellentiſs. Senatu confirmatum.

Tertia pariter coniectura non obeſt, quia
digreſſio teſtatoris ad plures ſubſtitutionum
gradus non eſt ſufficiens ad hoc, vt fideicom-
miſſum extendatur de perſona ad perſonam:
Et ideò non operatur, vt filij in conditione po-
39 ſiti cenſeantur vocati, † *ſecundum Socin. ſen.
conſilio 62.numero 10.verſic.non omitto, conſil.69.
numero 7. verſic.non obſtat ſecunda ratio, & num.
8.verſic.2.oſtenditur, conſilio 104.numero 8. verſi.
& ad confirmationem, & conſilio 116. numero 8.
volum.3. Ruin.conſilio 128.numero 19. verſi. non
obſtat etiam conſi. 134.num. 7.conſi.136. numero
16.verſic.non obſtat poſtremò, & conſi.141. in fin.
volum.3, Pariſ.conſilio 31. numero 29.conſilio 44.
numero 21.conſi.87.numero 35.vol.2. & conſi.14.
nu.25.vol.3.Curt.iun.conſ.11.nu.6. & coſ.43.nu.
9.Alcia.conſ.89.nu.5.verſ.præterea, & coſ.117.nu.
12.verſ.3.lib.9.Roll.conſ.51.nu.9. verſ. non obſtat
vol.3.Clar.in §.teſtamentũ q.79.nu.3. verſ.4.colli-
gitur coniectura Beret.conſ.74.nu.13.* Minus, vt
licet ex coniecturis ſint vocati, cenſeantur etiã
grauari, & fideicommiſſum in eorum perſonis
40 cenſeatur repetitũ, † *vt ſcribunt Pariſ.conſi.86.
nu.5.vol.2.Roll.conſ.56.nu.13.vol.3.latè Peregr.
de fid.art.15.nu.28.& art.29.nu.38. Surd.d.conſ.
448.nu.20.* Quo fit vt multo minus poſſit cen-
ſeri ſufficiens ad inducendum reciprocũ fidei-
cõmiſſum; quippe, ꝙ difficilius inducitur, quã
fideicommiſſi repetitio, vt ſupra demonſtratũ
eſt; Et maximè in caſu noſtro in quo gradus
omnes ſubſtitutionum pendet ab vna condi-
tione, ſi D. Ludouicus deceſſerit ſine filijs, ob
cuius defectum cenſentur omnes caducari, cũ
caducato primo gradu cenſeantur etiam ca-
41 ducati ſequentes, qui ab illo dependent, † *vt
ſcribunt Barto.in l.quandiu.86. numero 10. ff.de
acq.hær.*

acq.her. Alex.conſ.1.nu.14.verſ. reſtat vol.1.Rui.
conſ.99.nu.14.vol.2.Soc.ſen.conſ.52.nu.15.vol.2.
Peregr.d.art.15.nu.20.& 28. Meno.conſ.200.nu.
95.Et ideò proprie loquendo non poteſt teſta-
tor dici feciſſe plures gradus ſubſtitutionum,
quia tunc propriè conſiderantur plures gradus
ſubſtitutionum, cum illi pendent à diuerſis cō-
ditionibus, ideſt, cum teſtator ita dixit, Si Ti-
tius deceſſerit ſine filijs, aut cū filijs, & illi ſine
filiis deceſſerint, ſubſtituo, in qbus terminis lo-
cutus eſt *Anchar. in conſi. 74.* qui fuit author
huius coniecturæ à pluralitate graduum dedu
ctæ, Et ita eam intelligunt, qui rem maturius,
42 quam alij cōſiderant, † *vti videre eſt apud Gab.*
lib.4.titu. de fideicom. conclu.4. num.13. non etiā
cum omnes gradus pendent ab vna conditio-
ne, quia tunc re vera vnus tantùm gradus eſt,
non plures, ſi deſcendentes ipſos ſpectemus,
& de eorum vocatione, aut grauamine diſpu-
tetur, vt in caſu noſtro.

Quarta ſimiliter coniectura nō officit, quia
prohibitio alienationis tanquam adiecta ſub-
ſtitutioni, & ad maius eius robur, debet ſecun-
dum eius terminos regulari, & conſequenter
non debet operari vltra caſus, & perſonas, de
qbus ipſa ſubſtitutio loquitur, vt eſt receptior
43 ſcribētium opinio, † *ſicuti videre eſt apud Alex.*
conſ.59.nu. 8.& 9.vol.3. Ruin.conſ.134. num.16.
vol.3.Gabr.conſ.111.nu.21.vol.1.& conſ.138.nu.
26.vol.2.Capb.conſi.17.nu.24.conſ.477.nu.16.&
conſ.544.nu.12.Beret.conſ.63.nu.5 et conſ.75.nu.
7.Odd.conſ.66.nu.44.& conſ.68.nu.13.& 19.qui
atteſtatur de communi,Pereg.de fid.art.14.nu.47.
& conſ.45.nu.8.& 22.& conſ.68. num.8.vol.1.&
conſ.44.nu.13.vol.3.Surd.d.conſ.448.num.19.La-
dereb.conſ.5.ante num.1. Andr. Fach.lib.10. con-
tro cap.19. Borgn. deciſ.5.per tot par. 3. vbi ita re-
fert fuiſſe deciſum, quod multo magis dicendū
eſt in caſu noſtro, in quo prohibitio non habet
rationem generalem, quia vult in familia cō-
ſeruari, vt in caſibus, de quibus ſupradicti DD.
loquuntur. ſed eam habet reſtrictam, & limita
tam ad perſonas, de quibus ſubſtitutio loqui-
tur, *vt oſtendam in ſequenti dubitatione*, ideoque
reſtrictum, & limitatum debet effectum ope-
rari. *l.in agris.16.ff.de acq.rer.dom.* & per conſe-
quentias nō debet inducere reciprocum fidei-
commiſſum inter eos, inter quos ipſamet non
44 inducit ſubſtitutio, † *vt in terminis prohibitionis*
habentis rationem reſtrictam ad perſonas ſupra ſpe-
cificatas ſcripſerunt Ruin.conſ.96.nu.12.verſ.præ-
terea vol.2.Soc.ſen.conſi.69.num.8.verſ.igitur for-
tius vol.3.Dec.conſ.290.alias 291.nu.5.verſ.venio
ad ſextum,& nu.ſeqq. Menoc.conſ.376.nu.36.47.
& 55.& d.præſ.62.nu.40.

Nec obſtat, quod hæc prohibitio inducat fi-
deicommiſſum ſimplex, & abſolutum, & per
conſequentias etiam reciprocum, quia reſpon
deo primo, licet regulariter id verum ſit, quan-
do illa ratio, *quia vult*, adijcitur prohibitioni
validæ, *vt dictum eſt in argumēto contrario*, hoc
tñ limitari, quando apparet ex diſpoſitis à te-
ſtatore datam eſſe grauatis licentiam diſponē
di, & alienandi bona in vnum ex vocatis, vt in
caſu noſtro: tunc enim nullo modo poteſt il-
la prohibitio dici inducere fideicommiſſum
ſimplex, & abſolutum, quia incompatibilia
ſunt, fideicommiſſum eſſe ſimplex, & abſolu-
tum, & grauatum poſſe alienare in remotiorē,
45 † *vt in terminis declarant Ruin. conſi.127.nu.13.*
verſ.quandoq; & 3.vol.2. dum ait fideicommiſſum
non poſſe dici ſimplex, vbi data eſt licentia alienan-
di, & Craſ.conſ.987.nu.14.verſ.teſtandi, & num.
16.verſ.inuicem, Capb.cōſ.730.nu.34.vbi ait quā-
do prohibitio alienandi eſt limitata ad extraneos tā-
tum, & ſic licet alienare in familia, fideicommiſſum
non poſſe dici ſimplex, & abſolutū, & Petr. de prob.
alien.q.5.nu.157.& quæſt.7.nu.7.verſ.ſed hæc de-
claratio. Et quanquam pleriq; dixerunt eſſe cō
46 patibilia, † *vt Soc.iun.in l.filiusfa.117.§.Diui.2.*
nu.43.verſ.reſpondebo.ff. de leg.1. Ruin. conſ.114.
nu.8.verſ.ſtante vol.2 Capb. conſ.152.n.52. Men.
conſ.197.nu.32.verſ. Non ergo repugnat, & Surd.
conſ.96.nu.21. Tamen (pace illorum dixerim)
loquuntur contra tex. manifeſtum *in l. heredes*
mei.57.§.peto a te.ff.ad Treb.ſi diligenter perpen-
datur, & contra communem aliorum omniū
ſententiam, apud quos hoc eſt in confeſſo, vt
patet ex eo, quia, vt probent, fideicommiſſum,
quod ex prohibitione alienationis inductum
eſt, vel eſſe conditionale, vel ſimplex, & abſo-
lutum argumentum ex eo deducunt, quod in
in ſpecie, de qua loquuntur, liceat, vel non li-
ceat alienare in remotiorem: Nam, vbi licet,
ita inferunt, Ergo fideicōmiſſum non eſt ſim-
plex, & abſolutum, quia alioquin non liceret,
47 † *vti videre eſt apud Soc.ſen.in conſ 727.nu.4.verſ.*
Ex quibus argno ſic vol.2. Ruin. conſi.89. nu.19.
verſ.ſi ergo fideicommiſſum vol.2.conſ.168.nu.26.
verſ.ex hoc patet vol.3.Curt.iun.conſ.167.num.4.
Dec.conſ.218.nu.14.verſ. Nam facit, & num.15.
verſ.ſed iſtis, & conſ.377.nu.4.& 6.& cōſ.422.nu.
8.& 9.Gozad.conſ.52.nu.3.verſ.ergo ſequitur, Be-
rot.conſ.75.nu.11. Capb.conſ.730.num.35.& 36.
Decia.conſ.31.n.107.& 108.vol.1.Surd.dec.238.
nu.13.& 14. Vbi verò non licet, inferunt con-
tra, Ergo fideicommiſſum eſt ſimplex, & abſo
48 lutū, quia alioquin liceret; † *Ita Gozad.d.conſ.*
52.nu.3.verſ. Ergo ſequitur, Decia. d.conſ.31.nu.
107.& 108. vol.1. Præterea, vt probent, licere
grauatis eligere remotiorem, prius ſupponunt,
ctum eſt, licet res poſſit euinci, aut etiam euin-
catur, non poteſt, quo ad priſtinam obligatio-
nem, quæ ſemel extincta fuit, haberi pro non
tradita, ſed tantum, quo ad nouam obligatio-
nem, quæ naſcitur ex euictione. At verò in
permutatione, quia obligatur quis ad dandũ,
id eſt ad transferendum dominium, ſi tradide-
rit rem, quæ poſſit euinci, non videbitur eam
tradidiſſe, quia non ſatisfecit obligationi ſuæ,
hoc eſt non tranſtulit dominium, & ideo po-
20 teſt adhuc prima obligatione conueniri, † *vt*
not. declarant Bar. in d. l. ſi [illegible] aliam. 46. in prin.
num. 1. ff. de ſolut. Bald. in l. [illegible] 8. num. 1. C. de
ſent. & int. omn. iud. Caſtr. in d. l. Ariſto. 18. §. La-
beo ait num. 1. ff. de donat. & in d. l. 1. num. 11. ff. de
rer. perm. Iaſ. in d. l. apud Iulianum. 40. §. ſi Titius
num. 11. & 12. & in l. ſi domus. 74. §. de euictione
num. 19. verſ. nam quando hæres. ff. de legat. 1. Bec.
conſ. 83. num. 7. & 8. Cum igitur in caſu noſtro,
dato, quod princeps iuriſdictionem auocare
poſſet, (quod tamen eſſe falſum ſupra demon-
ſtrauimus) non poſſit auocare remedio poſſeſ-
ſorio, ſed tantum petitorio, ſcilicet, quia tractã-
dum eſſet de titulo feudi, & iuriſdictionis, &
ſic de meritis petitorij, conſequens eſt, vt non
poſſit res haberi pro non tradita, quamdiu iu-
riſdictio non euincitur, & proinde non poſſit
venditor ab emptore conueniri: Ex quibus ap-
paret venditorem ſtantibus potiſſimum rebus,
prout ſtant, non poſſe non cenſeri ſatisfeciſſe
obligationi ſuæ reſpicienti traditionem rerum
venditarum.

Circa ſecundam verò venditoris obligatio-
nem reſpicientem remiſſionem omnium in-
ſtrumentorum ad bona vendita pertinẽtium,
quæ remiſſio promiſſa fuit illis verbis. *Et che*
l'una parte all'altra habbi da dare, & coſi promet-
tono tutti gl'inſtromenti ſpettanti a detti beni re-
ſpettiuamente tra loro venduti, come di ſopra, puto
ſimiliter huic obligationi venditorem plenè
ſatisfeciſſe remittendo inſtrumentum vendi-
tionis eiuſdem loci ſibi factæ à D. Pallauicino,
& alia inſtrumenta ſuorum authorum, de qui-
bus in actis.

Nec obſtat, quod nullam remiſerit inueſti-
turam, nullumque iuriſdictionis, & feudi pri-
uilegium, ſiue inſtrumentum, quod tamen vi-
debatur remittendum propter illa verba, *delle*
quali ſi contiene inſtromenti publici coſi di feudo co-
me d'altro, a fauore di detto Signor Bellotto, le qua-
li egli promette dare al Signor Conte, & ex illis,
con il feudo & homagio, ſecondo la continenza del
detto ſuo priuileggio, quia reſpon. Primò verba
prædicta non continere promiſſionem aliquã
remittendi inſtrumenta ad feudum pertinen-
tia, ſed continere ſimplicem eorum enuntia-
tionem, quoniam illa verba, *le quali egli promet-*
te dare, non poſſunt referri ad inſtrumenta, ſed
tantum ad res venditas, cum hic ſit verborum
ſenſus, *delle quali coſe, ſi contiene inſtromenti pu-*
blici &c. le quali, hoc eſt, *le quali coſe egli promet-*
te dare &c. maximè cum poſtea dictum ſit, *&*
ſopra le quali, hoc eſt, *ſopra le quali coſe ſi ua da fa-*
re inſtromento publico, quæ verba ſine dubio de-
clarant omnia relatiua ibi poſita, tanquã pro-
lata in genere fœminino debere ad res non ad
inſtrumenta referri, *vti doctè & eleganter ab ijs,*
qui ante me ſcripſerunt demonſtratum eſt. Quo fit,
vt huiuſmodi verba non contineant aliquam
promiſſionem remittendi inſtrumenta ad feu-
dum pertinentia, tanquam verba enuntiatiua,
quæ non inducunt diſpoſitionem, & obligatio-
21 nem. † *l. publia. 26. §. cũ ff. depoſ. l. Epiſtola. 53. in*
prin. ff. de pactis Bar. in l. ex hac ſcriptura. 16. num.
2. ff. de donat. Pariſ. conſ. 104. num. 5. vol. 1. Purp.
conſ. 374. num. 29. Capu. conſ. 28. nu. 13. Quem-
admodum nec inducunt illa, *ſecondo la conti-*
nenza dei detti ſuo priuileggio, quæ præter id, q.
ſunt enuntiatiua, debent etiam intelligi de in-
ſtrumentis, de quibus ſupra fuerat facta mẽtio
propter illam dictionem, *detto*, quæ eſt relati-
22 ua, & repetitiua præcedentiũ, † *vt tradunt Pa-*
riſ. conſ. 80. num. 36. vol. 2. Rol. conſ. 56. num. 27.
vol. 3. Capu. conſ. 171. nu. 3. Menoc. conſ. 173. nu.
61. Surd. conſ. 313. num. 40. Nec huiuſmodi pro-
miſſio debet cenſeri facta ſub illa generali pro-
miſſione remittendi omnia inſtrumẽta ad bo-
na vendita pertinentia, quia, vti præfati conſu-
lentes rectè ſcripſerunt, generali bonorum ap-
23 pellatione non continetur feudum. † *cap. 1. §.*
in generali. ſi de feud. def. cont. ſit. Ceſſante igitur
promiſſione remittendi priuilegium aliquod
iuriſdictionis, & feudi, non eſt, quod cõtendat
actor, ſibi debere tale priuilegiũ remitti, quia
de iure communi non tenetur venditor, vt po-
te obligatus de euictione remittere ſcripturas
24 ad res venditas pertinentes † *l. Cætera. 4. §. ſi. ff.*
fam. erciſ. l. inſtrumenta, 24. C. de fideic. & tradunt
glo. in l. Titius hæres. 50. in verb. & fines oſtenderet
& ibi Bar. & Caſtr. num. 1. ff. de act. empt. Iaſ. in l.
quoties. 15. nu. 46. C. de rei vind.

Secundo verò dato citra præiudicium veri-
tatis, quod ſub illa verborum generalitate poſ-
ſit aliquo modo cenſeri comprehẽſum etiam
feudi & iuriſdictionis inſtrumentum, reſpon.
debere talem promiſſionem intelligi de inſtru-
mentis, & ſcripturis, quę reperientur in poteſta-
te venditoris, aut quæ facilè poterunt ab eo re-
periri: Nam ſi tales ſcripturas nec habeat, nec
habere poſſit, non debet earum remiſſionem
cẽſeri promiſiſſe, quia verba promiſſionis vni-
uerſalia debent intelligi de rebus, quæ ſunt in
poteſtate promittentis, ne alioquin videatur
quis voluiſſe promittere rem impoſſibilem.
25 † *contra l. quod nullius. 142. l. impoſſibilium. 144.*
ff. de reg. iur. l. 1. §. ſed id quod. ff. de act. & oblig.

Tertiò, & vltimò dicimus, quod illa verba
enuntiatiua, *ſi contiene inſtromenti publici, coſi di*
feudo, come d'altro, & illa, *ſecondo la continenza*
del detto ſuo priuileggio, licet non obligent ven-
ditorem ad remittenda inſtrumenta feudi, eã
tamen obligent ad ſuſtinendam talem euin-
ctionem.

Digitized by Google

ab eis renunciationem fideicommiſſi cum am
pla facultate diſponendi de tota hæreditate
paterna, & ſic etiam de bonis fideicommiſſo
ſubiectis, in qua renunciatione veriſimile eſt,
factam eſſe mentionem prædicti Ludouici, &
deſcendentium ab eo, cũ illa renunciatio prin
cipaliter eſſet facta ad hunc finem, vt teſtator
poſſet ipſum D. Ludouicum cum effectu hære
dem inſtituere, ita, vt nec ipſe nec ipſius deſcẽ-
dentes poſſent aliquam moleſtiã timere à fra-
tribus ipſius teſtatoris. Non contentus autem
hac renunciatione poſtea, quum in teſtamen-
to præfatum Ludouicum inſtituit, & ei fratrẽ,
ac alterius fratris præmortui filios ſubſtituit,
voluit etiã eiſdem ſpecialiter inhibere, ne vn-
quam inferrent moleſtiam, aut ipſi Ludoui-
co, aut deſcendentibus ab eo, iam ex cauſa fi-
deicommiſſi paterni, quam ex alia quauis cau-
ſa, licet ſubijciat, hoc ſe facere ex abundanti,
quia fideicommiſſo paterno iam fuit à fratri-
bus ſuis ita renunciatum, vt virtute illius renũ-
ciationis ipſemet teſtator habeat liberam fa-
cultatem diſponendi de tota hæreditate pater-
na, & prædictus Ludouicus, & deſcendentes
ab eo non vereantur, quin liberè poſſint tene-
re, & poſſidere hæreditatem ipſius teſtatoris
Illa igitur verba, *quin dictus, &c.* non continẽt
cauſſam finalem illius prohibitionis moleſtiæ,
quæ fit in teſtamento, ſed narrationem eius
quod fuit in inſtrumento renunciationis actũ,
vt patet ex eo, quia, quoties Notarius loquitur
de diſpoſitione, quæ fit in teſtamento, vtitur
his verbis, *voluit, iuſſit, ordinauit*, & id genus
alijs, quæ perſonaliter cõcipiuntur. At iſti poſt
illa verba, *quin dictus Ludouicus, &c.* ſubijciun
tur hæc, *ordinatum fuit*, quæ ſunt impterſona-
lia, & ideo ſi coniungantur cum illis præceden
tibus, *cui tamen alias fuit per dictos DD. Raphae-
lem & Io. Bartholomaeum fratres ad cautelam re-
nunciatum*, quæ, & ipſa imperſonalia ſunt, ap-
parebit omnia illa verba referri ad id, quod
fuit actum in inſtrumento renunciationis, ſci-
licet quia ibi fuit à fratribus renunciatũ fidei-
commiſſo & fuit ordinatum, vt D. Gabriel poſ
ſit liberè diſponere de tota hæreditate pater-
na, nec fratres poſſint impedire, quin dictus
Ludouicus, & deſcendentes ab eo quietè, & pa
cificè tenere, & poſſidere valeant ipſius teſta-
toris hæreditatem: Non poteſt igitur in illis
verbis tanquam narratiuis alterius ordinatio-
nis conſtitui fundamentum ad inducendam
deſcendentium vocationem; quia, vt coniectu
ræ ſint efficaces ad inducendum fideicommiſ-
ſum, debent deduci ex diſpoſitis in teſtamen-
to, & ex verbis teſtamentarias diſpoſitiones
74 continentibus, non verò ex alijs, † *vt ſcribunt
Soc. ſen. conſi. 116. num. 1. verſ. ſed quoniam volu. 3.
Pariſ. conſ. 31. num. 11. & conſ. 44. num. 25. vol. 2.
Alcia. conſ. 71. num. 2. lib. 9. Decia. conſi. 26. num.
87. vol. 2.*

Secundò verò dato citra veri præiudicium, quod
ex prædictis verbis inducatur vocatio ipſorum
deſcendentium, illa tamen ita debet intelligi,
vt deſcendentes cenſeantur ordine ſucceſſiuo
vocati ad bona teſtatoris, nõ per fideicommiſ-
ſum, ſed directò, & ſic per vulgarem, quæ, quia
fuit extincta per aditionem hæreditatis factã
ab inſtituto *l. poſt aditam. 5. C. de impub. & ad. ſub.*
ideo non poſſunt amplius virtute illius voca-
tionis venire deſcendentes. Cenſeri autẽ eos
vocatos per vulgarem, non per fideicommiſ-
ſariam patet ex multis, & primo ex eo, quia ge
neraliter ita fit interpretatio, quoties teſtator
vocat aliquem, & eius deſcendentes, vt ſcilicet
deſcendentes cenſeantur vocati ordine ſucceſ-
ſiuo per vulgarem, non per fideicommiſſariã,
qñ non fuerunt addita aliqua verba tractum
temporis denotantia, vt ſunt illa in perpetuũ;
75 vel de gradu in gradum, & ſimilia. † *Ita enim
poſt Cuma. in l. Gallus. 29. §. quidam recte in fin.
ff. de libe. & poſthum. ſcribunt Alexan. conſi. 105.
num. 3. in fin. volum. 1. Soc. ſen. conſ. 104. num. 10.
vol. 3. Ruin. conſi. 92. num. 5. & conſi. 100. num. 3.
vol. 2. Soc. iun. conſ. 81. num. 12. volu. 3. Ceph. conſ.
353. num. 46. late Menoch. conſ. 85. num. 62. &
ſeqq. præcipuè num. 67. vbi innumeros adducit, &
in terminis Surd. conſil. 315. numero 13. & 14. &
deciſ. 346. numero vigeſimoſecundo, vbi teſtatur
hanc eſſe communem, & ſecundum eam Senatum
iudicaſſe.* Secundo, quia in caſu noſtro teſta-
tor vſus eſt verbo, tenere, ſeu poſſidere, quod
eſt verbum directum, quia non expectat mini-
76 ſterium alterius. † *l. pater filium. 36. §. quindecim.
ff. de leg. 3.* & ideo non poteſt referri ad fideicõ-
77 miſſariam, ſed tantum ad vulgarem, † *vt in ſpe
cie de hoc verbo poſſidere ſcribit Decia. conſ. 26. nu.
26. & ſeqq. vol. 2.* Tertio, quia teſtator ſub eadẽ
oratione, & ſub eodem verbo comprehendit
D. Ludouicum, & deſcendentes ab eo: nam
dixit *quin dictus Ludouicus, & deſcendentes ab eo
habeant pacificè tenere, & poſſidere, &c.* Sed dubiũ
non eſt, quia verbum poſſidere intelligatur in
re directo, quatenus refertur ad D. Ludouicũ,
quippe, qui non poteſt ab alio capere tanquã
hæres inſtitutus. Ergo debet etiam directò in-
telligi, quatenus refertur ad deſcendentes, cũ
vna determinatio reſpiciens plura determina-
78 bilia debeat ea pari formiter determinare. † *l.
iam hoc iure 4. ff. de vulg.* Et ita in terminis de te
ſtatore, qui dixerat, volo, quod bona mea poſſi-
deantur per meos heredes, & eorum filios ma-
ſculos, & per deſcendentes ex ipſis addita etiã
dictione ſucceſſiuè (quæ deeſt in caſu noſtro)
vt cenſeatur vocaſſe deſcendentes ſucceſſiuè
per vulgarem, non verò per fideicommiſſariã,
& conſequenter, vt tales deſcendentes nõ poſ-
ſint prætẽdere ſe vocatos ad fideicommiſſum
conſuluit Decia. omnino videndus *in conſ. 26.
a nu. 26. vſque ad nu. 38. vol. 3.*

Tertiò, licet prædicti deſcendentes intelligeren-
tur vocati per fideicõmiſſum, non tamen poſ-
ſet inferri, eos cenſeri quoque grauatos, quia
a vocatione deſcendentium non poteſt ad eo-
79 rundem deſcendẽtium grauamen inferri, † *vt
ſcribunt Soc. ſen. conſ. 104. num. 2. verſ. capio. volu.
3. Pariſ. conſi. 31. num. 28. vol. 2. Ceph. conſi. 514.
num. 7. verſ. ſed prædictis, ſuncto prin. Soc. iun. conſ.
81. num. 11. verſ. nec obſtant vol. 3. Surd. conſ. 315.
num. 13. propterea, quæ dicta ſunt ſupra nu. 1.* Et
multo minus poteſt inferri ad inducendum in
ter ipſos deſcendentes reciprocum fideicom-
80 miſſum, † *vt ſcribũt Pariſ. conſ. 39. num. 7. vol. 3.
Socin. iun. conſ. 176. num. 18. vol. 2. Menoch. conſil.
85. num. 65. & conſ. 376. num. 11. Surd. d. conſ. 315.
num. 13. verſ. præterea, & fuit de mente Bart. in l.
hæredes mei. 57. § cum ita. ff. ad Treb. & Alex. in
l. pen. nume. 9. verſic. vbi autem facta. C. de impub.
Nec in terminis noſtris negat Decia. conſ. 1. nume.
195. & num. 337. verſ. Non obſtat quartum vol. 1.*
quippe, quod difficilius inducitur, quam fidei-
commiſſum

commiſſum deſcenſiuum, *vti videre eſt apud Pereg.d.art.13. nu.72.& 73.*

Quartò multo minus ex hac mentione deſcendẽtium poteſt ad inducendum inter ipſos deſcendentes reciprocum fideicommiſſum inferri in caſu noſtro, in quo deſcendentes non fuerunt vocati expreſsè, ſed ab aduerſarijs ſupponuntur vocati tacitè ex eo, quod teſtator prohibuit eis moleſtiam inferri: nam, qui cenſent inter collectiuè vocatos puta per nomen deſcendẽtium reſultare fideicommiſſum reciprocum, loquuntur de vocatis expreſsè, vt cum teſtator dixit, Subſtituo deſcendentes. Cæterum, quando non leguntur expreſsè vocati, non poteſt inter eos reſultare fideicommiſſum reciprocũ, dato etiam, quod interpretatiuè poſſint cenſeri vocati, quia vocatio tacita, & interpretatiua non ſufficit ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, *vt tradunt omnes, quos recenſui ſupra num.22.* ne ex tacito ad aliud tacitum inferatur, *vt dictum eſt ſupra nu.23.*

Quintò confirmantur ſupradicta authoritate illorum omnium, qui cenſuerunt non eſſe inductum fideicommiſſum inter deſcendentes in caſibus, in quibus teſtator fecerat ſubſtitutionem poſt mortem omnium deſcendentium alicuius etiam cũ adiectione maſculinitatis, & alijs circunſtantiis, quæ ceſſant in caſu noſtro; nam iidem ſine dubio multo magis admittunt non eſſe inductum inter ipſos deſcendentes fideicommiſſum, quando ceſſant illæ
81 circunſtãtiæ, prout ceſſant in caſu noſtro. † *Ita enim cenſuerunt Iaſ.conſ.143. num.4.vol.2.Socin. ſen.conſ.104.num.5.verſ.reſtat, iuncto nu. 8.verſ. ſed prædictis, vol.3. Pariſ.conſi.44.num.26.& 28. vol.2.Socin.iun.conſ.176.num.17.verſ.ſed contra, & num.ſeq.vol.2.Decia.conſ.26. num.39.verſic.3. vol.2.Pereg.conſ.33.num.10.vol.3.* Et quamquã non inficior rem non tranſire ſine difficultate, quando teſtator dixit, poſt mortem omnium deſcendentium ſubſtituo, quia plerique cẽſuerunt inter ipſos deſcendentes reſultare fidei-
82 commiſſum reciprocum, † *vt Ruin. conſi.108. num.11.vol.2.Pariſ.conſi.37. num. 38.vol.2. Soc. iun.conſ.151.num.6.verſ. Item, & facta vol.2. & conſi.110.num.16.& 35.vol.3.Decia.conſ.1.num. 267.vol.1. Peregr.conſ.54. num.7.vol.1.* Tamen ex hoc apparet, in caſu noſtro rem carere dubio, quia, ſi magna eſt controuerſia, quando teſtator grauauit nominatim omnes deſcendẽtes, & poſt omnium eorum mortem aliquem vocauit, adeo, vt receptior videatur opinio, quæ reciprocum fideicommiſſum excludit, ſicuti ex DD. enumeratione facilè eſt intelligere, ſequitur, vt ceſſante illa circunſtantia, quæ continet expreſſum eorum grauamen (vt ceſſat in caſu noſtro, in quo non fuerunt prædicti deſcendentes grauati) ceſſet omnis illa controuerſia.

Sextò tanto magis dicendum eſt ceſſare fideicõmiſſum in caſu noſtro, in quo tractatur de inducendo fideicommiſſo reciproco inter perſonas, inter quas non poteſt ſeruari æqualitas, ſcilicet, quia D. Gabriel non poteſt cenſeri per fideicommiſſum ſubſtitutus DD. Melchiori, & Ludouico nepotibus ex fratre, cum hic tractetur de fideicommiſſo ſucceſſiuo, & ſic deſcenſiuo, non etiam aſcenſiuo, per quod inferior cenſeatur grauatus reſtituere ſuperiori, Ergo nec contra DD. Melchior, & Ludouicus debent cenſeri per fideicommiſſum ſubſtituti D. Gabrieli, per ea, quæ dicta ſunt *ſupra num. 62.& ſeq.* Itaque patet ex his omnibus, non poſſe prædictos, DD. Melchiorem, & Ludouicum venire ex perſona propria, & quaſi ſubſtitutos petere bona teſtatoris.

Multò autem minus venire poſſunt ex perſona D. Atilij patris ſui, qui viuo D. Gabriele deceſſit, Primo, quia, cum D. Atilius non eſſet D. Gabrieli ſubſtitutus, *vt late demonſtratum eſt in præcedenti dubitatione*, non potuit per conſequentias ius, quod non habebat, in ſuos deſcendentes transferre *l.nemo plus iuris. ff. de reg. iur.* Secundò quia, quamuis fuiſſet ſubſtitutus, non tamen potuiſſet in eos transferre ſpem cõditionalis fideicommiſſi *l. vn.§. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cad. toll.* Nec obſtat, ſi dicatur, hoc limitari, ſi ſubſint aliquæ coniecturæ, ex quibus colligere poſsimus, mentem teſtatoris fuiſſe, vt fieret tranſmiſsio, quia quãuis hoc in ſe verum ſit, non tamen adaptari poteſt ad caſum noſtrum, in quo nulla ſubeſt coniectura ſufficiens, ſcilicet, quia, cum de huiuſmodi nepotibus nec diſpoſitiuè, nec conditionaliter locutus ſit teſtator, quando ſubſtitutiones ordinauit, certum eſt, non poſſe de tranſ-
83 ſione diſputari, † *vt late oſtendit Peregr. art.31. num. 11.* Et cum ratio agnationis non fuerit à teſtatore expreſſa, licet de maſculis ſit locutus teſtator, non tamen ex hoc poſſumus colligere coniecturam ſufficientem ad inducendam tranſmiſſionem, *vt eiſdem oſtendit Peregr. num. 16.verſ. ego autem.* Quamobrem verius eſt DD. Melchiorem, & Ludouicum nec ex perſona propria, nec ex perſona patris agere poſſe, & ideò debere omnimodo à petitione repelli, Maximè, cum non poſſint intendere, bona teſtatoris ad ſe iure fideicommiſſi pertinere, niſi ſupponant in hac re concurrere multa ſpecialia, quæ ſingula refragantur communibus regulis, & DD. traditionibus: Primũ enim ſuppònere debent, filios D. Ludouici poſitos in conditione eſſe tacitè vocatos, contra regulã deductam ex notiſſima doctr. glo. *in l. Lucius 85.in verb.liberos. ff. de hær.inſtit.* Secundò ſuppònere debent eoſdem filios, qui ſunt ex coniecturis tacitè vocati, cenſeri etiam tacitè grauatos, contra regulam, quam retulimus *ſupra num.1.* & fideicommiſſum iniunctum D. Ludouico non cenſeri extinctum per eorum exiſtentiam, ſed tacitè cenſeri in ipſis filiis repetitum, contra receptiſſimam doctr. Old. *in conſi. 21.* Tertiò debent ſupponere ex hac tacita repetitione fideicommiſſi, quæ cenſetur facta fauore tranſuerſalium, reſultare aliud fideicommiſſum tacitum inter ipſoſmet filios in conditione poſitos, contra aliam regulam, quæ vult non ſequi, fideicommiſſum eſt repetitum in filijs, Ergo inter ipſos filios inductum cenſetur reciprocum fideicommiſſum, *vti conſtat ex his, quæ diximus in tertio fundamento primæ dubitationis.* Quartò debent ſupponere reciprocum fideicommiſſum induci, licet non concurrant illa tria requiſita, quæ recenſuimus *ſupra num. 21.* contra receptiſſimam concluſionem DD. quos ibi recenſuimus. Quintò ſupponere debent, reciprocum fideicommiſſum non ſolũ induci inter eos, qui ſunt poſiti in conditione, ſed etiam inter alios deſcendentes, de quibus conditio non loquitur, contra receptam traditionem

tionem DD. *quos retulimus ſupra num 62.* niſi enam aliud ſupponant, ſcilicet appellatione filiorum contineri nepotes quando tractant de inducendo fideicommiſſo, contra regulã, quam retulimus *ſupra num.56.* vel ſaltem ſupponant fideicommiſſarium pendente conditione decedentem tranſmiſiſſe ſpem conditionalis fideicommiſsi ad ſuos hæredes cõtra notiſsimas iuris ciuilis regulas, quod quia abſurdum eſt, ſcilicet, quia non debet admitti multiplicatio ſpecialium *l.1.C.de dot. proni.* & ex tacito non debet inferri ad aliud tacitum, *vt dictum eſt ſupra num. 23.* ac multo minus ad multa tacita, quorum vnum ſucceſsiuè deducitur ex alio per quandam interpretationem, ideo fit, vt concludam, pronunciandum contra fideicommiſſum, prout in dubio fieri de-
34 bet, † *vt ſcribunt Alb.conſi.31.num.9. Crau.conſ. 180.in fi. Capb.conſ.447.num.16.& conſ.482.nu. 17. Surd.conſi.448.num.32.latè Pereg.art.1.num. 39.* cum ad excluſionem eius, qui venit ex cauſa fideicommiſsi ſufficiat poſsidenti dicere, de
35 te non loquitur ſubſtitutio, † *vt ſcribunt Iaſon conſi.29.col.pen.verſi.5.facit, & conſ.30.col.2. verſ. 3.facit vol.3. Menoc.conſ.376.nu.21. Surd.conſi. 448.num.31.* Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro Illuſt. DD. ſororibus de Bellotis.

CONSILIVM XIII.

ARGVMENTVM.

Contractus nominatus, an reſcindi debeat ob implementum non ſecutum, & ad quid venditor teneatur emptori.

SVMMARIVM.

1 *Emptor poſſidens rem emptam, quam antea poſſidebat venditor, cenſetur poſſeſſionem ex titulo præambulo conſecutus idque procedit etiam in quaſi poſſeſſione rerum incorporalium nu.2.*
3 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur ex deputatione officialium, & exercitio actuum iuriſdictionalium.*
4 *Feudo poteſt priuari vaſſallus ſi interpellatus nõ exhibuerit titulum ſuæ poſſeſſionis, Declara, vt num.6.*
5 *Poſſeſſio non cenſetur tradita, quæ poteſt auferri Declara, vt nu.19.*
7 *Confirmationes inueſtiturarum continentes nouã aliquam diſpoſitionem, non requirunt per neceſſe fidem præcedentium conceſſionum.*
8 *Feudo ne priuetur vaſſallus etiam ſi nullam exhibere poſſit inueſtituram, ſufficit, quod poſſideat cum tacito conſenſu Principis.*
9 *Omiſſio in ſupplicationibus non vitiat Principis confirmationem ſi de eius tantum agitur præiudicio, quia ſibi debet imputare cur diligentius non curauerit inquiri.*
10 *Emptor non tenetur dominium transferre, ſed tantum poſſeſſionem, & facere, vt emptori habere, & poſſidere liceat, & nu.15.*
11 *Actio noua naſcitur ex euictione, nec prima reuiuiſcit.*
12 *Emptor non poteſt agere de euictione antequam res ſit euicta, licet incipiat eſſe certus rem non fuiſſe venditoris.*
13 *Emptor agere poteſt, vt res liberetur ſi ſit obligata & vt libera tradatur.*
14 *Emptor non poteſt agere de euictione, ſi res non ſit propria venditoris antequam euincatur.*
16 *Emptor ſolutionem pretij recuſare poteſt, quando euictio imminet in limine contractus.*
17 *Euictio dicitur imminere in limine contractus, quando lis emptori fuit ante pretij ſolutionem mota.*
18 *Emptor ante motam controuerſiam, vel ea mota, ſed poſt pretij ſolutionem non poteſt ante ſecutam euictionem agere, ſed ſolum denunciare litem venditori, & eum ad ſuſcipiendam defenſionem interpellare.*
19 *Venditor ita debet in emptorem transferre poſſeſſionem, vt in ea ſit potior alijs.*
20 *Permutans rem, ea euicta poteſt adhuc prima obligatione conueniri.*
21 *Enunciatiua verba non inducunt diſpoſitionem, & obligationem.*
22 *Dictio (dictus) eſt relatiua, & repetitiua præcedentium.*
23 *Feudum non continetur generali bonorum appellatione.*
24 *Venditor non tenetur remittere ſcripturas ad res venditas pertinentes.*
25 *Impoſſibilem rem non poteſt, nec cenſetur quis voluiſſe promittere.*
26 *Venditor tenetur ſuſtinere vera eſſe, quæ aſſerit in contractu.*
27 *Referens ſi aliter loquatur, quam relatum, ſtandũ eſt relato.*
28 *Confirmatio non eſt priuilegium, cum non eſt contra ius.*
29 *Priuilegij appellatione largo modo cõtinetur confirmatio.*
30 *Verba à contrahentibus prolata non ſecũdum ius ſed ſecundum communem vſum loquendi ſunt accipienda.*
31 *Verba à contrahentibus prolata ſunt intelligenda ſecundum vulgi opinionem.*
32 *Confiteri quis cenſetur reſponſionem venditoris veram perſeuerando in ſolutione pretij.*
33 *Approbatio inducitur non minus facto, quam verbis.*
34 *Approbatio, quæ inducitur ex facto, eſt potentior in declaranda voluntate, quam illa, quæ inducitur ex verbis.*
35 *Proteſtatio nihil operatur, quando ſequitur factum eidem contrarium.*
36 *Emptor debet ſoluere, vel pretium offerre, priuſquam agat ad implementum.*
37 *Approbat contractum emptionis, qui ſoluit.*
38 *Approbatio eſt contraria reſciſioni.*
39 *Receſſus non datur a contractibus nominatis ob defectum implementi, ſed tantũ actio ad id quod intereſt.*
40 *Contractus innominatus reſcindi poteſt, & repeti datum, ſi non ſequatur implementum.*
41 *Contractus nominati reſciſioni non eſt locus, ſi per viam actionis petatur, licet aliud ſit, ſi per viam exceptionis.*
42 *Contractus nominatus reſcindi poteſt per viam actionis, ſi deficiat cauſa finalis.*
43 *Cauſa finalis eſt illa, quæ mouet contrahentem ad contrahendum, & ſine, qua non fuiſſet talem contractum initurus.*

Contra-

44 *Contractus nominatus reſcindi poteſt ob defectū implementi non ſecuti circa contractum innominatum, ei admixtum.*

45 *Contractus nominatus reſcindi non poteſt per viam actionis ob implementi defectum; quando non habet deſcendentiam a contractu innominato.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DVbitationum, quæ contra Illn. DD. ſorores de Bellotis excitatæ ſunt, reſolutio à me petita non poteſt non eſſe ſupervacua, propterea, quod à præſtantiſsimis huiuſce cauſæ patronis ita doctè fuerunt omnia motiua ſublata, vt nullus mihi ſit relictus addendi locus. Sed, ne iuſto, & enixo petentium deſiderio meas partes denegare videar, dicā & ipſe, quid ſentiam de cauſa propoſita, & qua ratione putem dubitationes excitatas reſolui poſſe.

Duæ ſunt autem excutiendæ principales dubitationes, quę naſcuntur ex contractu venditionis inito inter quondam Illuſtriſs. D. Comitem Petrum Mariam Scottum, & Ill. D. Petrū Antonium Bellotum. Prima, numquid venditor impleuerit omnia, ad quæ cenſeri potuit ex forma inſtrumenti obligatus. Secunda verò, dato citra veri præiudicium, quod aliquid dici poſſit non impleuiſſe, an ob id rectè petita ſit ab Illuſtriſs. D. Comite Marco Antonio Scotto reſciſſio contractus.

Et in prima quidem dubitatione puto venditorem plenè impleuiſſe, quicquid ex inſtrumenti forma fuit ab eo præſtandum, & hoc nō obſtantibus iis, quæ doctè fuerunt, & eleganter ab Illuſtriſs. D. Relatore in motiuis excitata: Nam tria ſunt, quæ venditor facere debuit ex forma conuentionis, tradere ſcilicet res venditas, remittere inſtrumēta ad bona vendita pertinentia; & Principis conſenſum impetrare, quæ, ſi demonſtrauero vēditorem impleuiſſe, non puto dubitandum, quin eius hæredes omnimodo ſint ab actoris petitione abſoluendæ.

Primùm igitur circa rerum venditarum traditionem tota dubitatio reſtringitur ad iuriſdictionem, de qua ſola contenditur: Nec enim negat actor quin fuerit facta traditio bonorū, quinimmo eam expreſsè fatetur, dum offert ſe paratum eā reſtituere, ſed hoc ſolū contendit, non fuiſſe traditam quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, & feudi Lolziæ, quæ tamen fuit tradenda.

Factam autem fuiſſe iuriſdictionis, & feudi traditionem, vel ex eo intelligimus, quia quoties emptor reperitur poſſidere rem emptam, quam antea venditor poſſidebat, cenſetur talem poſſeſſionem ex titulo præambulo conſe-
1 cutus. † *l. quædam mulier. 76. vbi glo. in verb. ſufficiebat. ff. de rei vend. l. 2. vbi Bar. num. 2. C. de acq. poſſ. Caſtr. in l. ſi ex ſtipulatione. 5. num. 3. ff. de acq. poſſ. Soc. ſen. conſ. 15. num. 7. vol. 4. Natt. conſ. 506. num. 31. Bec. conſ. 6. nu. 6. vol. Menoc. de præſumpt. lib. 6. præſ. 67. num. 1. Surd. conſ. 52. num. 10.* Idq; procedit etiam in quaſi poſſeſſione rerum in-
2 corporalium. † *l. ſi à te. 26. ff. ſi ſeru. vind. Alcia. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 23. nu. 1. Crau. conſ. 226. num. 5. Menoc. d. præſumpt. 67. num. 3.* Atqui conſtat ex actis D. Petrum Antonium Bellotū ante factam venditionem fuiſſe in pacifica quaſi poſſeſſione feudi, & iuriſdictionis loci Lolzię, quoniam, vt teſtibus [illegible]atum eſt, in prædicto loco iuriſdictionales actus exercebat; nam deputabat officiales, iubebat edi proclamata, & id genus alia faciebat, quæ non niſi à dominis, & habentibus iuriſdictionem fieri
3 ſolent, & ex quibus probatur feudalis iuriſdictionis quaſi poſſeſſio, † *vt tradunt Soc. ſen. conſ. 187. num. 19. vol. 2. Ruin. conſ. 2. num. 4. volu. 4. Natt. conſ. 672. num. 7. & 9. Maſcard. de probat. conclu. 947. num. 2. Surd. conſ. 429. num. 45. Meno. conſ. 701. nu. 4.* Et conſtat ex iiſdem actis poſt factam venditionem in eadem quaſi poſſeſſione fuiſſe emptorem vſque ad extremum vitæ ſpiritum, & in præſentiarum eſſe filium, & hæredem eius, vti probatur non ſolùm ex eius cōfeſſione facta in præſtatione iuramenti fidelitatis, vbi ſe prædicti loci feudatarium aſſeruit, ſed etiam ex depoſitione teſtium dicentium, & patrem exercuiſſe, & hodie exercere filium iuriſdictionales actus, ex quibus probari quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis ſupra dictum eſt. Omnimodo igitur cenſeri debet emptor hanc quaſi poſſeſſionem ex titulo præambulo, & cōſequenter ex traditione venditoris cōſecutus.

Nec obſtat, quod dicitur in motiuis. *in verſ. nam videtur dici poſſe*, factam quidem fuiſſe traditionem, ſed haberi pro non facta, quia cum venditor nullam emptori remiſerit inueſtituram, nullumque iuriſdictionis, & feudi priuilegium, cenſetur tranſtuliſſe poſſeſſionem, quæ facilè poteſt à principe reuocari, cum certi iuris ſit poſſe Principem interpellare vaſallum ad exhibendam inueſtituram, & titulum ſuæ poſſeſſionis, &, ſi non oſtendat, poſſe eum pri-
4 uare feudo, & eius poſſeſſione, † *vt tradit Bal. in l. 2. num. 7. C. quom. & quand. iud. Afflict. deciſ. 265. num. 87. Iaſ. in præl. feud. num. 51. Decius conſ. 61. nu. 2. Boſſ. in tit. de princip. num. 257. Ryp. conſ. 39. num. 20. vol. 2. Decia. conſ. 87. nu. 3. vol. 3. Menoc. conſ. 1125. num. 15. Roſent. de feud. cap. 8. conclu. 33. num. 6. & ſeqq. & in glo. d.* Ideoq; perinde haberi, atque ſi venditor non tradidiſſet, quia non cenſetur tradita poſſeſſio, quæ poteſt
5 auferri, † *l. datio 3. in princ. & ibi Bart. ff. de aſſ. empt. Bart. in l. ſi 1 ſubſtituto. 47. §. heres. num. 2. ff. de leg. 1. Ludo. Burg. in repet. l. 1. num. 73. ff. de iu. dic. late Decia. conſ. 1. nu. 294. vol. 1.* Quia ad hāc obiectionem, in qua, meo iudicio, tota vis huius conſultationis conſiſtit, dupliciter reſponderi poteſt, &c.

Primò negando poſſe Principem in futurū talem feudi, & iuriſdictionis poſſeſſionem auferre, quia, quod dicitur poſſe eum priuare feudo vaſallum, qui requiſitus non exhibet inueſtituram, ſiue titulum ſuæ poſſeſſionis, non eſt accipiendum de non exhibente inueſtituras antiquas, quas non habet, maximè, ſi ſit nouus vaſallus, puta emptor, ſufficit enim, ſi oſtēdat ſui prædeceſſoris confirmationem, aut etiam
6 ſuam, † *vt in ſpecie tradunt Abb. in cap. inter dilectos num. 9. de fid. inſtr. Felyn. in cap. ex parte col. 5. verſ. vnde dicit de reſcript. Iaſ. in Auth. ſi quis in aliquo num. 10. C. de eden. & in præl. feud. num. 51. verſ. iſtis adde. Roll. conſ. 66. num. 13. volum. 3. Roſent. de feud. cap. 6. conclu. 69. num. 10. & in glo. m. & cap. 8. conclu. 33. num. 16. vbi refert ita fuiſſe iudicatum a Camera imperiali.* Vnde, cum in caſu noſtro poſſit Illuſtriſs. D. Comes oſtendere, & ſuam, & ſui authoris confirmationē, quippè
cum

cùm venditio facta D. Petro Antonio Belloto
à D. Pallau ... fuerit à Sereniſſimis Ducibus
Alexandro, & Rauutio confirmata, quem-
admodum, & venditio facta ipſimet D. Comi-
ti ab eodem D. Belloto, debet hoc ei ſufficere,
ne poſſit ab eo feudi poſſeſſio auocari.

Nec obſtat, quod confirmatio præſupponat
confirmatum præcedens, de quo ſit facienda
fides, vt dicitur in Montis, *verſ. quia dici poſſe*
videtur, quia reſpondeo Primò, & hic ſupponi
confirmatum, & de eo fieri fidem; quia confir-
matæ ſunt venditiones, quæ ſine dubio præceſ-
ſerunt, & de quibus realiter ... fides.

Secundò reſpondeo, quod dicitur faciendā
eſſe fidem præcedentium conceſſionum, quan-
do ſit confirmatio non procedere certis confir-
mationibus, quæ continent aliquam nouam
diſpoſitionem, cuiuſmodi ſunt confirmatio-
nes inueſtiturarum, & venditionum rerum ſeu
dominium; nam in iis ſufficit ipſamet cõfirmatio,
7 licet de præcedentibus non cõnſtet, † *vt bene*
declarant Abb. in d. cap. inter dilectos nu. 9. de fid.
inſtr. Felyn. in d. cap. ex parte col. 5. verſ. aliquando
tales de reſcript. late Roſent. d. 4. 6. concluſ. 24. num.
1. & in glo v.

Minus obſtat, ſi dicatur, tunc demum excu-
ſari vaſſallum non exhibentem antiquas inue-
ſtituras, cum ſaltem ſuam, aut ſui authoris in-
ueſtituram oſtendit, qualem oſtendere nequit
Illuſtris. D. Comes, quia ſcripturæ, quæ profe-
runtur, ſunt confirmationes venditionum, non
verò inueſtituræ; quia reſpon. huiuſmodi con-
firmationes haberi pro inueſtituris, & eundem
effectum operari, ſcilicet quatenus vaſſal-
lus poſſidet feudum cum conſenſu principis,
vel expreſſo, vel tacito, puta per ſcientiam, ac
taciturnitatem annalem, & receptionem ſerui-
tiorum, talis conſenſus pro inueſtitura reputa-
tur, & ſufficit ad hoc, vt vaſſallus in poſſeſſione
feudi retineri debeat etiam ſi nullam exhibere
8 poſſit inueſtituram, † *vt tradunt Iſern. in cap. 1.*
in princ. ... de conſuet. recti. feud. & ibi Alvar. nu.
1. Bald. ante num. 1. late Peregr. conſ. 1. 7. num. 7. &
8. vol. 2. Roſent. de feud. cap. 6. concl. 79. num. 2. &
in glo. d.

Denique non obſtat, quod dicitur in Mon-
tis, *verſ. & quamuis*, huiuſmodi confirmatio-
nes videri ſubreptitias, cùm multa fuerint in
ſupplicationibus omiſſa, quæ tamen erant ex-
primenda, quia, præterquam quod verè nulla po-
teſt in his ſupplicationibus eſſentialis omiſſio
conſiderari, & quæ principem ad confirmatio-
nes denegandas mouere potuiſſent, vt facile eſ-
ſet oſtendere, ſi res vrgeret, reſpon. etiam dato
citra veri præiudicium, quod aliqua poſſit omiſ-
ſio conſiderari, eam tamen non viciare confir-
mationem factam à Principe, de certa ſcientia,
agitur præiudicio; quia ſibi princeps imputare
9 debet, cùm diligentius nõ curauerit inquirere, † *vt*
in terminis tradit Boſſ. tit. de princip. num. 357.
verſic. & hoc ... ubi num. 357. refert, ita fuiſſe
iudicatum.

Secundò verò principaliter circumſcripto
iure Principis, & dato citra præiudicium veri-
tatis, quod in ſummum poſſit ob inueſtituræ de-
fectum aliquam poſſeſſori mouere controuer-
ſiam, reſpon. ex hoc non ſequi poſſe emptorẽ,
ante ſecutam iurisdictionis euictionem cõtra
venditorem agere, quia, cùm venditor non te-
neatur dominium transferre, ſed tantum poſ-
ſeſſionem, & facere, vt emptori habere & poſſi-
10 dere liceat † *l. ſi ita diſtrahatur. 25. §. 1. ff. de obl.*
empt. l. ſeruus. 33. §. 1. ff. de actio. empt. l. 1. ff. de rer.
perm. Bar. in l. 1. num. 7. ff. de act. empt. in l. qui con-
cubinam. 29. §. ſi hæres num. 2. ff. de leg. 3. Caſtr. in
l. 2. §. 1. num. 2. & in l. creditor 54. §. prædium. nu.
2. ff. de act. empt. Iaſ. in l. naturalis. 5. §. 1. num. 4. ff.
de præſcrip. verb. Surd. conſ. 32. num. 1. Ea que ra-
tione ſtatim, atq; tradidit, & emptorem in va-
cuam poſſeſſionem induxit, dicatur primæua
eius obligatio extincta, ita, vt ex eâ non poſſit
amplius conueniri, & ſi poſtea ſequatur eui-
ctio, detur in eum non actio prima, quæ iã erat
extincta, ſed alia, & noua, quæ naſcitur ex eui-
11 ctione, † *vt in terminis declarant gl. in l. cum plu-*
res. 72. in verb. comprehenderit. ff. de euict. Bart. in
l. Ariſto. 18. §. Labeo ait num. 1. ff. de donat. & in l.
ſi quis alium. 46. in prin. num. 1. verſ. & hæc eſt vera
ff. de ſolut. Bald. in l. libera 8. nu. 1. C. de ſent. & int.
om. iud. Caſtr. in d. l. Ariſto. 18. §. Labeo ait num. 1.
ff. de donat. Iaſ. in l. apud Iulianum. 40. §. ſi Titius
in num. 11. & ſeqq. ff. de leg. 1. fit, vt ante quam res
euincatur, non poſſit emptor contra eum agere
licet incipiat eſſe certus, nullum omnino ius
venditori competiiſſe in re vendita, puta quia
12 ſuerit aliena † *l. qui rem. 3. C. de euict. & ibi Bar.*
l. habere licere. 27. ff. de euictio. Caſtr. in l. 2. §. 1. nu.
6. in l. creditor. 54. §. prædium numero 2. ff. de actio.
empt. in l. 1. num. 4. & 11. ff. de rer. perm. & in l. Ari
ſto. 18. §. Labeo ait num. 1. ff. de donat. Iaſ. in l. ſi do
mus. 74. §. de ... num. 37. ff. de leg. 1. Bec. conſ.
106. n. 44. vol. 1. vbi ait hoc procedere etiã ſi velit em
ptor probare rem alienam. Surd. conſ. 32. num. 1. Et
licet agere poſſit, vt res libera, ſi ſit obliga-
13 ta, & vt libera tradatur † *l. creditor. 54. §. prædiũ*
ff. de act. empt. gl. in l. qui rem. 3. in verb. conuenire,
& ibi Bald. & Ang. C. de euict. gl. in l. ex iis prædiis.
5. vbi Bald. & Ang. C. eod. Ang. in l. 1. §. ſi hæres,
num. 3. ff. ad Treb. Alex. conſ. 63. num. 11. volu. 6.
Dec. conſ. 483. num. 18. Soc. ſen. conſ. 208. nu. 4. vol.
2. Rub. in l. non ſolum. 8. § morte. num. 467. ff. de
oper. nou. nunt. Ozaſ. deciſ. 24. nu. 4. Surd. conſ. 13.
num. 16. & conſ. 36. nu. 23. Non tamen agere po-
14 teſt, ſi res non ſit propria venditoris, † *vt decla-*
rat Caſtr. in d. §. prædium, num. 2. & hoc ideo,
quia licet de natura venditionis ſit, vt res libe-
ra tradatur, non tamen eſt, vt dominium trans-
feratur; ſufficit enim emptorem in vacuam in-
ducere poſſeſſionem, & facere, vt ei habere li-
15 ceat † *l. ex empto. 11. in prin. ff. de act. empt. l. 1. in*
prin. ff. de rer. perm. Hoc autem adeo verum eſt,
vt nec pretii quidem ſolutionem emptor recuſa-
re poſſit eo prætextu, quod res vendita fuerit
aliena, nullumque ius in ea venditori compe-
tierit: hoc enim facere ſolum ei permiſſum eſt,
quando euictio imminet in limine contractus
16 † *l. pen. §. fin. ff. de per. & comm. rei vend. l. ſi poſt*
perfectam. 24. vbi Bar. Bald. Ang. & alii. C. de eui-
ctio. Rub. in d. § morte. num. 460. late Menoc. de
arbitr. caſ. 224. nu. 2. Mago. deciſ. Flor. 80. num. 1.
Surd. conſ. 32. nume. 2. conſil. 36. num. 14. & deciſ.
295. num. 6. id eſt quando lis ei fuit ante pretii
17 ſolutionem mota, † *d. l. ſi poſt perfectam, & de-*
clarant Soc. ſen. conſ. 203. num. 5. verſ. ſecunda de-
fenſio vol. 2. Surd. d. conſ. 32. num. 2. d. conſ. 36. nu.
14. & d. deciſ. 295. num. 7. Cæterum ſi lis mota
non fuerit controuerſia, ſiue mota quidem, ſed
poſt pretii ſolutionem, non poterit emptor ante
ſecutam euictionem agere, ſed ſolum denun-
tiare litem venditori, & eum ad ſuſcipiendam

defenſio-

21 defenſionem interpellare † *l. ſi plus. 74. §. mons.*
ff. de euictio.
Nec obſtat, quod res non videatur tradita,
cum ita traditur, vt auocari poſſit, quia reſpon.
diſtinguendo, aut enim poteſt auocari reme-
dio poſſeſſorio, & tunc verum eſt, non haberi
pro tradita, quia venditor ita debet in empto-
rem transferre poſſeſſionem, vt in ea ſit potior
19 alijs † *l. emptorem. 12. §. 1. & ibi Bar. ff. de act. emp.*
& declarat glo. in l. 2. §. fin. in verb. hoc pertinet. ff.
eod. & Bar. in d. l. datio. 3. in prin. nu. 1. ff. eod. Aut
verò poteſt auocari remedio petitorio, & tunc
verius eſt, non haberi pro non tradita in con-
tractu emptionis & venditionis, licet aliud ſit
in contractu permutationis: nam, cùm vendi-
tor nõ debuerit dare, ſed tantùm tradere, & ea
ratione tradendo rem etiam alienam cenſea-
tur à prima obligatione liberatus, vti ſupra di-
ctum eſt, licet res poſſit euinci, aut etiam euin-
catur, non poteſt, quo ad priſtinam obligatio-
nem, quæ ſemel extincta fuit, haberi pro non
tradita, ſed tantùm, quo ad nouam obligatio-
nem, quæ naſcitur ex euictione. At verò in
permutatione, quia obligatur quis ad dandũ,
id eſt ad transferendum dominium, ſi tradide-
rit rem, quæ poſſit euinci, non videbitur eam
tradidiſſe, quia non ſatisfecit obligationi ſuæ,
hoc eſt non tranſtulit dominium, & ideo po-
20 teſt adhuc prima obligatione conueniri, † *vt*
not. declarant Bart. in d. l. ſi quis aliam. 46. in prin.
num. 1. ff. de ſolut. Bald. in d. l. libera. 8. num. 1. C. de
ſent. & int. omn. iud. Caſtr. in d. l. Ariſto. 18. §. La-
beo ait num. 1. ff. de donat. & in d. l. 1. num. 11. ff. de
rer. perm. Iaſ. in d. l. apud Iulianum. 40. §. ſi Titius
num. 11. & 12. & in l. ſi domus. 74. §. de euictione
num. 19. verſ. nam quando hæres. ff. de legat. 1. Bec.
conſi. 83. num. 7. & 8. Cum igitur in caſu noſtro,
dato, quod princeps iuriſdictionem auocare
poſſet, (quod tamen eſſe falſum ſupra demon-
ſtrauimus) non poſſit auocare remedio poſſeſ-
ſorio, ſed tantùm petitorio, ſcilicet, quia tractã
dum eſſet de titulo feudi, & iuriſdictionis, &
ſic de meritis petitorij, conſequens eſt, vt non
poſſit res haberi pro non tradita, quamdiu iu-
riſdictio non euincitur, & proinde non poſſit
venditor ab emptore conueniri. Ex quibus ap
paret venditorem ſtantibus poſſiſſimum rebus,
prout ſtant, non poſſe non cenſeri ſatisfeciſſe
obligationi ſuæ reſpicienti traditionem rerum
venditarum.

Circa ſecundam verò venditoris obligatio-
nem reſpicientem remiſſionem omnium in-
ſtrumentorum ad bona vendita pertinẽtium,
quæ remiſſio promiſſa fuit illis verbis. *Et che*
l'vna parte all'altra habbi da dare, & coſi promet-
tono tutti gl'inſtromenti ſpettanti a detti beni re-
ſpettiuamente tra loro venduti, come di ſopra, puto
ſimiliter huic obligationi venditorem plenè
ſatisfeciſſe remittendo inſtrumentum vendi-
tionis eiuſdem loci ſibi factæ à D. Pallauicino,
& alia inſtrumenta ſuorum authorum, de qui-
bus in actis.

Nec obſtat, quod nullam remiſerit inueſti-
turam, nullumque iuriſdictionis, & feudi pri-
uilegium, ſiue inſtrumentum, quod tamen vi-
debatur remittendum propter illa verba, *delle*
quali ſi contiene inſtromenti publici coſi de feudo co-
me d'altro, a fauore di detto Signor Bellotto, le qua-
li egli promette dare al Signor Conte, & ex illis,
con il feudo & homagio, ſecondo la continenza del
detto ſuo priuileggio, quia reſpon. Primò verba
prædicta non continere promiſſionem aliquã
remittendi inſtrumenta ad feudum pertinen-
tia, ſed continere ſimplicem eorum enuntia-
tionem, quoniam illa verba, *le quali egli promet-*
te dare, non poſſunt referri ad inſtrumenta, ſed
tantùm ad res venditas, cum hic ſit verborum
ſenſus, *delle quali coſe, ſi contiene inſtromenti pu-*
blici &c. le quali, hoc eſt, *le quali coſe egli promet-*
te dare &c. maximè cum poſtea dictum ſit, *&*
ſopra le quali, hoc eſt, *ſopra le quali coſe ſi ua da fa-*
re inſtromento publico, quæ verba ſine dubio de-
clarant omnia relatiua ibi poſita, tanquã pro-
lata in genere fœminino debere ad res non ad
inſtrumenta referri, *vti doctè & eleganter ab iis,*
qui ante me ſcripſerunt demonſtratum eſt. Quo fit,
vt huiuſmodi verba non contineant aliquam
promiſſionem remittendi inſtrumentum ad feu-
dum pertinentis, tanquam verba enunciatiua,
quæ non inducunt diſpoſitionem, & obligatio-
24 nem. † *l. publia. 26. §. vlt. ff. depoſ. l. Epiſtola. 53. in*
prin. ff. de pactis Bar. in l. ex hac ſcriptura. 16. num.
2. ff. de donat. Pariſ. conſ. 104. num. 5. vol. 1. Purp.
conſ. 374. num. 29. Capu. conſ. 728. nu. 13. Quem-
admodum nec inducunt illa, *ſecondo la conti-*
nenza del detto ſuo priuileggio, quæ præter id, q.
ſunt enuntiatiua, debent etiam intelligi de in-
ſtrumentis, de quibus ſupra fuerat facta mẽtio
propter illam dictionem, *detto*, quæ eſt relati-
22 ua, & repetitiua præcedentiũ, † *vt tradunt Pa-*
riſ. conſ. 86. num. 36. vol. 2. Rob. conſ. 56. num. 27.
vol. 3. Capu. conſ. 171. nu. 3. Menoc. conſ. 173. nu.
81. Surd. conſ. 393. num. 40. Nec huiuſmodi pro-
miſſio debet cenſeri facta ſub illa generali pro-
miſſione remittendi omnia inſtrumenta ad bo-
na vendita pertinentia, quia, vti præfati conſu-
lentes rectè ſcripſerunt, generali bonorum ap-
23 pellatione non continetur feudum. † *cap. 1. §.*
in generali. ſi de feud. def. cont. ſit. Ceſſante igitur
promiſſione remittendi priuilegium aliquod
iuriſdictionis, & feudi, non eſt, quod cõtendat
actor, ſibi debere tale priuilegiũ remitti, quia
de iure communi non tenetur venditor, vt po-
te obligatus de euictione remittere ſcripturas
24 ad res venditas pertinentes † *l. Cætera. 4. §. fi. ff.*
fam. erciſ. l. inſtrumenta. 24. C. de fideic. & tradunt
glo. in l. Titius hæres. 58. in verb. & fines oſtendere
& ibi Bar. & Caſtr. num. 1. ff. de act. empt. Iaſ. in l.
quoties. 15. nu. 46. C. de rei vend.

Secundo verò dato citra præiudicium veri-
tatis, quod ſub illa verborum generalitate poſ-
ſit aliquo modo cenſeri comprehẽſum etiam
feudi & iuriſdictionis inſtrumentum, reſpon.
debere talem promiſſionem intelligi de inſtru-
mentis, & ſcripturis, quæ reperientur in poteſta
te venditoris, aut quæ facilè poterunt ab eo re-
peti: Nam ſi tales ſcripturas nec habeat, nec
habere poſſit, non debet earum remiſſionem
cẽſeri promiſiſſe, quia verba promiſſionis vni-
uerſalia debent intelligi de rebus, quæ ſunt in
poteſtate promittentis, ne alioquin videatur
quis voluiſſe promittere rem impoſſibilem.
25 † *contra l. quod nullius. 142. l. impoſſibilium. 144.*
ff. de reg. iur. l. 1. §. ſed id quod. ff. de act. & oblig.

Tertiò, & vltimò dicimus, quod illa verba
enuntiatiua, *ſi contiene inſtromenti publici, coſi de*
feudo, come d'altro, & illa, *ſecondo la continenza*
del detto ſuo priuileggio, licet non obligent ven-
ditorem ad remittenda inſtrumenta feudi, cũ
tamen obligent ad ſuſtinendam talem enun-
tiationem,

tiationem.cum venditor, qui aliquod in con-
tractu aſſerit teneatur ſuſtinere, & oſtendere
26 talem aſſertionem eſſe verã † *l. ſi quis cum fun-
dum 22. ff. de act. empt. glo. in l. 1. in verb. iure ven-
dit. C. cred. euict. pign. non deb. Bart. in l. demonſtra
tio. 17. num. 10. ff. de cond. & demon. Soc. ſen. conſil.
25. num. 7. vol. 4. Crau. conſi. 145. num. 22. & conſ.
vlt. in Bellarta reſpon. pro genero num. 4.* reſpon.
etiam huic rei venditorem plenè ſatisfeciſſe
proferendo inſtrumentum ſui tituli cum con-
firmationibus impetratis à Sereniſſimis Duci-
bus Alexandro, & Raynutio: ſunt enim hæc
inſtrumenta, & priuilegia ad feudum pertinen
tia, de quibus ipſe locutus eſt; id quod ex eo
colligitur, quia non poteſt dici ſenſiſſe de in-
ueſtituris, aut inſtrumentis antiquis, cũ dixerit,
a fauore di detto Sig. Bellotto, & non potuerit
habere priuilegium aliquod antiquum ſui fa-
uorem reſpiciens, cum nouus eſſet in huiuſmo
di feudo ſucceſſor. Neceſſariò igitur debet in-
telligi de inſtrumentis ad feudum pertinenti-
bus, quæ ipſius cauſam, & titulum reſpiciebãt.
Huiuſmodi autem nullum aliud eſſe potuit in
ſtrumentum, quam inſtrumentum emptionis
ab eodem D. Belloto factæ, & poſtea à Seré-
niſſimis Ducibus confirmatæ; Exhibendo igit
hoc inſtrumentum cum cõfirmationibus ſub-
ſecutis non poteſt nõ cenſeri protuliſſe inſtru-
mentum feudi ſui fauore confectum.

Nec obſtat, quod tale inſtrumentum non
poſſit dici priuilegium, quod alioquin vendi-
tor aſſeruit adeſſe, dicendo, *ſecondo la continen-
za del detto ſuo priuilegio*, quia reſpon. Primò
verbum priuilegii fuiſſe à notario perperam
acceptum & poſitum pro inſtrumento, de quo
ſupra locutus erat; nam in præcedentibus nul-
libi facta fuit mentio priuilegii, ſed tantùm
inſtrumenti, & ideo, dum poſtea ſubiicitur,
del detto ſuo priuilegio, propter illam dictionẽ,
detto, quæ eſt relatiua, neceſſariò debet priuile-
gium declarari, ideſt inſtrumẽtum, quia quan-
do referens aliter loquitur quam relatum, ſtan
dum eſt relato, de quo conſtat non referenti,
27 † *vt tradunt Alex. conſ. 9. num. 12. verſ. & hoc fal-
lem. vol. 5. Dec. in Auth. ſi quis in aliquo num. 40.
C. de edend. Curt. Iun. conſ. 24. num. 3. & conſi. 92.
num. 10. Ceph. conſ. 44. num. 14. Menoch. conſi. 1.
num. 95. Surd. conſi. 313. num. 50. Pereg. conſ. 113.
num. 9. vol. 3.*

Secundo reſpon. non eſſe abſurdum, vt pri-
uilegii verbo ſignificetur emptoris confirma-
tio à Sereniſſimis Ducibus facta; nam certi iu-
ris eſt, vulgares homines ſolere omnia princi-
pum reſcripta etiam, quæ continent ordinariã
conceſſionem, appellare priuilegia. Itaque dũ
venditor dixit, *ſecondo la continenza del detto
ſuo priuilegio*, cenſendus eſt cogitaſſe de prædi-
cta confirmatione, quæ, licet ſecundum ius nõ
poſſit dici priuilegium, cum non ſit contra ius.
28 † *cap. priuilegiu. 3. diſt. cap. Abbate S. Syluestri verſ.
aut ſenſus de verb. ſignif. Bar. in l. fin. in prin. C. ſi
contra ius. in l. fin. num. 3. & ibi Iaſ. num. 27. ff. de
de Conſt. prin. Nat. conſ. 163. num. 3. Surd. conſilio*
140. *num.* 23. non tamen excludit, quin largo
modo poſſit appellatione priuilegii contineri;
29 † *vt ait Bal. in prælud. feud. nu. 18. & ibi Iaſ. nu.
26. Roſent. de feud. cap. 1. conclu. 7. in glo. d.* Et hoc
ſaltem in verbis, quæ à contrahentibus profe-
runtur, quippe, quæ non ſunt accipienda ſecũ-
dum iuris ſignificationem, ſed ſecũdum com-
30 munem vſum loquendi † *l. Labeo 7. verſic. non
enim. ff. de ſupp. leg. l. librorum 50. §. quod autem
Caſſius. l. non aliter. 67. §. 2. ff. de leg. 3. Alex. conſil.
25. in prin. vol. 1. Soc. ſen. conſ. 10. num. 4. volum. 1.
Menoc. conſ. 259. num. 25. Surd. conſ. 151. nu. 98.*
31 & ſecundũ vulgi opinionem, † *vt ſcribit Bald.
in l. iuriſgentium. 7. §. pactorum. num. 3. ff. de pact.
quem refert Surd. d. conſ. 151. nu. 99.*

Et ſanè talem fuiſſe mentem contrahentiũ
probatur ex ipſiuſmet emptoris confeſſione:
nam poſtea quam interpellauit venditorem
ad ſibi conſignandum priuilegium iuriſdictio
nis, & feudi, & reſpondit venditor, ſe illud con
ſignaſſe eo ipſo, quod exhibuit cõfirmationes
à Sereniſſimis Ducibus impetratas, non con-
tradixit huic reſponſioni, ſed ei acquieuit per-
ſeuerando in ſolutione pretii, & ideo cenſetur
confeſſus reſponſionem ſibi factam à vendito
32 re eſſe veram, † *vt not. in l. ſi filiusfam. 18. ff. ad
Maced.*

Nec obſtat, quod dicitur in motiuis, imo D.
Comitem hanc reſponſionem negaſſe, quia re-
ſponſio patet ex ipſis actis: nam poſt interpel-
lationem D. Comitis ſequitur reſponſio ven-
ditoris dicentis ſe conſignaſſe priuilegium pro
ducendo confirmationes Sereniſſimorũ Prin-
cipum, deinde ſubſequitur negatio D. Comi-
tis, poſteà replicatio eiuſdem venditoris, qui
latius declarando mentem ipſorum contrahẽ-
tium oſtendit ſe promiſſioni ſatisfeciſſe, cõtra
quam replicationem, quia nihil a D. Comite
fuit oppoſitum, ideo intelligimus eum decla-
rationi à venditore factæ acquieuiſſe. Quini-
mo licet iterum poſt replicationem negaſſet,
adhuc tamen illa negatio non obeſſet, quia de-
clarationem venditoris cẽſeretur approbaſſe,
non quidem verbis, ſed pretii numeratione
poſtea ſubſecuta, & ſic ipſo facto, quod ſufficit
33 ad approbationem inducendam † *l. Paulus re-
ſpondit. 5. ff. rem rat. hab.* imo verbis eſt potẽtius
34 in declaranda voluntate, † *vt ait Menoc. conſ.
110. nu. 2.* Nam & ſimili ratione dicimus pro-
teſtationem nihil operari, quoties ſequitur fa-
35 ctum proteſtationi contrarium † *l. ſi quis extra-
neus. 11. ff. de acq. hered. Bart. in l. non ſolum. 8. §.
morte. num. 17. & ibi Iaſ. num. 14. Rui. num. 216.
ff. de ope. nou. nunt. Caſtr. conſ. 45. nu. 2. vol. 1. Roll.
conſ. 69. num. 46. vol. 4. Cephal. conſ. 253. num. 19.
Surd. conſ. 136. nu. 13.*

Nec obſtat, quod dicitur in motiuis, pretii ſo-
lutionem non eſſe contrariam interpellatio-
ni, & petitioni rei debitę ex eodem contractu,
quia reſpon. tunc non eſſe contrariam, cũ em-
ptor non vult impugnare cõtractum, quia cer-
tum eſt, ſi velit adſtringere venditorem ad im-
plendum, debere prius ſoluere pretium, aut ſal
36 tẽ offerre † *l. Iulianus. 14. §. offerri. ff. de act. empt.*
Cæterum, ſi velit à contractu recedere, verius
eſſe dici contrariam; quia, qui ſoluit, approbat
37 † *vt tradunt Alex. conſ. 127. num. 2. volu. 5. Dec.
conſ. 296. num. 3. Crau. conſ. 55. num. 5. Natt. cõſ.
45. num. 10. Bec. conſ. 109. nu. 21. & 22. Surd. conſ.
351. num. 29.* & nihil eſt tam contrarium reſci-
38 ſioni, quam approbatio † *l. de lege 6. § fin. cum l.
ſeq. ff. de leg. comm.* Deinde poſſet fortaſſis dici
non contraria, ſi D. Comes fuiſſet in ipſamet
ſolutione proteſtatus, ſe ſoluere quidem, ſed
animo extorquendi priuilegii, alias, ſe velle re-
cedere à contractu: nam hoc modo ius ſuum,
ſi quod ei competebat, ad venditoris declara-

tionem

tionem impugnandam, integrum ſibi reſeruaſſet: Cæterum, cum non fuerit proteſtatus, ſed ſimpliciter poſt factam à venditore declarationem pretium numerarit, non poteſt negari, quin cenſeatur ei acquieuiſſe, Ex his igitur apparet venditorem obligationi ſuæ ſatisfeciſſe etiam circa remiſſionem ſcripturarũ ad bona vendita pertinentium.

Circa verò conſenſum Sereniſsimi Ducis, non puto diutiùs immorandum, quia certum eſt, fuiſſe enim à venditore impetratum, Ideoq; de eo non eſt diſputandum, & hoc non obſtantibus iis, quæ de ſubreptione dicta ſunt in motiuis, tum, quia verè nulla ſubeſt, aut obreptio, aut ſubreptio, maximè nocibilis, vti dictum eſt, & ipſa ſupplicationis, confirmationiſque ſcriptura demonſtrat, tum etiam, quia tale vitium obiici non poteſt ab emptore, ſed tantum à principe, cuius taciturnitas, & cõſenſus operatur, vt interim emptori, qui poſſidet, nulla contra venditorem, qui fecit, vt ei habere liceat, actio competat, ſecundum ea, quæ latè diximus in præcedentibus, quæque non eſt neceſſe hic iterum referre.

Secunda ſuccedit dubitatio, dato citra præiudicium veritatis, quod venditor plenè non impleuerit, quæ fuerant ab eo præſtanda, nunquid debeat reſcindi contractus, an verò ſolum facienda ſit condemnatio, quanti emptoris intereſt. Et puto de iure non poſſe peti reſciſſionem contractus, ſed eſſe agendum ad id, quod intereſt, quoniam hoc eſt generale in omnibus contractibus nominatis, vt ob defectum implementi non detur receſſus, ſed tantùm
39 actio ad id, quod intereſt † *l. ea conditione 14. C. de reſcin. vend. l. in ciuile. 12. C. de rei vend. l. 1. C. de act. empt. & tradunt Bar. in l. fin. num. 5. & 13. ff. de cond. cauſ. dat. Bald. in d. l. in ciuile. 12. in prin. C. de rei vind. Caſtr. in l. Iulianus. 14. § offerri. nu. 5. ff. de act. emp. & in d. l. 1. num. 5. C. eod. Alex. in l. cum proponas. 21. num. 4. & ibi Dec. num. 7. verſ. 3. fallit. C. de pact. Iaſ. in d. l. fin. num. 15. ff. de cond. cauſ. dat. Ruin. conſ. 128. num. 9. vol. 5. Natt. conſi. 219. num. 5. Surd. conſ. 38. num. 7. & deciſ. 220. nu.* 17. Quod enim dicitur reſcindi poſſe contractum, & reperi datum, ſi non ſequatur imple-
40 mentum † *l. naturalis. 5. §. 1. ff. de præſcript. verb. l. fin. ff. de cond. cauſ. dat.* procedit in contractibus innominatis, nõ etiam in nominatis, quia in iis non eſt locus reſciſioni, ſi per viam actionis petatur (prout petitur in caſu noſtro) licet
41 aliud ſit, ſi per viam exceptionis, † *vt tradunt Crau. conſ. 192. num. 22. & conſ. 246. num. 2. Bec. conſ. 45. num. 38. & Surd. d. deciſ. 220. nu. 18.*

Nec obſtat, quod dicitur in motiuis *verſ. & in puncto*, imo etiam per viam actionis reſcindi poſſe contractum nominatum, ſi deficiat
42 cauſa finalis † *l. cum te fundum. 6. vbi gl. in verb. conuenit, Bald. num. 1. Caſtr. num. 1. C. de pact. int. empt. & vend. Ang. in l. fi. nu. 1. verſ. in ea glo. ibi. ff. de cond. cauſ. dat. Soc. ſen. conſ. 26. nu. 4. verſi. ex quibus. volu. 3. Crau. d. conſ. 192. num. 22. & d. conſ. 246. num. 2. & conſ. 299. num. 1. Roll. conſ. 69. num. 40. vol. 4. Ceph. conſ. 674. num. 07. Bec. d. conſ. 45. num. 29. Surd. d. deciſ. 220. num. 19. & conſ. 68. num.* 21. quæ deficere videtur in caſu noſtro, quia non fuit traditum priuilegiũ iuriſdictionis, & feudi, quod videtur fuiſſe cauſa finalis huius contractus, ſcilicet, quia cauſa finalis dicitur ea, quæ principaliter mouit aliquem ad contrahendum, & ſine qua non fuiſſet talem
43 contractum initurus, † *vt aũt gl. in d. l. cum te fundum, 6. in verb. conuenit. C. de pact. int. empt. & vend. Ang. in d. l. fin. num. 1. verſ. in ea glo. ibi. ff. de cond. cauſ. dat. Soc. ſen. conſ. 183. nu. 3. verſ. poſtremo vol. 2. & d. conſ. 26. num. 4. verſic. ex quibus vol. 3. Crau. d. conſ. 299. num. 1. Roll. d. conſ. 69. nu. 39. vol. 4. Bec. d. conſ. 45. num. 30. verſic. & dicitur*, quomodo non fuiſſet D. Comes hunc emptionis cõtractum initurus, niſi iuriſdictionem, & feudum ſe conſecuturum putaſſet, vti deponunt teſtes ex parte actoris examinati, quia reſpon. in hac re duos ſolere conſiderari caſus, quorũ

Primus eſt, quando tractatur de contractu, qui non eſt ſimpliciter, & abſolutè nominatus, ſed continet in ſe mixtum aliquem contractum innominatum, quod tunc dicitur euenire, cum ex parte emptoris ſimul cum pretio promittitur aliquid, ex quo reſultat cõtractus innominatus, & ſine quo non fuiſſet venditor rem alienaturus, & tunc verum eſt, ſi pactum illud non impleatur, poſſe reſcindi contractũ, etiam per viam actionis, *& in his terminis procedit l. cum te fundũ. 6. C. de pact. int. empt. & ven.*
44 † *vt in ſpecie declarant Bart. in d. l. fin. num. 5. & 14. ff. de cond. cauſ. dat. & ibi Bald. col. pen. verſ. vltimo diſtinguo & Iaſ. num. 15. idem tradit Bald. in d. l. cum te fundum num. 1. & ibi Caſtr. num. 2. Soc. ſen. d. conſ. 26. num. 4. verſ. ex quibus. vol. 3. Tiraq. in reg. ceſſante cauſa limit.* 36. Sed hic non eſt caſus noſter, quia pactum de remittendis inſtrumentis, quod præſupponitur non impletum, non fuit adiectum ex parte emptoris, & loco pretij, ſed ex parte venditoris, & ideo non reſultat ex eius adiectione cõtractus aliquis innominatus, ſed tota venditoris obligatio, ſiue reſpiciat rerum traditionem, ſiue ſcripturarũ remiſſionem eſt correſpectiua ad pretium, & ſic eſt obligatio merè, & ſimpliciter nominata, nempè venditionis, non verò mixta.

Secundus verò caſus eſt, quando tractatur de contractu merè nominato, & qui nullam habet ab innominato dependẽtiam, prout tractatur in caſu noſtro, & tunc verius eſt nõ poſſe reſcindi contractum per viam actionis, licet non præſtetur id, quod fuit cauſa finalis contractus, & principaliter mouit partes ad cõtrahendum, ſed debere agi ad id quod intereſt
45 † *vt in terminis declarant Bar. in d. l. fi. num. 5. & 13. ff. de cond. cauſ. dat. & ibi Bald. col. pen. verſ. vltimo diſtinguo Ang. num. 1. Iaſ. num. 15. idem Bald. in d. l. cum te fundum nu. 1. & ibi Caſtr. nu. 2. Tiraq. in d. reg. ceſſante cauſa limit. 36. Surd. conſ. 38. nu.* 7. & probatur ratione: nam alioquin omnes omnino venditiones reſcinderentur non ſecuto implemento, quia, cum aliqua venditio cõtrahitur, ſine dubio finalis, & principalis contrahendi cauſa ex parte emptoris eſt, vt habeat rem, ex parte verò venditoris, vt habeat pretium; Itaque, ſiue res non tradatur, ſiue pretiũ non ſoluatur, ſemper deficeret cauſa finalis, ſemperque proinde reſcindi poſſet contractus per viam actionis, quod vtique repugnat naturæ contractuum nominatorum *d. l. ea conditione. 14. C. de reſc. vend. cum aliis iuribus ſupra allegatis.* Omnimodo igiť contrarium reſtringi debet ad eos contractus nominatos, qui mixtũ & implicitum habent contractum innominatum. Et ita iuris eſſe concludo, ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Digitized by Google

Pro Sereniſsimo Carolo Emmanuele Duce Sabaudiæ.

CONSILIVM XIIII.

ARGVMENTVM.

An Princeps habens iura imperij poſſit inſtituere vectigal in mari.

SVMMARIVM.

1 *Vectigal inſtituere nemo poteſt ſine S. P. aut Imperatoris authoritate, Declara, vt nu. 50.*
2 *Vectigalium inſtitutio eſt de reſeruatis ſupremo Principi.*
3 *Vectigal inſtituere, ne Francorum quidem, & Hiſpaniarum Reges poſſunt, Sed contra nu. 23.*
4 *Vectigalia noua inſtituere non poſſunt recognoſcentes ſuperiorem.*
5 *Vectigalia a non habentibus poteſtatem inſtituta, & exacta debent reſtitui.*
6 *Mare eſt commune, & iuris gentium.*
7 *Nauigandibus in mari non poteſt prohiberi, Declara, vt nu. 54.*
8 *Princeps non poteſt auferre ea, quæ ſunt iuris naturalis, aut gentium.*
9 *Vectigalis exigendi ius, vt præſcribatur, requiritur quaſi poſſeſſio tanti temporis, cuius initij memoria non extet.*
10 *Dux Mediolani in ſuo Ducatu poteſt facere ea omnia, quæ poteſt Imperator in terris Imperij.*
11 *Dux Sabaudiæ in ſuo Ducatu eandem habet poteſtatem, quã habet Imperator in terris Imperij.*
12 *Principes Italiæ in ſua ditione poſſunt ea, quæ poteſt Imperator in terris Imperij.*
13 *Vectigalis imponendi ius fuit ſpecialiter indultũ Ducibus Sabaudiæ, & Mediolani conceſſionibus Imperatorum.*
14 *Imperialis poteſtas fuit tranſlata in Duces Sabaudiæ.*
15 *Duces Sabaudiæ, & Mediolani in ſuo Ducatu ſunt Principes ſupremi, & poſſunt vti plenitudine poteſtatis, nu. 16. & facere omnia, quæ ſunt reſeruata Imperatori. nu. 17.*
18 *Duces Sabaudiæ, & Mediolani Imperatori æquiparantur, & in ſuo Ducatu ſunt, vt Imperatores. nu. 19. & connumerantur inter eos, qui re ipſa ſuperiorem non recognoſcunt, nu. 20.*
21 *Principem habere iura Imperij, & in ſua ditione non recognoſcere ſuperiorem paria ſunt.*
22 *Verba hæc, Dei gratia Dux, denotant Principem non recognoſcere ſuperiorem.*
23 *Vectigalia imponi poſſunt ab omnibus Principibus, qui non recognoſcũt ſuperiorem de iure, vel de facto.*
24 *Dux Sabaudiæ habet omnia Regalia.*
25 *Vectigalium inſtituendorum poteſtas connumeratur inter Regalia.*
26 *Vectigalium inſtituendorum poteſtas competit Principibus, qui habent regalia.*
27 *Vectigalia inſtituere ſolent Principes Italiæ ex generali conſuetudine, & obſeruantia.*
28 *Vectigalium inſtituendorum poteſtas eſt Imperij maximi.*
29 *Iuriſdictio, vt etiam in mari ſit, publica poſtulat vtilitas.*
30 *Cohærentium idem eſt iudicium.*
31 *Maris purgandi cura competebat Præſidi illius prouinciæ, cui mare cohærebat.*
32 *Iuriſdictionem in mari habere cenſetur, qui prope illud territorium habet.*
33 *Mare cenſetur eſſe de territorio, ſeu diſtrictu illius loci, cui cohæret.*
34 *Iuriſdictio in mari protenditur vſque ad centum milliaria, imo etiam vltra, ſi mare non ſit ad uerſo territorio propinquius nu. 35.*
36 *Delictorum in mari commiſſorum coërcitio pertinet ad eum, qui habet iuriſdictionem in territorio, cui maris illius diſtrictus cohæret.*
37 *Veneti habent iuriſdictionem in toto ſinu Adriatico, licet hoc alij negent, vt nu. 38.*
39 *Vectigalia, qui poteſt inſtituere in terra, poteſt & in mari ſuæ iuriſdictioni ſubiacenti.*
40 *Vectigal moderatum inſtitui poteſt pro impenſis neceſſarijs ad purgandam malis hominibus prouinciam.*
41 *Vectigalia exigentes debent locorum, & itinerum ſecuritatem præſtare.*
42 *Princeps debet malis hominibus purgare mare ſuæ ditioni vicinum.*
43 *Vectigal in mari poteſt inſtitui ad inuiendas triremes pro perſequendis, & puniendis malis hominibus, Dummodo ſit moderatum. nu. 44.*
45 *Vectigalia in mari inſtituuntur ex conſuetudine, quam totus orbis ſeruat.*
46 *Obſeruantia ſubſecuta eſt optima dubiæ poteſtatis interpres.*
47 *Scientia eius, contra quem præſcribitur, non eſt neceſſaria, in præſcriptione temporis antiquiſſimi.*
48 *Scientia præſumitur ex diuturnitate temporis, & vicinitate locorum.*
49 *Scientia præſumitur, vbi res eſt vulgatiſſima.*
51 *Ducibus Sabaudiæ nominatim fuit tributum ius onerum imponendorum.*
52 *Mare eſt commune, ſeu nullius proprietate, vſu vero eſt publicum iure gentium, id eſt patet omnibus, at eius iuriſdictio eſt Principis.*
53 *Littora cuius ſint.*
54 *Nauigatio in mari non poteſt prohiberi à priuato, ſecus vero à Principe.*
55 *Mari non poteſt imponi ſeruitus lege priuata.*
56 *Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris naturalis, aut gentium.*
57 *Nauigationem prohibere poteſt Princeps, ſi tranſeuntes vectigalis ſolutionem recuſent.*
58 *Publicarum, & communium rerum differẽtia in quo conſiſtat.*
59 *Portorium Romano iure ſoluebatur.*
60 *Vectigal poteſt Princeps imponere piſcari volentibus.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

QVerela contra publicanos Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis à mercatoribus Maſſilienſibus, & alijs Chriſtianiſſimo Francorum Regi ſubiectis inſtituta præbuit Regijs Officialibus anſam deducẽdum controuerſiam id, quod Sereniſſimi Sabaudiæ Duces per tanti tẽporis ſpatiũ, cuius (ni fallor) initij memoriã non extat, liberè, & ſine cuiuſquam oppoſitione, & cõtradictione quaſi poſſederunt, nempe ius exigendi vectigal, quod tranſeuntibus per mare Nicenum, tametſi non ingrediantur

Google

Ingrediantur portum, indictum eſt. Hanc controuerſiam dirimere, & omnem ex illorũ officialium animis dubitationem euellere cupiẽs Dux Sereniſſimus mandauit inquirendũ, nunquid huiuſmodi vectigal iure poſſit à tranſeuntibus exigi, cui præcepto vt ſatisfiat, excutienda erit illa dubitatio, nunquid Sereniſſimi Sabaudiæ Duces potuerint huiuſmodi vectigal in mari conſtituere, indicta non ſoluentibus mercium publicationis pœna.

Videretur autem primo aſpectu dicendum non potuiſſe, quia ſine S. P. aut Imperatoris authoritate nemo poteſt vectigaliũ inſtituen-
1 dorũ poteſtatẽ ſibi vindicare, † *c. ſuper quibuſdã §. præterea de verb. ſign. l. vectigalia 10, in prin. ff. de publ. & vect. l. non ſolet 3. & tot. tit. C. vect. nou. inſt. non poſſ. l. vlt. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. vn. verſ. item ii. ff. ad l. Iul. de amb.* tanq̃ eam, quæ ſupre-
2 mo Principi reſeruatur, † *vt ſcribunt Iaſ. in l. de quibus 31. num. 45. ff. de legib. & in l. Imperium 3. num. 20. verſ. certè aduerſus. ff. de iuriſd. Dec. conſ. 534. nu. 1. Balzar. de feud. lib. 2. tit. 56. in verb. vectigalia nu. 4. Bertach. in tract. de gabell. par 1. nu. 1. Roll. conſ. 91. num. 1. volu. 2. Boſſ. in tit. vect. qui poſſ. impo. nu. 2. Mynſ. pract. obſ. cent. 5. obſ. 29. nu. 1. Rip. lib. 2. reſp. c. 28. nu. 1. Crau. conſ. 701. nu. 30. Ozaſ. conſ. 1. nu. 1.* adeò, vt ne Francorũ quidẽ, & Hiſpaniarum Regibus videatur huiuſmodi
3 poteſtas iure competere, † *vt ſcripſerunt Hoſt. in d. c. ſuper quibuſdam num. 2. & ibi Abb. nu. 6. de verb. ſign.* ac multo minus alijs Principibus, qui ſunt Regibus inferiores, vt ſunt Duces, Marchiones, Comites, & id genus alij; Nam, cũ hi ſuperiorem de iure recognoſcant, non videntur per conſequentias noua vectigalia poſſe inſti-
4 tuere, † *d. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea, & latè oſtendere conantur. Mynſ. d. cent. 5. obſ. 29. nu. 2. & Roſent. de feud. c. 5. concl. 44. nu. 2. & in litera B,* & ſi id egerint inconſulto ſupremo Principe, debent exactum, quaſi illicitè extortũ reſtituere,
5 † *d. l. non ſolent. 3. C. vect. nou. inſt. non poſſ.*

Deinde verò dato, quod Sereniſſimi Sabaudiæ Duces huiuſmodi poteſtatem haberent in terra, non tamen viderentur eam ſibi poſſe vindicare in mari, quia indicendo vectigal videntur per indirectum nauigationem prohibere, q̃ eis facere non licet: Nam mare eſt commune,
6 & iuriſgentium, † *l. 2. ff. de rer. diu. §. 1. inſt. eo. l. iniuriarum 13. §. fin. ff. de iniur. l. venditor 14. ff. comm. prædio.* ideoq; ius in eo nauigandi patet omnibus, nec poteſt ab aliquo prohiberi, aut
7 impediri citra iniuriæ notam, † *l. 2. §. ſi quis in mari. ff. ne quid in loc. publ. d. l. iniuriarum 13. §. fi. ff. de iniur.* Idq; non ſolum reſpectu priuatorũ vr̃ accipiendum, ſed etiam reſpectu Principis, quippe, qui non poteſt auferre ea, quæ ſunt iu-
8 ris naturalis, aut gẽtium. † *Clem. paſtoralis verſ. cæterum de re iud. §. ſed naturalia inſt. de iur. nat. Bar. in l. 2. num. 3. C. de precib. imp. off. l. reſcripta 7. nu. 9. C. eo. Iaſ. in l. quominus 2. nu. 3. ff. de flumin. Laud. de Princip. q. 28. & q. 286. Roll. conſ. 9. nu. 3. vol. 2. Decia. cõſ. 88. nu. 37. vol. 2. Surd. conſ. 321. nu. 40. Men. conſ. 20. nu. 4. & conſ. 298. nu. 20.* Et, quanquam dicamus, Principem habere ius etiã in mari, hoc tamen videtur intelligendũ, quo ad protectionem, & iuriſdictionem, non etiã, quoad dominium: Nam hoc nemo ſibi vindicare poteſt, *vt declarant omnes, quos referemus infra num. 25.* Quo fit, vt nec per cõſequentias videatur alicui licere noua vectigalia in mari, quaſi in loco ſuo conſtituere.

Nec vr̃ in eo vis facienda, q̃ Sereniſſimi Sabaudiæ Duces longiſſimi temporis quaſi poſſeſſione videantur huius vectigalis exigendi facultatem præſcripſiſſe, quia certi iuris eſt, ad hoc non ſufficere longiſſimi tp̃is, imo nec 60. annorũ vſum, ſed requiri quaſi poſſeſſionẽ tãti
9 temporis, cuius initij memoria non extet, † *d. c. ſuper quibuſdã §. præterea, & ibi Abb. num. 1. de verb. ſign. & ſcribunt Bar. in l. ſi publicanus 4. §. in omnib. ff. de pub. & vect. Iaſ. in d. l. Imperiũ 3. n. 20. verſ. certè. ff. de iuriſd. Balzar. de feud. d. li. 2. tit. 56. in verb. vectigalia nu. 4. verſ. & licet, & nu. 5. & 7. Bertr. cõſ. 76. nu. 1. vol. 3. par. 2. Boſſ. in tit. vect. qu poſſ. impo. n. 3. Alb. cõſ. 186. nu. 30. Mynſ. d. cent. 5. obſ. 29. n. 10. et ſeq. Roſent. de feu. d. c. 5. cõcl. 45. nu. 1.*

Prædictis tñ non obſtantibus, pro vt re vera non obſtant, puto verius, iure licuiſſe Sereniſs. Sabaudiæ Ducibus tale vectigal inſtituere, nec hodie poſſe tranſeuntes per mare Nicenũ eius ſolutionem aliquo prætextu recuſare citra cõmiſſi pœnam: Quod vt exiſtimẽ, me maximè mouet illud, quia poteſtas inſtituendorũ vectigalium non ſolum competit Imperatori, ſed etiam alijs Principibus, qui in ſua ditione parẽ cũ Imperatore poteſtatem habent, puta Ducibus, & Comitibus Imperij iura, & perpetuũ in Italia vicariatum habentibus, vt ſunt Duces Sabaudiæ, & Mediolani, quos ſpecialiter oẽs fatentur idem poſſe in ſuo Ducatu, q̃ põt Imperator in terris Imperij, vti de Duce Medio-
10 lani videre eſt, † *apud Caſtr. conſ. 34. nu. 2. vol. 2. Alex. conſ. 2. num. 9. vol. 1. & conſ. 11. num. 9. vol. 7. Barba. conſ. 34. nu. 62. vol. 2. Soc. ſen. conſ. 68. n. 13. vol. 3. Iaſ. in l. ex hoc iure 5. nu. 25. ff. de iuſt. & iur. & conſ. 1. col. pen. verſ. 3. prin. vol. 3. Pariſ. conſ. 1. n. 25. vol. 1. Brun. conſ. 19. nu. 4. & conſ. 45. num. 19. Boſſ. in tit. de Regal. num. 16. Zucca. in rub. C. qui adm. nu. 27. Curt. iun. conſ. 1. nu. 29. conſ. 61. n. 10. conſ. 100. nu. 3. Rol. conſ. 88. nu. 27. vol. 1. Ozaſ. cõſ. 9. nu. 3. Decia. conſ. 41. nu. 1. & 2. vol. 2. Men. conſ. 2. nu. 105. Bec. conſ. 56. nu. 61. vol. 1. Lader. cõſ. 71. nu. 1. Surd. conſ. 210. nu. 22. Pereg. conſ. 2. num. 36.*
11 *vol. 1.* de Duce verò Sabaudiæ † *apud Iaſ. conſ. 227. col. 8. verſ. 12. vol. 2. Soc. ſen. conſ. 4. nu. 23. vol. 3. Purp. in l. 1. nu. 225. ff. de off. eius, & conſ. 270. n. 17. Ozaſ. d. conſ. 9. nu. 2. & deciſ. 155. nu. 1. Add. ad Marc. deciſ. 333. in litera A, par. 2. Bec. d. conſ. 56. n. 61. vol. 1. Sol. in com. ad antiq. decr. Sab. in præm. gl. 1. nu. 17. Lader. in conſ. 71. num. 1. Surd. d. conſ. 210. nu. 22. Odett. inter conſ. Moroz. conſ. 45. nu. 7.*
12 & generaliter de alijs Italiæ Principibus † *apud Pariſ. conſ. 17. nu. 4. conſ. 25. nu. 53. & conſ. 69. nu. 3. vol. 1. Soc. iun. conſ. 76. n. 1. vol. 3. Zucca in d. rub. C. qui adm. nu. 27. Purp. in d. l. 1. nu. 242. ff. de off. eius, Decia. d. conſ. 41. nu. 2. vol. 2. & conſ. 56. nu. 3. vol. 5. Nat. conſ. 489. nu. 9. & conſ. 661. num. 18. Io. de S. Iul. inter conſ. Brun. conſ. 3. nu. 7. Ozaſ. d. conſ. 9. nu. 2. Bec. d. conſ. 56. nu. 61. vol. 1. Surd. conſ. 390. num. 25. & conſ. 419. num. 16. Lader. d. conſ. 71. num. 1.* Et quanquam de alijs dubitent pleriq; maximè Germani, qui Principum Italiæ poteſtatem conſtringere, & Imperatoris authoritatem ampliare ſuis ſcriptis conantur, de Ducibus tamen Sabaudiæ, & Mediolani, quos aiunt à cæteris eſſe diſtinguendos, fatentur non eſſe diſputandum, propterea quod hoc ius fuit eis expreſsè, & ſpecialiter Imperatorum conceſſionibus, & priuilegijs indultum,
13 † *vti videre eſt apud Roſent. de feud. d. cap. 5. concl. 13. nu. 5. & in glo. b,* Quod & verum eſt: Nã in priuilegijs conceſſis Sereniſſimis Sabaudiæ

Ducibus fuit expreſsè dictũ vt poſſint omnia,
quę Romani Reges,& Imperatores facere poſ
ſent, translata in eos omnimoda poteſtate Im
14 periali, † vti teſtatur Iaco. de S. Georg. in ſua in-
ueſt. feud. in verb. Carolus verſi. dubitatur ẽt nu. 4.
Sola in d. comm. ad ant. decr. Sab. in præm. gl. 1. nu.
17. Men. conſ. 1. nu. 158. & Roſent. d. c. 5. conclu. 13.
in gl. b. Itaq; de his non eſt dubitandũ, quin in
15 ſuo Ducatu cenſeantẽ Principes ſupremi, † pro-
ut eos appellant Alex. conſ. 15. nu. 4. vol. 5. Rui. conſ.
21. nu. 1. vol. 1. Lader. d. conſ. 71. nu. 2. & ſpecialiter
Ducem Sabaudiæ Ozaſ. d. conſ. 9. nu. 5. & vti poſ-
16 ſint plenitudine poteſtatis, † vt ſcribunt Ang.
conſ. 217. nu. 2. Dec. conſ. 403. nu. 7. Marc. dec. 362.
nu. 1. par. 2. Boſſ. in tit. de crim. leſ. maieſt. num. 55.
Brun. conſ. 19. nu. 4. & conſ. 45. nu. 18. Decia. d. coſi.
41. nu. 2. vol. 2. Nat. d. conſ. 661. nu. 18. verſi. quidã
Surd. conſ. 419. nu. 16. Lader. d. conſ. 71. nu. 1. & 2.
Pereg. conſ. 2. nu. 17. vol. 1. ac ea oĩa facere, quæ
17 Imperatori ſunt reſeruata, † vt aiunt Alex. conſ.
11. nu. 9. vol. 7. Dec. conſ. 403. nu. 6. Soc. iun. cõſ. 76.
nu. 1. vol. 3. Marc. d. decíſ. 362. nu. 1. par. 2. Zuccar.
in d. rub. C. qui adm. nu. 27. Decia. d. conſ. 41. nu. 2.
vol. 2. Roll. conſ. 4. nu. 42. vol. 3. Lader. d. conſ. 71. n.
4. Surd. d. conſ. 210. nu. 24. Et de Duce Sabaudiæ
Purp. in d. l. 1. nu. 226. ff. de off. eius, inter quæ ve-
ctigalium inſtituendorũ poteſtas numeratur,
vt diximus ſupra nu. 2. quia, cũ hæc ab Impera-
tore fieri poſſint, d. l. vectigalia 10. in princ. ff. de
public. & vect. d. l. non ſolent. 3. C. vect. nou. inſt. non
poſſ. debent per conſequentias ẽt poſſe à prædi-
ctis Ducibus, vtpote, qui Imperatori æquiparã-
18 tur, † vt ſcribunt Purp. in d. l. 1. nu. 34. & 36. ff. de
off. eius. Cæph. conſ. 76. nu. 11. Brun. d. conſ. 45. nu.
21. Et de Duce Sabaudiæ idem Purp. in rub. ff. de
iuriſd. nu. 20. Lader. d. conſ. 71. nu. 1. & 2. Men. cõſ.
1. nu. 158. Et in ſuo Ducatu ſunt, vt Imperato-
19 res, † vt ſcribunt Barbat. d. conſ. 34. nu. 62. vol. 2.
Iac. de Nig. in d. l. 1. n. 15. ff. de off. eius, Boſſ. in d. tit.
de crim. leſ. maie. nu. 54. Lader. d. conſ. 71. nu. 1. &
2. Quinimo cõnumerantur inter eos, qui re ip-
20 ſa ſuperiorem non recognoſcunt, † vti videre
eſt apud Felyn. in c. cum a nobis nu. 1. in ſi. de teſtib.
Alex. conſ. 1; nu. 4. conſ. 30. num. 9. & 11. vol. 5. &
conſ. 11. nu. 9. vol. 7. Soc. ſen. conſ. 123. nu. 22. vol. 2.
Pariſ. conſ. 2. nu. 18. vol. 2. Cæpoll. conſ. crim. 17. n.
45. Iac. de Nigr. in d. l. 1. nu. 15. & ibi Seb. Sap. nu.
6. ff. de off. eius, Cæph. conſ. 539. nu. 56. & 58. & cõſ.
579. nu. 11. Decia. conſ. 19. nu. 205. vol. 3. Lader. d.
conſ. 71 nu. 1. Roſent. de feud. d. c. 5. concl. 13. num.
12. & de Duce Sabaudię apud Pariſ. conſ. 1. nu. 39.
vol. 1. propterea quod in ſuis terris habent Im-
perij iura, & plenitudinẽ poteſtatis: Paria enĩ
ſunt dicere Principẽ habere iura Imperij, & in
21 ſua ditione non recognoſcere ſuperiorem, † vt
oſtendit Lader. d. conſ. 71. num. . verſ. Paria. Qua
ratione fit, vt huiuſmodi Principes ſe Dei gra-
tia Duces appellent, quibus verbis innuunt, ſe
22 non recognoſcere ſuperiorẽ, † vt ait Egu. Baro
in tract. de Benef. feud. lib. 2. c. 1. Et ſanè, ſi huiuſ-
modi vectigalia imponi poſſunt à Regibus, Ci
uitatibus, & omnibus Principibus, qui ſuperio-
rem, vel de iure, vel de facto non recognoſcũt,
23 † vt ſcribunt Abb. conſ. 20. in prin. lib. 1. Dec. conſ.
134. nu. 2. & conſ. 649. nu. 3. Bertach. in d. tract. de
gabell. par. 1. nu. 19. verſ. 6. & nu. 20. Marc. decíſ.
39. nu. 3. par. 2. Roll. conſ. 91. nu. 3. vol. 2. Myuſ. d.
cent. 5. obſer. 29. nu. 3. Conſequens eſt, vt imponi
poſſint ẽt à Duce Sabaudiæ, quippe, qui inter
eos connumeratur, & habet omnia Regalia,
24 † vt ſcribunt Guidop. q. 577. Marc. q. 617. num. 6.
part. 1. Purp. conſi. 479. nu. 14. Ozaſ. d. conſi. 9. nu.
5. & 39. inter quæ poteſtas huiuſmodi compu-
25 tatur † cap. 1. tit. quæ ſint Regal. & in ſpecie decla-
rant Balzar. de feu. d. lib. 2. tit. 56. in verb. vectiga-
lia nu. 4. verſ. Itius impoſitio, & Gramm. dec. 35.
num. 23. Crau. conſi. 701. nu. 30. Qua ratione, &
alijs principibus vectigalium inſtituendorum
26 poteſtatem competere ſcripſerunt, † Nat. conſ.
661. nu. 12. Roll. cõſ. 91. nu. 16. & ſeqq. vol. 2. Men.
d. conſ. 901. nu. 49. verſi. 5. & num. ſeqq. Maximè,
cum hoc generali quadã conſuetudine, & ob-
ſeruantia receptum ſit in Italia poſt pacem Cõ
27 ſtantiæ, † vt poſt Io. Andr. atteſtantur Abb. in
d. cap. ſuper quibuſdam num. 6. & 8. verſ. in glo. de
verb. ſign. Bertach. in d. tract. de gabell. par. 1. num.
17. Capy. decíſ. 148. nu. 4. Meno. d. conſ. 901. nu. 57.
Nam hac ſtante non eſt amplius res in contro-
uerſiam deducenda.

Nec eſt quod quiſquam reſpondeat, Seren.
Sabaudiæ Duces habere quidẽ huiuſmodi po-
teſtatẽ in terra, ſed nõ in mari, quia verius eſt,
imo habere ẽt in mari: Nam Princeps, qui ha-
bet regalia, & oĩa Imperij iura, poteſt impone-
re noua vectigalia in oĩbus locis, in quibus im
periũ, & iuriſdictionẽ habet, quia hæc poteſtas
pendet à iuriſdictione, & imperio, non quidem
omni, ſed eo, quod à Bar. in l. Imperium 3. nu. 8.
ff. de iuriſd. & alijs veteribus ſummum, & maxi-
28 mũ appellatur, † vt ſcribunt Bertach. in d. tract.
de gabell. par. 1. num. 2. Rip. lib. 2. reſp. c. 28. num. 1.
Ozaſ. conſ. 31. nu. 1. Nat. d. conſ. 661. nu. 12. Roll.
d. conſ. 91. nu. 1. vol. 2. Sereniſſimi autem Sabau-
diæ Duces non ſolũm in terra Niciẽſi iuriſdi
ctionem, & imperium habẽt, ſed etiam in ma-
ri, quod illi terræ cohæret: quia cum vtilitas
publica poſtulet, vt etiã in mari ſit iuriſdictio,
29 † l. quamuis 50. ff. de acqui. rer. dom. & ſcribit Cæ-
poll. de ſeru. ruſt. præd. cap. 26. nu. 6. propter deli-
cta, quæ à pyratis, & id genus alijs prauis homi-
nibus committuntur, quorum coercitio iuriſdi
ctionem exigit, vtpotè ſine qua delicta coer-
ceri nequeunt, talis iuriſdictio, nec iuſtius, nec
commodius cuiquam attribui poteſt, quàm ei, qui
iuriſdictionem habet in territorio, cui mare co
hæret, cum & cohęrentium idem ſit iudicium,
30 † l. quæ religioſis 44. ff. de rei vind. & nemo poſſit
eſſe promptior in huiuſmodi delictis coercen-
dis, quam is, qui in propinqua terra iuriſdictio-
nẽ habet. Quamobrem, & Romano iure cura
maris ab improbis hominibus purgandi illius
Prouinciæ Præſidi competebat, cui mare cohæ-
31 bat, † l. vn. C. de Claſſic. lib. 11. Et hodie, qui iux
ta mare territorium habent, cenſentur ẽt habe
re iuriſdictionẽ in mari, quod illi territorio cohæ-
32 ret, † per d. l. vn. ſcripſerunt Bar. in tract. de Inſu-
la in verbis, Nullius enim eſſe creditur nu. 1. Bal. in
l. pen. nu. 3. C. de inſt. & ſubſt. Ang. in l. ſanè 14. nu.
5. ff. de iniur. Caſt. in l. Inſula 9. n. 3. ff. de iudi. & in
l. deprecatio 9. n. 3. ff. ad l. Rhod. de iact. Cæpoll. in d.
tract. de ſeru. ruſt. præd. c. 26. n. 12. Balzar. de feud.
d. lib. 2. tit. 56. in verb. vectigalia, nu. 5. verſ. idem ſi
cum mercibus Io. Garz. in tract. de expẽſ. & melior.
c. 21. nu. 34. quia pars illa maris dr̃ eſſe de terri-
torio, ſeu diſtrictu illius ciuitatis, vel loci, cui
33 cohæret, & illius appellatione continetur, † vt
ſcribunt glo. in cap. vbi periculum §. porro in verb.
territorio de elect. in 6. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de ſent.
ex per. recit. & in l. beneficium 3. nu. 7. ff. de conſti.
prin. Ang. in d. l. Inſula 9. num. 1. ff. de iudic. Caſtr.
in d. l.

In d.l.deprecatio 9.nu.3.ff.ad l.Rhod. de iact. Dec. in l.ſi.nu.19.ff.de iuriſd. Petr. Caleſ. in d.l.Imperium 3.num. 148.ff.eo. Decia.conſil. 123. num.26. vol.3. Cæpoll.de ſeru.ruſtic.præd.d.cap.26.num.26. Roder.Zuar.de vſu maris conſ.1.nu.2. protenditurq; talis iuriſdictio vſque ad centum millia-
34 ria, † ſecundum Bar. in d.tract. de inſula, in verb. Nullius enim eſſe creditur nu.1.Caſtr.in d.l.deprecatio 9.num.4.ff.ad l.Rhod.de iact. & in d.l.Inſulæ 9.nu.2.& 3.ff. de iudic. Cæpoll.d.c.26. num.14. Oſaſc.d.deciſ.155. nu.3. Imò etiam vltra, ſi ma-
35 re non ſit aduerſo territorio propinquius, † ſecundum Ang. in d.l. Inſulæ 9. nu.1.& ibi Caſtr. nu.2.& 3.ff.de iud. Cæpoll.d.c.26.nu.17. Roder. Zuar.d.conſ.1.nu.3. de vſu maris. Et ideo coercitio delictorum in mari commiſſorũ pertinet ad eum, qui habet iuriſdictionem in territorio, cui maris illius diſtrictus cohæret, vt ex Bartoli conſilio fuiſſe Piſis determinatum veteres oẽs
36 atteſtantur, † ſicuti videre eſt apud Ang. in d.l.Inſulæ 9.nu.1.& ibi Caſtr.nu.3.ff.de iudic. Ang. in d.l.ſanè 14.nu.5.ff.de iniur. & in l.Cæſar 15.ff. de publ.& vect. Caſtr.in d.l.deprecatio 9.nu.4.ff. ad l. Rhod.de iact. Luc.de Penn.in d.l.vn.& ibi Rebuff. n.2.C.de Claſſic.lib.11.Iaſ.in add.ad Port.in prin. tit.inſt.de rer.diu.num.28.Cæpoll.d.c.26.num.12. Rod.Zuar.d.conſ.1.de vſu maris nu. 2. Idq; adeo conſuetudine inueterata obtinuit, vt nemo ſit, qui hanc rem in controuerſiam deducat.

Et quamuis hodie reuocetur in dubiũ, num Veneti iuriſdictionem, & Imperium habeant in Adriatico mari, non tamen reuocatur in dubium, nunquid id habeant in illo diſtrictu, qui cohæret eorum ditioni; Nam hoc idem ipſi Venetorum aduerſarij fatentur, vti videre eſt apud eos, quorum ſcripta pro Hiſpaniarum Rege circumferuntur. Sed controuerſia vertitur in eo, quia Veneti intendunt, ſe habere iuriſdictionem, & Imperium in toto ſinu Adriatico incipiendo à Ciuitate Venetiarum vſque ad Corcyræ inſulam, & ſic non ſolum in diſtrictu cohærente ſuo territorio, ſed etiam in aliis, qui aliorum Principum territoriis adhærent, quaſi hoc ius immemorabili temporis ſpatio
37 præſcripſerint, † prout habere fatentur Bart. in l. iniuriarum 15.§.fin. num.2.ff. de iniur. Bald. in rub.ff de rer.diu.num.4. Ang.in l.fin.in princ. & ibi Caſtr.num.3.in fin. Imol.num.1.ff.de vſucap. Ang.in l.ſanè 14.num.13.ff.de iniur.& conſ.290. num.3. Iaſ.in l.ex hoc iure 5.num.27.ff.de iuſtit.& iur.& in d.l. quominus 2.num.40.ff.de flum. Bertran.conſ.69.num.12.vol.3.part.2. Balb.de præſc. part.4.q.6.num.5.& 6. Marc. deciſ.416.nu.5.par. 1.deciſ.38.num.5.& deciſ.345. num.3.par.2. Dec. conſ.85.nu.2.& conſ.638.nu.3. Bertach.in d.tract. de gabell.part.1.nu.20.Cæpoll.de ſeru.ruſt.præd.d. cap.26.nu.7. Benue.Stracc.de Nauig.nu.17. Purpur. conſ.479.nu.15. Pereg. de iur.fiſc.lib.1.tit.1.num. 18.Surd.conſ.321.nu.1.quod tamen negant Hi-
38 ſpani, † poſt Luc.de penn.in d.l.vn. C.de Claſſ.lib. 11. Baldus.in §.1.num.3. Inſt.de rer. diu. & alios, ſolamq; cenſent eos habere iuriſdictionem intra fines maris eorum ditioni, & territorio cohærentis. Quæ, cum ita ſint, non eſt dubitandum, quin Sereniſſimi Sabaudiæ Duces iuriſdictionem, & imperiũ habeant in mari Nicienſi territorio cohærente; & per conſequentias, quin iure potuerint in eodem mari, quaſi in territorio, ſuæ iuriſdictioni ſuppoſito vectigal inſtituere.

Nec eſt, quod quiſquã cauſetur, iuriſdictionem, quã dicimus habere Principem in mari ratione proximi territorij, eſſe intelligendam de iuriſdictione reſpiciente delictorũ coercitionem, vtpotè de qua loquuntur DD. ſupra allegati, non ẽt de poteſtate inſtituendi vectigalia, quæ longè ab illa differt, quia primò reſp. Imò verius eſſe, intelligi ẽt de poteſtate vectigaliũ inſtituendorum. Nam, qui iuriſdictionem habet in mari, ſi talis ſit, qui in terra poſſit inſtituere noua vectigalia, puta, quia habeat oĩa regalia, & Imperij iura, poteſt etiam ea inſtituere
39 in mari. † Ita ſcripſerunt Bald. in l.3.nu.9.& ibi Salyc.C.de Naut.fœn. Bald.in d.rub.ff.de rer.diu. nu.5. Ang.in d.l.ſanè 14.nu.3.ff.de iniu. Bertach. in d.tract.de gabell.d.part.1.nu.19.verſ.6.& num. 20. Cæpoll.de ſer.ruſtic.prædio.d.cap.26. num.10. Marc.deciſ.19.nu.3.part.2. Boſſ. in tit. de aq. & flum.num.36.& 37. Oſaſ.d.deciſ.155.num.4. Pereg.de iur.fiſc.d.lib.1.tit.1.nu.18. Men.d.conſ.901. nu.15.& 16. Marth.in tract.de iuriſd.par.1.cap. 37.nu.4. Eadem enim eſt vtrobiq; poteſtas, eademque ratio, *vt ex iis, quæ mox dicemus, facilè erit intelligere.*

Secundò reſp. Imò ex eo, quod iuriſdictio, quã habet Princeps in mari, reſpicit delictorum coercitionem, ſequi, poſſe eum (ſi habet regalia, & omnia imperij iura) noua vectigalia inſtituere: Nam hæc ideò inſtituũtur, quia Princeps, cuius munus eſt territoriũ malis hominibus purgare, & tranſeuntibus ſecurum iter præbere, tam reſpectu perſonarũ, quàm reſpectu rerum, neceſſariò cogitur in hanc rem facere varios ſumptus, quib. plerunq; grauioribus impenſis oneratus ſatis eſſe nequit, niſi collatione priuatorũ adiuuetur. Ex hac igitur cã licet ei moderatũ aliquod vectigal inſtituere, cuius
40 ope neceſſariis impenſis ſatis eſſe poſſit, † vt latè oſtendunt Couar.in regula peccatũ in 2.part.relect.§.1.nu.5. Pereg.de iure fiſc.d.lib.1.tit.1.nu.22. Surd.d.conſ.321.nu.3. Quamobrẽ dicimus exigentes vectigalia debere locorũ, & itinerum
41 ſecuritatẽ præſtare: † Ita enim ſcribunt Bald. in tit.de his, qui feud.dar.poſſ.in verb. Marchio nu.5. Dec.conſ.534.nu.5. Balzar.de feud. d.lib.2.tit.56. in verb.vectigalia nu.5. Io. Garz.in d. tract.de expenſ.& melio.c.21.num.35. Men.conſ.21.num.28. Andr.Gail lib.2.obſ.64.nu.5. Hęc autem ratio ita militat in mari, vt in terra, quia Princeps debet prauis hominibus, puta pyratis purgare mare
42 ſuæ ditione vicinum, ſicut terrã; † vt ſcribunt Luc.de Penn. in d.l.vn. vbi etiam Rebuff. nu.2.C. de Claſſic.lib.11.poſt Ang.ibi, Io.Garz.in d.tract.de expen.& melior.c.21.nu.35. quod vt efficiat, neceſſariò cogitur habere triremes munitas, & perpetuò paratas ad eos perſequendos, ac puniendos, quã in rem, quantis, quamq; magnis ſit opus impenſis, nemo eſt, qui neſciat. Ob hãc igitur cauſam debet ei licere etiam in mari ve-
43 ctigal inſtituere, † vt ſcripſit Pereg. de iur.fiſc.d. lib.1.tit.1.num.22. dummodo ſit moderatum,
44 † ſecundum Men.d.conſ.901.nu. 19. vt re vera eſt illud, quo de agitur, quippe, quod in totum non egreditur ſummam decem milliũ aureorum, tametſi ab omnibus tam Gallis, quàm Hiſpanis, & Italis, cæteriſq; tranſeuntibus exigatur. A iuriſdictione igitũ reſpiciente coercitionem delictorum, quę in mari committuntur, tam quàm à cauſa vectigalium rectè (in Principe habente Regalia, & omnia Imperij iura) ad

vectigalium inſtituendorum poteſtatē inſeruiat.
45 Et ita totius orbis ſeruiat conſuetudo, † *vt atteſtantur Bal. in d. rub. ff. de rer. diu. nu. 5. quem referunt, & ſequuntur Cæpoll. d. cap. 26. num. 10. Ozaſ. d. deciſ. 155. nu. 4.*

Nec obſtat, ſi dicatur, non poſſe hanc dici generalem conſuetudinem; propterea, quod Francorum, & Hiſpaniarum Reges; nec non, & alij plerique Principes non ſolent in locis ſuæ ditioni ſubiectis ſimile vectigal à nauigātibus exigere, quia reſp. generalē hāc conſuetudinē non conſiderari ratione actus, ſed ratione potentiæ. Nam hoc eſt in toto terrarum orbe receptū, vt poſſint oēs Principes, qui Imperium habent in mari, noua in eo vectigalia inſtituere, non minus quam in terra, *vt ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra nu. 39. & 45.* Et ideo; cum hoc ius ſit meræ facultatis non valet argūm à negatione actus ad negationē potentiæ. Itaque non ſequitur prædicti Reges non impoſuerūt tale vectigal, ergo nō poſſunt id imponere, & multo minus valet argūm, qñ perſonæ ſunt diuerſæ, quia in ijs, quæ ſunt meræ facultatis non ſequitur, ille non vſus hāc facultate, ergo nec alius vti poteſt. Stante igitur hac vniuerſali cōſuetudine non eſt, quod hodie res in controuerſiam deducatur, maximè, cum hæc nō ſit noua impoſitio. Nec enim hoc vectigal fuit a Sereniſſimo Carolo Emmanuele inſtitutum, ſed à Sereniſſimis eius anteceſſoribus, quos conſtat id per ſuos publicanos exegiſſe tāto tpe, cuius initij memoria non extat, quæ res ſufficeret ad inducendam huius iuris exigendi præſcriptionem, *d. cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſign. & ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra nu. 9.* Et dato ēt, quod initij memoria extaret (quod à vero alienū eſſe puto) indubitatū tñ eſt eius exactionē iam fuiſſe in vſu tpe quo Sereniſs. Dux Emmanuel Philibertus contraxit matrimonium cum Sereniſs. Margarita Valeſia; & ſic de anno 1559. die 27. Iunij, propterea, quod in inſtrumento dotali pro reſtitutione dotis ſpecialiter ſuppoſitum eſt hypothecæ huiuſmodi vectigal Niciense, vt conſtat ex illis inſtrumenti verbis, *Le dict Seigneur Duc a conſtitue, & des à preſent conſtitue a la dicte Dame, oſts bere tiers rente ſur tous, & chaſcuns ſes biens, meſmes ſur le Duché de Sauoye, peage de Suze, duce, & gabelle de Nice, &c.* quæ verba reſpectu dacitij, & gabellæ Nicienſis non poſſunt in alio verificari, q in hoc vectigali, quo de agitur, propterea, q tunc temporis nulla præter hanc erat ibi gabella, ſuper qua talis aſſignatio, ſeu reditus conſtitutio fieri potuiſſet, & ideo, cum iam eſſet impoſitū vectigal, & poſtea ſine alicuius oppoſitione, & cōtradictione perpetuò, & continuò ad hāc vſque diem exactū fuerit, mercibus fraudatum, ſi qñ potuerint capi, publicatis, vt conſtat ex varijs ſententijs, quæ vectigalis huius occaſione latæ ſunt, ac potiſſimū ex illa deciſione Ozaſ. 155. quæ 40. iam ab hinc annis non aliam ob cauſam fuit promulgata, quam quia nauis quędam Hiſpana mercibus onuſta capta fuerat a militibus Sereniſs. Ducis ob non ſolutum vectigal, ab hac obſeruantia ſubſecuta, ſi non præſcriptionem, ſaltem poteſtatis (quando eſ-
46 ſet dubia) interpretationem colligimus, † *vt in ſimili arguit Menoc. d. conſ. 901. nu. 57.*

Et, ſi quis obijciat hanc obſeruantiam non poſſe Chriſtianiſſimo Francorū Regi, tanquā eius ignaro, quod in diſtrictu Nicienſi gerebatur, nocere, reſp. imo nocere.

Primo, quia in iure, quod ex antiquiſſimi temporis quaſi poſſeſſione quæritur, nōn eſt neceſſaria ſcientia illius, contra quem ius acquiritur,
47 † *vt ſcribunt gl. in l. hoc iure 3. §. ductus aquæ, & ibi Ang. ff. de aq. quot. & æſtiu. Bald. in c. 1. tit. quæ ſint regal. Iaſ. in d. l. Imperium 3. num. 20. verſ. ſed huic fundamēto, & nu. 23. verſ. veritas, & ibi d. Imperium nu. 183. ff. de iuriſd. Dec. conſ. 85. nu. 2. vbi teſtatur hanc ſententiam eſſe receptiorem.*

Secundo, quia dato, quod eſſet neceſſaria, re vera non ſolum Rex, ſed etiam alij Principes, & primates regni vectigalis huius certiſſimam ſcientiam habuerunt: Nam cum prædictum inſtrm dotale fuerit cum interuentu Chriſtianiſſimi Regis, & in præſentia ferè oium Principum Regni confectum, & in eo ſpecialiter facta ſit mentio prædicti vectigalis Nicienſis in capite aſſecurationis dotis, non poteſt eſſe probabilis, ſi qua allegetur, eius ignorantia.

Tertio, quia etiā ſi non adeſſet illud inſtrm, adhuc tñ ſcientia præſumeretur ex diuturnita-
48 te temporis, & vicinitate locorum, † *cap. quoſdam cap. quanto de præſumpt. & ſcribunt Alex. conſ. 23. nu. 4. & conſ. 94. nu. 20. vol. 5. Dec. d. conſ. 85. nu. 2. Purpu. in d. l. Imperiū. 3. nu. 178. ff. de iuriſd. Crau. conſ. 158. nu. 5. Maſcar. de proba. conclu. 1299. nu. 15. & 16.* Nam cum Maſſilia, & alij plerique loci Chriſtianiſſimo Regi ſubiecti ſint propinqui territorio Nicienſi, non eſt veriſimile Regios Magiſtratus, & Officiales (quorum ſcientia Principibus obeſſe ſolet) nō habuiſſe notitiā huius vectigalis, q à Gallis mercatoribus exigebatur, maximè, cum talis exactio eſſet vulgatiſſima, quæ res ſufficeret ad inducen-
49 dam ſcientiæ præſumptionē, † *vt eſt doct. Bal. in l. 2. C. quæ ſit long. conſ. que probat Iaſ. in d. l. Imperium 3. nu. 20. verſ. 2. reſp. ff. de iuriſd. & ſcribit etiā Dec. d. conſ. 85. nu. 2.* Ex his igitur patet iniuſtā eſſe mercatorum Maſſilienſium, & aliorū Regiæ Maieſtati ſubiectorū querelam, propterea q huiuſmodi vectigal iuste exigitur à publicanis Sereniſs. Ducis.

Non obſtantibus ijs, quæ in contrariū adducta ſunt: Nam ad id q dr, noua vectigalia ſine S. P. aut Imperatoris authoritate nō poſſe inſtitui, reſpōſio patet ex ijs, quæ ſupra diximus, ſcilicet, qa hoc intelligitur reſpectu vaſſallorū, & inferiorū Principum, qui omnimodo recognoſcunt ſuperiorē, non vero reſpectu illorū, qui ſunt perpetui Vicarij, & in ſua ditione parē cū Imperatore poteſtatē habent, adeo, vt in eā non cenſeantur recognoſcere ſuperiorem,
50 † *vt in ſpecie declarat Cæpo. d. conſ. 539. nu. 54. & ſeqq.* & maximè reſpectu Ducum Sabaudiæ, quippe, quibus onerum imponendorum ius nominatim fuit Imperatorum conceſſionibus,
51 & priuilegijs indultum, † *vt teſtatur Ozaſ. d. deciſ. 155. in fin.*

Minus obſtat, q, licet hoc ius eis cōpetat in terrā, non tñ videtur competere in mari, eo q mare eſt commune, quia reſp. reſpectu maris tria poſſe conſiderari, proprietatem, vſum, & iuriſdictionem, proprietatem eſſe communē, ſiue nullius, vſum publicum iure gentium, id eſt omnibus patere, *§. littorum Inſti. de rer. diu.*
52 At iuriſdictionem eſſe Principis, † *Ita glo. in l. 2. in verb. littora, & ibi Bald. ff. de rer. diuiſ. glo. in §. 1. in verb. & per hoc inſt. eo. Bar. in d. tract. de inſula in*

Digitized by Google

ſala in verb. nullius enim eſſe creditur nu.1. Aluar. in c.1.nu.7.tit.quæ ſint Regal. Alciâ.in l. ex hoc iure 5.nu.40.ff. de iuſt.& iur. Roder.Zuar.d.conſi.1. de vſu maris nu.9. Ptr.Calef.in d.l. Imperiũ 3.n. 147.ff.de iuriſd. Pereg.de iure fiſc.d.lib.1.tit.1.nu.

53 17. Nam, & hoc dicitur de littoribus, † quorũ idem ius eſt, ac maris, *l. littora 3. & ibi gl. in verb. arbitror.ff. ne quid in loc. pub. Iſern.in d. cap.1.in prin.nu.1.tit.quæ ſint Regal.Cæpoll.de ſeruit. ruſt. præd.ca.27.nu.2.*

Nec obſtat, q̃ nemo poſſit prohiberi nauigare in mari, quia reſp. Primò, non poſſe quem prohiberi à priuato, ſecus verò à Principe ha-
54 bente imperiũ, & iuriſdictionẽ in mari, † *et in ſpecie docent Bar. in rub.ff. vt in flum.publ.naui.lic. Boſſ.in tit. de aq. & flum.n.37. Beneuen. Stracc. de nauig.nu.6. Et eſt de mente Ang.d. conſ.290.nu.3. Iaſ.in d.l.ex hoc iure 5.nu.47.ff. de iuſt.& iu.& in d.l.quo minus 2.n. 41.ff.de flum. Mare.deciſ.38.n. 5.& deciſ.345.n.3.par.2. Balb.de præſcr.par.4.q.6. nu.6. Purp.conſ.479.n.15.Surd. d.conſ.321.nu.5. & 40. verſ.nec mouet*, Quod nõ obſcurè ſignificat Vlpianus *in l.venditor.14.ff.comm.prædio.* dũ
55 ſcribit † mari, quod natura omnibus patet, ſeruitutem imponi priuata lege nõ poſſe. Innuit eñ haud dubiè, poſſe lege publica, ſiue Principis authoritate, *quod etiã ibi expreſſe docet glo. in verb.priuata, & ſequitur Cæpol.de ſeru.ruſt.præd. d.cap.26.nu.1.* Quod enim dicitur, Principẽ nõ poſſe tollere ea, quæ ſunt iuris naturalis, aut gẽtiũ, procedit, ſi id faciat ſine cauſa, ſecus verò,
56 ſi ex cauſa publicæ vtilitatis, † *vt not. omnes in l. item, ſi verberatum 1. in prin.ff. de rei vind. & in l.Lucius 11.ff.de euict. & ſcribunt Bart.in l.1. nu. 3.& 4.ff.de conſt.princ. Bald.in l. reſcripta 7.nu.9. C.de precib. Impe.off. Iaſ.in l. quominus 2.nu.4.ff. de flum. Felyn.in c.quæ in eccleſiarum col. 7.verſ.3. concluſio. de conſtit. Alex.conſ.11.nu.7.vol.7. Iaſ. conſ.227.colum.10. verſ.13.vol.2. Caph.conſ.302. num.67.& conſ.617.num.102.* vt euenit in caſu noſtro.

Secundò reſp. Principẽ imponentẽ vectigal non prohibere nauigationem ſimpliciter, ſed ita demũ, ſi tranſeuntes ſolutionem recuſent,
57 id, quod ei facere licet, † *vt in ſpecie declarat Pereg.de iur.fiſc.d.lib.1.tit.1.nu.22.in fi.* non obſtãte, q̃ ius nauigandi iuregentium pateat omnibus. Nam alioquin, ſi ob hoc, quod vſus iuregentium ſit publicus, non poſſet Princeps imponere vectigal, & hoc modo per indirectum nauigationem prohibere; nec poſſet imponere nauigãtibus in flumine publico, imò nec portũ ingredientibus, quia nõ minus fluminũ, & portuum, q̃ maris, & littorũ vſus iuregentiũ publicus eſt, & omnibus patet, *§. flumina, & §. littorum inſt. de rer. diu.* & differentia, ſi qua eſt inter ea, non cõſiſtit in vſu, ſed in proprietate, quia tam communium, q̃ publicarum rerum vſus iuregentium publicus eſt, ſed communiũ proprietas eſt nullius, *d. § littorum*, publicarum verò alicuius, *l. 1. §. 1. ff. de interd.* puta Princi-
58 cipis, aut priuatorum, † *vt rectè docet Cuiac. in antiq.not.ad §.littorum inſt. de rer. diu.* Et tamen nemo rectè dixerit, Principem habentem iura Imperii non poſſe imponere vectigal nauigantibus in flumine publico, aut portum ingredientibus, cum & portorium Romano iure ſolue-
59 retur. † *l. in lege. Ceſoria 203. & ibi Alcia. in verb. portorium. ff. de verb.ſign. l. portorium. 3. C. de vectig. & comm. Alexand. Alex. lib.4. Genial. dier. cap. 10. Cæl. Rhodig. lib.10. lect. ant. cap.2. in fi. Carol. Sigo. lib.1. de antiq. iur. ciui. Rom. c.16. & lib.1. de ant. iur. prou. c.1.* & inter Regalia connumeret portus *c.1.tit. quæ ſint Reg.* Denique, licet Princeps (ſecundum quoſdam) non poſſit ſimpliciter piſcationem in mari prohibere, poteſt tñ piſcari volentibus, certum imponere vectigal,
60 † *ſecundum Aluar. in d.c.1.nu.6.in fi.tit. quæ ſint Reg. Roder. Zuar. d. conſ.1.num.11. de vſu maris.* Ex quibus omnibus cõcludo, licuiſſe Sereniſs. Sabaudiæ Ducibus vectigal, quo de agitur, indicere nauigantibus per mare Nicenum; neq; eius ſolutionem à ſubditis Chriſtianiſſimi Regis iure recuſari poſſe, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro Petill. DD. Equite Carolo, & Franciſca Margarita iugalibus de Scalijs.

CONSILIVM XV.

ARGVMENTVM.

An, & quando legatarius eligens vnũ ex duobus alternatiuè legatis ab altero excludatur, Et, an, & quando onus adiectum legato facto in teſtamento cenſeatur repetitum in legato facto in codicillis.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiuis ex duobus alterum tantum peti poteſt.*
2 *Vnius tantum implementum ſufficit in alternatiuis.*
3 *Alternatiua, licet duo ſint, quoad nominationem, ſunt tamen vnum, quo ad præſtationem.*
4 *Codicilli, qui valent ex teſtamento, ſunt pars teſtamenti.*
5 *Codicilli, & teſtamentum cẽſentur vna, atque eadem diſpoſitio.*
6 *Diſpoſita in codicillis perinde habentur, atque, ſi fuiſſent diſpoſita in teſtamento.*
7 *Relicta in codicillis cenſentur facta eodem tẽpore, eodemque contextu cum teſtamento.*
8 *Legati duplicatio in perſona eiuſdem valet, ſi ſit duplicatio quantitatis, ſecus, ſi ſpeciei num.9. ſiue ſit facta in eodem teſtamento, ſiue in ſequentibus codicillis nu.10. & cur nu.ſeqq.*
11 *Species eadem non poteſt eidem deberi ex duabus cauſis lucratiuis, etiam ex diuerſis teſtamentis. num.12.*
13 *Nouiſſima ſcriptura ſpectatur in legatis.*
14 *Poſteriora derogant prioribus in legatis.*
15 *Teſtator per ſecundam diſpoſitionem cenſetur à priore receſſiſſe.*
16 *Legatum prius cenſetur tranſlatum in poſterius eidem factum, ſi continet aliquam diuerſitatem à primo.*
17 *Teſtator non cenſetur voluiſſe grauare heredem duplici onere.*
18 *Æqualitatem inter filios ſeruari lex vult.*
19 *Æqualitatem inter filios ſeruare velle cenſetur teſtator.*
20 *Legato reuocato, cenſetur etiam reuocatum onus ei adiectum.*

Digitized by Google

21 *Traslatio legati facta de vno in alium, cenſetur facta cum ſuo onere & nu.42.*
22 *Translatio legati facta de vno in eundem, cenſetur facta ſine onere, Declara,vt nu.42,*
23 *Teſtator legando eidem ſimpliciter, quod prius legauerat cum onere, videtur a priore voluntate receſſiſſe.*
24 *Receſſus a prima diſpoſitione facilius inducitur, ſi poſterior diſpoſitio fiat in alia ſcriptura, quam, ſi in eadem.*
25 *Onus adiectum legato facto in teſtamento non cenſetur repetitum in eodem legato ſimpliciter eidem facto in codicillis, etiamſi contineat aliquam diuerſitatem à primo, Sed contra nu.30.37.& 43.*
26 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
27 *Onus adiectum vni legato non cenſetur in alio repetitum.*
28 *Teſtator per ſequentes codicillos non cenſetur à tota voluntate receſſiſſe, ſed in ijs tantum, quæ ſpecialiter reformauit, maxime ſi hoc expreſſe declaret num.33.*
29 *Onera, qualitates, & conditiones adiectæ in teſtamento cenſentur repetitæ in codicillis,*
31 *Onus non cenſetur repetitum in codicillis, ſi legatum, quod ſimpliciter fit eidem, nullam continet diuerſitatem a primo.*
32 *Ceſſante cauſa diſpoſitionis, ceſſare debet & ipſa diſpoſitio.*
34 *Expreſſum eſt potentius, quam tacitum.*
35 *Verba, in omnibus, & per omnia, tanquam vniuerſalia, & geminata omnem omnino diſpoſitionem complectuntur.*
36 *Mutata ea tantum dicitur, quæ leguntur ſcripta in codicillis, & oculis corporeis legi poſſunt.*
38 *Grauatus in altero de alternatiuis tenetur, quicquid eligat.*
39 *Ratio diſpoſitionis vbi militat, ibi locum habere debet diſpoſitio.*
40 *Qualitas intelligitur repetita ex identitate rationis.*
41 *Sublato emolumento non poteſt onus conſiſtere.*
42 *Tranſlatio legati quibus caſibus cenſeatur facta cum onere, & quibus ſine.*

FACTI SPECIES.

PErillſt. D. Antonius Solarius Anno 1604. die 29. Septembris condidit teſtamentum, in quo hæredes vniuerſales inſtituit Perill. DD. Annã Mariam, & Frãciſcam Margaritam filias ſuas legitimas, & naturales, ſed D. Annę Mariæ primogenitæ prælegauit Palatium, quod habebat Taurini, ſubijciens, *Con dichiaratione però, che ſia tenuta eſſa Anna Maria dar tre milia ducatoni a Franceſca Margarita altra mia figliuola ſua ſorella.*

Idem teſtator diē 5. Octobris, & ſic poſt ſex dies à condito teſtamento fecit codicillos, in quibus ita diſpoſuit. *Ha ordinato, & inſtituito, ordina, & inſtituiſce à fauor della Signora Anna Maria ſua figliuola primogenita, vna primogenitura, cioè delli Mollini, forni, & redditi, che eſſo Sig. Codicillante ha, & gli ſpettano del luogo di Caualler Maggiore, ouero del preſente Palazzo di Torino d'eſſo Codicillante ad elettione però di detta Sig. Anna Maria. Confirmando nel reſto, non mutato per queſto Codicillo il detto teſtamento in tutto, & per tutto come in eſſo ſi contiene.*

Poſt eius mortem Dom. Anna Maria Comitiſſa Collegij elegit pro primogenitura Molēdina, furnos, & redditus Caballarij Maioris. Verũ, quia teſtator in codicillis expreſsè cõfirmauit diſpoſita in teſtamento, quæ per codicillos non ſunt mutata, ideo natæ ſunt inter ſorores duæ controuerſiæ, duplicē, & reciprocam earum prætenſionem reſpicientes: namque

Primò prætēdit D. Comitiſſa Anna Maria, ſe poſſe adhuc conſequi palatiũ, quod ſibi fuerat in teſtamento prælegatum non obſtante, quod ex codicillis ſit conſecuta molendina, & redditus prædictos.

Contra verò, & ſecundo prætēdit D. Franciſca Margarita D. Comitiſſam non ſolũ eſſe excluſam à petitione palatij eo, quod redditus elegerit, ſed ēt eſſe obligatam ad ſibi ſoluendã ſummam trium millium ducat. pront fuerat in teſtamento grauata, & hoc nõ obſtante, quod palatiũ nõ elegerit, Vnde quęritur quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRimę dubitationis reſolutio nullã prorſus mihi viſa eſt difficultatē continere, quia certi iuris eſt, electis redditibus nõ poſſe D. Comitiſſam Annam Mariam ad palatium alternatiuè relictum aſpirare, non obſtante confirmatione teſtamenti facta in codicillis, vti pluribus oſtendi poteſt fundamentis: Etenim

In primis certum eſt ex duobus alternatiuis
1 vnum tm̃ peti poſſe † *l. cum quidam. 4. in fi. C. de verb. ſigni. l. vbi autem non apparet. 75. §. qui illud, ff. de verb. oblig. l. pleriunq; 11. in fi. ff. de iur. do. Bar. in l. ſi quis ita. 32. ff. de aur. & arg. leg.* & alterius
2 tm̃ implementum ſufficere. † *ca. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. c. inter cæteras, de reſcrip. l. ſi quis ita ſtipulatus. 129. ff. de verb. obligat. l. ſi hæredi. 5. ff. de cond. inſt.* quia, licet duo ſint, quoad nominatio
3 nem, eſt tamen vnũ, quoad præſtationē. † *l. planè. 34. §. ſi ita Titio. ff. de leg. 1. l. ſi quis ſeruum. 8. §. 1. l. ſi illud 27. ff. de leg. 2.* Vnde, cũ in caſu noſtro teſtator alternatiuè reliquerit in codicillis, aut palatium, aut redditus Caballarij Maioris. Cõſequens eſt, vt D. Comitiſſa alterutro debeat eſſe contenta, & ſic redditibus electis, non poſſit palatium obtinere.

Nec eſt, ꝙ aliquis obijciat, hoc poſſe locum obtinere, ſi vnica tm̃ eſſet diſpoſitio in codicillis facta, hic aũt duas eſſe diſpoſitionēs, vnam factam in teſtō, & quidem ſimpliciter, alteram vero factã in codicillis, ſed alternatiuè, ideoq; videri dicendũ D. Comitiſſam, licet nõ poſſit petere palatium, tanquam ſibi relictũ in codicillis, poſſe tm̃ illud petere, tanquã relictum in teſtō, quod per codicillos non vr̃ in hac parte mutatum, imo expreſsè confirmatum ſaltem generaliter, quia rñdeo imò verius eſſe, vnam tm̃ eſſe diſpoſitionem, & quidem alternatiuã: Quod vt liquidò conſtet, præmitto primo, codicillos, qui condito teſtō fiunt haberi pro par
4 te teſtamenti. † *l. pen. ff. quemad. teſtam. aper. l. quidam referunt. 14 ff. de iur. cod.* imò cenſeri vnã,
5 atque eãdem diſpoſitionem, † *vt tradunt Nat. conſi. 476. num. 10. & conſ. 483. num. 18. & Perg. de fideic. art. 16. num. 49. & conſ. 68. num. 9. vol. 3.* ſcilicet quia diſpoſita in codicillis perinde habentur, atq; ſi fuiſſent diſpoſita in teſtamento.
6 † *l. 2. §. 1. ff. de iur. cod.* Et eodē tempore, codēq;
7 contextu cum teſtamento relicta. † *ſecundum*

Cyn. in

Cyn.in l.2.C.de teſtam.quem referunt Vatt.& Pe-
regr. in locis ſupra allegatis. Secundò præmitto
duplicationem legati facti à teſtatore in per-
ſona eiuſdem legatarii valere quidem,ſi ſit du
8 plicatio quantitatis, † *l. quinquaginta. 12. ff. de*
probat.l.cum centum.9.ff.de adim.leg.l.cum pater.
30.ff.de iur.dot.l.Titia Seio.89. in prin. ff.de leg.2.
9 ſed non, ſi ſit duplicatio ſpeciei. † *l.plani.34.§.*
ſi eadem.ff.de leg.1.l. Lucius Titius. 96.§. impube-
rem, ff.de legat.2.l.ſi ab inſtituto.11.ff.ſi quis om.
cauſ.teſt. ſiue facta ſit in eodem teſtamẽto, ſiue
10 in ſequentibus codicillis. † *d.l. cum centum.9.ff.*
de adim.leg. quia non poteſt eadem ſpecies ei-
dem deberi ex duabus cauſis lucratiuis non ſo
11 lum ex eodem teſtamento. † *d. §. ſi eadem. d.§.*
12 *impuberem.* ſed etiam ex diuerſis. † *l. huiuſmo-*
di.86.§.ſi Sempronius.ff.de legat.1.l. Mæuius.68.§.
duorum.ff.de leg.2.l.natu.21.§.fideicommiſſum,ff.
de leg.3.§.ſi res aliena.Inſt.de legat. Et ideo res ea
dem bis vni legata in eodem teſtamento, ſiue
in teſtamento & codicillis, non niſi ſemel de-
betur, nec debetur ex prima diſpoſitione, ſed
ex ſecunda, quia in legatis nouiſſima ſcriptu-
13 ra ſpectanda eſt. † *l. quod traditum eſt.86.ff.de*
cond. & demonſtr.l.ſi mihi & tibi.12.§. in legatis.
ff.de leg.1.l.tutor datus.8.§.fin.ff.de teſtam.tut. &
14 poſteriora derogant prioribus. † *l. Diui.6.§.li-*
cet.ff.de iur.cod.l.per fideicommiſſum.89.ff.de cond.
& demonſtr. quoniam teſtator per ſecundam
15 diſpoſitionem cenſetur à prima receſſiſſe. † *l.*
non ad ea.88.ff.eodem. latè Menoch.de præſ.lib.4.
præſ.173.nu.6. His præmiſſis dico palatium nõ
potuiſſe Dom. Comitiſſæ deberi ex duabus di-
ſpoſitionibus, tametſi bis fuerit relictum, ſed
tantùm ex vna, ideſt ex ſecunda, quia teſtator
legando alternatiuè, quod prius legauerat ſim
pliciter, cenſetur primam diſpoſitionem in ſe-
cundam tranſtuliſſe: Nam, vbicunque poſte-
rius legatum continet qualem qualem diuerſi
tatem à primo, puta quia legatur purè, quod
prius fuerat legatum in diem, vel ſub conditio
ne, aut contra, ſine dubio cenſetur prius lega-
16 tum translatum in poſterius. † *d.l. cum centum.*
9.l.ſi tibi rem.28.ff.de adim.leg.l.non ad ea.88.ff.de
cond.& demonſtr. Cum igitur in caſu noſtro po
ſterior diſpoſitio facta in codicillis ſit à prima
facta in teſtamento diuerſa, ſcilicet, quia in te-
ſtamento legauerat teſtator palatium ſimpli-
citer, In codicillis verò, aut palatiũ, aut reddi-
tus Caballarij Maioris, & ſic alternatiuè, Con-
ſequens eſt, vt cenſeatur teſtator priorem diſpo
ſitionem in poſteriorem tranſtuliſſe.

Nec obſtat, quod expreſſè confirmauerit di
ſpoſita in teſtamento, quia reſpondeo id proce
dere reſpectu eorum, quæ in codicillis nõ fue-
runt mutata, vti conſtat ex illis codicillorum
verbis, *nel reſto non mutato per queſto codicillo,*
Vnde, cum legatum Do. Comitiſſæ factum in
teſtamento fuerit per trãslationem mutatum
in codicillis, *vti ſupra oſtendimus*: Conſequens
eſt, vt reſpectu talis legati non cenſeatur con-
firmatum teſtamentum.

Secundò verò ſuadet hoc ipſum præſumpta
mens teſtatoris, qui non cenſetur voluiſſe gra-
uare Dom. Franciſcam Margaritam duplici
17 onere. † *l. vxorem.39.§. in teſtamento.ff. de legat.*
3.l.penult.ff.de dot. præl. Roll. conſi.8.num.29.vol.
2.Ceph.conſ.517.nu.43.Menoc.conſ.56.num.23.
Surd.conſ.312.nu.13.

Tertiò facit, quia in dubio facienda eſt in-
terpretatio, per quam minus, quam fieri poſſit
inducatur inæqualitas inter filios, quia talis in-
terpretatio eſt conſona legi, & voluntati teſta-
toris: nam lex vult æqualitatem inter filios ſer
18 uari. † *l. vt liberis.17.C.de collat.l.fin.C.commun.*
vtriuſque iud.§.illud quoque.auth.de nupt. coll.4.
19 & teſtator cenſetur eam velle ſeruare. † *l. cum*
pater.79.§. cuiuſq. ff.de legat.2. Dec.conſi. 9.num.
3.& conſ.122.num.3.Cepoll.conſ.188.nu.9. Me-
noc.de præſump.lib.3.præſumpt.1 .num.26. Surd.
conſi. 21.num.11. & conſi. 31.num. 16. Dubium
autem nõ eſt, quin magna, & exceſſiua ſit inæ-
qualitas, quæ locum haberet inter filios, ſi præ-
ter redditum Caballarii Maioris poſſet D.Co-
mitiſſa conſequi palatium, quia redditus, quẽ
habet præcipuum, eſt mille aureorum annuo-
rum, Et palatium fuit æſtimatum decem milli
bus ducat. Huius igitur inæqualitatis euitandę
gratia debemus eam facere interpretationem,
per quam repetitio legati non inducitur.

Secunda vero dubitatio me primùm cogi-
tantem reddidit ancipitem, atque perplexum,
propterea, quod multa ſunt, quæ primo aſpe-
ctu videntur ſuadere, non teneri D. Comitiſ-
ſam ſoluere D. Franciſcæ Margaritæ triũ mil-
lium ducat. ſummam, quam præſtare fuerat in
teſtamento grauata.

Primò, quia, ſi vera ſunt, quæ diximus in præ
cedenti dubitatione, per diſpoſitionem factã
in codicillis cenſeri reuocatum legatum factũ
in teſtamento, neceſſario ſequi videtur, non te-
neri D. Comitiſſam præſtare onus iniunctum,
quia reuocato legato, cenſetur etiam reuoca-
20 tum onus ei adiectum. † *l. Pamphilo.37.§.duas*
ff. de leg.3.

Secundò, quia, licet translatio legati facta
de vno in alium, cenſeatur facta cum ſuo one-
21 re. † *l.Caio Seio.13.in princ.ff. de adim. leg.l.legatũ*
ſub conditione.24.in prin.ff. de adim.leg.l. legatum
ſub conditione.94.ff.de cond.& demonſt. Nat.conſi.
476.num.13.Pereg.d.art.16.num.49.in ſi. tamẽ,
quando fit de vno in eundẽ, videtur facta ſine
22 onere. † *l.ſi tibi rem.28.& ibi Bart.ff.de adimen.*
leg. Bart.in d.l.Caio Seio.13. in prin.ff. de adim.leg.
Caſtr.in d.l. legatum ſub conditione. 94.ff. de cond.
& demonſtr. Alex.conſi.96 num. 5.vol. . Menoch.
conſi. 724. num. 1. quia teſtator eidem legando
ſimpliciter, quod prius legauerat cum onere,
23 videtur à priore voluntate receſſiſſe. † *l. cũ cen-*
tum.9.ff.de adimen.leg.l.non ad ea.88.ff.de cond.&
demon. Maximè quando poſterior diſpoſitio
fit in alia ſcriptura, quod caſu facilius induci-
24 tur receſſus à prima diſpoſitione. † *vt not.in d.*
l.cum centum.9.ff.de adim.leg.

Tertiò pro hac parte facit authoritas *Ceph.*
conſi.67.quem ſequuntur Odd.conſ.98.num.11.&
25 *14.& Menoc. conſi.724. num.7.* Nam † cum te-
ſtator reliquiſſet in teſtamento Caſtellaniam
cuidam C. Ambroſio cum onere fideicom-
miſſi, & poſtea in codicillis reliquiſſet eandẽ
Caſtellaniam pro dimidia cuidam C. Ioanni
Vincentio, & pro alia dimidia d.C. Ambroſio
non repetito onere fideicommiſſi, conſuluit
Ceph. cenſeri teſtatorem à fideicommiſſo reli-
cto in teſtamento receſſiſſe *per d. l. ſi tibi. 28.*
ff.de adimen. legat. & d. l non ad ea. 88. ff. de con-
dit. & demon. Et tamen loquitur in fortioribus
terminis, quam nos verſemur, ſcilicet quia ibi
translatio pro parte facta fuerat in alium, quo
caſu regulariter cenſetur facta cum onere, *vti*

ſupra dictum eſt. At in caſu noſtro facta fuit in totum in eandem legatariam, & ideo multo magis debet intelligi facta ſine onere.

Quarto dato, quod dici poſſet onus repetitum, videretur tamen hoc intelligendum reſpectu rei, quæ fuerat in teſtamento cum onere legata, ideſt reſpectu palatij: & conſequenter locum habere potuiſſet, ſi D. Comitiſſa palatium elegiſſet. Cæterum cum elegerit redditus, qui non in teſtamento, ſed in codicillis, & quidem ſimpliciter, & ſine onere legati ſunt, non videtur oneranda D. Comitiſſa præſtatione pecuniæ: quia non poteſt cenſeri repetitum onus, quod impoſitum non eſt, cum non entis
26 nullæ ſint qualitates. † *l. ætus qui 44. ff. ſi cert. pet.*

Nec dicatur onus adiectum legato palatij cenſeri quoque repetitum in legato redditu, quia contrarium videtur de iure verius; cum onus adiectum vni legato non cenſeatur repe-
27 titum in alio, † *vt tradunt Bart. in l. Seia. 20. §. Caio. in prin. opp. ff. de fund. inſtr. & Pereg. d. art. 16. num. 49.*

Verum his non obſtantibus re diligenter, atque matura conſideratione examinata, contrarium puto de iure verius, poſſe ſcilicet Do. Franciſcam Margaritam petere ſummam trium millium ducat. quorum præſtatione fuit Do. Comitiſſa grauata in teſtamento, non obſtante, quod redditus elegerit, non palatium, cuius contemplatione fuerat onerata. Moueor autẽ, vt ita ſ nniam, hiſce fundamentis, &

Primò *l. Alumnæ. 30. §. qui filias. ff. de adimen. leg.* vbi, licet teſtator in ſequentibus codicillis feciſſet longè aliam diuiſionem, atque diuerſam ab ea, quam prius fecerat in teſtamento, non tamen cenſentur reuocata onera, quæ duobus ex cohæredibus fuerant iniuncta in teſtamento, quia per ſequentes codicillos nõ cenſetur à tota voluntate receſſum, ſed in iis tantũ
28 rebus, quas teſtator reformaſſet; † *quam regulã tradiderunt etiam Dec. conſ. 189. nu. 8. Pariſ. conſ. 34. num. 49. vol. 2. & conſ. 103. nu. 27. vol. 3. Natt. d. conſ. 476. num. 14. Roll. conſ. 31. num. 23. volum. 4. Crauet. conſ. 987. num. 34. Peregr. d. art. 16. nu. 49. & conſ. 65. num. 5. vol. 3. Menoc. conſi. 452. nu. 11.* Vnde, cum in caſu noſtro circa onus non legatur teſtamentum reformatum. Conſequẽs eſt, vt ab eo non cenſeatur teſtator receſſiſſe.

Secundò moueor, quia regula generalis eſt, onera, qualitates, & conditiones adiectas in teſtamento cenſeri repetitas in ſequentibus co-
29 dicillis. † *l. Caio Seio. 13. in princ. ff. de alim. leg. l. cum ſeruus. 18. ff. de fund. inſt. l. 3. ff. de fund. inſtr. & tradunt Natt. d. conſi. 476. num. 10. Peregr. d. art. 16. num. 49. & d. conſ. 68. num. 9. vol. 3. Menoc. d. conſ. 452. nu. 1.*

Tertiò ſpecialiter deueniendo ad terminos caſus noſtri moueor, quia, quando res vni legata in teſtamento cum aliqua qualitate, vel onere eidem ſimpliciter relinquitur in codicillis, ſi poſterior diſpoſitio citra qualitatis, vel oneris repetitionem ſit à prima diuerſa, nõ intelligitur facta, vt à qualitate, vel onere recedatur, ſed ad alium finem: Et ideo qualitas, vel onus adiectum in teſtamento, cenſetur repeti-
30 tum in codicillis, † *vt tradunt Dec. d. conſi. 189. num. 8. Natt. d. conſ. 476. num. 13. & 14. & Pereg. d. conſ. 68. num. 10. vol. 3.* Sed in caſu noſtro diſpoſitio facta in codicillis non eſt ſimilis diſpoſitioni factæ in teſtamento, ſed diuerſa, q[uia] in teſtamento legatum eſt palatium, in codicillis verò, vel palatium, vel redditus Caballarij Maioris. Ergo, licet onus adiectum in teſtamẽto non ſit expreſsè repetitum in codicillis, nõ tamen debet intelligi facta poſterior diſpoſitio ad hoc, vt onus tolleretur, ſed potius ad alium finem, ideſt ad finem ampliandi legati, ita, vt Dom. Comitiſſa, quæ virtute teſtamenti non poterat habere niſi palatium, habeat vel palatium, vel redditus Caballarij Maioris. Ceſſat enim in hoc caſu ratio, propter quam dicimus tranſlationem legati ſimpliciter factam in codicillis in perſonam eiuſdem legatarij, intelligi factam ſine onere: nam hoc ideo fit, quia alioquin ſecunda diſpoſitio eſſet prorſus inutilis *contra regulam. l. ſi quando 112. in princ. ff. de leg. 1.* & ideo, vt aliquid operetur, dicimus
31 intelligi factam oneris tollẽdi cauſa, † *vti conſiderant Bar. in d. l. ſi tibi. 28. & in d. l. alumnæ. 30. §. qui filias. ff. de adim. leg. Caſtr. in d. l. legatum ſub conditione. 94. ff. de cond. & demonſt. Dec. d. conſil. 189. num. 8. Natt. d. conſ. 476. num. 13. & 14. Peregr. d. art. 16. num. 49. & d. conſ. 68. nu. 10. volu. 3.* At in caſu noſtro, licet intelligatur repetitum onus, non tamen remanet inutilis diſpoſitio facta in codicillis, quia operatur, vt legatum, quod erat in teſtamento ſimplex, fiat alternatiuum. Ergo tanquam ceſſante ratione diſpoſitionis *d. l. ſi tibi*, ceſſare debet & eius diſpoſitio
32 † *l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patr. c. cum ceſſante. de appell.*

Quarto multo magis hoc eſt dicendum in caſu noſtro, in quo teſtator expreſsè declarauit in codicillis, ſe confirmare teſtamẽtum in reliquis per codicillos non mutatis; nam, licet hæc clauſula tacitè ſoleat intelligi, ſcilicet, q[uia] per codicillos non cenſetur receſſum à tota voluntate, ſed tantum in reformatis. *d. l. alumnæ. 30. §. qui filias. ff. de adim. leg.* tamen, ſi fuerit expreſſa, ponit rem extra omnem dubitationem,
33 † *vt in terminis noſtris conſiderant Natt. d. conſil. 476. num. 4. Roll. d. conſ. 31. num. 17. vol. 4. Peregr. d. art. 16. num. 49. & d. conſ. 68. num. 7. vol. 3.* ſcilicet, quia potentius eſt expreſſum, quam tacitũ
34 † *l. nonnunquam. 51. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi quis Sempronium. 68. ff. de hæred. inſtit. l. expreſſa. 156. & ibi Dec. num. 5. ff. de reg. iur. Cagn. in l. cum quid 3. num. 5. verſ. vnde. ff. ſi cert. pet. Decia. conſil. 73. num. 35. vol. 2. Caph. conſi. 501. num. 50. Meno. conſ. 110. num. 45. Surd. conſ. 10. num. 24. & conſi. 71. num. 14.* Quòd multo magis procedere debet in caſu noſtro, in quo dictum eſt, confirmari teſtamẽtum in omnibus, & per omnia; nam hæc verba tanquam vniuerſalia, & geminata omnes omnino diſpoſitiones comprehendũt,
35 † *vt not. omnes in l. 1. ff. de leg. 1. & tradunt Socin. ſen. conſ. 68. num. 21. vol. 1. Ruin. conſ. 45. num. 6. vol. 1. Roll. conſ. 60. nu. 18. vol. 1.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, talem confirmationem nihil in caſu noſtro poſſe operari, quia vis eius conſiſtit tantùm in non mutatis, cum alioquin legatum prius videatur mutatum etiam reſpectu oneris, quia reſpon. mutata ea tantũ dici, quæ reperiuntur ſcripta in co-
36 dicillis, & oculis corporeis legi poſſunt, † *vt tradit Natt. d. conſ. 476. nu. 6.* & in caſu noſtro ratione oneris nullum mutationis verbum in codicillis reperiri.

Quintò moueor authoritate. *Natt. d. conſil. 476. per tot. Roll. d. conſ. 31. per tot. vol. 4. Peregr. d. conſil.*

conſil.68.num.7. vol.3. Menoc. d.conſ.452.num.
37 11, qui in terminis noſtris ſcripſerũt † eum, qui prius diſpoſuerat cum onere, deinde in codicillis fecit eandem diſpoſitionem non repetito onere, ſed in aliqua re diuerſam à præcedenti, non cenſeri receſſiſſe à prima voluntate, quoad onus *per d.l. alumnæ, 30.§. qui filias:* Maximè, ſi in codicillis teſtator expreſsè confirmauerit diſpoſita in teſtamento in non mutatis, prout fecit in caſu noſtro.

Sextò teneri D. Comitiſſam præſtare onus, licet non elegerit palatium, ſed redditus Caballarij Maioris poſito, quod onus reſpectu palatij cenſeatur repetitum in codicillis eſt *tex. in l. planè.97.§. ſi cui Stichus, ff. de leg. 1.* in quo proponitur ſpecies omnino ſimilis caſui noſtro: nam ibi teſtator legauit alternatiuè Stichum, aut Damam, hic palatium, aut redditus Caballarij Maioris, & tam ibi, quàm hic dedit electionem legatario, onuſque adiecit reſpectu vnius tantùm rei ex duabus alternatiuè relictis: nam ibi grauauit legatarium alteri præſtare Stichũ: hic grauauit ſoluere certam ſummam reſpectu palatij, & vtrobique legatarius elegit rem, cuius ratione non erat grauatus: Et tamẽ I.C. ſcribit teneri nihilominus legatarium præſtare onus iniunctum, & ſubijcit rationem, quia, ſi res, quam elegit, eſt minoris valoris, quã res, in qua fuerat grauatus, ſibi debet imputare, cur alteram non elegerit, nec debet excuſari, cum per eum ſteterit, quo minus ex teſtamento haberet id, cuius ratione fuerat grauatus, ſi vero eſt maioris valoris, multò magis debet teneri, quia, ſi teſtator voluit eum grauare, ſi elegiſſet rem minoris valoris, cur non multo ma-
38 gis, ſi rem maioris valoris? Quamobrẽ † *Bart. Bal. Caſtr. Imol. & alij in d.§. ſi cui Stichus*, generaliter definiunt, grauatum in altero de alternatiuis teneri, quicquid eligat. Omnimodo igitur tex. ille determinat hanc dubitationem, vt proinde non ſit amplius de hac re ambigendum.

Septimò, & vltimo ſuadet hoc ipſum rationis identitas: nam ratio, quæ mouit teſtatorẽ ad grauandam D. Comitiſſam præſtatione pecuniæ eſt, quia volebat quidem eam tanquam primogenitam habere aliquid præcipuum, & ſupra portionem hæreditariam, ſed nolebat inducere talem inæqualitatem inter ſorores, vt præbere poſſet anſam D. Franciſcæ Margaritæ de ſe conquerendi: Et ideo prælegauit quidem D. Annæ Mariæ palatium, quod valet decem mille ducat. ſed inæqualitatis exceſſiuæ euitandæ gratia, grauauit eam, vt ſorori præſtaret ſummam trium millium ducat. Hæc igitur ratio locum habet, & in altera re, quæ fuit alternatiuè relicta, quia, niſi teneretur D. Comitiſſa præſtare dictam ſummam, magna, imò maior, quã reſpectu palatij naſceretur inæqualitas, cum valor redituum Caballarij Maioris, ſit maior, quã valor palatij. Ergo propter identitatem rationis debet onus intelligi repetitũ etiam in caſu, quo D. Comitiſſa rem alteram eligeret, quia, vbi militat ratio diſpoſitionis,
39 ibi locum habere debet diſpoſitio. † *l. illud 32. in prin. ff. ad l. Aquil. l. vnic. ff. de bon. poſſ. ex teſtam. mil. l. a Titio. 108. ff. de verb. oblig.* & ex identita-
40 te rationis qualitas intelligitur repetita, † *vt not. Bal. in l. ei diuus. 9. in fi. C. de oper. liber. Et in his terminis tradit Nat. d. conſ. 476. nu. 1.*

Neque obſtant contraria: nam ad primum reſpon. quod dicitur reuocato legato cenſeri, quoque reuocatum onus illi adiectum, procedere, quando legatum omnimodo reuocatur, & adimitur: Nam ſublato emolumento non
41 poteſt onus conſiſtere. † *l. ab ea. 9. C. de fideicom. l. ſed & ſi ſic. 6. ff. de leg. 3.* Cæterum, quando legatum in eundem transfertur, tunc non intelligitur ſublatum onus, niſi cũ diſtinctione, quam poſtea referam.

Ad ſecundum verò reſpon. cum quærimus, an translatio legati cenſeatur facta cum onere, an verò ſine, diſtinguendos eſſe tres caſus,
42 † quorum

Primus eſt, quando translatio fit ab vno in alium, Et tunc intelligitur facta cũ ſuo onere. *d. l. Caio Seio. 13. in prin. ff. de adim. leg.*

Secundus caſus eſt, quando fit ab eodem in eundem, Et ſecunda diſpoſitio non continet aliquam diuerſitatem à prima, Et tunc, vt aliquid operetur, intelligitur facta ſine onere *d. l. ſi tibi. 28. ff. de adim. leg.*

Tertius caſus eſt, quando translatio fit ab eodem in eundem, ſed ſecunda diſpoſitio continet aliquam diuerſitatem à prima, Et tunc verius eſt, intelligi factam cum onere, *ſecundum ea, quæ latè diximus in tertio fundamento,*

Ad tertium reſpon. opinionem illam Ceph.
43 † non eſſe veram, & contrarium tenuiſſe Nat. & alios relatos in quinto fundamento, & maximè Peregr. qui *nu. 7.* reprobat in ſpecie Ceph. opinionem tanquam iuri, & præſumptæ voluntati teſtatoris contrariam.

Ad quartum denique reſponſio patet ex iis, quæ diximus in ſexto fundamento, vbi latè oſtendimus, onus ratione vnius rei alternatiuè relictæ iniunctum deberi, etiam ſi altera eligatur, Et ita iuris eſſe concludo, ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus, I. C.

Pro Illuſtriſſimo D. Comite Ludouico Cribello.

CONSILIVM XVI.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum, quando per ſubſequentem adoptionem infirmetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum per ſubſequentem filij adoptionem infirmatur.*
2 *Teſtamentum non infirmatur per ſubſequentem adoptionem, ſi in eo filius poſtea adoptatus iam fuerat inſtitutus, etiam, vt extraneus, nu. 11.*
3 *Adoptatus poſt teſtamentum æquiparatur poſthumo.*
4 *Poſthumus rumpit teſtamentum, ſi ſit præteritus, ſecus ſi inſtitutus. nu. 5.*
6 *Inſtitutio particularis ſufficit ad ſuſtinendum teſtamentum.*
7 *Inſtitutus in re particulari, ſi vniuerſalis poſtea deficiat, fit vniuerſalis per ius accreſcendi.*
8 *Verbum, inſtituit, eſt directum.*

9 Verbum

9 *Verbum, instituit, refertur ad vulgarem.*
10 *Verbum, instituit, cenſetur repetitum in omnibus clauſulis, quæ ab eodem reguntur.*
12 *Teſtamentum non poteſt reuocari, niſi ſolemniter.*
13 *Vocati ordine ſucceſſiuo intelliguntur vocati per fideicommiſſarium, ſi verba teſtatoris longum temporis tractum reſpiciant, Maxime appoſita clauſula codicillari.nu.14.*
15 *Incluſio vnius non eſt excluſio alterius; quod includitur per aliam diſpoſitionem, & alio iure.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

VIſis, ac diligenter perpenſis teſtamēti, & adoptionis verbis, puto non poſſe cenſeri reuocatum teſtamentum; ſed ei ſtandum eſſe cum ordine primogenituræ etiam in vniuerſali inſtitutione conſtitutæ.

Moueor autem, quia, licet teſtamentum per ſubſequentem adoptionem infirmetur, quaſi
1 agnatione ſui hæredis † *l. certum. 8. in prin. ff. de iniu. rupt. l. filius a patre. 28. §. filiusfam. ff. de lib. & poſth. §. 1. inſt. quib. mod. teſta. inf.* hoc tamen procedit, cum is, qui poſtea adoptatur, fuit in illo teſtamento præteritus. Cæterum, cum fuit
2 inſtitutus, magis eſt, vt non rumpatur † *l. filio quem pater 23. §. vlt. d. l. filius a patre. 28. §. filiusf. verſ. ſed ſi hæres. ff. de lib. & poſth. l. ſi quis hæres. 18. ff. de iniuſt. rupt. & ſcribunt glo. in d. l. certum. 8. in prin. ff. eod. & in §. 1. in verb. rumpitur. inſt. quib. mod. teſt. inf. Caſtr. Alex. & Iaſ. in d. l. filio, quem pater. 23. §. 1. ff. de lib. & poſth. Bar. in d. l. ſi quis hæres. 18. & ibi Bald. & Caſtr. ff. de iniu. rupt. Bart. in d. l. filio, quem pater 23. in prin. nu. 2. & ibi Caſt. num. 5. ff. de liber. & poſth. quicquid in contrarium videatur ſentire Iaſ. in d. l. filius a patre. 28. §. filiusfam. num. 8. per illum tex. ff. eod.* Nam & poſthu-
3 mus, cui filius adoptatus comparatur † *d. l. filius a patre 28. §. filiusf. cum ibi not. & ſcribit glo. communiter approbata in rub. C. de poſth. hæred. inſtit.*
4 rumpit teſtamentum ſi ſit præteritus. † *l. poſthumi. 3. in prin. ff. de iniu. rupt. §. poſthum. inſt. de exh.*
5 *lib.* non etiam, ſi inſtitutus † *l. cum poſthumus. 22. ff. de lib. & poſthu.* In caſu autem noſtro fuit inſtitutus Do. Comes Ambroſius Antonius non ſolum particulariter in bonis feudalibus, de quibus teſtator poterat diſponere, quæ particularis inſtitutio ſola fuiſſet ſufficiens ad ſu-
6 ſtinendum teſtamentum, † *l. omnimodo. 30. in prin. cum 2. ll. ſeqq. C. de inoffic. teſtam,* maximè, cum hærede vniuerſali defuncta ante teſtatorem ipſe per ius accreſcendi cenſeri potuerit
7 hæres vniuerſalis † *l. 1. §. ſi ex fundo, & ibi Caſtr. num. 3. ff. de hæred. inſt. l. quoties. 9. §. ſi duo, & ibi Bart. num. 3. ff. eod. Bald. in l. quoties. 13. num. 1. & ibi Caſtr. num. 2. Alex. num. 5. verſ. aut cohæres, vbi teſtatur hanc eſſe magis communem, Iaſ. num. 6. C. eod. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 9. tit. 13. num. 9. Graſſ. in §. inſtitutio. q. 22. num. 3.* ſed etiam, quia fuit vulgariter ſubſtitutus matri ſuæ hæredi vniuerſaliter inſtitutæ, per illa verba, *Inſtituit D. Margaritam &c. & poſt eam D. Ambroſium Antonium*, quippe quæ continent vocationem ſucceſſiuam, & quidem per vulgarem,
8 ob verbum inſtituit, quod eſt directum † *l. quoniam indignum. 15. C. de teſta.* & ad vulgarem re-
9 fertur, † *vt poſt DD. in l. Gallus. 29. §. quidam recte ff. de lib. & poſth. tradunt Ruin. conſ. 99. num. 1. vol. 2. Purpu. conſ. 30. num. 5. Decia. conſ. 1. num. 237. vol. 1. & conſ. 26. num. 35. vol. 2. Clar. in §. teſtamentum q. 82. num. 4. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 4. tit. 8. num. 30. Graſſ. in §. inſtitutio. q. 20. nu. 17. Lader. conſ. 92. num. 8. Menoc. conſ. 496. num. 8. verſ. nunc de ſecunda, & de præſ. lib. 4. præſ. 71. num. 7. Pereg. de fideic. art. 18. num. 4* quod quidē verbum, inſtituit, poſitum initio diſpoſitionis cenſetur repetitum in ſequēti clauſula, *Et poſt*
10 *eam &c.* quæ ab eodem verbo regitur, † *vt ait Lader. d. conſ. 92. num. 9.* & ideo cum ipſo fuerit ſubſtitutus, & conſequenter inſtitutus, & per mortem matris, quæ viuo teſtatore deceſſit, hæreditas ad eum peruenerit iure directo, nō eſt, quod tractet de rumpendo teſtamento.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, fuiſſe tūc ſubſtitutum, non tanquam filium, ſed tanquam nepotem, vtpote, cum eo tempore nondum eſſet facta adoptio, quia reſpon. hoc ſufficere; nā inſtitutio facta de perſona extranei ſuſtinet teſtamentum, licet inſtitutus poſtea adoptetur.
11 † *l. 2. § ſed & ſi quis extraneum. ff. de vulg. d. l. filio quem pater. 23. §. vlt. ff. de lib. & poſth. d. l. ſi quis hæres. 18. ff. de iniu. rupt.*

Minus eſt contrarium, quod in adoptione dictum ſit, factam eſſe adoptionem D. Ambroſij Antonij eo animo; *vt in ipſius Comitis Ludouici bonis, iuribus, & hæreditate ſuccedat, quibuſcunque in contrarium facientibus non attentis*, quia per hæc verba non poteſt cenſeri derogatum teſtamento, tum quia teſtamentum non poteſt
12 reuocari, niſi ſolemniter † *l. ex parte. 22. ff. de adim. leg. § ex eo. inſt. quib. mod. teſt. inf.* tum etiā, quia teſtamentum non impedit, quominus filius adoptatus ſuccedat in bonis, & hæreditate adoptantis, cum in eo fuerit vulgariter ſubſtitutus; Itaque de eo nō poſſunt accipi ſupradicta verba.

Quo poſito, quia in eodem teſtamento fuerunt a teſtatore ordine ſucceſſiuo vocati omnes primogeniti maſculi in infinitum, & eis deficientibus fœminæ primogenitæ, & hæc vocatio aliorum primogenitorum non poteſt intelligi directo, ſcilicet per vulgarem, quæ non poteſt in infinitum extendi, cum per aditionem primi extinguatur *l. poſt aditam. 5. C. de imp. & al. ſub.* neceſſariò debet intelligi per fideicommiſſum; quia, quoties plures vocantur ordine ſucceſſiuo, & adſunt verba, quæ longum habēt temporis tractum, prout habent illa, *vſq; in infinitum*, ordo ille ſucceſſiuus debet intelligi
13 per fideicommiſſum † *l. vlt. C. de verb. ſignif. & ſcribunt Ruin. conſ. 92. num. 8 & conſ. 159. num. 22. vol. 2. Soc. iun. conſ. 136. num. 18. vol. 3. Decian. conſ. 1. num. 244. vol. 1. Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 71. num. 34.* ne alioquin, ſi intelligeretur facta vocatio per ſolam vulgarem ſtatim atq; fuiſſet adita hæreditas à primo extinguantur omnes ſequentium vocationes contra mentem teſtatoris. Idque maximè procedit, cum addita
14 fuit clauſula codicillaris, † *vt ſcribunt Crau. conſ. 22. num. 3. Pereg. de fideic. art. 18. num. 21. in fin. & Menoc. d. præſ. 71. num. 36.* prout addita fuit in caſu noſtro. Itaque per talem vocationem cenſetur D. Ambroſius Antonius vulgariter ſubſtitutus, & per fideicommiſſum grauatus hæreditatem primogenito ſuo reſtituere, & ſic deinceps cenſentur omnes grauati in infinitum.

Huic autem ordini primogenituræ non fuit per aliquam diſpoſitionem ſubſequentem derogatum,

rogatum, non per adoptionem, quæ, vti ſupra dictum eſt, non derogauit teſtamento, nec per confirmationem adoptionis factam à Rege Philippo, in qua leguntur hæc verba, *Quod D. Antonius Ambroſius primogenitus præf. ææ Margaritæ, & eius heredes ſeruato ordine primogenituræ ad ſucceſſionē in prædictis bonis, & locis feudalibus*, &c. quæ feudalium incluſio, videtur excludere allodialia *l. cum prætor. 12. in princ. ff. de iudic.* quia, cum talis confirmatio non fuerit facta, niſi ratione feudorum, ad quæ nō potuiſſet adoptatus admitti ſine confirmatione Principis, mentio feudalium non cenſetur facta ad excluſionem allodialium reſpectu primogenituræ, ſed quia de feudalibus tantum agebatur; incluſio enim vnius non eſt excluſio alterius, quod includitur per aliam diſpoſitionē,
15 & alio iure, † *vt ſcribunt Beret. conſ. 116. nu. 51. Ozaſ. deciſ. 85. num. 12. Menoc. conſi. 86. num. 20. Surd. conſ. 25. num. 35. conſ. 80. num. 37. conſ. 94. num. 36. & conſ. 339. num. 30.* Hæc autem vel eo magis dicenda ſunt, quo poſt adoptionem cōſtat teſtatorem voluiſſe perſeuerare in diſpoſitione teſtamentaria: Nam in acceptatione primogenituræ facta per D. Margaritam teſtator vult in alijs firmum manere teſtamentum, his verbis, *Salua ſtante in reliquis adoptione, & ſua teſtamentaria diſpoſitione præmiſſa*: Quamobrem ex his omnibus concludo nō poſſe euitari primogenituram in bonis in inſtitutione vniuerſali comprehenſis conſtituta, ſed eſſe recurrendum ad detractiones, de quibus in actis, ſaluo & cæt.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Illuſtri Dom. Melchiore Catio Nouarienſi.

CONSILIVM XVII.

ARGVMENTVM.

An alienans partem contra prohibitionem teſtatoris cadat à toto, Et cui portio alienata deferatur, Et an, & quando in fideicommiſſis filius intret locum patris, Et an alienans contra prohibitionem teſtatoris, vel eius hæres poſſit res vel à ſe, vel ab alijs alienatas reuocare, Et, quādo cenſeatur ꝓhibita detractio trebellianicæ.

SVMMARIVM.

1 *Alienans partem contra prohibitionem teſtatoris non cadit à toto, licet nonnulli contra ſenſerint. num. 2.*

3 *Teſtator poteſt prohibere alienationem ſub pœna priuationis hæreditatis.*

4 *Prohibitus alienare ſub pœna priuationis hæreditatis ſtatim ſecuta alienatione priuatur.*

5 *Prohibitio alienationis extra familiam inducit fideicommiſſum in caſum alienationis fauore familiæ.*

6 *Proximiores de familia cenſentur gradatim vocati ad fideicommiſſum relictum familiæ.*

7 *Pares in gradu ſunt pariter admittendi ad fideicommiſſum relictum familiæ.*

8 *Proximitas teſtatoris, non grauati attenditur in fideicommiſſo relicto familiæ, Sed contra nu. 33.*

9 *Nominati primo loco vocantur, & cæteris omnibus præferuntur in fideicommiſſo relicto familiæ, & num. 12. Declara, niſi grauatus relinquat deſcendentes, vt nu. 88.*

10 *Caſus non porrigitur ad caſum in fideicommiſſis.*

11 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

13 *Etiamſi, dictio ſtat ampliatiuè, non reſtrictiuè.*

14 *Acceſſoria diſpoſitio recipit declarationem à principali.*

15 *Relatio cenſetur fieri cum omnibus ſuis qualitatibus.*

16 *Videlicet, dictio, eſt præcedentium declaratiua, & ſimul reſtrictiua.*

17 *Caſus non expreſſus, quando eſt ſimilis expreſſo, & in eo militat eadem ratio, non dicitur omiſſus, ſed ſub expreſſo continetur.*

18 *Pars vna teſtamenti declarat aliam.*

19 *Mens teſtatoris qualis fuit in vna parte, talis præſumitur fuiſſe in alia, maximè, quando ratio diuerſitatis conſiderari non poteſt. nu. 20.*

21 *Etiamſi, dictio, eſt implicatiua.*

22 *Bona, quibus hæres priuatur ob non ſeruatam voluntatem teſtatoris, de iure communi deferuntur ſubſtitutis eo ordine, quo ſubſtituti ſunt.*

23 *Fideicommiſſaria reciproca reſultat inter grauatos poſt mortem, licet non ſit facta vltimo morienti, ſi prohibita ſit bonorum alienatio, & addita ſint illa verba, Tunc, & eo caſu, nu. 24.*

25 *Vocatus in caſum mortis cenſetur quoq; vocatus in caſum priuationis, ſiue alienationis.*

26 *Alienans contra prohibitionem teſtatoris perinde remanet priuatus portione ſibi relicta, atque ſi nunquam eam agnouiſſet.*

27 *Clauſula, ex nunc, prout ex tunc operatur retrotractionem ad tempus teſtamenti, & facit, vt contraueniens cenſeatur priuatus etiam viuo teſtatore nu. 28. & perinde habeatur, ac ſi non eſſet inſtitutus. num. 100.*

29 *Portio illius, qui propter inobedientiam priuatur, pertinet ad coniunctum.*

30 *Ius accreſcendi locum habet etiam poſt acquiſitionem, quando quis priuatur portione ſibi relicta ex diſpoſitione legis, vel teſtatoris.*

31 *Subſtitutus præfertur coniuncto.*

32 *Coniunctus, qui poteſt habere ius accreſcendi, præfertur ſubſtituto, & impedit, ne pluralitas reſoluatur in ſuas ſingularitates.*

33 *Proximitas grauati ſpectatur in fideicommiſſis, maximè, quando ex coniecturis apparet talem fuiſſe mentem teſtatoris. nu. 34.*

35 *Proximitas teſtatoris attenditur in fideicommiſſis, quando ex coniecturis apparet de ea ſenſiſſe teſtatorem.*

36 *Proximitatem grauati ſpectandam arguimus ex eo, quod teſtator prohibuerit alienationem extra familiam hæredum.*

37 *Proximitatem propriam cenſetur teſtator voluiſſe ſpectari, cum prohibuit alienationem extra ſuā familiam.*

38 *Teſtator inſtituens filios hæredes vniuerſales, & filias particulares, & vni eorum decedenti ſubſtituens ſuperuiuentes, non cenſetur vocaſſe fœminas ſimul cum maſculis.*

39 *Filius ingreditur locum patris, & concurrit cum patruo etiam in fideicommiſſo relicto à tranſuerſali, Sed contra nu. 43. Declara, vt nu. 44.*

40 *Fideicommiſſorū ſucceſſiones regulantur ad exemplum*

Digitized by Google

plum ſucceſſionum ab inteſtato.
41 Teſtator fideicommittendo cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.
42 Filius fratris de iure communi concurrit cum patruo in ſucceſſionibus legitimis.
43 Filius in fideicommiſſis intrat locum patris.
45 Repreſentationis ius ceſſat, quando nõ tractatur de ſucceſſione aſcendentis, vel patrui, aut amitæ, auunculi, vel materteræ.
46 Filius fratris non poteſt ingredi locũ patris, quando teſtator fratres nominatim vocauit.
47 Alienationem nullam ipſemet alienans reuocare poteſt, Declara, vt nu. 65. & ſeqq.
48 Factum proprium quilibet impugnare poteſt, ſi ſit inualidum, & nullum, Declara, vt num. 65. & ſequen.
49 Alienatio facta contra expreſſam prohibitionem teſtatoris eſt ipſo iure nulla, Intelligas reſpectu vocatorum in caſum alienationis, non autem reſpectu alienantis. nu. 50.
50 Alienans contra expreſſam prohibitionem teſtatoris poteſt ipſemet alienationem reuocare, Sed contra nu. 56. & 72.
51 Cauſam ob ſuperuenientem licet vniuiquie venire contra pacta, & conuẽtiones, Declara, vt nu. 73.
52 Venire contra factum proprium nemo poteſt.
53 Alienans priuat ſe facultate reuocandi rem alienatam.
54 Alienans obligatur de euictione.
55 Actio de euictione quem tenet, eundem agentem repellit exceptio.
57 Hæres eſt eiuſdem poteſtatis, cuius eſt defunctus.
58 Hæres facilius poteſt impugnare factum defuncti, quam ipſemet defunctus.
59 Hæres alienationem factam a defuncto contra expreſſam prohibitionem teſtatoris impugnare non poteſt.
60 Ius ſuperueniens in perſonam authoris confirmat ius in perſona ſucceſſoris.
61 Vendens rem alienam, ſi poſtea ſuccedat domino, non poteſt alienationem reuocare.
62 Fideicommiſſum purificatur ſtatim ſecuta alienatione rei prohibitæ alienari.
63 Dominium rei alienatæ contra prohibitionem teſtatoris ipſo iure transfertur in fideicommiſſarium.
64 Hæres ſuccedit in dominium rerum defuncti.
68 Alienatio facta contra prohibitionem teſtatoris eſt nulla ex cauſa priuata.
69 Alienatio rei prohibitæ alienari valet irreuocabiliter, ſi omnes vocati conſenſerint.
74 Prohibitus alienare extra familiam poteſt relinquere vni de familia.
75 Prohibito aliquo cenſetur prohibitum id omne, per quod peruenitur ad illud.
76 Prohibitus alienare extra familiam cenſetur quoque prohibitus inſtituere hæredem extraneum.
77 Fideicommiſſi iure priuatus cenſetur, qui propter contrauentionem fuit priuatus bonis teſtatoris.
78 Alienans contrã prohibitionem teſtatoris priuatur omnibus eius bonis, etiam, quæ in futurum conſequi poſſet.
79 Cauſa priuationis durante durat priuatio.
80 Concedi per indirectum non debet, quod recta via prohibetur.
81 Pars non capientis accreſcit capienti.
82 Partem facit, qui non per ſe, ſed per alium admittitur ad partem.
83 Declaratur l. vnum ex familia. 69. §. ſed ſi duo. ff. de leg. 2.
84 Subſtitutus non admittitur, quando inſtitutus priuatur bonis fauore fiſci.
85 Ius accreſcendi eſt tacita quædam ſubſtitutio.
86 Ius accreſcendi non habet locum in rebus diuerſis, nec in diuerſis teſtamentis. nu. 87.
89 Teſtator in parte vni relicta cenſetur eius deſcendentes omnibus prædilexiſſe.
90 Prohibitio alienationis regulatur ſecundum qualitates, & terminos præcedentis ſubſtitutionis.
91 Trebellianica detractio cenſetur prohibita ex coniecturis.
92 Trebellianica detractio cenſetur prohibita, ſi teſtator prohibeat alienationem, Etiamſi prohibitio ſit omnium bonorum. nu. 94. licet nonnulli contra ſenſerint. nu. 93. Maxime, quando prohibitio non ſolum eſt facta hæredibus, ſed etiam hæredibus hæredum. nu. 95.
96 Trebellianicæ detractio cenſetur prohibita, cum teſtator voluit hæreditatem ad vocatos pleno iure pertinere.
97 Trebellianica ceſſat, quando teſtator ob inobedientiam priuat hæredem bonis, & hæreditate ſua.
98 Trebellianica non, niſi ab hæredibus detrahi põt.
99 Hæres priuatus propter inobedientiam non remanet hæres, & perinde habetur, ac, ſi non adijſſet.
101 Trebellianicam detrahere non poteſt hæres priuatus cum clauſulis, ex nunc, prout ex tunc.

FACTI SPECIES.

ILLVST. D. Ioan. Maria Catius Nouarienſis plures habens ex duobus fratribus præmortuis nepotes, videlicet DD. Gaſparem, & Melchiorem ex fratre Hieronymo, & DD. Petrũ Franciſcum, Albertum, ac Ludouicum ex fratre Io. Baptiſta, condidit anno 1566. die prima Februarij teſtamentum, in quo poſt legata ſingulis ex vtroque fratre nepotibus relicta, inſtituit hæredes vniuerſales ſolos nepotes ex fratre Io. Baptiſta, deinde prohibuit omnibus nepotibus bonorum alienationem, his verbis, *Prohibens etiam per eos* (nepotes ſcilicet ex fratre Io. Baptiſta) *& eorum hæredes, ac prohibens etiam dictos Magnificos DD. Io. Gaſparem, & Melchiorem, & eorum hæredes in euentum, in quem conceſſerint ipſum andamentum, de quo ſupra, ad aliquẽ actum deuenire, per quem bona ipſa, ſic, vt ſupra reſpectiuè legata, & in quibus inſtituti fuerunt hæredes reſpectiuè, exirent extra familiam eorum, & eius hæredum, & obi deuenerint, ſeu aliquis eorum deuenerit, ſeu deuenire voluerint, ſeu voluerit ad ipſum actum, etiamſi eſſet actus alienationis per modum delinquendi, per quem bona venirent confiſcanda, ex nunc, prout ex tunc priuauit, & priuat ipſum talem alienantem, & delinquentem, ſeu qui alienare, & delinquere voluerit ab hæreditate, & à bonis dicti Magn. D. teſtatoris, ſic, vt ſupra reſpectiuè legatis, & in quibus ipſos hæredes particulares, & vniuerſales inſtituit, vt ſupra, & voluit, & vult ex nunc, prout ex tunc, talia bona, & hæreditatem ipſius Magn. D. teſtatoris peruenire, videlicet, ſi ipſe Magn. D. Petrus Franciſcus commiſeret aliquod delictum, quod dicta bona, & iura vt ſupra legata, & inſtituta perueniant in dictos Magnifi. DD. Io. Albertum, & Ludouicum, & è conuerſo, & ſimiliter, ſi omnes tres cõmiſerint aliquod delictum, quod ipſa bona, & hæreditas perueniant, & peruenire debeant in dictos Magn. DD. Gaſparem, & Melchiorem; Vbi vero ipſe Magn. D. Ioan.*

Gaſpar

Gaſpar commiſerit aliquod delictum, quod dicta bona vt ſupra legata perueniant, & peruenire debeant in dictum Melchiorem, & econuerſo, vbi vero ambo commiſerint aliquod delictum, quod dicta bona perueniant, & peruenire debeat in dictos Magnif. DD. Petrum Franciſcum, & fratres de Catijs, & ſic ſucceſſiue in eorum reſpectiue hæredes, ita, quod ille, qui deliquerit, ſeu illi, qui deliquerint ex eis, ſtatim patrato delicto cenſeantur, & ſint priuati, prout ex nunc ipſe Magn. D. teſtator eos in caſu præmiſſo priuauit, & priuat a bonis, & hæreditate prædictis, & ipſa bona, & hæreditas deuoluatur, & ſit pleno iure illius, ſeu illorum ex ipſis Magn. DD. de Catijs ſuperius nominatis, qui non deliquerit, ſeu, qui nō deliquerint ſingula ſingulis congrue, & debite referendo vt ſupra.

Item ſtatuit, & ordinauit, iuſſit, voluit, & præcepit ipſe Magn. D. teſtator in euentum, in quem continget dictos Magn. DD. Petrum Franciſcum, Io. Albertum, & Ludouicum, eius hæredes, vt ſupra inſtitutos omnes tres decedere quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, quod tunc, & in caſu prædicto ſuccedant, & ſuccedere debeant in bonis, & hæreditate ipſius Magn. D. teſtatoris ipſi Magn. DD. Io. Gaſpar, & Melchior fratres de Catijs, quos eo in caſu inſtituit, ſeu ſubſtituit ſibi, & bonis ſuis hæredes vniuerſales, etiam ipſos Io. Gaſparem, & Melchiorem ore ſuo proprio nominando in caſu prædicto vulgariter, & per fideicommiſſum grauans, prout grauauit, & grauat, eo in caſu dictos Magn. DD. Petrum Franciſcum, Io. Albertum, & Ludouicum ad eiſdem Mag. DD. Gaſpari, & Melchiori reſtituendum totam hæreditatem, ac omnia, & ſingula bona, res, & iura hæreditaria præfati Magnifi. D. teſtatoris ſine deductione alicuius legitimæ, & trebellianicæ, nec alicuius partis, quouis modo præfatis Magn. DD. Petro Franciſco, & fratribus tanquam hæredibus vt ſupra inſtitutis debitæ iure naturæ, vel aliter, ex quo in caſu præmiſſo, vbi contingat dictos Magn. DD. Petrum Franciſcu, & fratres decedere ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis vt ſupra, intendit, & vult ipſe Magn. D. teſtator, quod omnia eius bona, res, & iura, eo in caſu ſint, & eſſe debeant dictorum Magn. Io. Gaſparis, & Melchioris, ſeu eorum filiorum legitimorum, & eiſdem in totum reſtituantur.

Vbi vero ipſi Magn. DD. Io. Gaſpar, & Melchior decederent quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, eo in caſu ipſe Magn. D. teſtator ſtatuit, & ordinauit, & iuſſit voluit, & præcepit, quod omnia bona eiſdem vt ſupra legata, & in quibus inſtituti fuerint hæredes particulares, reuertantur, & reuerti debeant, ac ſint in totum ipſorum Magn. Petri Franciſci, & fratrum de Catijs, ſeu eius, vel eorum, qui tunc ſuperuixerint, vel eorum filiorum legitimorum, grauans, & grauauit, & grauat ipſe Magn. D. teſtator in caſu præmiſſo dictos Magn. DD. Io. Gaſparem, & Melchiorem ad reſtituendū dicta oīa bona eiſdem vt ſupra legata dictis Magn. DD. Petro Franciſco, & fratribus, ſeu, vt ſupra, abſque aliqua deductione, vt ſupra, etiam per fideicommiſſum.

His ita diſpoſitis deceſſit teſtator, &. poſt eius mortem primus omniū alienauit D. Gaſpar, deinde deceſſit D. Petrus Frāciſcus relicto D. Io. Baptiſta filio legitimo, & naturali, poſtea & D. Albertus alienauit, Mox deceſſit D. Ludouicus. inſtitutis hæredibus vniuerſalibus prædictis DD. Alberto, qui iam alienauerat, & Io. Baptiſta filio D. Petri Franciſci prædefuncti, qui D. Io. Baptiſta & ipſe poſt mortem D. Ludouici alienauit, tandem mortuus eſt D. Albertus ſine liberis ſuperſtite adhuc D. Melchiore: Vnde de pluribus dubitari contigit, &

Primò, an, qui partem tantum bonorū alienauit, ſit nihilominus tota, vel bonorum, vel hæreditatis parte ſibi relicta priuandus.

Secundo dato, quod ſit in totum priuandus, ad quem debuerit pertinere portio D. Gaſparis, qui alienauit, an ad D. Melchiorem ſolum, an verò etiam ad D. Petrum Franciſcum, & fratres eius, & contra, an pars D. Alberti, qui alienauerit, debuerit pertinere ad ſolos eius fratres, an verò etiam ad D. Melchiorem.

Tertiò dato, ꝙ ſuperſtitibus fratribus alienantis, alij non admittantur, an cum D. Ludouico fuerit admittendus D. Io. Baptiſta loco patris ſui præmortui ad reuocandam partem D. Alberti.

Quartò, ſi ſolus D. Ludouicus poterat eam reuocare, an quia decedens inſtituit D. Albertum, & D. Io. Baptiſtam potuerit idem D. Albertus ex perſona defuncti recuperare dimidiam bonorum, quibus fuerat priuatus.

Quintò, ſi non potuit D. Albertus, quis eam reuocare potuerit, an D. Io. Baptiſta, tanquam cohæres, an verò D. Melchior.

Sextò, ad quem pertineret reuocatio alterius dimidiæ bonorum D. Alberti, an ad D. Io. Baptiſtam hæredem D. Ludouici, an verò ad D. Melchiorem.

Septimò, quia D. Io. Baptiſta poſt mortem D. Ludouici, & ipſe alienauit, quis ſit admittendus ad reuocationem bonorum, hæreſne ipſius, an D. Melchior.

Octauo, & vltimo, an poſſit de prædictis bonis fieri aliqua detractio Trebellianicæ, quæ non in prohibitione alienationis, ſed in ſubſtitutione tantum legitur prohibita.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PErplexam mirum in modum reddiderunt hanc conſultationem numerus perſonarum, multitudo alienationū, & multiplicitas quæſtionum, quæ ex propoſita facti ſpecie naſcuntur: Vnde factum eſt, vt non potuerim conſueta temporis, & ſcribendi breuitate rem expedire, ſed diligenter omnibus perpenſis, & maturo conſilio examinatis dico tandem, quid de propoſita conſultatione ſentiam.

Incipiendo igitur à prima quæſtione, puto eam in caſu noſtro eſſe poſitam extra omnem dubitationem, quia, licet quæſtio ſit controuerſa, an alienans partem contra prohibitionem teſtatoris cadat à toto, & in ſimplicibus terminis prohibitæ alienationis videatur verior, & receptior opinio exiſtimantiū, non niſi ab alienata parte cenſeri quem cecidiſſe,
1 † *prout cenſuerunt Iaſ. in l. an prætor. 7. in prin. num. 5. ff. de iurem. Ruin. conſ. 119. num. 12. vol. 2. Alcia. conſil. 556. nu. 5. Burſa. conſ. 13. nu. 38. & conſ. 44. nu. 14. vol. 1. Menoch. conſ. 164. num. 22. vbi ait, hanc eſſe receptiorem & probabiliorem, Mago. deciſ. Flor. 19. per tot. vbi ait, contrariam ſententiam eſſe nimis aſperam, & Borgn. deciſ. 6. nu. 46. par. 3. vbi refert*

ita

1 *ita ſæpius fuiſſe iudicatum, Et cum hac etiam tan-*
quam receptiore tranſiuiſſe Excellen. Senatum re-
fert. Theſ.iun.lib.3.quæſt.for.q.59.num.3.in fi. &
2 *recte* quicquid cenſuerint † *Ang.conſ.168.num.*
5. Dec.in cap. de appellationibus num.12.extr.de
app. Anthar.q.fam.72.num.34.lib.1.& nouiſſime
Petr.de probib.alien.q.19.4.num.55.vſque ad nu.
36.& Theſ.iun.d.lib.3.q.59.nu.3. Tamen, quan-
do (vt in caſu noſtro) teſtator in caſum aliena
tionis priuauit contrauenientem bonis, & hæ-
reditate ſua, res caret dubio: nam, quia teſta-
tor poteſt prohibere alienationem ſub pœna
3 priuationis hæreditatis † *l.vn.C.de his,quæ pœn.*
nom.& ſcribunt Ruin.conſ.128.num.10.& 11.&
conſ.208.num.16.vol.1.Pariſ.conſ.17.col.3.in fin.
vol.3.Natt.conſ.675.num.1.Roll.conſ.56.num.6.
vol.1.& conſ.70.nu.5.vol.3.Menoch.conſ.5.. nu.
1.& conſ.937.num.4. ..., vt ſtatim atque res ali-
qua fuit alienata cenſeatur inobediens priua-
4 tur tota hæreditate teſtatoris, † *vt DD.ſupra re-*
lati tradiderunt, & probat §.ſi quis autem non im-
plens Auth.de hæred.& falc.col.1. Idque dubium
non habet. Quamobrem

Secunda ſuccedit dubitatio, an ad reuocan-
dam portionem D. Gaſparis, qui alienauit, ſo-
lus D. Melchior fuerit admittendus, an vero
etiam alij teſtatoris nepotes, & econuerſo,

Videretur autem primo aſpectu dicendum,
ſimul omnes fuiſſe admittendos, quia ex pro-
hibitione alienationis extra familiam, dubiũ
non eſt, quia ſit inductum fideicommiſſum in
5 caſum alienationis fauore ipſius familiæ † *l.fi-*
liusfa.117.§.cum pater.ff.de leg.1.l.peto.71.§.fra-
trẽ.l.cum pater.79.§.libertis l.codicillis 91.§.inſti-
tuto.ff.de leg.2.l.pater filium.36.§.filiam,& ibi
Bar.ff.de leg.3.Gabr.conſ.184.num.2.vol.1.Natt.
conſ.675.num.1.Cæph.conſ.393.num.193.& conſ.
417.num.1.Menoc.conſ.706.num.22.Pereg.conſ.
45.nu.1.vol.3. & quin ad id gradatim cenſean-
6 tur vocati omnes proximiores de familia † *l.cũ*
ita.33.§.in fideicommiſſo,& d.l.peto.71.§.fratre,
ff.de leg.2.l.fin.C.de verb.ſign.& ſcribunt Bart.in
l.ſi cognatis.20.nu.3.ff.de reb.dub.Alex.conſ.25.
num.1.vol.4.Soc.ſen.conſ.43.num.16.vol.4.Ruin.
conſ.35.num.10.vol.3.Pariſ.conſ.38.nu.1.& conſ.
40.num.11.vol.2.Natt.d.conſ.675.num.1.Clar.
in §.teſtamentum.q.6.num.13.Beret.conſ.128.
num.3.Cæph.conſ.103.num.3.& conſ.251.num.
82.Surd.conſ.41..num.9.& 20. adeo, vt ſi plu-
res ſint in eodem gradu, omnes ſimul ſint ad-
7 mittendi † *d.l.filiusfa.117.§.cum pater.ff.de leg.*
1.d.l.peto.71.§.fratre.ff.de leg.2.d.l.vlt.C.de verb.
ſign.& ſcribunt Iaſ.conſ.215.col.3.in prin.vol.2.
Gabr.conſ.107.num.1.vol.1.Mantic.de coniec.vlt.
vol.lib.8.tit.12.num.23. Vnde, cum in caſu no-
ſtro plures fuerint nepotes in eodem gradu cõ
ſtituti, conſequens videtur, vt ad reuocandam
alienationem factam contra præceptum teſta-
toris omnes ſimul ſint admittendi. Et, quam-
uis reſpectu alienantis non omnes ſint in pari
gradu, ſed ſoli fratres, tamen quia reſpectu te-
ſtatoris omnes eundem proximitatis gradum
obtinent, videntur omnes admittendi, quia in
fideicommiſſo relicto familiæ non ſpectatur
proximitas grauati, ſed teſtatoris, de cuius ſuc-
8 ceſſione tractatur, † *vt ſcribunt Bart.in d.l.ſi co-*
gnatis.20.num.2.ff.de reb.dub.Iaſ.conſ.215.in 1.
dub.vol.2.& conſ.159.num.1.vol.4.Ruin.conſ.
193.num.8.vol.2.& conſ.142.num.15.vol.3.Pa-
riſ.conſ.83.num.10.& conſ.98.num.36.vol.2.
Soc.iun.conſ.168.num.70.vol.2.Gabr.conſ.86.nu.
11.conſ.107.num.2.& conſ.121.num.10.vol.1.
Natt.conſ.675.num.24.Cæph.conſ.333.num.15.
conſ.457.num.9.& conſ.493.num.38.Decia.conſ.
64.num.6.vol.2.Mantic.de coniec.vlt.vol.lib.8.tit.
12.num.31.Tiraq.de retract.lign.§.1.gl.1.num.
20.Couar.cap.38.Pract.quæſt.nu.2.& 3.Rollan.
conſ.70.num.73.vol.3.Theſ.deciſ.64.in fin.vbi re-
fert ita fuiſſe iudicatum, Menoc.conſ.124.per tot.
ac præcipue num.30.& conſ.327.nu.93.Surd.conſ.
35.nu.2..verſ.quibus,& conſ.120.num.8.Andr.
Fach.lib.4.contro.cap.85.

Nec eſt quod aliquis obijciat, hæc procede-
re, quando neminem teſtator nominatim vo-
cauit, ſed ſimpliciter fideicommiſſum reliquit
familiæ. Cæterum, quando certas perſonas no-
minauit, illas eſſe admittendas cæteris omni-
9 bus etiam proximioribus excluſis, † *d.l.cum ita.*
33.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2. In caſu autem
noſtro teſtatorem nominatim vocaſſe D. Mel-
chiorem ad partem D. Gaſparis, & D. Ludoui-
cum ad partem D. Alberti, quia videtur poſſe
reſponderi, hoc potuiſſe obtinere, ſi nomina-
tim fuiſſent vocati in omnem caſum aliena-
tionis, aut ſimpliciter, & indefinite: Cæterum,
cum nominatim non fuerint vocati, niſi in ca-
ſum delicti, conſequens videri, vt in caſum
ſimplicis alienationis non cenſeantur nomi-
natim vocati: Nam in fideicommiſſis caſus
10 non porrigitur ad caſum, † *vt ſcribunt Soc.iun.*
conſ.4.num.13.vol.3.Gabr.conſ.95.num.3.vol.1.
Ozaſc.conſ.22.num.8.Menoch.de præſ.lib.4.præſ.
67.num.9.& præſ.73.num.1.conſ.171.num.20.
conſ.326.num.18.& conſ.379.num.12.Surd.conſ.
347.num.3.verſ.fortius, Pereg.conſ.55.num.24.
vol.2. & caſus omiſſus remanet in diſpoſitione
11 iuris communis † *l.commodiſſime.10.cum ibi no.*
ff.de lib.& poſthu.l.ſi cum dotem.23.in prin.ff.ſolu.
matr.l.ſi extraneus.6.ff.de cond.cauſ.dat.& ſcri-
bunt Alex.conſ.130.num.1.& 8.vol.2.Iaſ.conſil.
215.col.4.in prin.vol.2.Soc.ſen.conſ.62.nu.4.verſ.
ſed inſpecto.vol.3.Goz.ad conſ.21.num.8.Decian.
conſ.2.num.17.vol.2.& conſ.34.num.6.volum.3.
Menoc.conſ.324.num.8. Quinimo teſtator eo
ipſo, quod Do. Melchiorem ſolum vocauit in
caſum delicti à fratre ſuo commiſſi, cenſetur
in alijs caſibus voluiſſe, vt non ipſe ſolus, ſed
omnes nepotes ſimul admitterentur: nam in-
cludendo vnum caſum cæteros excluſit *l.cum*
prætor.12.in prin.ff.de iudic. &, ſi voluiſſet eum
ſolum vocare in caſum ſimplicis alienationis,
vtiq; expreſſiſſet, quomodo expreſſit in caſum
delicti *l.vn.§.ſin autem ad deficientis.C.de cadu.*
tollen.

Verum his non obſtantibus, contrarium pu
to de iure verius, ſcilicet ad reuocandam par-
tem D. Gaſparis ſolum D. Melchiorem admit
tendum, & contra ad reuocandam partem D.
Alberti D. Melchiorem cum fratribus eius cõ-
currere non poſſe, in quam ſententiam pluri-
bus fundamentis adducor, &

Primo, quia teſtator, poſtea quam prohibuit
omnibus nepotibus alienationem bonorum à
ſe relictorum, ſpecialiter declarauit, & nomi-
nauit eos, ad quos volebat in caſum alienatio-
nis bona ſua peruenire. Itaque ad bona D. Gaſ-
paris, vocauit D. Melchiorem, & ad bona D.
Alberti D. Ludouicum, & fratres eius. Quo fit,
vt res non ſit in dubium reuocãda propter cla-
ritatem verborum teſtatoris *l.ille aut ille.25.§.*
cum in

Digitized by Google

cum in verbis. ff. de leg.3. à quo nominati primo loco ſunt admittendi ad fideicommiſſum fa-
12 miliæ relictum † *d.l. cum ita. 33.§. in fideicommiſſo. ff. de leg.2. & ſcribunt Bart. in d.l. ſi cognatis. 20.num.3. ff. de reb. dub. Ruin. conſ.142. in fi. vol. 3. Pariſ. conſ.40. num.11. vol.2. Cephal. conſi.158. num.26. conſ.282. num.2. conſ.313. nu.18. & conſ. 416. num.24. Menoc. conſ.200. nu.6. & ſeqq. Surd. conſ.125. nu.17.*

Neque eſt, quod aliquis obijciat, prouiſionẽ teſtatoris non eſſe generalem, nec vocaſſe nominatos in omnẽ alienationis caſum, ſed tantum in caſum delicti, vti conſtare videtur ex illis verbis, *vbi verò ipſe Magn. D. Io. Gaſpar commiſerit aliquod delictum*, quia reſpon. imo ex ipſis teſtamenti verbis apparere, teſtatorem voluiſſe prouidere, & vocare nominatos in omnem caſum alienationis non obſtante, quod expreſſerit caſum delicti: Nam animaduertendum eſt, prohibitionem alienationis eſſe generalem, vt apparet ex illis verbis, *ad aliquem actum deuenire, per quem bona ipſa exirent extra familiam*, & caſum delicti fuiſſe adiectum per modum ampliationis, quia dictum eſt, *& vbi deuenerint ad ipſum actum, etiamſi eſſet actus alienationis per modum delinquendi*: dictio enim illa,
13 etiamſi, ſtat ampliatiuè, nõ reſtrictiuè, † *vt not. in l. etiam 19. ff. ſol. matr. in l. etiam. 3. & l. fin. C. ſi tut. vel cur. int. & ſcribunt Ruin. conſi.89. nu. 6. vol.1. Purp. conſ.470. num.4. Decia. conſ.17. nu. 42. vol.1. Menoch. conſ.620. nu.14. Surd. conſ.303. num.15.* Quo poſitò, quia præcedens prohibitio, & diſpoſitio eſt generalis, debet etiam cenſeri generalis ſequens prouiſio, & vocatio perſonarum, tanquam facta in executionem præcedentis diſpoſitionis, quia diſpoſitio veniens acceſſoriè recipit declarationem a diſpoſitio-
14 ne principali, † *vt not. in cap. acceſſorium de reg. iur. in 6. & ſcribunt Purpu. conſ.473. num. 13. & Lader. conſ.24. num.2.* Quinimo, ſi quis diligenter attendat ad verba teſtamẽti, facilè animaduertet, hanc fuiſſe voluntatem teſtatoris: Nam, poſtea, quam prohibuit alienationem bonorum, & contra facientes priuauit bonis, & hæreditate ſua, ſubiecit, *& voluit, & vult ex nunc prout ex tunc talia bona, & hæreditatem ipſius Magn. D. teſtatoris peruenire, videlicet, ſi ipſe &c.* quibus verbis ſignificat, ſe velle prouidere in caſum contrafactionis eorum, quæ prohibuerat, & ſic in omnem caſum alienationis, quæ fuerat generaliter prohibita; nam, dum ait, *talia bona*, ſignificat bona ſupra prohibita alienari etiam per modũ delinquendi, & dum ait, *prout ex tunc*, ſignificat illud tempus alienationis etiam per modum delinquendi, quia, cum illa verba, *talia bona, & prout ex tunc*, ſint relatiua, ita ſunt intelligenda, vt relatio cenſeatur
15 facta cum omnibus ſuis qualitatibus † *l. aſſe toto 78. ff. de hær. inſt. & ſcribunt Bar. in l.1. §. ſi. nu. 1. ff. ſi fam. furt. fec. dic. Dec. in l. vn. num. 11. C. de err. calc. Nat. conſ.294. num.12. Menoc. conſi.864. num.17. Surd. conſ.313. nu. 41.* Senſus igitur eſt, voluiſſe teſtatorem, talia bona, ideſt, bona prohibita alienari, etiam per modum delinquendi, ex nunc, prout ex tunc, ideſt, in caſum alienationis etiam per modum delicti peruenire ad infra nominatos. Et quamuis poſtea ſubijciat, *videlicet, ſi ipſe Magn. D. Petrus Franciſcus commiſerit aliquod delictum*, & hoc modo in vocatione, & nominatione perſonarum, videatur ſe reſtringere ad caſum delicti, propter dictionem, videlicet, quæ ſui natura eſt præcedentiũ
16 declaratiua, & ſimul reſtrictiua, † *l. videlicet 29. ff. ex quib. cauſ. maio. & ſcribunt Bart. in l. quæſitũ 12. §. ſi quis fundum num. 15. verſ. aut ſunt facta. ff. de fund. inſtr. Iaſ. in l. ſi pluribus. 33. nu. 11. ff. de leg.1. Pariſ. conſ.6. num.21. vol.1. & conſ.17. num. 38. vol.3. Meno. conſ.21. num.27. & conſ.243. nu. 43. & 44.* non tamen ex hoc ſequitur, quin nominati cenſeantur vocati etiam in caſum ſimplicis alienationis: Nam dictio videlicet, declarat, & reſtringit, quoad perſonas, propter quas ſubijcitur, ſed non quo ad caſus, quia, cũ ex præcedentibus conſtet mentem teſtatoris fuiſſe, vt proſpiceret in omnem caſum alienationis, licet in ipſa prouiſione expreſſerit vnũ caſum, nempe caſum delicti, non tamen cenſet omiſiſſe, & excluſiſſe caſum ſimplicis alienationis, quia, quando caſus non expreſſus eſt ſimilis expreſſo, & in eo militat eadem ratio, & voluntas teſtatoris, non dicitur caſus omiſ-
17 ſus, ſed ſub expreſſo continetur. † *l. Titius. 25. §. Lucius. ff. de lib. & poſth. & ſcribunt Pariſ. conſ. 75. num.38. vol.2. Decia. conſ.43. num.53. volu.2. Menoc. de præſ. lib.4. præſ.726. num. 16. & conſ.4. num.34. conſ.211. num.54. conſ.402. num. 28. & conſ.1107. num.32. Surd. conſ.553. num.37.* Verè enim breuitatis potius, quam diſpoſitionis reſtringendæ cauſa fuit ſimpliciter facta mentio delicti, ne toties cogeretur notarius repetere illa verba, *ſi peruenerit ad actum alienationis, etiamſi eſſet actus alienationis per modum delinquendi.* Confirmatur hoc ex eo, quia diſpoſitio teſtatoris duplicem debebat prouiſionem continere, vnam reſpectu caſus, alteram verò reſpectu perſonarum, reſpectu caſus iam proſpexerat teſtator in verbis præcedentibus generaliter prohibendo alienationem omnem etiam ex cauſa delicti. Itaque ſolum debebat prouidere reſpectu perſonarum, quas intendebat vocare in caſum alienationis. Hanc igitur prouiſionẽ fecit, in illis verbis, *videlicet ſi ipſe Magn. D. Petrus Franciſcus &c.* Ex quo ſequitur reſpectu caſus non eſſe habendam rationem poſterioris prouiſionis, vtpote, quæ principaliter non reſpicit, niſi vocationem perſonarum, ſed eſſe habendam rationem prouiſionis præcedentis, quæ re vera diſponit quoad caſus, quia ſemper ea ſpectanda ſunt, quæ fiunt principaliter, non, quæ incidenter *l.1. in prin. ff. de autor. tut.*

Secundò moueor, quia, qualis fuerit mens, & intentio teſtatoris, declaratur ex alijs diſpoſitionibus factis in eodem teſtamento: Nam
18 vna pars teſtamenti declarat aliam † *l. qui filiabus. 17. in prin. ff. de leg.1.* &, qualis fuit mens teſtatoris in vna parte, talis præſumitur fuiſſe in
19 alia, † *vt ſcribunt Soc. iun. conſ.101. nu.7. volu.1. Clar. in §. teſtamentum. q.76. num. 5.* Sed in alijs diſpoſitionibus, & partibus teſtamenti reſpicientibus eoſdem nepotes teſtator ſemper prætulit in parte D. Gaſparis D. Melchiorem, tanquã proximiorem, & cum prædilexit, & in parte D. Alberti prætulit, & prædilexit D. Ludouicũ, & eius fratres, nec patrueles vocauit, niſi deficientibus fratribus grauati, vt apparet ex ſubſtitutione ſequenti, & ex ipſamet vocatione facta in caſum delicti; Debet igitur, & in caſum ſimplicis alienationis talis cenſeri mens teſtatoris, maximè, cum nulla poſſit afferri probabilis diuerſitatis ratio, cur potius voluerit bo-

na D.

na D. Gaſparis peruenire ad D. Melchiorem
ſolum in caſum delicti, quam in caſum ſim-
20 plicis alienationis. † *vt in ſimilibus terminis ar-
gnant Soc.ſen.conſ.24. poſt num.8.volu.1.Soc.iun,
conſ.126. num.29. & 30.vol.1. Decia.conſ.89.nu.
10.vol.3.*

Tertiò moueor, quia dato etiam citra veri
præiudicium, quod in caſum ſimplicis aliena-
tionis citra modum delinquendi teſtator ne-
minem vocaſſet, & quod hic caſus iuxta inter-
pretationem aduerſariorum eſſet omiſſus, &
conſequenter deberet remanere in diſpoſitio-
ne iuris communis, adhuc tamen dicendum
eſt, in parte D. Gaſparis D. Melchiorem ſolũ
aliis omnibus eſſe præferendũ, quia D. Gaſpar
alienando extra familiam bona ſibi à teſtato-
re relicta, etiamſi alienauerit citra modum de-
linquendi, remanſit tamen ipſo iure priuatus
bonis, & hæreditate teſtatoris, vt apparet ex il-
lis verbis, &, *vbi deuenerint, ſeu aliquis eorum de-
uenerit ad ipſum actum, etiamſi eſſet actus aliena-
tionis per modum delinquendi, ex nunc, prout ex
tunc priuauit, & priuat ipſum talem alienantem,
& delinquentem ab hæreditate, & bonis dicti Ma-
gnifi. D.teſtatoris*, quæ verba priuant alienan-
tem etiam citra modum delinquendi, propter
21 dictionem, etiamſi, quæ eſt implicatiua, † *vt
ſcribunt Alex.conſ.23.num.9.vol.5. Dec.in l.qui ſa
patris 3.nu 11.C.vnd.lib. Men.conſ.620.num.14.*
Et hoc dubium non habet. Hæc autem bona,
quibus D. Gaſpar propter non ſeruatam teſta-
toris voluntatem ipſo iure priuatus eſt, de iure
communi debent deferri ſubſtitutis eo ordine,
22 quo ſubſtituti ſunt. † *§. ſi quis autem non implens.
Auth.de hær. & falc.coll.1. Auth. hoc amplius.C.de
fideicom. & ſcribunt Cephal. conſil.282. num.3. &
Menoch. conſi.1011.num. 12.* In ordine autem
fuit primo loco ſubſtitutus D.Gaſpari D.Mel-
chior ſolus, ſcilicet, quia ex ſubſtitutione facta
poſt eorum mortem reſultat inter eos recipro-
ca fideicommiſſaria, quamquam non ſit facta
vltimo morienti, & hoc propter coniecturas,
quæ deſumuntur ex prohibitione alienationis
23 † *ſecundum Iaſ.conſ.52.col.5.vol.3. Gozad.conſil.
64.num.13. & Soc.iun. conſ.168.num. 78.volu.2.
Alcia. conſ.176.num.1.lib.9. Decia.conſ. 102.nu.
33.verſ. & certe vol. 2.* & ex illis verbis, tunc, &
24 eo caſu, † *ſecundum Sim. de Prat. de interp. vlt.
vol.lib. 3.dubit.4. ſolut.1.num.27. quem refert, &
ſequitur Men.de præſ.lib.4.præſ.62.nu.40.verſi.7.*
Debet igitur D. Melchior ſolus, tanquam ſub-
ſtitutus, & vocatus in caſum mortis, cenſeri
quoque vocatus in caſum priuationis, ſiue alie-
25 nationis, † *vt in ſpecie ſcripſit Men. conſ.458. nu.
28.verſ.rurſus, & conſ.* 1011.*num.*11. Quinimo,
licet diceremus non eſſe inter eos inductam re-
ciprocam ſubſtitutionem, & conſequenter nõ
eſſe D. Melchiorem ſubſtitutum fratri ſuo in
caſum mortis, adhuc tamen ſolus eſſet ad re-
uocandam fratris alienantis partem admitten-
dus, quia alienans, & ſic contrauenienis volun-
tati teſtatoris perinde remanet priuatus, por-
tione ſibi relicta, atque ſi nunquam eam agno
26 uiſſet. † *Auth. cui relictum. C. de ind. vid.tollen.*
maximè ſtante illa clauſula, ex tunc, prout ex
tunc, quæ operatur retrotractionem ad tẽpus
27 teſtamenti, † *vt ſcribunt Pariſ.conſ.19.nu.119.
vol.2.& Menoc. conſ.460.nu.19. & conſ.934. nu.
28.* & facit, vt contraueniens cenſeatur priua-
28 tus et iam viuo teſtatore, † *vt ſcribunt Ruy. cõſ.
129.num.6. vol.2.Ceph.conſ.153. num.44. in fin.
late Surd.conſ.342.num.15* Quo ſtante ſequitur
portionem D. Gaſparis priuati debere pertine-
29 re ad D. Melchiorem, vtpote coniunctum, † *d.
§ ſi quis autem non implens Auth.de hæred. & falc.
coll.1.d. Authen.hoc amplius. C.de fideicom.* quia,
quando quis ex diſpoſitione legis, vel teſtato-
ris priuatur portione ſibi relicta etiam poſt ac-
30 quiſitionem habet locum ius accreſcendi, † *vt
ſcribunt glo.in l.1.§.interdum, in verb.admittit.ff.
de vſufr.accr. Bart.in l.re coniuncti.87.num.49. &
ibi Iaſ.num.236. Alcia.num.57.verſ.ſed & quan-
doque ff.de leg.3.Bald.in l.ab eo.9.nu.3.C.de fideic,
Ant. Fum.de coniunct. cap.12.nu.2.*

Nec obſtat, ſi dicatur, ſubſtitutũ debere præ-
31 ferri coniuncto † *l.2.§.ſi duo.ff.de bon.poſſ.ſecun.
tab.* quia reſpon. in caſu noſtro id non poſſe lo-
cum obtinere, quia, cum D. Petrus Franciſcus,
& fratres eius ita demum ſint ſubſtituti DD.
Gaſpari, & Melchiori, ſi ambo deceſſerint ſine
liberis, non poteſt eſſe locus ſubſtitutioni, niſi
conditione in vtriuſque perſona exiſtente: nã
in hoc caſu coniunctus, qui poteſt habere ius
accreſcendi, præfertur ſubſtituto, & impedit, ne
32 pluralitas reſoluatur in ſingularitates, † *vt ſcri
bunt Bar.in l.hæredes mei.57.§.cum ita nu.5.verſ.
fallit ff.ad Treb. Alex.conſ.91.num.7.vol.1 Socin.
iun conſ.150.num.12. verſ.vel & 3.vol.2. Menoc.
de præſ.lib.4.præſ.186.nu.28.verſ.declaratur 7.*

Quartò demus, quod neque, vt ſubſtitutus,
neque vt cõiunctus poſſit admitti D. Melchior,
ſed ſit admittendus eo ordine, quo plures vo-
cantur ad fideicommiſſum relictum familiæ,
adhuc tamen ſolus eſt admittendus, quia, cum
D. Melchior ſit proximior D. Gaſpari grauato,
debet in hac ſpecie cæteris præferri: nam, licet
controuerſa ſit admodum illa quæſtio, an in
fideicõmiſſis ſpectetur proximitas teſtatoris,
vel grauati, & huius proximitatem eſſe ſpectã-
33 dam cenſuerint. † *Socin.ſen. conſ.249. num.21.
vol.2.& conſ.86.num.11.verſ.aliquando & 4.vol.
3.Ruin.conſ.13.num.12.vol.1. conſ.151. nu.3.&
14.conſ.159.num.6.conſ.166.num.5.conſ.167.nu.
6.conſ.171.num.18.conſ.191.num.7.conſ.203.nu.
20.vol.2.& conſ.35 num.10.vol.3. Pariſ.conſ.40.
num.17.vol.2.Soc.iun.conſ.126.num.21.conſ.133.
num.27.conſ.135.num.3.vol.1.conſ.140.num.11.
vol.3.conſ.22.num. 28.vol.4. Clar.in §.teſtamen-
tum.q.76.num.14. Roll.conſ.100.num.10. & 18.
vol.1.Ceph. conſ.45.num.20.conſ.46.nu. 21.conſ.
313.num.18.& 56.conſ.416.nu. 22.& conſ. 600.
num.15.& 24. Nat.conſ.679.nu.12. Decia.conſ.
26.num.74.vol.2.conſ.25. nu.10.& conſ.100. nu.
6.vol.3.& Surd.conſ.370.nu.10.vbi teſtatur, hanc
eſſe veriorem, & crebriorem ſententiam, & in foro
magis receptam*, circumſcripto tamen articulo
ſimplici, de cuius veritate impræſentiarum di-
ſputare non eſt neceſſe, conſtat ſine dubio ſpe-
ctari proximitatem grauati, quando ex conie-
cturis apparet talem fuiſſe mentem teſtatoris,
34 † *vt ſcribunt Gabr.conſ.86.num. 17.conſ.107.nu.
8.vol.1.& conſ.112.num.16.vol.2. Couar.cap.38.
pract.quæſt.num.3.verſ.2.concluſio, Surd.conſilio
120.num.5.& conſ.370.num.13.verſi. vbi autem*,
ſicut è contrario, ſpectatur proximitas teſtato-
ris ſine dubio, quando ex coniecturis apparet
35 de ea teſtatorem ſenſiſſe, † *vt ſcribunt Ruin.
conſ.142.num.17.verſ.præterea in caſu noſtro vol.
3.Gabr.d.conſ.112.nu.16.vol.2. Surd.conſ.31.nu.
33.* In caſu autem noſtro adeſt huiuſmodi cõ-
iectura,

Digitized by Google

iectura, quia teſtator reſpexit non ad ſuam ſed ad grauatorum familiam, dum ita locutus eſt, *prohibens ad ſic præmactum deueniri, per quem bona ipſa, licet ſupra reſpectiue legata, & in quibus inſtituti fuerunt hæredes reſpectiue, exirent extra familiam eorum, & eius hæredum*. quæ verba ſine dubio intelliguntur de familia eorum, aut eius qui alienauerit; & ſic grauati. Quo fit, vt ex hoc ſumatur euidens coniectura voluntatis teſtatoris volentis ſpectari proximitatem

36 grauatorum, non propriam, † *vt in ſpecie tradiderunt Soc.ſen.conſ.51.num.30.volum.4. Alex.in l.ſoro.71.§.fratre.nu. ff.de leg.2. Gabr.conſ.197. num.8.verſ.ſecundo vol.1. Decia.conſ.26.num.76. verſ.quinto vol.2. Mantic.de coniect.vlt.vol.lib. 8.ti.12.num.31.verſ.& ſi quidem, Graſſ.in §.fideicommiſſ.q.18.num.5.verſ.quartus caſus, Surd. conſ.270.num.11.* ſicut è contrario magna eſſet coniectura pro teſtatoris proximioribus, ſi ſim-

37 pliciter dixiſſet, extra ſuam familiam. † *vt ſcripſerunt Soc.ſen.d.conſ.51.num.30.vol.4. Alex.in d.§.fratre num.4. Roll.conſ.70.num.75.volum.3. Decia.conſ.26.num.75.vol.2. conſ.21.nu.2.vol. 3. Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.12.num.31. verſ.& ſi quidem, Lud.deciſ.64.in fin. Surd.conſil. 120.nu.26.verſ. conſilium*

38 Quinto, & vltimo facit doctrina † *Bart.in l. fin.num.2 ff.ad Treb.* vbi proponit quæſtionem ſibi de facto contingentem: nam teſtator inſtituerat tres maſculos hæredes vniuerſales, filiam verò in re certa, deinde ſubiecerat, quod, ſi quis eorum deceſſiſſet ſine liberis, portio eius deueniret ad ſuperuiuentes, mortuo vno ex filiis quæſitum eſt, an filia ſimul cum fratribus eſſet admittenda ad fideicommiſſum, Et determinat Bart. non eſſe admittendam, propter coniecturatam mentem defuncti, quia, quemadmodum maſculos prędilexit in vno caſu, nempè in inſtitutione, ita etiam cenſetur prædilexiſſe in alio, nempè in ſubſtitutione, *Et hanc Bart.traditionem ſecuti ſunt Bald.in l.in teſtamento.6.num.11.& 12. & ibi Ang.num.5.verſ.deinde quero. C.de teſtam.mil. Alexan.in l. Lucius.45. num.18. & ibi Iaſ.num.23. qui dicit eſſe communem ff.de vulg. Socin.ſen.conſ.49.num.8. volum.1. Decia.conſil.62.num.2.verſic. ad hoc vol.2. Graſſ. in §.fideicommiſſ.q.12.num.2. vbi pariter teſtatur hanc eſſe communem opinionem Sur.d.conſil. 31.num.9. Menoc.conſ.198.num.12. Marot.conſ. 100.num.2.* Sic igitur, & in propoſito, cum teſtator inſtituerit filios D. Ioan. Baptiſtæ hæredes vniuerſales, & filios D. Hyeronimi particulares, deinde fecerit prohibitionem alienationis extra familiam, dato, quod per hanc prædict. omnes, tanquam de familia cenſerentur vocati, ſi tamen vnus ex hæredibus vniuerſalibus alienauerit, debent eius fratres, qui, & ipſi ſunt hæredes vniuerſales, præferri filiis D. Hyeronimi, quia vt eos teſtator prædilexit in inſtitutione, ita etiam cenſetur prædilexiſſe in hoc fideicommiſſo. Et, ſi cenſentur predilecti fratres alienantis reſpectu hæredum vniuerſalium, debent etiam cenſeri prædilecti fratres alienantis reſpectu particularium, cum eadem ſit in vtriſque ratio.

Ex his apparet non obeſſe contraria, quia procedunt, quando, neque ex verbis, neque ex mente conſtat de contraria voluntate teſtatoris. Vnde, cũ in caſu nõ cõſtet, & ex verbis, & ex mente, ac coniecturis, teſtatorem noluiſſe ſimul vocare omnes nepotes ad reuocandam partem vnius alienantis ſed voluiſſe cuiuſque fratres patruelibus præferre, ſecundum ea, quæ diximus, magis eſt, vt non procedant in contrarium allegata. Concludo igitur neque ad partem Dom. Gaſparis reuocandam potuiſſe concurrere DD. Petrum Franciſcum, & fratres eius cum Dom. Melchiore, neque contra Dom. Melchiorem fuiſſe admittendum ad reuocandam partem D. Alberti ſuperſtite D. Ludouico.

Hinc ſuccedit tertia dubitatio: nam poſito, quod ad partem Domini Alberti non potuerit Dom. Melchior admitti, quæritur, an ſaltem cum Domino Ludouico debuerit admitti Dominus Ioan. Baptiſta loco Do. Petri Franciſci prædefuncti.

Videretur autem prima facie dicendum debuiſſe admitti, quia etiam in fideicommiſſo relicto a tranſuerſali filius ingreditur locum

39 patris, & cum patruo ſuo concurrit, † *vt voluerunt gio.in d.l.cum ita.33.§.in fideicommiſſo, in verb.primo.ff.de leg.2. Alex.conſ.26.num.17. volum.3. Iaſ.conſil.215.colum.2.verſ.ſed præmiſſis. volum.2.& conſ.159.colum.2.verſ.2.pro iſta parte volum.4.Soc.iun.conſ.104 num.30.volu.1. Gabr. conſ.86.num.9.volum.1. Mantic.de coniec.vlt.vol. lib.8.tit.12.num.32. Menoc.de præſ.lib.4.præſ.95. num.16.Theſ.deciſ.65.num.3.* ſcilicet, quia fideicommiſſorum ſucceſſiones regulantur ſecun-

40 dum ius ſucceſſionis ab inteſtato, † *vt ſcribunt Pariſ.conſ.3.num.41.vol.1.conſ.76.nu.6.& conſ. 83.num.14.vol.2.& conſ.23.num.26.vol.3.Cepo. conſ.493.num.10. Rol.conſ.100.num.11.volu.1.* & teſtator fideicommittendo cenſetur ſeſe cõ-

41 formare cum diſpoſitione iuris cõmunis, † *vt ſcribunt Alex.in l.Gallus.29.§.quidam recte num. 12.ff.de lib.& poſth. Iaſ.d.conſ.215.colum.7.verſ.3. principaliter vol.2. Soc.iun.conſ.113.nu.22.vol.1. Nat.conſ.675.nu.9, Cepo.conſ.16.nu.33.* Vnde, quemadmodum de iure cõi in ſucceſſionibus ab inteſtato filius fratris concurrit cũ patruo

42 † *Auth.ceſſante, Auth.poſt fratres.1.C.de leg.hered.§.ſi igitur defunctus. Auth.de hær.ab int.ven. coll.9. Auth.vt frat.filij, in princ.coll.9.* ita etiam concurrere debet in fideicommiſſo.

Verum hoc non obſtante, puto contrarium in propoſita ſpecie verius eſſe. Moueor autem

Primo, quia, licet controuerſum ſit apud noſtros, an in fideicommiſſis filius intret locum

43 patris, & negatiuam amplexi ſint, † *Bald.in d. l.cum ita.33.§.in fideicommiſſo in prin.ff.de leg.2. Alex.conſ.204.nu.6.vol.2.conſ.4.nu.10.verſ.fortificantur vol.4.& conſ.129.nu.4.vol.5. Pariſ.conſ. 9.nu.20.conſ.36.nu.2.conſ.37.nu.69.& conſ.38. nu.15.vol.2.* tñ poſita contraria ſententia, quæ verior eſt, & receptior ea procedit, quando tractatur de fideicommiſſo relicto ab aſcendẽte, vel à patruo, amita, auunculo, vel matertera. Cęterum, qñ fideicõmiſſum fuit relictũ à tranſuerſali vlterioris gradus, veluti à patruo magno fatentur omnes ceſſare controuerſiam, &

44 filium fratris non cõcurrere cum patruo, † *vti videre eſt apud Pariſ.d.conſ.38.num.15.& conſil. 40.num.30.vol.2. Rui.conſ.169.num.7.volu.m. ſecundo conſilio 142.numero 14.& conſilio 165. numero 14.volum. Socin.iun.conſilio 116.num. 9.volum.1.& conſilio 140.numero 12.volum.3. Curt.iun.conſilio 57.numero 8.& conſilio 58.numero 1. Gabr.conſilio 86.numero 9.in fin.volu.1.*

I Cepo.

*Cephal. conſilio 16. numero 32. & 35. & conſilio
457. num. ſecundo & 21. Couar. d. cap. 38. pract.
quæſtio. numero 5. verſic. decimo. Craſſ. in d. §.
fideicommiſſ. in quæſt. 11. numero 4. Theſau. deciſ.
65. numero primo iuncto numero 3. vbi refert ita
fuiſſe iudicatum, Menoch. conſilio 124. numero 84.
& de præſ. lib. 4. præſ. 95. numero 31. Surd. conſilio
120. numero 8.* Vnde; cum in caſu noſtro tra-
ctetur de fideicommiſſo relicto à D. Io. Maria,
qui non erat frater DD. Petri Franciſci, Alber-
ti, & Ludouici, ſed patruus, & conſequenter
erat patruus magnus Domini Ioan. Baptiſtæ,
Conſequens eſt, vt in eius ſucceſſione non po-
tuerit Dominus Ioan. Baptiſta ingredi locum
patris ſui prædefuncti, & concurrere cum Do-
mino Ludouico, Et hoc non obſtante, quod
Dominus Albertus eſſet patruus Dom. Ioan.
Baptiſtæ, quia in hoc fideicommiſſo non tra-
ctatur de ſucceſſione Domini Alberti grauati,
ſed de ſucceſſione D. Ioan. Mariæ teſtatoris,
quippe, cui per fideicommiſſum ſuccedítur.
l. coheredi. 41. §. cum filio. ff. de vulga. Et ſane, cũ
ſucceſſiones fideicommiſſorum regulentur, ſe-
cundum ius ſucceſſionis ab inteſtato, *vt ſupra
dictum eſt*, & ab inteſtato non potuerit Domi-
nus Ioan. Baptiſta concurrere cum Domino
Ludouico in ſucceſſione Dom. Ioan. Mariæ,
ſcilicet, quia, quando non tractatur de ſucceſ-
ſione aſcendentis, vel patrui, amitæ, auuncu-
li, vel materteræ, filius non ingreditur locum
patris, ceſſatque omne ius repræſentationis,
45 † *§. reliquum verſic. huiuſmodi Auth. de hæred.
ab inteſt. ven. coll. 9. & ſcribunt Bart. in Auth. poſt
fratres, in princ. C. de leg. hæred. Caſtr. in Authen.
defuncto, numero 3. C. ad Tertull. Iaſ. in l. ſi auiæ.
2. numero 4. verſi. ſed aduerte. C. de ſucceſſ. ed. Rui.
conſilio 79. numero 14. volum. 3. Pariſ. conſilio 37.
numero 3. & 7. & conſilio 38. numero 15. volum.
2. Socin. iun. conſilio 133. numero 29. volum. 1. &
conſilio 9. numero 2. volum. 2. Gabr. conſilio 86.
num. 9. in fi. vol. 1.* Sequitur, idem eſſe dicendũ
in hac ſucceſſione fideicommiſſaria.

Secundò verò, licet eſſemus in fideicommiſ-
ſo relicto à patruo, adhuc tamen ceſſaret in
caſu noſtro ius repræſentationis, quia in ca-
ſum alienationis teſtator nominatim vocauit
Dominum Petrum Franciſcum, & Dominum
Ludouicum, &, quando teſtator nominatim
fratres vocauit, filius fratris non poteſt ingre-
46 di locum patris, † *vt in ſpecie ſcribunt Ruin.
conſilio 101. numero 11. conſilio 134. numero 24.
conſilio 169. numero 7. in fin. volum. 2. & conſilio
163. numero 12. volum. 3. Pariſ. conſilio 9. numero
22. conſilio 37. numero 70. & conſi. 39. numero 8. &
17. volum. 2. Couar. d. cap. 38. pract. quæſt. numero
5. verſi. 6. Menoc. conſilio 124. numero 88. & 90.
& conſilio 200. numero 5.* Nominati enim à te-
ſtatore cæteris omnibus ſunt præferendi dato
etiam, quod alij ſint in pari, vel etiam in pro-
ximiori gradu conſtituti. *d. l. cum ita 33. §. in
fideicommiſſo. ff. de leg. 2.*

Et, ſi obiicias nominationem eſſe factam in
caſum delicti, non in caſum ſimplicis aliena-
tionis, reſpondeo ſatis, ſuperque demonſtra-
tum eſſe in præcedenti dubitatione, imo cen-
ſeri factam in omnem caſum, &, quamuis non
eſſet facta, idem tamen eſſe dicendum propter
rationis paritatem.

Quarta ſequitur dubitatio: nam, quia Do.
Ludouicus, qui ſolus poterat reuocare partem
D. Alberti, decedens reliquit hæredes eundẽ
D. Albertum, & D. Io. Baptiſtam, quæritur, an
potuerit D. Albertus ex perſona defuncti præ-
dictæ partis dimidiam reuocare. Verùm hæc
dubitatio duas continet inſpectiones, vnam
reſpectu rerum à ſe alienatarum, alteram ve-
rò reſpectu aliarum rerum, quas non aliena-
uerat, ſed propter inobedientiam fuerat iis
priuatus.

Et quidem reſpectu rerum à D. Alberto alie-
natarum videretur dicendum, potuiſſe eun-
dem D. Albertum eas reuocare, Primò, quia
alienationem nullam ipſemet alienans reuo-
47 care poteſt, † *vt ſcribunt Bald. in l. quoties. 11. nu.
10. C. de fideicom. & in l. cum à matre. 14. numero
3. C. de rei vind. Gabr. conſil. 125. num. 7. volum.
1. Afflict. deciſ. 325. numero 11. Ozaſ. deciſ. 180.
numero 2.* nam factum proprium quilibet im-
48 pugnare poteſt, ſi ſit inualidum, & nullum † *l.
quemadmodum 7. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Bald.
in l. 1. C. de lib. cauſ. Alexan. in l. ſi donationi 25.
numero 10. in fin. C. de collat. & conſil. 123. num.
6. volum. 1. Iaſ. conſil. 87. colum. 2. verſ. item licitum
eſt. volum. 1. Afflict. d. deciſ. 325. num. 11. Ozaſc.
deciſ. 180. num. 2. Menoc. conſ. 718. num. 3. Surd.
conſil. 28. numero 97. conſilio 133. numero 26. &
conſilio 284. numero 2. Mantic. deciſ. 91. num. 5.*
Sed alienatio facta contra expreſſam teſtato-
ris prohibitionem eſt ipſo iure nulla, & inua-
49 lida, † *vt ſcribunt glo. in l. cum pater 79. §. liber-
tis in verb. ne id alienarent. ff. de legat. 2. Bart. in l.
filiusfam. 117. §. Diui. 2. num. 6. verſic. certe, & ibi
Caſtr. num. 7. ff. de leg. 1. Caſtr. in l. fin. §. ſed quia
num. 7. verſi. ſed extra glo. C. commu. de leg. Alex.
in l. Marcellus. 3. §. res, quæ num. 5. ff. ad Treb. Iaſ.
conſil. 157. numero 1. verſic. & ſic ponderandum
eſt, volum. 2. Ruin. conſil. 76. numero 3. conſil. 109.
numero 27. conſil. 112. num. 2. conſil. 123. num. 13.
in fin. volum. 2. conſ. 59. num. 5. conſil. 133. num. 9.
volum. 5. Cephal. conſ. 272. num. 53. conſil. 318. nu.
17. & conſilio 670. numero 18. Gramm. deciſ. 97.
numero 1. Surd. conſil. 116. num. 19. & conſi. 284.
num. 1. Lader. conſ. 150. num. 3.* Potuit igitur ab
eodem alienante reuocari.

Secundò verò in ſpecie de eo, qui, cõtra ex-
preſſam teſtatoris prohibitionem alienauit, vt
50 ipſemet alienationem reuocare poſſit, † *tra-
dunt Caſtr. in d. l. filiusfam. 117. §. Diui. 2. num. 3.
in fin. ff. de leg. 1. Tiraq. de retr. lign. §. 26. glo. 2. nu.
6. Gramm. deciſ. 93. num. 3. Gabr. conſ. 125. num.
7. volum. 1. Ceph. conſ. 272. num. 54. & conſil. 393.
num. 195. Surd. conſ. 116. num. 20.*

Tertiò multo magis videtur permittenda re-
uocatio in caſu noſtro, in quo ius reuocandi ia
peruenit ex perſona D. Ludouici defuncti poſt
alienationem: nam propter cauſam de nouo
ſuperuenientem licet vnicuique venire contra
51 pacta, & conuentiones. † *l. ade. 3. C. de loc. &
cond. & ſcribunt Decia. conſ. 4. nu. 23. vol. 3. Men.
conſ. 744. num. 29.*

Verum his non obſtantibus verius eſt, non
potuiſſe D. Albertum reuocare dimidiam bo-
norum à ſe alienatorum, non obſtante, quod
ex ſemiſſe fuerit hæres D. Ludouici, ad quem
pertinebat reuocatio, id, quod ex pluribus com-
probari poteſt, &

Primò ex eo, quia nemo poteſt alienationẽ
à ſe factam reuocare, & contra proprium fa-
52 ctum venire. † *l. poſt mortem. 25. ff. de adopt. l. ſi
creditoribus. 5. Cod. de ſeru. pign. dat. man. l. vltim*
profitiaris.

Google

proſitearis. 4. *C. de reuoc. donat.* Vnde dicimus
alienantem priuare ſe facultate reuocandi
53 rem alienatam, † *vti videre eſt apud Cephal.
conſilio* 393. *numero* 39. *& Surd. conſilio* 353. *nu-
mero* 35. ſcilicet, quia alienando ſe ſe obligat
54 de euictione † *l. ex empto.* 11. *in prin. ff. de actio.
empt. l.* *in princ. ff. de rer. permut. l. non dubita-
tur.* 6. *C. de euict.* & ideo repellitur ab agendo,
quia quem de euictione tenet actio eundem
55 agentem repellit exceptio. † *l. vindicantem.* 17.
ff. de euict. l. exceptione. 11. *C. eo. l.* 1. *in princip. ff.
de except. rei vend. & trad.*

Secundò verò in ſpecie de eo, qui alienauit
contra expreſſam prohibitionem teſtatoris,
vt non poſſit alienationem à ſe factam reuo-
56 care † tradunt *Natt. conſilio* 144. *numero* 13. *&
conſilio* 145. *numero* 18. *Phanu. de inuen. part.* 7.
ſiue ſecundum impreſſionem Taurin. quæſtio. 244.
numero 149. *& Surd. conſilio* 284. *numero* 18. *M.
Ant. de Amat. deciſ.* 20. *num.* 1.

Tertiò confirmatur ex eo, quia, ſi poſſet alie
nans contra teſtatoris prohibitionem aliena-
tionem reuocare, poſſet vtique & eius hæres,
quippe, qui eiuſdem eſt poteſtatis, cuius &
57 defunctus. † *l. hæredem.* 60. *ff. de regul. iur.* imo
58 facilius hæres, quam defunctus. † *l. fin. Cod. de
euictio. & ſcribunt Natt. conſilio* 289. *numero* 4.
verſic. ſed omiſſo. Ozaſ. deciſ. 181. *num.* 19. *Menoc.
conſilio* 89. *numero* 9. *Surd. d. conſilio* 284. *nume.*
20. Atqui certum eſt, vocatum in caſum alie-
nationis non poſſe alienationem à defuncto
59 factam reuocare, ſi ei hæres extiterit. † *l. filiuſ-
fam.* 117. *§. cum pater, & ibi Bart. & Caſtr. ff. de
leg.* 1. *l. vnum ex familia.* 69. *§. ſed ſi vno. ff. de leg.
ſecundo, & ſcribunt Crott. in d. l. filiuſfam.* 117. *§.
Diui.* 2. *numero* 146. *verſic. Primus caſus. ff. de
leg. primo. Parïſ. conſilio* 48. *numero* 3. *volum.* 3.
Socin. iun. conſilio 107. *numero* 58. *volum.* 3. *Pha-
nut. in d. tract. de inuen. part.* 7. *num.* 149. *latè Me-
noch. d. conſilio* 89. *numero* 60. *& ſeqq. Surd. d.
conſi.* 284 *num.* 20. Nec igitur potuit, imo mul-
to minus defunctus.

Nec eſt, quod obiicias, hæc procedere, quan-
do poſt alienationem nulla cauſa reuocandi
de nouo ſuperuenit, ſecus verò, quando ſuper-
uenit, vt in caſu noſtro, in quo poſt alienatio-
nem Dominus Albertus ſucceſſit Domino
Ludouico, ad quem pertinebat huius aliena-
tionis reuocatio, quia reſpondeo, imo verius
eſſe, non poſſe alienantem reuocare rem alie-
natam, etiam propter cauſam de nouo ſuper-
uenientem, quia ius ſuperueniens in perſonã
authoris confirmat ius in perſona ſucceſſoris.
60 † *l. cum vir* 42. *ff. de vſucap. l. vindicantem.* 17. *ff.
de euictio.* & ideo, qui vendit rem alienam, ſi
poſtea domino ſuccedat, non poteſt aliena-
61 tionem reuocare. † *d. l. cum vir.* 42. *in fin. ff. de
vſucap. l. ſi quis alienam* 47. *ff. de actio. empt. l. ſi
a Titio* 72. *ff. de rei vind.* Vnde, cum in caſu no-
ſtro Dominus Albertus vendiderit rem alie-
nam, nempe rem, quæ propter prohibitio-
nem alienationis erat ſuppoſita fideicommiſ-
ſo, quo purificato ſtatim ſecuta alienatione.
62 † *l. cum fideicom.* 9. *l. quidam.* 10. *in princip. l. ro-
go.* 21. *ff. de fideicom. liber. l. peto.* 71. *§. fratre. l.
cum pater.* 79. *§. libertis. ff. de lega. ſecundo. Caſt.
in dicta lege filiuſfamil.* 117. *§. Diui.* 2. *numero
ſeptimo. ff. de legat. primo. Gabr. conſilio* 123. *nume.
primo, & conſilio* 184. *numero* 2. *volum. primo.
Cephal. conſilio* 386. *numero* 16. rei dominium
ipſo iure translatum eſt in Dominum Ludo-
63 uicum fideicommiſſarium. † *l. vlt. §. ſed quia
Cod. commun. de leg. Rum. conſilio* 109. *numero
quarto volum. ſecundo, Gaur. conſilio* 44. *numero*
8. *volum. ſecundo, Surd. conſilio* 386. *numero* 22.
licet Dominus Albertus fuerit hæres Domi-
ni Ludouici, & conſequenter ſucceſſerit in il-
lud dominium rerum alienatarum, quod erat
64 ipſius defuncti. † *l. hæres.* 37. *ff. de acquiren. hæ-
redit. l. ſi ager.* 51. *ff. de rei vindicat.* non tamen
ex hoc potuit alienationem à ſe factam reuo-
care, quoniam dominij ſuperuenientia non
præbet alienationis reuocandæ facultatem,
ſed eam fortius confirmat; *vt ſupra dictum
eſt.*

Neque obſtant contraria: nam ad Primum
reſpondeo dupliciter, & primò, quod dicitur
poſſe quem reuocare alienationem nullam, &
factum proprium, ſi ſit nullum, impugnare,
procedere, quando nullitas prouenit ex cau-
ſa publica, & publicam vtilitatem principa-
65 liter reſpiciente, † *vt declarant Barto. in l. poſt
mortem* 25. *numero primo. ff. de adopt. & in Au-
then. de non alien. aut permut. reb. eccl. in princ. nu-
mero* 6. *collat.* 1. *Bald. in l. cum à matre.* 14. *nume-
ro tertio verſic. item non obſtat. Cod. de rei vindic.
Iaſon in l. iuriſgentium.* 7. *§. ſi paciſcar. numero
quarto. ff. de pact. Menoch. d. conſilio* 89. *numero*
85. *Surd. d. conſilio* 284. *numero* 11. *Peregr. conſil.*
19. *numero quarto volum. tertio.* Cæterum, quan-
do prouenit ex cauſa priuata, & reſpiciente fa
uorem, & vtilitatem alicuius tertiæ perſonæ,
verius eſt, non poſſe quem venire contra fa-
66 ctum ſuum etiam nullum, & inualidum, † *vt
ſcribunt Menoch. d. conſilio* 89. *numero* 84. *&
Surd. d. conſilio* 284. *numero* 9. vno caſu exce-
pto, cum ſcilicet quis agit adminiſtratorio
nomine eius, cuius fauore nulla fuit aliena-
67 tio, † *de quo caſu loquitur Bald. in d. l. quoties,*
11. *numero* 10. *Cod. de fideicomm. & in d. l. cum
à matre* 14. *numero* 3. *C. de rei vind. & diſtinguen-
do declarant Barto. in d. Authen. de non alienan.
aut perm. in princip. numero* 6. *Phanut. d. part.* 7.
numero 150. *Surd. d. conſilio* 284. *numero* 16. *&*
17. Vnde, cum in caſu noſtro nullitas aliena-
tionis proueniat ex cauſa priuata, nempè ex
68 fauore vocatorum in caſum alienationis, † *vt
ait Menoch. d. conſilio* 89. *numero* 84. *&* 88. quod
patet ex eo, quia, ſi omnes illi conſenſerint,
69 valet alienatio irreuocabiliter. † *d. l. quoties.*
11. *& ibi Barto. Iaſon. & alij Cod. de fideicomm.
Decian. conſilio* 323. *numero* 1. *& conſilio* 468.
numero 29. *Boer. deciſ.* 12. *numero* 4. *Menoch.
conſilio* 566. *numero* 22. Conſequens eſt, vt alie-
nans non poſſit alienationem ipſam tametſi
nullam reuocare.

Secundò reſpondeo, imo alienationem hãc
reſpectu ipſius alienantis non fuiſſe nullam,
ſed valuiſſe, & eum obligaſſe de euictionẽ.
70 † *lege rem alienam* 28. *ff. de contrahen. emption.
Natta conſilio* 144. *numero* 13. quod enim di-
citur alienationem factam contra expreſſam
prohibitionem teſtatoris non valere, intel-
ligitur reſpectu ipſorum vocatorum, qui ſta-
71 tim poſſunt rem ab emptore vindicare. † *lege
final. §. ſed quia. C. commun. de legat.* Cæte-
rum reſpectu ipſius venditoris, quin valeat, &
eum obliget, nulla eſt dubitatio. Quo fit, vt

tanquam obligatus nunquam rem alienatam
reuocare poſſit etiam ex cauſa poſtea ſuperue-
niente, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*

Ad ſecundum reſpondeo doctrinam illam
Caſtr. & ſequacium eſſe omnino falſam, & com
72 muniter reprobatam, † *vt diximus ſupra num.*
56 & in ſpecie reſpondet Surd. d. conſ. 284. numero
18. ubi multis rationibus, & argumentis falſitatem
opinionis demonſtrat.

Ad tertium reſpondeo ex iis, quæ diximus
in vltimo fundamento facilè apparere, verius
eſſe, alienationem factam etiam ex cauſa ſu
perueniente non poſſe reuocari: Quod enim
dicitur propter nouam cauſam poſſe quem
recedere à pactis, & conuentionibus, proce-
dere poteſt, quando implementum pacto-
rum, & conuentionum reſpicit tractum tem-
73 poris ſucceſſiuum, † vt in locatione, in qua
propter cauſam de nouo ſuperuenientem po-
teſt quis expellere conductorem *dicta l. æde.*
3. Cod. de locat. vel in pace, à qua poteſt ex
noua cauſa recedi, *apud Decian.* vel in ſaluo-
conductu, à quo ſimiliter ex cauſa de nouo
ſuperueniente recedi poteſt *apud Menoc.* Cæ-
terum, quando reſpicit cauſam momenta-
neam, & quæ ſemel impleri debet, verius eſt,
non poſſe quem à conuentis recedere propter
cauſam de nouo ſuperuenientem, *vti conſtat*
ex d. l. vindicantem. 17. ff. de euict. & alijs iuribus
adductis in vltimo fundamento.

Maior eſt dubitatio circa dimidiam rerum
à Domino Alberto non alienatarum, quibus
tamen fuerat ipſo iure propter inobedientiam
priuatus: nam, quin earum rerum dimidiam
recuperauerit, tanquam hæres Domini Lu-
douici, nulla videtur eſſe dubitatio, quia, cum
omnia illa bona, quibus fuerat priuatus, eſ-
ſent Domini Ludouici, qui ſimpliciter erat
prohibitus alienare extra familiam, potuit
ſine dubio ea bona relinquere vni de familia
74 † *d. l. filiusfam. 117. §. cum pater. ff. de lega. pri-*
mo l. vnum ex familia. 69. §. ſed etſi fundum
verſic. quod ſi talia. ff. de legat. ſecundo l. pater fi-
lium. 36. §. quindecim. ff. de legat. 3. l. voluntas.
4. Cod. de fideicomm. Authen. de reſtitut. fid. in
princip. & ſcribunt Caſtr. in l. peto. 71. §. fratre.
numero ſecundo. verſic. in text. ibi. ff. de leg. ſecundo.
Ruin. conſilio 101. numero 14. & conſilio 114. nu-
mero 9. volum. ſecundo Pariſ. conſilio 44. numero
18. volum. ſecundo Gabr. conſilio 140. numero 4.
volum. primo. Caphal. conſilio 36. numero vnde-
cimo. Mantic. de coniect. vlt. volun. libro 8. titu.
12. numero 15. Tiraquell. de retract. lign. §. 1.
glo. 6. numero 7. Menoch. conſilio 327. numero
96. & 104. Surd. conſilio 96. numero 24. Peregr.
conſilio 108. numero primo volum. 3. & conſe-
quenter ipſi Domino Alberto, qui proinde
tanquam hæres Domini Ludouici, licet non
poſſit recuperare bona alienata, propter ea,
quæ ſupra dicta ſunt, non alienata tamen, in
quibus ceſſat regula *l. cum vir. 24. ff. de vſucap.*
quin recuperare poſſit, non videtur dubitan-
dum.

Sed re diligenter perpenſa contrarium ve-
rius viſum eſt, non potuiſſe ſcilicet recupera-
re dimidiam bonorum etiam non alienatorũ,
quibus antea fuerat priuatus, imo nec dimidiã
bonorum, quæ D. Ludouicus à teſtatore fue-
rat conſecutus.

Primò, quia Dominus Ludouicus inſtituen-
do Dominum Albertum, qui prius alienaue-
rat, fecit (ſi quis diligenter attendat) contra
prohibitionem teſtatoris; nam teſtator pro-
hibuit omnem actum, per quem bona exi-
rent de familia, Sed inſtitutio facta à Domi-
no Ludouico eſt actus, per quem illa ſaltem
bona, quæ fuerant à Domino Alberto aliena-
ta, & erant ipſo iure facta Domini Ludouici,
exeunt de familia, quia, cum per talem in-
ſtitutionem ius ſuperueniat in perſonam Do-
mini Alberti venditoris, & conſequenter con-
firmetur ius in perſona emptoris, ſine dubio
hæc inſtitutio efficit, vt bona exeant de fami-
lia, & tranſeant in extraneos emptores. Cen-
ſetur igitur teſtator, & huiuſmodi inſtitutio-
nem prohibuiſſe. quoniam aliquo prohibito
cenſetur, & id omne prohibitum, per quod
75 peruenitur ad illud. † *l. oratio 16. ff. de ſponſal.*
Et verò, ſi prohibitus alienare extra familiam
cenſetur quoque prohibitus inſtituere hære-
76 dem extraneum † *dicta l. peto 71. §. fratre. ff. de*
legat. ſecundo; & Dominus Albertus, licet re-
ſpectu ſui non ſit extraneus, tamen reſpectu
eorum, quibus alienauit, & quibus proficit
inſtitutio, dici poteſt extraneus, debet etiam
cenſeri prohibita huius inſtitutio. Quo fit, vt
Dominus Ludouicus inſtituendo Dominum
Albertum, tanquam contrauenientis diſpoſi-
tioni, & voluntati teſtatoris fecerit locum fi-
deicommiſſo in caſum alienationis conſtitu-
to, & hoc modo non ſolum bona, quæ prius
erant Domini Alberti, ſed etiam ea, quæ fue-
rant eidem Domino Ludouico à teſtatore re-
licta, debeant ad fideicommiſſarios in caſum
alienationis vocatos transferri; Vnde, cum
inter eos non ſit connumerandus Dominus
Albertus, quippe, qui propter contrauentio-
nem fuit excluſus ab omnibus bonis teſtatoris,
& conſequenter etiam à iure fideicommiſſi.
77 † *lege cum pater. 79. §. libertis. ff. de leg. ſecundo.*
Conſequens eſt, vt nihil ex ſupradictis bonis à
D. Ludouico conſequi poſſit.

Secundò verò dato citra veri præiudicium,
quod Dominus Ludouicus dici non poſſit fe-
ciſſe contra prohibitionem teſtatoris, & con-
ſequenter, quod huius excluſionis cauſa non
poſſit conſiderari ex perſona ipſius Domi-
ni Ludouici, tamen ex perſona Domini Al-
berti eam conſiderando adhuc cenſendus eſt
priuatus omnibus bonis teſtatoris, quæ erant
penes Dominum Ludouicum, quia propter
alienationem antea factam cenſetur priuatus
hæreditate teſtatoris, & omnibus eius bonis,
non ſolum iis, quæ tunc temporis habebat, ſed
etiam iis, quæ in futurum conſequi potuiſſet.
78 † *dicto §. libertis*, ita, vt, quotieſcunque ali-
quid ex hæreditate teſtatoris ad eum peruene-
rit, ſemper dici poſſit factus fideicommiſſo
locus: nam indignitas contracta per aliena-
tionem durat perpetuò, maximè propter eius
confirmationem, quæ fit ex ſuperuenientia
iuris, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.
Quo fit, vt tanquam durante cauſa priua-
tionis durare quoque debeat, & ipſa priua-
79 tio. † *lege ſecunda. §. omnes. ff. de iudic. lege, qui*
nominibus. 45. §. primo. ff. de adminiſtrat. tuto.
lege ſemper 5. §. negotiatores. ff. de iur. immunit.
Semper enim verum eſt, cum alienaſſe, & con-

ſequenter

ſequenter eſſe indignum bonis, & hæreditate teſtatoris.

Neque obſtat, quod Dom. Ludouicus potuerit relinquere bona vni de familia, quia reſpon. Primò verum id eſſe, dummodo per talem alienationem effectu non perueniatur ad alienationem extra familiam, ne alioquin per indirectum concedatur, quod recta via pro-
80 hibitum eſt, † contra regulam. *l. ſcire. 21. §. ſi mater. ff. de tuto. & curat. & l. quæ ſub conditione. 8. §. ſi quis. ff. de cond. inſti.*

Secundò reſpon. id procedere, ſi alienatio fiat in eum de familia, quem teſtator ſpecialiter non prohibuit aliquid ex hæreditate ſua capere, aliàs non valere alienationem, ne circumueniatur teſtatoris voluntas.

Venio nunc ad quartam dubitationem; nam poſito, quod Dom. Albertus non potuerit recuperare dimidiam bonorum ſuorum, imò nec conſequi dimidiam bonorum, quæ *Dom.* Ludouicus habuerat à teſtatore, quæritur, ad quem ea debeat pertinere, an ad *D.* Io. Baptiſtam, tanquam cohæredem, an verò ad *D.* Melchiorem.

Videretur autem dicendum debere pertinere ad *D.* Io. Baptiſtam, quia pars non capientis
81 accreſcit capienti. † *l. vn. §. in primo, & §. pro ſecundo. C. de cad. toll. l. planè. 34. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. cum ſimilibus.*

Verùm hoc non obſtante puto verius, debere ad *D.* Melchiorem, non ad *D.* Io. Baptiſtã pertinere, Moueor autem

Primò, quia *Dom.* Albertus, quamuis propter alienationem factam non poſſit capere bona teſtatoris ſibi relicta à *Dom.* Ludouico, facit tamen partem *Dom.* Ioan. Baptiſtæ cohæredi ſuo, quia, qui non admittitur ad partem per ſemet ipſum, ſed per alium, vtique
82 facit partem † *l. ſi Titio. 7. cum ibi not. ff. de leg. ſecundo. Bart. in l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio nume. 1. & ibi Iaſ. numero 10. & alij paſſim. ff. de legat. primo.* Sed *Dom.* Albertus, licet non admittatur ad partem bonorum à ſe alienatorum per ſemetipſum, admittitur tamen per alios, nempè emptores, in quorum perſona ius con-
83 firmatur reſpectu cohæredis, † vt eſt text. ſingularis. *in l. vnum ex familia. 69. §. ſed, ſi vno. ff. de legat. ſecundo.* vbi, ſi is, qui prohibitus fuerat à teſtatore alienare domum extra familiã, inſtituat vnum de familia, & domum leget extraneo, &, qui ſunt de familia, petant fideicommiſſum, quamuis inſtitutus, qui & ipſe erat de familia, non poſſit cum cæteris admitti ad partem domus reuocandam, ſcilicet, quia adeundo hæreditatem eius, qui legauit, & ſic alienauit, cenſetur eius diſpoſitionem cõprobaſſe, ac eo modo alienaſſe, quia tamen admittitur per legatarium, in quem facta eſt alienatio, ideo facit partem alijs de familia fideicommiſſum vindicantibus, Ergo, & ſimili ratione *Dom.* Albertus, qui & ipſe ex teſtamento *Dom.* Ludouici potuiſſet capere dimidiam ſuorum bonorum, licet propter alienationem factam non admittatur, quia tamen admittitur per emptores, in quorum perſona ius confirmatur, debet facere partem cohæredi.

Et, ſi dicatur emptores non poſſe ea bona retinere, cum propter prohibitionem alienationis extra familiam fieri non poſſit, vt illa apud eos remaneant, reſpon. emptores admitti reſpectu alienantis, & cohæredis, qui non poſſunt contra eos agere, ſed non reſpectu fideicommiſſariorum, in caſum alienationis vocatorum, qui poſſunt rem alienatam vindicare.

Secundò moueor, quia *Dom.* Albertus reſpectu cohæredis admittitur ad partem hæreditatis ſibi à *Domino* Ludouico relictæ, Et, licet in pœnam contrauentionis priuetur illis bonis, quæ prouenerunt à *Dom.* Ioan. *Ma*ria teſtatore, non tamen hoc debet eſſe lucrũ *Dom.* Ioan. Baptiſtæ, ſed eorum, qui in caſum priuationis à teſtatore vocati ſunt: nam, quẽadmodum ſubſtitutus non admittitur, quan-
84 do inſtitutus priuatur bonis fauore fiſci. † *l. ſi ſequens. 15. in princ. ff. ad Sylania.* Ita etiam *Dom.* Ioan. Baptiſta, qui venit per ius accreſcendi, & ſic per tacitam quandam ſubſtitu-
85 tionem. † *l. ſi Titio. 63. §. fin. ff. de legat. ſecundo* non debet admitti in caſu noſtro, in quo *Dominus* Albertus priuatur bonis fauore eorum, qui nominatim in caſum contrauentionis vocati ſunt, nempè fauore *D.* Melchioris, non *D.* Io. Baptiſtæ.

Tertiò moueor, quia in diuerſis rebus, & hæreditatibus non habet locum ius accreſcendi.
86 † *l. huiuſmodi 86. §. quibus. ff. de lega. primo DD. in l. re coniuncti. 87. ff. de legat. tertio.* quemadmodum non habet locum in diuerſis teſta-
87 mentis, † *l. ſi ſub conditione. 16. in fin. ff. quibus modis vſusfru. amitt.* Sed in caſu noſtro tractatur de diuerſis hæreditatibus, & teſtamentis: nam *Dominus* Ioan. Baptiſta venit ex teſtamento *Dom.* Ludouici, & dimidiam hæreditatis eius conſecutus eſt, illa verò hæreditas, qua propter inobedientiam priuatur *Do.* Albertus, non eſt hæreditas *Domini* Ludouici (nam hæc pro dimidia remanet nomine, & effectu penes ipſum *Dominum* Albertum, qui fratris hæreditatem adiuit, & retinet dimidiam omnium rerum eius) ſed eſt hæreditas *Dom.* Ioan. Mariæ teſtatoris, qui alienantem bona extra familiam priuauit ſua hæreditate, & eam per fideicommiſſum tranſtulit in nominatos. Non potuit igitur in caſu noſtro eſſe locus iuri accreſcendi, & conſequenter non potuit *Dominus* Ioan. Baptiſta, tanquam hæres *Domini* Ludouici aſpirare ad bona, quibus *Dominus* Albertus, propter inobedientiam priuatus eſt, ſed ea debent pertinere ad *Dom.* Melchiorem, qui ſolus ſupereſt ex iis, qui nominatim à teſtatore vocati ſunt, & conſequenter omnibus debet præferri *dicta lege cum ita 33. §. in fideicommiſſo. ff. de lega. 2.*

Ex his apparet, non obeſſe contrarium, quia primo pars non capientis ita demum accreſcit capienti, ſi ille, neque capiat per ſe, neque per alium, *vt ex doctr. Bart. ſupra demonſtrauimus*, deinde ea accreſcit, quando tractatur de eadem, non verò de diuerſa hæreditate. Itaque ſi *D.* Albertus fuiſſet priuatus hæreditate *D.* Ludouici fortè, quia feciſſet aliquid contra eius prohibitionem, faterer eius portionẽ ad *D.* Io. Baptiſtã debuiſſe pertinere, ſed, quia fuit priuatus hæreditate *D.* Io. Mariæ propter alienationem factam contra eius prohibitionẽ, verius eſt, ceſſare ius accreſcendi, *iuxta ea,*

quæ ibi diximus in tertio fundamento.

Sexta ſuccedit dubitatio reſpiciẽs aliam bonorum D. Alberti, quibus fuerat priuatus dimidiam, quæ poterat a D. Ludouico reuocari: nam quæritur, an ea debuerit pertinere ad D. Io. Baptiſtam tanquam hæredem D. Ludouici pro dimidia, an verò ad D. Melchiorem, tanquam nominatim vocatum in caſum alienationis. Verùm, quia dubitationis huius deciſio pendet ex iis, quæ dicta ſunt *in ſecunda parte quarti dubij*, ideo breuiter reſpondeò, quia D. Ludouicus inſtituendo D. Albertum qui prius alienauerat, fecit contra prohibitionem teſtatoris, *ſecundùm ea, quæ ibi diximus*, ideo apertum eſſe fideicommiſſum ad fauorem D. Melchioris tàm ratione bonorum, quę prius erant Do. Alberti, quam ratione eorum, quæ D. Ludouicus à teſtatore fuerat conſecutus, & hac ratione Dom. Ioan. Baptiſtam nihil ex iis bonis conſequi potuiſſe, quia ad fideicommiſſum relictum familię, cum euenit conditio, vocantur primo loco nominati, & cæteris omnibus præferuntur, *dicto §. in fideicommiſſo, & nos ſupra diximus.*

Quoad ſeptimam dubitationem reſpicientem bona teſtatoris peruenientia ad Do. Io. Baptiſtam, qui poſtea alienauit, quæritur ad quẽ ea debeant ſpectare, an ad hæredes eius, an verò ad Dom. Melchiorem. Vtique autem in facto præſuppono Dom. Ioan. Baptiſtam reliquiſſe filios, qui proinde ſunt de familia: nam, ſi nullos deſcendentes reliquiſſet, res careret omni dubitatione, quia deficientibus omnibus, ſolus D. Melchior ſupereſſet, qui bona reuocare poſſet.

Poſito igitur, quod liberos reliquerit, verius crediderim bona illa ad deſcendentes, nõ ad D. Melchiorem pertinere, quia, licet ad fideicommiſſum relictum familiæ nominatim vocati præferantur omnibus etiam proximioribus, hoc tamen verum eſt, quando fit tranſitus ab vna linea ad aliam. Cæterum, quando ſuperſunt deſcendentes eius, qui grauatus
88 eſt, conſtat eos omnibus eſſe præferendos, † *vt ſcribunt Socin. iunior. conſilio 252. numero 17. verſiculo ad primam reſpon. volum. ſecundo Gabr. conſilio 112. numero 13. volum. 2. Cephal. conſilio 282. per tot. conſilio 457. numero 5. conſilio 489. numero 62. & conſilio 493. numero 42. Surd. conſilio 370. numero 15.* Nam teſtator in bonis vni relictis, quemadmodum ipſum prædilexit, ita etiam, cenſetur omnes eius deſcendentes præ-
89 dilexiſſe † *l. cum auus. 101. ff. de conditio. & demonſtrat. l. vni. C. de iis, qui ant. apert. tabu. & ſcribunt glo. in l. cum acutiſſimi. 30. in verb. vitam ſuam. C. de fideicomm. Ruin. conſilio 159. nume. 11. & conſilio 191. numero 13. volum. 2. Cephal. conſilio 457. numero 6. Menoch. conſilio 823. numero 7. verſic. quo autem.* Quinimo in caſu noſtro res caret omni dubio, quia teſtator hoc expreſsè declarauit in teſtamento, vt apparet ex illis verbis, *& ſic ſucceſſiuè in eorum reſpectiuè deſcendentes*, quo fit, vt res non ſit amplius in controuerſiam deducenda.

Octaua, & vltima dubitatio eſt, an de prædictis bonis ita prohibitis alienari fieri poſſit detractio Trebellianicæ. Et puto non poſſe.

Primò, quia, licet teſtator eam prohibuerit in ſubſtitutione facta in caſum mortis, non etiam in prohibitione alienationis, cenſetur tamen eam in vtroque caſu prohibuiſſe: nam, quia ſubſtitutio facta in caſum mortis reſpicit eaſdem bona, & eaſdem perſonas, quas reſpicit prohibitio alienationis, & conſequenter talis prohibitio cenſetur facta fauore ſubſtitutorum, & cauſa ſubſequentis ſubſtitutionis, ideo tanquam acceſſoria debet regulari, & declarari ſecundum qualitates, & iura ip-
90 ſius ſubſtitutionis; † *vt ſcribunt Alexan. conſilio 59. numero 8. & 9. volum. 3. Ruin. conſilio 134. numero 16. volum. 3. Gabr. conſilio 111. numero 21. volum. primò, & conſilio 135. numero 26. volum. ſecundo. Cephal. conſilio 17. numero 24. conſilio 477. numero 16. & conſilio 544. numero 12. Beret. conſilio 63. numero quinto, & conſilio 75. numero 7. Odd. conſilio 66. numero 44. & conſilio 68. numero 13. & 19. Peregr. de fideicom. artic. 14. numero 47. & conſilio 45. numero 8. & 22. conſilio 68. numero 8. volum. 1. conſilio 44. numero 13. volum. tertio. Menoch. conſilio 325. numero 70. conſilio 376. numero 49. conſilio 680. numero 76. & conſilio 780. numero 5. Surd. conſilio 448. numero 19. Lalderch. conſilio quinto in princ.* Vnde, quemadmodum in caſum ſubſtitutionis non poteſt detrahi Trebellianica, propter expreſſam teſtatoris prohibitionem, ita etiam non poterit detrahi in caſum prohibitæ alienationis.

Secundo, quia Trebellianica cenſetur prohibita, quoties ex coniecturis colligimus ta-
91 lem fuiſſe mentem teſtatoris, † *vt ſcribunt Caſtren. in Authen. ſed cum teſtator numero ſecundo C. ad l. Falcid. Gabr. in titu. Ad Trebell. conclu. 2. numero ſecundo. Boer. deciſ. 44. numero 33. Mantica de coniect. vlt. volun. libro ſeptimo tit. 12. numero 6. Maſcar. de probat. conclu. 1395. numero 3. Menoch. conſilio 374. numero quarto, & de præſ. libro quarto præſ. 198. numero decimo.* Sed mens teſtatoris circa Trebellianicæ prohibitionem colligitur in caſu noſtro ex prohibitione facta in caſum mortis, quia, qualis ſit mens teſtatoris in vna parte teſtamenti talis fuiſſe præſumitur in alia, *vt ſupra dictum eſt*, maximè, cum probabilis ratio diuerſitatis afferri non poſſit, cur potius voluerit prohibere Trebellianicam, ſi bona peruenissent ad vocatos virtute ſubſtitutionis, quam, ſi virtute prohibitionis. Cenſebitur ergo prohibita etiam in caſum alienationis.

Tertiò, quia prohibita bonorum alienatione, cenſetur quoque per conſequentias pro-
92 hibita detractio Trebellianicæ, † *Authen. ſed in ea. C. ad l. Falcid. quæ, licet loquatur de falcidia, procedit tamen etiam in Trebellianica ſecundum Bald. ibi, & Ruin. conſilio 173. numero 21. volum. ſecundo, & conſilio 119. numero 4. volum. 3. Pariſ. conſilio 9. numero 15. & conſilio 93. numero 48. volu. 2. & conſ. 17. numero 31. volu. 3. Guidop. queſt. 51. num. 2. Decia. conſ. 120. num. 24. vol. 3. & alios communiter, vt ait idem Gabr. in tit. ad Treb. concl. 9. num. 1.*

Et, ſi quis obiiciat, hoc verum eſſe, ſi facta ſit prohibitio alienationis rei particularis, ſe-
93 cus verò, ſi omnium bonorum; † *Quomodo cenſuerunt Pariſ. conſ. 43. nu. 25. vol. 3. Ceph. conſ. 320. nu. 43. Roll. conſ. 9. num. 14. 15. et 19. volum. 4. Menoch. conſ. 177. num. 27. cõſ. 528. num. 23. et conſ.*

Digitized by Google

conſ.630.nu.25. Reſpon. primo cõtrarium aper-
94 tè cenſuiſſe. † *Pariſ.conſi.18.num.101. & conſil. 93.num.47. vol.2. Ruin.conſ.19.num.4. vol.3. Ant.Gabr.in d.tit.ad Treb. concl.9.num.2. Hyero. Gabr.conſ.87.num.5. vol.2. Perig.conſ.68.num.1. & per tot.vol.1.* Secundò reſpon. quando prohibita eſt alienatio omnium bonorum, non ſolùm hæredibus inſtitutis, ſed etiam eorum hæredibus, vt in caſu noſtro, tunc ſine dubio ceſ-
95 ſare Trebellianicæ detractionẽ, † *vt latè oſtendit Menoc.d.lib.4.præſ.198.num.28. verſic. tertio in fine.*

Quartò teſtator in caſu noſtro voluit hæreditatem pleno iure pertinere ad eos, qui non alienauerint, quibus verbis cenſetur Trebellia-
96 nicæ detractionem prohibuiſſe, † *vt ſcripſerunt Bald.in l. precibus. 8.num.44. C. de impub. & al. ſubſti. Guidop.q. 537.num.2. Gabr.conſ.87.nu.4. vol.2. Decia.conſi.44.nu.70 vol.3. & Meno.conſi. 1112.nu.14. & conſ.1145.nu.18.*

Quintò quando teſtator priuat hæredem inſtitutum bonis, & hæreditate, ſi contrauenerit ſuæ voluntati, ceſſat Trebellianicæ detractio
97 † *vt ſcribunt Ruin.conſ.47.num.18.vol.2. & conſ. 170.num.10.verſic.ſed præmiſſis vol.3. Anto.Gab. in d.tit.ad Treb. conclu.9. num.8. Hyeroni. Gabr. conſi.184.num.6.volu.1. Cæph. conſi.153. per tot. Surd.conſ.342.per tot. Menoc.conſ.1084. numero 18. & 32. & de præſ.lib.4.præſ.198.num.24.* Nam Trebellianica non niſi ab hæredibus detrahi
98 poteſt, † *l. 1.§ inde Neratius l. mulier.22. §.fin. ff. ad Trebell. & ſcribunt Alexan. conſi.247.num. 4.in fin.volum.6. Cæphal.conſil.148.num.13. Decian.conſil.41. num.19. volum.1.* vnde, quia, qui priuatur hæreditate propter inobedientiam non remanet hæres, cum perinde habeatur,
99 atque, ſi non adiiſſet. † *§. ſi quis autem non implens Auth. de hær. & falc. coll. 1. Auth. hoc amplius, C. de fideicom. Auth. cui relictum. C. de ind. vid. toll.* Conſequẽs eſt, vt Trebellianicam detrahere non poſſit.

Sexto multò facilius hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo priuatio facta fuit cum illa clauſula, Ex nunc, prout ex tunc, quæ operatur, vt priuatio retrotrahatur ad tempus teſtamenti, & perinde ſit, atque ſi contraue-
100 niens non fuiſſet inſtitutus, † *vt ſcribunt Rui. conſi.129.num.6.volum.2. Cephal.conſi.153.num. 44.in fin. Surd.conſ. 342.num.15.* vnde, quemadmodum, ſi non fuiſſet inſtitutus, non poſſet detrahere Trebellianicam, ita etiam non
101 poterit ſtante clauſula prædicta. † *Et ita in terminis ſcribunt Cæphal.d.conſil.153. num.44. & 45. & Surd. d.conſil 342. num. 14. & ſeqq.* Et ita in omnibus ſupradictis dubitationibus iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Perill. D. Maria Comitiſſa Fugeniæ, & Perill. D. Diana Comitiſſa S. Secundi.

CONSILIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum an, & quando probetur ex confeſſione grauati, Et an, & quando valeat ſi teſtator nullis adhibitis teſtibus committat hæredi, vt aliquid certæ perſonæ præſtet: Et quando donatio prætextu doli, & fraudis, aut ex defectu poteſtatis infirmetur, Et an, & quãdo iuramentum ſuppleat defectum inſinuationis, Et an, & quando donatarius agere poſſit aduerſus tertios poſſeſſores.

SVMMARIVM.

1 *Agi vt poſſit ex poſtrema alterius diſpoſitione, de ea legitimè conſtare debet.*
2 *Confeſſio, & aſſertio ſola grauati non probat legitimè fideicommiſſum, Sed contra num. 17. & 19. Declara tamen vt nu.26. & ſeqq.*
3 *Fideicommiſſi conſtitutio non pendet à voluntate, & poteſtate grauati.*
4 *Confeſſio nihil operatur in his, quæ non pendent à voluntate, & poteſtate confitentis, Declara, vt num. 28.*
5 *Confeſſionibus, & aſſertionibus partium non eſt ſtandum, cum ſumus in materia ſuſpecta.*
6 *Confeſſiones, & aſſertiones eadem facilitate fiunt, qua actus principales, quos coadiuuant.*
7 *Fideicommiſſa, & legata regulariter ſolent relinqui propter beneficium aliquod acceptum.*
8 *Confeſſioni, & aſſertioni facta de actu inuerisimili non creditur.*
9 *Fideicommiſſum, aut aliud relictũ; vt peti poſſit, neceſſario ſunt adhibendi quinque teſtes.*
10 *Declaratur l. vlt. C. de fideic. & nu. 11. & 12. 23. 24. & 34.*
13 *Teſtatorem velle diſponere non ſufficit, niſi poſtea diſponat.*
14 *Verbum donare tam ad donationem inter viuos, quam ad legata, fideicommiſſa, & mortis cauſa donationes referri poteſt.*
15 *Mandatum teſtatoris de voluntate ſua exequenda facit diſpoſitionem, & fideicommiſſum inducit: Amplia, vt nu. 16.*
18 *Iuramenti recuſatio tacita confeſſio eſt, & fideicommiſſum probat.*
20 *Aſſertioni reſpicienti ſolum incommodum aſſerentis tempore, quo fit, omnino ſtandum eſt, ſecus ſi tenderet ad præiudicium tertij. nu.21.*
22 *Confeſſio nocet etiam ſingularibus ſucceſſorib. qui cauſam poſtea habent à confitente.*
25 *Grauatus, quando ex conſcientia fideicommiſſi relicti ſatisfacit voluntati defuncti promittendo relictum, defectus ſolennitatis fideicommiſſario non obeſt, quin tali relictum petere poſſit.*
27 *Confeſſio erronea neque probat, neque nocet.*
29 *Hæres poteſt declarare voluntatem defuncti, tanquam ſibi notam.*
30 *Error in facto alieno non præiudicat.*
31 *Confeſſio grauati plenè probat fideicommiſſum*

quando reſpicit factum proprium.

32 *Donamus plerumque iis etiam, quos nunquam vi dimus, præcipuè cognatis, itaque hereditates lega ta, & fideicommiſſa plerumque relinquimus, & num. 33.*

35 *Bart. in l. vlt. C. de fideic. Declaratur, & nu. 36.*

37 *Diſpoſitio quando dicatur imperfecta ratione vo luntatis.*

38 *Fideicommiſſum, & ſine ſcriptis, & nutu fieri po teſt, & nu. 39.*

40 *Inſtrumentum publicum habet præſumptionem pro ſe.*

41 *Inſtrumentum publicum eſt probatio probata.*

42 *Donatio dolo, & malis artib. extorta nullius eſt momenti.*

43 *Donatio, aut alius contractus ſine conſenſu conſi ſtere non poteſt, & nu. 44.*

45 *Dolus, & circumuentio regulariter coniecturis probari ſolet.*

46 *Mulier eſt ſui natura auariſſima, & quæ rarò do nat, & nu. 47. & an ex hoc, quod donauerit, poſ ſit elici, probabilis coniectura fraudis nu. 49. & quando nu. 51.*

48 *Mulier ſi cui donet ſummam egregiam, præſu mitur dolis, & malis artibus circumuenta.*

50 *Mulierum auara natura donationis præſum ptionem excludit, non autem donationem confir mat, ſi de ea legitimè conſtet.*

52 *Hæres, qui voluntatem defuncti etiam minus ſo lemnem, & inualidam implet, dicitur id facere ex conſcientia relicti.*

53 *Fraudis & doli coniectura an, & quando ſuma tur ex eo, quod vir ſagax & eloquens cum mulie re contrahat, & nu. 54.*

55 *Fraudis coniectura an, & quãdo ex eo ſumatur, quod donatio non fuerit facta in domo propria donantis, ſed donatarij, & nu. ſeqq.*

56 *Dolus, & fraus argui non poteſt ex occultatione donationis factæ volente donatore, quando dona tio non erat iure prohibita.*

57 *Clandeſtinitas quando doli, & fraudis ſuſpicionẽ inducat.*

58 *Donare patrimonium eſt poſitum in libera cuiuſ que voluntate.*

59 *Suſpicionis aliqua probabilis cauſa ex eo elici non poteſt, quod actus fiat clam, & ſecreto ita volen te, & iubente eo, qui agit.*

60 *Notarij, & teſtium familiaritas in contractibus fraudis ſuſpicionem inducit, Declarat, vt nu. 61. & num. 62.*

63 *Donatio longo tempore abſcondita, & occultata fraudis, & doli ſuſpicione non caret, & num. 64. Declara. vt nu. 65.*

66 *Inſinuatio in donatione excedente ſummam legi timam eſt neceſſaria.*

67 *Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis, Sed contra num. 72.*

68 *Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis, niſi ſit renuntiatum legibus inſinuationem requi rentibus, Sed contra. nu. 73.*

69 *Renuntiatum legibus inſinuationem requirenti bus, vt dicatur, non ſufficit renuntiatio facta om ni legum auxilio, Sed contra nu. 74.*

70 *Renunciatio ſpecialis, quando requiritur, non ſuf ficit, ſi renuncietur omni legum auxilio, & nu mero 74.*

71 *Donatio ob cauſam non indiget inſinuatione.*

72 *Donatio iurata ex frequentiori DD. ſententia nõ indiget inſinuatione, & nu. 73.*

75 *Clauſula hæc, renuncians omni legum auxilio in ducit renunciationem cuiuſcunque rei, etiam ſi requirat ſpecialem renunciationem.*

76 *Iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis.*

77 *Clauſula in inſtrumento appoſita, vt id fiat ad di ctamen ſapientis, quid operetur.*

78 *Vxor donare non poteſt in præiudicium mariti.*

79 *Scriptura priuata, vt probet, non ſufficit, quod te ſtes dicant ſe habere notam manum, niſi fuerint præſentes, quo tempore confecta fuit, maximè, quando tractatur de præiudicio tertij.*

80 *Scriptura priuata non eſt ſufficiens ad tribuendã potiorem hypothecam.*

81 *Hypotheca tacita, quæ doti tribuitur à die tantum matrimonij incipit competere, & nu. 82.*

83 *Dos non eſt, nec dicitur ante matrimonium.*

84 *Actio hypothecaria realis eſt.*

85 *Donatio iurata valet ſine dubio, etiamſi non fue rit inſinuata, ſi ſit renuntiatum legibus inſinua tionem requirentibus.*

86 *Donationes reciprocæ non indigent inſinuatione, & facilius ſuſtineri ſolent, quam ſimplices.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Conſultatio propoſita, quę iam ab excellentiſſimis viris fuit plenè diſcuſſa, non videtur opera mea indigere, cum vix ſit, vt quicquam dici, aut allegari poſſit, quod eorum accurata diligentia non tetigerit, Sed, ne laborem reſpuere videar, ſtatui iuſto, & enixo patris deſiderio ſatiſfacere, & meam quoque de præſenti conſultatione ſententiam proferre. Et, quoniam effectu de tribus inſtrumentis agitur, licet actio principaliter intentata non pertineat, niſi ad duorum millium aureorum inſtrumentum, cuius iam dies venit, ideo de omnibus ſcribendũ cenſui, de quibus quatuor dubitationes proponuntur. Prima, an Perill. D. Diana Comitiſſa S. Secundi poſſit petere ſummam duorum millium aureorum, quaſi ex fideicommiſſo, ſeu poſtrema diſpoſitione Illuſtriſs. D. Octauiæ de Sabaudia. Secunda, ſi non poteſt, quaſi ex illius diſpoſitione, an ſaltem poſſit, quaſi ex donatione facta à Perill. D. Margarita Comitiſſa Gattinariæ. Tertia, an ex prędicta cauſa poſſit agere hypothecaria contra Perill. DD. Carolum, & Ludouicum Comites Morettæ, tanquam tertios bonorum donatricis poſſeſſores. Quarta demum, an aliæ duæ donationes factæ Perill. D. Mariæ Comitiſſæ Eugeniæ ſuſtineri, & vim, ac effectũ ſuo tempore ſortiri poſſint.

Exordiendo igitur à Prima dubitatione, videretur in ea primo aſpectu contra D. Comitiſſam Dianam reſpondendum.

Primò, quia, vt ex poſtrema alterius diſpoſitione poſſit agi, de ea legitimè conſtare debet,
1 † *l. Diuus. 25. l. Lucius. 41. ff. de mil. teſt. §. planè inſti. eod.* In caſu autem noſtro non videtur legitimè conſtare D. Octauiam reliquiſſe D. Comitiſſæ Dianæ prædictam ſummam, quia, licet hoc aſſerat D. Comitiſſa Margarita in inſtrumento, hæc tamen aſſertio, & confeſſio ſola non videtur legitimè probare fideicõmiſſum,
2 † *vt ſcribunt Ruin. conſ. 167. nu. 19. vol. 2. & conſ. 127. num. 18. vol. 3. Soc. ſen. conſ. 112. nu. 1. & ſeqq. vol. 1. & conſ. 130. num. 82. vol. 2. Beret. conſ. 130. num. 7. verſ. ſed & ſecundò, Deci. conſ. 10. num. 79. in fin. & num. 94. vol. 3. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 3. tit. 1. num. 29. Menoc. conſ. 86. num. 94. conſil.*

91. num. 39. conſ. 191. num. 53. & conſ. 636. nu. 33. Pereg. de fideicom. artic. 43. num. 7. & conſ. 53. nu. 10. verſ. hinc autem vol. 1. Surd. conſ. 129. num. 42. conſ. 153. num. 20. & conſ. 403. num. 76. & ſeqq. quia in iis, quæ non pendent à voluntate, & po
teſtate confitentis, cuiuſmodi eſt fideicõmiſſi
3 conſtitutio, † *vt ſcribunt Soc. iun. d. conſ. 112. nu. 3. vol. 1. Decia. d. conſ. 10. num. 89. volu. 3. Pereg. de fideicom. d. art. 43. num. 7. verſ. paſſim, & d. conſ. 53. num. 40. in fin. volu. 1.* confeſſio nihil operatur.
4 † *l. confeſſionibus. 14. ff. de int. actio. l. inde Neratius. 23. § fin. ff. ad l. Aquil. Gramm. deciſ. 81. num. 6. Decia. d. conſ. 10. num. 89. vol. 3. Menoc. conſilio 948. num. 34. Pereg. conſ. 21. num. 25. vol. 2. Surd. conſ. 5. num. 42. & conſ. 552. num. 23.* Quod multo magis videtur admittendum, quando, vt in
caſu noſtro, ſumus in materia ſuſpecta, in qua
non ſtatur confeſſionibus, & aſſertionibus par
5 tium; † *ſecundum Bart. in l. ſi forte. 8. num. 4. ff. de caſtr. pec. & in l. qui teſtamentum. 2. ff. de probat. Bald. in l. rogaſti. 11. § ſi tibi decem colum. 2. verſ. in contrarium. ff. ſi cert. pet. Pereg. conſ. 83. nu. 20. vol. 3.* quia, qua facilitate quis inducitur ad contrahendum, eadem induci ſolet ad faciendas aſ-
ſertiones, & confeſſiones, quæ principalẽ actũ
6 coadiuuant, † *vt ſcribunt Bald. in l. fin. §. item quæſitum num. 1. ff. de cond. ind. Ruin. conſil. 167. num. 19. vol. 2. Surd. conſ. 473. num. 23.* & maximè, quando aſſertio non eſt veriſimilis, qualis
non videtur aſſertio D. Comitiſſæ Margaritæ:
Nam, cum D. Octauia nunquam vidiſſet Do.
Comitiſſam Dianam, nec ab ea, tanquam ad-
huc infante dici poſſet beneficium aliquod ac-
cepiſſe, propter quod regulariter legata, & fi-
7 deicommiſſa relinqui ſolent; † *l. nec adiecit. 9. ff. pro ſoc. l. idemque. 10. § fi. ff. mand.* veriſimile nõ
eſt, eam voluiſſe quicquam illi per fideicom-
miſſum relinquere. Quo fit, vt tali aſſertioni, &
confeſſioni, tanquam non veriſimili non ſit
8 credendum. † *l. 3. §. 1. verſ. tu magis. ff. de teſtibus. Bald. in l. ſi quis in hoc. 10. num. 3. C. de Epiſ. & cle. Iaſ. in l. ſi extraneus. 6. num. 8. ff. de cond. cauſ. dat. Dec. in l. cum te. nu. 7. C. de tranſact. Decia. conſ. 108. num. 66. vol. 2. conſ. 91. num. 4. conſ. 104. nu. 25. & conſ. 117. num. 50. vol. 3. & conſ. 72. nu. 17. vol. 5. Peregr. conſ. 75. num. 24. vol. 1. & conſ. 2. nu. 81. vol. 2. Surd. conſ. 311. num. 66.* & conſequenter non poſſit D. Comitiſſa Diana virtute hu-
ius aſſertionis, quæ legitimè fideicommiſſum
non probat, petere ſummam prædictam, quaſi
relictam à D. Octauia.

Secundo verò dato, φ aſſertio D. Comitiſ-
ſæ Margaritæ fidem faceret, & probaret volun
tatem D. Octauiæ, non tamen ex ea, tanquam
ex diſpoſitione nulla, danda videtur actio Do.
Comitiſſæ Dianæ, quia, ad hoc, vt fideicommiſ
ſum, aut aliud relictum peti poſſit, neceſſariò
9 quinque teſtes ſunt adhibendi. † *l. vlt. in ſi. C. de codic. l. vlt. C. de fideic. l. vlt. C. de don. cauſ. mort. §. vlt. inſti. de fid. hæred. Pereg. de fideic. art. 43. num. 2. Menoc. conſ. 750. num. 7.* Et hoc non obſtante
diſpoſitione *d. l. vlt. C. de fideicom.* quippe, quæ
procedere videtur, quando grauatus promiſit
teſtatori, ſe quid ex eius poſtrema voluntate
daturum, vel facturum, ſecundum vnum eius
10 legis intellectum, † *quem probarunt Bart. in l. nemo poteſt. 58. in prin. & ibi Alex. num. 9. & alij communiter, vt ibi teſtatur Iaſ. in 1. lect. num. 20. & in 2. num. 27. ff. de leg. 1. Pereg. de fideic. d. artic. 43. num. 5. Surd. conſ. 398. num. 32.* vel, quando
primò negauit relictum, deinde poſt oblatio-
nem iuramenti factam à fideicommiſſario, re-
cuſat iuramentum, & recurrit ad ſubtilitatem
legis allegando nullum eſſe fideicommiſſum
propter defectum teſtium, ſecundum alium
11 intellectum. † *glo. in d. l. fin. in verb. ſubire. C. de fideicom. quam vbi probant DD. communiter, vt atteſtantur Conar. in c. cap. indicante nu. 1. de teſta. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 2. tit. 13. num. 5. Pereg. d. arti. 43. num. 4.* Cæterum, quando hæres,
neque promiſit teſtatori, neque negauit reli-
ctum, ſed illud ſtatim confeſſus eſt, videtur ve
rius, & receptius, id non ſuſtineri, ſi in eo relin-
quendo legitimus teſtium numerus non fuerit
12 adhibitus, † *vt ſcribit Pereg. d. arti. 43. nu. 3. & 4.*
Vnde, cum in caſu noſtro neque D. Comitiſſa
Margarita dixerit in inſtrumento, ſe filiæ ſuæ
quicquam promiſiſſe, neque relictum negare-
rit, ſed illud vltro ſit confeſſa, & conſtet nullos
fuiſſe adhibitos teſtes, conſequens videtur, vt
nullius debeat eſſe momenti diſpoſitio.

Tertiò demum dato, quod aſſertio D. Comi-
tiſſæ Margaritæ probaret, & teſtes non fuiſſent
neceſſarij, non tamen in caſu noſtro diſpoſitio
illa D. Octauiæ tanquam imperfecta ratione
voluntatis videtur poſſe ſuſtineri: nam, etſi te-
ſtator dixerit, volo tali relinquere, ſi tamen
morte præuentus voluntatem illam ad actum
redigere non potuerit, verba illa, nullius ſunt
momenti, quia non ſufficit teſtatorem velle
13 diſponere, niſi poſtea diſponat, † *l. quidam cum filium 46. & ibi Bald. & alij not. ff. de hæred. inſti. & ſcribunt Caſtr. in l. ſerui electione. 5. in princ. num. 4. ff. de leg. 1. Soc. ſen. conſ. 69 in prin. vol. 3. Alex. in l. 3. num. 4. C. de lib. præt. Ruin. conſ. 134. nu. 1. vol. 2. Soc. iun. conſ. 179. num. 40. & per tot. volu. 2. Decian. conſ. 31. num. 23. vol. 1. & conſ. 44. nu. 9. vol. 3. Lader. conſ. 41. num. 11. Menoc. conſ. 750. num. 6. verſ. Si ergo, Pereg. conſ. 61. num. 5. vol. 2.* Vnde,
cum in caſu noſtro conſtet ex ipſamet aſſertio-
ne D. Comitiſſæ Margaritæ facta in inſtrumẽ-
to, in qua ſola fundatur intentio D. Comitiſſæ
Dianæ, *Che la Signora Ottauia* (vt inſtrumentis
verbis vtar) *dicchiaraſſe alla Sig. Margarita ſua madre, che foſſe ſua mente, & volonta di donar alla Sign. Diana la ſomma di ſcudi doi millia d'oro, e non meteſſe tal ſua volonta, & vltima ſua diſpoſitione verbale in ſcritto per l'improuiſa morte,* Con
ſequens videtur, vt hæc voluntas, tanquam ad
actum non redacta nullius ſit momenti, ne-
que ex ea Do. Comitiſſa Diana poſſit aliqua
actionẽ experiri.

Verùm his non obſtantibus, puto contrariũ
eſſe de iure verius, poſſe ſcilicet D. Comitiſſã
Dianam petere hanc ſummam, quaſi ex fidei-
commiſſo relicto à D. Octauia: Nam præſup-
pono tria, quæ tam in facto, quàm in iure ve-
riſſima ſunt, atque certiſſima, ſcilicet D. Octa-
uiam, & voluiſſe relinquere D. Comitiſſæ Dia-
næ prædictam ſummam per fideicommiſſum,
& reliquiſſe, & de hac diſpoſitione legitimè
conſtare.

Primùm enim voluiſſe prædictã ſummam
relinquere per fideicommiſſum, apparet ex il-
lis verbis inſtrumenti, *Che foſſe ſua mente, & volunta di donar alla Sig. Diana la ſomma di ſcudi doi millia*, quæ, quanquam videantur ambiguá,
propter verbum donare, quod tam ad dona-
tionem inter viuos, quàm ad legata, fideicom-
miſſa, & mortis cauſa donationes referri po-
teſt.

na D. Gaſparis peruenire ad D. Melchiorem
ſolum in caſum delicti, quam in caſum ſim-
20 plicis alienationis. † vt in ſimilibus terminis ar-
guunt Soc.ſen.conſ.24. poſt num.8. volu.1 Soc.iun.
conſ.126. num.29. & 30.vol.1. Decia.conſ.89.nu.
30.vol.3.

Tertio moueor, quia dato etiam citra veri
præiudicium, quod in caſum ſimplicis aliena-
tionis citra modum delinquendi teſtator ne-
minem vocaſſet, & quod hic caſus, iuxta inter-
pretationem aduerſariorum eſſet omiſſus, &
conſequenter deberet remanere in diſpoſitio-
ne iuris communis, adhuc tamen dicendum
eſt, in parte D. Gaſparis D. Melchiorem ſolũ
alijs omnibus eſſe præferendũ, quia D. Gaſpar
alienando extra familiam bona ſibi à teſtato-
re relicta, etiamſi alienauerit citra modum de-
linquendi, remanſit tamen ipſo iure priuatus
bonis, & hæreditate teſtatoris, vt apparet ex il-
lis verbis, & vbi deuenerint, ſeu aliquis eorum de-
uenerit ad ipſum actum, etiamſi eſſet actus aliena-
tionis per modum delinquendi, ex nunc, prout ex
tunc priuauit, & priuat ipſum talem alienantem,
& delinquentem ab hæreditate, & bonis dicti Ma-
gniſi. D. teſtatoris, quæ verba priuant alienan-
tem etiam citra modum delinquendi, propter
21 dictionem, etiamſi, quæ eſt implicatiua, † vt
ſcribunt Alex.conſ.23.num.9.vol.5. Dec.in l.qui ſe
patris 3.nu 11.C.vnd.lib. Men.conſ.620.num.14.
Et hoc dubium non habet. Hæc autem bona,
quibus D. Gaſpar propter non ſeruatam teſta-
toris voluntatem ipſo iure priuatus eſt, de iure
communi debent deferri ſubſtitutis eo ordine,
22 quo ſubſtituti ſunt. † §. ſi quis autem non implet.
Auth.de hær. & falc.coll.1. Auth. hoc amplius.C.de
fideicom. & ſcribunt Cephal. conſil.282. num.3.&
Menoch. conſi.1011.num.12. In ordine autem
fuit primo loco ſubſtitutus D. Gaſpari D. Mel-
chior ſolus, ſcilicet, quia ex ſubſtitutione facta
poſt eorum mortem reſultat inter eos recipro-
ca fideicommiſſaria, quamquam non ſit facta
vltimo morienti, & hoc propter coniecturas,
quæ deſumuntur ex prohibitione alienationis
23 † ſecundum Iaſ.conſ.52.col.5.vol.3. Gozad.conſil.
64.num.13. & Soc.iun. conſ.168.num. 78.vol.2.
Alcia. conſ.176.num.1.lib.9. Decia.conſ. 102.nu.
33. verſ. & certe vol. 2. & ex illis verbis, tunc, &
24 eo caſu, † ſecundum Sim. de Præt. de interp. vlt.
vol.lib.3.dubit.4. ſolut.1.num.27. quem refert, &
ſequitur Men.de præſ.lib.4.præſ.62.nu.40.verſi.7.
Debet igitur D. Melchior ſolus, tanquam ſub-
ſtitutus, & vocatus in caſum mortis, cenſeri
quoque vocatus in caſum priuationis, ſiue alie
25 nationis, † vt in ſpecie ſcripſit Men. conſ.458. nu.
28.verſ.rurſus, & conſ. 1011.num.11. Quinimo,
licet diceremus non eſſe inter eos inductam re
ciprocam ſubſtitutionem, & conſequenter nõ
eſſe D. Melchiorem ſubſtitutum fratri ſuo in
caſum mortis, adhuc tamen ſolus eſſet ad re-
uocandam fratris alienantis partem admitten-
dus, quia alienans, & ſic contraueniens volun-
tati teſtatoris perinde remanet priuatus, por-
tione ſibi relicta, atque ſi nunquam eam agno
26 uiſſet. † Auth. cui relictum. C. de ind. vid. tollen.
maxime ſtante illa clauſula, ex tunc, prout ex
tunc, quæ operatur retrotractionem ad tẽpus
27 teſtamenti, † vt ſcribunt Pariſ. conſ.19.nu.119.
vol.2.& Menoc. conſ.460.nu.19. & conſ.934. nu.
28. & facit, vt contraueniens cenſeatur priua-
28 tus et iam viuo teſtatore, † vt ſcribunt Rui. cõſ.
129.num.6. vol.2.Caph.conſ.153.num.44. in fin.
late Surd.conſ.342.num.15. Quo ſtante ſequitur
portionem D. Gaſparis priuati debere pertine
29 re ad D Melchiorem, vtpote coniunctum. † d.
§ ſi quis autem non implens Auth.de hæred. & falc.
coll.1.d. Authen.hoc amplius. C.de fideicom. quia,
quando quis ex diſpoſitione legis, vel teſtato-
ris priuatur portione ſibi relicta etiam poſt ac-
30 quiſitionem habet locum ius accreſcendi, † vt
ſcribunt glo.in l.1.§.interdum, in verb.admittit.ff.
de vſufr.accr. Bart.in l.re coniuncti.89.num.49.&
ibi Iaſ.num.236. Alcia.num.57.verſ.ſed & quan-
doque ff.de leg.3. Bald.in l.ab eo.9.nu.3.C.de fideic.
Ant. Fum.de coniunct. cap.12.nu.2.

Nec obſtat, ſi dicatur, ſubſtitutũ debere præ-
31 ferri coniuncto † l.2.§.ſi duo.ff.de bon.poſſ.ſecun.
tab. quia reſpon.in caſu noſtro id non poſſe lo
cum obtinere, quia, cum D. Petrus Franciſcus,
& fratres eius ita demum ſint ſubſtituti DD.
Gaſpari, & Melchiori, ſi ambo deceſſerint ſine
liberis, non poteſt eſſe locus ſubſtitutioni, niſi
conditione in vtriuſque perſona exiſtente: nã
in hoc caſu coniunctus, qui poteſt habere ius
accreſcendi, prefertur ſubſtituto, & impedit, ne
32 pluralitas reſoluatur in ſingularitatẽ; † vt ſcri
bunt Bar.in l.hæredes mei.57.§.cum ita nu.5.verſ.
fallit ff.ad Treb. Alex.conſ.91.num.7.vol.1 Socin.
iun conſ.150.num.12.verſ.vel & 3.vol.2. Menoc.
de præſ.lib.4.præſ.186.nu.28.verſ.declaratur 7.

Quarto demus, quod neque, vt ſubſtitutus,
neque vt cõiunctus poſſit admitti D. Melchior,
ſed ſit admittendus eo ordine, quo plures vo-
cantur ad fideicommiſſum relictum familiæ,
adhuc tamen ſolus eſt admittendus, quia, cum
D. Melchior ſit proximior D. Gaſpari grauato,
debet in hac ſpecie cæteris præferri: nam, licet
controuerſa ſit admodum illa quæſtio, an in
fideicõmiſſis ſpectetur proximitas teſtatoris,
vel grauati, & huius proximitatem eſſe ſpectã-
33 dam cenſuerint. † Socin. ſen. conſ.249. num.21.
vol.2.& conſ.86.num.11.verſ.aliquando & 4.vol.
3. Ruin. conſ.13.num.12.vol.1. conſ.151. nu.3.&
14.conſ.1 9.num.6.conſ.166.num.5.conſ.167.nu.
6.conſ.171.num.18.conſ.191.num.7.conſ.203.nu.
20.vol.2.& conſ.35 num.10.vol.3. Pariſ.conſ.40.
num.17.vol.2.Soc.iun.conſ.126.num.21.conſ.133.
num.27.conſ.135.num.3.vol.1 conſ.140.num.11.
vol.3.conſ.22.num.28.vol.4. Clar.in §.teſtamen-
tum.q.76.num.14. Roll.conſ.100.num.10.& 18.
vol.1.Caph.conſ.45.num.20.conſ.46.nu.21.conſ.
313.num.18.& 56.conſ.416.nu.22.& conſ.600.
num.15.& 24. Nat.conſ.679.nu.12. Decia.conſ.
26.num.74.vol.2.conſ.25.nu.10.& conſ.100.nu.
6.vol.3.& Surd.conſ.370.nu.10.vbi teſtatur, hanc
eſſe veriorem, & crebriorem ſententiam, & in foro
magis receptam, circumſcripto tamen articulo
ſimplici, de cuius veritate impræſentiarum di-
ſputare non eſt neceſſe, conſtat ſine dubio ſpe-
ctari proximitatem grauati, quando ex conie-
cturis apparet talem fuiſſe mentem teſtatoris,
34 † vt ſcribunt Gabr.conſ.86.num.17.conſ.107.nu.
8.vol.1.& conſ.112.num.16.vol.2. Couar.cap.38.
pract.quæſt.num.3.verſ.2.concluſio, Surd.conſilio
120.num.5.& conſ.370.num.13.verſi. vbi autem,
ſicut è contrario, ſpectatur proximitas teſtato-
ris ſine dubio, quando ex coniecturis apparet
35 de ea teſtatorem ſenſiſſe, † vt ſcribunt Ruin.
conſ.142.num.17.verſ.præterea in caſu noſtro vol.
3. Gabr.d.conſ.112.nu.16.vol.2. Surd.conſ.31.nu.
33. In caſu autem noſtro adeſt huiuſmodi cõ-
iectura,

Digitized by Google

ſectura, quia teſtator reſpexit non ad ſuam ſed ad grauatorum familiam, dum ita locutus eſt, *prout ieat ad aliquem actum deueniri, per quem bona ipſa, ſic, vt ſupra reſpectiuè legata, & in quibus inſtituti fuerunt hæredes reſpectiue, exirent extra familiam eorum, & eius hæredum*, quæ verba ſine dubio intelliguntur de familia eorum, aut eius qui alienauerit; & ſic grauati. Quo fit, vt ex hoc ſumatur euidens coniectura voluntatis teſtatoris voleatis ſpectari proximitatem

36 grauatorum non propriam, † *vt in ſpecie tradiderunt Soc. ſen. conſ. 51. num. 30. volum. 4. Alcia. in l. ſeto. 72. §. fratre. nu. . ff. de leg. 2. Gabr. conſ. 197. num. 8. verſ. accedit. vol. 1. Decia. conſ. 26. num. 76. verſ. quintus vol. 2. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 31. verſ. & ſi quidem, Caſſ. in §. fidei commiſſarum q. 18. num. 1. verſ. quartus caſus, Surd. conſ. 170. num. 11* ſicut è contrario magna eſſet coniectura pro teſtatoris proximioribus, ſi ſim-

37 pliciter dixiſſet, extra ſuam familiam, † *vt ſcripſerunt Soc. ſen. d. conſ. 51. num. 30. vol. 4. Alcia. in d. §. fratre num. 4. Roll. conſ. 70. num. 75. volum. 3. Decia. conſ. 26. num. 75. vol. 2. conſ. 21. nu. 2. vol. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. d. lib. 8. tit. 12. num. 31. verſ. & ſi quidem, Surd. d. conſ. 64. in fin. Surd. conſil. 120. nu. 26. verſ. et nihilominus*

38 Quinto, & vltimo facit doctrina † *Bart. in l. fin. num. 2. ff. ad Treb.* vbi proponit quæſtionem ſibi de facto contingentem; nam teſtator inſtituerat tres maſculos hæredes vniuerſales, filiam verò in re certa, deinde ſubiecerat, quod, ſi quis eorum deceſſiſſet ſine liberis, portio eius deueniret ad ſuperuiuentes, mortuo vno ex filiis quæſitum eſt, an filia ſimul cum fratribus eſſet admittenda ad fideicommiſſum, Et determinat Bart. non eſſe admittendam, propter cõiecturatam mentem defuncti, quia, quemadmodum maſculos prædilexit in vno caſu, nempè in inſtitutione, ita etiam cenſetur prædilexiſſe in alio, nempè in ſubſtitutione, *Et hanc Bart. traditionem ſecuti ſunt Bald. in l. in teſtamento. 6. num. 11. & 12. & ibi Aug. num. 5. verſ. deinde quæro. C. de teſtam. mil. Alexan. in l. Lucius. 45. num. 10. & ibi Iaſ. num. 23. qui dicit eſſe communem. ff. de vulg. Socin. ſen. conſ. 49. num. 8. volum. 1. Decia. conſil. 62. num. 2. verſic. ad hoc vol. 2. Graſſ. in §. fideicommiſſum q. 12. num. 2. vbi pariter teſtatur hanc eſſe communem opinionem Surd. conſil. 31. num. 9. Menoc. conſ. 198. num. 12. Morot. conſ. 100. num. 2.* Sic igitur, & in propoſito. cum teſtator inſtituerit filios D. Ioan. Baptiſtæ hæredes vniuerſales, & filios D. Hyeronimi particulares, deinde fecerit prohibitionem alienationis extra familiam, dato, quod per hanc prædict. omnes, tanquam de familia cenſerentur vocati, ſi tamen vnus ex hæredibus vniuerſalibus alienauerit, debent eius fratres, qui, & ipſi ſunt hæredes vniuerſales, præferri filiis D. Hyeronimi, quia vt eos teſtator prædilexit in inſtitutione, ita etiam cenſetur prædilexiſſe in hoc fideicommiſſo. Et, ſi cenſentur prædilecti fratres alienantis reſpectu hæredum vniuerſalium, debent etiam cenſeri prædilecti fratres alienantis reſpectu particularium, cum eadem ſit in vtriſque ratio.

Ex his apparet non obeſſe contraria, quia procedunt, quando, neque ex verbis, neque ex mente conſtat de contraria voluntate teſtatoris. Vnde, cũ in caſu nõ cõſtet, & ex verbis, & ex mente, ac coniecturis, teſtatorem noluiſſe ſimul vocare omnes nepotes ad reuocandam partem vniuſcuiuſque alienantis, ſed voluiſſe cuiuſque fratres patruelibus præferre, ſecundum ea, quæ diximus, magis eſt, vt non procedant in contrarium allegata. Concludo igitur neque ad partem Dom. Gaſparis reuocandam potuiſſe concurrere DD. Petrum Franciſcum, & fratres eius cum Dom. Melchiore, neque contra Dom. Melchiorem fuiſſe admittendum ad reuocandam partem D. Alberti ſuperſtite D. Ludouico.

Hinc ſuccedit tertia dubitatio: nam poſito, quod ad partem Domini Alberti non potuerit Dom. Melchior admitti, quæritur, an ſaltem cum Domino Ludouico debuerit admitti Dominus Ioan. Baptiſta loco Do. Petri Franciſci prædefuncti.

Videretur autem prima facie dicendum debuiſſe admitti, quia etiam in fideicommiſſo relicto a tranſuerſali filius ingreditur locum

39 patris, & cum patruo ſuo concurrit, † *vt voluerunt gio. in d. l. cum ita. 73. §. in fideicommiſſo, in verb. primo. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 26. num. 13. volum. 3. Iaſ. conſil. 215. volum. 2. verſ. ſed præmiſſis volum. 2. & conſ. 159. colum. 2. verſ. 2. pro iſta parte volum. 4. Soc. iun. conſ. 104. num. 30. volu. 1. Gabr. conſ. 86. num. 9. volum. 1. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 32. Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 95. num. 16. Theſ. deciſ. 65. num. 3.* ſcilicet, quia fideicommiſſorum ſucceſſiones regulantur ſecun-

40 dum ius ſucceſſionis ab inteſtato, † *vt ſcribunt Pariſ. conſ. 3. num. 41. vol. 1. conſ. 76. nu. 6. & conſ. 83. num. 14. vol. 2. & conſ. 24. num. 26. vol. 3. Cepo. conſ. 493. num. 10. Roll. conſ. 100. num. 11. volu. 1.* & teſtator fideicommittendo cenſetur ſeſe cõ-

41 formare cum diſpoſitione iuris cõmunis, † *vt ſcribunt Alex. in l. Gallus. 29. §. quidam recte. num. 12. ff. de lib. & poſth. Iaſ. d. conſ. 215. colum. 7. verſ. 3. principaliter vol. 2. Soc. iun. conſ. 113. nu. 22. vol. 1. Nat. conſ. 675. nu. 9. Cepo. conſ. 16. nu. 33.* Vnde, quemadmodum de iure cõi in ſucceſſionibus ab inteſtato filius fratris concurrit cũ patruo

42 † *Auth. ceſſante, Auth. poſt fratres. 1. C. de leg. hered. §. ſi igitur defuncti. Auth. de hær. ab int. ven. coll. 9. Auth. vt frat. filij, in princ. coll. 9.* ita etiam concurrere debet in fideicommiſſo.

Verùm hoc non obſtante, puto contrarium in propoſita ſpecie verius eſſe. Moueor autem

Primo, quia, licet controuerſum ſit apud noſtros, an in fideicommiſſis filius intret locum

43 patris, & negatiuam amplexi ſint, † *Bald. in d. l. cum ita. 73. §. in fideicommiſſo in fin. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 204. nu. 6. vol. 2. conſ. 4. nu. 10. verſ. fortificantur vol. 4. & conſ. 129. nu. 4. vol. 5. Pariſ. conſ. 9. nu. 20. conſ. 36. nu. 2. conſ. 37. nu. 69. & conſ. 38. nu. 15. vol. 2.* tñ poſita contraria ſententia, quæ verior eſt, & receptior ea procedit, quando tractatur de fideicommiſſo relicto ab aſcendẽte, vel à patruo, amita, auunculo, vel, matertera. Cæterum, qñ fideicõmiſſum fuit relictũ à tranſuerſali vlterioris gradus, veluti à patruo magno fatentur omnes ceſſare controuerſiam, &

44 filium fratris non cõcurrere cum patruo, † *vti videre eſt apud Pariſ. d. conſ. 33. num. 15. & conſil. 40. num. 30. vol. 2. Ruin. conſ. 169. num. 7. volu. in ſecundo conſilio 142. numero 14. & conſilio 163. numero 14. volum. . Socin. iun. conſilio 116. num. 9. volum. 1. & conſilio 140. numero 12. volum. 3. Curt. iun. conſilio 57. numero 8. & conſilio 58. numero 1. Gabr. conſilio 36. numero 9. in fin. volu. 1.*

Digitized by Google

Cephal. conſilio 16. numero 32. & 35. & conſilio 457. num. ſecundo & 21. Couar. d. cap. 38. pract. quæſtio. numero 5. verſic. decimo. Craſſ. in d. §. fideicommiſſum quæſt. 11. numero 4. Theſau. deciſ. 65. numero primo iuncto numero 3. vbi refert ita fuiſſe iudicatum, Menoch. conſilio 124. numero 84. & de præſ. lib. 4. præſ. 95. numero 31. Surd. conſilio 120. numero 8. Vnde cum in caſu noſtro tractetur de fideicommiſſo relicto à D. Io. Maria, qui non erat frater DD. Petri Franciſci, Alberti, & Ludouici, ſed patruus, & conſequenter erat patruus magnus Domini Ioan. Baptiſtæ, Conſequens eſt, vt in eius ſucceſſione non potuerit Dominus Ioan. Baptiſta ingredi locum patris ſui prædefuncti, & concurrere cum Domino Ludouico, Et hoc non obſtante, quod Dominus Albertus eſſet patruus Dom. Ioan. Baptiſtæ, quia in hoc fideicommiſſo non tractatur de ſucceſſione Domini Alberti grauati, ſed de ſucceſſione D. Ioan. Mariæ teſtatoris, quippe, cui per fideicommiſſum ſuccedituṙ. *l. cohæredi. 41. §. cum filio. ff. de vulga.* Et ſane, cũ ſucceſſiones fideicommiſſorum regulentur, ſecundum ius ſucceſſionis ab inteſtato, *vt ſupra dictum eſt*, & ab inteſtato non potuerit Dominus Ioan. Baptiſta concurrere cum Domino Ludouico in ſucceſſione Dom. Ioan. Mariæ, ſcilicet, quia, quando non tractatur de ſucceſſione aſcendentis, vel patrui, amitæ, auunculi, vel materteræ, filius non ingreditur locum patris, ceſſatque omne ius repræſentationis,
45 † *§. reliquum verſic. huiuſmodi Auth. de hered. ab inteſt. ven. coll. 9. & ſcribunt Bart. in Auth. poſt fratres, in princ. C. de leg. hæred. Caſtr. in Authen. defuncto, numero 3. C. ad Tertull. Iaſ. in l. ſi auiæ. 2. numero 4. verſi. ſed aduerte. C. de ſucceſſ. ed. Rui. conſilio 79. numero 14. volum. 3. Pariſ. conſilio 37. numero 3. & 7. & conſilio 38. numero 15. volum. 2. Socin. iun. conſilio 133. numero 29. volum. 1. & conſilio 9. numero 2. volum. 2. Gabr. conſilio 86. num. 9. in fi. vol. 1.* Sequitur, idem eſſe dicendũ in hac ſucceſſione fideicommiſſaria.

Secundò verò, licet eſſemus in fideicommiſſo relicto à patruo, adhuc tamen ceſſaret in caſu noſtro ius repræſentationis, quia in caſum alienationis teſtator nominatim vocauit Dominum Petrum Franciſcum, & Dominum Ludouicum, &, quando teſtator nominatim fratres vocauit, filius fratris non poteſt ingre-
46 di locum patris, † *vt in ſpecie ſcribunt Ruin. conſilio 101. numero 11. conſilio 134. numero 24. conſilio 169. numero 7. in fin. volum. 2. & conſilio 163. numero 12. volum. 3. Pariſ. conſilio 9. numero 22. conſilio 37. numero 70. & conſi. 39. numero 8. & 17. volum. 2. Couar. d. cap. 38. pract. quæſt. numero 5. verſi. 6. Menoc. conſilio 124. numero 88. & 90. & conſilio 200. numero 5.* Nominati enim à teſtatore cæteris omnibus ſunt præferendi dato etiam, quod alij ſint in pari, vel etiam in proximiori gradu conſtituti. *d. l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2.*

Et, ſi obijcias nominationem eſſe factam in caſum delicti, non in caſum ſimplicis alienationis, reſpondeo ſatis, ſuperque demonſtratum eſſe in præcedenti dubitatione; imò cenſeri factam in omnem caſum, &, quamuis non eſſet facta, idem tamen eſſe dicendum propter rationis paritatem.

Quarta ſequitur dubitatio: nam, quia Do. Ludouicus, qui ſolus poterat reuocare partem D. Alberti, decedens reliquit hæredes eundẽ D. Albertum, & D. Io. Baptiſtam, quæritur, an potuerit D. Albertus ex perſona defuncti prædictæ partis dimidiam reuocare. Verùm hæc dubitatio duas continet reſpectiones, vnam reſpectu rerum à ſe alienatarum, alteram verò reſpectu aliarum rerum, quas non alienauerat, ſed propter inobedientiam fuerat iis priuatus,

Et quidem reſpectu rerum à D. Alberto alienatarum videretur dicendum, potuiſſe eundem D. Albertum eas reuocare, Primò, quia alienationem nullam ipſemet alienans reuo-
47 care poteſt, † *vt ſcribunt Bald. in l. quoties. 11. nu. 10. C. de fideicom. & in l. cum à matre. 14. numero 3. C. de rei vind. Gabr. conſil. 125. num. 7. volum. 1. Afflict. deciſ. 335. numero 11. Ozaſ. deciſ. 180. numero 2.* nam factum proprium quilibet im-
48 pugnare poteſt, ſi ſit inualidum, & nullum † *l. quemadmodum 7. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Bald. in l. 1. C. de lib. cauſ. Alexan. in l. ſi donatione 13. numero 10. in fin. C. de collat. & conſil. 123. num. 6. volum. 1. Iaſ. conſil. 87. colum. 2. verſ. item licitum eſt. volum. 3. Afflict. d. deciſ. 335. num. 11. Ozaſc. deciſ. 180. num. 2. Menoc. conſ. 718. num. 5. Surd. conſil. 28. numero 97. conſilio 133. numero 26. & conſilio 284. numero 2. Sol. antic. deciſ. 91. num. 5.* Sed alienatio facta contra expreſſam teſtatoris prohibitionem eſt ipſo iure nulla, & inua-
49 lida, † *vt ſtatuunt glo. in l. cum pater 79. §. libertis in verb. ne id alienarint. ff. de legat. 2. Bart. in l. filiusfam. 117. §. Diui. 2. num. 6. verſic. tertiò, & ibi Caſtr. num. 7. ff. de leg. 1. Caſtr. in l. fin. §. ſed quia num. 7. verſi. ſed contra glo. C. commun. de leg. Alex. in l. Marcellus. 3. §. res, quæ num. 5. ff. de reb. Iaſ. conſil. 157. numero 1. verſic. & ſic ponderandum eſt, volum. 2. Ruin. conſil. 76. numero 5. conſil. 109. numero 27. conſil. 112. num. 2. conſil. 123. num. 13. in fin. volum. 2. conſ. 39. num. 5. conſil. 133. num. 9. volum. 5. Cephal. conſ. 272. num. 53. conſil. 318. nu. 17. & conſilio 670. numero 18. Gramm. deciſ. 93. numero 3. Surd. conſil. 116. num. 19. & conſi. 284. num. 1. Lader. conſ. 156. num. 3.* Potuit igitur ab eodem alienante reuocari.

Secundò verò in ſpecie de eo, qui contra expreſſam teſtatoris prohibitionem alienauit, vt
50 ipſemet alienationem reuocare poſſit, † *tradunt Caſtr. in d. l. filiusfam. 117. §. Diui. 2. num. 3. in fin. ff. de leg. 1. Tiraq. de retr. lign. §. 26. glo. 2. num. 6. Gramm. deciſ. 93. num. 3. Gabr. conſ. 125. num. 9. volum. 1. Ceph. conſ. 272. num. 54. & conſil. 398. num. 195. Surd. conſ. 116. num. 20.*

Tertiò multo magis videtur permittenda reuocatio in caſu noſtro, in quo ius reuocandi peruenit ex perſona D. Ludouici defuncti poſt alienationem: nam propter cauſam de nouo ſuperuenientem licet vnicuique venire contra
51 pacta, & conuentiones. † *l. ade. 3. C. de loc. & cond. & ſcribunt Decia. conſ. 4. nu. 23. vol. 3. Men. conſ. 44. num. 29.*

Verùm his non obſtantibus verius eſt, non potuiſſe D. Albertum reuocare dimidiam bonorum à ſe alienatorum, non obſtante, quod ex ſemiſſe fuerit hæres D. Ludouici, ad quem pertinebat reuocatio, id, quod ex pluribus comprobari poteſt, &

Primò ex eo, quia nemo poteſt alienationẽ à ſe factam reuocare, & contra proprium fa-
52 ctum venire. † *l. poſt mortem. 25. ff. de adopt. l. ſi creditoribus. 5. Cod. de ſeru. pign. dat. man. l. cum profitearis.*

Google

profitearis. 4. C. de reuoc. donat. Vnde dicimus
alienantem priuare ſe facultate reuocandi
53 rem alienatam, † vti videre eſt apud Cephal,
conſilio 393. numero 39. & Surd. conſilio 353. nu-
mero 35. ſcilicet, quia alienando ſe ſe obligat
54 de euictione † l. ex empto. 11. in prin. ff. de actio.
empt. l. 1. in princ. ff. de rer. permut. l. non dubita-
tur. 6. C. de euict. & ideo repellitur ab agendo,
quia quem de euictione tenet actio eundem
55 agentem repellit exceptio. † l. vindicantem. 17.
ff. de euict. l. exceptione. 11. C. eo. l. 1. in princip. ff.
de except. rei vend. & trad.

Secundò verò in ſpecie de eo, qui alienauit
contra expreſſam prohibitionem teſtatoris,
vt non poſſit alienationem à ſe factam reuo-
56 care † tradunt Natt. conſilio 144. numero 13. &
conſilio 145. numero 18. Phanu. de inuen. part. 7.
ſiue ſecundum impreſſionem Taurin. quæſtio. 244.
numero 149. & Surd. conſilio 284. numero 18. M.
Ant. de Amat. deciſ. 20. num. 1.

Tertiò confirmatur ex eo, quia, ſi poſſet alie
nans contra teſtatoris prohibitionem aliena-
tionem reuocare, poſſet vtique & eius hæres,
quippe, qui eiuſdem eſt poteſtatis, cuius &
57 defunctus. † l. hæredem. 60. ff. de regul. iur. imo
58 facilius hæres, quam defunctus. † l. fin. Cod. de
euictio. & ſcribunt Natt. conſilio 289. numero 4.
verſic. ſed omiſſo. Ozaſ. deciſ. 181. num. 19. Menoc.
conſilio 89. numero 9. Surd. d. conſilio 284. nume.
20. Atqui certum eſt, vocatum in caſum alie-
nationis non poſſe alienationem à defuncto
59 factam reuocare, ſi ei hæres extiterit. † l. filiuſ-
fam. 117. §. cum pater, & ibi Bart. & Caſtr. ff. de
leg. 1. l. vnum ex familia. 69. §. ſed ſi vno. ff. de leg.
ſecundo, & ſcribunt Crott. in d. l. filiusfam. 117. §.
Diui. 2. numero 146. verſic. Primus caſus. ff. de
leg. primo. Parіſ. conſilio 48. numero 3. volum. 3.
Socin. iun. conſilio 107. numero 58. volum. 3. Pha-
nut. in d. tract. de inuen. part. 7. num. 149. latè Me-
noch. d. conſilio 89. numero 60. & ſeqq. Surd. d.
conſ. 284 num. 20. Nec igitur potuit, imo mul-
to minus defunctus.

Nec eſt, quod obiicias, hæc procedere, quan-
do poſt alienationem nulla cauſa reuocandi
de nouo ſuperuenit, ſecus verò, quando ſuper-
uenit, vt in caſu noſtro, in quo poſt alienatio-
nem Dominus Albertus ſucceſſit Domino
Ludouico, ad quem pertinebat huius aliena-
tionis reuocatio, quia reſpondeo, imo verius
eſſe, non poſſe alienantem reuocare rem alie-
natam, etiam propter cauſam de nouo ſuper-
uenientem, quia ius ſuperueniens in perſonā
authoris confirmat ius in perſona ſucceſſoris.
60 † l. cum vir 42. ff. de vſucap. l. vindicantem. 17. ff.
de euictio. & ideo, qui vendit rem alienam, ſi
poſtea domino ſuccedat, non poteſt aliena-
61 tionem reuocare. † d. l. cum vir. 42. in fin. ff. de
vſucap. l. ſi quis alienam 47. ff. de actio. empt. l. ſi
a Titio 72. ff. de rei vind. Vnde, cum in caſu no-
ſtro Dominus Albertus vendiderit rem alie-
nam, nempe rem, quæ propter prohibitio-
nem alienationis erat ſuppoſita fideicommiſ-
ſo, quo purificato ſtatim ſecuta alienatione.
62 † l. cum fideicom. 9. l. quidam. 10. in princip. l. ro-
go. 21. ff. de fideicom. liber. l. peto. 71. §. fratre. l.
cum pater. 79. §. libertis. ff. de lega. ſecundo. Caſt.
in dicta lege filiusfamil. 117. §. Diui. 2. numero
ſeptimo. ff. de legat. primo. Gabr. conſilio 123. nume.
primo, & conſilio 184. numero 2, volum. primo.
Cephal. conſilio 386. numero 16. rei dominium
ipſo iure translatum eſt in Dominum Ludo-
63 uicum fideicommiſſarium. † l. vlt. §. ſed quia
Cod. commun. de leg. Ruin. conſilio 109. numero
quarto volum. ſecundo, Gaur. conſilio 44. numero
8. volum. ſecundo, Surd. conſilio 380. numero 22.
licet Dominus Albertus fuerit hæres Domi-
ni Ludouici, & conſequenter ſucceſſerit in il-
lud dominium rerum alienatarum, quod erat
64 ipſius defuncti. † l. hæres. 37. ff. de acquirend. hæ-
redit. l. ſi ager. 51. ff. de rei vindicat. non tamen
ex hoc potuit alienationem à ſe factam reuo-
care, quoniam dominii ſuperuenientia non
præbet alienationis reuocandæ facultatem,
ſed eam fortius confirmat, vt ſupra dictum
eſt.

Neque obſtant contraria: nam ad Primum
reſpondeo dupliciter, & primò, quod dicitur
poſſe quem reuocare alienationem nullam, &
factum proprium, ſi ſit nullum, impugnare,
procedere, quando nullitas prouenit ex cau-
ſa publica, & publicam vtilitatem principa-
65 liter reſpiciente, † vt declarant Barto. in l. poſt
mortem 25. numero primo. ff. de adopt. & in Au-
then. de non alien. aut permut. reb. eccl. in princ. nu-
mero 6. collat. 1. Bald. in l. cum à matre. 14. nume-
ro tertio verſic. item non obſtat. Cod. de rei vindic.
Iaſon in l. iuriſgentium. 7. §. ſi paciſcar. numero
quarto. ff. de pact. Menoch. d. conſilio 89. numero
85. Surd. d. conſilio 284. numero 11. Peregr. conſil.
19. numero quarto volum. tertio. Cæterum, quan-
do prouenit ex cauſa priuata, & reſpiciente fa
uorem, & vtilitatem alicuius tertiæ perſonæ,
verius eſt, non poſſe quem venire contra fa-
66 ctum ſuum etiam nullum, & inualidum, † vt
ſcribunt Menoch. d. conſilio 89. numero 84. &
Surd. d. conſilio 284. numero 9. vno caſu exce-
pto, cum ſcilicet quis agit adminiſtratorio
nomine eius, cuius fauore nulla fuit aliena-
67 tio, † de quo caſu loquitur Bald. in d. l. quoties,
11. numero 10. Cod. de fideicomm. & in d. l. cùm
à matre 14. numero 3. C. de rei vind. & diſtinguen-
do declarant Barto. in d. Authen. de non alienan.
aut perm. in princip. numerò 6. Phanut. d. part. 7.
numero 150. Surd. d. conſilio 284. numero 16. &
17. Vnde, cum in caſu noſtro nullitas aliena-
tionis proueniat ex cauſa priuata, nempè ex
68 fauore vocatorum in caſum alienationis, † vt
ait Menoch. d. conſilio 89. numero 84. & 88. quod
patet ex eo, quia, ſi omnes illi conſenſerint,
69 valet alienatio irreuocabiliter. † d. l. quoties.
11. & ibi Barto. Iaſon. & alij Cod. de fideicomm.
Decian. conſilio 323. numero 1. & conſilio 468.
numero 29. Boer. deciſ. 12. numero 4. Menoch.
conſilio 566. numero 22. Conſequens eſt, vt alie-
nans non poſſit alienationem ipſam tametſi
nullam reuocare.

Secundò reſpondeo, imo alienationem hāc
reſpectu ipſius alienantis non fuiſſe nullam,
ſed valuiſſe, & eum obligaſſe de euictione.
70 † lege rem alienam 28. ff. de contrahen. emption.
Natta conſilio 144. numero 13. quod enim di-
citur alienationem factam contra expreſſam
prohibitionem teſtatoris non valere, intel-
ligitur reſpectu ipſorum vocatorum, qui ſta-
71 tim poſſunt rem ab emptore vindicare. † lege
final. §. ſed quia. C. commun. de legat. Cæte-
rum reſpectu ipſius venditoris, quin valeat, &
eum obliget, nulla eſt dubitatio. Quo fit, vt

I 2 tanquam

tanquam obligatus nunquam rem alienatam reuocare poſſit etiam ex cauſa poſtea ſuperueniente, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*

Ad ſecundum reſpondeo doctrinam illam *Caſtr. & ſequacium* eſſe omnino falſam, & com
72 muniter reprobatam, † *vt diximus ſupra num. 56. & in ſpecie reſpondet Surd. d. conſ. 284. numero 18. ubi multis rationibus, & argumentis falſitatem opinionis demonſtrat.*

Ad tertium reſpondeo ex iis, quæ diximus in vltimo fundamento facilè apparere, verius eſſe, alienationem factam etiam ex cauſa ſuperueniente non poſſe reuocari: Quod enim dicitur propter nouam cauſam poſſe quem recedere à pactis, & conuentionibus, procedere poteſt, quando implementum pactorum, & conuentionum reſpicit tractum tem
73 poris ſucceſſiuum, † vt in locatione, in qua propter cauſam de nouo ſuperuenientem poteſt quis expellere conductorem *dicta l. æde. 3. Cod. de locat.* vel in pace, à qua poteſt ex noua cauſa recedi, *apud Decian.* vel in ſaluoconductu, à quo ſimiliter ex cauſa de nouo ſuperueniente recedi poteſt *apud Menoc.* Cæterum, quando reſpicit cauſam momentaneam, & quæ ſemel impleri debet, verius eſt, non poſſe quem à conuentis recedere propter cauſam de nouo ſuperuenientem, *vti conſtat ex d. l. vindicantem. 17. ff. de euict. & aliis iuribus adductis in vltimo fundamento.*

Maior eſt dubitatio circa dimidiam rerum à Domino Alberto non alienatarum, quibus tamen fuerat ipſo iure propter inobedientiam priuatus: nam, quin earum rerum dimidiam recuperauerit, tanquam hæres Domini Ludouici, nulla videtur eſſe dubitatio, quia, cum omnia illa bona, quibus fuerat priuatus, eſſent Domini Ludouici, qui ſimpliciter erat prohibitus alienare extra familiam, potuit ſine dubio ea bona relinquere vni de familia
74 † *d. l. filiusfam. 117. §. cum pater. ff. de lega. primo l. vnam ex familia. 69. §. ſed etſi fundum verſic. quod ſi talia. ff. de legat. ſecundo l. pater filium. 36. §. quindecim. ff. de legat. 3. l. voluntas. 4. Cod. de fideicomm. Authen. de reſtitut. fid. in princip. & ſcribunt Caſtr. in l. peto. 71. §. fratre. numero ſecundo. verſic. in text. ibi. ff. de leg. ſecundo. Ruin. conſilio 101. numero 14. & conſilio 114. numero 9. volum. ſecundo Pariſ. conſilio 44. numero 18. volum. ſecundo Gabr. conſilio 140. numero 4. volum. primo. Caphal. conſilio 36. numero vndecimo. Mantic. de coniect. vlt. volun. libro 8. titu. 12. numero 15. Tiraquell. de retract. lign. §. 14. glo. 6. numero 7. Menoch. conſilio 327. numero 96. & 104. Surd. conſilio 96. numero 24. Peregr. conſilio 108. numero primo volum. 3.* & conſequenter ipſi Domino Alberto, qui proinde tanquam hæres Domini Ludouici, licet non poſſit recuperare bona alienata, propter ea, quæ ſupra dicta ſunt, non alienata tamen, in quibus ceſſat regula *l. cum vir. 24. ff. de vſucap.* quin recuperare poſſit, non videtur dubitandum.

Sed re diligenter perpenſa contrarium verius viſum eſt, non potuiſſe ſcilicet recuperare dimidiam bonorum etiam non alienatorũ, quibus antea fuerat priuatus, imo nec dimidiã bonorum, quæ D. Ludouicus à teſtatore fuerat conſecutus.

Primò, quia Dominus Ludouicus inſtituendo Dominum Albertum, qui prius alienauerat, fecit (ſi quis diligenter attendat) contra prohibitionem teſtatoris; nam teſtator prohibuit omnem actum, per quem bona exirent de familia, Sed inſtitutio facta à Domino Ludouico eſt actus, per quem illa ſaltem bona, quæ fuerant à Domino Alberto alienata, & erant ipſo iure facta Domini Ludouici, exeunt de familia, quia, cum per talem inſtitutionem ius ſuperueniat in perſonam Domini Alberti venditoris, & conſequenter confirmetur ius in perſona emptoris, ſine dubio hæc inſtitutio efficit, vt bona exeant de familia, & tranſeant in extraneos emptores. Cenſetur igitur teſtator, & huiuſmodi inſtitutionem prohibuiſſe. quoniam aliquo prohibito cenſetur, & id omne prohibitum, per quod
75 peruenitur ad illud. † *l. oratio 16. ff. de ſponſal.* Et verò, ſi prohibitus alienare extra familiam cenſetur quoque prohibitus inſtituere hære
76 dem extraneum † *dicta l. peto 71. §. fratre. ff. de legat. ſecundo*; & Dominus Albertus, licet reſpectu ſui non ſit extraneus, tamen reſpectu eorum, quibus alienauit, & quibus proficit inſtitutio, dici poteſt extraneus, deberet etiam cenſeri prohibita huius inſtitutio. Quo fit, vt Dominus Ludouicus inſtituendo Dominum Albertum, tanquam contraueniens diſpoſitioni, & voluntati teſtatoris fecerit locum fideicommiſſo in caſum alienationis conſtituto, & hoc modo non ſolum bona, quæ prius erant Domini Alberti, ſed etiam ea, quæ fuerant eidem Domino Ludouico à teſtatore relicta, debeant ad fideicommiſſarios in caſum alienationis vocatos transferri; Vnde, cum inter eos non ſit connumerandus Dominus Albertus, quippe, qui propter contrauentionem fuit excluſus ab omnibus bonis teſtatoris, & conſequenter etiam à iure fideicommiſſi.
77 † *lege cum pater. 79. §. libertis. ff. de leg. ſecundo.* Conſequens eſt, vt nihil ex ſupradictis bonis à D. Ludouico conſequi poſſit.

Secundò verò dato citra veri præiudicium, quod Dominus Ludouicus dici non poſſit feciſſe contra prohibitionem teſtatoris, & conſequenter, quod huius excluſionis cauſa non poſſit conſiderari ex perſona ipſius Domini Ludouici, tamen ex perſona Domini Alberti eam conſiderando adhuc cenſendus eſt priuatus omnibus bonis teſtatoris, quæ erant penes Dominum Ludouicum, quia propter alienationem antea factam cenſetur priuatus hæreditate teſtatoris, & omnibus eius bonis, non ſolum iis, quæ tunc temporis habebat, ſed etiam iis, quæ in futurum conſequi potuiſſet.
78 † *dicto §. libertis*, ita, vt, quoneſcunque aliquid ex hæreditate teſtatoris ad eum peruenerit, ſemper dici poſſit factus fideicommiſſo locus: nam indignitas contracta per alienationem durat perpetuò, maximè propter eius confirmationem, quæ fit ex ſuperuenientia iuris, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt. Quo fit, vt tanquam durante cauſa priuationis durare quoque debeat, & ipſa priua
79 tio. † *lege ſecunda. §. omnes. ff. de iudic. lege, qui nominibus. 45. §. primo, ff. de adminiſtrat. tuto. lege ſemper 5. §. negotiatores. ff. de iur. immunit.* Semper enim verum eſt, cum alienaſſe, & con-

ſequenter

ſequenter eſſe indignum bonis, & hæreditate
teſtatoris.

Neque obſtat, quod Dom. Ludouicus po-
tuerit relinquere bona vni de familia, quia re-
ſpon. Primò verum id eſſe, dummodo per ta-
lem alienationem effectu non perueniatur ad
alienationem extra familiam, ne alioquin per
indirectum concedatur, quod recta via pro-
80 hibitum eſt, † contra regulam. *l. ſcire. 21. §. ſi
mater. ff. de tuto. & curat. & l. quæ ſub conditio-
ne. 8. §. ſi quis. ff. de cond. inſti.*

Secundò reſpon. id procedere, ſi alienatio
fiat in eum de familia, quem teſtator ſpecia-
liter non prohibuit aliquid ex hæreditate ſua
capere, aliàs non valere alienationem, ne cir-
cumueniatur teſtatoris voluntas.

Venio nunc ad quartam dubitationem;
nam poſito, quod Dom. Albertus non po-
tuerit recuperare dimidiam bonorum ſuo-
rum, Imò nec conſequi dimidiam bonorum,
quæ *Dom.* Ludouicus habuerat à teſtatore,
quæritur, ad quem ea debeat pertinere, an ad
D. Io. Baptiſtam, tanquam cohæredem, an ve-
rò ad *D.* Melchiorem.

Videretur autem dicendum debere pertine
re ad *D.* Io. Baptiſtam, quia pars non capientis
81 accreſcit capienti. † *l. vn. §. in primo, & §. pro
ſecundo. C. de cad. toll. l. plane. 34. §. ſi duobus. ff. de
leg. 1. cum ſimilibus.*

Verùm hoc non obſtante puto verius, debe
re ad *D.* Melchiorem, non ad *D.* Io. Baptiſtã
pertinere, Moueor autem

Primò, quia *Dom.* Albertus, quamuis pro-
pter alienationem factam non poſſit capere
bona teſtatoris ſibi relicta à *Dom.* Ludouico,
facit tamen partem *Dom.* Ioan. Baptiſtæ co-
hæredi ſuo, quia, qui non admittitur ad par-
tem per ſemet ipſum, ſed per alium, vtique
82 facit partem † *l. ſi Titio. 7. cum ibi not. ff. de leg.
ſecundo. Bart. in l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio nume.
1. & ibi Iaſ. numero 10. & alij paſſim. ff. de legat.
primo.* Sed *Dom.* Albertus, licet non admit-
tatur ad partem bonorum à ſe alienatorum
per ſemetipſum, admittitur tamen per alios,
nempè emptores, in quorum perſona ius con-
83 firmatur reſpectu cohæredis, † vt eſt text. ſin-
gularis. *in l. vnum ex familia. 69. § ſed, ſi vno. ff.
de legat. ſecundo.* vbi, ſi is, qui prohibitus fue-
rat à teſtatore alienare domum extra familiã,
inſtituat vnum de familia, & domum leget
extraneo, &, qui ſunt de familia, petant fi-
deicommiſſum, quamuis inſtitutus, qui & ip-
ſe erat de familia, non poſſit cum cæteris ad-
mitti ad partem domus reuocandam, ſcilicet,
quia adeundo hæreditatem eius, qui legauit, &
ſic alienauit, cenſetur eius diſpoſitionem cõ-
probaſſe, ac eo modo alienaſſe, quia tamen
admittitur per legatarium, in quem facta eſt
alienatio, ideo facit partem alijs de familia
fideicommiſſum vindicantibus, Ergo, & ſi-
mili ratione *Dom.* Albertus, qui & ipſe ex te-
ſtamento *Dom.* Ludouici potuiſſet capere di-
midiam ſuorum bonorum, licet propter alie-
nationem factam non admittatur, quia ta-
men admittitur per emptores, in quorum per-
ſona ius confirmatur, debet facere partem co-
hæredi.

Et, ſi dicatur emptores non poſſe ea bona
retinere, cum propter prohibitionem aliena-
tionis extra familiam fieri non poſſit, vt illa
apud eos remaneant, reſpon. emptores ad-
mitti reſpectu alienantis, & cohæredis, qui
non poſſunt contra eos agere, ſed non reſpe-
ctu fideicommiſſariorum, in caſum aliena-
tionis vocatorum, qui poſſunt rem alienatam
vindicare.

Secundò moueor, quia *Dom.* Albertus re-
ſpectu cohæredis admittitur ad partem hære-
ditatis ſibi à *Domino* Ludouico relictæ, Et, li-
cet in pœnam contrauentionis priuetur illis
bonis, quæ prouenerunt à *Dom.* Ioan. Ma-
ria teſtatore, non tamen hoc debet eſſe lucrũ
Dom. Ioan. Baptiſtæ, ſed eorum, qui in caſum
priuationis à teſtatore vocati ſunt: nam, quẽ-
admodum ſubſtitutus non admittitur, quan-
84 do inſtitutus priuatur bonis fauore fiſci. † *l.
ſi ſequens. 15. in princ. ff. ad Syllania.* Ita etiam
Dom. Ioan. Baptiſta, qui venit per ius accre-
ſcendi, & ſic per tacitam quandam ſubſtitu-
85 tionem. † *l. ſi Titio. 63. §. fin. ff. de legat. ſecun-
do* non debet admitti in caſu noſtro, in quo
Dominus Albertus priuatur bonis fauore eo-
rum, qui nominatim in caſum contrauentio-
nis vocati ſunt, nempè fauore *D.* Melchioris,
non *D.* Io. Baptiſtæ.

Tertiò moueor, quia in diuerſis rebus, & hæ-
reditatibus non habet locum ius accreſcendi.
86 † *l. huiuſmodi 86. §. quibus. ff. de lega. primo DD.
in l. re coniunctis. 87. ff. de legat. tertio.* quemad-
admodum non habet locum in diuerſis teſta-
87 mentis, † *l. ſi ſub conditione. 16. in fin. ff. quibus
modis vſusfru. amitt.* Sed in caſu noſtro tracta-
tur de diuerſis hæreditatibus, & teſtamentis:
nam *Dominus* Ioan. Baptiſta venit ex teſta-
mento *Dom.* Ludouici, & dimidiam hære-
ditatis eius conſecutus eſt, illa verò hæredi-
tas, qua propter inobedientiam priuatur *Do.*
Albertus, non eſt hæreditas *Domini* Ludoui-
ci (nam hæc pro dimidia remanet nomine, &
effectu penes ipſum *Dominum* Albertum, qui
fratris hæreditatem adiuit, & retinet dimi-
diam omnium rerum eius) ſed eſt hæreditas
Dom. Ioan. Mariæ teſtatoris, qui alienantem
bona extra familiam priuauit ſua hæreditate,
& eam per fideicommiſſum tranſtulit in no-
minatos. Non potuit igitur in caſu noſtro
eſſe locus iuri accreſcendi, & conſequenter
non potuit *Dominus* Ioan. Baptiſta, tanquam
hęres *Domini* Ludouici aſpirare ad bona, qui-
bus *Dominus* Albertus, propter inobedien-
tiam priuatus eſt, ſed ea debent pertinere ad
Dom. Melchiorem, qui ſolus ſupereſt ex ijs,
qui nominatim à teſtatore vocati ſunt, & con-
ſequenter omnibus debet præferri *dicta lege
cum ita 33. §. in fideicommiſſo. ff. de lega. 2.*

Ex his apparet, non obeſſe contrarium, quia
primo pars non capientis ita demum accre-
ſcit capienti, ſi ille, neque capiat per ſe, neque
per alium, *vt ex doctr. Bart. ſupra demonſtraui-
mus*, deinde ea accreſcit, quando tractatur
de eadem, non verò de diuerſa hæreditate.
Itaque ſi *D.* Albertus fuiſſet priuatus hæredita
te *D.* Ludouici fortè, quia feciſſet aliquid con
tra eius prohibitionem, faterer eius portionẽ
ad *D.* Io. Baptiſtã debuiſſe pertinere, ſed, quia
fuit priuatus hæreditate *D.* Io. Mariæ propter
alienationem factam contra eius prohibitio-
nẽ, verius eſt, ceſſare ius accreſcendi, *iuxta ea,*

Digitized by Google

quæ ibi diximus in tertio fundamento.

Sexta ſuccedit dubitatio reſpiciēs aliam bonorum D. Alberti, quibus fuerat priuatus dimidiam, quæ poterat a D. Ludouico reuocari: nam quæritur, an ea debuerit pertinere ad D. Io. Baptiſtam tanquam hæredem D. Ludouici pro dimidia, an verò ad D. Melchiorem, tanquam nominatim vocatum in caſum alienationis. Verùm, quia dubitationis huius deciſio pendet ex iis, quæ dicta ſunt *in ſecunda parte quarti dubij* ideo breuiter reſpondeo, quia D. Ludouicus inſtituendo D. Albertum qui prius alienauerat, fecit contra prohibitionem teſtatoris, *ſecundum ea, quæ ibi diximus*, ideo apertum eſſe fideicommiſſum ad fauorem D. Melchioris tàm ratione bonorum, quę prius erant Do. Alberti, quam ratione eorum, quæ D. Ludouicus à teſtatore fuerat conſecutus, & hac ratione Dom. Ioan. Baptiſtam nihil ex iis bonis conſequi potuiſſe, quia ad fidei commiſſum relictum familię, cum euenit conditio, vocantur primo loco nominati, & cæteris omnibus præferuntur, *dicto §. in fideicommiſſo, & nos ſupra diximus.*

Quoad ſeptimam dubitationem reſpicientem bona teſtatoris pertinentia ad Do. Io. Baptiſtam, qui poſtea alienauit, quæritur ad quē ea debeant ſpectare, an ad hæredes eius, an verò ad Dom. Melchiorem. Vtique autem in facto præſuppono Dom. Ioan. Baptiſtam reliquiſſe filios, qui proinde ſunt de familia: nam, ſi nullos deſcendentes reliquiſſet, res cāreret omni dubitatione, quia deficientibus omnibus, ſolus D. Melchior ſupereſſet, qui bona reuocare poſſet.

Poſito igitur, quod liberos reliquerit, verius crediderim bona illa ad deſcendentes, nō ad D. Melchiorem pertinere, quia, licet ad fideicommiſſum relictum familiæ nominatim vocati præferantur omnibus etiam proximioribus, hoc tamen verum eſt, quando fit tranſitus ab vna linea ad aliam. Cæterum, quando ſuperſunt deſcendentes eius, qui grauatus
88 eſt, conſtat eos omnibus eſſe præferendos, † *vt ſcribunt Socin. iunior. conſilio 252. numero 17. verſiculo ad primam reſpon. volum. ſecundo Gabr. conſilio 112. numero 13. volum. 2. Cæphal. conſilio 282. per tot. conſilio 457. numero 5. conſilio 489. numero 62. & conſilio 493. numero 42. Surd. conſilio 370. numero 15.* Nam teſtator in bonis vni relictis, quemadmodum ipſum prædilexit, ità etiam cenſetur omnes eius deſcendentes præ-
89 dilexiſſe † *l. cum auus. 101. ff. de conditio. & demonſtrat. l. vni. C. de iis, qui ant. apert. tabu. & ſcribunt glo. in l. cum acutiſſimi. 30. in verb. vitam ſuam. C. de fideicomm. Ruin. conſilio 159. nume. 11. & conſilio 191. numero 13. volum. 2. Cephal. conſilio 457. numero 6. Menoch. conſilio 823. numero 7. verſic. quo autem.* Quinimo in caſu noſtro res caret omni dubio, quia teſtator hoc expreſsè declarauit in teſtamento, vt apparet ex illis verbis, *& ſic ſucceſſiuè in eorum reſpectiuè deſcendentes*, quo fit, vt res non ſit amplius in controuerſiam deducenda.

Octaua, & vltima dubitatio eſt, an de prædictis bonis ita prohibitis alienari fieri poſſit detractio Trebellianicæ. Et puto non poſſe.

Primò, quia, licet teſtator eam prohibuerit in ſubſtitutione facta in caſum mortis, non etiam in prohibitione alienationis, cenſetur tamen eam in vtroque caſu prohibuiſſe; nam, quia ſubſtitutio facta in caſum mortis reſpicit eadem bona, & eaſdem perſonas, quas reſpicit prohibitio alienationis, & conſequenter talis prohibitio cenſetur facta fauore ſubſtitutorum, & cauſa ſubſequentis ſubſtitutionis, ideo tanquam acceſſoria debet regulari, & declarari ſecundum qualitates, & iura ip-
90 ſius ſubſtitutionis, † *vt ſcribunt Alexan. conſilio 59. numero 8. & 9. volum. 3. Ruin. conſilio 134. numero 16. volum. 3. Gabr. conſilio 111. numero 21. volum. primo, & conſilio 138. numero 26. volum. ſecundo. Cephal. conſilio 17. numero 24. conſilio 477. numero 16. & conſilio 544. numero 12. Beret. conſilio 63. numero quinto, & conſilio 75. numero 7. Odd. conſilio 66. numero 44. & conſilio 68. numero 13. & 19. Peregr. de fideicom. artic. 14. numero 47. & conſilio 45. numero 8. & 22. conſilio 68. numero 8. volum. 1. conſilio 44. numero 13. volum. tertio. Menoch. conſilio 325. numero 70. conſilio 376. numero 49. conſilio 680. numero 76. & conſilio 780. numero 5. Surd. conſilio 448. numero 19. Luderch. conſilio quinto. in princ.* Vnde, quemadmodum in caſum ſubſtitutionis non poteſt detrahi Trebellianica, propter expreſſam teſtatoris prohibitionem, ita etiam non poterit detrahi in caſum prohibitæ alienationis.

Secundò, quia Trebellianica cenſetur prohibita, quoties ex coniecturis colligimus ta-
91 lem fuiſſe mentem teſtatoris, † *vt ſcribunt Caſtren. in Authen. ſed cum teſtator numero ſecundo C. ad l. Falcid. Gabr. in titu. Ad Trebell. conclu. 2. numero ſecundo. Boer. deciſ. 44. numero 33. Mantica de coniect. vlt. volun. libro ſeptimo tit. 12. numero 6. Mascar. de probat. conclu. 1395. numero 3. Menoch. conſilio 374. numero quarto, & de præſ. libro quarto præſ. 198. numero decimo.* Sed mens teſtatoris circa Trebellianicæ prohibitionem colligitur in caſu noſtro ex prohibitione facta in caſum mortis, quia, qualis ſit mens teſtatoris in vna parte teſtamenti talis fuiſſe præſumitur in alia, *vt ſupra dictum eſt*, maximè, cum probabilis ratio diuerſitatis aſſerri non poſſit, cur potius voluerit prohibere Trebellianicam, ſi bona peruenissent ad vocatos virtute ſubſtitutionis, quam, ſi virtute prohibitionis. Cenſebitur ergo prohibita etiam in caſum alienationis.

Tertiò, quia prohibita bonorum alienatione, cenſetur quoque per conſequentias pro-
92 hibita detractio Trebellianicæ, † *Authen. ſed in ea, C. ad l. Falcid. quæ, licet loquatur de falcidia, procedit tamen etiam in Trebellianica ſecundum Bald. ibi, & Ruin. conſilio 173. numero 21. volum. ſecundo, & conſilio 119. numero 4. volum. 3. Pariſ. conſilio 9. numero 15. & conſilio 93. numero 48. volu. 2. & conſi. 17. numero 31. volu. 3. Guidop. quæſt. 51. num. 2. Decia. conſ. 120. num. 24. vol. 3. & alios communiter, vt ait Ant. Gabr. in tit. ad Treb. concl. 9. num. 1.*

Et, ſi quis obiiciat, hoc verum eſſe, ſi facta ſit prohibitio alienationis rei particularis, ſe-
93 cus verò, ſi omnium bonorum, † *Quomodo cenſuerunt Pariſ. conſ. 43. nu. 25. vol. 3. Caph. conſ. 320. nu. 43. Roll. conſ. 9. num. 14. 15. et 19. volum. 4. Menoch. conſ. 177. num. 27. cōſ. 528, num. 23. et*

conſ.

conſ.610.nu.25. Reſpon. primo cõtrarium aper-
94 tè cenſuiſſe. † *Pariſ.conſi.18.num.101. & conſil. 93.num.47.vol.2. Ruin.conſ.119.num.4.vol.3. Ant.Gabr.in d.tit.ad Treb.concl.9.num.2. Hyero. Gabr.conſ.87.num.5.vol.2. Perég.conſ.68.num.1. & per tot.vol.1.* Secundò reſpon. quando prohibita eſt alienatio omnium bonorum, non ſolum hæredibus inſtitutis, ſed etiam eorum hæredibus, vt in caſu noſtro, tunc ſine dubio ceſ-
95 ſare Trebellianicæ detractionẽ, † *vt latè oſtendit Menoc.d.lib.4.præſ.198.num.28. verſic. tertio in fine.*

Quartò teſtator in caſu noſtro voluit hæreditatem pleno iure pertinere ad eos, qui non alienauerint, quibus verbis cenſetur Trebellia-
96 nicæ detractionem prohibuiſſe, † *vt ſcripſerunt Bald. in l. precibus. 8.num.44. C. de impub. & al. ſubſti. Guidop.q.537.num.2. Gabr. conſ.87.nu.4. vol.2. Decia.conſi.44.nu.70 vol.3. & Meno.conſi. 1112.nu.34. & conſ.1145.nu.18.*

Quintò, quando teſtator priuat hæredem inſtitutum bonis, & hæreditate, ſi contrauenerit ſuæ voluntati, ceſſat Trebellianicæ detractio
97 † *vt ſcribunt Ruin.conſ.4.num.18.vol.2.& conſ. 170.num.10. verſic. ſed præmiſſis vol.3. Anto.Gab. in d.tit.ad Treb. conclu.9.num.8. Hyeron. Gabr. conſi.184.num.6.volu.1. Cæph. conſi.153. per tot. Surd.conſ.342.per tot. Menoc.conſ.1084. numero 18. & 32. & de præſ.lib.4 præſ.198.num.24.* Nam Trebellianica non niſi ab hæredibus detrahi
98 poteſt, † *l.1.§.inde Neratius l.mulier.22.§.fin. ff. ad Trebell. & ſcribunt Alexan. conſi.247.num. 4.in fin.volum.6. Cæphal.conſil.148.num.13. Decian.conſil.41.num.19.volum.1.* vnde, quia, qui priuatur hæreditate propter inobedientiam non remanet hæres, cum perinde habeatur,
99 atque, ſi non adiiſſet. † *§.ſi quis autem non implens Auth. de hær. & falc. coll. 1. Auth. hoc amplius, C. de fideicom. Auth. cui relictum. C. de ind. vid.toll.* Conſequẽs eſt, vt Trebellianicam detrahere non poſſit.

Sexto multo facilius hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo priuatio facta fuit cum illa clauſula, Ex nunc, prout ex tunc, quæ operatur, vt priuatio retrotrahatur ad tempus teſtamenti, & perinde ſit, atque ſi contraue-
100 niens non fuiſſet inſtitutus, † *vt ſcribunt Rui. conſi.129.num.6.volum.2. Cephal.conſi.153.num. 44. in fin. Surd.conſ.342.num.15.* vnde, quemadmodum, ſi non fuiſſet inſtitutus, non poſſet detrahere Trebellianicam, ita etiam non
101 poterit ſtante clauſula prædicta. † *Et ita in terminis ſcribunt Caphal.d.conſil.153. num.44.& 45. & Surd. d.conſil 342. num. 14. & ſeqq.* Et ita in omnibus ſupradictis dubitationibus iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Perill. D. Maria Comitiſſa Fugeniæ, & Perill. D. Diana Comitiſſa S. Secundi.

CONSILIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum an, & quando probetur ex confeſſione grauati, Et an, & quando valeat ſi teſtator nullis adhibitis teſtibus committat hæredi, vt aliquid certæ perſonæ præſtet: Et quando donatio prætextu doli, & fraudis, aut ex defectu poteſtatis infirmetur, Et an, & quãdo iuramentum ſuppleat defectum inſinuationis, Et an, & quando donatarius agere poſſit aduerſus tertios poſſeſſores.

SVMMARIVM.

1 *Agi vt poſſit ex poſtrema alterius diſpoſitione, de ea legitime conſtare debet.*
2 *Confeſſio, & aſſertio ſola grauati non probat legitime fideicommiſſum, Sed contra num. 17. & 19. Declara tamen vt nu.26.& ſeqq.*
3 *Fideicommiſſi conſtitutio non pendet à voluntate, & poteſtate grauati.*
4 *Confeſſio nihil operatur in his, quæ non pendent à voluntate, & poteſtate confitentis, Declara, vt num. 28.*
5 *Confeſſionibus, & aſſertionibus partium non eſt ſtandum, cum ſumus in materia ſic ſecta.*
6 *Confeſſiones, & aſſertiones eadem facilitate fiunt, quæ actus principales, quos coadiuuant.*
7 *Fideicommiſſa, & legata regulariter ſolent relinqui propter beneficium aliquod acceptum.*
8 *Confeſſioni, & aſſertioni factæ de actu inuerisimili non creditur.*
9 *Fideicommiſſum, aut aliud relictũ, vt peti poſſit, neceſſario ſunt adhibendi quinque teſtes.*
10 *Declaratur l.vlt.C.de fideic.& nu. 11. & 12. 23. 24. & 34.*
13 *Teſtatorem velle diſponere non ſufficit, niſi poſtea diſponat.*
14 *Verbum donare tam ad donationem inter viuos, quam ad legata, fideicommiſſa, & mortis cauſa donationes referri poteſt.*
15 *Mandatum teſtatoris de voluntate ſua exequenda facit diſpoſitionem, & fideicommiſſum inducit: Amplea, vt nu. 16.*
18 *Iuramenti recuſatio tacita confeſſio eſt, & fideicommiſſum probat.*
20 *Aſſertioni reſpicienti ſolum incommodum aſſerentis tempore, quo fit, omnino ſtandum eſt, ſecus ſi tenderet ad præiudicium tertij. nu.21.*
22 *Confeſſio nocet etiam ſingularibus ſucceſſorib. qui cauſam poſtea habent a confitente.*
25 *Grauatus, quando ex conſcientia fideicommiſſi relicti ſatisfacit voluntati defuncti promittendo relictum, defectus ſolennitatis fideicommiſſario non obeſt, quin tale relictum petere poſſit.*
27 *Confeſſio erronea neque probat, neque nocet.*
29 *Hæres poteſt declarare voluntatem defuncti, tanquam ſibi notam.*
30 *Error in facto alieno non præiudicat.*
31 *Confeſſio grauati plenè probat fideicommiſſum*

quando reſpicit factum proprium.

32 *Donamus plerunque iis etiam, quos nunquam vidimus, præcipuè cognatis, ſiquæ hereditates legata, & fideicommiſſa plerunque relinquimus, & num. 33.*

35 *Bart. in l. vlt. C. de fideic. Declaratur, & nu. 36.*

37 *Diſpoſitio quando dicatur imperfecta ratione voluntatis.*

38 *Fideicommiſſum, & ſine ſcriptis, & nutu fieri poteſt, & nu. 39.*

40 *Inſtrumentum publicum habet præſumptionem pro ſe.*

41 *Inſtrumentum publicum eſt probatio probata.*

42 *Donatio dolo, & malis artib. extorta nullius eſt momenti.*

43 *Donatio, aut alius contractus ſine conſenſu conſiſtere non poteſt, & nu. 44.*

45 *Dolus, & circumuentio regulariter coniecturis probari ſolet.*

46 *Mulier eſt ſui natura auariſſima, & quæ raro donat, & nu. 47. & an ex hoc, quod donauerit, poſſit elici, probabilis coniectura fraudis nu. 49. & quando nu. 51.*

48 *Mulier ſi quem donet ſummam egregiam, præſumitur dolis, & malis artibus circumuenta.*

50 *Mulierum auara natura donationis præſumptionem excludit, non autem donationem infirmat, ſi de ea legitime conſtet.*

52 *Hæres, qui voluntatem defuncti etiam minus ſolennem, & inualidam implet, dicitur id facere ex conſcientia relicti.*

53 *Fraudis & doli coniectura an, & quando ſumatur ex eo, quod vir ſagax & eloquens cum muliere contrahat, & nu. 54.*

55 *Fraudis coniectura an, & quãdo ex eo ſumatur, quod donatio non fuerit facta in domo propria donantis, ſed donatarij, & nu. ſeqq.*

56 *Dolus, & fraus argui non poteſt ex occultatione donationis factæ volente donatore, quando donatio non erat iure prohibita.*

57 *Clandeſtinitas quando doli, & fraudis ſuſpicionẽ inducat.*

58 *Donare patrimonium eſt poſitum in libera cuiuſque voluntate.*

59 *Suſpicionis aliqua probabilis cauſa ex eo elici non poteſt, quod actus fiat clam, & ſecreto ita volente, & iubente eo, qui agit.*

60 *Notarij, & teſtium familiaritas in contractibus fraudis ſuſpicionem inducit, Declarat, vt nu. 61. & num. 62.*

63 *Donatio longo tempore abſcondita, & occultata fraudis, & doli ſuſpicione non caret, & num. 64. Declara, vt nu. 65.*

66 *Inſinuatio in donatione excedente ſummam legitimam eſt neceſſaria.*

67 *Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis, Sed contra num. 72.*

68 *Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis, niſi ſit renuntiatum legibus inſinuationem requirentibus, Sed contra. nu. 73.*

69 *Renuntiatum legibus inſinuationem requirentibus, vt dicatur, non ſufficit renuntiatio facta omni legum auxilio, Sed contra nu. 74.*

70 *Renunciatio ſpecialis, quando requiritur, non ſufficit, ſi renuncietur omni legum auxilio, & numero 74.*

71 *Donatio ob cauſam non indiget inſinuatione.*

72 *Donatio iurata ex frequentiori DD. ſententia nõ indiget inſinuatione, & nu. 73.*

75 *Clauſula hæc, renuncians omni legum auxilio inducit renunciationem cuiuſcunque rei, etiam ſi requirat ſpecialem renunciationem.*

76 *Iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis.*

77 *Clauſula in inſtrumento appoſita, vt id fiat ad dictamen ſapientis, quid operetur.*

78 *Vxor donare non poteſt in præiudicium mariti.*

79 *Scriptura priuata, vt probet, non ſufficit, quod teſtes dicant ſibi habere notam manum, niſi fuerint præſentes, quo tempore confecta fuit, maximè, quando tractatur de præiudicio tertij.*

80 *Scriptura priuata non eſt ſufficiens ad tribuendã potiorem hypothecam.*

81 *Hypotheca tacita, quæ doti tribuitur à die tantum matrimonij incipit competere, & nu. 82.*

83 *Dos non eſt, nec dicitur ante matrimonium.*

84 *Actio hypothecaria realis eſt.*

85 *Donatio iurata valet ſine dubio, etiamſi non fuerit inſinuata, ſi ſit renuntiatum legibus inſinuationem requirentibus.*

86 *Donationes reciprocæ non indigent inſinuatione, & facilius ſuſtineri ſolent, quam ſimplices.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Conſultatio propoſita, quę iam ab excellentiſſimis viris fuit plenè diſcuſſa, non videtur opera mea indigere, cum vix ſit, vt quicquam dici, aut allegari poſſit, quod eorum accurata diligentia non tetigerit, Sed, ne laborem reſpuere videar, ſtatui iuſto, & enixo patris deſiderio ſatisfacere, & meam quoque de præſenti conſultatione ſententiam proferre. Et, quoniam in effectu de tribus inſtrumentis agitur, licet actio principaliter intentata non pertineat, niſi ad duorum millium aureorum inſtrumentum, cuius iam dies venit, ideo de omnibus ſcribendũ cenſui, de quibus quatuor dubitationes proponuntur. Prima, an Perill. D. Diana Comitiſſa S. Secundi poſſit petere ſummam duorum millium aureorum, quaſi ex fideicommiſſo, ſeu poſtrema diſpoſitione Illuſtris. D. Octauiæ de Sabaudia. Secunda, ſi non poteſt, quaſi ex illius diſpoſitione, an ſaltem poſſit, quaſi ex donatione facta à Perill. D. Margarita Comitiſſa Gattinariæ. Tertia, an ex prædicta cauſa poſſit agere hypothecaria contra Perill. DD. Carolum, & Ludouicum Comites Morettæ, tanquam tertios bonorum donatricis poſſeſſores. Quarta demum, an aliæ duæ donationes factæ Perill. D. Mariæ Comitiſſæ Eugeniæ ſuſtineri, & vim, ac effectũ ſuo tempore ſortiri poſſint.

Exordiendo igitur à Prima dubitatione videretur in ea primo aſpectu contra D. Comitiſſam Dianam reſpondendum.

Primò, quia, vt ex poſtrema alterius diſpoſitione poſſit agi, de ea legitimè conſtare debet,
1 † *l. Diuus. 25. l. Lucius. 41. ff. de mil. teſt. §. planè inſti. eod.* In caſu autem noſtro non videtur legitimè conſtare D. Octauiam reliquiſſe D. Comitiſſæ Dianæ prædictam ſummam, quia, licet hoc aſſerat D. Comitiſſa Margarita in inſtrumento, hæc tamen aſſertio, & confeſſio ſola non videtur legitimè probare fideicõmiſſum,
2 † *vt ſcribunt Ruin. conſ. 167. nu. 19. vol. 2. & conſ. 127. num. 18. vol. 3. Soc. ſen. conſ. 112. nu. 1. & ſeqq. vol. 1. & conſ. 130. num. 82. vol. 2. Beret. conſ. 130. num. 7. verſ. ſed & ſecundo, Dec. in conſ. 10. num. 79. in fin. & num. 94. vol. 3. Mantic. de coni. vlt. vol. lib. 3. tit. 1. num. 29. Menoc. conſ. 86. num. 94. conſil.*

91. *num.*

Digitized by Google

91.num.39.conſ.191.num.53.& conſ.636.nu.33.
Pereg.de fideicom.artic.43.num.7.& conſ.53.nu.
10.verſ.huic autem vol.1.Surd.conſ.129.num.42.
conſ.158.num.20.& conſ.403.num.76.& ſeqq.
quia in iis, quæ non pendent à voluntate,& po
teſtate confitentis, cuiuſmodi eſt fideicõmiſſi
3 conſtitutio, † *vt ſcribunt Soc. iun.d.conſ.112.nu.*
3.vol.1.Decia.d.conſ.10.num.89.volu.3.Pereg.de
fideicom.d.art.43.num.7.verſ.paſſus,& d.conſ.53.
num.10.in fin. volu.1. confeſſio nihil operatur.
4 † *l.confeſſionibus.14.ff.de int.actio.l.inde Neratius.23.§.fin.ff.ad l.Aquil. Gramm.deciſ.81.num.*
6.Decia.d.conſi.10.num.89.vol.3. Menoc.conſilio
948.num.74.Pereg.conſ.21.num.25.vol.2.Surd.
conſ.5.num.42.& conſ.552.num.23. Quod mul-
to magis videtur admittendum, quando, vt in
caſu noſtro, ſumus in materia ſuſpecta, in qua
non ſtatur confeſſionibus,& aſſertionibus par
5 tium, † *ſecundum Bart.in l.ſi ſortet 8.num.4.ff.de*
ca'r. pe.& in l.qui teſtamentum.2.ff.de probat.
Bald.in l.rogaſti.11.§.ſi tibi decem colum.2.verſ.in
contrarium.ff.ſi cert.pet. Pereg.conſ.83.nu.20.vol.
3.quia,qua facilitate quis inducitur ad contra-
hendum , eadem induci ſolet ad faciendas aſ-
ſertiones,& confeſſiones, quæ principalẽ actũ
6 coadiuuant, † *vt ſcribunt Bald. in l.fin.§.item*
quæſitum num.1.ff.de cond,ind. Ruin.conſil.167.
num.19.vol 2. Surd.conſ.473.num.23. & maxi-
mè, quando aſſertio non eſt veriſimilis, qualis
non videtur aſſertio D. Comitiſſæ Margaritæ:
Nam, cum D. Octauia nunquam vidiſſet Do.
Comitiſſam Dianam , nec ab ea, tanquam ad-
huc infante dici poſſet beneficium aliquod ac
cepiſſe , propter quod regulariter legata, & fi-
7 deicommiſſa relinqui ſolent; † *l.nec adiecit.9.ff.*
pro ſoc.l.idemque 10.§.fi.ff.mand. veriſimile nõ
eſt, eam voluiſſe quicquam illi per fideicom-
miſſum relinquere. Quo fit, vt tali aſſertioni,&
confeſſioni , tanquam non veriſimili non ſit
8 credendum. † *l.3.§.1.verſ.tu magis.ff.de teſtibus.*
Bald.in l.ſi quis in hoc.10.num.3.C.de Epiſ.& cle.
Iaſ.in l.ſi extraneus.6.num.8.ff.de cond.cauſ.dat.
Dec.in l.cum te.nu.7.C.de tranſact. Decia.conſ.
108.num.66.vol.2.conſ.91.num.43.conſ.104.nu.
25.& conſ.117.num.50.vol.3.& conſ.72.nu.17.
vol.5.Peregr.conſ.75.num.24.vol.1.& conſ.2.nu.
81.vol.2.Surd.conſi.311.num.66. & conſequen-
ter non poſſit D. Comitiſſa Diana virtute hu-
ius aſſertionis, quæ legitimè fideicommiſſum
non probat, petere ſummam prædictam, quaſi
relictam à D. Octauia.

Secundo verò dato, ꝙ aſſertio D. Comitiſ-
ſæ Margaritæ fidem faceret,& probaret volun
tatem D. Octauiæ, non tamen ex ea,tanquam
ex diſpoſitione nulla, danda videtur actio Do.
Comitiſſæ Dianæ, quia, ad hoc, vt fideicommiſ
ſum , aut aliud relictum peti poſſit , neceſſariò
9 quinque teſtes ſunt adhibendi. † *l.vlt.in fi.C.de*
codic.l.vlt.C.de fideic.l.vlt. C.de don.cauſ.mort.§.
vlt.inſti.de fid.hæred.Pereg.de fideic.art.43.num.
2.Menoc.conſ.750.num.7. Et hoc non obſtante
diſpoſitione *d.l.vlt.C.de fideicom.* quippe , quæ
procedere videtur, quando grauatus promiſit
teſtatori , ſe quid ex eius poſtrema voluntate
daturum , vel facturum , ſecundum vnum eius
10 legis intellectum , † *quem probarunt Bart. in l.*
nemo poteſt.58.in prin. & ibi Alex.num.9.& alij
communiter,vt ibi teſtatur Iaſ.in 1.lect.num.20.
& in 2.num.27.ff.de leg.1.Pereg.de fideic.d.artic.
43.num.5.Surd.conſi.398.num.32. vel, quando

primò negauit relictum , deinde poſt oblatio-
nem iuramenti factam à fideicommiſſario, re-
cuſauit iuramentum , & recurrit ad ſubtilitatem
legis allegando nullum eſſe fideicommiſſum
propter defectum teſtium , ſecundum alium
11 intellectum. † *glo. in d.l.fin. in verb.ſubire.C.de*
fideicom.quem ibi probant DD.communiter., vt
atteſtantur Couar. in c.ap.indicante nu.1.de teſta.
Mantic.de coniect.vlt.volun.lib.2.tit.13.num.5.Pe-
reg.d.arti.43.num.4. Cæterùm ; quando hæres,
neque promiſit teſtatori , neque negauit reli-
ctum, ſed illud ſtatim confeſſus eſt, videtur ve
rius,& receptius, id non ſuſtineri, ſi in eo relin-
quendo legitimus teſtium numerus non fuerit
12 adhibitus, † *vt ſcribit Pereg.d.arti.43.nu.3.& 4.*
Vnde, cum in caſu noſtro neque D. Comitiſſa
Margarita dixerit in inſtrumento , ſe filiæ ſuæ
quicquam promiſiſſe, neque relictum negaue
rit, ſed illud vltro ſit confeſſa,& conſtet nullos
fuiſſe adhibitos teſtes, conſequens videtur , vt
nullius debeat eſſe momenti diſpoſitio.

Tertiò demum dato, quod aſſertio D. Comi
tiſſæ Margaritæ probaret,& teſtes non fuiſſent
neceſſarii, non tamen in caſu noſtro diſpoſitio
illa D. Octauiæ tanquam imperfecta ratione
voluntatis videtur poſſe ſuſtineri: nam, etſi te-
ſtator dixerit, volo tali relinquere , ſi tamen
morte præuentus voluntatem illam ad actum
redigere non potuerit , verba illa , nullius ſunt
momenti , quia non ſufficit teſtatorem velle
13 diſponere, niſi poſtea diſponat, † *l.quidam cum*
filium 46.& ibi Bald.& alij not ff.de hæred.inſti.&
ſcribunt Caſtr.in l.ſerui electione.5.in princ. num.
4.ff.de leg.1.Soc.ſen.conſ.69.in prin.vol.3. Alex.in
l.3.num.4.C.de lib.præt.Ruin.conſ.134.nu.1.vol.
2.Soc.iun.conſ.179.num.40.& per tot.volu.2.De-
cian.conſ.31.num.23.vol.1.& conſ.44.nu.9.vol.
3.Lader.conſ.41.num.11. Menoc.conſi.750.num.
6.verſ.Si ergo,Pereg.conſ.61.num.5.vol.2. Vnde,
cum in caſu noſtro conſtet ex ipſamet aſſertio-
ne D. Comitiſſæ Margaritæ facta in inſtrumẽ-
to, in qua ſola fundatur intentio D. Comitiſſæ
Dianæ, *Che la Signora Ottauia* (vt inſtrumentis
verbis vtar) *dicchiaraſſe alla Sig. Margarita ſua*
madre, che foſſe ſua mente , & volonta di donar alla
Sign. Diana la ſomma di ſcudi doi millia d'oro , e
non meteſſe tal ſua volontà , & vltima ſua diſpoſi-
tione verbale in ſcritto per l'improuiſa morte, Con
ſequens videtur, vt hæc voluntas, tanquam ad
actum non redacta nullius ſit momenti , ne-
que ex ea Do. Comitiſſa Diana poſſit aliqua
actione experiri .

Verùm his non obſtantibus, puto contrariũ
eſſe de iure verius, poſſe ſcilicet D. Comitiſſã
Dianam petere hanc ſummam, quaſi ex fidei-
commiſſo relicto à D. Octauia: Nam præſup-
pono tria , quæ tam in facto, quam in iure ve-
riſſima ſunt, atque certiſſima , ſcilicet D. Octa-
uiam,& voluiſſe relinquere D. Comitiſſæ Dia-
næ prædictam ſummam per fideicommiſſum,
& reliquiſſe, & de hac diſpoſitione legitimè
conſtare.

Primùm enim voluiſſe prædictã ſummam
relinquere per fideicommiſſum, apparet ex il-
lis verbis inſtrumenti, *Che foſſe ſua mente, & vo-*
lunta di donar alla Sig. Diana la ſomma di ſcudi
doi milia, quæ, quanquam videãtur ambigua,
propter verbum donare , quod tàm ad dona-
tionem inter viuos, quàm ad legata, fideicom-
miſſa, & mortis cauſa donationes referri po
teſt.

14 teſt. † *l.1. ff. de donat. l. legatum. 37. ff de le. 2. §. 1.*
inſti. de legat. declaratur tamen ex ſequentibus
illis verbis, *& non meteſſe tal ſua volonta, & vlti-*
ma diſpoſitione in ſcritto, ex quibus apparet vo-
luiſſe Do. Octauiam donare per vltimam vo-
luntatem.

Secundò verò reliquiſſe, & diſpoſuiſſe con-
ſtat ex illis verbis, *Ricordandoſi dell intento, &*
voler di detta ſu Sign. Ottauia, & dell'ordine laſcia
togli di eſequir tal ſua volonta: Nam ex his ap-
paret, voluntatem tranſiuiſſe in diſpoſitionē,
quia *D.* Octauia non ſolum declarauit volun
tatem ſuam matri, eidemque hæredi futuræ,
ſed etiam ei mandauit, vt voluntatem ſuam
exequeretur, quod mandatum ſine dubio fa-
cit diſpoſitionem, & inducit fideicommiſſum
15 † *§. fin. inſt. de ſing. reb. per fid. rel. l. Lucius Titius.*
123. § 1. ff. de leg. 1. l. cum pater. 79. §. mando. ff. de
leg. 2. maximè, cum fuerit factum ab ea, quæ
erat in diſcrimine vitæ conſtituta, quo caſu fa-
16 cilius debet induci fideicommiſſum, † *ſecun*
dum l. ſi pater. 47. §. vlt. ff. de fid. lib. & Soc. iun. conſ.
179. num. 29. & 65. vol. 2.

Tertiò demum legitimè de hac diſpoſitio-
ne conſtare apparet ex ipſomet inſtrumento
facto in executionē prædictæ diſpoſitionis: nā
in eo D. Comitiſſa Margarita fatetur cum iu-
ramento, ſibi fuiſſe a *D.* Octauia commiſſum,
vt voluntatem ſuam circa dandam D. Comi-
tiſſæ Dianæ ſummam duorum millium aureo
rum exequeretur, quæ grauati aſſertio, & con-
17 feſſio probat fideicommiſſum. † *l. fin. C. de fidei*
com. §. vlt. inſt. de fid. hæred. Nam, ſi iuramenti re
18 cuſatio, quæ tacita confeſſio eſt. † *l. manifeſtæ.*
38. ff. de iureiu. probat fideicommiſſum, quod
talis recuſans præſtare cogitur, etiamſi nulli te-
ſtes fuerint adhibiti, conſequens eſt, vt multo
magis id probet expreſſa cōfeſſio, Et ita in ſpe-
cie de hærede confitente fideicommiſſum à ſe
19 relictum, vt probet, † *ſcribunt gl. in l. 3. §. tacita,*
in verb. probationibus, & ibi Bar. num. 3. ff. de iur.
fiſc. Soc. ſen. conſ. 12. num. 20. vol 3. Ruin. conſ. 128.
num. 4. & conſ. 147. num. 9. volu. 2. Pariſ. conſ. 75.
num. 56. vol. 2. conſi. 11. num. 40. conſi. 17. num. 21.
vol. 3. Gabr. conſ. 132. num. 43. verſ. tertia coniectu-
ra vol. 1. Decia. conſ. 1. num. 310. volu. 1. conſ. 2. nu.
141. volu. 2. conſ. 44 num. 78. conſi. 76. num. 11. &
conſ. 89. num. 21. & 24. volu. 3. & conſ. 63. num. 38.
vol. 4. Mantic. de conie. vlt. vol. lib. 3. tit. 1. nu. 28.
Menoc. conſ. 636. num. 36. Pereg. conſ. 52. num 32.
vol. 1. Et ſanè, cum hæc aſſertio tunc temporis
reſpiceret ſolùm incommodum aſſerentis, ei
20 omnino ſtandum eſt. † *l. pacta. 36. §. ſi. ff. de poſ.*

Neque eſt, quod aliquis obijciat, imo tende-
re ad præiudicium tertij, nempe *D.* Comitis
Gattinariæ, cui *D* Margarita conſtituit omnia
bona in dotem, & ideo ei ſtandum non eſſe.
21 † *l. verba teſtamenti. 6. C. de teſtam. l. Imperatores.*
29. §. 1. ff. de probat. & ſcribunt Roll. conſ. 58. num.
14. vol. 2. & conſ. 20. num. 13. vol. 4. Decia. conſ. 16.
num. 83. vol. 1. Menoc. conſ. 638. num. 5. Surd. conſ.
5. num. 39. conſ. 22. num. 30. conſ. 82. num. 22. conſ.
94. num. 12. conſ. 326. num. 13. conſ. 505. nu. 5. &
conſ. 547. num. 9. quia reſpon. nullum tunc tem
poris ius fuiſſe D. Comiti acquiſitum, cui præ-
dicta confeſſio dici poſſit præiudicium attuliſ-
ſe, *vti latius poſteà demonſtrabo*, Et ideò aſſertio-
nem valere, & facere fidem; Neque obſtare,
quod poſtea ſit ei ius acquiſitum; quia confeſ-
ſio nocet etiam ſingularibus ſucceſſoribus, qui
22 poſtea cauſam habent à confitente, † *vt ſcribit*
Soc. ſen. conſ. 82. num. 4. vol. 3. Ruin. conſ. 50. num.
13. vol. 1. conſ. 178 num. 16. vol. 2. conſ. 40, num. 4.
vol. 4. conſ. 76. num. 13, vol. 5. Menoc. conſ. 2. num.
373. Surd. conſ. 151. num. 39. & conſ 489. num. 31,
& in ſpecie de confeſſione fideicommiſſi, Decia. conſ.
1. num. 311. vol. 1. & conſ. 89, nu. 21. vol. 3.

His ita præſuppoſitis dico Do. Comitiſſam
Dianam poſſe petere prædictam ſummam ex
diſpoſitione D Octauiæ non obſtante, quod
nulli teſtes fuerint adhibiti.

Primò, quia diſpoſitio *l. vlt. C. de fideic. & §.*
fin. inſt. de fid. hær. non ſolùm procedit, quando
grauatus negat fideicommiſſum, ſed etiam,
quando fatetur, teſtatorem nullis teſtibus ad-
hibitis ſibi commiſiſſe, & in fide ſua repoſuiſ-
ſe, vt aliquid per fideicommiſſum præſtaret,
23 † *vt ſcribunt Bar. in d. l. fin. nu. 1. & 2. C. de fideic.*
Iaſ. in d. l. nemo poteſt. 58. num. 10. ff. de leg. 1. Man-
tic. de conie. vlt. vol. lib. 2. tit. 13. num. 5. Peregr. de
fideicom. art. 43. num 4. Nec enim neceſſaria eſt
promiſſio hæredis, vt ſit locus diſpoſitioni. *d. l.*
vlt. ſed ſufficit, teſtatorem ſecutum eſſe fidem
24 hæredis, & ei ſoli commiſiſſe, † *vt ibi DD. com*
muniter tradunt, Et hic eſt propriè caſus noſter.
Nā teſtatrix nullis adhibitis teſtibus matris fi-
dem, & conſcientiam ſecuta ei ſoli declarauit
voluntatem ſuam, & mandauit, vt eam exe-
queretur, idcoque, licet nulli teſtes fuerint prę
ſentes, danda nihilominus erit in hæredē gra-
uatum actio.

Secundò verò, licet eſſemus in caſibus, in
quibus fideicommiſſum etiam confeſſatum
non potuiſſet peti propter defectum ſolemni-
tatis, adhuc tamen in caſu noſtro petitioni lo-
cus eſſet; nam, quando grauatus ex conſcien-
tia fideicommiſſi relicti ſatisfacit voluntati de
functi promittendo relictum, defectus ſolem
nitatis fideicommiſſario non obeſt, quin tale
25 relictum petere poſſit. † *l. 2. & ibi gl. in verb. præ*
ſtiterunt, & l. ſi veritas 23. vbi Bar. Iaſ. & alij not.
C. de fideicom. Iaſ. in l. cum quis. 10. num. 13. C. de
iur. & fact. igno Mantic. de conie. vlt. vol. lib. 2. tit.
14. num. 17. Vnde, cum in caſu noſtro D. Co-
mitiſſa Margarita conſcia voluntatis, & diſpo
ſitionis D. Octauiæ in eius executionem pro-
miſerit ſe prædictam ſummam *D.* Comitiſſæ
Dianæ ſoluturam, conſequens eſt, vt non ob-
ſtante defectu teſtium debeat eſſe fideicom-
miſſi petitioni locus.

Neque obſtant contraria, & Primò non ob-
ſtat, quod de hoc relicto non conſtet, niſi ex
aſſertione, & confeſſione Do. Comitiſſæ Mar-
garitæ grauatæ, quæ non videtur legitimè pro-
bare fideicommiſſum, quia reſpondeo in hac
26 re † quatuor caſus poſſe conſiderari, quorum

Primus eſt, quando talis aſſertio, ſeu confeſ-
ſio reſpicit ea, quæ ſunt iuris, & tractatur de in-
ducendo fideicommiſſo, vt, quando hæres aſ-
ſerit, ſe fuiſſe grauatum fideicommiſſo in te-
ſtamento, ex cuius verbis id elici iure non po-
teſt, Et in hoc caſu talis confeſſio, tanquam erro-
27 nea, neque probat, neque nocet. † *Et in his ter-*
minis loquuntur Ruin. d. conſ. 167. num. 19. vol. 2.
& conſ. 127. num. 18. vol. 3. Soc. iun. d. conſ. 112. per
tot. vol. 1. & d. conſ. 185. nu. 82. vol. 2. Beroi. d. conſi.
130. num. 7. verſ. ſed & ſecundo, Decia. d. conſ. 10.
num. 84. verſ. 5. vol. 3. Mantic. de conie. vlt. volun.
lib. 3. tit. 1. nu. 29. Menoc. conſ. 86. nu. 94. conſ. 91.
nu. 39. conſ. 191. nu. 53. & conſ. 636. nu. 33. Pereg.
de fideic.

de fideic. art. 43. num. 7. & conſi. 53. num. 10. verſic.
huic autem vol. 1. Surd. conſ. 129. nu. 42. conſ. 158.
num. 20. & conſ. 403. num. 78. Nam in iis, quæ
non pendent à poteſtate confitentis, ſed ſunt
iuris, cuiuſmodi eſt declaratio, an ſit inductum
fideicommiſſum, confeſſio non nocet confi-
28 tenti. † *l. confeſſionibus. 14. ff. de inter. actio. l. tor-*
namentorum. 39. ff. de iur. & arg. leg. Decia. conſil.
10. num. 85. vol. 3. Menoc. conſ. 636. nu. 34. Surd.
conſ. 403. num. 77. & conſ. 425. num. 19. Sed hic
non eſt caſus noſter, quia nullum fuit à Dom.
Octauia conditum teſtamentum, nullaque cō
fecta ſcriptura, ex cuius verbis ſciri poſſit, non
eſſe conſtitutum fideicommiſſum.

Secundus caſus eſt, quando confeſſio hære-
dis reſpicit quidem ea, quæ ſunt iuris, ſed non
tractatur de inducendo fideicommiſſo, ſed de
eo declarando, vel ampliando, Et in hoc caſu
verius eſt, confeſſionem hæredis multum ope-
rari, quippe, cum hæres poſſit declarare volun-
29 tatem defuncti, tanquam ſibi notam. † *Et ita*
accipio dicta Ruin. conſ. 128. num. 4. & conſ. 147.
num. 9. vol. 2. Soc. ſen. conſ. 12. num. 20 vol. 3. Pariſ.
conſ. 75. num. 56. volu. 2. conſ. 11. num. 40. & conſ.
17. num. 23. vol. 3. Gabr. conſ. 132. nu. 43. verſ. Ter-
tia coniectura vol. 1. Decia. conſ. 1. nu. 310. & 311.
vol. 1. conſ. 44. nu. 76. vol. 3. & conſ. 63. nu. 38. vol.
4. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 3. tit. 1. nu. 28. Men.
d. conſ. 636. num. 36. Pereg. conſ. 52. num. 32. vol. 1.
Sed neque hic eſt caſus noſter, quia, vti dixi,
nulla eſt ſcriptura, ex cuius verbis dubitari poſ
ſit de voluntate defunctæ.

Tertius caſus eſt, quando confeſſio grauati
reſpicit factum alienum, nempe dictum teſta-
toris prolatum abſente ipſo grauato, vt, cum
fatetur teſtatorem dixiſſe corā teſtibus, ſe vel-
le, vt alicui reſtitueretur hæreditas, Et in hoc
caſu, ſi conſtet de errore, talis confeſſio non
nocebit, quia error in facto alieno non præiu-
30 dicat † *l. 3. ff. de iur. & fact. igno.* Verùm neq; hic
eſt caſus noſter.

Quartus, & vltimus caſus eſt, quando confeſ
ſio grauati reſpicit factum proprium, vt, cum
fatetur, teſtatorem ſibi commiſiſſe, vt aliquid
certæ perſonæ præſtaret, Et in hoc caſu verius
eſt, talem confeſſionem plenè probare fidei-
31 commiſſum. † *d. l. vlt. C. de fideic. Et in his termi-*
nis procedit doctr. gl. in d. l. 3. §. tacita, in verb. pro-
bationibus ff. de iur. fiſ. vt declarat Soc. iun. d. conſ.
180. num. 87. vol. 2. Et hic eſt propriè caſus no-
ſter: nam Do. Comitiſſa Margarita confeſſa
fuit D. Octauiam ſibi commiſiſſe, vt volunta-
tem ſuam circa dandam *D.* Comitiſſæ *Dianæ*
ſummam duorum millium aureorum exeque-
retur, ideoque legitimè probauit fideicom-
miſſum.

Neque obſtat, quod, cùm ſimus in materia
ſuſpecta, non videatur ſtandum huic aſſertio-
ni, quia reſpondeo negando ſubeſſe aliquam
legitimam ſuſpicionis cauſam, vt ex iis, quæ in
ſequenti dubitatione dicemus, faciſè poterit
intelligi.

Minus obſtat, quod talis aſſertio non videa-
tur veriſimilis, cum *D.* Octauia nunquam vi-
diſſet *D.* Comitiſſam *Dianam*, nec ab ea bene
ficium aliquod accepiſſet, quia reſpōdeo hæc
eſſe leuia ad inducēdam inueriſimilitudinem
fideicommiſſi: nam etiam iis, quos nunquam
vidimus præcipuè cognatis (qualis erat *D.* Co-
32 mitiſſa *Diana*) plerunque donamus. † *l. inex-*
traneos. 29. C. de donat. & hæreditates, legata, ac
33 fideicommiſſa relinquimus. † *l. extraneum. 11.*
C. de hæred. inſt. §. vlt. inſt. eod. vt etiam iis, à qui-
bus nullo vnquam fuimus affecti beneficio:
ſunt enim diſpoſitiones vltimarum volunta-
tum donationes, quæ continent meram teſta-
toris liberalitatem, & cauſam honorati incra-
tuitam. *§. ſi res aliena inſt. de legat.*

Secundò non obſtat, quod nulli teſtes fue-
runt adhibiti, quia reſpondeo, nos eſſe in caſi-
bus, in quibus teſtiū defectus non nocet fidei-
commiſſario: nam teſtatrix in fide matris ſuæ
poſuit, vt voluntatem ſuam exequeretur, quo
caſu ſuſtinetur relictum ea diſpoſitione. *l. vlt.*
C. de fideicom ſecundum ea, quæ diximus in primo
fundamento. Neque enim eſt neceſſaria pro-
miſſio grauati, vt ſit locus dictæ legi: ſed ſufficit
teſtatorem in fide hæredis ponere relictum.
34 † Nec Bartolus (ſi rectè intelligatur) contra-
rium ſcripſit: nam, poſtea, quam retulit duos
eius legis intellectus, & eos probauit, ſubiicit,
poſſe etiam procedere diſpoſitionem eius le-
gis in alio caſu, nempe, quando teſtator nomi
ne legatarii ſtipulatus eſt ab hærede relictum.
35 † Itaque nō reſtringit diſpoſitionem legis, ſed
ampliat, tametſi nec tuta ſit eius ampliatio,
36 cum eam † *Iaſ. in l. nemo poteſt. 58. in 1. lect. nu.*
20. & in 2. num. 27. ff. de leg. 1. Alcia. lib. 1. Parad.
cap. 4. num. 2. Forcat. in Necyo. dial. 14. numero 9.
Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 2. tit. 13. num. 5. verſic.
ſubiunxit, & alii plerique reprobarunt. Deinde
verò, licet non eſſemus in caſu eius legis, non
tamen obeſſet defectus teſtium ſtante promiſ-
ſione ſubſecuta, *ſecundum ea, quæ diximus in ſe-*
cundo fundamento.

Tertiò non obſtat, quod voluntas *D.* Octa-
uiæ non fuerit ad actum redacta, quia reſpon-
deo contrarium apparere ex illis verbis, *Et de l'*
ordine laſciatogli di eſequir tal ſua volunt. , quæ
probant diſpoſitionem, *vti demonſtrauimus in*
ſecundo præſuppoſito. Et quamuis dicatur in in-
ſtrumento, *D.* Octauiam non redegiſſe volun-
tatem ſuam in ſcripturam, nō tamen ſequitur,
diſpoſitionem eſſe imperfectam ratione volū-
tatis, quia tūc remanet imperfecta diſpoſitio,
37 † quando conſtat teſtatorem voluiſſe teſtari,
aut facere codicillos, & poſt facta plura lega-
ta, vel fideicommiſſa, antequam perficeret di-
ſpoſitionem, deceſſiſſe. *l. ſi quis, cum teſtamentis.*
25. ff. de teſtam. Cæterum, quando non conſtat
eum voluiſſe facere alias diſpoſitiones præter
expreſſas, neque requiſiuit notarium, ſed ſim-
pliciter expreſſit voluntatem ſuam, nulla eſt du
bitatio, quin validum ſit fideicōmiſſum, quip
38 pe, cum & ſine ſcriptis. † *l. vlt. C. de codic. l. fin. C.*
de bon. liber. l. generali. 13. C. de ſacroſ. eccleſ. & nu-
39 tu fieri poſſit. † *l. nutu 21. ff. de leg. 3.* Poteſt eni
eſſe, vt *D.* Octauia habuerit animum redigen-
dæ ſuæ voluntatis in ſcripturam, ſed animad-
uertens propter mortis anguſtias, id ſibi facere
non licere, rogauerit matrem, vt voluntatem
ſuam exequeretur, quo caſu perfecta fuit diſpo
ſitio, *iuxta terminos. l. vlt. C. de fideicom.*

Quoad ſecundam dubitationem, an ſcilicet
dato citra veri præiudicium, quod D. Comitiſ-
ſa *Diana* non poſſit petere ſummam prædictā,
quaſi ex diſpoſitione *D.* Octauiæ, poſſit ſaltem
eam petere, quaſi ex donatione *D.* Comitiſſæ
Margaritæ, quia difficultas non conſiſtit in do
natione, vel eius validitate cōprobanda, quip-
pe cum

pecum de ea conſtet ex publico inſtrumento,
40 quod habet præſumptionem pro ſe † *l. cũ precibus. 18. C. de probat. l. optimam 14. C. de contr. & comm. ſtip. §. Item verborum inſti. de inut. ſtipu. & ſcribunt Soc. ſen. conſ. 213. num. 7. vol. 2. Alcia. de præſ. Reg. 3. præſ. 12, num. 9. Gramm. deciſ. 45. nu. 10. Capo. conſ. 335. num. 10. Menoc. conſi. 343. nu. 2. & de præſ. lib. 1. q. 99. num. 14. & lib. 3. præſ. 122. num. 4. Surd. conſ. 173. num. 31.* & ſuperuacuam
reddit omnem aliam probationem, cũ ſit pro-
41 batio probata, † *vt ſcribunt Bald. in l. 2. num. 2. C. quand. fiſc. vel priua. Iaſ. in l. 2. in prin. num. 10. ff. de ope nou. nunt. Natt. conſ. 543. nu. 28. Rollan. conſ. 57. nu. 2. vol. 3. Menoc. de præſ. lib. 1. q. 65. nu. 8. Peregr. conſ. 4. num. 57. & conſ. 95. num. 8. vol. 1. Surd. conſ. 192. num. 13.* ſed conſiſtit in remouẽ-
dis iis, quæ contra huiuſmodi inſtrumentum
adducuntur; ideo referam ſingulas obiectio-
nes, & demonſtrabo nullam ex iis poſſe vim, &
robur donationis infirmare.

Tria ſunt autem, quæ principaliter aduerſus
huiuſmodi donationem opponũtur, & Primò
fuiſſe dolo, & malis artibus extortam, ideoque
42 nullius eſſe momenti, † *vt latè oſtendit Decian. conſ. 32. per tot. vol. 3.* ceſſat enim in decepto cõ
43 ſenſus, ſine quo nec donatio. † *l. ſi præſes. 8. l. nec ignorans. 10. C. de donat.* nec alius contractus
44 poteſt conſiſtere. † *l. 1. §. adeo. ff. de pact.* Fuiſſe
autem dolo extortam ex multis deducunt con
iecturis, ex quibus regulariter dolus, & circum-
45 uentio probari ſolet. † *l. dolus. 6. C. de dol.*

Primam enim coniecturam ſumunt à perſo
na donantis: eſt enim mulier ſui natura aua-
46 riſſima, † *vt ſcribunt glo. in l. Neſennius. 36. in verb. ex contrario. ff. de neg. geſt. Bart. in l. quæ dotis. 34. nu. 1. ff. ſol. matr. late Tiraq. in 9. leg. connub. glo. 1. part. 9. num. 43. Meno. conſ. 482. nu. 26. Surd.*
47 *conſ. 24. num. 5.* &, quæ rarò donat. † *l. ſi a ſponſo. 16. C. de don. ant. nupt. l. ſed ſi ego. 4. ff. ad Velle. l. ſi ſtipulata. 34. in fin. ff. de donat. int. vir. & uxo.*
ideoque, ſi quam donet ſummam egregiam
præſumitur dolis, & malis artibus circumuen-
48 ta, † *vt in ſpecie docuerunt Soc. ſen. conſ. 214. num. 10. vol. 2. & conſ. 20. num. 8. vol. 3. Tiraq. in d. leg. 9. connub. gl. 1. par. 9. nu. 44. Decia. d. conſ. 32. num. 7. vol. 3. & conſ. 30. nu. 9. vol. 4.*

Verùm reſpondeo, coniecturam hanc non
eſſe legitimam, quia mulier, licet rariùs, & dif-
ficilius, quam vir donet, propter auariſſimam
ſui naturam, tamen & ipſa quandoque donat,
& ideo, quoties legitimè conſtat de donatio-
ne (prout conſtat in caſu noſtro) non debet ta
lis donatio infirmari eo prætextu, quod ſit fa-
49 cta à muliere, † neque ex eo poteſt elici proba
bilis coniectura fraudis, quia alioquin omnes
donationes à mulieribus factæ infirmarentur,
quaſi dolo, & malis artibus extortæ, contra. *l. æris alieni 15. l. ſi auia 19. l. vxor donatricis. 20. C. de donat. l. 2. l. 3. l. velles nec nu. 6. l. bis ſolis. 7. C. de reuo. don.* Id enim ſolùm operatur mulierum auara
50 natura, † vt excludat donationis præſumptio-
nem, non etiam, vt donationem infirmet, ſi de
ea legitimè conſtet.

Neque obſtat authoritas eorum, qui ab hac
natura mulierum eliciunt coniecturam frau-
51 dis, & doli, quia reſpondeo, loqui eos † de do-
nationibus ſuſpectis de falſo, propter multas
coniecturas, quæ falſitatis ſuſpicionem indu-
cunt, quo caſu augeri poteſt talis ſuſpicio ex
natura mulierum. Cæterum, quando non du-
bitatur de veritate donationis, ſed ſimpliciter
opponitur eam fuiſſe per fraudem, & dolum
extortam, tunc probabilis non eſt coniectura,
quæ ſumitur ab hoc vno, quod donatio facta
ſit à muliere, quia alioquin omnes donatio-
nes à mulieribus factæ infirmarentur prætextu
fraudis præſumptæ, quod eſſet abſurdiſſimum,
maximè, quando mulier iuſtam habuit donan-
di cauſam, prout habuit in caſu noſtro, in quo
donauit, vt filiæ mandatum exequeretur, quã
eſſe iuſtiſſimam donandi cauſam, vel ex eo in-
telligimus, quia hæres, qui voluntatem defun-
cti etiam minus ſolemnem, & inualidam im-
52 plet, dicitur id facere ex conſcientia relicti. † *l. 2. l. ſi veritas. 23. C. de fideicom. l. non dubium. 16. C. de teſtam.*

Secundò conſiderant aduerſarij D. Comi-
tiſſam Margaritam non ſolùm eſſe mulierem,
ſed etiam mulierem ſimplicem, & negotiis ge-
rendis, ac cõtractibus ineundis minus idoneam,
in cuius proinde perſona faciliùs fraus, & cir-
cumuentio præſumi debet.

Verùm reſpondeo coniecturam hanc, nec
eſſe (vt in facto ſupponitur) veram, nec ſuffici-
tem ad infirmandam donationem, niſi talis eſ-
ſet ſimplicitas, quæ tranſiret in ſpeciem fatui-
tatis, qualem nec aduerſarij ſupponunt, nec pru-
dentia D. Comitiſſæ cunctis notiſſima permit-
tit in alicuius cadere opinionem.

Tertiò conſiderant perſonam recipiẽtis do-
nationem: Fuit enim facta D. Comiti Eugenio
pro filia ſtipulanti, viro, vt aiunt, ſagaci, & elo-
quenti, qui contrahens cum muliere facilè po-
tuit eam inducere ad donandum, ex qua re ſu-
53 mi fraudis, & doli coniecturam † tradunt *poſt alios Decia. d. conſ. 30. num. 24. vol. 4. & Menoc. de præſ. lib. 5. præſ. 3. nu. 100.*

Sed reſpondeo, coniecturam hanc nullius
eſſe momenti, quia, licet D. Comes Eugeniæ
ſit in rebus agendis, negotiiſque contrahendis
prudens, non tamen ex hoc ſumi poteſt proba
bilis doli coniectura, niſi conſtaret, eum ſolitũ
eſſe decipere contrahentes, quod ne ſuſpicari
quidem permittit qualitas perſonæ, quæ timet
Deum, & omni eſt exceptione maior: Tunc
54 enim procedit hæc coniectura, † cum homo
vafer, & ſuſpectus cum muliercula contrahit,
non, cum eques, prudens quidem, ſed nulla cal
liditatis ſuſpicione notatus cum fœmina no-
biliſſima, & prudentiſſima: nã qualitas vtriuſ-
que perſonæ omnem prorſus excludit fraudis
ſuſpicionem.

Quartò conſiderant fuiſſe factam donatio-
nem non in domo propria donantis, ſed in do-
mo eiuſdem D. Comitis Eugenię, vnde fraudis
55 coniecturam ſumi poſſe † tradunt. *Pariſ. conſ. 57. num. 10. vol. 4. Decia. d. conſ. 32. num. 15. & 19. vol. 3. & d. conſ. 30. num. 14. vol. 4. Surd. conſ. 473. num. 18. & 30.*

Verùm hæc coniectura non habet maiorẽ
vim, quam ea, quæ ducitur ab occultatione: nã
donatio non aliam ob cauſam fit extra cõſue-
tum locum habitationis donatoris, quam, vt
occultetur, ex qua occultatione facta volente
donatore non poteſt argui dolus, & fraus, quã-
56 do donatio non erat iure prohibita, † *vt latiſſimè oſtendit Menoch. conſ. 422. num. 97. & ſeqq.*
Clandeſtinitas enim tunc demum inducit ſuſ-
57 picionem fraudis, & doli, † cum id, quod
agitur liberè fieri non poteſt, puta, quando cõ-
trahitur

trahitur matrimonium interdictum, vel inſtur
contractus fœneratitius, vel fit donatio in frau
dem fiſci ab eo, qui cogitat de futuro delicto
poſt contractas capitales inimicitias, in quibus
terminis loquuntur DD. omnes, qui ex clande
ſtinitate eliciunt fraudis, & doli argumentum.
Cæterum, quando liberè geri potuit, quod actum
eſt, puta donari patrimonium, quod eſt in libe
58 ra cuiuſque voluntate poſitum. † *l. an vt manda-*
ta. 21. C. mand. l. 2. ff. ſi quis a par. fuer. man. l. ſed
et ſi lege 28. §. conſuluit. ff. de pet. hær. licet actus
fiat clam, & ſecretò ita volente, & iubente eo,
qui agit, non tamen ex eo poteſt aliqua proba-
59 bilis elici ſuſpicionis cauſa, † *vti declarat Me-*
noch. d. conſ. 422. num. 102. Sæpe enim accidit,
vt homines propter varias cauſas cupiãt actio-
nes ſuas etiam licitas, præcipuè, quæ patrimo-
nium diminuunt, occultari, Id, quod euenit in
caſu noſtro: nam D. Comitiſſa Gattinariæ vo
luit, imo mandauit D. Comiti Eugeniæ, vt do-
nationem occultaret, vt apertiſſimè probant
eiuſdem epiſtolæ ſtatim, atque D. Comes Gat-
tinariæ notitiam habuit donationum, ſcriptæ,
maximè in illis verbis, *Hanno detto di vna don-*
na, che ſtaua con V. S. & adeſſo ſta con Madama
di Chialant, che hà detto queſta maladetta nuoua
à Turino, Et alibi, *V. S. mi ſcriue, che mi guardi,*
come parlare, o ſcriuere, Pur troppo hà parlato V.
S. per mio danno, Et hoc ideo, quia maritus ſta-
tim, atque notitiam habuit donationis, cœpit
(vt ipſamet in epiſtolis profitetur) acerbiſſi-
mè, & ſæuiſſimè eam tractare. Vnde ait, *A, Si-*
gnor, il ſpaſmo, e dolore, che dubitauo, non ho puo-
tuto paſſare alla venuta di quel maladetto Turino,
E ſtato detto al Conte mio. V. S. puo penſare, in che
termine mi trouo; Penſino vn puoco loro Signori
quel, che hà detto il Conte contra di me, quæ verba
diligenter ſunt ponderãda: nam eo ipſo, quod
ait, *E ſtatto detto al Conte mio*, neque ſubijcit, qd
ſit id, quod D. Comiti fuit dictum, apertè oſtẽ
dit, ſe feciſſe donationem, ſed non audere eã
fateri, Et, dum ait, *Il ſpaſmo, e dolore, che dubita-*
ua, ſine dubio ſignificat, ſe veritam, ne mari-
tus haberet notitiam donationis, quam tamen
verè fecerat, & voluntariè, non dolo, & frau-
de circumuenta, id, quod ex eo intelligimus,
quia, ſi fuiſſet decepta, non petiiſſet a D. Comi
te Eugeniæ tam inſtanter, vt ſe à domo mariti,
& ab eius ſæuitijs liberaret, traduceretque ad
domum ſuam, dum ait, *Io mando il preſente a po*
ſta, mi liberi di queſta camera, non manchi, e non
manchi di venire V. S. a pigliare, ſe non ſtato in cõ-
tinuo tormento, & paulo poſt, *La torno a ricorda-*
re, che non manchi di venire &c. & alibi, *mi man-*
di a pigliare, perche ſono ſicura d'hauerne l'inferno
in queſto mondo: Nec enim veriſimile eſt, mu-
lierem deceptam, & circumſcriptam voluiſſe
habitare cum aduerſarijs. Denique occultatio
nem donationis ex mulieris voluntate factam
apparet ex eo, quia poſtea quam à D. Badineo
I. C. fuit admonita de publicatione donatio-
nis, eius epiſtolas miſit ad D. Comitem Euge-
niæ rogans, vt eas ſecretò retineret, & modum
aliquem inueniret, per quem poſſet euitare pe
riculum, quod timebat ſtatim, atque maritus
reſciuiſſet hanc donationem, quarum literarũ
lectio, vt omnem prorſus fraudis ſuſpicionem
tollit, ita & ad huius cauſę deciſionem eſt per-
quam neceſſaria.

Quintò conſiderant aduerſarij perſonas no-
tarij, & teſtium: nam receptum eſt donationis
inſtrumentum à notario amiciſſimo, nempè à
procuratore D. Comitis Eugeniæ, & in præſen
tia teſtium domeſticorum: Erãt enim omnes
famuli eiuſdem D. Comitis, quę res & ipſa præ
60 bet fraudis ſuſpicionem, † *vt de notario ſcribit*
Decia. d. conſ. 32. num. 42. vol. 3. De notario vero,
& teſtibus. Roll. conſ. 93. nu. 33. vol. 3.

Verùm reſpondeo Primò, non conſtare no-
tarium fuiſſe familiarem D. Comitis Eugeniæ:
nam, licet eius eſſet procurator, non tamen
ideo dici potuit eius familiaris, ſed ſolitus ope
ram ſuam exhibere, ex qua & nulla poteſt eli-
ci fraudis coniectura; quia moris eſt, vt inſtru-
menta curemus ab ijs potius recipi, quorũ ope-
ra ſolemus in alijs cauſis vti, quam ab alijs.

Secundò reſpondeo, notarij familiaritatem
nullam poſſe fraudis, & doli parere ſuſpicionẽ,
quando notarius aliàs non eſt de falſitate ſu-
61 ſpectus, † *vt ſcribit Menoc. d. conſ. 422. num. 120.*
vt non erat in caſu noſtro: nam, & collegiatus
erat procurator, & nulla vnquam ſuſpicione
grauatus.

Tertiò reſpondeo, ceſſare omnem ſuſpicio-
nem, quando conſtat de cauſa, propter quam
notarius, & teſtes domeſtici potius, quam alij
62 fuerunt adhibiti, † nempè, vt actus eſſet ſecre-
tus, & occultus, quomodo donatrix deſidera-
bat. Itaque, vt nulla poteſt ſuſpicio ſumi ex oc
cultatione, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt*,
ita neque ex adhibitione teſtium domeſtico-
rum, & notarij familiaris, quoniam hæc con-
iectura reſpicit occultationem.

Sextò, & vltimo conſiderant, donationem
fuiſſe longo tempore abſconditam, & occulta
tam, quę res, & ipſa fraudem, & dolum arguit
63 † *cap. quod latẽter 5. De reg. iur. l. nõ exiſtimo. 55.*
ff. de adm. tut. l. fin. ff. de rit. nupt. l. vlt. verſ. iuſtum.
C. de litig. & ſcribunt glo. in l. 1. in verb. non opor
tet. C. de interd. matr. Pariſ. conſ. 57. nu. 10. volu. 4.
Roll. conſ. 93. num. 31. & 33. vol. 3. Et in ſpecie
74 donationis occultatę † conſtat *ex cap. 1. §. por-*
ro vt eccl. ben. ſin. dim. conf. l. donatio. 25. l. ſi ita. 27.
C. de don. & ſcribunt Bar. in l. poſt contractum 13.
nu. 7. ff. eod. Iaſ. conſ. 141. num. 9. volum. 4. & in §.
Item ſi quis in fraudem num. 43. inſt. de action. De-
cia. conſ. 32. num. 16. & ſeqq. vol. 3. Surd. conſ. 463.
num. 28.

Verùm ex his, quæ dicta ſunt, apparet, hanc
coniecturam nullius eſſe momenti, quia oc-
cultatio facta fuit ex voluntate donantis, Et
maximè, cum donatio non eſſet præſens, & pu
ra, ſed collata in diem, quo caſu etiam, ſi do-
natarius non ex mandato donãtis, ſed propria
voluntate donationem occultaſſet vſque ad
tempus petitionis, non tamen ex hoc poſſet,
aut falſitatis, aut fraudis ſuſpicio ſumi, quia,
nec erat neceſſe de donatione loqui, vtpotè,
65 quæ nondum effectum habere poterat, † *vt di*
ſtinguendo declarat Surd. d. conſ. 473. num. 30. &
apertius num. 39. verſ. Pro reſolutione. Ex his igi-
tur apparet, hanc primam oppoſitionem, quæ
fit prætextu fraudis, & doli, nullã habere vim
ad infirmandam donationem.

Secunda verò principalis obiectio deduci-
tur ex defectu inſinuationis, quæ videbatur ne-
ceſſaria in hac donatione excedẽte ſummam
66 legitimam. † *d. l. donatio. 25. l. ſi ita. 27. l. in hac. 30.*
l. in donationibus. 31. l. ſecundum. 32. l. ſancimus.
34. C. de donat. §. aliæ inſti. eod. Et hoc non ob-
ſtante

ſtante iuramento, quia tũ non videtur ſupple-
67 re defectum inſinuationis, † *vt ſcribit Bald. in l.illud.16.num.9.C.de ſacroſ. Eccl.* maximè, quãdo non eſt ſpecialiter renunciatum legibus in-
68 ſinuationem requirentibus, † *vt tradunt Socin. iun.conſ.8.num.17.vol.4. Ceph.conſ.208.nu.16. & alij quos referunt, & ſequuntur Clar.in §.donatio.q.18.num.2.& Magon.deciſ.Flor.64.num.23. & deciſ.65.num.41.qui teſtatur, hanc eſſe magis communem, tam legiſtarum, quam canoniſtarum ſententiam, & ab ea non eſſe in conſulendo, & iudicando recedendum.* Nec dicatur ſufficere renunciationem factam omni legum auxilio, quia
69 contrarium verius videtur † *teſte Mago. d.deciſ. 65.nu.67.* nam, quoties ſpecialis renunciatio requiritur, vt in caſu noſtro, non ſufficit, ſi renun-
70 cietur omni legum auxilio † *ſecundum Pariſ. conſ.130.num.98.vol.1.*

Verùm ad hanc obiectionem reſpondeo, Primò, donationem hanc non fuiſſe ſimplicẽ, ſed ob cauſam, nempè ob mandatum factum à D. Octauia, *ſecundum ea, quæ diximus*, & ideo
71 non indigere inſinuatione †

Secundò reſpondeo, dato etiam, quod eſſet ſimplex, eſſe tamen iuratam, ideoq; ex frequentiori DD. ſententia inſinuatione non indige-
72 re, † *vt de magis communi atteſtantur Roll. conſ. 39.num.32.vol.1.Clar.in d.§. donatio q.18. nu.1. Gabr.tit.de donat.concl.1.nu.66.Seraph. de priuileg.iuram.priu.73.nu.4. Burſat.conſ.183.num.7. Ludo.deciſ.66.nu.6. Andr. Gail.lib.2.obſ.39.nu. 12.Pereg.conſ.76.nu.40. vol.1.Meno.conſ.1.num. 377.Morot.conſ.52.nu.11.Surd.conſ.450.nu.41.* Idque locum habere etiamſi ſpecialiter inſinuationi nõ fuerit renunciatum: ſufficit enim donationem eſſe iuratam, & promiſiſſe donatorẽ, ſe non contrauenturũ donationi, ſecundũ
73 veriorem, & receptiorem ſententiã, † *vt in ſpecie tradunt Ang.conſ.94.nu.8.Soc.ſen.conſ.77.nu. 19.vol.1.Bald.nouiſs.conſ.78.nu.2.& ibidem Caecialup.conſ.80.nu.11.Alex.conſ.4.num.10.vol.2. conſ.21.nu.14.vol.3.Dec.conſ.432.num.17.& 20. Ruin.conſ.51.num.18.& 19.vol.1. Soc.iun.conſ. 130.nu.19.vol.3.vbi ait hanc eſſe magis communẽ, Nat.conſ.110.nu.16.Roll.conſ.70.num.38.vol.2. Cran.conſ.118.nu.1. Rimin.iun.in §.1.num.698. & 703.inſt.de donat.Seraph.de priuil.iura.d.priu. 73.nu.49.Capy.deciſ.176.num.31. Vin.deciſ.453. nu.1.in ſecũdo.nu.5. Andr. Gail.lib.2.obſ.39.nu.4. in ſecũdo nu.13.Bertaz.conſi.135.nu.11.& ſeqq.vbi ait communem ſententiã eſſe contra Clarum, Borg. deciſ 22.nu.34.part.3. Barz.deciſ.25.num.49. vbi ait hanc eſſe veriorem, & crebriorem ſententiam, quicquid ſcripſerit Mago.*

Tertiò reſpondeo, dato citra veri præiudicium, quod iuramentum non suppleat defectũ inſinuationis ſine renunciatione, ſufficere tamen, quod ſit renunciatum omni legum auxi-
74 lio, † *vt ſcribunt Ruin.conſ.180.num.15.volu.1. Gozad.conſ.87.nu.13.Soc. iun.conſ.70.nu.19.vol. 3.Seraph.d.priuil. 73.nu.48. Gabr.d. tit.de donat. concl.1.nu.10. Bertaz.d. conſ.135.num.13.Crau. conſ.852.nu.5. Rimin.iun. in d.§.1.num. 670.& 683.inſt.de dona.Vin.deciſ.453.nu.5.par.3. Borg. deciſ.22.nu.36.part.3.vbi ait, huic opinioni ſtandũ eſſe, tanquam veriori, & probatur*, quia hæc clauſula, renuntians omni legum auxilio, inducit renunciationẽ cuiuſcunque rei, etiamſi requi-
75 rat ſpecialem renunciationem, † *vt ſcribunt Roll.conſ.99.nu.45.vol.4. Capyc.d.deciſ.159.nu. 31.* præcipuè cum iuramento, quod habet vim
76 ſpecialis renunciationis, † *vt ait Crau. conſilio 481.num.2.*

Quartò reſpondeo fuiſſe in inſtrumento adiectam clauſulam, vt id fiat ad dictamen ſapiẽtis, quæ operatur, vt etiam hodie poſſit addi hæc renunciatio inſinuationis, quippe, cum dictamen ſapientis in ijs verſetur, quæ pertinent ad ſolemnitatem, ita, vt actus efficax de iure
77 fiat, † *ſecundum Bald.in l. cum quid.3.col.2. verſ. item ex vi conſuetudinis.ff.ſi cert.pet. Iaſ.in l. ex ea parte.121.in prin.nu.4.ff.de verb.obli. Crau.conſ. 612.nu.9.verſ.9.& verſ.10.*

Tertiò principaliter obijcitur contra huiuſmodi donationem defectus poteſtatis: nam, cum eo tempore D. Comitiſſa Margarita iam conſtituiſſet omnia bona in dotem D. Comiti Gattinariæ, vt apparet ex ſcriptura quadam priuata, quæ continet pacta matrimonialia, Conſequens videtur, vt non potuerit facere talem
78 donationem in præiudicium mariti. † *l.conſtante 21.C.de donat.*

Verùm reſpondeo, Primò, non conſtare de veritate ſcripturæ, quia non fuit legitimè recognita per teſtes, qui fuerint præſentes eo tempore, quo fuit à partibus ſubſcripta, prout eſt neceſſarium, vt talis ſcriptura probet: neque enim ſufficit, ſi dicant, ſe habere notam manum, niſi fuerint præſentes, quo tempore con-
79 fecta fuit, † *vt ſcribunt Alex.conſ.76.num.3. & conſ.123.num.5.vol.3.Iaſ.conſ.184.num.6.vol.2. Ruin.conſ.11.nu.6.& conſ.12.nu.8.volu.3.Socin. iun.conſ.189.num.96.volu.2. Gull.Ben.in rep.cap. Raynutius, in verbo teſtamentum primo num.87. verſ.Tertius caſus, extr.de teſtam.Gramm.deciſ.62. nu.9.Ceph.conſ.377.nu.14.46.& 47.& conſ.464. nu.23.Mantic. de coniec. vlt. volun.lib.6.tit.2.nu. 2.verſ.Ex hoc autem.* Maximè, quando (vt in caſu noſtro) tractatur de præiudicio tertij, & perſonæ, à quibus ſcriptura proponitur confecta conſentiunt inter ſe, & eam contra tertiam retorquent: nam tunc procul dubio non eſt ſtandum tali ſcripturæ, quæ nullius teſtis ſubſcriptione fuit munita, quia poteſt etiam hodie fieri repetita die: Et eo fortius hoc dicendum eſt in caſu noſtro, quia ſcriptura non eſt veriſimilis, tum quia non habet ſubſcriptionem alicuius teſtis contra morem ſeruari ſolitum in ſponſalibus, quæ ab illuſtribus perſonis contrahuntur, tum etiam, quia ſubſequens inſtrumentum dotale nullam facit mentionem præcedentium capitulorũ matrimonialium, prout ex conſuetudine fieri ſolet. Quinimo verba ipſius inſtrumenti denotant conſtitutionẽm dotis non fuiſſe factam ante inſtrumẽtum, vti conſtat ex illis verbis, *& ſendo coſa ragioneuole, & conueniente per il ſudetto matrimonio ſi conſtituiſcbi per eſſa Signora Margarita la dote.*

Secundò reſpondeo, dato citra veri præiudicium, quod ſcriptura legitimè probaretur, adhuc tamen non officere huic donationi, quia D. Comes Gattinariæ nullam ex tempore illius ſcripturæ poteſt habere hypothecam, id eſt, neque expreſſam, neque tacitam, non expreſſam, quia nulla fit in ea ſcriptura mentio hypothecæ, &, licet fieret, non tamen ſuffice-
80 ret ad tribuendam potiorem hypothecam † *l. ſcripturas. 11.C. qui potio.* neque tacitam, quoniam hæc à die tantum matrimonij incipit cõ-
81 petere. † *l.vn.§.& vt plenius.C.de rei vx.act.* tribuitur

buitur

Digitized by Google

82 buitur enim tacita hypotheca doti. † *l. vlt. C. qui potio. §. fuerat inſti. de actio.* quæ non eſt, nec 83 dicitur ante matrimonium. † *l. vlt. C. de donat. ant. nupt. l. 2 l. plerunque* † *1. 9. ſi ante ff. de iur. dot. l. 1 §. pen. ff. pro dot.* Cum igitur Do. Comitiſſa Diana habeat anteriorem hypothecã expreſſam ex inſtrumento donationis, conſequens eſt, vt debeat etiam ei, qui poſtea cum donatrice matrimonium contraxit, præferri.

Tertia ſuccedit dubitatio, an ſcilicet, dato, ꝙ valeat huiuſmodi donatio, poſſit donataria experiri aduerſus Perill. DD. Comites Morettæ, tanquam tertios poſſeſſores. Et breuiter agendo, puto haud dubiè poſſe, quia, cum habeat hypothecam generalem in omnibus bonis donatricis, & conſtet per ſubſequens tranſactionis inſtrumentum fuiſſe bona, quæ nũc à DD. Comitibus Morettæ poſſidentur, à donatrice in eos tranſlata, non video, cur contra eos tanquam bonorum poſſeſſores non debeat dari 84 actio hypothecaria, quæ realis eſt. † *l. diſtractis. 14. C. de pignor.*

Nec eſt contrarium, quod prædicti DD. Comites non tàm ex tranſactione, quàm ex cauſa fideicommiſſi videntur ea bona poſſidere, quia, præter id, quod de tali fideicommiſſo non conſtat, dato etiam, quod conſtaret, adhuc tamen poſſent conueniri: nam, cum D. Margarita haberet dominium ſaltem dimidię partis omniũ rerum hæreditariarum ratione legitimæ, & trebellianicæ debitæ filiæ ſuæ. *cap. Raynutius & c. Raynaldus extra de teſtam. cap. ſi pater de teſta. in 6.* ideo in tali dimidia, tanquam exiſtente in ipſius patrimonio tempore donationis ſine dubio competit donatariæ ius hypothecæ; cui proinde per ſubſequentem tranſactionem nõ potuit aliquod præiudicium afferri.

Circa quartam, atque poſtremam dubitationem; quæ reſpicit validitatem aliarum donationum factarum Perill. D. Comitiſſæ Eugeniæ, quia deciſio ferè in totum pendet ab iis, quæ dicta ſunt in ſecunda dubitatione, ideo breuiter agendo cenſeo, validas eſſe donationes, & ſuo tempore effectum ſortiri debere, quia præter ea, quæ conſiderantur in donatione facta D. Comitiſſæ Dianæ, uit in his ſpecialiter renuntiatum legibus inſinuationem requirentibus, quo caſu nullus dubitat, quin iuramen-85 tum donationis validitatem operetur, † *vt ſcribunt Clar. in d. §. donatio q. 18. nu. 1. & Mago. d. deciſ. Flor. 64. nu. 23. & d. deciſ. 65. nu. 41.* Deinde donationes ſunt reciprocæ, quæ non indigent inſinuatione, & faciliùs ſuſtineri ſolent, quam 86 ſimplices, † *vt tradunt omnes in l. frater à fratre. 38. ff. de condit. inde.* Denique ſunt collatæ poſt mortem, & continent dimidiam tantum bonorum partem, ideoque nullum ex ijs maritus patitur incommodum, quippe, cum matrimonio conſtante dotis integræ fructus percipiat, & eo ſoluto conuentum alterius dimidiæ lucrum ſit habiturus. Quamobrem concludo huiuſmodi donationes eſſe validas, & nulla ratione poſſe infirmari, ſed ſuo tempore debere effectum ſortiri, ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro D. Thoma Rota Cunienſi:

CONSILIVM XIX.

ARGVMENTVM.

An filij in conditione poſiti cenſeantur ex coniecturis vocati.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione, an cenſeantur ad fideicommiſſum vocati, quæſtio eſt valde controuerſa.*

2 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi ſint deſcendentes, ſecus, ſi extranei, ſecundum quoſdam.*

3 *Fideicommiſſum faciliùs inducitur fauore deſcendentium, quàm fauore extraneorum, & cum ſ*

4 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi [illegible] ſit, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, maximè, ſi talis qualitas ſit repetita nu. 5.*

6 *Filij bis poſiti in conditione cenſentur vocati ſecundum aliquos.*

7 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator vocauerit etiam filios ſubſtitutorum.*

8 *Subſtitutio vulgaris poteſt fieri etiam in fideicommiſſis.*

9 *Filij ſubſtitutorum per copulam cum patribus vocati cenſentur primo per fideicommiſſum ſubſtituti.*

10 *Deficere dicitur quis non ſolum, ſi tempore euenientis conditionis non ſit ſuperſtes, ſed etiam, ſi poſtea moriatur.*

11 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator progreſſus ſit ad plures ſubſtitutionem gradus, & hæc coniectura ſit cum alijs coniuncta.*

12 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator ſenſerit de maſculis, & aliæ concurrant coniecturæ.*

13 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator extantibus filijs permittat grauato certæ partis alienationem.*

FACTI SPECIES.

Dominus Petrus Rota Cunienſis condidit anno 1591. teſtamentum, in quo particulares hæredes inſtituit filias, quas tacitas, & contentas eſſe voluit, hæredes verò vniuerſales inſtituit vxorem pro tertia, & DD. Marcum Antonium, ac Io. Baptiſtam filios ſuos legitimos, & naturales pro alijs duabus tertijs; deinde ſubſtituit in hæc verba.

Et morendo eſſa Signora Margarita gl'hà ſubſtituito, & ſubſtituiſce volgarmente & per fideicommiſſo detti Signori Marc'Antonio, & Gio. Battiſta ſuoi, & di detta Signora Margarita figliuoli legitimi, & naturali per egual parte. Et venendo à morte vno di detti ſuoi figliuoli legitimi, & naturali, & nati di legitimo matrimonio, gl'hà ſubſtituito, & ſubſtituiſce à tal coſi moriente il ſopraviuente ſuo fratello volgarmente, & per fideicommiſſo. Et venendo tutti doi li ſudetti figliuoli heredi inſtituiti à morte ſenza figliuoli legitimi, & naturali, nati di legitimo

Digitized by Google

legitimo matrimonio come ſopra, gli ha ſubſtituito, & ſubſtituiſce vulgarmente, & per fideicommiſſo le ſudette ſue figliuole per equal parte, & in diffetto loro, li loro figliuoli in ſtirpem. Et venendo detti heredi come ſopra inſtituiti a morte laſciata doppo ſe vna ſol figliuola, vuole, & dicchiara, che detta figliuola poſſa hauer due terze delli beni, & heredità del detto teſtatore, reſtando l'altro terzo a diuiderſi tra le ſudette figliuole, o figliuoli loro in ſtirpem, & non per capita, Inhibendo detto Signor teſtatore alli detti ſuoi figliuoli, & heredi vniuerſali come ſopra inſtituiti l'alienatione de' beni d'eſſo teſtatore ſenza il mutuo, & ſcambieuol conſentimento d'eſſi figliuoli, ſaluo, che haueſſero vno d'eſſi figliuolanza, nel qual caſo, & per ſoſtentamento d'eſſi, & per incaminarli a virtu vuole, & dicchiara, che poſſino alienar la metà di ſua portione.

Poſtmortem teſtatoris deceſſit D. Marcus Antonius nullis relictis liberis, Deinde deceſſit D. Io. Baptiſta relicto D. Petro filio ſuo legitimo, & naturali, qui intendit, ſe eſſe vocatū ad bona teſtatoris iure fideicommiſſi, Vnde quæritur quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRopoſitæ dubitationis reſolutio pēdet ab illa vulgari, & in forēſibus controuerſis agitata quæſtione, nunquid filij in conditione poſiti cenſeantur ex teſtamento vocati, & ſic patri ſuo per fideicommiſſum ſubſtituti, quæ, licet in ſimplicibus terminis ſit mirum in modum controuerſa, † *uti videre eſt apud Mantic. de coniec. vlt. volun. lib. 11. tit. 2. & 3. Ruſtic. in ſuo tract. An filij in condit. poſi. per tot. Alex. de praeſ. lib. 4. praeſ. 76. Peregr. de fideicom. art. 28.* adeo, vt dubitari poſſit, quænam hodie ſit receptior opinio, propterea, quod plerique grauiſſimi, & magnæ authoritatis viri modo affirmatiuam, modo negatiuam eſſe receptiorem atteſtantur, tamen in ſpecie, qua de agitur, ſtantibus coniecturis, quæ ex teſtamento colliguntur, poſita eſt (meo iudicio) extra omnem dubitationem: Nam multæ hic ſe oſſunt cōiecturæ, ex quibus colligimus filiorum filios in conditione poſitos cenſeri ad hæreditatē teſtatoris per fideicōmiſſum vocatos.

Prima aūt coniectura ſumitē ex qualitate ipſorum filiorum: ſunt enim deſcendentes teſtatoris, ad quorum vocationem hoc vnum videtur ſufficere, quod ſint poſiti in conditione, licet in tranſuerſalibus aliud ſit ſtatuendum,
2 † *ſecundum Boer, deciſ. 155. num. 21. & 22. Socin. iun. conſ. 158. num. 57. & 69. vol. 2. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. num. 1. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 13. in fin. Ceph. conſ. 476. nu. 7. Decia. conſ. 28. num. 11. volum. 3. & conſ. 9. num. 1. vol. 4. Burſat. conſ. 381. num. 21. verſi. 2.* Et quanquam hæc opinio non ſit tuta, & non concurrentibus aliis coniecturis conſtari ego ſententiam ſemper ſim amplexus, negari tamen non poteſt, quin huiuſmodi qualitas multum ad vocationem operetur, quia ex coniecturis facilius inducitur fideicommiſſum fauore deſcendentium,
3 quam fauore extraneorum, † *vt ſcribunt Socin. ſen. conſil. 116. num. 8. verſ. ex quibus patet volum. 3. Alcia. in l. Lucius 85. num. 41. ff. de hæred. inſtit. Clar. in §. teſtamentum q. 79. num. 2. Ceph. conſil. 51. num. 60.* propter naturalem, qua tenentur homines erga ſuos deſcendentes affectionem, *l. cum auus 102. C. de condit. & demonſtr. l. curia furio. l. liberorum 220. ff. de verb. ſign.* quippe, quæ operatur, vt teſtatores cenſeantur voluiſſe illis proſpicere, & curare, vt bona potius ad illos, quā ad extraneos peruenirent. *l. cum acutiſſimi 30. C. de fideicom. l. vn. C. de his, qui ante aper. tab. l. ſcriptor. 6. in fi. ff. vnd. lib.* Qua nobis emerſit mirum ad inducēdum fideicommiſſum nullam videri maiorem coniecturam illa, quæ ſumitur ab affectione paterna in filios deſcendentes, *vti videre eſt apud Socin. iun. conſ. 110. nu. 37. vol. 3.*

Secunda vero coniectura ſumitur à forma ipſius conditionis, in qua filij poſiti ſunt: non enim ſimpliciter dixit teſtator, ſi deceſſerint ſine filiis legitimis, & naturalibus, ſed adiecit illa verba, natis ex legitimo matrimonio, quæ denotant, voluiſſe eum excludere filios legitimatos, quæ res, quia non poſſet habere effectum, niſi filij in conditione poſiti cenſerentur per fideicommiſſum vocati, ſcilicet, quia exclusa vocatione fieret locus ſucceſſioni ab inteſtato, in qua legitimati pariter cū legitimè natis ad bona paterna vocarentur. *l. cum quis. 10. l. nuper. 11. C. de natu. lib. §. quibus inſtit. de hæred. quæ ab int. defe.* ideo, vt excludantur, & ſic voluntas teſtatoris ſuum ſortiatur effectum, debeamus interpretari voluiſſe etiam eum vocare ad fideicōmiſſum filios natos ex legitimo matrimonio, quos in conditione poſuit, quia, qui vult conſequens, cenſetur velle, & omne neceſſarium antecedens. *l. 2. ff. de iuriſd. l. ad rem*
4 *mobilem 56. l. ad legatum. 62. ff. de procur.* † *Ita in ſpecie declarant Socin. iun. conſ. 110. nu. 27. & conſ. 145. num. 39. vol. 3. Decia. conſ. 31. num. 124. conſ. 33. num. 95. conſ. 41. num. 30. vol. 1. conſ. 102. num. 19. & 20. vol. 2. & conſ. 44. num. 30. vol. 3. Mantic. d. lib. 11. tit. 3. num. 7. & ſeqq. Menoc. d. lib. 4. praeſ. 76. num. 48. & conſ. 325. num. 10. Burſa. conſ. 381. num. 23. Surd. conſ. 44. num. 48. vbi ait hanc opinionem non recipere contrauerſiam, Vrs. deciſ. 262. num. 16. vbi refert ita fuiſſe iudicatum, Pereg. conſ. 91. num. 36. vol. 1. conſ. 41. num. 4. conſ. 16. num. 3. & conſ. 49. num. 2. vol. 3. & concurren. ſimil aliis coniecturis non diſſentit Ceſar. deciſ. 96. num. 26.* Idque vel maximè procedere debet in caſu noſtro, in quo bis eos in conditione poſuit cum eadem adiectione, ex legitimo matrimonio,
5 † *vt ait Burſa. d. conſ. 381. num. 23. verſic. Tertia:* Nam ſi vocationis coniecturam præbet ſola geminatio poſitionis filiorum in conditione,
6 † *ſecundum Menoc. conſ. 155. num. 7. conſ. 152. nu. 8. & d. praeſ. 76. num. 58. Peregr. d. conſ. 41. num. 3. vol. 3. Surd. conſ. 375. nu. 12.* quanto magis eam præbere debet, quando (prout in caſu noſtro) geminatio non ſolum eſt in conditione, ſed etiam in qualitate conditionis.

Tertia coniectura deducitur ex eo, quia teſtator decedentibus ambobus inſtitutis ſine filiis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio ſubſtituit filias ſuas, & in earum defectum ipſarum filios, & ſic ad fideicommiſſum vocauit filios filiarum ſubſtitutarum, Ex quo ſequitur, multo magis eum cenſeri vocaſſe filios inſtitutorum, ne alioquin melioris conditionis in hoc ſint minus dilecti, quam magis dilecti *contra l. Publius 36. §. fin. ff. de cond. & de-*
7 *mon.* † *Ita in ſpecie docent Rum. conſil. 142. num. 11. verſ. & iſtud volum. 3. Cepo. conſ. 476. num. 22. Menoc. conſ. 152. num. 11. conſ. 393. num. 28. & d. praeſ. 76. nu. 56. vbi relatis DD. authoritatibus, &*

reprobatis

reprobata contra ſententiam opinione ſcribit, non eſſe a prædicta ſententia recedendum.

Nec eſt, quod obiicias, filiarum filios non eſſe per fideicommiſſum ſubſtitutos, ſed tantum per vulgarem, quæ etiã in fideicommiſſis
8 fieri poteſt. † *l. eis hæredibus 5 1. ff. de leg. 2. l. cum. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cadu. tollen.* ideoque non poſſe ab eorum vocatione ſumi coniecturam vocationis filiorum in conditione poſitorum, vtpotè in qua tractamus de vocatione fideicommiſſaria, quia reſpondeo, Primò, filiarum filios, etiamſi vulgariter tantum eſſent matribus ſuis ſubſtituti, puta, quia teſtator dixiſſet, Subſtituo filias meas, & ipſis non extantibus, ſeu præmorientibus ipſarum filios, tamen reſpectu inſtitutorum, quibus principaliter fuit acta ſubſtitutio, cẽſeri etiam eos per fideicommiſſum ſubſtitutos, nam teſtator ambobus filijs ſine prole decedentibus ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum filias, & ipſarum filios. Itaque non ſolum filiæ, ſed etiam ipſis non exiſtentibus ipſarum filij cenſentur, & vulgariter, & per fideicommiſſum ſubſtitui,
9 † *vt declarat Io. Bapt. de S. Sever. inter conſil. Alex. conſ. 14. num. 12. verſ. non enim vol. 4.* Quo fit, vt ex hoc colligamus coniecturam ſufficiẽtem ad inducendam filiorum in conditione poſitorum vocationem: nam, ſi teſtator voluit hæreditatem ſuam per fideicommiſſum peruenire ad filios filiarum, quæ ſunt minus dilectæ, multò magis cenſetur voluiſſe eandem peruenire ad filios filiorum, qui ſunt magis dilecti. *Et ita arguunt DD. ſupra relati.*

Secundò reſpondeo, imo in caſu noſtro filiarum filios non ſolum inſtitutis, ſed etiam matribus ſuis cẽſeri per fideicommiſſum ſubſtitutos, quia, cũ fuerint vocati per illa verba, *& in defectu loro*, & deficere dicatur, nõ ſolum, qui non extat tempore aduenientis conditionis, ſed etiam, qui poſtea moritur, ideo ſubſtitutio illis verbis, tanquã verbis communibus facta cenſetur compendioſa, & per conſequẽtias non ſolum continet vulgarem, ſed etiam
10 fideicõmiſſariam, † *& in ſpecie declarant Alex. conſ. 101. num. 13. vol. 7. Rum. conſ. 9. num. 8. vol. 1. Pariſ. conſ. 18. num. 13. vol. 2. & conſ. 20. nu. 21. vol. 3. Decia. conſ. 28. nu. 25. vol. 2. Cap. conſ. 529. num. 34. Odd. conſ. 66. num. 69. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 33. num. 5. Andr. Gail lib. 2. obſ. 136. nu. 3. Pereg. de fideic. art. 18. num. 16.* Cum igitur filiarum filij poſt mortem matrum ſuarum cenſeantur per fideicommiſſum vocati, Conſequens eſt, vt eodem modo cenſeri debeant vocati filiorum filij poſt mortem ſuorum parentum, ne alioquin melioris illi, quam hi cẽſeantur eſſe conditionis, *vt dictum eſt.*

Quarta his accedit coniectura, quæ ſumitur à digreſſione, quam teſtator ad plures gradus fecit: nam, licet hæc coniectura per ſe non videatur ſufficiens, tamen iuncta cum alijs con-
11 iecturis rem ponit extra dubitationẽ, † *vt ſcribunt Soc. iun. conſ. 119. num. 28. vol. 1. Decia. conſ. 3. num. 53. vol. 1. conſ. 102. num. 17. in fin. vol. 2. & conſ. 34. nu. 119. vol. 3. Surd. conſ. 344. nu. 8. Theſ. d. deciſ. 96. nu. 17. Vin. d. deciſ. 262. nu. 15.*

Quinta coniectura ſumitur ab ea parte teſtamenti, in qua teſtator decedentibus inſtitutis relicta filia declarauit, ſe velle, eam poſſe habere duos trientes hæreditatis, alterũ verò trientem pertinere ad ſorores ſubſtitutas: nã ex hac diſpoſitione colligimus vocationis coniecturam, quia hoc modo teſtator declarauit, ſe in præcedentibus diſpoſitionibus ponendo in cõditione filios natos ex legitimo matrimonio, non ſenſiſſe de filiabus, vtpotè, de quibus ſpecialem poſtea fecit diſpoſitionem, ſed tantum ſenſiſſe de maſculis, eoſque ſolos in conditione poſuiſſe, ex quo ſequitur cenſeri eos per fi-
12 deicommiſſum vocatos, † *ex doctr. Guid. Pap. q. 184. de qua latè Mantic. d. lib. 11. tit. 3. nu. 3. Theſ. d. deciſ. 96. num. 21. Menoc. d. præſ. 76. nu. 27.* Maximè concurrentibus alijs coniecturis, *vt ſcribunt Decia. d. conſ. 102. nu. 12. in fin. vol. 2. vbi ait, neminem hoc negare & Theſ. d. deciſ. 96. nu. 23.*

Sexta demum, & quidem (meo iudicio) fortiſſima coniectura ducitur ab eã parte, in qua teſtator permiſit ei, qui filios habebit, vt poſſit
13 alienare dimidiam ſuæ portionis; † nam hoc modo declarauit, ſe prohibere alienationem alterius dimidiæ. *l. cum prætor 12. in prin. ff. de iudic. & in his terminis declarat Burſa. d. conſ. 381. num. 34.* & ſic, ſe velle eam ſubiacere fideicõmiſſo. Hoc autem non poteſt intelligi fauore aliorum ſubſtitutorum, quia exiſtentia filiorum, quos veriſimile non eſt, teſtatorem putaſſe patri ſuo præmorituros, excluderet ſubſtitutos. Neceſſariò igitur debet intelligi fauore ipſorum filiorum. Itaque hoc modo declarat teſtator, ſe velle dimidiam partem ſuorum bonorum ad filios filiorum pertinere. Concludo igitur cenſeri eos per fideicommiſſum vocatos, ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Illuſtriſ. & Excellen. D. Comite Guido Aldobrandino Sangeorgio.

CONSILIVM XX.

ARGVMENTVM.

Datio inſolutum ex quibus coniecturis vera, vel ſimulata arguatur.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio contractus detegitur coniecturis.*
2 *Simulatio contractus, quibus coniecturis detegatur, remittitur arbitrio iudicis.*
3 *Simulatio contractus arguitur ex pacto de retrouendendo iuncta modicitate pretij, licet non adſit conſuetudo fœnerandi, Sed contra nu. 35. Declara, vt nu. 37.*
4 *Simulatio contractus arguitur ex pacto de ſoluenda annua penſione pro pecunia.*
5 *Simulatus præſumitur contractus, quando apparet, venditorem non aliter fuiſſe contracturum, niſi ſub ea lege, vt bona penes ipſum remanerent, titulo conductionis, Declara, vt nu. 38.*
6 *Simulatus præſumitur contractus, ſi vẽditor permanſit in poſſeſſione rei, Declara, vt numero 41. & 42.*
7 *Simulatio contractus facilius præſumitur inter coniunctos, quam inter extraneos, Declara, vt nu. 43. & 44.*

8 *Simulatio detegitur ex eo, quod actum eſt de reſtitutione pecuniæ, Declara, vt nu. 45.*

9 *Contractus in dubio præſumitur verus, non ſimulatus.*

10 *Contractus talis cenſetur, qualem verba demonſtrant.*

11 *Inſtrumentum illam habet iuris præſumptionem, qua dicimus, omnia in eo contenta cenſeri vera, non ſimulata.*

12 *Simulatio difficilius præſumitur in datione in ſolutum, quam in venditione.*

13 *Simulationis coniectura excluditur, quoties adſunt aliæ coniecturæ, quæ veritatem arguunt.*

14 *Præſumptio vna tollit aliam.*

15 *Præſumptiones, quæ ſuſtinent actum, præualent ijs, quæ actum infirmant.*

16 *Simulationis ſuſpicionem excludit qualitas perſonarum, puta, ſi ſint nobiles, ſi probatæ vitæ, ſi timoratæ conſcientiæ. nu. 17.*

18 *Simulationis ſuſpicio ceſſat in contractu palàm, & publicè celebrato.*

19 *Simulatus non præſumitur contractus, ſi factus ſit ab eo, qui graui morbo premebatur.*

20 *Simulatus nõ cenſetur contractus, niſi ſimulationis affectus interuenerit ex vtraque parte.*

21 *Venditoris in facultate eſt, vtrum velit ſtare venditioni, nec ne, ſi ſolus emptor animũ emendi non habuit.*

22 *Simulatum, qui dicit cõtractum, debet ſimulationis cauſam allegare, & probare.*

23 *Simulationis ſuſpicio ceſſat, quoties is contractus, pro quo dicitur alius ſimulatus, erat licitus.*

24 *Simulationis cauſa ceſſante ceſſat & ſimulationis ſuſpicio.*

25 *Fructus in ſortem imputantur, quoties contractus eſt ſimulatus.*

26 *Turpitudinem propriam allegare nemini permittitur, niſi quando contractus dicitur ſimulatus. nu. 27. Declara, vt nu. 28. & ſeqq.*

31 *Pactum de retrouendendo minuit pretium in tertia, aut ſaltem in quarta parte.*

32 *Simulationis coniecturæ ceſſant, vbi in contractu nulla interuenit læſio, & vbi iuratum eſt, omnia, & ſingula eſſe vera. nu. 33.*

34 *Iuramentum non confirmat contractum ſimulatum.*

39 *Penſio iuſta conſideratur in foro conſcientiæ habito reſpectu ad prætium, non ad redditum rei.*

40 *Clauſula conſtituti, licet non operetur, quando cõtractus arguitur ſimulatus, & factus in fraudem, vel illicitus, operatur tamen, quando ſimpliciter arguitur ſimulatus, non etiam illicitus, & in fraudem tertij factus.*

46 *Confeſſio erronea poteſt à confitente reuocari.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Controuerſia, quæ proponitur, num
ſcilicet dationis in ſolutum, & venditionis
contractus, quo de agitur,
verus fuerit, an ſimulatus, coniecturalis
eſt, & arbitraria, quia ſimulatio coniectu-
1 ris detegitur, † *vt ſcribunt Bal. in l. emptione. 3. nu. 2. verſ. 1. caſu C. plus val. quod agit. Caſtr. conſ. 74. num. 3. verſ. 1. vol. 2. Dec. conſ. 123. col. 2. verſ. quod autem, conſ. 644. nu. 4. conſ. 659. nu. 1. & conſ. 692. nu. 1. Pariſ. conſ. 54. nu. 21. vol. 1. & conſ. 82. n. 35. vol. 3. Gabr. conſ. 74. nu. 2. vol. 1. Cran. conſ. 156. n. 7. Ceph. conſ. 198. nu. 16. Decian. conſ. 2. nu. 1. vol. 1. & conſ. 104. nu. 7. vol. 2. Menoc. de arbit. caſ. 247. nu. 1 Maſcar. de probat. concl. 438. nu. 7. Surd. cõſ. 371. nu. 93. Mantic. deciſ. 325. nu. 3.* & quæ coniecturæ ſint ad eam detegendam efficaces, ar-
2 bitrio iudicis æſtimatur, † *vt tradunt Pariſ. d. conſ. 54. nu. 22. vol. 1. Cepol. in tract. de ſimul. contr. nu. 108. verſ. 19. Gabr. d. conſ. 74. nu. 5. vol. 1. Cra. d. conſ. 156. nu. 14. Ceph. d. conſ. 19. num. 17. Decia. d. conſ. 2. nu. 2. vol. 1. Menoc. d. conſ. 247. nu. 2. & de præſump. lib. 3. præſumpt. 122. nu. 6. Maſcard. concluſ. 442. nu. 6. Honded. conſ. 33. nu. 4. vol. 2. Sol. ſuper decr. ex frequentibus par. 1. gl. vn. nu. 30.* Multæ autem in propoſita ſpecie videntur ſubeſſe coniecturæ, quæ iudicis animum mouere poſſunt ad exiſtimandum contractum non fuiſſe verum, ſed ſimulatum.

Prima enim coniectura ſumitur à pacto de retrouendendo, quod, vbi cum modicitate pretij eſt coniunctum (prout coniunctum videtur in caſu noſtro) ſufficiens præbet ſimulationis argumentum, tameſi non adſit alia circunſtã-
3 tia, † *ſecundum gl. in c. conqueſtus, in verb. de feudo, verſ. Item, ſi vedo, extr. de vſur. Ang. conſ. 243. in fin. Caſt. in l. 1. nu. 1. C. de pig. act. Abb. in cap. ad noſtram. nu. 9. extr. de empt. & vend. Alex. conſ. 54. num. 1. vol. 6. Afflict. deciſ. 40. num. 17. deciſ. 65. num. 2. & deciſ. 339. num. 2. Caſſad. tit. de vſur. deciſ. 1. nu. 1. Dec. conſ. 692. num. 2. & 3. Pariſ. d. conſ. 54. num. 62. vol. 1. & d. conſ. 82. nu. 39. vol. 3. Cran. d. conſ. 156. nu. 4. & 16. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem, & Gabr. d. conſ. 74. nu. 3. vol. 1. vbi pariter atteſtatur de magis communi. Em. Zoar. in ſuo theſ. rec. ſent. in verb. venditionis contractus, Ficard. lib. 1. comm. opin. in verb. contractus, & ibi Viu. in verb. vendere, verſ. contractus, Gram. deciſ. 76. num. 7. & 30. Bertran. conſ. 111. nu. 1. volum. 3. Roll. conſ. 40. nu. 21. & 42. volu. 2. Nat. conſ. 198. nu. 3. & 19. verſ. non obſtat. Decia. d. conſ. 104. nu. 13. 14. & 28. verſ. non obſtat tertium vol. 2. Maſc. concl. 447. nu. 2. vbi innumeros adducit, & num. 6. verſ. verum, vbi ait hanc eſſe veriorem.*

Secunda verò cõiectura ſumitur ex alio pacto, quod ſubiectum eſt, vt ſcilicet pendẽte decennio, intra quod bona redimi poterant, liceret venditrici, cui vellet, eadem locare, ita, vt conductor teneretur ſingulis annis emptori ſoluere penſionem 140. aureorum, & reſiduum dare eidem venditrici: nam, quia huiuſmodi pẽſio non reſpondebat fructibus, qui ex bonis percipi poterant, cum ſuppoſuerint contrahentes, ea pluris locari potuiſſe, ſed reſpondebat vſuris, ſiue intereſſe ſummæ debitæ, nempè 2800. aureorum habita ratione quinq; pro centenario, ideo pactum illud oſtendere videtur, contractum fuiſſe ſimulatum, & mentem contrahentium non fuiſſe, vt emptor haberet bona, ſed tantùm, vt perciperet annuam penſionem conuentam pro vſuris, ſeu intereſſe pecuniæ
4 debitæ, † *Ita ſcripſerunt Cæpoll. in d. tract. nu. 32. verſ. 5. & nu. 63. Cran. d. conſ. 156. nu. 12. Roll. d. conſ. 40. nu. 27. vol. 2. Natt. d. conſ. 198. nu. 14. Menoch. d. præſ. 122. nu. 51. verſ. ex perſona, & nu. 84. Maſcard. concl. 448. nu. 7. Sol. d. glo. vn. num. 14.* Quod etiam videtur ea ratione confirmari, quia quoties apparet, venditorem non aliter fuiſſe contracturum, quam ea lege, vt bona penes ſe remanerent titulo conductionis, magna na-
5 ſcitur ſimulationis coniectura, † *vt ſcribunt Cepoll. in d. tract. nu. 16. verſ. item non præſumitur, Menoc. d. præſ. 122. nu. 46. verſ. quartum.*

Tertia coniectura deducitur ex eo, quia *D. Co-*

mes

Digitized by Google

mes nunquam remiſit poſſeſſionem bonorum emptori, ſed in ea pro ſe inſit, etiam poſt tranſactum decennium retrouenditionis præfinitum, & perſeuerauit in ſolutione penſionis cōuentæ: nam hæc res maximum præbet ſimula-
6 tæ venditionis ſignum, † *vt not. Bart. in l. ſicut 8. § ſuperuacuum num. 6. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſolu. & ſcribunt Bald. in d. l. emptione 3. nu. 2. verſ. primò caſu C. plus val. quod ag. Caſt. d. conſ. 74. nu. 3. verſ. ſecundo vol. 2. Afflict. deciſ. 40. nu. 18. Dec. d. conſ. 692. nu. 4. Cagn. in l. 2. nu. 60. C. de pact. int. empt. & vend. Cæpoll. in d. tract. num. 76. Parif. d. conſ. 54. nu. 71. vol. 1. & d. conſ. 82. num. 27. vol. 3. Rolland. conſi. 40. nu. 33 vol. 2. Crauet. d. conſ. 156. nu. 50. Ern. Zoar. in d. ſub. recept. ſent. in verb. venditionis contractus Maſc. concl. 439. nu. 1. Men. de arbit. caſ. 39. nu. 1. & d. præſ. 122. nu. 110. Sol. d. glo. vn. num. 27.*

Quarta ſumitur à qualitate perſonarum, inter quas initus eſt contractus: nam, cum eſſent perſonæ coniunctæ, facilius inter eas, quã inter omnino extraneas præſumitur ſimulato cōtra-
7 cta venditio † *l. late 27. C. de donat. & ſcribunt Bar. in l. poſt contractum 15. nu. 9. & ibi Pic. num. 45. verſ. Quid ſentendum ff. de dona. Dec. conſ. 659. nu. 2. Natt. conſ. 443. nu. 10. Boi. conſ. 52. num. 55. vol. 1. Surd. conſ. 373. nu. 39.*

Quinta demum deducitur ex cōfeſſione facta ab eodem D. Comite in epiſtolis, quas ad emptorē, ſeu ad eius heredes ſcripſit: nam, cū in his dixerit, ſe breui pecuniam reſtituturum, non obſcurè videtur cōfeſſus contractum initum non fuiſſe venditionem, ſed mutuū, quia reſtitutio pecuniæ mutuum denotat, nō retrouenditionem, quæ, quaſi nouus contractus pretij ſolutionem, non pecuniæ reſtitutionem re-
8 quirit. † *Ita Caſt. d. conſ. 74. num. 3. verſ. 4. vol. 2. Dec. conſ. 123. nu. 2. verſ. tradito, Cæpoll. in d. tract. nu. 58. Grammat. d. deciſ. 76. nu. 2. Natt. d. conſ. 398. nu. 9. in fi. Decia. d. conſ. 2. nu. 133. vol. 1. Menoc. d. præſ. 122. nu. 77. Maſcar. d. conclu. 440. nu. 1. Sol. d. g. vn. num. 22. & 41.*

Prædictis tamen non obſtantibus contrariũ in propoſita ſpecie puto de iure verius, nulla ſcilicet ratione poſſe contractum, quo de agit, cenſeri ſimulatum, ſed tãquam verum omnimodo ſeruãdum eſſe. Quod, vt exiſtimem, his potiſſimum adducor fundamentis, &

Primò, quia veritas contractus fundatur in præſumptione iuris: nam regulariter contra-
9 ctus præſumitur verus, non ſimulatus, † *vt ſcribunt Bal. in l. quamuis 4. C. ſi quis alt. vel ſib. Dec. conſ. 166. nu. 2. Gozad. conſ. 94. nu. 53. in fi. Crau. conſ. 145. nu. 2. Roll. conſ. 58. nu. 6. vol. 4. Ozaſ. deci. 42. nu. 7. verſ. contraria. Menoc. d. præſ. 122. nu. 2. Surd. conſ. 425. nu. 54. Hond. conſ. 41. nu. 24. volu.*
10 2. & talis, qualem verba demonſtrant. † *l. qui fundum 40. § fundi ff. de contr. empt. l. 1. § fin. qui nauum. ff. de exercit. l. fideiuſſores magiſtratuum 69. § pro Aurelio ff. de fideiuſſ. & ſcribunt Bar. in l. ſi totum 13. § qui maximos num. 11. ff. de publica. Alex. conſ. 5. nu. 1. vol. 1. Natt. conſ. 194. nu. 1. Cra. conſ. 20. nu. 4. Roll. conſ. 96. nu. 15. vol. 2.* ſcilicet, quia non cenſentur cōtrahentes aliud dicere, quam, quod veliut *l. Labeo 7. § 2. idem l. tubero. ff. de ſupp. leg.* ideoq; cum dixerint, ſe contrahere dationem inſolutum, & venditionem, nō ſunt credendi voluiſſe contrahere pignus, maximè cum hoc dixerint in publico inſtrumento, quod tres pro ſe iuris præſumptiones habet, & ſpe-
cialiter illam, qua dicimus, omnia in eo contē-
11 ta præſumi vera, non ſimulata. † *l. cum precibus 18. C. de probat. & in his terminis ſcribunt Cæpoll. in d. tract. nu. 193. Dec. d. conſ. 166. num. 2. Ceph. conſ. 325. nu. 16. Hond. d. conſ. 33. nu. 22. vol. 2.*

Secundò verò multo magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo tractatur de contractu, qui pro maiori parte eſt datio inſolutum: nam difficilius in ea, q in venditione præſumi-
12 tur ex coniecturis ſimulatio, † *ut ſcribunt Dec. conſ. 18. nu. 3. verſ. ſecundo, ſoluit, & d. conſ. 166. nu. 6. Cagn. in d. l. 2. nu. 54. C. de pact. int. empt. & vend. Tiraq. de retr. conu. in præf. nu. 27. Menoc. d. præſ. 122. num. 2. & conſ. 353. nu. 17. Maſcar. concl. 447. nu. 17. Sol. d. gl. vn. nu. 56.*

Tertiò, & fortius hoc admittendum eſt, quã (prout in caſu noſtro) ſubſunt coniecturæ, quæ demonſtrant veritatem contractus: nam tunc res caret dubio, quia, quemadmodū coniecturis deregitur ſimulatio, ita et contrarijs coniecturis euitatur ſuſpicio, & veritas cōprobatur, adeo, vt etiamſi adſint cōiecturæ, quibus alias ſimulatio probaretur, ceſſent tñ illæ, & excluduntur, quoties adſunt aliæ, quæ veritatem ar-
13 guunt; † *ut ſcribunt Barba. conſ. 65. nu. 2. verſ. nihilominus vol. 4. Crau. d. conſ. 14. nu. 11. Decia. d. conſ. 2. nu. 85. & 161. vol. 1. Ceph. d. conſ. 325. nu. 25. & 45. Hond. d. conſ. 33. n. 59. vol. 2.* Vna enim
14 præſumptio tollit aliã † *l. Dinus. 8. ff. de in int. reſt. l. non ſolum 67. in prin. ff. de rit. nupt.* & præſumptiones, quæ ſuſtinent actum præualent ijs,
15 quæ actū infirmant, † *ex regula l. quoties 13. ff. de reb. dub. l. quoties 80. ff. de verb. oblig.* Coniecturæ aũt, qbus arguit veritas cōtractus variæ sũt.

Prima, quæ ducitur à qualitate perſonarum: erãt enim nobiliſſimæ, & in Comitatus dignitate cōſtitutæ, quarū integri mores, & probata vita omnē excludit ſimulationis ſuſpicionē,
16 † *ut in his terminis ſcripſerunt Barba. d. conſ. 65. nu. 2. verſ. & etiam, quia volu. 4. Ceph. d. conſ. 325. nu. 31. & 37. Decia. d. conſ. 2. nu. 162. vol. 1. Menoc. d. præſumpt. 122. nu. 98. & 109. & d. conſ. 353. nu. 17. verſ. 11. Maſcar. d. concl. 447. nu. 19.* vt generaliter dicimus de eo, quē conſtat eſſe innotatæ
17 vitæ, & conſcientiæ, † *ſecundū Dec. conſ. 307. nu. 5. verſ. q in caſu, Crau. d. conſ. 145. nu. 24. Roll. d. conſ. 58. nu. 22. vol. 4. Decia. d. conſ. 2. nu. 54. vol. 1. Men. d. præſ. 122. nu. 109. Sol. d. gl. vn. nu. 55.*

Secunda verò ſumitur à modo cōtrahendi: nam, cū huiuſmodi contractus fuerit celebratus palam, & publicè, inq; publicam inſtrumēti formam redactus, non poteſt præſumi ſimulatus, ſed potius verus, non obſtantibus coniecturis, ſi quæ fortè poſſent arguere ſimulationem, puta pacto de retrouendendo, locatione,
18 & ſimilibus, † *ut ſcribunt Decia. d. conſ. 2. nu. 92. vol. 1. & Menoc. d. præſ. 122. nu. 4. & 94. verſ. econtra, & d. conſ. 353. nu. 10.*

Tertia ſumitur à ſtatu, in quo erat D. Comitiſſa tpe contractus: erat enim infirma, & preſſa graui morbo, qui eam paucos poſt dies extinxit, ideoq; non eſt veriſimile eam voluiſſe tunc temporis facere cōtractum ſimulatum,
19 † *ut in ſimili arguūt Alcia. de præſ. reg. 3. præſ. 12. verſ. ad idem Menoc. conſ. 39. nu. 12. Hond. d. conſ. 45. nu. 9. vol. 2.* Quo fit, vt ex hac cauſa tollatur ex parte illius omnis ſuſpicio ſimulationis, & per conſequentiam, vt non poſſit contractus iudicari ſimulatus, dato etiam, q emptor nō habuerit animum emendi, quia talis ſimulatio

Digitized by Google

interuenerit ex vtraq; parte, contractus ſemper
conſiſtit, & remanet in ea forma, quam ei ver-
20 ba contrahentium dederunt, † *vt ſcribunt Bal. in l. 1. nu. 9. C. plus val. quod ag. Alex. conſ. 29. nu. 19. vol. 7. Maſcar. concl. 431. nu. 11. Hond. d. conſ. 33. nu. 78. vol. 2.* & vbi ſolus emptor nõ habuit
animum emendi, eſt in facultate venditoris,
21 vtrum velit ſtare venditioni, nec ne, † *vt in ſpecie declarant Bald. in d. l. 1. num. 5. & Cæpoll. in d. tract. nu. 92. verſ. ſed ſecundum me.*

Quarta coniectura, & quidem vrgentiſſima
deducitur à ceſſante cauſa ſimulationis: nulla
enim à DD. aduerſarijs allegatur cauſa, qua
moti ſint contrahentes ad faciendam ſimulatam
venditionem & dationem in ſolutum, quæ
tamen neceſſario debet ab eis allegari, & pro-
22 bari, † *vt ſcribunt Bar. conſ. 65. nu. 4. lib. 1. Alex. conſ. 28. num. 12. vol. 5. Cæpoll. in d. tract. num. 89. Gozad. d. conſ. 94. nu. 56. Men. d. caſ. 39. num. 26. Hond. d. conſ. 41. nu. 27. vol. 2.* Ideo aũt non alle-
gatur, quia re vera nulla poteſt conſiderari cã
ſimulationis, aut, ſi qua conſiderari poteſt, re-
ſpicit potius damnum, quam vtilitatem corũ
à quibus allegabitur: nam, ſi mens contrahen
tium non erat alienare bona, ſed ſolum ſuper
iis conſtituere pignus, & annuam penſionem
pro intereſſe pecuniæ debitæ ad rationẽ quin-
que pro centenario vt ſupponunt DD. aduer-
ſarij, aut hic contractus erat licitus, & ſine du-
bio poterat fieri apertè, & ſine aliqua ſimula-
tione, ideoq; cum partes non contraxerint pi-
gnus ſed venditionem & dationem inſolutũ,
non poſſunt aliquo pacto cenſeri feciſſe con-
tractum ſimulatum, quia, quoties is contra-
ctus, pro quo dicitur alius ſimulatus, erat lici-
tus, & apertè fieri poterat, tollitur omnis ſuſpi-
23 cio ſimulationis, † *vt ſcribunt Alex. d. conſ. 28. nu. 12. verſ. præterea vol. 5. Hond. d. conſ. 41. num. 29. vol. 2. Sol. d. gl. vn. nu. 63.* Ceſſat enim tunc ſi-
mulationis cã, ideoq; ceſſare debet & ſimula-
24 tionis ſuſpicio, † *Ita Bar. d. conſ. 65. num. 4. verſ. nam ponitur lib. 1. Alex. d. conſ. 28. nu. 12. verſ. item per hoc vol. 5. Cæpoll. in d. tract. nu. 77. verſ. itẽ non poteſt, Crau. conſ. 75. nu. 14. Men. d. caſ. 30. nu. 25. & d. conſ. 353. num. 8.* Aut verò contractus erat
illicitus, & fœneratitius (quod vix crediderim)
& tunc, ſi pro pignore ſimulata eſt datio in ſo-
lutum, & venditio, hoc redundabit in damnũ,
& incommodum creditoris, & eius hæredum,
quippè, qui tenebuntur imputare penſionem
140. aureorum annuatim habitam in ſortẽ, &
25 hoc modo amittent totum creditum, † *l. 1. l. 2. l. vlt. C. de pig. act. l. ſi dominiũ 9. C. de pig. l. 1. C. de diſtract. pig. c. cum contra extr. de pig. c. conqueſtus. extr. de vſur. & ſcribunt Ruy. conſ. 102. nu. 24. vol. 1. Marc. deciſ. 167. nu. 1. & deciſ. 718. nu. 7. part. 2. Boer. deciſ. 44. nu. 24. & 34. Oraſ. deciſ. 115. num. 12. Theſ. deciſ. 78. nu. 1.* Re vera igitur, vel non põt
allegari cauſa, vel, ſi poteſt, erit allegantibus
dãnoſa. Et verò, vt ingenuè fatear, genus hoc
allegandi venditionẽ, & dationẽ in ſolutum
ſimulatã ex parte acquirentis, mihi nouũ eſt:
nã ſimulationem contractus paſſim video al-
legari, aut à venditore, qui damnũ paſſus eſt,
aut à tertio, cuius intereſt contractũ nõ conſi-
ſtere. Ceterum ab emptore, qui percepit annuã
penſionem, nunquam vidi ſimulationem allegari,
quia hoc modo, & ageret contra proprium cõ
modum, & allegaret propriam turpitudinem,
26 quod non eſt ferendum, † *l. cum proponas 4. C.* *de rescind. donat. l. ſi creditoribus 5. C. de ſeru. pignor. dat. man. l. filius 4. C. de reb. cr. qua miſſion. cred.*

Et, ſi dixeris, imo non eſſe prohibitum alle-
gare propriam turpitudinem, quando contra-
27 ctus dicitur ſimulatus, † *ſecundum Barto. in d. l. poſt contractum 15. nu. 5. verſ. ſed cum venditor ff. de donat. Dec. d. conſ. 659. nu. 3. verſ. nec huic,* Re-
ſpondeo, id procedere duobus concurrentibus,
Primo, quod vterq; ſit particeps fraudis, & ſic
28 turpitudo verſetur ex parte vtriuſq; † *vt declarant Pariſ. d. conſ. 44. nu. 90. vol. 1. & Sand. d. conſ. 371. nu. 89.* quod ceſſat in caſu noſtro, *vt dictũ eſt in tertia coniectura.* Secundo, vt allegetur ab
29 eo, qui damnum, ſeu fraudem paſſus eſt, † *ſecundum Dec. in d. conſ. 104. num. 23. vol. 2. Mandoſ. d. praxſ. 123. nu. 5. verſ. ita apertius,* & ſic à vendito-
re, qui ſoluit vſuras, non etiam ab eo, qui exe-
git, quia, qui allegat ſimulationem propriam
ad fraudandum aliquem, aut ei damnum infe-
30 rendum non eſt audiendus, † *vt declarant Bar. in d. l. poſt contractum 15. nu. 5. verſ. ſed an venditor, & Dec. d. conſ. 659. nu. 3. verſ. nec huic.*

Quintò ſupradicta confirmantur alia con-
iectura, quæ ducitur à iuſtitia, & æqualitate cõ
tractus: nam in hac datione in ſolutum, & vẽ
ditione nulla poteſt, aut ex parte dantis, aut ex
parte accipientis conſiderari læſio, ſi res dili-
genter perpẽdatur, quia valor bonorum dato-
rum, & venditorum reſpondet ſummæ debitæ,
& pretio conſtituto, vt patet ex eo, quia prædi-
cta bona nunquam potuerũt locari ſupra mer-
cedem 175. aureorum annuorum, à quo redi-
tu, ſi habeamus rationem quinque pro cente-
nario colligimus verum, & iuſtum eorum pre-
tium fuiſſe aureorum 3500. Atqui fuerunt da-
ta inſolutum, & vendita pro ſumma aureorũ
2800. quibus addita quarta parte nempè 700.
aureis quorum vice fungitur pactum de retro-
uẽdendo, quippè, quod iuſtum rei pretium di-
minuit in tertia, aut ſaltem in quarta parte,
31 † *vt videre eſt apud Soc. ſen. conſ. 15. nu. 13. in fi. vol. 1. Tiraq. de retr. conu. in praf. num. 20. Roll. à conſil. 58. num. 16. volum. 4. Decia. d. conſ. 2. num. 170. volum. 1. Hond. d. conſ. 33. num. 32. volum. 2. Maſcard. d. conclu. 447. num. 10. & ſequen. Men. conſil. 343. num. 26.* cenſebuntur data pro ſum-
ma aureorum 3500. quibus iuſtum, & verum
pretium bonorum continetur. Non poteſt
igitur in contractu conſiderari læſio. Quo ſtan
te ſequitur, neque ex pacto de retrouenden-
do, neque ex locatione, ſeu retentione poſſeſ-
ſionis argui poſſe cõtractum ſimulatum, quia
ceſſant omnes illæ coniecturæ, & præſumptio-
nes, quoties contractus iuſtus eſt, nec in eo pò-
32 teſt aliqua læſio conſiderari, † *vt in ſpecie ſcripſerunt Cæpoll. in d. tract. num. 8. Crau. d. conſil. 145. num. 7. Decian. d. conſil. 2. numero 9. & 135. verſic. ſatis eſt ergo volum. 1. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem tam Canoniſtarum, quam Iuris conſultorum, & Theologorum, Honded. d. conſil. 33. num. 53. 54. & 101. volum. 2. Sol. dicta glo. vn. nu. 64. & eſt de mente omnium, quos referemus infra num. 36.*

Sexta demũ coniectura ſumitur ab eo, quia
contrahentes iurarunt, oĩa, & ſingula in inſtro
contenta eſſe vera, quæ res in perſona ipſorum
cõtrahentium omnem excludit præſumptio-
33 nem, & allegationem ſimulationis, † *ut ſcribunt Soc. ſen. conſil. 52. num. 2. vol. 3. Cur. iun. conſ. 108. num. 5. Afflict. deciſ. 60. num. 1. Cæpoll. in d. tract.*

tract.num.46.Soc.iun. conſ.50.nu.3.vol.1.Ceph. d.conſ.325.num.41. Man.d.caſ.39.num.8. Maſc. d.conclu.447.num. 22. vbi teſtatur hanc eſſe communem. Et quamquam iuramentum non confirmet contractum ſimulatum ſecundum rece 34 priorem ſententiam, † *vti videre eſt apud Bal. in d.l.emptione, 3.num.2.& ibi Ang.num.1.C.plus val.quod ag. Pariſ.d.conſ.54.num.41 & 84.volu. 1. Tiraq.de retr.conuent. in præfat.num.16.Sol.d. glo.vn.num.37.verſ.non obſtante,Surd.conſ.165. num.7.* hoc tamen procedit, ſi conſtet de ſimulatione, ſaltem per concurſum illarum coniecturarum, quæ cenſentur efficaces ad illã probandam, nempè pacti de retrouendendo, modicitatis pretij, & cõſuetudinis fœnerandi. Cæterum, ſi neutrũ ex poſterioribus interueniat, vt euenit in caſu noſtro, res poſita eſt extra omnem dubitationem, quia non eſt veriſimile contrahentes præcipuè nobiliſſimos (& maximè D Comitiſſam in articulo mortis conſtitutam) fuiſſe iuraturos omnia in inſtrumento contenta eſſe vera cum certiſſima pernicie animarum, ſi res aliter ſe haberet, *vt ſcribunt ij, quos retulimus in 3. coniectura.*

Neque obſtant contraria, quia reſpondeo primo, nullam hic ſubeſſe coniecturam efficacem ad detegendam contractus ſimulationẽ,

Non primam, quia pactum de retrouendendo, ita demum præbet ſufficientem coniecturam, ſi ſit coniunctum cum alijs duobus requiſitis, nempè cum modicitate pretij, & conſue-35 tudine fœnerandi, † *ſecundum vnam opinionẽ, quam probarunt Bald in c.1.in prin. num.7.tit.de feud.dat.in vic.leg.com. Caſtr.in l. Rogaſti. 11.§.ſi tibi decem nu.6.ff.ſi cert.pet. Alex.d.conſ.28.num. 4.vol.5.Dec.conſ.166.nu.3.& conſ.648.nu.3.Cag. in d.l.2.num.51.C.de pact.int. empt. & vend. Cæpoll.in d.tract.de ſimul. contr.nu.19.& 101. in fi. Soc.iun.d.conſ.50.nu.2.vol.1. Curt.iun.conſ.279. nu.44.vol.3.Boer.conſ.12.num.9. Decia.d.conſ.2. nu.176.& ſeq.vol.1.Ozaſd. deciſ.42.num.7. verſ. contraria, Roll.d.conſ.58.nu.10.vol.4. Hond.cõſ. 31.nu.68.vol.1.& d.conſ.33.nu.66.vol.2.vbi teſtatur hanc ſententiam eſſe magis communem,* aut ſaltem cum modicitate pretij, *ſecũdum aliam, quã in contrarium retulimus.* Cæterum ea ceſſante (prout ceſſare in caſu noſtro demonſtrauimus in quinta coniectura) fatentur omnes nullam 36 prorſus ex eo naſci ſuſpicionem, † *vti videre eſt apud glo.in d.cap.conqueſtus, in verb. de feudo, verſ.item, ſi vendo, extr.de vſur. Abb.in d.c. ad noſtram num.8.ext.de empt.& vend. Dec.conſ.166. num.5.& conſ.648.num.3. Tiraq.de retr.conu.in præf.nu.5.Gabr.d.conſ.74.num.18.vol.1. Cæpoll. in d.tract.num.10. Nat.conſ.586.num.1. Decia. d.conſ.2.nu.132.& 177. verſ. non obſtat tertium vol.1.& d.conſ.104.nu.31.verſ non obſtat ſextum vol.2. Maſc. concl.441.nu.2. Hond.d.conſ 33.nu. 65.vol.2.vbi ait, omnes tam canoniſtas, quam legiſtas, & Theologos in hoc conuenire.* Et maximè, quando pactum non eſt ita conceptum, vt auferat venditori facultatem redimẽdi intra certum tempus, ſed redemptionem liberæ ipſius voluntati relinquit intra tempus retrouenditioni præfinitum, vt in caſu noſtro: Tunc enim res procedit ſine aliqua difficultate, quia etiam ij, qui cẽſent ſufficere pactum de retrouendẽdo, & pretij modicitatem, pleruncq; declarant hoc procedere, ſi pactũ ſit negatiuum, ita, vt per id tollatur facultas redimẽdi vſq; ad certũ tempus, ſecus, ſi ſit affirmatiuũ, Et contra, qui cenſent tria requiri, declarant id procedere, ſi pactum 37 ſit affirmatiuum ſecus ſi negatiuum † *vti videre eſt apud Cagn.in d.l.2.nu.60.verſ. ſi vero. C.de pact.int.emp. & vend.Cæpoll.in d tract.num.108. verſ.3.concl. Roll.d.conſ.58.nu.10. verſ. ſimiliter vol.4. Decia.d.conſ.104.nu.14 & 21.verſ.multum enim vol.2.Hond.d.conſ 33.nu.69. vol.2.* Itaque ſemper ſupponunt adeſſe pretij modicitatem.

Minus cenſetur efficax ſecunda cõiectura, quia tunc ſolũ operatur, cum res fuit vendita modico pretio cum pacto de retrouendendo: nã eo caſu ſequens locatio facta venditori ſub certa penſione, quæ potius pecuniæ ſolutæ, q̃ fructibus reſpondeat, fortaſſe num præbet ſimulationis argũ. *Et in his terminis loquuntur DD. in contrarium allegati.* Cęterũ, quãdo contractui nulla interuenit læſio, vt in caſu noſtro, ſequẽs locatio nullam præbet ſimulationis ſuſpicio-38 nem, † *vt ſcribunt Cag. in d.l.2.nu. 61.in fi. C.de pact.int.empt. & vend. Cæpoll.in d.tract.num.8. Roll.d.conſ.40.nu.44 vol.2.* quia non eſt inconueniens, vt quis rem ſuam vendat, & cõducat vſq; ad certum tẽpus, nec aliter ſit venditurus, q̃ ſub lege locationis ẽt minore penſione, q̃ ſint fructus quia fieri poteſt, vt propter lucrum, quod ex fructibus ſperatur, vilius aliquantulum vendatur res, quam alioquin fieret, & hoc modo pactum locationis cedat loco partis pretij, *ſecũdum l. fundi partem 79. ff.de contr. empt.* Quinimo, quoties fit venditio cum pacto de retrouẽdendo, ſi non interueniat læſio in pretio habita ratione illius diminutionis, q̃ pactum operatur, *ſecundum ea, quæ dicta ſun. in quinta coniectura,* & emptor, vt moris eſt, interim locet rẽ venditori, licet contractus ſit licitus, & verus non ſimulatus, & poſſit emptor de iure conſtituere penſionem reſpondẽtem fructibus, & ſic maiorem q̃ patiatur pretium vere ſolutũ, ſi tñ Deum timet, aliud ſeruare debebit, quia in foro conſcientiæ penſio iuſta debet interim cõſiderari habito reſpectu ad pretium ſolutũ, 39 non ad reditum rei, † *vt in terminis declarat Cæpoll.in d.tract.de ſimul.contr.nu.94. verſ.ſed in foro, & nu.97. verſ. credo.* Et hanc vnã puto fuiſſe cauſam, propter q̃ in hoc contractu fuerit adiectum illud pactum, vt pendente decennio nõ perciperet emptor, niſi penſionem 140. aureorum, & reſiduum cederet commodo venditricis. Hoc enim ideo factũ eſt, quia emptor, tanquam nobiliſſimus, & purę conſcientiæ voluit penſionem æſtimare, non ſecundum id, quod iure poterat, ſed ſecundum id, quod poterat in foro conſcientiæ. Quamobrem ex hoc nulla poteſt oriri ſuſpicio ſimulationis.

Tertia etiam coniectura non obeſt, quia verius eſt, D.Comitem nõ poſſediſſe amplius bona poſtea quam fuerunt data inſolutum, & vẽdita patri DD. aduerſariorũ, ſed poſſeſſionem re vera fuiſſe tranſlatam in ipſum emptorem, & penes eum perpetuò remãſiſſe virtute clauſulæ conſtituti *ſecundum l.quod meo 18.ff.de acq. poſſ.* quę, quamuis ex receptiore ſententia non operetur, quando contractus arguitur ſimulatus, & factus in fraudem, vel illicitus, operatur tamen, quando ſimpliciter arguitur ſimulatus, non eõam illicitus, & in fraudem tertij fa-40 ctus, † *vt declarant Bal.in l.1.num.4.C.de donat. ant.nupt. Ang.in d.l.ſicut, 8.§.ſuperuacuum.nu. 2.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſolu. Alex.cõſ.28.n.10,*

Digitized by Google

verſ. modo vol. 5. Cæpol. in d. tract. nu. 78. Menoc. d. caſ. 39. num. 6. & 7. Maſcar. concluſ. 439. nu. 35. Sol. d. glo. vn. num. 61. vt veriſimile eſt argui in caſu noſtro, ne alioquin DD. Comites aduerſarij videantur integram, & omnibus notam parentis ſui exiſtimationem in controuerſiã deducere.

Nec obſtat, quod *D.* Comes ſemper locauerit illa bona, & à conductoribus exegerit penſiones annuas, quia, cum hoc virtute pacti in contractu appoſiti fecerit, non poteſt ex hoc inferri eum poſſediſſe nam, qui domini voluntate locat rẽ alienam, & alieno nomine, non cenſetur habere poſſeſſionem, aut detentionẽ rei, quia poſſeſſio manet penes eum, cuius noĩe locatur. *l. 3. §. quod ſi ſeruus. & §. falſus. ff. de acq. poſſ.* & detentio transfertur in conductorem, non in eum, qui locat. *l. officium 9. ff. de rei vind.* Penſiones vero non fuerunt ſimpliciter exactæ a D. Comite, ſed fuerunt diuiſæ iuxta formam in pacto præſcriptam, quia emptori fuerunt ſoluti 140. aurei, & reſiduum D. Comiti, prout fuerat conuentum.

Deinde, licet ipſe perſeueraſſet in detentione rei, eo tamen ipſo, quod pro fructibus reſpõdit emptori ſoluendo penſionem conuentam, non poſſet ex hoc inferri ad ſimulationem cõ
41 tractus, † *vt ſcribunt Bar. in d. l. poſt contractum. 15. num. 4. in fin. ff. de donat. & in d. l. ſicut. 8. §. ſuperuacuum num. 6. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſolu. Dec. d. conſ. 648. nu. 4. Cagn. in d. l. 2. num. 60. C. de pact. int. empt. & vend. Cæpol. in d. tract. num. 77. Gozad. d. conſ. 94. nu. 57. Menoc. d. caſ. 39. nu. 5. & 10. Maſc. d. concl. 439. nu. 22. & 29. Hond. d. conſ. 33. nu. 73. 76. & 84. vol. 2. Sol. d. gl. vn. nu. 12. verſ. cont* [illegible] *nu. 27. verſ. intellige, & nu. 62.* maxime, quando ceſſat coniectura principalis, quæ ſundatur in modicitate pretij, *vt ait Cæpoll. in d. tract. nu. 109. verſ. & certe;* nam tunc, quaſi deficiente fundamento cæteræ omnes coniecturæ corruunt, *vt dictum eſt in quinta coniectura.*

Minus obſtat, quod D. Comes in huiuſmodi poſſeſſione perſeuerauerit etiam poſt decẽnium, quod erat retrouenditioni præfinitum, quia, cum hoc fecerit de voluntate, & conſenſu DD. aduerſariorum, qui tẽpus retractui præfixum ſaltem tacitè prorogarunt, vt D. Comiti gratificarentur, nihil ex eo inferri poteſt. Nã D. Comes rebus in ſuo ſtatu manentibus cupiens bona redimere non obſtante lapſu temporis, ſemper eſt profeſſus, ſe breui pecuniam ſoluturum, & quia DD. Comites aduerſarij nunquam huic oblationi contradixerunt, ſed ſemper declararunt, ſe cupere, vt quam citò fieret, ideo, quaſi tacitè prorogato termino ad retroemendũ præfinito cũ omnibus ſuis qualitatibus, perſeuerauit in locãdo bona data in ſolutum, & vendita, & diuidendo penſionem iuxta formam in inſtrumento præſcriptã, ſed poſtea quam rerum ſtatus ita mutatus eſt, vt hodie non expediat D. Comiti habere bona recuſauit eorum redemptionem, quod iure facere potuit, quia venditor, cuius fauore fit pactum de retrouendendo, nõ cogitur retroemere, ne alioquin fauor in eius odium retorqueatur *contra l. quod fauore, C. de legib.*

Denique præſumptio, quæ ſumitur à conti
42 nuatione poſſeſſionis † multas hẽt exceptiones *relatas a Menoc. d. caſ. 39. per tot.* quæ omnes ferè poſſunt ad caſum noſtrum adaptari: nam ceſſat præſumptio, quoties adeſt clauſula conſtituti, vel iuramentum, vel venditor reſpondit de fructibus, ſeu penſionem ſoluit ex cauſa conductionis, vel, cum is, qui paſſus eſt venditorem perſeuerare in poſſeſſione, non eſt contrahens, ſed hæres, & potiſſimum, quoties nulla ſubeſt cauſa ſimulationis, *vt ibi latius per eũ,* quæ omnia interuenerunt in caſu noſtro, vt proinde nulla ſit in prædicta coniectura vis facienda.

Quarta verò coniectura non poteſt ad caſum noſtrum adaptari, quia à coniunctione
43 ſanguinis † tunc ſumitur coniectura, quoties tractatur de ea ſpecie, in qua re vera nihil agitur, vt, cum quis ſimulat ſe vẽdere, aut donare coniunctæ perſonæ, vt fraudet fiſcum vel creditores: tunc enim verum eſt, facilius pręſumi ſimulationem, q̃ ſi contractus eſſet initus cũ omnino extraneo. *Et in his terminis loquuntur omnes DD. in contrarium allegati.* At verò, quoties tractatur de ea ſpecie ſimulationis, in qua ſupponitur aliud actum, aliud ſimulatum, puta contractum pignus, & ſimulatam vẽditionem, aut dationem in ſolutum, vt in caſu noſtro, coniunctio ſanguinis nullam præbet coniecturã, quia, ſi vis in tali coniunctione eſſet facienda, veritatis potius, quam ſimulationis cõiectura eſſet ex ea ducenda: Neq; enim veriſimile eſt, coniunctum velle coniuncto damnũ inferre, & ab eo vſuras exigere, earumque tegendarum gratia pro pignore venditionem ſimulare. Denique circa perſonarum qualitatẽ hic adeſt contraria coniectura ducta à perſonarum nobilitate, quæ eſt potentior illa, quę ducitur à coniunctione ſanguinis adeo, vt etiã in priori ſpecie ſimulationis hæc præualeat ad excludendam ſimulati contractus ſuſpicio
44 nem in perſona coniunctorum, † *vti videre eſt apud Cephal. d. conſ. 325. num. 31. & 53. verſic. præſertim.*

Quinta demum coniectura non obeſt, quia, quod dicitur de reſtitutione pecuniæ locũ habet, quando de ea fit mentio in ipſomet contractu venditionis cum pacto de retrouendendo, *vt declarant DD. omnes in cõtrarium allegati.* Cæterum, qñ poſt contractum, vel coram teſtibus, vel in aliqua ſcriptura de tali reſtitutione fit mentio, non poteſt ex ea inferri ad ſimulationem præcedentis contractus, quia, qñ contractus eſt perfectus, & aliquid poſtea dicitur, vel fit, ꝙ alioquin ſignificare poſſet, eum eſſe ſimulatum, non poteſt ex eo, ꝙ eſt ſubſecutũ, argui ſimulatio, niſi probetur, hoc actũ fuiſſe
45 ab initio inter partes, † *vt declarãt Bal. in l. vn. nu. 19. verſ. illud. C. ſi ſeru. ext. Alex. conſ. 29. n. 19. vol. 7. Nat. conſ. 628. nu. 20. Menoc. d. præſ. 122. nu. 46. verſ. Cæterum.* Idq; multo magis procedere debet, qñ poſt contractum fit mentio reſtitutionis ab eo, qui probabilem habet ignorantiam eius, quod geſtum eſt, vt in caſu noſtro, in quo facta eſt talis mentio à *D.* Comite, qui non habebat plenam ſcientiam qualitatis contractus à matre ſua facti ſe abſente: *nam, quia* ignorantia facti alieni excuſat. *l. 3. cum ibi not. ff. de iur. & fact. ignor.* ideo non ſolum dicendo, ſe reſtituturũ pecuniam, non potuit veritati præiudicare, ſed ne quidem, ſi explicitè dixiſſet, fuiſſe contractum mutuum, & pignus, non venditionem, quia talis confeſſio, tanquam erronea ſemper ab eo poſ-

ſet

46 poſſet reuocari, & reparari, † *vt ſcribunt Bald. in l.vn.num.* 1.*C.de err.calc. Alexan.conſil.* 102. *nu.*8.*vol.*1.*Menoc.conſ.*1.*nu.*100.*verſ. reſpondetur, &* 2. *& conſ.* 180. *num.* 28. Ex quibus apparet, nullam hic ſubeſſe coniecturam, qua quis probabiliter moueri poſſet ad iudicandũ hũc contractum ſimulatum, Et hoc modo tolli contraria.

Secundo verò tolluntur, quia, etiamſi adeſſent aliquæ coniecturæ quæ aliàs cenſerentur efficaces ad probandam ſimulationem redderentur tamen in caſu noſtro inutiles, & inefficaces ex contrariis coniecturis veritatem contractus arguentibus, *quas recenſuimus in* 3. *fundamento*: nam hæ tanquam potentiores præualerent, *vt ibidem oſtendimus*. Quamobrem concludo, non poſſe contractum, quo de agitur, cẽſeri ſimulatum, ſed ei, tanquam vero, ſtandum eſſe, prout iuris eſſe cenſeo, ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro DD. Georgio, & Franciſco fratribus de Caſalis.

CONSILIVM XXI.

ARGVMENTVM.

An, & quando ratio ſemel reddita ſit iterum reddenda.

SVMMARIVM.

1 *Ratio ſemel reddita non eſt iterum reddenda, niſi allegetur error, nu.* 2. *vel, niſi inſufficienter fuerit reddita nu.* 3. *Declara, vt nu.* 5.

4 *Paria ſunt rationem non eſſe redditam, vel minus legitime.*

6 *Rationem non fuiſſe ſufficienter redditam dicenti incumbit onus probandi.*

7 *Minor cum iuramento liberans tutorẽ, qui reddidit rationem, non poteſt eius redditionem iterato petere, & cur. nu.* 8.

9 *Ratio cenſetur ritè, & legitime reddita, ſi redditio facta ſit cum interuentu curatoris, & decreto iudicis.*

10 *Hæredes iuſtam habent ignorantiæ cauſam.*

11 *Commodum ex ſua malitia conſequi nemo debet.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Viſis, & diligenter perpenſis omnibus, quæ in præſenti cauſa fuerunt à partibus deducta, puto de iure non teneri DD. fratres de Caſalis iterum reddere rationẽ petitam à Matheo Gillardo.

Primò, quia ſemel reddita ratio non eſt iterum reddenda, † *vt ſcribunt Mona. in cap. vn. num.*9. *de cler. ægrot. in* 6. *Socin. ſen. conſ.*92. *num.* 1.*volum.*4. *Bertr. conſ.*90.*num.*3. *&* 4.*vol.*2. *part.* 2.*Pariſ.conſ.*89. *num.* 1. *& conſ.*96.*nu.*79. *volum.* 1.*Roll.conſ.*49.*num.*39.*volu.*1. *Nat. conſ.*40. *nu.* 1.*Ozaſ.conſ.*63.*num.*19. *Rot. Gen. decif.*31. *num.* 3. *& decif.*98.*nu.*1. *Menoc. conſ.*719.*nu.*53. *Mantic. decif.*258.*nu.*4.

Nec eſt, quod aliquis obiiciat hoc non procedere, quando allegatur error. † *l. calculi.* 9. *ff. de adm. rer. ad ciu. pert. & ſcribunt Bart. & alij in l. vn. C. de err. calc. Soc. ſen d. conſ.*92. *num.*4. *volu.*4. *Pariſ.d.conſ.*89.*num.*18.*vol.*1. *Roll.d.conſ.*49.*nu.* 44 45. *&* 49.*volu.*1. *Nat. conſ.*39. *num.*4. *Peguer. decif.*142. *num.*2. *&* 3. vel, quando fuit malè, & inſufficienter reddita ratio, quo caſu debet iterum reddi, † *vt ſcribit ibi glo. in l.* 2. *verſ. item ſi malè. C. de iur. fiſc. lib.*10. *Caſtr. conſ.*342.*num.*1.*verſ. quandocunque igitur, & num.* 3. *verſ.* 2. *principaliter volum.*1.*Iaſ.conſ.*219 *num.*2.*volum.*2.*Socin. ſen. conſ.*159.*num.*11.*conſ.*190.*num.*3.*volum.*2.*& d.conſ.*92.*num.*3. *volum.*4. *Dec. conſ.*110. *num.*9. *Pariſ.d.conſ.*89.*num.*19. *&* 31. *& d.conſ.*96.*num.* 3.*volum.*1. *Roll.d.conſ.*49.*num.*47. *volum.*1. *Cephal.conſ.*678. *num.*43. *Ozaſ.d.conſ.*63. *nume.*20. *Rot. Genuen. d. decif.*31.*num.*6. *& decif.*187.*num.* 3.*Viu. decif.*400.*nu.*39. *Mantic.d. decif.*258. *numero* 4. *Peguer.d.decif.*142.*num.*2. *Peregr.conſilio* 81.*num.*11.*verſ. Quamobrem, volum.* 5. cum paria ſint rationem non eſſe redditam, vel mi-

4 nus legitimè, & ſufficienter. † *l. quoties.*6. *ff. qui ſatiſd. cog. in. & ſcribunt Pariſ. d. conſ.*96. *nume.* 3.*volum.*1. *Rolland.d.conſ.*49. *num.*48. *volum.*1. *Cephal.d. conſ.*678. *num.*43. quia reſpondeo, id

5 procedere, ſi conſtet de errore, † *vt ait Menoc. conſ.*719. *num.*53. vel conſtet malè, & inſufficienter fuiſſe factam redditionem, *vt ſcribit Caſtr. d. conſil.*342. *num.* 1. *verſic. Eſt tamen animaduertendum volum.*1. Nec enim ſola ſufficit allegatio, quia dicenti rationem non fuiſſe ſufficienter redditam incumbit onus proban-

6 di, † *vt tradunt Socin. ſen. d. conſil.*190. *numero* 3. *verſicul. ſed, quia, volum.*2. *& Rollan. d.conſ.*49. *num.*10. *volum.*1. In caſu autem noſtro nullus probatur error calculi, nullaque in ſufficientia redditionis: nam in ſumma aureorum. 2556. nullus continetur error, ſi diligenter calculus inſpiciatur, quia habita in ſingulos annos ratione accepti, & expenſi, & computatis tutoris creditis, prout factum eſt, in calculatione, remanet Gillardus debitor prædictæ ſummæ aureorum 2556. vt apparet ex ipſamet ſcriptura tunc temporis facta. Minus continetur error in ſumma debita hebreo, vti ex calculatione a prædictis fratribus producta conſtat, ideoque non eſt iterum facienda rationum redditio.

Secundò multò magis hoc eſt dicendum in caſu noſtro, in quo ſuper redditione rationum ſecuta eſt tranſactio, & liberatio cum clauſula, ſyncerè, fideliter, & prorſus inuiolabiliter, quæ ex forma nouorum decretorum vim habet iuramenti: nam his interuenientibus non poteſt minor iteratò petere redditionem

7 rationis, etiamſi fuerit in aliquo læſus, † *vt ſcribunt glo. in §. item ſacramenta in verb. ſponte ſua de pac. iuram. firm. glo. in l.* 3. *§. contrarium in verb. liberationem, & ibi Bald. verſic. in glo. finito. ff. de contr. & vtil. tut. act. Bald. in auth. ſacramenta puberum numero* 14. *C. ſi adu. vend. Pariſ. d. conſil.*96. *num.* 79. *& ſequen. volum.* 1. *Peguer. d. decif.*142. *num.*1. quia cenſetur ab in-

8 integrum reſtitutione excluſus, † *iuxta not. in d. Authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. & dicto §. item ſacramenta. de pac. iur. firm.*

Tertiò, vel eo fortius hoc dicendum eſt, ſtante, quod talis redditio facta eſt cum interuentu curatoris, & aduocati eiuſdem Gillardi, nec non cum authoritate iudicis, vt appareret ex actis, & inſtrumento: nam hæc excludunt omnem fraudis, & doli ſuſpicionem, & operantur, vt in dubio ratio cenſeatur rectè, &
9 legitimè reddita † *uti videre eſt apud Rot. Gen. d.deciſ.93.nu.2.verſ.nec obſtat.*

Quartò, & vltimo ſuadet hoc ipſum mutatio perſonarum: nam prima ratio fuit reddita à tutore, qui tanquam inſtructus faciliimè potuit omnibus oppoſitionibus reſpondere, & omnes dubitationes reſoluere, nunc autem iterum petitur ab eius hæredibus, qui iuſtam ha-
10 bent ignorantiæ cauſam † *l.qui in alterius 42.ff. de reg. iur.* &, ſi cogerentur iterum reddere rationem, non poſſent fortaſſis omnia, quæ tūc temporis erant nota, verificare, Vnde, ne iniuſtè grauentur, æquitas ſuadet, vt repellatur iteratæ redditionis petitio, Maximè, cum Gillardus conſultò videatur hanc petitionem poſt mortem tutoris diſtuliſſe ad hoc, vt ab hæredibus ignaris eorum, quæ geſta ſunt, poſſet nouā rationis redditionem extorquere: nam tutor per ſeptennium vixit à die primæ redditionis, nec vnquam fuit à Gillardo interpellatus ad nouam redditionē, & ideo videtur Gillardus tacuiſſe quadam calliditate, quæ non debet ei opitulari, ne commodum ſentiat ex ſua mali-
11 tia † *contra.l.1.in prin.ff.de dol. & c.intelleximus, 7.extr.de iudic.* Quamobrem concludo repellendam eſſe petitionem actoris, & abſoluendos fratres à noua rationum redditione, ſaluo &cæt.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro Perill. D. Equite Franciſco Hyeronimo Salomonio.

CONSILIVM XXII.

ARGVMENTVM.

An, & quando pactum de ſucceſſione, aut bonis viuentis initum inter patrem, & filium contemplatione matrimonij valeat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ſucceſſione viuentis initum cum eo, cuius de bonis agitur, non valet.*
2 *Pactum de ſucceſſione viuentis non valet, etiamſi fiat in contractu matrimonij.*
3 *Arbitrij liberi cauſa fauorabilior eſt, quam matrimonij.*
4 *Pactum de ſucceſſione viuentis nō valet etiam inter patrem, & filium.*
5 *Pactū de ſucceſſione viuentis initū inter patrem, & filium valet, vt vltima voluntas, & nu.10.*
6 *Pactum de ſucceſſione viuentis, non confirmatur iuramento.*
7 *Pacta de ſucceſſione viuentis inita in contractu matrimonij de conſuetudine valent in multis regnis, & prouincijs, & cur nu.8.*
9 *Pactum de bonis viuentis conceptū per verba denotantia bonorum obuentionem, non valet.*
11 *Pactum de bonis viuentis conceptum per verba denotantia promittentis obligationem collatam poſt mortem valet.*
12 *Pactum de bonis viuentis valet, quibuſcunq; verbis ſit conceptum, ſi conſtet contrahētes ſenſiſſe de bonis, non de ſucceſſione vniuerſali.*
13 *Mens potius eſt inſpicienda, quam verba in contractibus.*
14 *Hæreditatis verbum accipitur pro bonis, quando contrahentes non ſtatuunt de ſucceſſione vniuerſali.*
15 *Detractio de hæreditate non fit.*
16 *Reſiduum, dictio, denotat bona eiuſdem generis.*
17 *Hæreditas differt a rebus, quæ in ea continentur.*
18 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*
19 *Geminatio nominum, & ſynonimorum nihil in inſtrumentis operatur.*
20 *Clauſula, omni meliori modo, operatur, validitatem pacti de bonis viuentis.*
21 *Clauſula, ad dictamen ſapientis, quid operetur, & num. 22.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PActum, quod initum proponitur inter Perill. D. Annibalem Salomonium, & Perill. D. Franciſcum Hyeronymū eius filium, per quod pater contemplatione matrimonii promiſit, ſe non fraudaturum eundem D. Franciſcum Hyeronimum in contingente parte ſuorum bonorum, & hæreditatis, tanquam factum de ſucceſſione viuentis, & auferens liberam teſtandi facultatem vi-
1 detur ipſo iure nullum. † *l. pactum, quod dotali. 15.C.de pact.l.hæreditas.5.C.de pact.conu.l.cum donationis. 34. C. de tranſact. l.ex eo.4. C.de inut. ſtip. l. ſtipulatio hoc modo concepta. 61. ff. de verbo. obliga.l.cum duobus.52.alias.l.ſi fratres.53.§.idem reſpondit.ff.pro ſocio,* non obſtante, quod ſit in-
2 terpoſitum in contractu matrimonii. † *d.l.hæreditas.5.C.de pact.conu.d.l.pactum, quod dotali. 15.& ibi Iaſ.num.1.& 2.verſ.3.& Dec.num.6.& 7.verſ.9.C.de pact. Bald.in l.cum Artemidorum 4.num.10.& 11.C. vt in poſſ.leg.Capell.Tholoſ. deciſ.452.Tiraq. de iure primog. q.6. per tot.& in d.deciſ.507.num.4. Craſſ.in §. ſucceſſio ab inteſtato. q.9.num.4.Menoc.conſ.92.nu.15.& Pereg.conſ. 69.num.14.vol.1.* Fauorabilior enim eſt cauſa
3 liberi arbitrij, quam matrimonij, † *vt ſcribunt Bald.in d.l.pactum, quod dotali, num.1.& ibi Dec. num.7.C.de pact. Tiraq.d.q.6.num.6.V in d.deciſ. 507.num.4.Menoch.conſ.1.num.145.& d.conſ. 92.num.16.* & non obſtante, quod initum ſit in-
4 ter patrem, & filium, † *vt eſt caſus in d.l.pactum, quod dotali, & ibi not. Iaſ.num.1.& Dec.num.4. verſ.3.Craſſ.in d.§.ſucceſſio ab inteſtato, q.9 num. 3.* Quod procedit, etiamſi interuenerit iuramentum, quia pactum affirmatiuum de ſuccedendo, cum ſit contra bonos mores, non fir-
5 matur iuramento, † *vt ſcribunt glo.in l.pactum dotali, 3.in vero. improbatur, & ibi Bald. in prin. verſic. 5.opp.& Dec.num.2.verſic.adeo.C.de collat. glo.in l.ſi quando.35.§.illud, in verb.prægrauari. C.de inoffic. teſtam. Bart. in d.l.pactum, quod dotali.15.& ibi Ang. Alex.num.2. Iaſ.num.2. Dec. num.2.& 3.verſic. Retenta.C.de pact. Barto.in d. l.ſtipulatio hoc modo concepta.61.numero 3.ff. de verborum obligationib.& in l.ſi quis pro eo.57.in prin.*

prin.num.6. ff.de fideiuſſ. & in l.ult. num.9. & ibi Ang.num.4.verſ.3.caſu.C.de pact. Alex.conſil.28. num.9. & 10.verſ Ex quibus vol.3.Dec.conſ.224. num.3.4.& 6. Pariſ.conſ.24. num.55. & conſ.26. num.59.vol.2. Curt.Iun.conſ.13.nu.3.& conſ.25. num.7. Aluaro in cap.1. §.mortuus nu.6.ſi de feud. fuer.cont.inter dom. Boer.deciſ.365. nu.2. late Soc. Iun.conſ.44.num.13.& ſeqq.vol.2. Tiraqu.de iure primog.q.6.num.18. Gabr.conſ.137.num.7.& 26. vol.1. Crau.conſ.139.nu.2.verſ.2. Oſaſc.deciſ.100. num.31.Craſſ.in d.§.ſucceſſio ab inteſtato q.9.nu.7 verſ.contrarium, Andr.Gail.lib.2.obſer.126.nu.1. & obſer.127.num.1. Viu.d.deciſ.307.num.6. Dec. conſ.74.nu.1.vol.1.Surd.conſ.20.num.9.conſ.133. nu.9.& conſ.430.num.21. Peregr.conſ.69.num.9. vol.1. Andr.Fach.lib.8.controu.cap.72.

Deinde verò dato etiam, quod valeret inter patrem, & filium, hoc tamen ita videtur intelligendum, vt valeat in vim vltimæ voluntatis, non vero in vim contractus, & ſic, vt quando-
6 cunque poſſit reuocari, † *vt eſt doctr. Barto. in l. tale pactum,41.§.pater num.3. ff.de pact. quem ibi ſequitur Iaſ.num.10. & probans etiam Alex.in d.l. pactum,quod dotali,15.num.5.in fin. & ibi Iaſon. num.3. Alex.in l.licet 19.num.6. & ibi Iaſ.num.8. C.de pact.Capell.Thol.d.deciſ.4 3. Boer.deciſ.204. num.22 Marc.deciſ.132.nu.7.par.2, Gabr.d.conſ. 137.num.30.vol.1. Viu.d.deciſ.507.num.9. Craſſ. in d.§.ſucceſſio ab inteſtato q.9. num.5. Theſ.deciſio.225.num.9.*

Verum his non obſtantibus re diligenter perpenſa, & ponderatis inſtrumenti verbis, puto conuentionem hãc non ſolum eſſe de iure validam, ſed etiam irreuocabilem: nam, præter id, quod huiuſmodi pacta, & conuentiones, quæ fiunt in contractu matrimonij, & conſequenter acceſſoriè ad contractum licitum videntur
7 de generali conſuetudine ſuſtineri, † tã in Gallia, *vt teſtatur Auffer. in addit.ad Capell. Thol.deciſ.452 & 453. Marc.deciſ.136.nu.5.& deciſ.148. nu.1.par.1.& deciſ.132.nu.8.par.2.* quàm in Germania, *vt teſtantur Craſſ.in d.§.ſucceſſio ab inteſtato.q.9.nu.4.verſ.ſed aduerte,& alij relati a Theſ. d.deciſ.225.num 12.& Menoc.conſ.1.num.163.& conſ.92. num.53.* & verò etiam in Italia, *vti videre eſt apud Peregr.d.conſ.69.in fi.vol.1.vbi refert ita Venetijs fuiſſe iudicatum*, propterea quod ſine ijs plerunque matrimonia non contraherẽ-
8 tur, præcipuè inter nobiles, † *vt ſcribunt Bald.in c.1. §.mulier ſi de feud.def.ſue.cont. & Marc.d.deciſ.132.num.8.* inſpecto etiã in iure communi conuẽtio concepta verbis, de quibus in inſtrumento, non poteſt non valere in vim contractus irreuocabilis: nam in materia pactorum, quæ de bonis viuentis fiunt, tres potiſſimum caſus conſiderari ſolent, quorum

Primus eſt, quando pactum fit per verba denotantia bonorum obuentionem, ſiue ſucceſſionem vniuerſalem, vt, cum dicitur, Promitto me facturum te hæredem, aut hæreditatem, vel bona mea ad te peruentura, Et tunc procedunt contraria, vt ſcilicet pactum non valeat
9 † *vt declarant glo.in d.l.vlt. in verb. paciſci, & ibi Bart.num.10. C.de pact. Alex.conſ.28.nu.8.vol.3. Dec.in d.l.pactum dotali.3.nu.3. C.de collat.& conſil 224.nu.5. Curt.Iun.d.conſ.13.num.3. verſ.aut vero,d.conſ.25.nu.7.& conſ.81.num.1. Pariſ.conſil.24.num.55.& conſ.26.num.29.vol.2. Soc. Iun. conſ.44.num.11.verſ.& non eſt dubium,& nu.15. vol.2.Purp.conſ.220.num.4.& conſ.402.num.83.*

Crau.conſ.139.nu.2.verſ.ſecus eſſet, Beret.cõſ.127. num.4. Gabr.conſ.137.num.16.vol.1.Boer.deciſio. 365.num.2.Oſaſ.d.deciſ.100.num.24. Mago.deciſ. Flor.102.num.1. Andr.Gail.d.lib.2. obſeru.126. num.7. Menoch.conſ.794.nu.4.& 7.& conſ.1028. num.3.& 4. Et in his terminis procedit communis illa traditio, quæ vult, huiuſmodi pactum inter liberos valere, ſed reuocabiliter, & in vim
10 vltimæ voluntatis, † *vti declarant Gabr. d.conſ. 137.num.13.vol.1.& Theſ.d.deciſ.225.num.9.*

Secundus verò caſus eſt, quando pactum fit per verba non denotantia bonorum obuentionem, ſed obligationem promittentis collatam poſt mortem, veluti, cũ dicitur, Promitto poſt mortem bona mea, aut tertiam partem meorum bonorum, Et tunc non dicitur pactum de ſucceſſione viuentis, ſed promiſſio bonorum, quæ valet in vim contractus, & irreuocabili-
11 ter, † *vt eſt doctr.Bart.in d.l.vlt.nu.11.C.de pact. & conſ.212.num.1.lib.1. Alex.d.conſil.28.num.8. vol.3. Dec.in d.l.pactum dotali.3.nu.3. C.de collat. Curt.Iun.d.conſ.15.num.3. verſic.vera igitur, & num.4. & d.conſil.25.num.7. & d.conſil.81.nu.1. Pariſ.d.conſ.24.nu.56. & d.conſ.26.nu.69.vol.2. Purp.conſ.402.nu.83.& conſil.538.nu.2.Crau.d. conſ.139.nu.2.verſ.ſed præmiſſis,Gabr.d.conſ.137. num.25.vol.1. Ancuar.lib.2.quæſt.fam.q.32.nu.3, Boer.d.deciſ.365.nu.2. Oſaſc.d.deciſ.100.num.24. & 25. Andr.Gail.d.lib.2.obſer.126.nu.2. verſ.Imo mutua, & num.6. Menoch.d.conſil.1.num.149.& d.conſil.794.num.3. d.conſil.1028.num.2.& conſ. 1126.num.8.& 9.*

Tertius caſus eſt, quando ex inſtrumẽti verbis apparet, contrahentes non ſenſiſſe de hæreditate, ſiue ſucceſſione vniuerſali, ſed de bonis, Et tunc quibuſcunque verbis concipiatur promiſſio, ſiue verba denotent bonorum obuentionem, ſiue promittentis obligationem poſt mortem collatam, ſemper valet promiſſio in vim contractus, & conſequenter irreuocabili-
12 ter. † *Ita in ſpecie declarant Pariſ.d.conſ.26.num. 83.vol.2. Gabr.d.conſ.137.nu.21.verſ.Quinta conclusio vol.1. Purp.d.conſ.402.num.83. & d.conſil. 538.num.2. Ancuar.d.q.fam.32.num.4. lib.4.* Et hoc procedit etiamſi ſit facta mentio hæreditatis, quia, cum in contractibus mens potius ſit
13 inſpicienda, quam verba † *l.vlt. C.quæ res pign. oblig.poſſ.* & mens contrahentium nõ ſit, vt ſentiant de ſucceſſione vniuerſali, debemus inter-
14 pretari, quaſi voluerint dicere bona, † *vt declarant Soc.Iun.d.conſ.143.num.23. vol.1. & Gabr. d.conſil.137.num.21.vol.1.* Et in his terminis nos verſamur, quia, licet contrahentes dixerint, *de ſuos beni, & heredità*, non tamen ſenſerunt de ſucceſſione vniuerſali, vt patet.

Primò ex illis verbis, *della contingente parte del reſtante de ſuos beni*; pondero enim illud verbum, *reſtante*, quod ſignificat id, quod ſupereſt facta detractione bonorum in primogenitura compræhenſorum; nam hoc denotat reſiduũ, quod eſt diuidendum inter D. Franciſcum, Hieronymum, & cæteros eius fratres non poſſe cenſeri hæreditatem, quoniam ex ea nulla
15 fit detractio † *l.cogi. 16. §. inde quæritur, ff. ad Treb.l.ſi quis ſeruum.8.§.vlt.ff.de legat.2.* Deinde eadem dictio, *Reſtante*, ſignificat reliqua bona eſſe eiuſdem generis, cuius ſunt & ea, quæ de-
16 trahuntur, † *vt in ſpecie declarat Pariſ.d.conſ.26. num.63.in fin. vol.2.* Vnde, cum bona, quæ detrahuntur, non poſſint vllo modo dici pars hæreditatis,

Digitized by Google

reditatis, ſcilicet, qa primogenitura fuit in cer-
tis rebus c nſtituta ſequitur, neque reſiduum
bonorum. quod ex pacto diuidendum eſt, poſ-
ſe ad hæreditatem referri, ſed potius ad bona
in hæreditate comprehenſa, quæ longe differũt
17 ab ipſa hæreditate † *l.1. §.quædam ff.de rer.diu.*
tit. Inſt.de reb.corp.

Secundò probatur hæc ipſa intentio ex illis
verbis, *Et, ſe la parte contingente de li detti beni,*
che ſono, & ſaranno fuori della detta primogenitu-
ra dedotto quello, che ſi deue dedurre, non aſcendeſſe
alla legitima. Pondero enim, & hic ea verba, *che*
ſono, & ſaranno fuori della detta primogenitura,
quæ manifeſtè ſignificant, loqui contrahentes
de rebus ipſis, & bonis, non de hæreditate, Ma-
ximè, cum dictum ſit, *dedotto quello, che ſi deue*
dedurre, ideſt, detracto ære alieno quæ verba ſi-
ne dubio ſunt referenda ad bona, quæ intelli-
18 guntur deducto ære alieno † *l. ſubſignatum, 39.*
§.bona, ff.de verb.ſignif.l.mulier bona, 73 ff.de iur.
dot. non ad hæreditatem, de qua nulla æris alie
ni deductio fieri debet, *vti ſupra dictum eſt*.

Neque obſtat, quod dictum ſit, *delli beni, &*
heredità, quæ geminatio videtur aliquid opera-
ri, quia reſpondeo, cum hæreditas hic non poſ-
ſit accipi pro vera hæreditate propter deductio
nem faciendam iuxta verba conuentionis, ne-
ceſſariò illa verba, *beni, & heredità*, eſſe ſimpli-
citer accipienda pro bonis, vt ſit geminatio no
minum, & ſynonimorum, quæ nihil in inſtru-
19 mentis operatur † *vt ſcribunt Bart.in l.ſi idem.7.*
C.de codici.l.Pariſ.conſ.110.nu.45.vol.1.

Tertiò confirmatur hoc ex eo, quia quoties
in inſtrumento adeſt clauſula, vt actus valeat
omni meliori modo, cenſentur contrahentes
agere de promiſſione bonorum non hæredita-
tis, & ſucceſſionis viuentis, quibuſcunque ver-
20 bis concepta ſit promiſſio, † *vt in ſpecie docent*
Soc.Iun.d.conſil.143.num.11.verſ.2.vol.1.& Ga-
br.d.conſ.137.num.23.& 28.volum.1. In caſu au
tem noſtro, quamuis non adſit hæc clauſula in
promiſſione, tamen adeſt clauſula, vt inſtrumẽ
tum debeat extendi ad dictamen ſapientis, quę
operatur, vt non ſolum poſſit ſapiens ſupplere
clauſulam illam, Omni meliori modo, ſed e-
tiam, vt poſsit concipere promiſsionem, verbis
aptis & clauſulis opportunis, quibus id, quod
21 actum eſt, reddatur firmum, & validum, *vt*
ſcribunt Bal.in l.cum quid.2.col.2. verſ. Item ex vi
conſuetudinis ff.ſi cert.pet. Iaſ.in l.ex ea parte. 121.
in princ.num.4.ff.de verb.obligat.Crau.conſil.612.
num.9.verſ.9.& verſ.10.Surd.conſi.318.num.18.
Itaque virtute huius clauſulæ poterit ſapiens
concipere hanc promiſsionem, quaſi fuerit fa-
22 cta de æquali, ſiue tertia parte bonorum, † *vt*
in his terminis declarat Soc.Iun.d.conſ.143.nume.
13.& 15.volum.1.

Ex quibus ſimul & comprobatum remanet
ius D. Franciſci Hyeronimi intendentis pro-
miſsionem, qua de agitur, vtpote validam non
poſſe reuocari, & ſublata fundamenta D. An-
nibalis, vt proinde breuitati ſtudens, & tempo-
ris anguſtiis conſtrictus non putarim ea ſigilla-
tim refellenda, ſed ſimpliciter omnia prædicta
ſubſcribenda, tamquam (meo iudicio) de iure
vera, ſaluo; &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Ill. D. Melchiore Cario
Nouarienſi.

CONSILIVM XXIII.

ARGVMENTVM.

An, & quandò valeat ſententia, licet non ſit
conformis libello, Et in quibus de-
beat eſſe conformis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello, & petitioni.*
2 *Iudex, ſi ei conſtet de iure actoris per confeſſionem rei, poteſt eum condemnare etiam ad id, quod non fuit in libello petitum.*
3 *Iudex ad euitandos circuitus poteſt pronuntiare ſuper meritis notoriè ex actis apparentibus, etiam de eo, quod non fuit petitum.*
4 *Confeſſio rei facit rem notoriam.*
5 *Clauſula, ius, & iuſtitiam miniſtrari, operatur, vt ſententia non conformis libello ſuſtineatur, & iudex poſſit pronuntiare ſuper non petitis ex actis tamen reſultantibus.*
6 *Clauſula, non tantum modo, quo ſupra, ſed omni meliori modo, & clauſula, non ſe adſtringendo, operantur, vt ſententia ſuper non petitis lata valeat.*
7 *Sententia lata ſuper profecutis, licet non petitis valet, quando partes ſuper exceptis, & replicatis fecerũt poſitiones, capitula, & probationes.*
8 *Sententia debet eſſe conformis libello, in re, & cauſa, & actione, non etiam in qualitate, modo, vel tempore.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRopoſita conſultatio non videtur ha
bere magnam dubitationem, quia, li-
cet actor in libello petierit reum con-
demnari ad ſtulam cæmentis, & lapi-
dibus reficiendam, & regula ſit, ſententiam de-
1 bere eſſe conformem libello, & petitioni † *l.*
vlt.C.de fideic.lib.l.vt fundus.18. ff.comm.diu.cap.
licet Hely extr.de ſimon. multa tamen ſunt, quæ
ſuadent valere ſententiam, licet iudex reum
condemnet ad ſtulam non cæmentis, ſed li-
gno reficiendam.

Primum enim, quando iudici conſtat ex a-
ctis de iure actoris per confeſsionem rei, poteſt
eum condemnare etiam ad id, quod non fuit
2 in libello petitum † *vt tradunt Felin. in d.cap.li-*
cet Hely, in 2.not.de ſimon. Affli.deciſ.372.nu.4.
& ſeqq. Marant.in 6.par. ſpecul. verſ. & demum
fertur ſententia par.3.num.62. Myns.in §.curare
num.10.Inſt.de actio. Nam ſuper meritis noto-
riè ex actis apparentibus poteſt iudex ad euitan
dos circuitus pronuntiare etiam de eo, quod
3 non fuit petitum † *vt ait Borgn.deciſ.19.num.20.*
par.1. & dubium non eſt, quin de hoc iure dica-
tur notoriè conſtare ex actis, cum de eo appa-
reat ex cõfeſsione rei, quæ rem facit notoriam
4 † *vt ſcribunt Bal.in l.properandum, 11.in prin.nu.*
10.C.de iudic. Affli.d.deciſ.372.nu.8. Pariſ.conſil.
99.nu.13.vol.3.Ceph.conſ.678.nu.35.

Secundò

Secũdò fuit in libello appoſita clauſula, *ius,*
& iuſtitiam miniſtrari, quæ operatur, vt ſentẽtia
difformis libello, quę aliàs eſſet nulla, ſuſtinea-
tur, & iudex poſsit ſuper iis, quæ ex actis reſul-
5 tant, licet non fuerint petita, pronuntiare, † *vt*
in ſpecie docent Alex. conſil. 38. num. 1. vol. 4. Felin.
in d. cap licet Hely, in 29. limit. Dec. in l. vinum, 22.
num. 22. ff. ſi cer. pet. Pariſ. in add. ad Bar. in l. vt
fundus, 16. ff. comm. diu. Roll. conſ. 41. nu. 26. vol. 3.
Ceph. conſ. 400. num. 1. Affl. decif. 95. num. 7. Gram-
mat. deciſ. 19. num. 16. Vin. deciſ. 315. num. 5. Rot.
Gen. deciſio. 109. num. 4. Morot conſil. 55. num. 9.
Quod multo magis dicendum eſt in hoc caſu,
in quo præcedens clauſula fulcitur, & adiuua-
tur aliis clauſulis ſubſequentibus, vt illa, *non*
tantum modo, quo ſupra, ſed omni meliori modo, &
potiſsimùm illa, *non ſe adſtringendo,* quæ ope-
rantur, vt actor videatur omne ius ſuum in iu-
dicium deduxiſſe, & valeat ſententia ſuper nõ
6 expreſsè petitis † *vt aiunt Ceph. d. conſ. 400. nu. 1.*
& Rot. Gen. d. deciſ. 109. num. 3. & 4.

Tertiò, quando partes ſuper exceptis, & re-
plicatis faciunt (vt in caſu noſtro) poſitiones,
capitula, & probationes, tunc valet ſententia
7 ſuper proſecutis, licet non fuerint petita † *vt*
ſcribunt Felyn. in d. cap. licet Hely, in 10. limit. Pa-
riſ. conſil. 45. num. 100. & conſil. 90. num. 20. & 21.
vol. 1. Roll. conſil. 41. num. 25. vol. 3. Afflict. d. deci-
ſio. 95. num. 8.

Quartò demum, quod dicitur, ſententiam
debere eſſe conformem libello, ſufficit, ſi in tri-
bus verificetur, nempe in re, cauſa, & actione.
Cœterum, ſi, vel in qualitate, vel in modo, vel
8 in tempore ſit difformis, nihilominus valet, † *vt*
docent Bal. in l. vlt. num. 6. C. de fid. lib. & in l. 1. nu.
6. C. ſi plur. vn. ſent. Iaſ. in §. curare num. 32. Inſt. de
actio. & ibi Mynſ. num. 8. Marc. deciſ. 13. nu. 2.
par. 1. In ſpecie autem propoſita difformitas il-
la reficiendi, aut cæmentis, aut ligno non per-
tinet haud dubiè ad cauſam in iudicium dedu
ctam, ſiue ad actionem, quæ cauſæ cohæret,
quia ſiue vno, ſiue alio modo reficiatur, neceſ-
ſitas illa reficiendi pendet ex eadem cauſa, nẽ-
pe ex diſpoſitione nouatum conſtitutionum,
quibus fiſtularum conſtructio, atque refectió
aquas ducturis indicitur, neque pertinet ad rem
petitam, quoniam petita fuit conſtructio, ſiue
refectio fiſtulæ, quæ eadem eſt, ſiue cæmentis
fiat, ſiue ligno, ſed potius pertinet ad qualita-
tem, ad ſaltem ad modum reficiendi: Ideoque
non debet hęc diuerſitas petitionis ſententiam
vitiare, Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pró D. Marco Antonio Brunello de loco Pomponiſci.

CONSILIVM XXIV.

ARGVMENTVM.

An is, qui contra ſuperioris præceptum receſsit
à loco, & ſtatim reuerſus eſt, teneatur
pœna in præcepto comminata,
vel alia arbitraria.

SVMMARIVM.

1 *Recedens à loco, & ſtatim rediens non tenetur pœ-*
na rupti præcepti
2 *Recedere non videtur, qui habet animum re-*
deundi.
3 *Vxor breui reuerſa non dicitur diuertiſſe.*
4 *Eſſe quis ibi dicitur, quo redeundi habet animum.*
5 *Redeundi animum habuiſſe cenſetur is, qui ſta-*
tim rediit.
6 *Recedendi animum habere non videtur, qui ſolet*
ire, & redire.
7 *Cauſa iuſta, vel ſaltem colorata excuſat à dolo.*
8 *Pœna locum non habet, niſi contrauenient ſit in*
dolo.
9 *Pœna non committitur ob latam culpam, ſi verba*
præcepti denotent verum dolum.
10 *Verbum, audeat, importat verum dolum.*
11 *Mulcta debet commenſurari cum exceſſu.*
12 *Pœnæ inſolitæ comminatio non ſuſtinetur.*
13 *Recedens & ſtatim rediens tenetur pœna arbi-*
traria.
14 *Cauſis in ciuilibus non eſt incohandum à præceptis*
executiuis, aut comminatoriis.
15 *Perſona non debet detineri in ciuilibus, niſi ex*
magna cauſa, & quæ dicantur iuſtæ cauſæ, ibi,
& num. 16.
17 *Communio parit diſcordias.*
18 *Præceptum inſolitum, & iniuſtum poteſt ſperni.*
19 *Præceptum inſolitum, & iniuſtum ſpernens non*
delinquit, nec incidit in pœnam.
20 *Principum præcepta debent eſſe iuſta.*
21 *Officiali dicenti ſe facere de mandato principis in*
inſolitis non creditur, niſi conſtet de mandato.
22 *Cauſa etiam iniuſta, & beſtialis, dummodo colo-*
rata excuſat à pœna.
23 *Finita cauſa finitur effectus.*
24 *Pœna recedentis contra præceptum ſuperioris fun*
datur in contemptu.
25 *Cauſa etiam putatiua excludit contemptum.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

EX proceſſu criminali formato contra D.
Marcum Antonium Brunellum duæ
potiſſimum naſcuntur dubitationes ex
cutiendæ, vna, an poſſit condemnari in
pœna 500. aureorum, quæ fuit ei comminata
in præcepto, Altera verò, an poſſit ſaltem con-
demnari in aliqua pœna leuiori, & mitiori ar-
bitrio iudicis æſtimanda.

Et primæ quidem dubitationis reſolutio nõ
eſt, meo iudicio, difficilis, quia cum D. Marcus
Antonius receſſerit ab arce animo reuertendi,
& ſtatim ſit reuerſus, non poteſt cenſeri incidiſ-
1 ſe in pœnam fracti præcepti, † *vt in ſpecie ſcri-*
bunt Bald. in l. 1. num. 15. verſic. & ideo, C. de ſeru.
fug. Roma. conſil. 193. num. 3. Marſil. in l. qui fal-
ſam, 19. num. 41. ff. ad l. Corn. de falſ. in l. is, qui cum
telo, 7. nume. 54. Gand. l. Corn. de ſica. & in rubr. ff. de
fideiuſſ. nu. 441. Alex. in in add. ad Bart. in l. 1. §.
expilatores in lit. A. ff. de effra. Boer. deciſ. 215. num.
17. & 18. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem,
Rip. in l. admonendi, 31. num. 169. ff. de iureiuran.
Clar. in § fin. q. 21. num. 28. vbi teſtatur hanc eſſe
communem, Menoc. de arbitr. iud. caſ. 301. num. 12
Maſcard. de probat. concluſ. 265. num. 21. & 22. &
Farin. in tract. crim. q. 30. num. 77. in fi. & nu. 149.
& 151. & nouiſſime Ricc. deciſ. 226. num. 3. part. 2.

vid

vbi refert ita fuiſſe decíſum. Nam recedere non
2 videtur, qui habet animum redeundi † *l. quis ſit fugitiuus, 17. ff. de ædil. edi. l. nihil intereſt, 25. ff. de capt. & poſ. l. reu.* & breui reuerſa vxor non dici-
3 tur diuertiſſe † *l. quicquid calore, 49. ff. de reg. iur. l. diuortium, 3. in fin. ff. de diuor. cap. vulgaris, §. diuortium de pen. diſt. 1.* & ibi quis eſſe dicitur, quò
4 redeundi habet animum † *vt not. Bar. in d. l. nihil intereſt, 25. ff. de capt. quem referunt, & ſequuntur Boer. d. deciſ. 215. num. 17. in fin. Maſcar. d. concluſ. 265. num. 23. & Rot. d. deciſ. 216. nu. 4. par. 2.* Habuiſſe autem eum animum redeundi non ſolùm ex eo præſumitur, quia ſtatim reuerſus
5 eſt, † *vt in ſpecie ſcribunt Bald. in d. l. 1. nu. 15. verſ. in contrarium, C. de ſeru. fug. Rip. in d. l. admonendi, 31. num. 169. ff. de iureiu. Maſcar. de prob. concl. 819. nu. 24. verſ. præterea, & Farin. d. q. 30. nu. 156* ſed etiam ex eo, quia ſæpius exibat, & redibat: nam ex tali eundi, & redeundi conſuetudine
6 colligitur animus non recedendi totaliter † *§. pauonum, Inſtit. de rer. diu. l. naturalem, 5. §. pauonum, ff. de acq. rer. dom.* Quod maximè dicẽdum eſt in caſu noſtro, conſiderata cauſa, propter quam D. Marcus Antonius detinebatur: nam, cum detineretur, non propter ſuſpicionem delicti, nec propter aliam cauſam ad fiſcum, ſeu principem pertinentem, ſed, quò facilius induceretur ad faciendam diuiſionem cum fratre, nullã habere poterat timoris cauſam, & ideo non eſt veriſimile, eum voluiſſe diſcedere animo fugiendi, cum fuga ſupponat timorem alicuius mali. Quo fit, vt tanquam recedens animo redeundi non debeat cenſeri in pœnam comminatam incidiſſe.

Secundò verò multo magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo (*vt latius oſtendemus in ſequenti dubitatione*) D. Marcus Antonius varias habuit recedendi cauſas, vel iuſtas, vel ſal-
7 tem coloratas, quæ eum à dolo excuſant † *l. Ligitur, 12. §. poteſt, ff. de lib. cauſ. gloſ. in l. plagij, 14. in verb. iuſta ducti, C. de plagia. Soc. Sen. conſ. 108. nu. 12. vol. 1. Dec. conſil. 565. num. 7. Ceph. conſ. 4. num. 40. Gabr. conſ. 169. num. 18. vol. 1. Bec. conſ. 60. nu. 16. vol. 1. Surd. conſil. 86. nu. 22.* & per conſequens etiam à pœna in præcepto comminata; quippe cui locus eſſe non poteſt, niſi contrauenies
8 ſit in dolo, † *vt ſcribunt Bart. in l. 1. §. non autem, num. 1. ff. ſi is, qui teſt. lib. Alex. conſil. 52. nu. 3. vol. 5 Crau. conſil. 319. num. 15. Burſa. conſil. 77. nume. 9. Bec. d. conſil. 60. nu. 17. vol. 1. Men. conſ. 82. nu. 106* adeo, vt lata culpa non ſufficiat, quando præceptum concipitur verbis denotantibus verum
9 dolum, † *vt ſcribunt Bart. in d. l. 1. §. non autem, num. 1. ff. ſi is, qui teſt. lib. eſſ. iuſſ. fue. & in tract. qui ſint rebeſſ. in verb. temerario, Felin. in cap. quoniam contra nu. 11. extr. de probat. & Alcia. in l. magna negligentia, 226. num. 9. ff. de verb. ſign.* prout eſt conceptum in caſu noſtro, cum dictum ſit, *ne ab ea recedere audeant*, quod verbum, audeant,
10 requirit verum dolum, † *vt ſcribunt Innocen. in cap. cum medicinalis, de ſent. excom. Bertat. conſil. 125. num. 7. verſ. & quia proclama; Burſat. conſ. 77. nu. 6. verſ. primo.*

Tertiò, vel eo magis hoc eſt dicendum, quo, licet ſine cauſa, & animo non redeundi receſſiſſet, non tamen (ſtante cauſa præcepti, quæ erat ciuilis, & merè priuata, tendenſque ad ſolã ipſorum fratrum vtilitatem), poſſet affici tam graui mulcta, qualis eſt 500. aureorum. Nam mulcta non debet eſſe immoderata, ſed debet
11 commenſurari eſſ exceſſu † *l. reſpiciendum, 11. ff. de pen. & ſcribunt Monta. in tract. de appell. lib. 1. cap. vlt. num. 92. & Bonacoſſ. in 3. par. comm. opi. in verb. mulctari quis ilico*, qui, quoniam in caſu noſtro conſiſtit in inobedientia non totali, ſed momentanea, cum D. Marcus Antonius fuerit obediens per 20. dies, & poſtea conſenſerit ire, & redire, non poteſt cenſeri ita grauis, vt mereatur pœnam illam 500. aureorum, quæ non poteſt non cenſeri magna, præcipuè in homine priuato, & in mediocri patrimonio conſtituto, & ideo tanquam inſolita non debet ſu-
12 ſtineri † *vt ſcribunt Iaſ. in l. vn. §. is videtur, nu. 3. ff. ſi quis iuſſ. non obt. & ibi Cagn. in prin. num. 21. Roll. conſil. 47. nu. 46. vol. 2. Bonacoſſ. in d. verb. mulctari quis ilico*, Et, quoniam ex iis, quæ dicemus in ſequenti dubitatione, res ponitur extra omnem difficultatem, cum ea, quæ excuſant à leuiori pœna, multò facilius excuſent à grauiori, ideo non putaui mihi diutius in hoc immorandum: Nec enim quemquam futurum arbitror, qui ſtatim audita facti ſpecie non ſit animaduerſurus, dubitationem non conſiſtere in pœna comminata, quæ ſine dubio tanquam exceſſiua non poteſt habere locum, ſed conſiſtere in eo, an ſaltem poſſit condemnari in aliqua mitiori, & leniori mulcta arbitrio iudicis æſtimanda. Quamobrem

Venio ad ſecundam dubitationem, in qua videretur primo aſpectu dicendum poſſe condemnari, quia, licet is, qui recedit animo redeũdi, & ſtatim reuertitur, euitet pœnam rupti præcepti, non tamen euitat aliam pœnam mitiorem, quæ ſolet irrogari propter contemptam ſuperioris authoritatem, & vt audacia delicto-
13 rum coerceatur, † *vt ſcribunt Caccial. de debit. ſu ſpe. & fugit. q. 1. num. 3. Boer. d. deciſ. 215. num. 19. vbi teſtatur ita ſe vidiſſe obſeruari, Menoc. de arbi. d. caſ. 301. nu. 13. Maſcar. d. concl. 265. num. 24. Farin. d. q. 30. nu. 77. in fi. & nu. 151.*

Verum in ſpecie noſtra diligenter omnibus perpenſis, puto de iure verius eſſe, D. Marcum Antonium non poſſe aliqua pœna etiam leniore mulctari.

Primò, quia negari non poteſt, quin præceptum ei factum de ſe conferendo in arcem, & ab ea nõ recedendo, niſi prius facta bonorum diuiſione cum fratre ſit inſolitum, cum in negotiis ciuilibus nulla præcedente cognitione cauſæ non ſoleat initium ſumi à præceptis, aut
14 executiuis, aut comminatoriis † *l. 1. & ibi Bart. num. 2. C. de exec. rei iud. Alex. in l. de pupillo, 5. §. meminiſſe, num. 4. verſ. ſi verò, ff. de oper. nou. nunt. Iaſ. in l. nequicquam, 9. §. vbi decretum nu. 5. & 9. ff. de off. proc. & leg. Oſaſ. deciſ. 86. num. 7.* maximè ab iis, quæ continent detentionem perſonæ, quippe, quæ fieri non ſolet, niſi magna præcedente cauſa, puta, quia debitor ſit ſuſpectus de
15 fuga † *vt ſcribunt Bart. in l. ait Prætor, 10. §. ſi debitorem, num. 5. ff. quæ in fraud. cred. Ang. in l. ſi ab arbitro, 10. §. 1. num. 2. ff. qui ſatiſd. cog. Alex. conſ. 19. num. 1. vol. 3. Dec. conſi. 75. num. 1. verſ. 3. Rol. conſil. 65. num. 8. vol. 3. Menoch. de arbitr. caſ. 87. in prin. Surd. deciſ. 207. num. 5.* vel ſubſit timor ſcandali, ſiue periculum, ne ad arma deueniatur,
16 † *vt ſcribunt Alex. in d. l. de pupillo, 5. §. meminiſſe, num. 4. ff. de op. nou. nunt. Iaſ. in d. l. nequicquam, 9. §. vbi decretum, nu. 7. verſ. 2. limita, ff. de off. proc. & leg. Ceph. conſil. 507. nu. 51.* quod non ſuberat in caſu noſtro, quia, licet inter hos fratres adeſ-

ſet

Digitized by Google

ſet communio, quæ ſui natura parit diſcordias 17 † *l. cum pater, 79. §. dulciſſimis, ff. de leg. 2.* non tamen ſuberat aliquod periculum ſcandali, cùm inter eos nulla vnquam eſſet nata rixa, etiam verbalis, ſed ſolę verſarentur mutuę pręrenſiones, quæ diuiſionem impediebant, ideoque nõ poterat ex abrupto deueniri ad tale præceptum. Quo ſtante ſequitur, id tamquam inſolitum, & 18 iniuſtum potuiſſe ſperni, † *l. 2. l. 3. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi exi. Iaſ. in d. l. vnl. §. is videtur, num. 3. ff. ſi quis ius d. non obt. Menoc. conſil. 5. num. 343. Surd. conſil. 40. num. 40.* & D. Marcum Antonium non cenſeri deliquiſſe, aut in pœnã in19 curriſſe, licet ei non obtemperauerit, *vt ſcribunt Iaſ. in d. §. is videtur, nu. 2. in fin. Surd. d. conſil. 40. num. 42. & deciſ. 7. num. 3.*

Et ſi dicatur, hoc procedere, ſi præceptũ fiat à Iudice, ſecus vero, ſi à Principe, aut de eius mandato, reſpondeo, præter id, quod etiã prin20 cipum præcepta debent eſſe iuſta † *l. ſi vindicari, 20. C. de pœn.* non conſtare etiam in caſu noſtro de mandato Illuſtriſſ. D. Iſabellæ Gonzagæ quia, licet in præcepto dixerit D. Prætor, ſe id feciſſe de mandato Dominæ, non tamen ei creditur in inſolitis, niſi conſtet de ipſo manda21 to in ſcriptis † *l. vn. vbi Dec. num. 7. C. de mand. prin. Menoc. conſil. 246. num. 77.*

Secundo verò dato citra veri præiudicium, quod tale præceptum fieri potuerit, adhuc tamen puto eum non poſſe condemnari in aliqua pœna, quia quælibet cauſa etiam iniuſta, & beſtialis, dummodo colorata excuſat à pœ22 na † *l. plagij, 14. C. ad l. Flau. de plagia. & ſcribunt Tiraq. de pœn. cauſ. 43. per tot. Oſaſc. deciſ. 71. nu. 17. Bec. conſil. 60. num. 16. Surd. conſil. 248. nu. 23. conſil. 270. num. 25. & conſil. 272. num. 17.* D. autem Marcus Antonius multas habuit cauſas recedendi: Primum enim ſciebat, cauſam finalem præcepti eſſe deciſionem controuerſiarũ, quæ vertebantur inter ipſos fratres ſuper diuiſione bonorum communium, & præceptum debuiſſe finiri, ſtatim atque deciſæ fuiſſent prædictæ controuerſiæ. Cum igitur tempore, quo primũ receſſit ab arce, iam eſſent verbali D. Delegati pronuntiatione deciſæ, ſi non omnes, ſaltem difficiliores, vt apparet ex ſcriptura producta in actis, credidit, quaſi ſublata cauſa detentionis, cenſeri quoque detentionem ipſam finitã, 23 cum finita cauſa finiatur effectus † *l. Titia Seio, 89. §. vſuras, ff. de leg. 2.* Et, licet ex forma præcepti non debuerit recedere, niſi factis diuiſionibus, quæ tamen re vera nondum erant factæ, ſufficit tamen eum credidiſſe, eas haberi pro factis, cum diuidendi difficultas conſiſteret ſolũ in prætenſionibus controuerſis: Nam, vt dictũ eſt, ad euitandam pœnam ſufficit etiam cauſa putatiua, & erronea. Secundo verò multo magis id credere potuit, quia videbat fratrem, qui ſuberat eidem præcepto, ire, & redire ſuperioribus non contradicentibus: Ideoque non debet cenſeri erraſſe, ſi credidit, id etiam ſibi licere, tamquam in pari cauſa conſtituto, imo potius ſibi, quam fratri, quia magis per fratrem, quam per ſe ſtabat, quo minus fierent diuiſiones.

Tertio, quod dicimus recedentem à loco aſſignato debere puniri aliqua pœna, licet ſtatim reuertatur, procedit, quando receſſit in contemptum ſuperioris. Cæterum, ſi ceſſet contemptus, verius eſt, nullam pœnam irrogari poſſe: Nam DD. omnes, qui de tali pœna loquuntur, ſe fundant in contemptu, & audacia detento24 rum † *vti videre apud Boer. d. deciſ. 215. num. 19. Maſcard. d. concl. 266. num. 24. Menoch. d. caſ. 301. num. 1. & Farin. d. q. 30. num. 7. & 151.* Itaque tacitè fatentur, ſe contrarium ſenſiſſe, ſi ceſſet contemptus. In caſu autem noſtro ceſſat omnis contemptus, quia D. Marcus Antonius nõ credebat, ſe offenſurum Illuſtriſſ. D. Iſabellam recedendo, vti conſtat ex depoſitionibus teſtium, & hanc ſuam credulitatem fundabat in cauſis ſupra allegatis, quæ dato etiam, quod eſſent iniuſtæ, & putatiuæ, excludunt tamen omnem contemptum, 25 † *vt ſcribunt gl. in d. l. vn. §. fin. in verb. hoc iudicium in fin. ff. ſi quis ius d. non obt. Decia. conſil. 14. num. 10. & ſeq. vol. 3. Farin. d. q. 30. nu. 173.* Non poteſt igitur ei propter ſimplicem receſſum aliqua pœna irrogari. Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Perill. D. Auditore Oddono Boſchi.

CONSILIVM XXV.

ARGVMENTVM.

An, & quando debeatur intereſſe alterius intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſio acceſſionis non datur.*
2 *Vſuræ vſurarum non debentur.*
3 *Fructus fructuum non debentur.*
4 *Vſuræ fructuum non debentur.*
5 *Vſuræ pœnarum non debentur.*
6 *Intereſſe alterius intereſſe debetur, Sed contra nu. 7.*
8 *Intereſſe, quando non petitur, vt acceſſio, ſed, vt ſors parit aliud intereſſe.*
9 *Vſuræ vſurarum debentur, ſi petantur, vt ſors.*
10 *Intereſſe calculatum, & poſitum in creditum eſt ſors.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Licet regula iuris ciuilis ſit, acceſſionem 1 acceſſionis non dari, † *vt ſcribunt gl. in l. neque eorum. 15. in verb. litem conteſtatam, & ibi Bald. in antiq. lect. ff. de vſur. Ruin. conſil. 55. num. 16. vol. 2. Ceph. conſ. 85. nu. 9. Rot. Gen. deciſio. 87. num. 9. Peregr. de iur. fiſ. lib. 6. tit. 7. nu. 32.* eaque ratione nec vſuræ vſurarum 2 debeantur † *l. vt. C. de vſur. rei iud. l. ſecundus creditor. 22. C. de pigno. l. improbum. 20. C. ex quibus cauſ. inf. irrog. l. ſi non ſortem. 26. in prin. ff. de cond. ind. deb.* 3 nec fructus fructuum † *l. videamus. 19. in prin. ff. de vſur. & ſcribunt Decia. conſil. 49. nu. 59. vol. 2. Ceph. d. conſil. 85. num. 7. Rot. Gen. d. deciſ. 87.* 4 *num. 9.* ſeu fructuum vſuræ † *d. l. neque eorum. 15. ff. de vſur.* quemadmodum nec vſuræ pœnarum 5 † *l. fin. ff. de magiſtr. con. l. 1. C. de fiſcal. vſur. lib. 10.* aliud tamen iuris eſſe videtur in intereſſe alterius intereſſe: nam hoc de iure videtur debitũ,

† vt

6 † *vt pluribus oſtendit Cagn. in l.vn. num.46. C.de ſent.quæ pro eo,quod int.prof. vbi refert ita ſæpius fuiſſe iudicatum, Et eum ſequitur Burſat.conſ.68. nu. 42. vbi teſtatur, ſe ita obtinuiſſe in Rota Mantuana,& Beret.conſil.25.num.5. Rot.Gen.decis.78 num.16. vbi pariter teſtatur ita fuiſſe deciſum, & nouiſſimè Menoch.conſil.1181.per tot.* Et, quamquam hæc opinio non careat dubitatione, imo in ſimplicibus terminis contraria videatur eſſe

7 receptior, † *ſicuti videre eſt apud Ruin.d.conſ.45. num.16. & ſeqq. & conſil.56.num.13.vol.2. Rot. Gen.d.decis.87.num.8. vbi refert ita fuiſſe deciſum, Borgn.decis.21.nu.30.par.1. Marot.conſ.65.nu.3. Pereg.de iur.fiſc.d.lib.6.tit.7.num.21.verſ.item interesse, & conſil.85.num.28.vol.3.* & eam paſſim ſequitur excell. Senatus, tamen in caſu noſtro puto id ſine dubio de iure deberi, quia, quando intereſſe non petitur, vt acceſſio, ſed vt ſors, &

8 principale, haud dubiè parit aliud intereſſe † *l. ſocium, qui in eo.61.in princ. ff. pro ſoc. & ſcribunt Ruin.d.conſil.55.num.18.& 20.& d.conſil.56.nu. 13.vol.2.Borgn.d.decis.21.num.30.par.1.& Rot. Gen.d.decis.78.nu.16.* Nam, &, ſi vſuræ, quæ ſunt odioſæ, non petantur, vt vſuræ, ſed, vt ſors, de-

9 bentur vſuræ vſurarum † *l.eademque, 10. §.ſi procurator, ff.mand. l.tutor,qui.8. §.ſi vſuras, & l.qui negotiationem, 9.§.1.ff.de adm.tuto. Ruin.d.conſil.55.nu.18.vol.2.* In hoc autem caſu, quoniam intereſſe fuit calculatum, & per ſententiam liquidatum, ac poſitum in creditum, imo pro eo fuit D. Maria miſſæ in poſſeſſionem, iam nō po-

10 teſt amplius dici intereſſe, ſed ſors, † *vt ſcribit Borgn.d.decis.21. num.30.part.1.* Debet igitur, tāquam principale parere aliud intereſſe, maximè, cum non ſolum D. Maria fuerit in poſſeſſionem miſſa, ſed etiam ceſſionarij poſt eius mortem.

Et quamuis hæres D. Mariæ poſtea reſtituerit debitricibus bona, in quorum poſſeſſionem miſſio facta fuerat, non tamen pecunia, quæ ſemel facta eſt ſors, potuit iterum fieri acceſſio, præcipuè ex facto heredis cedentis, qui non potuit præiudicare ceſſionarijs, quibus erat ius quæſitum.

Denique hæres non ſimpliciter reſtituit bona debitricibus, ſed cum obligatione ſatisfaciendi ceſſionariis de eo, quod prætendere poſſunt virtute ceſſionis, & donationis. Itaque nō extinguit hæc remiſſio ius ceſſionariorum, ſed id confirmat, & auget. Et ita breuiter iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Perill. D. Senatore Paulo Puteo Nicienſi.

CONSILIVM XXVI.

ARGVMENTVM.

An ſubſtituto ſuperuiuente, & ſuis intelligantur ſui vulgariter tantum, an verò etiam per fideicommiſſum patri ſuo ſubſtituti, & An filij in conditione poſiti, cenſeantur ex coniecturis vocati, ſi expreſſim per vulgarem ſubſtituti ſint.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitui ſibi per fideicommiſſum nemo poteſt.*

2 *Filij cum patre copulatiuè ſubſtituti, licet intelligantur ſubſtituti ordine ſucceſſiuo, intelliguntur tamen ſubſtituti in eadem portione, in qua pater fuit ſubſtitutus.*

3 *Filij in conditione poſiti quando cenſentur vocati, intelliguntur vocati ad portionem patris, non ad portionem paterni.*

4 *Subſtitutus ſubſtituto ad vtramque partem vocatur.*

5 *Suorum appellatione continentur omnes deſcendentes in vltimis voluntatibus, Declara, vt num. 14.*

6 *Deſcendentes Titij cum eo vocati cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo.*

7 *Collectiuo nomine vocati intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo.*

8 *Deſcendentes, aut liberi vocati intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, non ſolum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam, Sed contra nu.20. & 24.*

9 *Collectiuo nomine ſi plures vocentur, intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo etiam per fideicommiſſariam, Sed contra nu.20. & 24.*

10 *Collectiua nomina vi ſua ſine aliquo adminiculo tractu habent temporis ſucceſſiuum, Sed contra nu. 21. & 22.*

11 *Clauſula codicillaris operatur, vt plures collectiuè vocati intelligantur vocati ordine ſucceſſiuo, etiam per fideicommiſſariam, Sed contra num.40.*

12 *Subſtituto Titio, & ſuis, intelliguntur ſui vocati ordine ſucceſſiuo.*

13 *Subſtituto Titio, & ſuis, vocati cenſentur ſui ordine ſucceſſiuo etiam per fideicommiſſariam, Sed contra nu.26.*

14 *Suorum nomen eſt ambiguum.*

15 *Verborum ambiguorum interpretatio vnde deducenda.*

16 *Verborum ambiguorum interpretatio plerumque à regionis vſu, & conſuetudine deducitur.*

17 *Ordo ſucceſſiuus intelligitur ſolùm per vulgarem, quoties diſpoſitio eſt facta per nomē appellatiuū, vt eſt nomen filiorum.*

18 *Vocatio filiorum intelligitur coniunctim non ordine ſucceſſiuo, cum pater extra cauſam neceſſitatis vocat Titium, & eius filios, Declara, vt nume.19.*

23 *Temporis tractus, quem denotat nomen collectiuū intelligitur actiuè, non paſſiuè.*

25 *Collectiuè vocati cenſentur vocati ſucceſſiuè per fideicommiſſum, ſi vocatio ſit facta per copulam, ſecus ſi principaliter, Sed contra nu.26. & ſeqq.*

29 *Vocato Titio, aut deſcendentibus, cenſentur hi vulgariter tantum Titio ſubſtituti.*

30 *In alternatiuis ſufficit diſpoſitionem in vna tantum parte verificari.*

31 *Copulatiua reſoluitur in diſiunctam, quando vocatio propter ordinem charitatis, & affectionis cenſetur facta ordine ſucceſſiuo.*

32 *Collectiuè vocati quibus caſibus intelligantur vocati ordine ſucceſſiuo etiam per fideicommiſſariam, & num.33.*

34 *Participium futuri temporis facit conditionem.*

35 *Participium ſuperuiuentes, ſeu ſuperſtites, reſoluitur in conditionem, ſi ſuperuixerint.*

36 *Diſiunctiuæ natura eſt, vt, quæ vnius poſitionem inducunt, alterius excluſionem operentur.*

37 *Vocato ſuperuiuente, & ſuis, cenſentur ſui vocati, ſi ille.*

Digitized by Google

ſi illi non ſuperuixerit.

38 *Deſcendentes vocati non extante Titio, aut eo præmoriente, cenſentur vocati per vulgarem, non etiam per fideicommiſſariam.*

39 *Verba hæc, In ſtirpes, & non in capita, denotant caſum vulgaris, non fideicommiſſariæ ſubſtitutionis.*

40 *Clauſula codicillaris non operatur fideicommiſſũ, quoties diſpoſitio teſtatoris ſonat in vulgarem.*

41 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi ſint deſcendantes teſtatoris, Sed contra num. 56.*

42 *Filij in conditione poſiti, cenſentur vocati, ſi teſtator eos expreſſe grauauerit, Sed contra num. 58. Declara, vt num. 59.*

43 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator vocauit etiam filios ſubſtitutorum, Sed contra num. 61.*

44 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, quoties teſtator progreſſus eſt ad multos gradus ſubſtitutionum, maxime concurrentibus alijs coniecturis Sed contra nu. 62. Declara tamen, vt ibi.*

45 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator alterutri morienti ſine filijs ſubſtituit ſuperuiuentem, & filios, Sed contra nu. 62. in fi.*

46 *Filij poſiti in conditione, vt cenſeantur vocati debent ſubeſſe coniecturæ graues, & vehementes, ac neceſſario concludentes.*

47 *Coniecturæ leuiores ſufficiunt in deſcendentibus.*

48 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati ſecundum quoſdam.*

49 *Filij poſiti in conditione non cenſentur ex coniecturis vocati, cum teſtator eos expreſſim vocauit etiam in caſum vulgarem.*

50 *Clauſula in fine poſita debet ad omnes præcedentes referri, cum probabilis nõ poteſt afferri ratio, cur potius ad vnam, quam ad aliam debeat referri.*

51 *Fideicommiſſum cenſetur repetitum in filijs poſitis in conditione, quoties cenſentur vocati.*

52 *Repetitio intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.*

53 *Subſtitutio reciproca facta inter inſtitutos cenſetur repetita in eorum filijs, ſi cenſentur vocati.*

54 *Fideicommiſſum non extare in dubio pronuntiandum eſt.*

55 *Agenti ex cauſa fideicommiſſi ſufficit dicere, de hoc caſu non loquitur ſubſtitutio.*

57 *Deſcendentes facilius cenſentur vocati ad fideicommiſſum, quam extranei concurrentibus alijs coniecturis.*

60 *Subſtitutionis primo gradu corruente, corruunt & omnes ſequentes, qui ab illo dependent.*

FACTI SPECIES.

DOm. Honoratus Claretus Nicienſis condidit anno 1580. teſtamentum, in quo ſibi hæredes vniuerſales inſtituit DD. Petrum, & Io. Petrum filios ſuos legitimos, & naturales, quos inuicem ſubſtituit his verbis, *Et morendo vno d'eſſi heredi ſenza figliuolanza legitima, & naturale, e di ſuo corpo procreata ſubſtituiſce a tal moriente l'altro ſoprauiuente, & li ſuoi.*

Deinde adiecit, *Et morendo così tutti doi eſſi heredi ſubſtituiſce a tali ſuoi heredi le ſopradette Catarinetta, & Deuota ſue figliuole, & li ſuoi, in ſtirpe, & non in capita. E perche eſſo Pietro ſi troua vno figliuolo chiamato Franceſco, vuole, che in caſo eſſo Pietro premoriſca à detto teſtatore, che s'intenda detto Franceſco chiamato in detta inſtitutione in luogo di eſſo Pietro, & li altri naſcituri, Alli quali Franceſco, & naſcituri di eſſo Pietro morendo in pupillar età, o altrimente ſenza diſpoſitione teſtamentaria, vuole ſucceda detto Gio. Pietro, & in difetto d'eſſo le ſopraviuenti ſue figliuole, & li ſuoi in ſtirpe, & non in capita, & ne s'intenda premorendo eſſo Pietro, come ſopra, o non.*

Poſt mortem teſtatoris deceſſit D. Io. Petrus ſine liberis, mox deceſsit D. Petrus relictis filijs, qui intendunt ſe ad bona teſtatoris vocatos iure fideicommiſsi, contra verò creditores D. Petri opponunt, nullum extare fideicommiſſum, per quod D. Petrus cenſeri poſsit grauatus filijs ſuis reſtituere, Vnde quæritur, quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRopoſita conſultatio, licet vnicam primo aſpectu videatur dubitationem cõtinere, num ſcilicet ex verbis, quæ retulimus, inductum ſit aliquod fideicommiſſum, per quod cenſeri poſsit D. Petrus grauatus hæreditatem filijs ſuis reſtituere, re vera tamen diuiditur in duas, quia duplici prætextu poſſunt intendere prædicti filij, ſe vocatos ad fideicommiſſum, vel virtute illorum verborũ, *Subſtituiſce à tal moriente l'altro ſopravivente, & li ſuoi*, quaſi per illa cenſeantur ſui vocati ordine ſucceſsiuo, non tãtum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam, vel quia fuerunt poſiti in conditione, & hoc modo tacitè vocati ſtantibus coniecturis, quæ in propoſita ſpecie videntur poſſe conſiderari. Et, licet vtroque modo ſupponant, patrem ſuum fuiſſe grauatum ſibi hæreditatem reſtituere, magna tamen eſt inter huiuſmodi modos, ſeu cauſas agendi differentia: Nam primo modo non concludunt ſibi debere reſtitui, niſi partem patrui ſui, quia ſubſtitutio ſuperuiuentis, & ſuorum debet intelligi facta in portione illius, cui ſubſtituitur, non verò in portione propria ipſius ſuperuiuentis, cum nemo ſibi ipſi per fideicommiſſum ſubſti-
1 tui poſſit † *l. cum filiof. 11. ff. de leg. 1.* Ideoque, licet ex ea reſultaret alia ſubſtitutio inter ipſum ſuperuiuentem, & ſuos (dato, quod intelligerẽtur vocati ordine ſucceſsiuo non tantum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam, ſecundum intentionem aduerſariorum, intelligerentur tamẽ reſultare reſpectu eiuſdem portionis, ad quam ſuperuiuens fuit ex ſubſtitutio-
2 ne vocatus, non verò reſpectu alterius, † *vt in ſpecie declarat Ruin. conſil. 102. num. 10. verſic. nec ex eo, & num. 15. verſic. Non obſtat vol. 2.* At verò ſecundo modo concludunt principaliter ſibi debere reſtitui partem patris ſui, quia filij in cõditione poſiti, quando cenſentur ex coniecturis vocati, intelliguntur vocati ad portionem patris ſui, cuius reſpectu fuerunt poſiti in con-
3 ditione, non verò ad portionem patrui, † *vt ſcribunt Pariſ. conſil. 18. num. 61. vol. 2. Ruin. conſil. 144. num. 8. conſil. 131. num. 7. vol. 2. & conſil. 142. num. 5. vol. 3. Alcia. conſil. 147. nu. 2. lib. 9. Nat. conſil. 551. num. 7. Gab. conſil. 2. num. 6. 10. & 13. vol. 2. Beroi. conſil. 74. num. 27. Theſ. deciſ. 248. nu. 16. Pereg. de fid. art. 28. nu. 19. & conſil. 36. nu. 19. vol. 3. Menoc. de praeſ. lib. 4. praeſ. 76. num. 86. Viu. dec. 393 num. 1. vbi ait eſſe opinionem indubitatam.* Et, licet in propoſita ſpecie, qua fratres inuicem fuerũt ſubſtituti, poſita vocatione aliud eſſet dicendum, cum ſubſtitutus ſubſtituto ad vtraq; partem

rem vocetur † *l. ſi Titius 27. Lobeardi 41. in prin. ff. de vulg. §. ſed ſi inſtituto inſt. eod. & in his terminis ſcribunt Pariſ. conſil. 66. nu. 75. vol. 3. Gab. conſil. 115. num. 13. vol. 1. Pereg. d. art. 28. nu. 25.* hoc tamen ideo contingeret, quia pars patrui propter ſubſtitutionem cenſeretur etiam pars patris. Quamobrem duæ ſunt excutiendæ dubitationes, vna numquid per illa verba, *ſubſtituiſco l'altro ſopraniuente, & li ſuoi*, cenſeantur filij ſuperuiuentis per fideicommiſſum patri ſuo ſubſtituti. Altera verò, an filij D. Petri in conditione poſiti cenſeantur ex coniecturis vocati.

Et in prima quidem dubitatione videretur primo aſpectu affirmatiuè reſpondendum, quia teſtator ſubſtituendo ſuperuiuentem, & ſuos perinde eſt accipiendus, ac ſi dixiſſet, ſubſtituo ſuperuiuentem, & eius deſcendentes, cum in vltimis voluntatibus appellatione ſuorum deſcendentes continentur, & in hoc omnes conſentiunt, tametſi reſpectu aliorum res ſit cō-
5 trouerſa, † *vt videre eſt apud Dec. mihi conſ. 216. num. 18. verſ. & hoc idem confirmatur, conſil. 227. num. 1. verſ. nam licet, & conſil. 252. nu. 3. verſ. nam licet, Crau. conſil. 22. num. 1. Oſaſ. conſ. 22. num. 12. Anthar. lib. 3. quaeſt. fam. q. 20. num. 6. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 14. num. 19. Pereg. de fideic. art. 17. num. 36. verſic. ſed contra, & art. 19. numer. 16. verſic. huius, Menoc. de praeſ. lib. 4. praeſ. 70. num. 26. & praeſ. 71. num. 28.* Atqui, ſi ita dixiſſet, cenſeretur vocaſſe deſcendentes ordine ſucceſ-
6 ſiuo, † *vt ſcribunt Soc. Sen. conſ. 113. nu. 1. in fi. & 2 ſeqq. vol. 1. Ruin. conſ. 92. nu. 1. & conſ. 100. nu. 1. & 3. vol. 2. Dec. conſ. 204. nu. 2. verſ. 2. ratione, & conſ. 247. nu. 2. Pariſ. conſ. 4. nu. 3. in fi. vol. 3. Curt. Iun. conſ. 22. nu. 12. & conſ. 128. nu. 2. Soc. Iun. conſ. 136 nu. 16. vol. 3. Nat. conſ. 531. nu. 24. & 25. Crau. d. conſ. 22. nu. 2. Menoc. d. lib. 4. praeſ. 70. nu. 24.* vt euenit in omnibus caſibus, in quibus diſpoſitio fit per nomen collectiuum plurium perſonarum,
7 & graduum † *l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo l. peto. 71. §. fratre ff. de leg. 2. l. fin. C. de verb. ſign. & ſcribunt Io. Bap. à S. Seuer. inter conſ. Alex. conſil. 14. num. 10. verſ. 2. concluſio. vol. 4. Soc. Sen. d. conſ. 113. nu. 1. vol. 1. Dec. d. conſ. 204. nu. 3. d. conſ. 252. nu. 4. verſ. ſed illud, & conſ. 584. nu. 6. Alcia. in l. Gallus 29 §. quidam recte num. 55. ff. de lib. & poſth. Crau. conſil. 131. num. 2. Cepo. conſ. 326. num. 26. & conſ. 535 num. 51.* Et ille ordo ſucceſſiuus intelligeretur non ſolum per vulgarem, ſed etiam per fidei-
8 commiſſariam, † *vt in terminis ſubſtitutionis factae de Titio, & liberis ſeu deſcendentibus ſcripſerūt Soc. Sen. in d. l. Gallus 29. §. quidam recte num. 9. & ibi Ale. num. 53. & 62. Soc. Iun. d. conſil. 136. nu. 18. & ſeqq. vol. 3. Crau. d. conſil. 22. num. 6. & 9. & conſil. 131. num. 10. Nat. d. conſil. 531. nu. 25. & ſeqq. Pereg. d. art. 18. num. 21. vbi teſtatur, hanc Soc. concluſionem, licet habeat contradictores, eſſe tamen communiter receptam, & art. 19. num. 16. verſic. huius*, vt generaliter obſeruatur in omnibus ſubſtitutionibus, quæ fiunt per nomen collectiuum
9 † *ſecundum Soc. Sen. d. conſil. 113. num. 7. verſic. ſed ad omnia vol. 1. Crau. d. conſil. 22. num. 4. & d. conſil. 131. num. 10. Decia. conſil. 41. nume. 68. & ſeqq. vol. 1. Pereg. late d. art. 19. num. 9. verſic. iſtis, & numer. ſeqq.* cum tales ſubſtitutiones ex ſola vi nominis collectiui cenſeantur habere tractum temporis ſucceſſiuum, etiamſi non adſint alia ver-
10 ba, † *vt ſcribunt Socin. Iun. d. conſil. 136. nume. 28. verſic. ſupereſt vol. 3. Pereg. d. ar. 18. num. 21.* ideoque in iis debeat ordo ſucceſſiuus intelligi etiā per fideicommiſſum, maximè appoſita clauſula codicillari quo caſu res videtur indubitata;
11 † *ſecundum Crau. d. conſil. 22. num. 8. Pereg. d. art. 18. num. 21. in fin. Menoc. d. lib. 4. praeſ. 71. num. 36.* Idem igitur dicendum videtur in ſpecie noſtra qua teſtator vocauit ſuperſtitem, & ſuos. Et ita in terminis ſubſtitutionis factæ de Titio, & ſuis vt per illam cenſeantur ſui vocati ordine ſuc-
12 ceſſiuo † *cenſuerunt Crau. d. conſil. 22. num. 2. & Menoc. d. lib. 4. praeſ. 70. num. 26.* & ordo ſucceſſiuus intelligatur non tantum per vulgarem, ſed
13 etiam per fideicommiſſariam † *cenſuit idem Crauet. d. conſil. 22. num. 3. verſic. ſed praemiſſis, & num. ſeqq. vbi multis argumentis hanc ſententiam confirmat*, vt proinde res videatur extra omnem dubitationem poſita.

Prædictis tamen non obſtantibus contrarium in propoſita ſpecie puto de iure verius, non cenſeri ſcilicet filios Domini Petri ſubſtitutos patri ſuo per fideicommiſſum, ſed tantum vulgariter, & illa verba ita eſſe intelligenda, vt per ea cenſeatur teſtator Dom. Ioan. Petro ſine filiis morienti ſubſtituiſſe Dominum Petrum, ſi fuerit ſuperſtes, aut eo præmortuo eius filios, quod ſi non fuerit præmortuus, ſed ſuperuixerit, & agnouerit fideicommiſſum, non cenſeatur eum grauaſſe filiis ſuis reſtituere. Moueor autem.

Primo, quia illa verba, *& li ſuoi*, ſunt ambigua, nec habent certam, & determinatam ſi-
14 gnificationem, ſed variam, † ſecundum varietatem circumſtantiarum, quæ neceſſariò debent conſiderari: Nam cum dictio, ſuus tanquam adiectiua nullam per ſe vim habeat, niſi quatenus refertur ad aliquam ſubſtantiam, puta rem, vel perſonam, & perſona, ad quam poteſt referri, ſit varia: vel enim eſt hæres, vel filius, vel nepos, aut alius deſcendens, vel agnatus, vel cognatus, qui omnes vulgari modo poſſunt dici ſui, ideo cum ſimpliciter profertur, inſpecta vi verbi non poſſumus determinatè dicere, loquentes ſenſiſſe de filiis, aut omnibus deſcendentibus, aut etiam agnatis, vel cognatis, ſed neceſſariò debemus recurrere ad eas circumſtantias, ex quibus verborum ambiguorum interpretatio deduci ſolet. Itaque, vel à præcedentibus verbis, vel à ſequentibus, vel à ſubiecta materia, vel à communi vſu loquendi, aut diſponentium, aut regionis colligere debemus,
15 de quo ſenſerint loquentes † *l. ſi ſeruus plurium 53. §. vlt. ff. de legat. 1. l. non aliter 67. §. 1. l. nummis, 73. ff. de legat. 3.* Et, licet ſecundum communem vſum loquendi Italorum frequentius ad omnes deſcendentes referatur, maximè in materia vltimarum voluntatum; *vt ſcribunt ij quos retulimus ſupra num. 5.* tamen ſi conſtare poſſit in illa regione, in qua teſtamentum factum eſt, vel latius accipi, vel ſtrictius, erit huius ſpecialis vſus loquendi potius, quam generalis totius Italiæ habenda ratio, quia generi per ſpeciem in toto iure derogatur *l. in toto iure 81. ff. de regul. iur.* & ambiguus ſermo non à prouinciæ, ſed à regionis vſu, & conſuetudine recipit
16 interpretationem *l. ſemper in ſtipulationibus 35. ff. de regul. iur. d. l. ſi ſeruus plurium. 53. §. vltim. ff. de legat. 1. d. l. nummis 73. ff. de leg. 3. l. cum de Lanionis 18. §. aſinam verſic. optimum ff. de fund. inſtr.* Atqui in caſu noſtro ſecundum communem vſum loquendi notariorum Nicienſium illa verba, *& li ſuoi*, non ſignificant omnes deſcendentes,

Digitized by Google

dentes, ſed ſolos filios, quia notarij Nicienſes paſſim in teſtamentis apponunt illa verba loco illorum, *& ſuoi figliuoli*, quæ a cœteris adiiciuntur, vt in facto ſupponitur. Debet igitur ſubſtitutio illis verbis facta perinde accipi, atque ſi teſtator dixiſſet, ſubſtituto ſuperuiuentem, & eius filios, quo poſito res caret dubio, quia indubitata eſt omnium concluſio, ordinem ſucceſſiuum intelligi ſolùm per vulgarem, cum diſpoſitio facta eſt per nomen appellatiuũ, qua-
17 le eſt nomen filiorum, † *vti videre eſt apud Alexan. conſ. 13. nu. 7. & 9. vol. 4. Soc. Sen. d. conſil. 113. num. 7. verſ. ſed ad omnia vol. 1. Dec. conſ. 290. nu. 2 verſ. & idem dicit, Ruin. conſ. 78. num. 5. conſil. 96. num. 4. verſ. quinimo, & conſ. 102. num. 8. vol. 2. & conſ. 164. num. 2. vol. 3. Soc. Iun. conſ. 100. num. 34. vol. 3. Crau. d. conſ. 22. nu. 4. verſ. & ſi dicatur, Menoch. conſil. 85. numer. 79. & d. lib. 4. præſumptio. 71. nume. 8.*

Et ſi dixeris hoc poſito, ſequi filios non cenſeri vocatos ordine ſucceſſiuo, ſed ſimul cũ patre, & ſic in dimidiam, non obſtante, quod ſint deſcendentes teſtatoris, eum in ſubſtitutione facta patruo ceſſet cauſa neceſſitatis, propter quam aliàs dicimus, cenſeri eos vocatos ordi-
18 ne ſucceſſiuo, † *vt in ſpecie conſiderant Dec. conſ. 235. nu. 3. Crau. d. conſ. 22. num. 5. verſ. ex alio. Menoch. d. lib. 4. præſum. 70. num. 14. & 15. verſ. ex hoc itaque.* Reſpondeo imò cenſeri vocatos ordine ſucceſſiuo, quia, licet verum ſit, hic ceſſare cauſam neceſſitatis, & ſolam cõſiderari rationem affectionis, tamen, quia teſtator ſimpliciter dicẽdo, *& li ſuoi*, nec ſe reſtringendo ad filios iam natos, cenſetur vocaſſe etiam naſcituros, non poteſt eius affectio cenſeri æqualis, ſed potius regulata, & ordinata, ideoque debent filij cenſeri vocati ordine ſucceſſiuo, non verò coniun-
19 ctim, † *vt in terminis declarant Io. Bapt. a S. Seuer. inter d. conſ. Alex. conſ. 14. nu. 10. verſ. 4. concl. vol. 4. Hier. Torn. in d. §. quidam recte nu. 21. verſic. videtur etiam, Soc. Iun. conſ 40. num. 2. vol. 4. vbi teſtatur, hanc eſſe communem, ſequitur Men. d. lib. 4. præſum. 70. nu. 21.*

Secundò verò dato etiam citra veri præiudicium, quod illa verba ſint accipienda pro deſcendentibus, adhuc tamen puto verius, cẽſeri deſcendentes vocatos ordine ſucceſſiuo, non per fideicommiſſariam, ſed tantùm per vulgarem, quia, cum quærimus, an ordo ſucceſſiuus intelligatur per vulgarem, an verò etiam per fideicommiſſariam, communiter diſtinguitur, aut diſpoſitiò habet tractum temporis in futurum, & intelligitur etiam per fideicommiſſariam, aut talem tractum non habet, & intelli-
20 gitur ſolum per vulgarem. † *Ita diſtinguunt omnes, quos referemus infra nu. 24.* Sed, quando ſubſtitutio, ſeu vocatio fit ſimpliciter per nomen collectiuum, puta per nomẽ liberorum, vel deſcendentium, vel aliud ſimile, licet eiùs appellatione contineantur perſonæ multorum graduum, non tamen diſpoſitio cenſetur habere tractum temporis in futurum, niſi adſint alia
21 verba talem tractum denotantia, † *vt explicitè declarant Menoch. d. conſil. 8. num. 60. conſil. 274. num. 31. conſil. 327. num. 35. & conſil. 376. num. 11. verſic. & ibidem, & Surd. conſil. 315. nume. 14. verſicu. quod autem, & eſt de mente illorum omnium, quos referemus infra numer. 24. dum aiunt diſpoſitionem factam per nomen collectiuum, non continere fideicommiſſum ſucceſſiuum, niſi adſint aliqua verba denotantia tractum temporis in futurum: ſignificant enim ſolum nomen collectiuum per ſe non denotare talem temporis tractum, quod etiam ratione probatur:* nam tractum temporis in futurum non æſtimamus ex eo, quod diſpoſitio poſſit differri in longum tempus ante, quam habeat locum, & interim poſſint aliqui ex vocatis decedere, & alij in eorum locum ſubintrare, quia hoc modo omnis diſpoſitio conditionalis, ad quam plures etiam per nomen appellatiuum vocantur ordine ſucceſsiuo, intelligeretur habere tractum temporis in futurum, & conſequenter eſſet fideicommiſſaria, cum interim poſsint ex nominatis aliqui decedere, & alij in eorum locum ſuccedere, & tamen in eo caſu ſecũdum receptiſsimam omnium opinionem ordo ſucceſsiuus intelligitur per vulgarem, nõ etiam per fideicommiſſariam, *vt demonſtrauimus ſupra numer. 17.* ſed tractum temporis æſtimamus ex eò, quod diſpoſitio teſtatoris ſecundum vim verborum non debet eſſe momentanea, ſed ſucceſsiua, ideſt non ſufficit eam ſemel habere effectum, ita vt aliquo ſemel admiſſo cenſeatur poſtea finita, ſed debet ille effectus perſeuerare, ita vt, etiãſi vnus ſit admiſſus, adhuc tamen cenſeatur grauatus ſequentibus reſtituere, & ſic tractus non ſolum actiuè conſideratur, ſed etiam paſsiuè, vt euenit cum teſtator vtitur verbis denotantibus tranſitum, aut perpetuitatem, ſeu conſeruationem bonorum in aliquo genere perſonarum, cuiuſmodi ſunt illa, de gradu in gradum, aut perpetuò aut quia volo conſeruari, & ſimilia, quæ verificari non poſſunt in momentaneo vocationis effectu, ſed ad ſui verificationem requirunt multorum vocationem ſucceſsiuam, per quam v-
22 nus alteri cenſeatur grauatus reſtituere. † *Ita explicant ijdem omnes, quos referemus infra nume. 24.* At quoties diſpoſitio facta eſt per ſimplex nomen collectiuum, puta per nomen liberorum, aut deſcendentium, licet per eam cenſeantur vocatæ perſonæ multorum graduum, non tamen dici poteſt habere prædictum tractum temporis in futurum, quia tractus, quem denotat nomen collectiuum, intelligitur actiuè non paſsiuè: nam deſcendentes cenſentur omnes vocati in eum caſum, quem teſtator expreſsit, puta in caſum, quo inſtitutus moriatur ſine filijs, ita vt ſi tunc temporis ſit ſuperſtes filius, is debeat admitti, tamquam proximior cœteris excluſis, ſi verò ſit præmortuus, debeat admitti nepos, aut eo non extante pronepos, & ſic deinceps, ſed, vbi vnus ex iis fuit admiſſus, non cenſetur grauatus alijs reſtituere, quia tractus temporis, quem denotat nomen collectiuum, conſiſtit in vocatione, non in grauamine, & ſic in-
23 telligitur actiuè, non paſsiuè, † *vt declarant Socin. Sen. conſil. 104. num. 2. verſic. capio nunc vol. 3. Socin. Iun. conſil. 81. num. 11. verſic. nec obſtat, & num. 12. volum. 3. Menoch. d. lib. 4. præſumptio. 71. nume. 28. Surd. d. conſil. 315. nume. 13.* Non poteſt igitur ordo ſucceſsiuus intelligi per fideicommiſſum, ſed tantum per vulgarem, quoties diſpoſitio facta eſt per ſimplex nomen collectiuum.

Tertiò prædicta confirmantur authoritate Doctorum, qui ſcripſerunt ſubſtitutionem factam per ſimplex nomen collectiuum, non eſſe ſucceſsiuam, ſed extingui primo admiſſo, quia licèt primus ſit vocatus per fideicommiſ-

L ſum,

ſam, ſequentes tamen cenſentur vocati per ſo-
lam vulgarem, niſi adſint alia verba denotan-
24 tia tractum temporis in futurum, † *Ita enim poſt Cuman. in l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo num 4. verſic. et videte, ff. de legat. 2 & in d. l. Gallus 29. §. quidam recte in fin. ff. de liber. & poſthum. conſuerunt Alexan. conſil. 105. numer. 3. in fin. volum. 1. Socin. Sen. conſil. 43. num. 9. verſicu. & hanc opinionem, & conſil. 104. num. 10. volum. 3. Ruin. conſil. 89. num. 6. conſil. 92. num. 5. conſil. 100. num. 3. conſil. 117. num. 19. conſil. 123. num. 3. conſil. 134. num. 21. & conſil. 159. num. 22. volum. 2 conſ. 19. nu. 10. conſil. 128. num. 15. & conſil. 164. nume. 9. volum. 3. Dec. conſil. 204 num. 7. & ibi Pariſien. in addit. ſub num. 6. in littera B. Idem Dec. conſil. 247. nume. 5. verſic. ſed prædictis, & conſil. 252. num. 4. in fin. Socin. Iun. conſil. 126. nume. 43. & 46. verſ. & hoc modo volum. 1. & conſil. 81. num. 12. volum. 3. Alciat. in d. § in fideicommiſſo num. 13. verſ. ego arbitror. Rub. in d. §. quidam recte num 64. verſ. ſed ex mente. Cephal. conſil. 88. num. 33. & 34. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem, conſil. 269. num. 15. conſ. 326 num. 25. & ſequentib. conſil. 353. nume. 44 & ſeqq. conſil. 447. num. 12. & conſil. 473. numer. 19. & 37. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 11, Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 5. numer. 27. Menoch. conſil. 85. num. 54. & 64. conſ. 274. nu. 33. & 34. conſil. 327. nume. 35. & ſequentib. conſil. 376. numer. 8. & 14. vbi teſtatur opinionem Cuman. eſſe magis communem, & de præſump. d. lib. 4. præſump. 71. num. 28. & 29. Surd. d. conſil. 315. nu. 13. & deciſio. 346. num. 22. vbi teſtatur hanc eſſe communem & ſecundum eam Senatum iudicaſſe*, quorum opinio manifeſtè probatur *d. l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2.* ſi rectè, ac diligenter illius verba perpendantur.

Et ſi dixeris ſpeciem, de qua prædicti DD. loquuntur, eſſe diuerſam à noſtra, quia loquuntur de eo caſu, quo plures ſub nomine collectiuo vocantur principaliter, puta cum teſtator dixit, ſubſtituo deſcendentes, vel agnatos, vel familiam, non verò, cum vocantur copulatiuè, & quodammodo acceſſoriè ad alium nominatum, vt, cum dixit, ſubſtituo Titium, & eius deſcendentes, ſiue (vt in caſu noſtro) ſubſtituo ſuperuiuentem, & ſuos, inter quas ſpecies magna videtur eſſe differentia, adeo, vt nonnulli ex iis qui Cumanum ſequuntur, aliud ſentiant
25 in poſteriore caſu, † *vti videre eſt apud Cephal. d. conſ. 353. num. 57.* Reſpondeo primo, imo pleroſque ex iis loqui de caſu poſteriore,
26 † *vt Cuman. in d. § quidam recte in fin. Alexand. d. conſil. 105. num. 3. in fin. volum. 1. Ruin. d. conſ. 100. numer. 3. volum. 2. & d. conſil. 128. nume. 15. volum. 3. Dec. d. conſil. 247. num. 5. verſicu. ſed prædictis, & d. conſil. 252. num. 4. in fin. Pariſien. in addit. ad Dec. d. conſil. 204. ſub num. 6. in littera B. Soc. Iun. d. conſil. 81. num. 12. volum. 3. Cephal. d. conſil. 326. nu. 25 & ſequentib. & d. conſil. 473. num. 19. Menoc. d. conſil. 85. num. 75. & d. conſil. 376. numer. 8. & in ſpecie de ſubſtitutione Titij, & ſuorum, Ceph. d. conſ. 473. numer. 37.* Secundo reſpondeo, eandem eſſe ra-
27 tionem vtriuſque ſpeciei, quia † aut nomen collectiuum per ſe continet implicitum tractum temporis in futurum, prout ſupponunt contrariæ ſententiæ ſectatores, & ita debet inducere fideicommiſſariam in caſu, quo plures collectiuè vocantur principaliter, vt in eo, quo acceſſoriè, quia neutro caſu poteſt ille temporis tractus verificari, niſi bona de vno in alium transferantur *l. fin. C. de verb. ſign.* Aut verò non continet talem temporis tractum, vt eſt verius, neutro caſu debet inducere fideicommiſſariam, quia ceſſante tractu temporis ordo ſucceſſiuus intelligitur per vulgarem, non per fideicommiſſariam, *vt ſupra dictum eſt*, Tertio reſpondeo, imò facilius excludi fideicommiſſariam, & intelligi ſolam vulgarem, cum deſcendentes vocantur copulatiuè cum alio nominato, quam, cum per ſe, & ſeparatim ſubſti-
28 tuuntur, † *vti videre eſt apud Cephal. d. conſil. 473. num. 25. 26. 32. & ſequentibus, vbi oſtendit ita ſenſiſſe Socin. Sen. in d. § quidam recte, num. 9. in quarto, & quinto caſu, qui contrariæ ſententiæ anteſignatus exiſtimatur*: quia maior eſt dubitatio, vtrum fideicommiſſum debeat eſſe ſucceſſiuum, quando ſemel habuit locum in vno ex vocatis collectiuè (vt neceſſariò debet habere locum, quando per ſe, & ſeparatim vocantur) quam, vbi locum habuit in perſona alterius nominati: nam, quia vocatio deſcendentium, quaſi vna determinatio reſpiciens plures perſonas ſub illo nomine collectiuo comprehenſas debet in omnibus eſſe pariformis *l. iam hoc iure, 4. ff. de vulgar.* & reſpectu illius deſcendentis, qui admittitur primo loco intelligitur fideicommiſſaria, ideo etiam videtur intelligenda fideicommiſſaria reſpectu aliorum deſcendentium, qui primo cenſentur ſubſtituti, qua ratione fit, vt ſi teſtator filio ſuo ſubſtituat Titium, & deſcendentes, & præmortuo Titio locum habeat ſubſtitutio in perſona vnius ex deſcendentibus, putarit Decianus (vnus ex iis, qui contrariam ſunt amplexi ſententiam) cæteros deſcendentes cenſeri per fideicommiſſum vocatos poſt mortem primi, cum alioquin, ſi locum habuiſſet fideicommiſſum in perſona Titij fateatur, poſſe quem facilè defendere cenſeri extinctam ſubſtitutionem deſcendentium, vtpotè, quæ poteſt videri facta ſub conditione, ſi Titius non ſuperuixerit, *vti videre eſt apud eum in conſil. 41. num. 69. verſic. fateor ergo volum. 1.* Et quamquam verius ſit, vtroque caſu cenſeri extinctam ſequentium vocationem, tamquam factam ordine ſucceſſiuo per modum vulgaris, non per modum fideicommiſſariæ, *vt ex ſententia Cuman. quæ eſt receptior, ſupra oſtendimus*, tamen ex hoc apparet, facilius excludi fideicommiſſariam, in caſu quo deſcendentes cum alio copulatiuè vocantur, quàm in eo, quo vocantur ſimpliciter, & per ſe, *vt ſupra dictum eſt*.

Quarto prædicta confirmantur ea ratione, quia, quoties teſtator disiunctiuè vocat Titium, aut deſcendentes non cenſentur hi Titio per fideicommiſſum ſubſtituti, ſed tantum vulgariter, eaque ratione ſemel admiſſo Titio cen-
29 ſentur in perpetuum excluſi, † *vt ſcribunt Socin. Iun. conſil. 100. nume. 33. & 34. volum. 3. Cephal. d. conſil. 473. num. 9. & ſequentib. & Menoch. d. præſumpt. 71. num. 5. & 15. Peregr. de fideicommiſ. d. artic. 18. num. 24. & conſil. 52. num. 12. conſil. 65. nume. 10. volum. 1. conſil. 29. num. 5. & 8. volum. 2. conſil. 39. num. 12. & conſil. 109. num. 1. volum. 3.* quia in alternatiuis ſufficit diſpoſitionem in vna tantum parte verificari, vt altera pars cēſeatur om-
30 nino excluſa † *cap. in alternatiuis de regul. iur. in 6. cap. inter cæteras de reſcriptis l. ſi quis ita ſtipulatus 129. ff. de verbor. obligat. l. ſi heredi 5. ff. de cond. inſt.* ſed, quando ſubſtitutio fit per copulam, & ſu-

& ſumus in caſibus, in quibus propter ordinem
charitatis, & affectionis intelligitur ſacta ordi-
ne ſucceſſiuo, copulatiua reſoluitur in diſiun-
ctiuam, & perinde accipitur, atque, ſi teſtator
dixiſſet, Subſtituo Titium, aut deſcendentes,
31 † *vt poſt Bart. in d. § quidam rectè num. 3. & 4. &*
alios ibi declarat Soc. Sen. d. conſ. 113. num. 7. verſ. 5.
vol. 1. Non poſſunt igitur deſcendentes cenſeri
Titio ſubſtituti per fideicommiſſum, ſed tan-
tum vulgariter.

Quintò dato etiam, quod in ſimplicibus ter-
minis vocationis ſactæ per nomen collectiuũ,
ſiue principaliter, ſiue acceſſoriè, res patiatur a-
liquam difficultatem, propterea quod multi
contrariam probarunt opinionem exiſtiman-
tes ſolùm nomen collectiuum in ſe continere
tractum temporis in futurum, ideoque opera-
ri, vt ordo ſucceſſiuus intelligatur non ſolùm
per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſa-
riam, tamen in caſu noſtro res debet procedere
ſine difficultate, quia nos ſumus in terminis
longè diuerſis ab iis, in quibus prædicti DD. lo-
quuntur: nam, qui ſuſtinent ordinem ſucceſſi-
uum vtroque modo intelligi, vel loquuntur in
terminis, in quibus teſtator fecerat mentionem
de hæredibus vocati, puta dicendo, Subſtituo
Titium, & eius hæredes, quo caſu diſpoſitio
videbatur in ſe continere tractum temporis,
propter illud nomen, hæredibus, quod non, niſi
32 poſt mortem ipſius Titij verificari poterat, † *vt*
in ſpecie Crau. d. conſ. 22. num. 9. & d. conſ. 131. nu.
10. & Peregr. d. art. 19. num. 10. vel loquuntur in
terminis, in quibus teſtator ſimpliciter dixerat,
Subſtituo Titium, & eius deſcendentes, vel li-
beros, nec in perſonam Titij adiecerat aliquã
circumſtantiam, ex qua quis poſſet colligere,
33 eum ſenſiſſe de ſola vulgari, † *vt Soc. Sen. in d. §.*
quidam rectè num. 9. & ibi Alcia. num. 53. & 62. So
cin. Iun. d. conſ. 136. num. 18. & ſeqq. vol. 3. Nat. d.
conſ. 531. numer. 25. & ſeqq. At nos verſamur in
terminis, in quibus diſpoſitio teſtatoris nõ fuit
ſimpliciter concepta, ſed cum quadam adie-
ctione, quæ declarat, teſtatorem non vocaſſe
ſuos, niſi in caſum vulgarem: Non enim præ-
morienti ſine liberis ſimpliciter ſubſtituit, *l'al-*
tro, & li ſuoi, ſed, *l'altro ſopravivente, & li ſuoi*,
quæ ſuperuiuentis adiectio in propoſito mul-
tum operatur, ſcilicet, quia participium illud,
quod eſt futuri temporis facit conditionem,
34 † *vt declarant Bart. in l. 1. nu. 35. ff. de cond. & de-*
mon. Nat. conſ. 103. num. 8. Decia. conſ. 77. nu. 23.
vol. 4. ideoque perinde eſt, ac ſi teſtator dixiſ-
ſet, Subſtituo alterum, ſi tunc temporis ſuper-
35 uixent, † *vt in ſpecie participij ſuperuiuentis, ſeu*
ſuperſtitis declarant Alexan. conſil. 109. numer. 4.
& ſequentib. volum. 7. Pariſ. conſil. 9. nume. 23. vo-
lum. 2. Menoch. conſil. 404. nume. 28. Peregr. conſil.
33. num. 17. volum. 3. & Lader. conſil. 60. nume. 14.
Hinc fit, vt ſequens ſuorum vocatio cenſeatur
facta ſub contraria conditione, ſi alter non ſu-
peruixerit, quia licet ſui fuerint vocati per co-
pulam, cenſentur tamen vocati ordine ſucceſ-
ſiuo, ideoque non poteſt copula propriam na-
turam retinere, ſed neceſſariò debet reſolui in
diſiunctiuam, & accipi pro, aut, *vt diximus ſu-*
pra num. 31. Vnde, quia diſiunctiuæ natura eſt,
vt, quæ vnius poſitionem inducũt, alterius ex-
cluſionem operentur, nec aliter vnius poſitio-
ni locus eſſe poſſit, quàm ſi alterius excluſio
36 ſupponatur † *l. hæc verba 124. & ibi Alcia. num. 1*
ff. de verb. ſign. fit, vt, ſi ex verbis teſtatoris frater
vocatur ſub conditione, ſi tunc temporis fuerit
ſuperſtes, non cenſeantur ſui vocati, niſi ſub
contraria conditione, ſi ille nõ fuerit ſuperſtes,
37 † *& ita in terminis declarat Socin. Iun. d. conſ. 100.*
nu. 33. volum. 3. Sed ſic eſt, quod, quando teſta-
tor ſubſtituit liberos, ſeu deſcendentes Titij ſub
conditione, ſi Titius non extiterit, vel non ſu-
peruixerit, ſeu ſuperſtes non fuerit, vel (quod
idem eſt) ſi præmoriatur, aut alia ſimili, non
cenſentur deſcendentes vocari per fideicom-
38 miſſum, ſed tantùm vulgariter, † *vt cenſuerunt*
Ancharan. conſil. 226. per tot. Corn. conſil. 186. nu-
me. 5. volum. 3. Alexan. conſ. 170. num. 3. volum. 5.
Dec. conſil. 394. numer. 5. verſic. 3. Ruin. conſil. 102.
numer. 5. & 10. volum. 2. Abb. conſil. 40. paulo ante
num. 1. lib. 1. Pariſ. conſil. 74. nume. 17. vol. 2. Socin.
Iun. conſil. 180. num. 36. verſic. verumtamen, & ſe-
quentib. volum. 2. & conſil. 100. num. 16. & 61. ver-
ſic. denuum, vol. 3. Gabr. conſil. 117. paulo ante nu. 1.
& num. 14. volum. 1. Hieron. Torn. in d. §. quidam
rectè, num. 68. Decia. conſil. 41. num 69. verſ. neque
obſtat volum. 1. Menoc. de præſum. lib. 4. præſum. 71
num. 14. & conſil. 399 nu. 3. & 17. conſ. 496. nu. 10.
verſic. comprobatur, & Peregr. conſil. 62. num. 5. &
12. volum. 1. & eſt opinio magis communis, vt atte-
ſtatur Socin. Iun. d. conſil. 180. numer. 76. volum. 2.
ſecundum quam bis Excellentiſſ. Senatus iudicauit.
Idem igitur dicendum eſt in caſu noſtro, in quo
teſtator virtualiter ſub eadem conditione cen-
ſetur deſcendentes vocaſſe.

Sextò multò magis hæc admittenda ſunt in
caſu noſtro, in quo ſubſunt coniecturæ ductæ
ab aliis teſtamenti partibus, ex quibus colligi-
mus, teſtatorem noluiſſe facere ſubſtitutionem
fideicommiſſariam inter patrem, & filium: Pri-
ma enim coniectura ſumitur ab ea parte, in
qua teſtator expreſsè ſubſtituit filios D. Petri
in portione ipſius, non per fideicommiſſum,
ſed tãtùm vulgariter, ſcilicet in caſum, quo D.
Petrus moriatur viuo teſtatore, non etiam, ſi
ſuperuixerit, & hoc expreſsè declarauit, *vt oſten-*
dam in ſequenti dubitatione: Nam, ſi noluit eos
patri ſubſtituere per fideicõmiſſum in portio-
ne ipſius, conſequens eſt, vt multò minus cen-
ſeri debeat eos per fideicommiſſum ſubſtituiſ-
ſe in portione patrui, quia facilius admittuntur
filij iure fideicommiſſi in portione patris, quã
in portione patrui, *vt patet ex iis, quæ dicta ſunt*
ſupra num. 3. Secunda verò coniectura ſumitur
à duabus ſubſtitutionibus factis fauore filiarũ
ipſius teſtatoris, quarum vna fuit concepta ſub
conditione, ſi alij hæredes inſtituti deceſſerint
ambo ſine liberis; Altera verò fuit facta ſub
conditione, ſi filij Domini Petri nati, & naſci-
turi deceſſerint in pupillari ætate, aut aliàs ſine
teſtamentaria diſpoſitione: nam in vtraque
ſubſtitutione teſtator appoſuit ea verba, *& li*
ſuoi, quæ prius adiecerat ſubſtitutioni recipro-
cæ factæ inter fratres. Et tamen hæc verba in
huiuſmodi ſubſtitutionibus non continent fi-
deicommiſſariam inter filias teſtatoris, & ip-
ſarum filios, ſed tantùm vulgarem, quia filij
filiarum non cenſentur vocati, niſi in caſum,
quo matres earum prædeceſſerint, vt patet ex
illis verbis, quæ teſtator immediatè ſubiecit,
in ſtirpe, & non in capita, quippe, quæ in pro-
poſito non poſſunt adaptari ad fideicommiſ-
ſariam, ſed tantùm ad vulgarem, quia, ſi ma-
tres tempore cedentis fideicommiſſi eſſent ſu-

perſtites, & conſequenter in earum perſonis haberet locum fideicommiſſum, licet intelligerentur grauatæ filijs ſuis reſtituere, non tamen earum filij poſſent dici ſubſtituti in ſtirpem, & non in capita, quia vnaquæque cenſeretur grauata reſtituere filijs ſuis viriliter, ſed hoc dixit teſtator reſpiciendo ad eum caſum, quo matres eorum præmoriantur, quo caſu earum filij veniunt in locum matris ex vulgari facta in fideicommiſſo: nam tunc voluit, ſi ex vna fortè ſit vnus filius, ex alia verò tres, inter eos diuidi hæreditatem in ſtirpes, & non in capita. Et ita in ſpecie ſubſtitutionis factæ de Titio, & deſcendentibus, in ſtirpem, & non in capita, vt ex hoc colligamus teſtatorem noluiſſe facere fi-
39 deicommiſſariam, ſed tantùm vulgarem † *ſcripſit Socin. iun. dict. conſil. 81. num. 12. volum. 3. & videtur etiam ſenſiſſe Ruin. d. conſil. 102, numer. 5. volum. 2.* Si igitur in alijs ſubſtitutionibus illa verba, *& ſi ſuos*, denotant ordinem ſucceſſiuum per vulgarem, non etiam per fideicommiſſariam, conſequens eſt, vt eundem, & eodem modo denotare debeant etiam in ſubſtitutione reciproca facta inter filios, quia vna pars teſtamenti declarat aliam *l. ſi ſeruus plurium 53. §. vlt. ff. de leg. 1.*

Septimò, quando hæc non ſufficerent, & res eſſet dubia, adhuc idem eſſet dicendum, quia in dubio ordo ſucceſſiuus intelligitur per vulgarem non per fideicommiſſariam *d. l. Gallus, 29. §. quidam rectè, & ibi omnes, ff. de liber. & poſth.* & ſubſtitutio debet cenſeri directa, non fideicommiſſaria *cap. ſi pater de teſtamen. in 6. & not. omnes in l. vltim. C. de hæred. inſtitu.*

Neque obſtant cõtraria: nam ex ſupradictis reſponſio patet, Primo quia non procedunt, quãdo illa verba, & ſuos, accipiuntur pro filijs, vt in caſu noſtro: tunc enim, quia diſpoſitio cẽſetur facta ſub nomine appellatiuo, nõ poteſt denotare ordinem ſucceſſiuum per fideicommiſſariam, ſed tantùm per Vulgarem, *vt oſtendimus in primo fundamento.*

Secundò, quia, etiam ſi dictum eſſet, & eius deſcendentes, adhuc tamen verius eſſet, ordinẽ ſucceſſiuum intelligi per ſolam vulgarem, quia non ſufficit nomen collectiuum ad inducendã fideicommiſſariam, niſi adſint alia verba denotantia tractum temporis in futurum, *vt oſtendimus in ſecundo fundamento.*

Nec obſtat authoritas eorum, quos in contrarium allegauimus, quia receptior opinio eſt in contrarium, vt ex numero DD. quos adduximus *in tertio fundamento,* facilè eſt intelligere. Deinde fundantur omnes *in doctr. Soc. Sen. in d. §. quidam rectè nu. 9 in 4. caſu,* qui dubitatiuè loquitur, & alibi contrarium præcisè tenuit, & præterea reprobatur in ſpecie *a Ruin. d. conſ. 92. nu. 7. in fin. vol. 2. Ceph. d. conſ. 353. nu. 71 & 87. & d. conſ. 473. nu. 21. Menoc. conſ. 376. num. 10. verſic. reſpondetur.*

Deniq; nõ obſtat authoritas Crau. *in d. conſ. 22.* quia, & ipſe fundatur in ſola doct. Soc. ſen. cuius argumenta refert, ideoque maiorem, quàm ille vim habere nõ debet. Quamobrem in ſpecie reprobatur *a Pariſien. in addit. ad Dec. d. conſ. 204. ſub nu. 6. in lit. b. & a Ceph. d. conſ. 473. nu. 39. Menoc. d. conſ. 85. nu. 97. & d. conſ. 376. nu. 14. verſic. & præterea, & Surd. d. deciſ. 346. num. 20. & 22.*

Tertiò reſpondeo contrarium fortaſſis poſſe obtinere, quãdo non adſunt coniecturæ, & circumſtantiæ, ex quibus colligere poſſumus teſtatorem ſenſiſſe de ſola vulgari, quæ, quoniã adſunt in caſu noſtro, *vt oſtendimus in quinto, & ſexto fundamento,* ideo operãtur, vt res ſit extra omnem dubitationem poſita.

Neque obſtat clauſula codicillaris, quia tũc operatur fideicommiſſariam, cum diſpoſitio fuit concepta per verba denotantia tractum tẽporis, & ſolùm obſtat verbũ inſtituo, aut aliud ſimile, quod eſt directum: tunc enim virtute prædictæ clauſulæ obliquatur: At, quoties diſpoſitio ſonat in vulgarem, vel expreſsè, vel tacitè, clauſula codicillaris nihil operari poteſt, quia adijcitur ſolùm ad conualidandam voluntatem teſtatoris, quæ circa fideicommiſſariam ceſſat, quoties diſpoſitio reſpicit vulgarẽ
40 ſubſtitutionem. † *Ita reſpondent Dec. in l. precibus 8. nu. 18. C. de impub. & conſ. 247. nu. 6. & conſil. 290. nu. 3. verſ. Nec obſtat Soc. iun. d. conſil. 100. nu. 35. vol. 3. Pereg. d. art. 18. nu. 24. Ladereb. conſil. 92. num. 17.*

In ſecunda autem dubitatione videretur etiam primo aſpectu dicendum, filios D. Petri in conditione poſitos cenſeri vocatos, non ſolùm, quia ſunt deſcendentes teſtatoris, quibus videtur ſufficere, quod fuerint poſiti in condi-
41 tione, vt intelligantur vocati, † *ſecundum Boer. deciſ. 155. num 21. & 22. Soc. iun. conſ. 158. num. 57 & 69. vol. 2. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 3. nu. 1. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 13. in fin. Decia. conſil. 28. num. 11. vol. 2. & conſ. 9. num. 1. vol. 3. Ceph. conſ. 476. num. 7* Sed etiam, quia variæ ſubſunt coniecturæ, quæ videntur ſufficientes ad inducendam filiorum in cõditione poſitorum vocationem.

Primũ enim teſtator nominatim huiuſmodi filios grauauit fideicommiſſo, quod, quia facere non potuiſſet, niſi eos vocaſſet, cum grauari non poſſint, qui non honorantur *l. à Labeo 9. C. de fideic. l. ſed, & ſi ſic 6. ff. de leg. 3.* ideo per neceſſarium quoddam antecedens cenſeri debet
42 eos vocaſſe, † *vt eſt doctr. Bart. in l. centurio 15. nu. 37. ff. de vulg. quem poſt multos ſequuntur Mãtic. d. lib. 11. tit. 3. nu. 2. verſ. verum, Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 76. nu. 39. Surd. conſ. 336. nu. 3. Theſ. deciſ. 96. nu. 14. Pereg. conſ. 5. nu. 6. vol. 1.*

Secundò verò, cùm ad ſubſtitutionem vocauerit etiam filios ſubſtitutorum, qui reſpectu portionis relictæ D. Petro cenſentur minùs dilecti, quàm filij ipſius D. Petri, vtpote à quibus excludũtur, conſequens etiam videtur, vt multò magis cenſeatur voluiſſe vocare filios ipſius D. Petri, ne alioquin melioris ſint conditionis minùs dilecti, quàm magis dilecti, *contra regu-*
43 *lam l. Publius 36. §. fin. ff. de cond. & demõ.* † *Ita in ſpecie arguunt Ruin. conſ. 158. nu. 13. vol. 2. Decia. conſ. 44. nu. 24. vol. 3. Ceph. d. conſ. 476. nu. 22. Menoc. d. præſ. 76. nu. 56. Surd. conſ. 344. nu. 7.*

Tertiò ſupradicta cõfirmari videntur ex eo, quia teſtator fecit multos gradus ſubſtitutionum: nam, etſi hæc coniectura, ſi ſit ſola, non videatur ſufficiens ad inducendam filiorum in conditione poſitorum vocationem, iuncta tamen cum alijs coniecturis videtur rem ponere
44 extra omnem dubitationem, † *vt ſcribunt Soc. iun. conſ. 119. num. 28. vol. 1. Decia. conſ. 3. num. 53. vol. 1. Surd. d. conſ. 344. nu. 8. Theſ. d. deciſ. 96. num. 17. Vin. deciſ. 262. nu. 15.*

Quarto demum videtur hæc pars comprobari authoritate eorum, qui in terminis reci-

proca

procæ ſubſtitutionis factæ ſub hac formula, ſi vnus ex filijs meis deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo ſuperuiuentem, & eius filios, cenſuerunt poſitos in conditione cenſeri per fideicommiſ-
45 ſum vocatos, & patri ſuo ſubſtitutos.† *Ita enim cenſuerunt Rimin. Sen. Zanch. & Ruſtic. quos refert, & ſequitur Men. d. lib. 4. præſ. 76. num. 57.*

Verum his non obſtantibus, prout re vera nō obſtant, contrarium de iure verius arbitror, non cenſeri ſcilicet filios D. Petri in conditione poſitos patri ſuo per fideicommiſſum ſubſtitutos, Quod, vt exiſtimem, his adducor fundamentis.

Primo, quia excluſio fideicommiſſi fundatur in regula, quæ vult, filios in conditione poſitos non cenſeri ex teſtamento vocatos, *ſecundum notiſſimam & receptiſſimam doct. gl. in l. Lucius 85 in verb. liberos ff. de her. inſt.* Nec ab ea recedendum eſt, niſi ſubſint coniecturæ graues,
46 & vehementes, ac neceſſariò concludentes † *vt ſcribunt Soc. Sen. conſ. 116. nu. 1. verſ. ſed quoniam vol. 3. Pariſ. conſ. 31. nu. 11. & conſ. 44 nu. 25. vol. 2 Alcia. conſ. 71. num. 2. lib. 9. Decia. conſ. 26. num. 87. vol. 2.* cuiuſmodi non ſunt illæ, quæ in caſu noſtro conſiderantur, *vt mox oſtendam.*

Nec dicatur, hoc procedere, ſi filij in conditione poſiti ſint extranei, ſecus verò, ſi ſint deſcendentes teſtatoris, quales ſunt ij, de quibus agitur in caſu noſtro, quaſi in ijs ſufficiant cō-
47 iecturæ etiam leuiores, † *vt aiunt Craſſ. in d. §. fideicommiſſum q. 13. in fi. Theſ. d. deciſ. 96. num. 7. verſ. non erit. Pereg. conſ. 91. nu. 34. vol. 1. & Surd. conſ. 67. num. 34.* quia, licet non inficier, faciliùs induci fideicommiſſum fauore deſcendētium, quam fauore extraneorum, nego tamen induci ex quibuſcumque coniecturis, niſi ſint concludētes; Alioquin enim, ſi ex quacumque minima coniectura, quæ ſecundum animi noſtri ſenſum tendere videtur ad fideicommiſſum, nobis liceret ad eius conſtitutionem inferre, ſæpiſſimè inducerentur fideicommiſſa, de quibus nunquam teſtator cogitauit, quod perquam abſurdum eſt, ſcilicet, quia non debet cuiquam tribui, niſi quod teſtator dari voluit *l. facta 63. §. ſi ſub conditione verſicu. plus enim ff. ad Trebel.* Et, ſi diligenter inſpiciantur ij, qui leuiſſimas quaſque coniecturas conſiderant, & eas iudicant ſufficientes ad inducendam deſcendentium vocationem, facilè deprehēdet, eos eſſe ex numero illorum, qui cōtra communem ſuſtinent, filios in conditione poſitos cenſeri ex teſtamento vocatos: nam ijdem, poſtea quam adduxerunt fundamenta, quibus putant ſe oſtendere ſuam ſententiam eſſe veriorem, ſcientes illam non poſſe in iudicijs obtinere, propterea quod receptiſſimæ aliorum opinioni refragatur, confugiunt ad leuiſſimas coniecturas, vt oſtendant, etiam retenta communi ſecundum ſuam ſententiam eſſe iudicandum,
48 † *vti videre eſt apud Socin. iun. conſ. 145. num. 53. & ſequentibus volum. 3. Mantic. d. lib. 11. tit. 2. nume. 17. & tit. 3. per tot. Ceph. conſil. 251. num. 72. & ſequentibus. Decian. conſil. 3. num. 47. & ſequentib. conſil. 41. num. 23. volum. 1. Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 76. num. 2. & ſequentibus.* Sed qui communem, & veram opinionem amplectuntur, nullam in leuibus coniecturis vim cōſtituunt, nec aliter à recepta ſententia recedendum arbitrātur, quam, ſi coniecturæ ſint graues, & concludentes, ita, vt ex eis, vel per antecedens, vel per conſequens neceſſarium ad fideicommiſſi cōſtitutionem inferatur, quorum potius, quam aliorum authoritati ideò eſt adhærēdum, quia veriſimile eſt, eos, qui communem falſam arbitrantur, faciliùs ab ea receſſuros, etiamſi cauſa ſit leuiſſima, & quodam modo friuola, quā, qui communem veram opinantur. Et hoc eſt, quod effecit, vt hodie quæſtio, an filij in conditione poſiti cenſeantur ex coniecturis vocati, ita ſit anceps, & dubia, vt nihil in ea certi ſtatui poſſit; nam quia recentiores non diſtinguentes dicta illorum, qui recedūt à communi à dictis eorum, qui cōem ſequuntur, eorum omnium authoritatem confundunt, & in eandem ſententiam trahunt, ideo factum eſt, vt nullus ferè caſus contingat, in quo quis facilè non poſſit, vel affirmatiuam, vel negatiuam opinionem ſuſtinere, cum magno Iuriſconſultorum, & totius Iuriſprudentiæ dedecore.

Secundo verò, dato etiam citra veri præiudicium, quod coniecturæ, quæ in propoſita ſpecie conſiderantur, aliàs eſſent ſufficientes ad inducendam filiorum in conditione poſitorū vocationem, tamen in caſu noſtro nō poſſunt vocationis effectum operari, quia coniecturæ, quæ à DD. conſiderantur, tunc locum habent, cùm filij in conditione poſiti non fuerunt expreſſè ſubſtituti patri ſuo. Cœterum, ſi expreſſim fuerint in aliquem caſum vocati, etiam ſi caſus ſit vulgaris ſubſtitutionis, non poſſunt cenſeri vocati ex ea parte, in qua fuerunt poſiti in conditione, non obſtantibus quibuſcumque coniecturis, quoniam illæ omnes limitantur, & declarantur non procedere, cùm teſtator eos expreſsè patri ſubſtituit etiam vulgariter;
49 † *Ita ſcripſerunt Soc. ſen. conſ. 116. nu. 1. verſ. addo etiam, & num. 2. & 5. verſic. præterea vol. 3. Ruin. conſ. 96. nu. 11. verſ. ſed tamen, vol. 2. Pariſ. conſ. 86. nu. 40. vol. 2. Menoc. d. lib. 4. præſ. 76. nu. 89. vbi ait, omnes coniecturas præcedentes limitari, & declarari, ne locum habeant in hoc caſu, & rectè:* Nam vocatio expreſſa facit ceſſare vocationem tacitā *l. cum ex filio 39. §. filio. ff. de vulg.* etiamſi tacita concipiatur in caſum diuerſum, quia teſtator quemadmodum vocauit in caſu expreſſo, ita etiam ſciuiſſet vocare in alio, ſi hoc voluiſſet *l. vn. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll.* Denique vocatio expreſſa facta in vnum caſum denotat ceſſare voluntatem vocādi in alio caſu, imo voluntatem repugnare vocationi, præcipuè quando caſus non expreſſus eſt contrarius expreſſo, *vt not. omnes in l. commodiſſime 10. ff. de liber. & poſth.* & euenit in ſpecie propoſita; nam caſus expreſſus eſt, ſi D. Petrus præmoriatur teſtatori, cui contrarius eſt caſus, ſi non præmoriatur, ſed ſuperuiuat, ideoq. teſtator vocando filios D. Petri, ſi is viuo ſe moriatur, ſine dubio declarat, ſe nolle vocare, ſi is ſuperuiuat. Quinimo, hoc apertè, & expreſſim ſignificauit, ſi diligenter eius verba perpendantur: nam, poſtea quam filios D. Petri natos, & naſcituros ſubſtituit ipſimet D. Petro, ſi ſe viuo moriatur, & ſubordinatè ſubſtituit eis in pupillari ætate, aut aliàs ſine teſtamentaria diſpoſitione decedentibus Dom. Io. Petrum, & in eius defectum filias proprias ipſius teſtatoris, ſubijcit, *Et ne s'intenda premorendo eſſo Pietro, come ſopra, o non,* quibus verbis ſignificauit, ſe nolle præcedētes ſubſtitutiones, & vocationes à ſe factas intelligi, ſiue Petrus præmoriatur, ſiue non, ſed tantum, ſi

Digitized by Google

præmoriatur, & ſic non, niſi in caſu expreſſo. Nec dicatur, hanc clauſulam eſſe referendam ad poſtremam tantum ſubſtitutionem, non verò etiam ad præcedentes, quia verius eſt, Imo tamquam in fine poſitam eſſe referendam ad omnes præcedentes, cum probabilis non poſſit afferri ratio; cur potius ad vnam, quam ad aliã
50 debeat referri, † *l. talis ſcriptura. 30. §. vltim. vbi Bart. nu. 3. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 48. nu. 1. vol. 1. Soc. iun. conſ. 139. nu. 4. vol. 1. Beret. conſil. 141. num. 1. Surd. conſ. 242. num. 10.* Et maximè in caſu noſtro, in quo ſequentes ſubſtitutiones, tamquam ſubordinatæ, & dependentes à prima, nempè à vulgari facta fauore filiorum D. Petri, cenſentur omnes conceptæ ſub eadem conditione, ſi D. Petrus moriatur viuo teſtatore. Nam, ſi conditio reſpicit omnes ſubſtitutiones, debet etiã eaſdem omnes reſpicere ſequens clauſula, quæ eſt ipſius cõditionis declaratoria, ſcilicet, quia per eam teſtator declarat, ſe vocare ſupra nominatos ſub conditione, ſi D. Petrus præmoriatur, non verò etiam, ſi ſuperuiuat.

Tertiò multo minus cenſeri debent vocati filij in caſu noſtro, in quo ſubſunt vrgentes cõiecturæ, quæ vocationem excludunt: Primum enim, ſi cenſerentur vocati, ſubſtitutio facta D. Petro cenſeretur etiam in eius filijs in conditione poſitis repetita, & ſic D. Io. Petrus non ſolùm intelligeretur ſubſtitutus D. Petro ſine filijs morienti, ſed etiam ipſis filijs poſtea ſine
51 liberis decedentibus † *vt ſcripſerunt Guid. Pap. deciſ. 331. Decia. conſ. 28. nu. 25. vol. 2. & conſil. 84. nu. 26. vol. 3. Menoc. conſ. 333. nu. 46. & conſil. 347. num. 39. & alij. quos longa ſerie refert, & ſequitur Peregrin. deciſ. 96. nu. 34.* Atqui ex verbis teſtamẽti conſtat, non cenſeri repetitam, quia alioqin intelligeretur repetita cum omnibus ſuis qua-
52 litatibus, & conditionibus, † *vt ſcribunt Decian. conſ. 17. nu. 11. vol. 1. & Menoc. conſ. 291. num. 18.* Quod in propoſito dici nequit: Nam ſubſtitutio facta D. Petro, tamquam compendioſa fuit concepta in omnem caſum mortis, & conſequenter potuit habere locum, ſiue D. Petrus mortuus eſſet viuo teſtatore, ſiue poſt, & ſiue quæſita, ſiue non quæſita hæreditate, & præterea fuit concepta ſub ſimplici conditione, ſi deceſſerit ſine filiis, non verò, ſi deceſſerit ſine filiis, & teſtamentaria diſpoſitione, Et tamẽ in filijs D. Petri non poteſt habere locum ſubſtitutio in prædictis omnibus caſibus mortis, quia teſtator illis ſubſtituendo D. Io. Petrum ſe reſtrinxit ad eum tantum caſum, quo D. Petrus moreretur ſe viuo, & ſic ad caſum vulgarem, & declarauit, ſe nolle habere locum, ſi ſuperuiueret, *vt ſupra dictum eſt*. Et præterea concepit ſubſtitutionem, non ſub eadem conditione, ſi deceſſerint ſine filijs, ſed ſub alia, nempè, ſi deceſſerint in pupillari ætate, aut aliàs ſine teſtamentaria diſpoſitione. Non poſſunt igitur in filijs conſiderari, & verificari qualitates, & conditiones ſubſtitutionis præcedentis. Quo fit, vt nec ipſa ſubſtitutio cenſeri poſſit in eis repetita, & per conſequentias nõ poſſint cenſeri vocati filij ex ea parte, in qua poſiti ſunt in conditione. Deinde verò, ſi cenſerentur vocati, ſubſtitutio reciproca facta inter DD. Petrum, & Io. Petrum cenſeretur etiam inter eorum filios in conditione poſitos repetita, ſtante ſubſtitutione poſtea facta, ſi ambo deceſſerint ſine fi-
53 lijs, † *vt in ſpecie ſcripſerunt Soc. Sen. conſ. 249. nu. 10. vol. 2. Ruin. conſ. 140. nu. 9. conſ. 142. nu. 13. & conſ. 197. nu. 12. vol. 3. Curt. iun. conſ. 43. nu. 6. in fi. Alci. in l. ex ſingulis 37. nu. 19. verſ. Vnde in caſib. ff. de vulg. Soc. iun. cõſ. 151. nu. 11. vol. 2. & cõſ. 110. nu. 20. vol. 3. Crau. conſ. 130. num. 6. Decia. conſ. 3. nu. 46. & ſeqq. vol. 1. conſ. 102. nu. 33. vol. 2. conſ. 44. nu. 73. verſ. poſtremo, & conſ. 101. nu. 3. & 4. vol. 3. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 5. nu. 2. verſ. & quidem, Ant. Gabr. lib. 4. tit. de ſubſt. concl. 1. nu. 28. Menoch. conſ. 85. nu. 43. conſ. 397. num. 12. & de præſ. lib. 4. præſ. 62. nu. 57. Pereg. conſ. 54. n. 7. vol. 1.* Atqui nõ poteſt intelligi repetita, quia teſtator ſubſtituendo filijs D. Petri morientibus in pupillari ætate, aut aliàs ſine teſtamentaria diſpoſitione vocauit eorum patruum, nempè D. Io. Petrum, nulla filiorũ eius mentione facta. Itaque hoc modo declarauit, ſe nolle vocare ipſius D. Io. Petri filios, & eos ſubſtituere filijs D. Petri. Non poſſunt igitur cenſeri vocati.

Quarto demum, ſi qua de hac re ſubeſſet dubitatio, adhuc dicendum eſſet, non cenſeri vocatos, quia in dubio pronunciandũ eſt, non ex-
54 tare fideicommiſſum † *vt ſcribunt Dec. cõſ. 336. in fi. Alcia. conſ. 44. nu. 57. lib. 9. Hond. conſ. 60. nu. 13. vol. 1. Menoc. conſ. 85. nu. 50. conſ. 233. nu. 26. & conſ. 327. nu. 41.* & ad eius excluſionem ſufficit ei, qui conuenitur dicere, de hoc caſu non lo-
55 quitur ſubſtitutio, † *vt ſcribunt Soc. Sen. conſil. 62. nu. 4. verſ. & in primis vol. 3. Gozad. conſ. 21. nu. 8. Crau. conſ. 208. nu. 3. verſ. & allegant, Decia. conſil. 55. nu. 9. vol. 3. Hond. conſ. 78. num. 12. vol. 1.*

Neque obſtant contraria, & primò non obſtat, quod hic tractetur de deſcendentibus, ad quorum vocationem ſufficere videtur, qđ ſint poſiti in cõditione, *ſecundum eos, quos in contrarium allegauimus*, quia reſpondeo communem
56 eſſe in contrarium, † nam maior pars eorum, q. ſequuntur doctrinam *gl. communiter approbatæ in d. l. Lucius*, loquitur de deſcendentibus teſtatoris, & hoc non negant iidem ipſi, qui in contrarium fuerunt allegati, dum fatentur, ſe tenere contra communem; Et ſanè qualitas deſcẽdentium poteſt quidem faciliùs operari fideicommiſſum, quam qualitas extraneorum, ſed ita demum, ſi ſit cum alijs coniecturis vrgenti-
57 bus coniuncta, nõ etiam, ſi ſit ſola, † *vt ſcribunt Soc. Sen. d. conſ. 116. nu. 8. verſ. ex quibus patet vol. 3 Alcia. in l. Lucius 85. num. 41. ff. de har. inſt. Clar. in §. teſtamentum. q. 79. nu. 2. Ceph. conſ. 517. num. 60.*

Nec obſtat, quod hic non videatur ſola, ſed coniuncta cum varijs coniecturis, quia reſpondeo, nullam ex iis eſſe concludentem, & ſufficientem ad inducendam vocationem, & dato etiam, quod aliqua earum poſſet in alijs caſib⁹ cenſeri ſufficiens, in caſu tamen noſtro nullam poſſe vim habere ſtante expreſſa vocatione filiorum in caſum vulgarem facta, *ſecundum ea, quæ diximus in ſecundo fundamento*, quod facile erit intelligere, ſi ſingulas coniecturas conſiderare voluerimus.

Prima enim coniectura ſumpta ab eo, quod huiuſmodi filij in conditione poſiti fuerunt grauati, nullam in propoſito vim habere poteſt, quia præter id, quod opinio *Barto. in d. l. centurio*, fuit communiter reprobata, cùm verius, & receptius ſit, ab onere filijs iniuncto non poſſe ad ipſorum vocationem inferri, propterea quod alioquin ſequeretur regulam *l. Labeo. 9. C.*
58 *de fide.* nunquam poſſe habere locum, † *vt poſt innumeros atteſtantur Gabr. lib. 4. titu. de fideicommiſſ.*

miſſ. concluſio.4. numer.18. Couarru. in cap. Raynutius § 3. num.3. extr. de teſtamen. Clar. in § teſtamentum quæſtio.78. verſicu. ſed quicquid, Rollan. conſil.51. nume.11. volum.3. Cephal. conſil.17. nume.17. conſtat etiam prædictam coniecturam ab omnibus (etiam qui eam ſequuntur) limitari, & declarari, vt non procedat, quoties filii grauati fuerunt expreſſim à teſtatore vocati in aliquem caſum, puta in caſum vulga-
59 rem, † *vti videre eſt apud Alexan. conſil.24. num.16. volum.3. Ruin. conſil.96. num.8. conſil.100. nume.6. & 7. verſicu. dato, conſil.101. num.7. volum.2. Beret. conſil.15. num.6. Oſaſc. conſil.74. num.35. & 46. Pereg. conſil.47. num.5. volum.1. Menoc. d. lib. 4. præſum.76. num.43. & 44. vbi innumeros adducit:* nam tunc grauamen iniunctum declaratur, & intelligitur, vt ita demum locum habeat ſi hæreditas ad eos peruenerit ex vulgari ſubſtitutione *l. quoties 12. C. de fideicommiſſ.* cum generaliter omne fideicommiſſum tacitam habeat conditionem, ſi bona peruenerint ad grauatum. *l. ille a quo 13. § ſi de teſtamento ff. ad Treb.* Hinc fit, vt, ſi locum non habeat vulgaris ſubſtitutio, extinguatur etiam per conſequentias grauamen illis iniunctum, dato etiam, quod eſſet ſucceſſiuum, & continens plures ſubſtitutionum gradus, quia corruente primo gradu, nempe ſubſtitutione vulgari, corruunt etiam per conſequentias omnes ſubſtitutiones ſequẽtes, tamquam ſubordinatæ, & ab illa depen-
60 dentes, † *vt ſcribunt Alexan. conſil.1. num.16. volum.1. Ruin. conſil.99. num.14. & conſil.125. nu.6. volum.2. Socin. Sen. conſil.52. num.15. volum.1. Socin. Iun. conſil.180. num.64. volum.2. Peregr. de fideicommiſſ. art.15. num.20. Menoch. conſil.199. nu.3. & 7.* Quod, ſi procedit in aliis caſibus, multo facilius procedere debet in caſu noſtro, in quo teſtator expreſſim declarauit, ſe nolle ſubſtitutiones factas filiis Dom. Petri habere locum, niſi in caſum, quo Dom. Petrus moriatur ſe viuo, & ſic in caſum, quo locum habeat vulgaris ſubſtitutio: nam ſtante hac declaratione, non poſſumus dicere filios Dom. Petri fuiſſe grauatos extra caſum vulgaris ſubſtitutionis, & conſequenter non poſſumus à grauamine, quod non eſt, inferre ad ipſorum filiorum vocationem.

Secunda verò coniectura non obeſt, primò
61 quia contrarium apertè tenuerunt † *Linc. Galsa. in l. centurio 15. num.448. verſic. amplia 3. ff. de vulg. & Zanch. in l. hæredes mei 57. § cum ita in 7. part. nu.72. ff. ad Treb. poſt Soc. Sen. conſil.116. nume.1. verſic. addo etiam volum.3. & conſil.73. num.30. iuncto num.32. verſic. nam in dicto, & conſ.74. num.2. volum.4.* & rectè: nam licet teſtator vocauerit filios ſubſtituti, non tamen ſequitur eũ voluiſſe etiam vocare filios grauati, quia ſatis intelligitur eis proſpexiſſe ponendo eos in cõditione, & conſeruando eis legitimam patris ſui ſucceſſionem, quam reſpectu bonorum fideicommiſſo ſubiectorum diſponẽdo poterat auferre *iuxta reg. d. l. Lucius 85. ff. de hæred. inſt.* Secundo, quia data filiorum expreſſa vocatione, quæ tacitam excludit, coniectura ceſſat: nã teſtator expreſsè ſubſtituendo filios poſitos in conditione, ſi pater præmoriatur, non obſcurè ſignificat, ſe nolle ſubſtituere, ſi ſuperuiuat, quod etiam in caſu noſtro expreſsè declarauit, *vt oſtendimus ſupra num.49.*

Tertia pariter coniectura reijcitur, non ſolum, quia à pluralitate ſubſtitutionum, & graduum multiplicatione non poteſt ſumi cõcludens vocationis argumentum ſecundum rece-
62 priorem DD. ſententiam, † *vti videre eſt apud Soc. Sen. conſ.62. num.10. verſ. non omitto, conſ.69. nu.7. verſ. non obſtat ſecunda ratio, & nu.8. verſ.2. oſtenditur, conſ.104. nu.8. verſ. & ad confirmationem, & conſ.116. nu.8. vol.3. Ruin. conſ.128. num.19. verſ. non obſtat etiam, conſ.134. nu.7. conſ.136. nu.16. verſ. non obſtat poſtremo, & conſ.141. in fin. vol.3. Pariſ. conſ.31. nu.29. conſ.44. nu.21. conſ.87. vol.2. & conſ.14. nu.25. vol.3. Curt. Iun. conſil.11. nu.6. conſ.43. nu.9. Alcia. conſ.89. nu.5. verſ. præterea, & conſ.117. nu.12. verſ.3. lib.9. Roll. conſ.51. nu.9. verſ. non obſtat vol.3. Clar. in § teſtamentum q.79. nu.3. verſ.4. colligitur coniectura, Beret. conſ.74. num.13.* ſed etiam, quia talis coniectura ſine dubio ceſſat, quoties ſequentes ſubſtitutiones ſunt omnes ſubordinatæ, & dependentes ab vno caſu, nempe à caſu vulgaris ſubſtitutionis, nam tunc, ſi caſus ille non extiterit, cenſentur omnes illæ extinctæ, ideoque nullam vim habere poſſunt, *vt tradunt omnes, quos retulimus ſupra num.38. & 60.*

Quarta demum coniectura, tamquam ea, quæ à ſecunda effectu non differt, (*vt animaduertit Menoc. d. præſ.76. nu.57. in fin.*) eodem, quo illa, modo refellitur, vt proinde concludẽdum ſit, filios D. Petri non eſſe patri ſuo per fideicõmiſſum ſubſtitutos, ſiue conſideremus illa verba, *ſubſtituiſce l'altro ſopraviuente, & li ſuoi,* ſiue coniecturas, quæ in propoſita ſpecie videntur ſubeſſe. Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Ill. & Reuer. D. Thoma Camoto Priore Sancti Albani.

CONSILIVM XXVII.

ARGVMENTVM.

An valeat reductio penſionis facta ea lege, vt, ſi intra certum tempus reſiduum penſionis non ſoluatur, habeatur pro infecta: Et an, & quando reductio, ſeu conceſſio ſit iudicanda perſonalis, aut realis.

SVMMARIVM.

1 *Penſionarius poteſt ſine authoritate ſuperioris penſionem in totum, vel pro parte remittere.*
2 *Pactum in eodem inſtrumento factum dicitur eſſe correſpectiuum ad contractum.*
3 *Correſpectiuum dicitur pactum, ſine quo non fuiſſet pars contractura.*
4 *Correſpectiuorum vno vitiato vitiatur & aliud: Declara, vt num.41.*
5 *Contractus correſpectiui cenſentur ex voluntate partium indiuidui.*
6 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*
7 *Penſio conſtitutа, non poteſt ſine authoritate ſuperioris.*
8 *Penſio extincta non poteſt ſine ſuperioris authoritate renouari.*
9 *Solemnitas eadem requiritur in actu, qui renouatur, quæ & in eo, qui a principio fit.*

10 *Obligatio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit, ſed inducitur noua, ſiue nouus contractus, numero 11.*

12 *Penſio, quæ transfertur, cenſetur noua, cum vetus intelligatur per tranſlationem extincta.*

13 *Cauſa inualiditatis amota ipſa quoque inualiditas amouetur.*

14 *Dictio, vbi, adiecta verbo futuri temporis conditionem importat.*

15 *Diſpoſitio conditionalis nõ, niſi impleta conditione locum habet.*

16 *Conditio expreſſa, vel tacita in actibus liberatorijs interim non tollit præcedentem obligationem.*

17 *Debitor ſub conditione liberatus deficiente conditione poteſt primæua actione conueniri.*

18 *Conditionis verbum accipitur pro modo, ſi ſequatur dictio, vt.*

19 *Modus non ſuſpendit diſpoſitionem.*

20 *Penſio ſub modo extincta, licet poſtea modus deficiat, non tamen reuiuiſcit, ſed noua conſtitui debet.*

21 *Dictio, vt, ſimpliciter prolata ad modum refertur, coniuncta vero cum dictione, quæ ſui natura cõditionem importet, refertur ad conditionem, & num. 22.*

23 *Conditio adiecta actui perfecto ſub conditione reſoluendo reſolutiua eſt, non ſuſpenſiua.*

24 *Conditio reſolutiua effectu non differt à modo.*

25 *Dictio, ſi, ſuſpenſiuam conditionem inducere ſolet.*

26 *Conditione deficiente reſoluitur actus tam vſque ab initio.*

27 *Verba hæc, Rei ſi interuptis, dupliciter poſſunt intelligi.*

28 *Actus, cuius vis conſiſtit in tollendo, ſub modo, vel conditione reſolutiua factus, modo poſtea non adimpleto, & conditione non purificata, an maneat quoad ius priſtinum, an vero nouus actus cenſeatur, diſtinguuntur duo caſus, vt num. 29. & 30. & 31.*

32 *Penſionem caſſans, & annullans, vt alia ſibi reſeruetur, ſi alia poſtea valide non reſeruetur, non cenſetur primam caſſaſſe.*

33 *Actiones furti & vſurariarum non poſſunt pacto ſuſcitari, pacti tamen caſu adueniente agi poterit præſcriptis verbis, vel de dolo ad id, quod intereſt num. 34.*

35 *Abſolutio ab excommunicatione, ſi ſub modo, vel conditione reſolutiua ſiat, non operatur, vt non impleto modo, vel cõditione reuiuiſcat excommunicatio, ſed, vt creditori ſuccurratur ſuperioris officio, qui monitione præcedente poterit quaſi ex noua cauſa ad excommunicationis ſententiam proſilire num. 36.*

37 *Creditor liberans debitorem ſub modo, vel conditione, ſi modus, aut conditio nõ ſeruetur in actionibus, quæ priuatorũ voluntate reſtitui poſſunt, petet ſe in priſtinam actionem reponi, in alijs vero aget ad id, quod intereſt modum, ſiue conditionem impletam non eſſe.*

38 *Indiuidua nõ poſſunt pro parte valere, & pro parte non: Et, quomodo hoc procedat nu. 39.*

40 *Penſionis extinctio etiam pro parte eſt fauorabilis.*

41 *Correſpectiuorum vno vitiato vitiatur & aliud in contractibus, non autem in diſtractibus, & quæ ſit ratio diuerſitatis, num. 42.*

43 *Perſonalis iudicatur actus propter cauſam ad certas perſonas reſtrictam.*

44 *Verba narratiua poſita in proœmio denotant cauſam finalem. Declara vt nu. 76.*

45 *Perſonalis, an realis ſit diſpoſitio deducitur à cauſa.*

46 *Cauſa ceſſante penſionis diminuendæ, ceſſat & diminutio.*

47 *Cauſa liberationis ceſſante, ceſſat & liberatio.*

48 *Renunciatio facta fauore maſculorum ceſſat, ſi maſculi moriantur: Declara, vt nu. 77. & 78.*

49 *Compoſitio de ſoluẽda minore penſione facta cum Rectore intuitu paupertatis, vti perſonalis non tranſit in ſucceſſorem.*

50 *Conceſſio in dubio videtur potius iudicanda perſonalis, quam realis. Declara vt nu. 81.*

51 *Cõceſſio, an ſit iudicanda realis, vel perſonalis, tria ſunt inſpicienda.*

52 *Verba diligenter ſunt attendenda, quoties quæritur, an conceſſio ſit realis, vel perſonalis.*

53 *Conceſſio tunc eſt perſonalis, cum verba diriguntur ad perſonam, realis, cum ad rem.*

54 *Perſonæ ſola nominatio non reddit diſpoſitionem perſonalem.*

55 *Hæredibus etiam ſuis, ne dum ſibi quis cẽſetur velle proſpicere.*

56 *Hæres Titij nominatus cenſetur Titio nominato.*

57 *Hæredum mentio ſuperuacua cenſetur in contractibus, diſtractibus, & cæteris cauſis ſimilibus.*

58 *Perſonæ nominatio ſolum attenditur, cum tractatur de priuilegio, quod, vti iuri communi contrarium, eſt odioſum, non etiam cum tractatur de beneficio, quod eſt fauorabile, & quomodo intelligatur num. 59.*

60 *Stipulatio, ſiue pactũ, quo dictum eſt: Concedo Titio, vt ire poſſit, quia verba ſonant in facto, eſt perſonalis, nec ad hæredes tranſit, ſed, ſi dicatur, Concedo Titio ius eundi, vel iter, vel aliã ſeruitutem, quia verba ſonant in ius, eſt realis, nu. 61.*

62 *Pactum, quo quis promittit ſe non petiturũ à Titio, eſt perſonale, ſed, ſi dicatur, Libero Titium ab obligatione, vel profiteor Titium non teneri, eſt reale non obſtante Titij nominatione num. 63.*

64 *Libertas rei, quaſi ipſius qualitas rem ipſam perpetuo comitatur.*

65 *Cauſa impulſiua ceſſante non ceſſat diſpoſitio, quæ iam effectum ſuum conſecuta eſt.*

66 *Cauſa, quæ reſpicit tempus præſens, & præteritũ non poteſt cenſeri finalis, ſed tantum impulſiua: Declara, vt num. 67.*

68 *Cauſa in dubio non cenſetur finalis, ſed impulſiua in donatione.*

69 *Promiſſio perſonalis cum perſona extinguitur, nec ad hæredes tranſmittitur.*

70 *Immunitas, ſi cõceditur ob cauſam, quæ certæ tãtum perſonæ conueniat, cenſetur perſonalis, & cum perſona extinguitur.*

71 *Cõceſſiones earum rerum, quæ facultatis ſunt, habentes tractum ſucceſſiuum per adiectionem cauſæ finalis, quæ certæ tantum perſonæ conueniat, redduntur perſonales.*

72 *Cauſa conceſſionis ceſſante, ceſſat & ipſa conceſſio.*

73 *Diſpoſitio momentanea ſemel effectum ſuum ſortita, licet facta ſit ex cauſa finali, ea tamen ceſſante non ceſſat.*

74 *Donatio ſui natura tranſmittitur.*

75 *Quarta, quæ debetur vxori pauperi, nõ extinguitur, licet poſt mortem mariti mulier ſit effecta diues.*

79 *Cauſa ceſſante non ceſſat effectus conſummatus.*

80 *Penſionem ipſam reducere aliud eſt, & aliud componere ſuper quantitate penſionis ſoluendæ.*

82 *Conceſſio, an ſit realis, aut perſonalis, ſi quæratur, refert, an res ſit odioſa, an vero fauorabilis.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Reductio penſionis, qua de agitur, duas in ſe continet dubitationes, quæ mihi propoſitę ſunt excutiendæ, Vna eſt, an fuerit valida, altera verò an perſonalis.

Et validitas quidem non poſſet in cōtrouerſiam deduci, ſi reductio ſimpliciter, & ſine alicuius pacti adiectione facta fuiſſet, quia certi iuris eſt, penſionarium, etiam
ſine S. P. authoritate poſſe in totum, vel pro
parte remittere penſionem ſibi debitam, quaſi
1 ius priuatum, & proprium, † *vt latè oſtendunt
Caccialup. de penſio. q. 30. num. 11. Gig. de penſio. q.
45. num. 5. q. 99. num. 8. & q. vlt. num. 8. conſil.
112. num. 7. conſ. 5. num. 6. conſ. 145. nu. 6. Barſat. conſ. 126. num. 91. Pariſ. de reſig. lib. 6. q. 2. nu.
123. Io. Fran. de Leon in ſuo Theſau. for. Eccl. par.
2. cap. 22. num. 74. Garz. de benef. part. 1. cap. 5. nu.
39. Et ſpecialiter de remiſſione partis Gig. d. q. 99.
num. 4.* Sed, quia facta fuit adiecta hac lege, &
conditione, vt retardata per biennium ſolutione reſidui pro infecta habeatur, & poſſint
debitores ad totius penſionis ſolutionem adſtringi, tentant aduerſarij, per huius pacti adiectionem redditam eſſe reductionem ipſam inualidam, & nullam, idq; ex eo deducunt, quia,
cum huiuſmodi pactū ſit ad ipſam reductionem correſpectiuum, tanquam factum in eo-
2 dem inſtrumento, † *vt ſcribunt Dec. mihi conſil.
264. num. 3. verſ. 3. Crau. conſ. 949. num. 18. in fin.
Natt. conſ. 147. num. 6. conſ. 677. num. 12. Menoc.
conſ. 609. num. 41.* & ſine quo non fuiſſet Ar-
3 chiepiſcopus penſionem diminuturus, † *iuxta
doctr. glo. in l. vt iuriſiurandi 7. in verb. libertatis.
ff. de ope. lib.* non poteſt reductio ſuſtineri, niſi
validum quoque ſit & pactum: nam in corre-
4 ſpectiuis vitiato vno vitiatur, & aliud † *l. emptor 6. in prin. ff. de reſc. vend. l. fi. ff. de acceptil. &
ſcribunt Abb. conſ. 61. num. 2. verſ. mouetur. lib. 2.
Alex. conſ. 112. num. 3. volu. 3. Iaſ. in l. Lucius 45.
num. 18. verſ. 8. ff. de vulg. Soc. ſen. conſ. 150. nu. 17.
verſ. 6. & num. 27. verſ. ſed contra hanc reſponſionem vol. 1. Crau. conſ. 179. nu. 13. Surd. conſ. 431.
num. 52. Menoch. conſ. 92. num. 42.* & in indiuiduis (cuiuſmodi ex volūtate partium cenſen-
5 tur contractus correſpectiui, † *vt ſcribit Crau.
conſ. 949. num. 19. ex doctr. Bar. in l. Græce 9. §. illud. num. 4. ff. de fideiuſſ. Hornan. Det. in rub. ff. de
acq. poſſ. num. 25. Crau. conſ. 170. nu. 6. Mandoz.
in 20. Reg. Cancell. q. 9. num. 4.*) vtile per inutile
6 vitiatur † *l. 1. §. Item quæritur, & §. Trebatius. ff.
de aq. quot. & æſti. Bar. in d. l. Græce 9. §. illud n. 3.
ff. de fideiuſſ. Crott. in l. 1. §. ſed ſi mihi num. 18. ff.
de verb. oblig. Crau. d. conſ. 170. num. 6. Alb. conſ.
731. num. 1.* Atqui pactum ipſum (ſecundum
eos) eſt inualidum, quia continet impoſitionem nouæ penſionis, quæ ad ſui validitatem
S. P. conſenſum, & authoritatem exigebat:
Quemadmodum enim ſine authoritate ſupe-
7 rioris penſio conſtitui non poteſt. † *clem. 1. §.
eadem de ſupp. negl. præla. Gig. de penſio. q. 5. nu. 1.*
8 ita nec extincta renouari, † *vt per Caſſad. deciſ.
vlt. num. 6. verſ. Nec obſtat, de penſio. & ar. eorum,
quæ ſcribit Ferret. conſ. 53. nu. 12. & ſeq.* ſcilicet,
quia eadem ſolemnitas requiritur in actu, qui
9 renouatur, quæ & in eo, qui à principio fit. † *l.
1. & ibi not. Bar. ff. de nupt. l. ſi, vt proponis 7. & ibi
Bald. C. eod. Iaſ. in l. 1. § ſi quis adipiſcitur nu. 5. ff.
de ope. nou. nunt. in l. ius ciuile. 6. num. 17. ff. de iuſt.
& iur. & in l. quominus 2. num. 188. ff. de flumin.
Brun. in tract. de reſectio. nu. 9. & 11.* Debet igitur etiam inualida, & nulla cenſeri reductio.
Continere autem impoſitionem nouæ pēſionis probant argumento à ſimili ducto à pacto
de petendo, quod initum eſt poſt pactum de
non petendo: nam quemadmodum per illud
non reſuſcitatur priſtina obligatio, quæ iam
fuerat per pactum de non petendo ipſo iure
ſublata, cum ſemel extinctum amplius nō re-
10 uiuiſcat † *l. qui res 98. §. aream. ff. de ſolut. l. Mæuius 68. §. duorum ff. de l. 2.* ſed inducitur obli-
11 gatio noua, ſiue nouus contractus. † *l. ſi vnus
28. §. pactus ne peteret, verſ. ... dicimus, & ibi declarant omnes ff. de pact.* Ita & in caſu noſtro per
pactum adiectum reductioni non reſuſcitatur
penſio antiqua, quæ iam fuit per ipſammet reductionem extincta, ſed cōſtituitur penſio noua, vt in ſimili dicimus de penſione, quæ transfertur, quippe, quæ cenſetur noua, cum vetus
12 intelligatur per translationem extincta, † *vt
ſcribunt Gig. de penſio. q. 74. num. 1. & q. 8. num.
8. Garz. de Benef. cap. 5. num. 25. par. 1. ... in
recollect. deciſ. par. 1. deciſ. 122. num. 3. & deciſ. 327.
num. ...*

Hæc tamen non obſtantibus re diligētiſſimè
perpenſa puto de iure non poſſe cenſeri inualidam reductionem, quia pactum adiectum
non poteſt eius inualiditatem operari, ſiue cēſeatur validum (vt nos verius arbitramur) ſiue
inualidum, vt putant aduerſarij.

Primùm enim, ſi eſt validum, vt nos ſupponimus, res omni dubitatione caret, quia, cum
reductionis inualiditas à ſola inualiditate pacti deducatur, conſequens eſt, vt hac amota,
quaſi amoto fundamento, ſeu cauſa inualiditatis cenſeatur quoque amota, ſiue excluſa ip-
13 ſius reductionis inualiditas † *ex reg. l. adigere. 6.
§. quamuis. ff. de iur. patr. cap. cum ceſſante. extr.
de appellat. de qua latè Tiraq. in reg. ceſſante cauſa.
in prin. num. 11. & ſeqq.* Quæſtio autem, an ſit
validum, pendet ex eo, nunquid per id inducatur noua penſio, an verò vetus, & priſtina reſeruetur: nam, ſi inducitur noua, vt ſupponunt
aduerſarij, ſequitur pactum eſſe inualidum, quia
in eo non interuenit S. P. authoritas, ſine qua
noua penſio conſtitui non poteſt, Contra verò, ſi vetus reſeruaſ, vt nos verius arbitramur,
pactum valebit, quia ad conſeruationem penſionis legitimè conſtitutæ ſuperioris authoritas non eſt neceſſaria. Hoc autem eſſe verius
conuincitur ex eo, quia pactum, de quo nos
agimus, fuit conceptum per modum conditionis, & ſic reductio non fuit facta purè, ſed
ſub conditione, vt patet ex illis verbis, *Ha minuito, & minuiſce la penſione ... con conditione,
e patti eſpreſſi, che, oue detta Signora, o ſuoi figliuoli, & heredi retardaſſero di pagar la ſudetta diminutione per doi anni doppo ſpirati li termini al prefato Monſignor Illuſtriſs. o ſuoi, che in tal caſo le
diminutioni fatte del ſopraſcritto reſtino nulle, e di
niun valore, e che detto Monſignor Illuſtriſs. poſſi
conſeguir interamente da detti Balbiani, o loro
predetti li detti cenſi, e penſione alla forma delli ſopranominati inſtromenti &c.* quæ, præter expreſſam mentionem conditionis, continent etiam
dictionem, vbi, quæ adiecta verbo futuri temporis

14 poris conditionem importat † l. ſi ita ſcriptum
46. §. vlt. vbi glo. in verb. nupſiſſet, & poſt eam not.
Bart. Imol. & Caſt. ff. de leg. 2. Bar. in l. 1. num. 19.
ff. de cond. & demon. ideoque, ſi pactũ, ſiue con-
ditio non impleatur, non cenſebitur facta di-
minutio, quia diſpoſitio conditionalis non,
15 niſi impleta conditione locum habet † l. cede-
re diem 213. ff. de verb. ſign. l. legata ſub conditione
41. ff. de cond. & dem. cum ſimilibus. Quo fit, vt in-
terim non poſſimus dicere, penſionem veterẽ
eſſe pro parte extinctam, quia reductio quæ ſo
la potuit eam extinguere, remanet per condi-
tionis adiectionem ſuſpenſa, & conſequenter
non poteſt ſuum effectum operari, vt euenit
in omnibus caſibus, in quibus actus liberato-
rius fit ſub conditione expreſſa, vel tacita: nã
interim non liberat, nec tollit præcedentem
16 obligationem. † l. quoties 14. & ibi Bart. & alij
ff. de noua. adeo, vt, ſi conditio poſtea deficiat,
nunquam cenſeatur debitor liberatus, eaque
17 ratione poſſit actione primæua conueniri † §.
præterea verſ. quod autem diximus inſt. quib. mod.
toll. oblig. l. licet 44. in prin. ff. de iur. dot. & declarãt
glo. in d. l. quoties 14. in verb. extiterat. ff. de nouat.
Bar. in l. ſi quis accepto 4. verſ. opp. quod prima, &
ibi Caſtr. in fi. ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec. Bal.
in l. mulier 10. in 1. opp. ff. eod. Alciat. in l. cum mota
6. num. 15. & 16. C. de tranſact.

Nec eſt, quod quiſquam obijciat, in caſu no
ſtro pactum non videri conceptum per modũ
conditionis, ſed potius per viam modi, nõ ob-
ſtante, quòd dictum ſit, con conditione, quia, cũ
poſtea ſequatur dictio, che, quæ idem ſonat, quod
dictio, vt, non poteſt verbum conditionis acci
18 pi propriè, ſed potius abuſiuè pro modo † ſe-
cundum l. Mœuia 44. ff. de man. teſt. l. 2. §. vlt. ff. de
donat. l. liberto 21. § Lucius. ff. de ann. leg. l. ſocieta-
tem mecum 77. in prin. & ibi declarat Bart. in §. 1.
num. 1. ff. pro ſoc. Bar. in l. quibus diebus 40. §. Ter
milius num. 5. ff. de cond. & dem. Bald. in l. ea condi
tione 14. C. de reſcin. vend. Dec. in l. debitori. 7. nu.
12. C. de pact. Alc. in d. l. cum mota. 6. num. 17. C.
de tranſ. Decian. conſ. 8. num. 82. vol. 1. qui, quo-
19 niam non ſuſpendit diſpoſitionem † vt ſcribit
Alex. in d. l. ſi quis accepta nu. 2. ff. de cond. cauſ.
dat. Dec. conſ. mihi 326. num. 3. verſ. nec prædicta.
Decia. d. conſ. 8. num. 77. volu. 1. Menoc. conſ. 494.
num. 8. ideo non videtur in caſu noſtro impe-
dire, quominus interim reductio pro parte ex-
tinguat penſionem, adeo, vt, licet poſtea mo-
dus deficiat, non tamen poſſit priſtina penſio,
quæ ſemel fuit extincta reuiuiſcere, ſed neceſ-
20 ſario debeat noua penſio conſtitui, † ſecundũ
ea, quæ tradit Bar. in d. l. quibus diebus 40. §. Ter
milius num. 17. verſ. idem puto ff. de condi. & dem.
& dicemus infra num. 29. quia reſpondeo, imo
pactum prædictum non poſſe cenſeri conce-
ptum per viam modi, ſed tantum per viam cõ
ditionis: nam dictio, vt, ita demum refertur
ad modum, ſi ſimpliciter proferatur, puta, ſi di
catur, dono, vt manumittas, vel, dono ea con-
21 ditione, vt manumittas, † vt in l. demonſtratio.
17. §. vlt. ff. de cond. & dem. Cæterum, ſi coniuga
tur cum aliqua alia dictione, quæ ſui natura cõ
ditionem importet, puta, cum dictione, ſi, vel,
vt in caſu noſtro, cum dictione, vbi, quæ ad in-
ducendam conditionem eandem, quã dictio,
ſi, vim habet, verius eſt, non modum, ſed con-
22 ditionem importare, † vt in l. qui abſenti. 38. §.
3. ff. de acq. poſſ. l. ſub conditione 16. & ibi not. de-
clarat Bar. nu. 8. ff. de ſolut.

Et, ſi dixeris, dato, quod cenſeatur importa-
re conditionem, non tamen eam eſſe ſuſpen-
ſiuam, ſed reſolutiuam, tanquam adiectam
23 actui perfecto ſub conditione reſoluendo † l.
obligationum ferè 42. §. conditio. ff. de act. & oblig.
l. 1. ff. de leg. commiſ. l. 2. vbi glo. in verb. conditiona-
lis. ff. de in diem add. & declarant Bar. in l. 1. num.
9. verſ. 3. differentia, & in d. l. quibus diebus 40. §.
quidam Titio, verſ. nam in contractib. ff. de condit.
& dem. Socin. ſen. conſ. 128. num. 2. verſ. confirma-
tur, & ſecundo vol. 3. & conſ. 62. num. 4. volum. 4.
Pariſ. conſ. 11. num. 37. vol. 1. & conſ. 5. nu. 12. vol.
4. Natt. conſ. 372. num. 8. Caph. conſ. 133. num. 35.
Decia. d. conſ. 8. num. 71. vol. 1. Menoch. conſ. 262.
num. 12. conſ. 388. num. 16. & 17. & conſ. 494. nu.
3. Surd. conſ. 37. num. 24. & conſ. 268. nu. 56. Man
doz. in 32. reg. cancel. q. 18. num. 16. verſ. Tertium
& num. ſeqq. quæ effectu non differt à modo
24 † vt ſcribit Menoc. d. conſ. 262. num. 9. & d. conſ.
494. num. 6. & per conſequentias addita pacto
liberatiuo, ſeu extinctiuo, non impedit, quomi
nus interim præcedens obligatio tollatur. Quo
fit, vt, licet poſtea conditio impleatur, non ta-
men ita reſoluat præcedentem liberationem,
vt obligatio ſemel extincta iterum reuiuiſcat,
ſed tantum operetur, vt actio noua competat,
ſecundum ea, quæ de modo diximus, reſpon-
deo, imo cõditionem, quæ per dictionem, vbi,
inducitur, eſſe ſuſpenſiuam, non reſolutiuam,
quia dictio, vbi, adiecta verbo futuri temporis
idem ſignificat, quod dictio, ſi, per quam ſuſpẽ
25 ſiua conditio induci ſolet, † vt decl. in d. gl. in d.
l. ſi ita ſcriptum 46. §. vlt. in verb. nupſiſſet. ff. de leg.
2. Itaque illa verba, Hà minuito, & minuiſce la
penſione &c. con conditione &c. che, oue ritardaſ-
ſero di pagar le ſudette diminutioni per dos anni
dopò ſpirati li termini, che in tal caſo le diminutioni
fatte del ſoprapiù reſtino nulle, & di niun valore,
Perinde ſunt accipienda, atque, ſi dictum eſſet,
Hà minuito, & minuiſce la penſione, ſe pagarà il re-
ſtante fra dos anni dopo ſpirati i termini, altrimen-
te vuole che la diminutione reſti nulla, quo caſu
ſine dubio conditio eſſet ſuſpenſiua, non reſo-
lutiua; Neque obſtant illa verba ſequentia,
reſtino nulle, & di niun valore, quæ videntur re-
ſpicere reſolutionem contractus perfecti, quia
reſpondeo, imo illa non impedire, quominus
conditio poſſit cenſeri ſuſpenſiua: nam condi
tione deficiente, reſoluitur actus, & redditur
nullus, & nullius valoris iam vſque ab initio.
26 † l. neceſſario. 8. in prin. ff. de per. & comm. rei vend.
l. pecuniam, quam 36. verſ. perinde, & ibi not. Alex.
nu. 4. ff. ſi cert. pet. Menoc. d. conſ. 494. nu. 9. & conſ.
1004. num. 12. Qua ratione fit, vt neque hæc
verba, res ſit inempta, quæ alioquin videntur
denotare reſolutionem emptionis perfectæ, re-
pugnent conditioni ſuſpenſiuæ, ſcilicet, quia
res poteſt cenſeri inempta, vel, quod ab initio
contractus non fuerit perfectus, vel, quod ex
27 poſt facto reſoluatur. † l. 2. cum ibi not. ff. de in
diem add.

Secundò verò, licet fateremur, conditionẽ
eſſe reſolutiuam, adhuc tamen verius eſt, in ca
ſu noſtro operari, vt, ſi reſiduum non ſoluatur
intra tempus præfinitum, quo caſu cõditio pu-
rificatur, poſſit integra penſio peti, non ex cau-
ſa noua, ſed ex cauſa antiqua, & primæua; Nã,
quoties actus, cuius vis conſiſtit in tollendo;
fit ſub modo, vel conditione reſolutiua, quæ,
vt dictum

vt dictum eſt, effectu non differt à modo, &
quæritur, an, ſi poſtea modus non impleatur,
vel conditio purificetur, maneat ius priſtinũ,
ſiue obligatio, & actio primæua, an verò cen-
28 ſeatur nouum, & noua res, ſeu cauſa, † ſolent
noſtri communiter varios caſus diſtinguere,
ſed potiſſimum duos, qui faciunt ad propoſi-
tum noſtrum.

Primus eſt, quando actus, qui fit ſub modo,
vel conditione reſolutiua, tollit obligationẽ
præcedentem ipſo iure, & ſic totaliter, vt acce-
ptilatio, vel ſtipulatio Aquiliana, vel etiam pa-
ctum, ſi interponatur ſuper actione furti, vel
iniuriarum, aut alia conſimili, quæ per pactũ
ipſo iure tollantur. Et tũc fatentur omnes, quòd ſi
modus non impleatur, vel purificetur condi-
tio vel pactum adiectum ſit inutile, non tamẽ
priſtinum ius manere, tanquam ſemel extin-
ctum, ſed noua actione opus eſſe, puta condi-
ctione ob cauſam, per quam petat actor, vt ad-
uerſarius ſe in priorem obligationem repõnat,
ſi ea talis ſit, quæ ſola priuatorum conuentio-
ne reſtitui poſſit. Et in hoc caſu non erit obli-
gatio antiqua, ſed noua ex poſteriore conuen-
tione nata. Cæterum, ſi talis ſit, quæ ex volun-
tate partium reſtitui nõ poſſit, vt eſt actio, quæ
naſcitur ex delicto, vel, quæ ad ſui productio-
nem certam formam requirit, tunc non condi-
cetur liberatio, ſed agetur ad id, quod intereſt.
29 † *Ita not. per illum tex. declarant glo. in l. ſi quis ac-
cepto 4. in verb. condici, & ibi Bar. Bald. verſ. extra
opp. Ang. num. 4. Caſtr. num. 1. verſ. quæro Alex.
num. 3. & 4. Iaſ. num. 5. & alij communiter. ff. de
condi. cauſ. dat. Bart. in d. l. ſi vnus. 28. §. pactus ne
peteret. num. 26. verſ. ſi vero. ff. de pact. & in l. natu-
ralis. 5. § quod, ſi faciam num. 5. ff. de præſc. verb. &
in l. pupillus 96. §. ſi cum pupilla. ff. de ſolut. in l. cum
mota. 6. num. 9. & in l. ſiue apud acta. 28. num. 16.
C. de tranſ. & probat etiam l. ſi mulier. 10. ff. de con-
dit. cauſ. dat.* Sed hic propriè non eſt caſus no-
ſter, quia reductio, qua de agitur, non extinxit
ipſo iure penſionem etiam pro parte, vt mox
oſtendam.

Secundus verò caſus eſt, quando actus, qui
fit ſub modo, vel conditione reſolutiua, non
perimit ius priſtinum, ſiue obligationem præ-
cedentem ipſo iure, ſed tantum ope exceptio-
nis, vt euenit, quoties liberatio non fit per ac-
ceptilationem, vel ſtipulationem Aquilianã,
ſed per ſimplex pactum. Et tunc communiter
omnes fatentur, ſi modus non impleatur, aut
conditio purificetur, poſſe agentem primæua
30 actione experiri. † *Ita declarant Bar. in d. l. pupil
li. 96. §. ſi cum pupilla poſt gl. ibi. ff. de ſolut. & in d.
l. ſiue apud acta 28. nu. 16. verſ. prædicta vera, vbi
alij omnes. C. de tranſ. Bald. in d. l. ſi quis accepto. 4.
in fin. verſic. ſi vero. ff. de cond. cauſ. dat.* quia du-
bium non eſt, quin pacto non obſtante detur
actio ex cauſa præcedente, quaſi nõn ſublata,
nec extincta, & ſi opponatur exceptio pacti,
poſſit ea per replicationem elidi, propterea ꝙ
prius pactum cenſetur per defectum modi, aut
implementum cõditionis adiectæ reſolutum,
31 † *d. § pactus ne peteret, in prin. & ibi not. omnes.* Et
hic propriè eſt caſus noſter: nã diminutio pen-
ſionis facta in inſtrumento non extinxit obli-
gationem ipſo iure etiam pro parte, quia non
fuit facta per acceptilationem, aut ſtipulatio-
nem Aquilianam, ſed tantum per nudam con-
uentionem, ideoque non peperit D. Priori, niſi
exceptionem pacti. Quo fit, vt, ſi pactum reſo-
lutiuum adiectum reductioni non ſeruetur,
poſſit Archieps integram penſionẽ petere, non
ex pacto, ſed ex prima conſtitutione, ſiue obli-
gatione, quæ nunquam fuit ipſo iure ſublata:
Nam & ſimili ratione, ſi quis caſſet, & annul-
let penſionem, vt alia ſibi reſeruetur, & ſic ſub
modo, ſi alia poſtea validè non reſeruetur, &
ita non impleatur modus, non cenſetur primã
32 caſſaſſe, † *vti videre eſt apud Pariſ. de reſign. lib.
1. q. 3. num. 83. vbi refert ita deciſum coram Puteo
4. Febr. 1540. teſt. Mohedan. deciſ. 83.* quæ res dici
non poſſet, ſi caſſatio penſionis priuata con-
uentione facta penſionem ipſo iure extingue-
ret; nam, licet modus non impleatur, non
tamen poſſet penſio ſemel extincta reuiuiſce-
re, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt. Neceſſa-
riò igitur fatẽdum eſt, huiuſmodi conuentio-
nem non extinguere penſionem ipſo iure, ſed
tantum ope exceptionis, eaque ratione, ſi illi
addatur pactum reſolutiuum, non conſtituere
nouam penſionem, ſed veterem tantum re-
ſeruare.

Tertiò demus citra præiudicium veritatis,
quod per huiuſmodi pactum inducatur noua
penſio quaſi vetere pro parte penitus extincta,
& per conſequentias, quod pactum ſit inuali-
dum ob id, quod in eo non interuenit conſen-
ſus S. P. ſine quo noua penſio cõſtitui non po-
teſt, vt ex aduerſo ſupponitur, adhuc tamen ve-
rius eſt, ob hanc cauſam non reddi inutilem ip-
ſam reductionem, quia, quando actus, qui fit
ſub modo, vel conditione, ſeu pacto reſoluti-
uo, non eſt obligatorius, ſed liberatorius, cuius
vis conſiſtit in tollendo, & extinguendo iure,
licet pactum adiectum aliqua ea cauſa non va-
leat, aut non poſſit illum effectum operari, quẽ
partes cogitabant, non tamen ob id annullatur
liberatio, ſed adueniente caſu pacti aliis reme-
dijs parti ſuccurritur, vt ecce, ſi is, qui habet
actionem furti, vel iniuriarum, liberet per pa-
ctum debitorem hac lege, vt, ſi iterum ad talia
deuenerit, liberatio habeatur pro non facta, &
poſſit creditor actione primæua experiri, ſine
dubio tale pactum non valet, quia prædictæ
33 actiones non poſſunt pacto ſuſcitari. † *d. §. pa-
ctus verſ. ſed, ſi pactum, & ibi Bar. num. 26. verſic. ſi
vero, & in l. tale pactum 41. §. qui prouocauit in ſi.
ff. de pact. & in l. non ſolum 11 §. iniuriarum. ff. de
iniur.* Et tamen nemo rectè dixerit, ob id an-
nullari liberationem, quia certum eſt in hoc
caſu veterem actionem ſemel extinctam non
poſſe amplius ſuſcitari. *d. § pactus verſ. ſed, ſi pa-
ctum*, & hoc non obſtante inualiditate pacti,
quod alioquin videbatur ad ipſam liberationẽ
correſpectiuum, vtpotè factum eodem con-
textu, & ſine quo non fuiſſet creditor ſuum de-
bitorem liberaturus. Sed, quia iniquum eſſet
creditorem hoc caſu omni iure deſtitui, ideò
adueniente caſu pacti ſuccurritur ei alio reme-
dio, nempè actione præſcriptis verbis, vel de
dolo, per quã conſequitur, quanti ſua intereſt
34 pacti conditionem ſeruatã eſſe. † *Ita declarant
Bar. in d. l. naturalis. 5. § quod ſi faciam. nu. 5. verſ.
ſi vero. ff. de præſc. verb. Alex. in d. l. ſi quis accepto.
4. num. 4. & ibi Iaſ. num. 5. verſ. quod intellige ff. de
cond. cauſ. dat.* Et ſimili modo, ſi legatus abſol-
uat excommunicatum ea lege, & conditione,
vt, niſi reſiduum ſoluat intra certum terminũ,
vel, niſi in futurum à ſimilibus abſtineat, abſo-
luuo

lutio habeatur pro non facta, & cenſeatur ipſo
iure in primas pœnas incidiſſe, talis adiectio
ſine dubio non valet, quia excommunicatio
ſemel per abſolutionem extincta, non poteſt
pacto ſuſcitari propterea quod certam formā
requirit, Et tamē inualiditas huius pacti, quod
alioquin videtur ad abſolutionem ipſam cor-
reſpectiuum, non viriat abſolutionem, quia ni
hilominus debitor manet ab excommunica-
35 tionis vinculo liberatus; † *Ita Barto. in d. § pa-
ctus num. 26. & ibi Iaſ. in fin. Bald. in d. l. ſi quis ac-
cepto. 4. verſ. extra opp. ff. de cond. cauſ. dat. Caſtr. in
d. l. ſi vnus 28. §. ſi cum reo in fin. ff. de pact.* Sed
creditori ſuccurrenr officio ſuperioris, qui pre
cedente monitione poterit, quaſi ex noua cau
ſa ad ſententiam excommunicationis proſili-
36 re, † *ſecundum Bald. ibi verſ. ex prædictis, & Caſt.
in d. §. ſi cum reo in fin.* Itque generaliter obſer-
uatur in omnibus caſibus in quib. modus, aut
conditio liberationi adiecta non ſeruatur; nā,
licet talis adiectio cenſeatur correſpectiua ad
liberationem ipſam, non tamen eius defectus
vitiat liberationem, ſed hoc ſolum operatur,
vt is, qui ſub modo, vel conditione reſolutiua
liberauit, petat ſe in priſtinam actionem repo-
ni, ſi actio talis ſit, quæ voluntate priuatorum
reſtitui poſſit, vel, ſi non ſit talis, puta, quia cer-
tam formam requirat, alio remedio conſequa-
tur, quanti ſua intereſt, modum, ſine conditio-
37 nem, impletam non eſſe. † *d. l. ſi quis accepto. 4.
& tradunt omnes, quos retulimus ſupra num.* 29.
Cum igitur in caſu noſtro tractetur de actu li-
beratorio nempè de reductione penſionis, quæ
eam pro parte extinguit, licet ei fuerit adiectū
pactum reſolutiuum, quod cenſetur inualidū,
non tamen ob id debet annullari reductio, ſed
adueniente caſu pacti debet agi, non quidem
in hoc, vt primæua penſio, quæ ſemel fuit redu
ctione extincta, reintegret, quia hoc nuda pri-
uatorum voluntate fieri nequit, ſed in id, quod
intereſt, pacti conditionem ſeruatam nō eſſe,
ſecundum ea, quæ in ſimilibus ſpeciebus obſer
uantur: Et ratio eſt, quia pactum, quod redu-
ctioni fuit adiectum, non eſt purum, ſed con-
ditionale, ſi nempè reſiduum non ſoluatur in-
tra biennium, ideoque non poteſt attendi, niſi
adueniente conditione, Quo fit, vt interim re-
ductio, quæ eſt pura, ſuum effectum operetur,
& per conſequentias extinguat pēſionem pro
parte, quæ res efficit, vt, licet poſtea conditio
purificetur, non tamen poſſit amplius facere,
quin res, quæ ſemel fuit extincta, ſemper rema-
neat extincta, Itaque neceſſario debet agi, vel,
vt priſtina obligatio reſtituatur, ſi poteſt, vel, ſi
non poteſt, vt ſaltem præſtetur id, quod inter-
eſt, *ſecundum ea, quæ diximus.*

Quartò demus citra præiudicium veritatis,
quod inualiditas huius pacti debeat reddere
inualidam ipſā reductionem, hoc tamē ita ac-
cipiendum eſt, vt ita demum locum habeat, ſi
caſus pacti aduenerit: nam, quia diſpoſitio per
ſe eſt pura, ſed reſoluenda in certum tantum
caſum, nempè in caſum, quo reſiduum nō ſol-
uatur, quandiù ſoluitur, pactum nec attendi,
nec quicquam operari poteſt, quia reſpectu hu
ius caſus nō poteſt pactum dici correſpectiuū
ad reductionem: Alioquin enim plus opera-
retur, quam eſſet intētio partium, quippe, cum
earum mens fuerit, vt ſoluente D. Priore cen-
tum aureos intra tempus præfinitum, reductio
ſemper intelligatur in ſua firmitate permane-
re, & in eo tantum caſu habeatur pro non fa-
cta, quo reſiduum ſuis temporibus non ſolua-
tur. Ergo extra illum caſum non poteſt redde-
re inualidam reductionem, ne quicquam con-
tra intentionem agentium operetur *contra re-
gulam l. non omnis* 19. *ff. ſi cert. pet.* Et, ſi dixeris
non poſſe hoc locum habere in actibus corre-
ſpectiuis, quippe, qui ſunt indiuidui, *vt ſupra di
ctum eſt*, & per conſequentias non poſſunt pro
38 parte valere, & pro parte non † *l. cum ex cauſa*
139. *ff. de verbo. oblig. l. in hoc iudicio. 28. ff. fam. er-
ciſc. & tradunt omnes in l. ſtipulationes nō diuidun
tur 72. ff. de verb. oblig.* Reſpondeo, eſſe indiui-
39 duos in caſu tantum correſpectiuitatis, † vtpo-
tè in quo ſolo voluntas partium concurrit: nā
dicuntur indiuidui, non ex ſe, & ſui natura, ſed
ex voluntate partium, *vt tradunt omnes, quos
retulimus ſupra num.* 5 ideoque indiuiduitas nō
poteſt conſiderari, niſi quatenus talis voluntas
concurrit, ne alioquin effectus latius pateat,
quam ſua cauſa, contra notiſſimas regulas iu-
ris ciuilis, Cum igitur voluntas non concurrat,
niſi in caſu inobſeruantiæ, conſequens eſt, vt
in hoc ſolo caſu debeat contractus cenſeri in-
diuiduus.

Quintò demum, quādo aliqua ſubeſſet (quæ
re vera nō ſubeſt) dubitatio, adhuc tamen pro
validitate reductionis pronuntiandum eſſet,
quia, cum in ea tractetur de extinctione pen-
40 ſionis, ſaltē pro parte, quæ eſt fauorabilis, † *vt
ſcribit Gig. de penſio. q. 99. num. 4.* in dubio debe-
mus potius pro ea, quam contra eam pronun-
tiare exemplo aliarum cauſarum fauorabiliū
*l. in ambiguis. 71. ff. de iur. dot. l. in ambiguis 86. ff.
de reg. iur. l. ſi pars 10. ff. de inoff. teſt. cum ſimil.* De-
nique in dubio ea potius facienda eſt interpre
tatio, quæ ſuſtinet actum, quam, quæ illum in-
firmat. *l. quoties 13. ff. de reb. dub. l. quoties. 80. ff.
de verb. oblig.*

Ex quibus facilè eſt ad contraria reſpōdere:
namque ad id, quod dicitur pactum adiectum
reductioni eſſe inualidū, & conſequenter tan-
quam correſpectiuum reddere inualidam, &
nullam ipſam reductionem, reſpondeo primo
negando pacti inualiditatem, quia, cum non
contineat impoſitionem nouæ penſionis, ſed
tantum cōſeruationem antiquæ, ſiue dicamus
id eſſe conceptum ſub conditione ſuſpenſiua,
ſiue ſub reſolutiua, conſequens eſt, vt non poſ-
ſit inualidum reputari, licet in eo non interue-
nerit authoritas S. P. *ſicuti latè oſtendimus in pri-
mo, & ſecundo fundamento.*

Neque obſtat, quod prima penſio fuerit per
reductionem extincta, ideoque non poſſit per
ſubſequens pactum ſuſcitari, exemplo obliga-
tionis, quæ, ſi per pactum de non petendo fuit
ipſo iure ſublata, non poteſt poſtea virtute pa-
cti de petendo reuiuiſcere, quia reſpondeo, id
procedere in iis caſibus, in quibus præcedens
obligatio fuit ipſo iure, & ſic totaliter ſublata,
puta per acceptilationem, vel etiam per pa-
ctum de non petendo, ſi tractemus de actio-
nibus ex delicto pro deſcentibus *ſecundum d.
§. pactus.* Cæterum, ſi non ipſo iure, ſed ope
tantum exceptionis tollatur, vt euenit in dimi
nutione penſionis, quæ non per Aquilianam
ſtipulationem, ſed per ſimplex pactum facta
fuit, vt in caſu noſtro, Verius eſt, manere pri-
mæuam actionem, & ius priſtinū, non eliſum,
nec

nec in aliqua ſui parte diminutum, propterea
quod pactum illud remiſſiuum cenſetur ex
cauſa poſtea contingente reſolutum, *vt late
oſtendimus in eodem ſecundo fundamento*.

Secundò reſpondeo, etiamſi pactum non
valeret, non tamen poſſe reddere inualidam,
& nullam ipſam reductionem, non obſtante,
quod pactum videatur correſpectiuum, quia,
quod dicitur vitiato, vel ſublato vno ex cor-
reſpectiuis cenſeri vitiatum, aut ſublatum al-
41 terum, procedit † in contractibus, ſiue actibus
obligationem inducentibus, ſecus verò in di-
ſtractibus, ſiue pactis liberatorijs, quorum vis
in tollendo, & extinguendo conſiſtit: nam in
ijs vitium, ſiue inualiditas pacti reſolutiui, aut
defectus modi non reddit ipſum actum libe-
ratorium nullum, ſed id tantum operatur, vt
nouo remedio creditor ius ſuum côſequi poſ-
ſit *d.l. ſi quis accep. o, d. § pactum, & latè demonſtra-
nimus in 3 fundam.* licet negari nô poſſit, quin
talis adiectio ſit ad ipſam liberationem cor-
reſpectiua, vt pote ſine qua non fuiſſet credi-
tor ius ſuum remiſſurus. Et ratio diuerſitatis
42 eſt, quia † contractus initus ſub modo, vel cô-
ditione reſolutiua, tamquam purus ſtatim pa-
rit obligationê, quæ, vt habitus poteſt ex poſt
facto, vel tolli, vel vitiari, vel reſolui, At diſtra-
ctus ſub modo, vel reſolutiua conditione fa-
ctus ſtatim inducit liberationem, quæ tamquã
priuatio, nec tolli amplius, nec vitiari, nec re-
ſolui aliquo modo poteſt Quod enim non eſt,
tolli nequit *l. nam etſi ſub conditione 5. ff. de inuſt.
rup.* cum non entis nullæ ſint qualitates *l. eius
qui 41. ff. ſi cert. pet.* Itaq; ſufficit, vel momento
temporis actionem eſſe ſublatam, ſiue ius ex-
tinctum, vt nullo poſtea caſu poſſit idem in in-
diuiduo ſuſcitari.

Tertio deniq; reſpondeo, dato etiam, quod
vitiaret, hoc tamen intelligendum eſſe, ſi ve-
niat caſus pacti, id eſt, ſi non ſoluatur reſiduum
intra tempus pactione præfinitum: nam hoc
ſolo reſpectu pactum dicitur correſpectiuum,
& debet ex volũtate partium attendi, *ſicuti de-
monſtrauimus in 4. fundamento*.

Secunda autẽ dubitatio reſpiciens qualitatẽ
huius reductionis, num ſcilicet ſit perſonalis,
an verò realis, ita diligenter fuit a præſtantiſſi-
mis viris, qui ante me ſcripſerunt, diſcuſſa, &
reſoluta, vt omnis meus in ſcribendo labor nô
poſſit non eſſe ſuperuacuus, Sed, ne ſilentio vi-
dear de iure D. Prioris dubitare, dicam breuiter
nonnulla, quæ, meo iudicio, rem extra omnem
dubitationem conſtituunt.

Videretur autem primo aſpectu dicendum,
reductionem eſſe perſonalem; & proinde non
poſſe D. Priori ſuffragari, quia, licet eius verba
non fuerint in perſonam concepta, eo tamen
ipſo, quod legitur facta, *per l'affettione, qual ſem-
pre ua portato, & porta alli ſudetti Signori Balbia-
ni, & ſu Signor luoro Padre, & per la parentela, &
affinita, che ſeco tiene, a finche per eſſer buon numero
poſſino meglio mantenerſi, & aggrandire caſa luo-
ro*, & ſic contemplatione perſonarum, & pro-
pter cauſam ad certas perſonas reſtrictam, vi-
43 detur iudicanda perſonalis, † *vt in ſpecie de con-
ceſſione facta propter affectionem perſonæ conſtat
ex l. pater filiæ. 6. in fin. ff. de ſeru. leg. & ſcribunt
Nat. conſil. 164. num. 20. verſ. Item, quia, Crau.
conſ. 929. num. 9. & Men. de præſ. lib. 3. præſ. 104.
nu. 9.* Nam illa verba, tamquam poſita in proœ-
mio, ſeu verbis narratiuis denotant cauſam fi-
44 nalem † *l. ſi. & ibi Bart. nu. 3. ff. de her. inſt. Bald.
in l. vt liberis 17. num. 1. C. de collat. Alex. conſ. 119.
num. 10. vol. 5. Soc. Sen. conſ. 159. nu. 20. vol. 2. Dec.
conſ. 379. num. 5. verſ. & vlterius, Pariſ. conſil. 21.
num. 38. vol. 1. Soc. Iun. conſil. 21. nu. 2. vol. 1. Nat.
conſil. 609. num. 12. Cran. conſil. 192. num. 21. De-
cian. conſil. 12. num. 12. vol. 2. Ozaſc. conſil. 7. num.
47. Men. conſil. 219. num. 9. & 30.* à qua deduci
ſolet qualitas diſpoſitionis, vtrum ſcilicet rea-
45 lis ſit, an verò perſonalis, † *vt ſcribunt Specul. in
tit. de empt. & vend. § 1. nu. 25. Bart. in l. 3. § . opus.
num. 2. ff. de alien. ind. mut. cauſ. fact. Cepoll. de ſeru.
vrb. prędior. cap. 2. nu. 6. in fin. Dec. conſil mihi 261.
num. 2. verſ. 5. conſiderandum Crau. d. conſ. 929.
num. 16.* quia, cum in aliis ceſſet illa cauſa di-
minuendæ penſionis, conſequens eſt, vt ceſſare
46 quoq; debeat ipſa diminutio, † *vt in ſpecie di-
minutionis ſcribit Decia. conſil. 61. num. 36. vol. 2.*
Quamobrem dicimus ceſſante cauſa liberatio-
47 nis ceſſare, & ipſam liberationem, † *vt ex ſenten-
tia Ang. conſil. 139. num. 1. verſ. 1. Soc. Sen. conſil.
159. num. 21. vol. 2. Chaſſa. conſil. 69. num. 10. ſcri-
pſit Tiraq. in reg. ceſſante cauſa in verſ. liberationis
num. 179.* Et renuntiationem factam fauore
48 maſculorum ceſſare, ſi maſculi moriãtur. † *Ita
enim ſimpliciter ſcripſerunt Alex. in l. ſtipulatio
hoc modo concepta. 61. num. 11. ff. de verb. oblig.
Tiraq. in d. reg. Ceſſante cauſa in lit. R. verſ. renũ-
tiationis num. 232. Ozaſc. deciſ. 98. num. 11. vbi te-
ſtatur hanc eſſe communem Bec. conſil. 107. num. 19.
Hond. conſil. 29. num. 79. vol. 1.* Deniq; compo-
ſitionem de ſoluenda minore pẽſione factam
cum Rectore intuitu paupertatis, quaſi perſo-
49 nalem non tranſire in ſucceſſorem, † *vti con-
ſuluit Gig. conſil. 125. nu. 6. verſ. modo videndum,
& ſeqq.* Quod videtur dicendum etiamſi ſu-
beſſet aliqua dubitatio, quia in dubio conceſ-
ſio videtur potius iudicanda perſonalis, quam
50 realis † *vt ſcribunt Bart. conſil. 189. num. 3. lib. 1.
Bald. in l. apud Iulianum. 40. § . ſi quis aliqui in 1.
not. ff. de leg. 1. Alexan. conſil. 101. in fin. vol. 1. Iaſ.
conſil. 89. col. 2. verſ. moueor in primis vol. 3. Dec. in
l. in omnibus cauſis 68. num. 3. ff. de reg. iur. Nat.
conſil. 163. num. 4. & 16.*

Prædictis tamen non obſtantibus, prout re
vera non obſtant, contrarium in propoſita ſpe-
cie de iure verius eſſe puto, nempe reductio-
nem, qua de agitur, non eſſe perſonalem, ſed
realem, & per conſequentias etiam D. Priori
Camoto, qui in beneficio ſucceſſit, ſuffragari:
Nam ad cognoſcendum, vtrum conceſſio ſit
realis, an verò perſonalis, tria potiſſimum con-
ſtat eſſe inſpicienda, verba, qualitatem rei, &
cauſam conceſſionis, quæ, ſi nullo modo per-
ſonalitatem importent, cenſenda erit ſine du-
51 bio conceſſio realis. † *Ita not. ſcripſit Bald. in d.
l. apud Iulianũ 40. § ſi quis alicui verſ. Ego dixi ff.
de leg. 1. quem ſequitur Ang. de Gamb. conſil. 117.
num. 6.*

Primum igitur, ſi ſpectemus verba (quæ di-
ligenter in huiuſmodi quæſtionibus ſunt per-
52 pendenda † *vt ait Decian. conſil. 5. num. 28. vol. 4*)
non poſſumus ex iis colligere reductionem eſ-
ſe perſonalem, ſed potius realem: nam, cum
verba ſint huiuſmodi, *Ha minuito, & minuiſce
la penſione annuale &c. & eſſa ha ridotto, & riduce
a ſcudi cento d'oro d'Italia &c.* & ſic non fuerint
in perſonam, ſed in rem concepta, ſcilicet, quia
penſionem, & ſic rem ipſam diminuunt, non
vero

verò perſonæ quicquam tribuunt conſequens
eſt, vt non poſſint aliquo modo denotare redu
ctionem perſonalem, vt patet *ex l. iuriſgentium.
7. §. pactorum & l. contra iuris. 29. §. ſi filius. ff. de
pact.* vbi, ſi fiat pactum, ne pecunia petatur, di-
citur conceptum in rem, quia ſola res in pactũ
deducitur, ſi verò, ne petatur à Titio, dicitur cõ
ceptum in perſonam, quia perſonæ fit conceſ-
ſio, Qua ratione dicimus conceſſionem tunc
eſſe perſonalem, cum eius verba ad perſonam
diriguntur, realem verò cum diriguntur ad rẽ,
53 † *l. ætatem. 3. §. vlt. ff. de cenſib. & ſcribunt Ang. de
Gambel. conſ. 117. in prin. Iaſ. conſ. 89. col. 1. verſic.
3. facit, & col. 2. verſ. 4. vol. 3. Dec. in l. in omnibus
cauſis. 68. num. 15. ff. de reg. iur. Nat. conſ. 163. nu.
7. & conſ. 627. nu. 12. Crau. conſ. 590. num. 1. De-
cia. conſ. 49. num. 6. & 33. vol. 5. Menoch. de præſ.
lib. 3. præſ. 104. num. 1. & 26.* Quinimo (quod di-
ligenter animaduertendum puto) etiamſi ver-
ba fuiſſent concepta in perſonam, adhuc tamẽ
in caſu noſtro denotarent reductionem realẽ
non perſonalem, quia, quoties non tractamus
de priuilegio, quod eſt contra ius commune,
ſed de beneficio, quod iuri communi non re-
fragatur, puta de donatione legato, liberatio-
ne, & id genus alijs hominum actibus, qui ab
hominum voluntate pendẽt, ſola perſonæ no-
minatio non reddit diſpoſitionem perſonalẽ:
nam, etſi dicatur concedo tibi facultatem ven
dendi, nihilominus talis facultas tanquam rea-
54 lis tranſit ad hæredes † *l. ſi neceſſarias. 8. §. de ven
dendo. ff. de pign. act.* Et ſimili modo, ſi dicatur
promitto tibi centum, promiſſio cenſetur rea-
lis *l. vn. C. vt act. ab hæred. l. veteris 13. C. de contr.
& comm. ſtip.* quemadmodum, & cum dicitur,
libero te *l. tale pactum 41. in princ. & ibi not. ff. de
pact.* quia in contractibus, diſtractibus, & cæte-
ris cauſis ſimilibus nominatio certæ perſonæ
nõ excludit perſonam ſucceſſorum, propterea
quod vnuſquiſque cenſetur non modo ſibi, ſed
55 etiam ſuis hæredibus velle proſpicere † *l. ſi pa-
ctum 9. ff. de probat.* Quamobrem dicimus no-
minato Titio cenſeri quoq; nominatum eius
56 hæredem † *d. l. ſi neceſſarias. 8. §. de vendendo. ff.
de pign. act. Bald. in l. 1. nu. 3. C. quor. leg. Dec. conſ.
161. num. 2. in fin. & conſ. 180. num. 5. verſ. & ideo
hæredi*, adeo, vt in huiuſmodi cauſis ſuperua-
57 cua cenſeatur hæredum mentio, † *l. cum qui ita.
56. §. 1. & ibi not. Caſt. ff. de verb. oblig.* Solũ enim
attenditur perſonæ nominatio, cum tractatur
de priuilegio, quod iuri communi aduerſatur,
& conſequenter cenſetur odioſum non etiam,
cum tractatur de beneficio, quod eſt fauorabi-
58 le, † *vt latiſſime declarat Nat. in d. conſ. 163. nu.
1. & ſeqq.* Nec eſt contrarium, quod *in d. l. iuriſ-
gentium 7. §. pactorum. ff. de pact.* tractetur de pa
cto, & ſic de beneficio, & tamen ſpectatur per-
ſonæ nominatio, quia id verũ eſt, quoties ver-
ba pacti, vel alterius beneficij ſonant in factũ:
nam tunc ſpectandum eſt, vtrum perſona ſit no
minata nec ne; Ceterum, quando ſonant in ius
perſonæ nominatio nihil operatur, ideoq; non
59 attenditur. † *Ita diſtinguit Bar. in l. Apud Iulia-
num 40. §. ſi quis alicui. ff. de leg. 1. & in l. ſtipula-
tio iſta 38. §. hi qui. ff. de verb. obli. Ang. de Gamb.
conſ. 54. num. 12. Dec. d. conſ. 261. num. 7. verſic. 5.
non obſtat Decian. conſ. 5. num. 1. vol. 4.* Itaque ſi
in pacto, vel ſtipulatione dictum ſit, concedo
Titio, vt ire poſſit, quia verba ſonant in factũ,
dicimus cõceſſionem eſſe perſonalem, ideoq;
60 Titij hæredes ire non poſſe † *l. pater filiæ. 6. ff. de
ſeru. leg. d. l. Apud Iulianum 40. §. ſi quis alicui. ff.
de leg. 1.* Cæterum, ſi ſit dictum, concedo Titio
ius eundi, vel iter, aut aliam ſeruitutem, quia
verba ſonant in ius, ideo dicimus conceſſionẽ
eſſe realem non obſtante nominatione Titij.
61 † *Ita Bar. in l. Lucius 37. num. 1. ff. de ſeruit. ruſt.
præd. vbi Caſtr. num. 2. Bart. in l. ſtipulatio iſta. 38.
§. ſi quis ita num. 5. ff. de verb. oblig. & in d. l. pater
filiæ 6. num. 7. ff. de ſeru. leg. Cæpoll. de ſeru. vrba.
præd. cap. 2. num. 5.* quia perſona nominatur, vt
potius demonſtretur, cui fit conceſſio, quam
quod perſonalis conceſſio fiat *d. l. iuriſgentium
7. § pactorum in fin. ff. de pact.* Idem dicimus, &
de pacto: nam, ſi ita concipiatur, promitto me
non acturum contra Titium, vel non petiturũ
à Titio, quia in promiſſione factum, idest exe-
cutio continetur, & perſona pacto comprehẽ-
62 ſa eſt, ideo dicimus, pactum eſſe perſonale † *d.
§ pactorum, & d. l. contra iuris 29. §. ſi filius. ff. de
pact.* Quod, ſi fuerit ita conceptum, libero Ti-
tium ab obligatione, vel profiteor Titium non
teneri, quia in promiſſione continetur ius, ideſt
liberatio, ideo pactum cenſetur reale non ob-
63 ſtante nominatione Titij † *d. l. tale pactum 41.
in prin. & ibi not. ff. de pact.* Cũ igitur in caſu no-
ſtro tractetur de reductione penſionis, quæ fit
à priuato, & conſequenter de beneficio non
de priuilegio, & eius verba ſonent in ius, non
in factum, ſcilicet, quia non fuit dictum, *ha pro
meſſo, & promette di non domandare*, ſed, *ha minui
to, & minuiſce la penſione, &c. & eſſa ha ridotto, &
riduce &c.* quæ continent ius, non factum, cum
diminutio, ſiue reductio tanquam reſpiciens
extinctionem penſionis, ſeu liberationem ſal-
tem pro parte referatur ad ius, non ad factum,
vt not. in d. l. tale pactum. 41. in prin. Conſequens
eſt, vt etiamſi perſona fuiſſet nominata, puta,
quia dictum eſſet, *ha liberato, & libera il Sig. Veſ-
paſiano dalla metà della penſione douuta*, non ta-
men ob id debuerit cenſeri perſonalis. Quo fit,
vt multo minus debeat cenſeri perſonalis ſtan
te, quod eius perſona non fuit in reductione
nominata, ſed ſimpliciter facta eſt penſionis
diminutio, & maximè attentis alijs clauſulis,
& verbis in inſtrumento poſitis, vt ſunt illa, *per
eſſi Signori figliuoli loro heredi, & per cui per l'au-
uenire potrà hauer intereſſe*, & illa *in ogni tempo*,
quæ rem conſtituunt extra omnem dubitatio-
nem, vt a præſtantiſſimis conſulentibus oſten-
ſum eſt; nã ex his omnibus ſimul iunctis aper-
tiſſimè conſtat, verba reductionis non arguere
conceſſionem perſonalem, ſed realem.

Secundo verò, ſi ſpectemus qualitatem rei,
multò minus ex ea poſſumus colligere redu-
ctionem eſſe perſonalem, quia, licet tractetur
de penſione, quæ ſui natura eſt perſonalis, ta-
men, quia non agitur de ea inducenda, ſed de
ea pro parte extinguenda, quæ res reſpicit liber
tatem ipſius beneficij, & ſic rem ad alios tran-
ſitoriam, cum libertas rei, quaſi ipſius qualitas
64 rem ipſam perpetuò comitetur † *l. traditio. 20.
§. 1. cum ibi not. ff. de acq. rer. dom.* ideo non po-
teſt cenſeri res perſonalis, ſed realis, vt euenit,
cum agitur de vſufructu extinguendo: nam, li
cet in pacto, in quo tractatur de vſufructu in-
ducendo, cenſeatur agi de re perſonali, tamen
in eo, in quo tractatur de vſufructu extinguen-
do cenſetur agi de iure reali, nempe de inducẽ-
da rei libertate, quæ realis eſt, & conſequenter

tranſi-

tranſitoria ad omnes ipſiuſrei ſucceſſores, *vt
dictum eſt.*

Tertiò denique, ſi ſpectemus cauſam, pro-
pter quam huiuſmodi reductio facta fuit, nul-
lo modo poſſumus ex ea deducere ipſius redu-
ctionis perſonalitatem, tametſi in hac vna vi-
deatur aduerſa pars tutiſſimum ſuę intentionis
fundamentum conſtituiſſe: Primum enim, ſi di
ligenter res perpendatur, & ſecundum ea prin-
cipia, eaſque diſtinctiones, quibus in diſcernē-
dis cauſarum generibus DD. noſtri vtuntur, ter
minetur, facilè apparebit, cauſam in inſtrumē-
to expreſſam non eſſe finalem, ſed impulſiuā,
quæ ſui natura non ſolet actum reddere perſo-
nalem, propterea quod, etiamſi ceſſet, non ta-
men ceſſat diſpoſitio, quæ ſemel eſt ſuum effe-
65 ctum conſecuta, † *l. 2. §. vlt. vbi glo. in verb. cau-
ſa magis, & poſt eam Bart. & alij communiter. ff.
de donat. & latiſſimè declarat, ac proſequitur Ti-
raq. in d. reg. ceſſante cauſa limit. 1. num. 1. & ſeqq.*
Nam aut conſideramus cauſam illam, quæ cō
tinetur ſub illis verbis, *Per l'affettione, qual ſem-
per ha portato, & porta alli ſudetti Signori Balbia-
ni, & ſu Sig. loro padre, & per la parentela, & affi-
nità, che ſeco tiene;* Et, cum hæc reſpiciat tempus
præſens, ac præteritum, non poteſt vllo modo
66 cenſeri finalis, ſed tantū impulſiua, † *vt ſcripſit
Bald. in l. damus 52. ff. de cond. ind. & poſt eum Ti-
raq. in d. reg. ceſſ. cauſ. in 1. limit. nu. 26. & 31. Me-
noch. conſ. 723. num. 19. & conſ. 727. nu. 9.* Alio-
quin enim ſequeretur donationes, legata, & id
genus aliàs diſpoſitiones, quæ, vt plurimū fiūt
propter affectionē, aut cognationem, aut affini
tatem, reddi perſonales, nec ad hæredes poſſe
tranſmitti, quaſi in eorum perſonis ceſſet cau-
ſa diſpoſitionis, quod tamen nemo rectè dixe-
rit. Aut verò conſideramus aliam cauſam, quę
cōtinetur ſub illis verbis, *A finche per eſſer buon
numero, poſſino meglio mantenerſi, & aggrandire
caſa loro,* Et, licet hæc reſpiciat tempus futurū,
non tamen in caſu noſtro poteſt cenſeri fina-
lis, ſed tantum impulſiua, quia non omnis cau
ſa, quæ concipitur in futurum, dicitur finalis,
ſed illa tantum, quæ reſpicit ipſius diſponētis,
aut etiam tertij vtilitatem, vel ſolam, vel etiā
cum vocati vtilitate coniunctam, non etiam,
ſi reſpiciat ſolam vtilitatem, eius, in cuius fauo
rem diſponitur, niſi cauſa talis ſit, quæ fuerit
67 ad inducendam diſpoſitionem neceſſaria, † *vt
docuerunt Bar. in l. 2. §. vlt. num. 2. verſ. & videa-
mus, ff. de donat. Bald. in l. 1. §. ſi parendi in 2. opp.
ff. de cond. cauſ. & poſt eos alij communiter vti vi-
dere eſt apud Tiraq. in d. reg. ceſſ. cauſ. limit. 8. nu.
52. vbi innumeros adducit, & num. ſeq. ſubijcit, ſe
neminem reperiſſe, qui contrarium diceret.* Cum
igitur in caſu noſtro cauſa expreſſa reſpiciat
ſolam vtilitatem eorum, qui liberantur, nec
ad reductionem faciendam fuerit neceſſaria,
conſequens eſt, vt non poſſit cenſeri finalis, ſed
tantum impulſiua, maximè cum tractetur de
liberatione gratuita, & ſic de actu continente
ſpeciem donationis, in qua dicimus, etiam in
dubio cauſam expreſſam cenſeri impulſiuam
68 non finalem † *l. 2. §. vlt. vbi glo. Barto. Angel. &
Imol. ff. de donat. Ang. de Gamb. conſ. 100. nu. 7.*

Secundò verò, licet cauſa dici poſſet finalis,
adhuc tamen in caſu noſtro non poſſet redde-
re diminutionem, ſeu reductionem perſonalē,
quia, quod dicimus, cauſam finalem arguere
perſonalem diſpoſitionem, ſi talis ſit, quæ per-
ſonis tantum expreſſis conueniat, recipit duo-
rum caſuum diſtinctionem.

Primus enim caſus eſt, quando tractatur de
diſpoſitione habente tractum ſucceſſiuum in
futurum. Et in hoc caſu verum eſt, ſi cauſa fina
lis, quæ conſideratur in perſona vocati, ceſſet
in alijs, reddere diſpoſitionem perſonalē, ideo-
que, cum perſona extingui, nec ad alias tranſ-
ferri poſſe. Exemplum ſit in promiſſione an-
nua facta alicui intuitu paupertatis, & ſic con-
templatione perſonæ: nam, quia hæc habet tra
ctum ſucceſſiuum, ideo talis cauſa reddit pro-
miſſionem perſonalem, quo fit, vt cum perſo-
na extinguatur, nec ad eius hæredes tranſmit-
69 tatur, † *vt cenſuerunt Bart. in l. ſi Stichum. 16. §.
ſtipulatio. num. 2. & ibi Ang. num. 2. Caſt. num. 2.
Alex. num. 5. Iaſ. num. 11. vbi ait eſſe magis com-
munem. ff. de verb. oblig. Ruin. conſ. 124. nu. 9. vol.
1. Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 8. num. 11.* Idem eſt
in priuilegijs, & conceſſionibus immunitatū,
quæ ſui natura cenſentur habere tractum ſuc-
ceſſiuum, ſcilicet, quia immunitas reſpicit exē
ptionem ab oneribus, quæ in dies, & ſucceſſiuè
imponi poſſunt: nā, ſi tales conceſſiones fiant
ob cauſam, quæ certæ tantum perſonæ conue-
niat, reddentur ab ea perſonales, & per conſe-
70 quentias cum perſona extinguentur † *vt decla-
rant Bald. in l. 2. num. 5. C. de Epiſ. & cler. Iaſ. conſ.
89. col. 3. verſ. 2. vol. 3. Decia. conſ. 5. num. 2. & nu.
49. verſ. non obſtat ſecundum vol. 4. Cacheran. deciſ.
267. num. 11. Coraſ. lib. 1. quæſt. for. q. 90. num.
6. verſ. ideo.* Denique idem eſt, & in conceſſio-
nibus earum rerum, quæ ſunt facultatis, puta
tranſitandi, aut id genus alia faciendi: nam, qa
huiuſmodi facultates habent tractum tempo-
ris ſucceſſiuum, ideo tales conceſſiones per ad-
iectionem cauſæ finalis, quæ certę tantum per-
71 ſonæ conueniat, redduntur perſonales † *d. l. pa-
ter filiæ, 6. ff. de ſeru. leg.* quia in alijs perſonis ceſ-
ſat cauſa conceſſionis, ideoque ceſſare debet,
72 & ipſa conceſſio † *vt not. Abb. in cap. ſi. de Cuſto.
Eucha. & ſcribit Tiraq. in d. reg. ceſſante cauſ. in lit.
C nu. 52.* Sed hic propriè non eſt caſus noſter,
quia reductio nō eſt actus, qui tractum habeat
ſucceſſiuum, *vt mox oſtendam.*

Secundus verò caſus eſt, quando tractatur
de diſpoſitione momentanea, quæ ſcilicet effe
ctum ſuum ſemel operatur, Et tunc verius eſt
etiamſi facta ſit ex cauſa finali, quæ ſit ad per-
ſonam reſtricta, non tamen cenſeri perſonalē,
quia, vbi ſemel in illa perſona ſuum effectum
eſt conſecuta, perpetuam vim habere intelli-
73 gitur, etiamſi poſtea cauſa ceſſet, † *Ita not. decla
rant Bal. in l. generaliter 41. nu. 4. & 5. C. de Epiſc.
& cler. Alex. in l. ſi cum dotem 23. §. ſi maritus nu.
6. verſ. ſed certe. ff. ſolut. matr. Soc. ſen. conſ. 81. num.
15. & conſ. 84. num. 11. verſ. præterea ibi volum. 3.
Dec. conſ. 24. num. 5. verſ. non obſtat 3. Tiraq. in d.
reg. ceſſ. cauſ. limit. 23. num. 1.* Exemplum ſit in
donatione certæ ſummę non annuatim, ſed ſe-
mel ſoluendæ facta alicui propter paupertatē,
& vt commodius ſe, ſuamque familiam alere
poſſit, nā, & ſi cenſeatur facta propter cauſam,
quæ eſt propria illius perſonæ, non tamen ob
hoc redditur perſonalis, ſed, vbi ſemel effectū
habuit, tanquam realis ad omnes ipſius paupe-
ris hæredes transfertur ſecundum naturam do-
74 nationis, quæ eſt, vt tranſmittatur † *ſicuti docue
runt Bald. in l. 2. num. 4. verſ. quid enim C. de iur.
dot. Alex. conſ. 14. num. 3. vol. 1. Iaſ. in l. non omnis.
19. num.*

19.*num.5.ff.ſi cert.pet.Ruin.conſ.98.num.16.vol.*
1.Soc.ſen.conſ.53.num.5.vol.1. Rol.conſ.8.nu.20.
vol.1. nam,& ſimili ratione quarta, quæ tribui-
tur vxori pauperi *ex diſpoſitione auth. præterea.*
C.vnd. vir. & vxor, non extinguitur, licet poſt
mortem mariti vxor ſit effecta diues: quia, cũ
talis ſucceſſio ſit actus momentaneus, ſufficit
effectum ſemel habuiſſe, vt perpetuam vim ha
bere intelligatur, tametſi poſtea cauſa ceſſet.
75 † *Ita in terminis conſuluit Dec. conſ.24. per tot. &*
ſcripſit etiam Fabia. de Pep. in d. Auth. præterea.
num. 106. verſi. ſed reſponde. Et hic propriè eſt
caſus noſter, nam diminutio, ſeu reductio pen-
ſionis non eſt actus, qui habeat tractum ſucceſ
ſiuum, ſed eſt actus momentaneus, qui ſemel
fit, & ſemel ſuum effectum operatur exemplo
aliorum omnium actuum, qui in tollendo ſiue
extinguendo conſiſtunt: ſunt enim omnes mo
mentanei, cũ ij ſoli poſſint eſſe ſucceſſiui, quo-
rum effectus in producendo conſiſtit, ſcilicet,
quia effectus conſiſtens multiplicari poteſt, pri
uatiuus verò non poteſt, cum, vbi ſemel res eſt
ſublata, non poſſit iterum reuiuiſcere, & per
conſequentias nec iterum extingui. Quo fit, vt
ſufficiat ſemel eſſe diminutam, & reductam
penſionem, vt perpetuò remaneat diminuta,
non obſtante, quod talis diminutio fuerit fa-
cta propter cauſam, quæ poſtea ceſſet.

Nec eſt, quod obiicias Imo in caſu noſtro
tractari de penſione, quæ tanquam annua tra-
ctum habet ſucceſſiuũ, quia reſpondeo id pro-
cedere reſpectu obligationis, non reſpectu re-
ductionis: nam penſionalis obligatio tractum
habet ſucceſſiuum, reductio vero momenta-
neum, ſcilicet, quia obligationis effectus, qui
in ſoluendo conſiſtit, tanquã permanens mul-
tiplicari poteſt, effectus verò reductionis, qui
conſiſtit in tollendo, tanquam priuans & peri-
mens, ſemel tantum locum habere poteſt, *vt*
ſupra dictum eſt.

Ex quibus omnibus ſatis apertè conſtare pu
to reductionem hanc non poſſe vlla ratione
cenſeri perſonalem non oſtentibus iis, quæ in
cõtrarium adducta ſunt, quippe, quæ ex ſupra-
dictis remanent ſublata, aut certè nullo nego-
tio tolli poſſunt: nam ad id quod dicitur, hu-
iuſmodi reductionem fuiſſe factã ob cauſam,
quæ tanquam finalis, & ad certas perſonas re-
ſtricta perſonalem quoque reddit diſpoſitio-
nem, reſpondeo Primo negando, cauſam, quæ
in inſtrumento legitur eſſe finalem, cum ve-
rius ſit eam eſſe impulſiuam, *vt ſupra latè oſten-*
dimus.

Neque obſtat, quod fuerit expreſſa in verbis
narratiuis, quæ cauſam finalem denotare ſo-
lent, quia reſpondeo, hoc eſſe intelligendum,
ſi verba talia ſint, quæ ſui natura cauſam fina-
lem importare poſſint; Cæterum, ſi non ſint
talia, verius eſſe, etiam verba proœmii denota
76 re cauſam impulſiuam, † *vt declarat Tiraq. in*
d.reg. ceſſ. cauſ. limit.1.num. 66. Quæ autem ver-
ba ſui natura cauſam finalem importẽt, ſi quæ-
ratur, rem eſſe decidẽdam adhibita diſtinctio-
ne, quam ſupra retulimus: nam, ſi verba in præ-
ſens, aut præteritum concipiantur, denotant
cauſam impulſiuam, ſi verò in futurum, ſi qui-
dem reſpiciant operantis, aut etiam tertij vtili-
tatem, denotant cauſam finalem, ſi verò reſpi-
ciant vtilitatem eius, in cuius perſonam con-
fertur operatio, magis eſt, vt denotent cauſam
impulſiuam, non finalem, niſi talis cauſa fue-
rit ad operationis validitatem neceſſaria. *Ita*
enim diſtinguunt omnes, quos retulimus ſupra nu.
66. & 67.

Secundò reſpondeo, dato etiam, quod eſſet
finalis, adhuc tamen non reddere diſpoſitionẽ
perſonalem, quando non tractatur de actu ha-
bente tractum ſucceſſiuum, ſed de actu momẽ
taneo, prout in caſu noſtro: nam in ſucceſſiuo
locum habet regula, Ceſſante cauſa ceſſat effe-
ctus, in momentaneo verò non habet, *vt ſupra*
demonſtratum eſt.

Hinc intelligimus non obeſſe, quod dictum
eſt de renũtiatione facta fauore maſculorum,
quippe, que ceſſat defunctis maſculis, quia hoc
verum eſt, ſi moriantur antequam renuntiatio
ſuum effectum habuerit, ideſt antequam ſuc-
ceſſio fuerit eis delata, puta, quia decedant vi-
77 uo patre, † *in quibus terminis loquuntur Bald. in*
l.pactum dotali.3.num.3.verſi.4.& ibi Caſtr.num.
6.Dec.num.9. C.de collat. Imol. in l. qui ſuperſtitis
93.num.1.verſ.item 3.ff.de acq.hæred. Hyer.Butig.
in l. ſtipulatio hoc modo concepta. 61. num. 36. &
ibi Crott.num.38. ff.de verb. oblig. Parıſ. conſil.3.
num.27.vol.2. Dec.conſ. 473.num.1. Crau. conſil.
42. num. 1. verſ. ſed contrarium Capy. deciſ. 190.
num.2. Anton. Gab.lib.5. tit.de iur. dot.conclu.1.
num.35.Couarru.in 3.part.relect.cap.quamuis.§.
3.num.4.de pact.in 6.Caph.conſ.62.num.41. Bec.
conſ.107.num.22. nam tunc, quia effectus renũ-
tiationis nondum fuit conſumatus, ideo ceſ-
ſantibus maſculis, & ſic ceſſante cauſa renun-
tiationis ceſſat, & ipſa renuntiatio. At verò, ſi
moriantur poſtea, quam renuntiatio ſuum ha
buit effectum, ideſt, poſtea quam maſculi ſuc-
ceſſerunt, verius eſt, fœminam non poſſe ad-
78 mitti, † *vt declarant Crot. in d.l. ſtipulatio hoc modo*
61.num.58.ff. de verb.oblig. Capy.d.deciſ.190.nu.
2.Houd.conſ.29.num.80. vol.1. quia, vbi ſemel
effectus eſt conſumatus, licet poſtea ceſſet cau
79 ſa, non tamen ceſſat effectus, † *vt latè oſtendit*
Tiraq.in d.reg.ceſſ.cauſ.limit.12.per tot. Vnde, cũ
i caſu noſtro cauſa reductionis ceſſauerit poſt-
ea, quam ipſius effectus fuit conſumatus, ſcili-
cet, quia reductio purè facta ſtatim ſuum effe-
ctum operata eſt, *vt oſtendimus in prima dubi-*
tatio. Conſequens eſt, vt ob id ceſſare non de-
beat ipſa reductio.

Non obſtat, quod compoſitio ſuper mino-
re penſione à rectore ſoluenda facta intuitu
paupertatis ipſius rectoris, tanquam perſonalis
non tranſeat in ſucceſſorem, quia, præter id ꝙ
multa dici poſſent aduerſus illud conſilium
80 Gig. reſpondeo, † aliud eſſe componere ſuper
quantitate penſionis ſoluenda, aliud reducere
penſionem ipſam: nam compoſitio ſuper ſo-
lutione ſonat in factum, nempe in ſolutionem
à perſona faciendam, ideoque reddit perſona-
lem conuentionem, At reductio ſonat in ius,
nempè in diminutionem ipſius pẽſionis, ideo-
que denotat actum eſſe realem non perſona-
lem, *ſecundum communem DD. diſtinctionem,*
quam retulimus ſupra nu.59. & ſeqq.

Denique non obſtat, quod in dubio facien-
da ſit interpretatio, vt conceſſio cenſeatur po-
tius perſonalis, quam realis, quia reſpondeo id
procedere, quoties tractatur de priuilegio, &
ſic de re odioſa, tanquam repugnante regulis
iuris communis, vt de immunitate, ſecus verò
quoties tractatur de beneficio, ꝙ eſt fauorabi-
le,

le, cuiuſmodi eſt reductio, ſiue extinctio penſionis: nam tunc verius eſt, in dubio conceſſionem cenſeri potius realem, quam perſona-
31 lem, † *vt declarant Dec. conſil. 261. num. 5. verſicu. 8. Decian.conſi.49.numero 34. volum.5. Menoch.d.lib.3. præſ. 104.num.* 20. Plurimum enim in hac materia refert, vtrum res ſit odioſa, an
32 verò fauorabilis, † *vt ſcribunt Natt. conſ. 164. num. 15. & Grau.conſ.929.num.*35. quod etiam ex abundanti dictum volo, ſcilicet, quia non puto, nos hic verſari in re dubia, ſed clara, vt ex iis, quæ latè dicta ſunt, facilè eſt intelligere. Et ita iuris eſſe cenſeo ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro Fiſco Sablonetæ.

CONSILIVM XXVIII.

ARGVMENTVM.

Aſſaſſinij crimen, vt dicitur commiſſum, quæ ſint neceſſaria, Et an aſſaſſinus frui poſſit impunitate promiſſa ei, qui delinquentem detegerit.

SVMMARIVM.

1 *Occidens alium pro alio non tenetur pœna ordinaria, ſed arbitraria.*
2 *Aſſaſſinium, vt dicatur, promiſſio debet eſſe ſpecialis, non generalis, Sed contra nu. 12.*
3 *Aſſaſſinium, vt dicatur, requiritur promiſſio certæ rei, vel quantitatis, Sed contra nu. 12.*
4 *Aſſaſſinium non dicitur, niſi promiſſio fuerit acceptata, Declara. vt numero 14. verſic. Et, ſi dicatur.*
5 *Aſſaſſinus dicitur, qui fuit ad occidendum conductus.*
6 *Aſſaſſinium, vt dicatur, requiritur conuentio inter mandantem, & mandatarium, nec ſufficit pollicitatio.*
7 *Contractus ſine conuentione non conſiſtunt.*
8 *Aſſaſſinus non dicitur, qui in gratiam amicitiæ ſuſcipit mandatum de occidendo, Declara, vt num. 18.*
9 *Aſſaſſinij crimen habet hoc ſpeciale, vt in eo, tam mandans, quam mandatarius puniatur pœna ordinaria, etiamſi non ſequatur effectus, dummodo ad actum proximum deueniatur.*
10 *Aſſaſſinus dicitur, qui ſub ſpe præmij homicidium committit, Declara, vt nu. 11.*
13 *Statutum ita debet accipi, vt aliquid operetur.*
14 *Aſſaſſinij qualitatem inducit ſola promiſſio.*
15 *Acceptatio non tam ex verbis, quam ex mente debet æſtimari.*
16 *Aſſaſſinus dicitur, qui committit homicidium, vt alteri complaceat, licet aliqui contra ſenſerint, nu. 17. Declara tamen, vt nu. 18.*
19 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur etiam in delictis.*
20 *Præfatio edicti denotat cauſam finalem.*
21 *Subſcribens, cenſetur approbare omnia in ſcriptura contenta, perinde ac, ſi ipſe eam ſcripſiſſet, Declara, vt nu. 22.*
23 *Princeps non ſolet concedere impunitatem delinquenti, niſi habito partis conſenſu.*
24 *Mandato generali non continentur ea, quæ quis veriſimiliter non eſſet conceſſurus.*
25 *Forma omiſſa vitiatur actus.*
26 *Indultus non publicatus, nihil operatur.*
27 *Commodum ex ſuo dolo conſequi nemo debet.*
28 *Indultus pro uno delicto conceſſus non trahitur ad aliud.*
29 *Aſſaſſinij crimen eſt multo grauius ſimplici homicidio.*
30 *Extenſio in exorbitantibus non fit de minori ad maius.*
31 *Aſſaſſinium non continetur in indultu generali.*
32 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

EX actis criminalibus, quæ ad me tranſmiſſa ſunt, duæ naſcuntur dubitationes excutiendæ. Prima, an mandatum factum à Do. Iacobo Antonio Moro de occidendo D. Iulio Cæſare de Oldroandis, & à mandatarijs per errorem in perſona D. Hyppolitæ eius vxoris perductum ad effectum dici poſſit continere qualitatem aſſaſſinij. Secunda, dato, quod huiuſmodi qualitatem contineat, an prædictus D. Iacobus Antonius poſſit ſe tueri beneficio impunitatis, quam Illuſtriſſ. D. Gubernator Sablonetæ per generale proclama promiſit ei, qui authorem delicti commiſſi in perſona dictæ D. Hyppolitæ, aut complices manifeſtaſſet, etiamſi fuiſſet perſona principalis.

Et in prima quidem dubitatione, ſi conſideremus homicidium cōmiſſum in perſona prædictæ D. Hyppolitæ, res caret dubio, quia certū eſt, nullum eius reſpectu tractatum præceſſiſſe, & homicidium fuiſſe erroneum, & caſuale, ideoque non ſolum non teneri D. Morum, vt aſſaſſinum, ſed ne quidem (quoad pœnam ordinariam) vt mandantem fieri homicidium, quia verè tale homicidium fieri non mandauit, licet teneatur pœna arbitraria propter latā culpam commiſſam in mandando rem illici-
1 tam, † vt de occidente alium pro alio ſcribunt *Ang. in l. ſi, cum ſeruo. 4. num. 2. ff. de iniur. Alex. in addit. ad Bar. in l. reſpiciendum. 11. §. delinquunt poſt num. 7. ff. de pœn. Iaſ. in l. ſi pater. 4. num. 9. C. de hær. inſtit. Rip. in l. vlt. num. 71. C. de reuoc. donat. lib. 3. reſp. Alb. conſi. 30. num. 2. & conſ. 56. nu. 35. Tiraq. de pœn. cauſ. 14. num. 4. latè Menoc. de arbit. caſ. 324. nu. 11.*

Cæterum, ſi conſideremus tractatum habitum inter prædictum Morum, & ſocios de occidendo D. Iulio Cæſare, & per mandatarios ad actum proximum deductum, res non videtur carere dubio: nam prima facie dicendum videretur, in hoc tractatu qualitatem aſſaſſinij conſiderari nullo modo poſſe.

Primò, quia, licet Dom. Morus promiſerit mandatarijs præmium, dicendo, *che gl'haurebbe vſato tal corteſia, della quale ſi ſarebbono contentate*, hujuſmodi tñ promiſſio non vr̃ ſufficiens ad inducendam qualitatem aſſaſſinij, quia ad hoc, vt aſſaſſinij crimen cōmittatur, promiſſio

debet eſſe ſpecialis, & explicita, non verò ge-
2 neralis, & implicita, † *vt ſcribunt Boſſ. in tit. de*
mand. ad homicid. numero 35. *Burſa. conſilio* 20.
*num.*4. adeo, vt videatur neceſſaria promiſſio
certæ rei, vel quantitatis, aliàs ceſſet qualitas
3 aſſaſſinij, † *vt ſcribunt Bald. conſilio* 383. *numer.*
3. *volum.* 3. *Boſſ. in d. tit. de mand. ad homicid. nu-*
mero 35. *Gabr. conſilio* 170. *numero* 18. *volum.* 1.
Decian. in tract. crim. lib. 9. *cap.* 30. *numero* 17. *Bur*
ſat. d. conſ. 20. *num.* 4. *Domin. Bombell. inter conſil.*
crim. Farin. conſ. 10. *nu.* 2.

Secundò multò magis hoc videtur dicen
dum in caſu noſtro, in quo talis promiſſio non-
fuit à mandatarijs acceptata, quo caſu, licet
contineret certam quantitatem, non tamen
ſufficeret ad inducendam qualitatem aſſaſſi-
4 nij † *ſecundum Bald. d. conſilio* 383. *numero* 3.
lib. 3. *quem ſequuntur Boſſ. in d. tit. de mand. ad*
homicid. numero 35. *Carer. in ſua pract. crim.* §.
circa numero 6. *Decian in d. tract. crim. lib.* 9. *capit.*
30. *numero* 17. *Aug. Lazar. inter d. conſilio crim.*
Farin. conſilio 10. *numero* 27. Aſſaſſinus enim
dicitur is, qui fuit ad occidendum conductus.
5 † *l. non ſolù.* 11. §. *ſi mandato. ff. de iniur.* & ideo,
vt talis dici poſſit, neceſſaria eſt conuentio in-
ter mandantem, & mandatarium, nec ſufficit
6 mandantis pollicitatio, † *vt ſcribunt Bald. d.*
conſilio 383. *numero* 3. *Carer. in d.* §. *circa num.*
6. & 45. *Domin. Bombell. inter d. conſilia crim.*
Farin. conſilio 10. *numero* 4. quia ſine conuen-
tione nulla eſt conductio; nulluſque contra-
7 ctus. † *l.* 1. §. *conuentionis, & § adeo. ff. de pact.*

Tertiò, & fortius hoc videtur admittendum
in caſu noſtro, in quo tantum abeſt, vt promiſ-
ſio fuerit acceptata; vt imo fuerit expreſsè re-
pudiata, quia mandatarij ſtatim audita man-
dantis oblatione, *che gl'hauerebbe vſato tal cor-*
teſia, della quale ſi ſarebbono contentati, reſpon-
derunt, *che non occorreua, ma che l'haurebbono*
fatto per amicitia, quo ſtante res videtur care-
re dubio: nam, quoties ſine ſpe præmij, ſed in
gratiam amicitiæ quis ſuſcipit mandatum,
non poteſt qualitas aſſaſſinij conſiderari, quia
alioquin omnes, qui mandato alterius ali-
quem occidunt, dicerentur aſſaſſini, quod
8 eſſet abſurdiſſimum, † *vt in ſpecie declarat Ca-*
rer. in d. §. *circa nu.* 5. *verſ. alias.*

Verùm his non obſtantibus contrarium de
iure verius arbitror, huic ſcilicet tractatui,
qualitatem aſſaſſinii conuenire, & conſequen-
ter, tàm mandantem, quam mandatarios te-
neri pœna ordinaria, licet effectus non fuerit
ſecutus, ſtante, quod ad proximum actum de-
uentum eſt, & per mandatarios non ſterit,
quominus delictum perduxerint ad effectum,
9 vt eſt aſſaſſinij natura. † *capitu.* 1. *de homicid. in*
ſexto, & ſcribunt Angel. conſilio 14. *numero* 4.
Afflict. ſuper conſtitu. Regn. libro primo. Rubr.
22. *numero* 16. *Gabr. lib.* 7. *commu. opin. conclu.*
1. *numero* 7. *Carer. in d.* §. *circa numero* 7 & 8.
Tiraquell. de pœn. cauſ. 37. *numero* 4. *Boſſ. in d.*
titu. de mand. ad homic. numero 13. *Clar. in* §.
aſſaſſinium numero 7. *Menoch. de arbitr. caſ.*
360. *numero* 39. & 43. *Maſcard. de probat. con-*
clu. 138. *numero* 2. *Farin. conſilio crimin.* 4. *nu-*
mero 3. & 7. & *conſilio* 99. *numero* 49. Moueor
autem.

Primò, quia non eſt dubium, quin hi man-
datarij ſuſceperint onus occidendi Dominum
Iulium Cæſarem ſub ſpe præmij, & lucri, vt
aperiè conſtat ex confeſſione Ioan. Franciſci
facta his verbis, *ſara ſeruitio, che tutti guada-*
gnaremo qualche coſa, quo ſtante ſequitur, hoc
eſſe verum aſſaſſinij crimen, quoniam aſſaſſi-
nus dicitur, qui ſub ſpe præmii homicidium
10 committit, † *vt ait Bald. conſilio* 256. *volum.*
1. *quem refert, & ſequitur Franch. deciſ.* 176. *nu-*
mero quarto. Quod maximè procedit, quando
ſpes illa non fuit ex ſola opinione mandata-
rij concepta, ſed prouenit à præcedente man-
11 dantis promiſſione, † *vt ſcribunt Franch. dicta*
deciſ. 176. *numero* 7. *Gabr. d. conſilio* 170. *numero*
15. *volum.* 1. prout in caſu noſtro proueniſſe fa-
cilè ex iis conſtabit, quę in ſequenti fundamen
to dicturi ſumus.

Secundò igitur moueor, quia, quando inter-
uenit in mandato de occidendo promiſſio præ
mij, licet non contineat certam rem, aut quan
titatem, nihilominus, ex veriore, & frequen-
tiore DD. ſententia ſufficit ad inducendam
12 qualitatem aſſaſſinij, † *vt tradit Alexan. conſ.*
166. *numero* 5. *volum.* 7. in cuius ſpecie dictum
fuerat, *che non vi mancarà la caſa mia*, vt appa-
ret ex facti ſpecie; *Idem ſcribunt Aret. conſilio*
163. *numero* 16. *in fin. Gabr. d. libro* 7. *conclu.* 1.
numero 3. *Franch. d. deciſ.* 176. *numero* 11. vbi,
cum dictum eſſet, *che non vi mancarò mai*, re-
fert per ſacrum conſilium deciſum, id eſſe ve-
rum aſſaſſinium. *Idem probarunt Decian. in d.*
tract. crim. lib. 9. *capit.* 30. *numero* 16. *Maſcard. de*
probat. d. conclu. 138. *numero* 2. *verſicul. Amplia.*
Quantò igitur magis hoc dicendum eſt in ca-
ſu noſtro, in quo verba promiſſionis fuerunt
potentiora, cum dictum ſit, *che gl'haurebbe*
vſato tal corteſia, della quale ſi ſarebbono contenta-
ti: nam verba, quæ fuerant prolata in caſu
Alexan. & Franch. videbantur reſtricta ad ca-
ſum inopiæ, & neceſſitatis, cum mandans di-
xiſſet, ſe nunquam defuturum mandatario,
ideſt, ſe illi ſubuenturum in eius neceſſitati-
bus. At ea, quæ fuerunt prolata in caſu noſtro,
non reſtringuntur ad caſum neceſſitatis, ſed in-
diſtinctè continent promiſſionem dandi tale
munus, quod intentioni mandatariorum ſa-
tis ſit futurum. Et, quamuis non contineat
certam quantitatem, tamen propter illa ver-
ba, *ſi ſarebbono contentati*, redditur multum ef-
ficax ad excitandam ſpem magni præmij, quæ
facilius eos potuit ad delictum perpetrandum
inducere.

Tertiò multò magis hoc dicendum eſt in
caſu noſtro, ſtante ſtatuto Sabloneræ, quo di-
ſponitur, vt aſſaſſinium committatur etiam
per ſolam promiſſionem: nam, quia tale ſta-
13 tutum debet accipi, vt aliquid operetur. † *l. ſi*
quando. 112. *in princ. ff. de legat. primo, & ſcribunt*
Bart. in l. 4. §. *prætor ait numero* 15. *ff. de damn.*
infect. Dec. conſilio 527. *in fin. Menoch. conſilio*
826. *numero* 6. & conſequenter, vt aliquid ad-
dat iuri communi, & de iure communi ſola
promiſſio ſufficit ad inducendam qualitatem
14 aſſaſſinij, † *vt ſcribunt Capy. deciſ.* 155. *numero*
17. *verſic. ad tertium, Boſſ. in d. titu. de mand. ad*
homicid. numero 14. *verſic. Eſt verum, Carer. in*
d. §. *circa numero* 4. *Franch. d. deciſ.* 176. *numero*
3. *Decian. in d. tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *numero*
16. *Menoch. de arbitr. caſ.* 360. *numero* 39. *Maſ-*
card. de probat. conclu. 138. *num.* 1. *verſic. primo,*

ideo

ideo fit, vt dato etiam, quod de iure commu-
ni poſſet aliqua ſubeſſe dubitatio, quando
promiſſio continet incertam quantitatem, tñ
ſtante ſtatuto, debeat cenſeri commiſſum aſſaſ
ſinium etiam per ſimplicem promiſſionem rei
incertæ, ne alioquin dicamus ſtatutum inutili-
ter fuiſſe conditum contra notiſſimas iuris re-
gulas.

Et, ſi dicatur, hæc procedere, ſi promiſſio fue
rit acceptata, ſecus verò, ſi fuerit recuſata, pro-
ut recuſata videtur in caſu noſtro. Reſpondeo,
imo, ſi diligenter verba prolata ponderentur,
non cõtinere recuſationem, ſed tacitam quan-
dam acceptationem, quia non reſponderunt
mandatarij; ſe nolle pecuniam, quo caſu dici
poſſent recuſaſſe, ſed vſi ſunt alio loquendi ge-
nere, & dixerunt, *che non occorreua, ma che l'-
haurebbono fatto per amicitia*, quæ verba non
continent recuſationem, ſed verbalem quan-
dam remiſſionem neceſſitatis, quæ effectu eſt
acceptatio, ſi mentem, & intentionem lo-
quentis, ac rem ipſam ſpectemus: nam, quem-
admodum is, in cuius manibus ponitur pecu-
nia, quaſi in remunerationem alicuius rei ab
eo geſtæ, diceretur eam acceptare, licet (vt
moris eſt) ſubijceret, *non occorre, perche l'ho
fatto per termine d'amicitia, & non per premio*,
ita etiam hi mandatarij audita promiſſione
præmij vere cenſendi ſunt eam acceptaſſe, li-
cet ſubiecerint illa verba, *che non occorreua*;
Acceptatio enim non tàm ex verbis, quàm ex
15 mente debet æſtimari, † *vt tradunt omnes in l.
ſemper qui non prohibet 60. ff. de regu. iuris, & in
rub. ff. de verb. obligat.* & dubium non eſt, quin
mens horum mandatariorum fuerit, vt præ-
mium recuperent, prout declararunt ante, quã
delictum commiſerint, dicendo, *ſara ſeruitio,
che tutti guadagnaremo qualche coſa.*

Quartò præter hæc ſufficerent illa verba, *che
l'hauerebbono fatto per amicitia*, vt dicatur com-
miſſum aſſaſſinium: nam aſſaſſinus dicitur
etiam is, qui committit homicidium, vt alte-
16 ri complaceat, † *vt tradunt Ioan. Andr. in cap.
penul. De cler. non reſid. Gramm. vot. 9. Carer. in
d. §. circa numero 5. Decian. in d. tracta. crimin.
lib. 9. capit. 30. numero 16. Andr. Gail lib. 1. de pac.
publ. cap. 14. numero 21.* Et quamquam plerique
17 teneant contrarium, † *vt Gabr. d. lib. 7. conclu. 1.
numero 5. & Maſcard. d. conclu. 138. numero 2.
verſi. contrarium*, verior tamen eſt ſuperior ſen
tentia, quando delinquens ex tali complacen-
18 tia ſperat beneficium, & præmium, † *vt ibi de-
clarat Carer.* prout ſperaſſe hos mandatarios
apparet ex prædictis verbis, *ſara ſeruitio, che tut
ti guadagnaremo qualche coſa.*

Quintò, & vltimo rem hanc ponit extra om
nem dubitationem numeratio pecuniæ poſt
commiſſum delictum ſubſecuta: nam ex ea in-
ducitur tàm ex parte mandantis, quàm ex par-
te mandatariorum ratificatio præcedentis tra-
ctatus, quæ operatur, vt perinde ſit, atque ſi nu-
meratio fuiſſet facta ante ipſum delictum: nã
ratificatio retrotrahitur, & pro mandato ha-
19 betur. † *cap. ratihabitio. de reg. iur. in 6.* etiam in
delictis, *vt ſcribunt Dec. in dicta l. ſemper qui
non prohibet numero 6. & 8. & Farin. conſi. crim.
4. num. 4.*

Ex quibus facilè eſt ad contraria reſponde-
re: nam ad Primum reſpondeo, doctrinam
Baldi *in d. conſilio 383. numero 3.* eſſe commu-
niter improbatam, quia verius eſt, ſufficere
etiam promiſſionem incertam, *vt tradunt
omnes, quos retulimus in ſecundo fundamento.*

Ad ſecundum verò, & Tertium reſpondeo,
Primò, & hic promiſſionem fuiſſe accepta-
tam ſaltem tacitè, & effectu, *ſecundum ea, quæ
diximus in tertio fundamento.* Secundò reſpon-
deo dato, quod non fuiſſet acceptata, eo ta-
men ipſo, quod in gratiam amicitiæ ſuſceptũ
eſt mandatum, cenſeri commiſſum aſſaſſiniũ
ſtante ſpe remunerationis, *ſecundum ea, quæ
diximus in quarto fundamento.* Tertiò reſpon-
deo, numerationem poſtea ſubſecutam ha-
beri pro acceptatione facta in primo tracta-
tu, *iuxta ea, quæ dicta ſunt in quinto funda-
mento.*

Secunda ſuccedit dubitatio, an ſcilicet da-
to, quod hic tractatus contineat aſſaſſinium,
poſſit Dom. Morus defendi beneficio impu-
nitatis ab Illuſtriſſimo Domino Gubernatore
promiſſæ denuntianti crimen. Et puto de iu-
re non poſſe defendi, & quidem ſine dubio,
ſi verum eſt, quod in facto ſupponitur, hunc
ſcilicet eundem Morum, qui delictum man-
dando commiſerat, tanquam actuarium offi-
cij criminalis ſcripſiſſe de mandato Illuſtriſſi-
mo Domino Gubernatoris edictũ, quod erat
promulgandum non ſeruatà fraudulenter for-
ma, quam prædictus Dominus Gubernator de
conſenſu Dom. Iulij Cæſaris ei præſcripſerat,
vt ſcilicet promitteretur impunitas, & præmiũ
vnicuique denuntianti excepto authore prin-
cipali: Dicitur enim fraudulenter ita conce-
piſſe edictum, vt per id promitteretur impuni-
tas, & præmium etiam authori principali,
quod certè repugnat veriſimilitàm ipſius Do.
Gubernatoris, quàm eiuſdem Domini Iulij
Cæſaris intentioni: nam, cum finis eorum eſ-
ſet, detegere delinquentem, & eum punire, vt
apparet, ex præfatione ipſius edicti, quæ decla
20 rat cauſam finalem. † *l. vlt. ff. de hæred. inſtit. &
ſcribunt Pariſ. conſilio 21. numero 78. volum. 1.
Crauet. conſilio 192. numero 21. Ozaſc. conſilio 7.
numero 47.* ſi etiam authori principali conce-
debatur impunitas, fruſtratorium potuiſſet red
di edictum: quod enim ſi principalis author
per ſemetipſum delictum commiſiſſet, nonne
data illi per edictum impunitate, ſi rem ma-
nifeſtaſſet, omnimodo luſorium, & inutile red
ditum eſſet edictum nullo ſuperexiſtente, qui
puniri poſſet?

Nec obſtat, quod edictum poſtea fuerit ab
eodem Dom. Gubernatore ſubſcriptum, & eo
modo approbatum, perinde atque ſi ipſe id ſcri
21 pſiſſet, † *vt ſcribunt Gabr. tit. de præſumpt. con-
clu. 3. numero 1. Maſcard. de probat. conclu. 1347.
numero 2. Menoc. de præſ. lib. 3. præſ. 66. numero 7.*
quia reſpondeo, talem ſubſcriptionem non no
cere, quoties ſubſcribens non legit ipſammet
22 ſcripturam, † *vt declarant Gabr. d. conclu. 3. nu-
mero 28. Maſcard. d. conclu. 1347. numero 16. &
Menoch. d. præſ. 66. numero 21.* prout verè Dom.
Gubernatorem tàm enormem fraudem non ſu
ſpicantem edictum non legiſſe ſupponitur in
facto, & eſt veriſimile.

Secundò verò dato etiam ſine præiudicio
veritatis, quod talis ſubſcriptio induceret in
perſona D. Gubernatoris præſumptionẽ ſcien-
tiæ, & notitiæ eorũ, quæ in edicto cõtinebant̃,
adhuc tñ non põt idẽ Morus defendi benefi-

cio illius impunitatis, quia Dom. Gubernator
non potuit ſine conſenſu Do. Iulij Cæſaris ta-
lem impunitatem promittere authori princi-
pali: nam, cum Princeps non ſoleat tales im-
punitates concedere, niſi habito partis conſen-
23 ſu, † *vt ait Gramm. vot. 35. num. 8. & conſilio 48.*
numero 7. non cenſetur, per conſequentias de-
diſſe talem facultatem Do. Gubernatori, quo-
niam in generali mandato non continentur
ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſu-
24 rus. † *l. qui peculij. 24. ff. de pecul. l. contra iuris. 29.*
§. vlt. ff. de pact. l. ſi iuſſu. 7. ff. de donat.

Tertiò multo magis excludendus eſt prædi-
ctus Morus à beneficio impunitatis, ſtante,
quod edictum habetur pro non promulgato,
cum non fuerit affixum valuis Palatij, & con-
ſequenter non fuerit in eius promulgatione ſer-
uata forma, quæ de ſtylo ſolet obſeruari: nam
ex hoc ſequitur id haberi pro non publicato,
25 cum omiſſa forma vitietur actus † *l. ſi non ſpe-*
ciali. 9. l. ſi vnus de ſeptem. 12. & l. hac conſultiſſima.
21. §. non ſubſcriptum. C. de teſtam. & per conſe-
quentias non debere prodeſſe prędicto Moro,
quoniam indultus non publicatus nihil ope-
26 tur, † *vt ſcribit Carol. Iapia in repet. l. beneficium.*
3. cap. 4. num. 18. ff. de conſtit. prin. Quod maxi-
mè procedere debet in caſu noſtro, in quo ta-
lis affixio fuit omiſſa dolo malo ipſius Mori,
qui ideo noluit exemplum affigi, ne ad alio-
rum notitiam perueniret edictum, & ſic, vt cō-
plicibus auferret occaſionem denuntiandi ip-
ſummet authorem principalem: nam ex hoc
ſequitur, non debere eum iuuari dicto indul-
tu, ne alioquin ſentiat commodum ex ſuo do-
27 lo, † *contra l. 1. in prin. ff. de dolo. l. ſed et ſi. 11. §. in-*
terdum. ff. ad exhib. l. ſi duo. 5. in prin. ff. ſi quis caut.
l. verum. 64. §. tempus. ff. pro ſoc. l. non fraudantur.
177. §. vlt. ff. de reg. iur.

Quartò, licet nullus, aut in ſcribendo, aut in
publicando edicto dolus prædicti Mori inter-
ueniſſet, ſed ritè, & ſeruatis de iure ſeruandis
fuiſſet publicatus indultus, adhuc tamen prę-
dictus Morus non poſſet defendi ratione deli-
cti commiſſi in perſona Do. Iulij Cæſaris, quia
indultus pro vno delicto conceſſus non trahi-
28 tur ad aliud, cum ſit cōtra ius commune † *arg.*
l. quod vero 13. ff. de legib. maximè, quando fuit
conceſſus pro delicto leuiore, & tractatur de
trahendo indulto ad delictum grauius, prout
grauius, & atrocius multo eſt crimen aſſaſſi-
nij, quam ſimplex, & caſuale homicidium.
29 † *cap. 1. de homic. in 6.* neque enim in exorbitan
tibus debet fieri extenſio, maximè de minori
30 ad maius, † *vt tradunt omnes in Authen. quas*
actiones. C. de ſacroſ. eccl. Cum igitur impunitas
fuerit promiſſa pro homicidio commiſſo in
perſona D. Hyppolitæ, vt expreſsè legitur in
edicto, conſequens eſt, vt non debeat extendi
ad crimen aſſaſſinij tractatū, & ad actum pro-
ximum deductum in perſona D. Iulij Cæſaris,
quod ab illo ſeparatum eſt, atque diſtinctum.
Et hoc, vt ingenuè fatear, apud me dubiū non
habet, quoniam, ſi in indulto generali nō con-
31 tinetur aſſaſſinium, † *vt ſcribunt Carer. in d. §.*
circa num. 38. Decian. in d. tract. crimin. lib. 9. cap.
30. num. 28. Petr. Menend. inter conſ. crim. diuerſ.
conſil. 88. num. 15. volum. 2. quanto minus de-
bet contineri in eo, qui non eſt generalis, ſed
reſtrictus, & limitatus ad certum delictum, cū
32 limitata cauſa limitatum pariat effectum. † *l.*
in agris. 16. ff. de acquir. rer. dom. l. cum ſeruo. 63. in
prin. ff. de contr. empt. l. 2. ff. de ſeru. export. late Ti-
raquell. in regu. ceſſante cauſa part. 1. numero 147.
Quamobrem concludo hunc Morum, tanquā
aſſaſſinum eſſe pœna ordinaria puniendū non
obſtante indultu, ſtantibus maximè tot, tan-
tiſque dolis in eo obtinendo commiſſis, cum
ipſemet principalis author delicti ſcripſerit
edictum, formam ſibi præſcriptam commu-
tarit, & nouiſſimè promulgationis vim ſuſtu-
lerit, curando ne exempla valuis affigerentur,
quę res omnes ſimul cum atrociſſimo delicto
iunctæ; quin eum excludant ab omni benefi-
cio, non puto dubitandum, ſaluo ſemper cu-
iuſque ſaniori iudicio.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Illuſt. D. Ludouico Cribello Co-mite Lumelli.

CONSILIVM XXIX.

ARGVMENTVM.

An, & quando vna obligatio cenſeatur ad aliam correſpectiua, ita vt vna ſublata, & alia quoq; ſublata intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Facta etiam prudentiſſimos fallunt.*
2 *Clauſula ſimpliciter adiecta debet ad omnia prę-cedentia referri, ſi nulla ſubſit ratio, cur potius ad vnum, quam ad aliud ſit referenda.*
3 *Supplementi natura eſt, vt denotet aliquid datum eſſe, ſed inſufficiens.*
4 *Comparatiui natura eſt, vt ſupponat poſitiuum.*
5 *Dicto, dicta, & dicto, vt ſupra, ſunt repetitiua omnium ſupra expreſſorum, & nu. 6.*
7 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali.*
8 *Participium ſequens reſtringit verba præceden-tia.*
9 *Participium reſoluitur in relatiuum, & verbum.*
10 *Relatiuum ſine copula poſitum præcedentem ora-tionem reſtringit.*
11 *Verba diſpoſitionis cui non conueniunt, nec diſpo-ſitio ipſa conuenit.*
12 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius, & nu. 24.*
13 *Meum, quod eſt, amplius meum fieri non poteſt.*
14 *Melioramenta nunquam æſtimantur a rebus ip-ſis ſeparata niſi, quando res præſtantur ex cauſa neceſſaria.*
15 *In ambiguis id potiſſimum ſpectatur, quod à con-trahentibus actum eſt.*
16 *Mens contrahentium magis, quam verba ſpectan-da eſt, prout in omni alia diſpoſitione, & nume-ro 17.*
18 *Confeſſio, licet facta ſit abſente parte, & extra iudi-cium, plenè tamen probat, quid à contrahentibus actum ſit, cum tractatur de declaratione actus ambigui.*
19 *Expreſſè ſublatum, quod non reperitur, ſtari non prohibetur.*
20 *Expreſsè fieri dicitur etiam id, quod verbis gene-ralibus fit.*
21 *Mens contrahentium ex verbis intelligitur.*

22 *Partis,*

22 *Partis, & totius idem eſt iudicium, quando diuerſitatis ratio non poteſt afferri.*

23 *Argumentum a contrario ſenſu in iure validiſſimum eſt.*

25 *Obligationum correſpectiuarũ natura eſt, vt vna ſublata, & aliæ quoque per conſequentias ſublata cenſeantur.*

26 *Obligatio ipſa ceſſare debet ceſſante correſpectiuitate, quãdo correſpectiuitas eſt cauſa obligationis.*

27 *Obligationis correſpectiua partem ſufficit deficere, ne quis ex parte ſua cogatur implere.*

28 *Conditione ſub duplici, quod debetur vtriuſq; verificationem requirit.*

29 *Obligationibus in correſpectiuis is, qui vult agere debet totum pretium offerre, nec admittendus eſt, ſi partem offerat.*

30 *Æqualitas in contractibus eſt ſeruanda.*

31 *Verba non debent cenſeri ſine effectu, & inutiliter appoſita.*

32 *Specialiter fieri dicitur, quod in alio verificari non poteſt.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

QVoniam ſuper controuerſia, de qua conſultori iam fuit ab Excellentiſſimo Senatu prolata ſententia, quę Illuſtriſſimi Dom. Comitis intentioni refragatur, dutum mihi primo aſpectu viſum eſt aduerſus eam ſcribere, maximè cum ſciam Senatores ampliſſimos (prout tales decet Iudices) non, niſi re diligenter ponderata, & examinata ſolere pronuntiare. Verum, cũ poſtea animaduetim huius controuerſiæ deciſionem ex facto potius, quam ex iure dependere, & hodię conſtare ex his, quæ nouiſſimè deducta ſunt, iunctis iis, quæ in prioribus actis dicta fuerant, & allegata, veritatem eſſe contrariam ei, quod in ſententia ſupponitur, omni reſpectu ſemoto pro Do. Comite ſcribendum exiſtimaui, quia non puto quemquam ex Iudicibus arbitraturum, ſibi quicquam adſcribi, & imputari poſſe, cur ita iudicarit. cũ facta ẽt
1 prudentiſſimos fallãt. † *l. 2. ff. de iur. & fact. ign.* Quinimò non dubito, quin iidem ipſi, qui iudicarunt, cognita veritate ſententiam ſuam ſint reuocaturi, dum tamen efficiam id, in quo potiſſimum mihi laborandum eſt, vt ſcilicet veritas, quæ tempore primæ ſententiæ latebat in tenebris, ſe ipſam ita proferat in lucem, vt omnibus Iudicib. innoteſcat. Quod, vt fiat tres principales dubitationes erunt excutiendæ. Prima, an remiſſio bonorum allodialium, quæ fieri debet ex forma tranſactionis initæ cum D. Comitiſſa Frãciſca Maria, ſit correſpectiua, non ſolum ad ſolutionem 17. mil. aureorum, quibus mediantibus talis remiſſio fieri debet, ſed etiã ad feuda Montaldi, & Loazzoli, quæ in prædicta tranſactione liberæ diſpoſitioni D. Comitiſſæ remittuntur. Secunda verò an prodictis feudis Montaldi, & Loazzoli, quæ Dom. Marchio contra formam prædictæ tranſactionis recuperauit à Dom. Nicolao Amedeo, ad quẽ tanquam hæredem D. Comitiſſæ prædicta feuda pertinebant, idem Do. Nicolaus Amedeus conſecutus ſit in ſecunda tranſactione iuſtam eorum recompenſationem, an vero ſimpliciter ea cenſeatur remiſiſſe in obſeruantiam primogenituræ. Tertia demùm poſito, quod ſit etiã ad prædicta feuda correſpectiua, & quòd Dom. Nicolaus Amedeus nullã pro iis habuerit recompenſationem, an D. Marchio poſſit hodie virtute primę tranſactionis petere remiſſionem prædictorum allodialium, aut partis, media ſolutione, de qua in inſtrumento primæ tranſactionis.

Et in prima quidem dubitatione breuiter reſpondeo, bonorum allodialium remiſſionem eſſe correſpectiuam etiam ad feuda Montaldi, & Loazzoli, idque apertiſſimè conſtare ex verbis inſtrumenti.

Primò, quia poſtea, quã in inſtr͞o tranſactionis conuentum eſt, vt D. Comitiſſa remitteret DD. Comitibus Ambroſio Antonio, & Carolo Emanueli partes ſuas Canellarum, Bubii, & Montiſclari, cum omnibus poſſeſſionibus ibidem exiſtẽtibus tàm feudalibus (de quibus erat controuerſia) quàm allodialibus (de quibus nõ diſputabatur) ſtatim ſubiicitur. *Piu hanno conuenuto, che all'incontro il Caſtello, & feudo di Loazzolo, & la partę del Caſtello; & feudo di Montaldo de Scarampi habbi a reſtar alla detta Signora Conteſſa, &c.* quæ verba ſine dubio ſignificant horum feudorum remiſſionem eſſe correſpectiuam, quoniam hæc eſt vis illorum verborum, *all'incontro*, vt denotent correſpectiuitatem, & eſſe correſpectiuam ad omnia præcedentia, ideſt tàm ad allodialia, quàm ad feudalia ſupra remiſſa: nam, cùm illa verba, *all'incontro*, ſimpliciter fuerint prolata, non ratione potius feudalium, quàm allodialiũ, vtpotè, quę ſimul à D. Comitiſſa fuerant remiſſa, debent ad omnia referri, non autem ad ſola feudalia, quia clauſula ſimpliciter adiecta, debet ad oĩa præcedentia referri, ſi nulla ſubſit ratio, cur potius
2 ad vnum, quam ad aliud ſit referenda, † *vt tradunt Bar. in l. talis ſcriptura. 30. §. fin. num. 3. ff. de leg. 1. Ang. conſ. 28. num. 2. Alex. in l. ſi idem 10. §. fin. nu. 3. ff. de iuriſd. Crau. conſ.* 808. *nu.* 11. *Ozaſc. conſ. 67. nu.* 13.

Secundò verò cõprobat hoc ipſum illa pars tranſactionis in qua dictũ eſt. *Piu hanno conuenuto, che per riſatta, & ſodisfattione del piu valore delli beni allodiali, ſi di Canelli, che di Bubbio, & Montechiaro:* nã hæc verba ſupponunt pro allodialibus iam aliquid datum eſſe, ſed minus ſufficiens, & ideo quod deeſt ſupplendũ eſſe in pecunia; Supplementi enim (ꝙ ſignificatur illo verbo *riſatta*) natura eſt, vt denotet aliquid da-
3 tũ eſſe, ſed inſufficiens. † *l. omnimodo. 30. l. ſcimus 36. §. repletionẽ. C. de inof. teſta. §. ſed hæc ita inſt. eo.* quẽadmodũ, & illius cõparatiui, *del piu valore*,
4 natura eſt, vt ſupponat poſitiuũ. † *l. vbi aũt 75. in prin. ff. de verb. obli. l. cũ filius. 78. §. pater, & ibi Bal. not. ff. de leg. 2. Abb. in c. peruenit 3. nu. 2. de iureiur. Dec. conſ. 183. nu. 6. Decia. conſ. 19. nu. 2. vol. 3. & conſ. 34. nu. 7. vol.* 5. Atqui in præcedentibus nihil pro allodialib. datũ eſt D. Comiti, ꝙ dici poſſit pretii partẽ continere præter feuda Mõtaldi, & Loazzoli. Neceſſario igit̃ fatendũ eſt, prædictorũ feudorũ remiſſionem eſſe correſpectiuam ad remiſſionem bonorum allodialiũ, ſi non in totum, ſaltem pro parte.

Tertiò rem hanc extra oẽm dubitationem conſtituit valor allodialium: nam certum eſt allodialia, quæ D. Comitiſſa debuit ex forma tranſactionis remittere, & inſpecto tẽpore contractus fuiſſe valoris 30. millium aur. & tamen ſumma per D. Marchionẽ ſoluenda nõ eſt niſi 16. mill. aureorum, cum alii mille aurei fuerint

pro ſatisfactione ſpolii, & melioramentorum ſoluti, non vero pro pretio prædictorum allodialium. Neceſſario igitur fatendum eſt illud, quod ad conſtituendum iuſtum eorundẽ bonorum valorem deficit in pecunia, cõtineri in remiſſione feudorum, quia alioquin nõ fuiſſet pro allodialibus data iuſta recompenſatio cõtra mentem contrahentiũ, & verba trãſactionis. Et hoc meo iudicio caret oĩ dubitatione.

Quare venio ad ſecundam dubitationẽ, in qua quæritur, an quia *D.* Marchio contra formam prædictæ tranſactionis petiit in iudicio prædicta feuda Montaldi, & Loazzoli à D. Nicolao Amedeo, ad quẽ hereditario D. Comitiſſæ iure peruenerant, & occaſione litis ad nouã deuenit tranſactionẽ cum D. Comite Ludouico tanq̃ patre, & legitimo bonorũ filij adminiſtratore, in qua remiſſa fuerunt D. Marchioni non ſolũ prædicta feuda in obſeruantiã primogenituræ, ſed ẽt alia bona allodialia ibidẽ exiſtentia, quæ erant propria ipſius D. Nicolai Amedei, & ex aduerſo fuit D. Comiti proprio, & filij nomine ſtipulanti facta a *D.* Marchione remiſſio Lumelli, Vinchij, & Beluederis cũ ſupplemento pecuniæ, debeat talis remiſſio bonorum, & ſolutio pecuniæ facta à D. Marchione cenſeri correſpectiua ad remiſſionem bonorum tàm feudalium, quàm allodialium ſibi factam a D. Comite, ita vt D. Comes, ſiue eius filius videat̃ ẽt pro feudalibus recompenſationẽ habuiſſe, an verò ſolum pro allodialibus.

Videretur autem prima facie dicẽdum eſſe correſpectiuam etiam ad feudalia, & D. Comitem etiam pro ijs recompenſationẽ habuiſſe.

Primò, quia poſt remiſſionem feudalium, & allodialium ſeparatis capitibus factam à Do. Comite, facta fuit a D Marchiõe vice mutua, remiſſio aliorum bonorũ his verbis, *Incontracambio di detti beni come ſopra ceduti*, quæ ſunt relatiua, & repetitiua omnium ſupra expreſſorũ,
5 vt de dictione, *detti*, † *tradunt Pariſ. conſ. 86. nu. 36. vol. 2. Rol. conſ. 56. nu. 27. vol. 3. Cæpha. conſil. 171. num. 3. Menoc. conſ. 173. num. 61. Surd. conſ.*
6 *313. num.* 40. Et de dictione, *come ſopra*, † *tradit Decian. conſ. 72. num. 64. volu. 1. Cæph. conſil. 269. num. 40. Menoch. conſ. 144. num.* 14. Vnde, cum ſupra in remiſſione facta a D. Comite fuerint expreſſa non ſolum allodialia, ſed etiam feudalia, conſequens videtur eſſe, vt hæc reciproca remiſſio Do. Marchionis cenſeatur facta in recompenſationem etiam feudaliũ, maximè cum indefinitè dictum ſit, *come ſopra ceduti*: nã
7 hæc oratio debet æquipollere vniuerſali. † *l. ſi plures 96. ff. de leg. 3.* & perinde accipi, atque ſi dictum eſſet, *di tutti li beni come ſopra ceduti*, & ſic in recompẽſationem etiam feudalium, quæ ſupra ceſſa ſunt.

Secundò vr̃ hoc ipſum comprobare redditiuũ ęſtimatio facta in inſtrumento tranſactionis, in qua fuit habita ratio non ſolũ allodialium, ſed ẽt feudalium, tàm ex parte D. Comitis, quàm ex parte D. Marchionis, quę res indicat recompenſationem datam a D. Marchione eſſe correſpectiuam etiã ad feudalia remiſſa à D. Comite, quia æſtimatio non fuit aliam ob cauſam facta, quam vt ęqualis fieret recompenſatio, & bona, quæ remittebantur a D. Marchione eſſent eiuſdem redditus, cuius erant bona remiſſa a D, Comite: alioquin enim, ſi recõpenſatio fuiſſet facta propter ſola allodialia, ea quoq; ſola debuiſſent æſtimari, & feudalia ſimpliciter debuiſſent remitti, nulla habita ratione redditus, q̃a cuiuſcunq; redditus ea fuiſſent, non erat eius habenda ratio, cum nulla pro ijs bonis daretur recompenſatio.

Tertiò dubitationem auget illud, quia, ſi remiſſio facta à D. Marchione non cenſeretur correſpectiua etiam ad bona feudalia, recompenſatio ab eo data multò eſſet maior, quàm remiſſio facta à D. Comite, quia redditus bonorũ, quæ D. Marchio remiſit iuxta æſtimationem factam in inſtrõ, erant aureorum 1839. excluſa etiam ſumma trium millium aureorum promiſſorum pro ſupplemento, cum alioquin redditus allodialium à D. Comite remiſſorum iuxta æſtimationem ibi factam non eſſet niſi aureorum 1400. Atqui conſtat ex verbis inſtrumenti mentem contrahentium non fuiſſe, vt recompenſatio excederet remiſſionem, ſed vt eſſet æqualis, quinimo ſenſiſſe contrahentes bona à D. Marchione remiſſa non fuiſſe æquiualẽtia bonis remiſſis à D. Comite, & ideo *per ogni intiera ſodisfattione, & ricompenſa delle coſe per detto Sig. Conte Luiggi cedute, & rimeſſe* promiſiſſe D. Marchionem ſummam trium millium aureorum. Neceſſariò igitur fatendum, vt recompenſationem fuiſſe commenſuratam non ſolum cum bonis allodialibus, ſed ẽt cum feudalibus à D. Comite remiſſis, quia alioquin non Do. Marchio debuiſſet pro ſupplemento promittere Do. Comiti pecuniam, ſed contra D. Comes, D. Marchioni, cum maior eſſet redditus bonorum à D. Marchione remiſſorum, quam eorum, quæ D. Comes remittebat.

Verùm prædictis non obſtantibus, prout verè non obſtant, verius eſt *D.* Comitem prædicta feuda contra formam primæ tranſactionis ſimpliciter, & gratuitò, ſineq; vlla recompenſatione D. Marchioni remiſiſſe, & remiſſionem bonorum factam à D. Marchione fuiſſe correſpectiuam ad bona tantum allodialia, non cũ ad feudalia; nam, cum in prima tranſactione fuiſſet conuentum, vt Do. Comitiſſa Franciſca Maria liberè poſſet diſponere de feudis Montaldi, & Loazzoli, & ea in quamcunque perſonam transferre contra formam primogenituræ ab Imperatore Carolo V. conſtitutæ, & in vim eius conuentionis D. Comitiſſa tranſtuliſſet prędicta feuda iure inſtitutionis in D. Amedeum Nicolaum filium D. Comitis Ludouici, deindeq; D. Marchio pęnitentia ductus vellet impugnare contractum, & prædicta feuda tanquam annexa primogenituræ recuperare, cernens D. Comes, ſe non poſſe cauſam filij tueri ob expreſſum tenorem conceſſionis, & inueſtituræ, cui non poterat *D.* Marchio derogare, ita conſultus adminiſtratorio nomine renunciauit prædictis feudis, & ea ceſſit, ac remiſit Do. Marchioni, non aliam ob cauſam quam *in oſſeruanza, & eſſecutione della primogenitura*, cuius erectionem ſemper, & in perpetuum obſeruandam iuxta formam, mentem, & tenorem eius fratres, tàm cũ patre, quàm inter ſe pacti ſunt. Verùm, quia D. Amedeus Nicolaus habebat in prædictis locis, quæ remittebãtur multa bona allodialia, quæ ideo erant ſuppoſita iuriſdictioni *Do.* Marchioni, & ea res in futurum potuiſſet parere diſcordiam inter fratres, actum eſt ex peritorum conſilio, vt fieret bonorum permutatio, & *Do.* Comes filij nomine remit-

teret

ferret Dom. Marchioni prædicta allodialia, & viceuerſa Do. Marchio remitteret bona, quæ eiuſdem eſſent redditus, cuius erant bona allodialia D. Amedei Nicolai. Hæc igitur remiſſio bonorũ à D. Marchione facta non fuit correſpectiua ad feuda Montaldi, & Loazzoli, quæ neceſſario remiſſa ſunt in obſeruantiã, & executionẽ primogenituræ, ſed tãtum ad allodialia, quæ voluntariè remittebantur. Quod eſſe veriſſimum, tàm ex verbis inſtrumenti, quàm ex re ipſa, nec non aduerſæ partis confeſſione facilimè comprobari poteſt.

Primùm enim eo ipſo, quod ſeparatis capitibus facta fuit à D. Comite remiſſio feudaliũ, & allodialium intelligimus aliquam ſubeſſe cauſarum diuerſitatem, quia, ſi omnia fuiſſent remiſſa propter eandẽ cauſam, nempè propter recompenſationem dandam ſimpliciter, fuiſſet vno, eodemque capite dictum Do. Comitẽ remittere Do. Marchioni feuda Montaldi, & Loazzoli, cũ omnibus bonis, tam feudalibus, quàm allodialibus ibi exiſtentibus, quomodo factum eſt ex parte D. Marchionis, qui nõ ſub diuerſis capitibus feudalium, & allodialium, ſed vno, eodemque capite remiſit loca Lumelli, Vinchij, & Beluederij, cum omnibus iuribus, & bonis, tam feudalibus, quam allodialibus; ideò quia tàm hæc, quàm illa remittebantur eandem ob cauſam nempè in recompenſationem allodialium, quæ vice mutua præſtabantur. Vnde, cum idem non ſit obſeruatũ in remiſſione facta à Domino Comite, intelligimus bona feudalia non eſſe remiſſa ob eandem cauſam, ob quam allodialia, nempè ob cauſam recompenſationis, ſed *in oſſeruãza, & eſſecutione della prima genitura*, vt aiunt verba inſtrumenti.

Secundò, cõprobatur hoc ipſum ex eo, quia bona, quæ vice mutua permutantur, & correſpectiue remittuntur, ſolent hinc inde remitti ſub eadem loquendi forma, & verborũ conceptione; nã ex parte D. Comitis allodialia remittuntur his verbis, *Da, cede, rimette, & transferiſce.* Ex parte vero D. Marchionis, & patris eius feudalia, & allodialia remittuntur his, *danno, cedono, transferiſcono, & rimettono*, & paulo poſt, *cedono, rimettono, e transferiſcono*. At vero bona feudalia, quæ in obſeruantiam, & executionẽ primogenituræ remittuntur, non iiſdẽ, ſed aliis verbis cedũtur, nempe, *rimette, cede, & renontia*. Denotat igĩ hæc verborũ diuerſitas bona feudalia non eſſe è genere eorum, quæ correſpectiuè remittuntur.

Tertiò, eo ipſo, quod ait inſtrumentũ, remiſſionem bonorum fieri à D. Marchione, *in contracambio di detti beni come ſopra ceduti, transferiti, & remeſſi* intelligimus eam non eſſe correſpectiuam ad omnia bona remiſſa à D. Comite, ſed ad ea tñ, quæ ſupra fuerunt ceſſa, translata, & remiſſa: nã illa relatio, *di detti beni*, reſtringitur à participijs ſequentibus, *ceduti, transferti,*
8 *& rimeſſi*, † *vt tradunt Ruin. in conſi. 174. nu. 2. vol. 2. Roll. conſ. 43. nu. 34. vol. 4. Menoc. conſ. 395. nu. 64. & Surd. conſ. 127. nu. 49.* quippè cum participium reſoluatur in relatiuum, & verbum, & perinde ſit, atque ſi dictum eſſet, quæ, vt ſupra
9 ſunt ceſſa, translata, & remiſſa, † *vt eſt doctr. glo. in clem. 1. in verb. dignitatibus de præben. & tradũt Bar. in l. centurio. 15. num. 25. verſ. idem puto, ff. de vulg. Ruin. conſ. 158. num. 8. vol. 3. Pariſ conſi. 21. num. 33. volum. 2. Roll. conſi. 43. num. 34. volum. 4. Natt. conſ. 209. num. 13. Cæphal. conſil. 15. num. 2.* quod relatiuum ſine copula poſitum ſine du-
10 bio præcedẽtem orationem reſtringit, † *vt not. Bar. in l. ea tamen adiectio. 44. ff. de leg. 3.* Et ideò remiſſio cenſetur facta in recompenſationem eorum tantum bonorum, quæ ſupra fuerunt ceſſa, trãslata, & remiſſa. Huiuſmodi autẽ non ſunt feuda Montaldi, & Loazzoli, quippè quę non fuerunt translata, nec remiſſa ſub nomine translationis, ſed ſub nomine renuntiationis. Non poteſt igitur remiſſio Dom. Marchionis intelligi facta in recompenſationem horum feudorum, quia cui non conueniunt verba di-
11 ſpoſitionis, nec conuenit ipſa diſpoſitio. † *l. 4. §. toties, ff. de dam. inf. & l. 1. §. Officiis, ff. ne quis eũ, qui in ius voc. eſt ... Tiraquel. in l. ſi unquã. 8. in verb. libertis, num. 2. C. de reuoc. donat. Dec. conſ. 7. num. 61. vol. 1. Menoch. conſi. ... num. 33.* & incluſio trãslatorum excludit feudalia, quæ
12 non leguntur translata, † *l. cũ prætor. 12. in prin. ff. de iudic.* imò nec poterant transferri, cum iam eſſent propria Dom. Marchionis, nec eius
13 amplius fieri poſſent. † *l. & in ... leg. 14. § actiones ff. de except. rei iud. l. 3. § ex pluribus, ff. de acq. poſſeſſ. §. ſed ſi rem inſt. de leg. §. ſic itaque inſtit. de actio.*

Quartò certiſſimum huius veritatis argumentum præbet illud inſtrumẽti caput, in quo fuit conuentum, vt Do. Marchio deberet ſoluere D. Comiti melioramẽta facta in dictis locis Montaldi, & Loazzoli, iuxta liquidationem fiendam: nam hæc res oſtendit remiſſionem dict. locorum eſſe factam ex cauſa neceſſaria, nempè ex cauſa euictionis iure primogenituræ, non verò ex cauſa voluntaria mutuæ permutationis, quia cum talis permutatio fieret ſub æſtimatione redituum, & in ea non poſſent à Caſtris melioramenta ſeparari, quippè quorum vnus erat, & connexus reditus perpetua fuiſſet tunc facta diſtinctio, ſi feuda, quoque iure permutationis fuiſſent remiſſa. Etenim nunquam æſtimantur melioramenta à rebus ipſis ſeparata, niſi quando res præſtantur ex cauſa neceſſaria, puta ex cauſa reſtitutionis, vel euictionis, vel caducitatis, quo caſu, quia talia melioramenta non cenſentur eodem iure, quo res ipſæ principales, ſed cedunt lucro, & commodo poſſeſſoris, ideo debent
14 æſtimari. † *l. domos, 61. ff. de leg. 1. l. in fundo, 39. ff. de rei vindic. l. vlt. C. de iure emphyt. l. 1. ff. de imp. in reb. dot. fact.* Cæterum, quando præſtantur ex cauſa voluntaria, puta venditionis, vel permutationis non eſt quod à rebus ſeparentur melioramenta, quæ rerum partes ſunt, & quoad dominium eiuſdem iuris, eiuſdemque qualitatis, cuius res ipſæ principales. Omnimodo igitur hæc melioramentorum diſtinctio, & æſtimatio indicat prædicta feuda fuiſſe remiſſa ex cauſa neceſſaria, nempè pro obſeruatione primogenituræ, cuius vigore D. Marchio illa euincebat.

Quintò, demus citra veri præiudiciũ, quod inſtrumenti verba ſint ambigua, adhuc tamen ſecundum regulas iuris ciuilis res etit hoc eodem modo intelligenda. Nam in ambiguis id potiſſimum ſpectatur, ꝙ à contrahentibus
15 actũ eſt. † *l. ſemper in ſtipulationib. 34. ff. de reg. iu.* & quod verè fuit in eorum mente licet, ver-
16 ba non deſeruiant, † *l. ſed Celſus. 6. § primo ff. de*

contr. empt. quippè cum in omni diſpoſitione mentem potius, quàm verba ſpectare debea-
17 mus, † *l. Labeo, 7. ff. de ſupp. leg. l. 3. §. conditio, ff. de adim. leg.* Fuit autem à contrahentibus actum, vt recompenſatio ſolum per allodialibus tribueretur, & feudalia ſimpliciter remitterentur in obſeruantiam, & executionem primogenituræ, vti apertiſſimè conſtat ex re ipſa, & veritate negotij, quod geſtum eſt: nec enim D. Comes realiter habuit vllam recompenſationem pro feudalibus, ſed ſolum pro allodialibus: Nã allodialia, quæ ab eo remiſſa ſunt, etiam iuxta æſtimationem in inſtrumento factam, (quæ tamen erat leuiſſima, cum ſtatim inito cõtractu fuerint à Do. Marchione locata ducat. 1400.) erant redditus 1400. aureorum, & iunctis 253. nemorum iugeribus, quæ in prædicta æſtimatione non fuerant comprehenſa, erant redditus aureorum 1640. Contra verò bona remiſſa à Dom. Marchione non erant, niſi redditus aureorum 1483. etiam incluſo redditu pecuniæ pro ſupplemento promiſſæ: Nam, & ſi remiſſa ſint bona Lumelli, Vinchij, & Beluederij, cum Palatio Mediolani, quorum redditus (excluſa etiam ſumma pecuniæ promiſſæ) erat aureorum 1819. non tamen totus hic redditus fuit computatus pro recompenſatione, ſed ab eo deductus eſt à contrahentibus redditus portionum ad Dom. Comitem ſpectãtium iure proprio virtute fideicommiſſi ab auo paterno conſtituti, quod apparet ex duplici ratione; & primo, quia niſi talis facta eſſet deductio, non fuiſſet neceſſarium Dom. Marchioni ſupplere in pecunia recompenſationem, dato quod talis recompenſatio facta fuiſſet (quomodo pars præſupponit) etiam pro feudalibus, quoniam redditus bonorum, quæ remittebantur à Dom. Marchione per ſe iam erat maior redditu bonorum, quæ remittebantur à Dom. Comite, aut ſaltem par: nam illorum redditus erat aureorum 1839. horum verò, excluſis nemoribus, aureorum 1600. & ſic minor, eis verò cõputatis aureor. 1840. & ſic par. Atqui partes declarant redditum bonorum, quæ à *D.* Marchione remittebantur, non fuiſſe parem, ſed minorem, quia *per ogni intiera ſodisfattione, & ricompenſa delle coſe per detto Sig. Conte Luiggi cedute, & rimeſſe*, neceſſe fuit D. Marchioni promittere ſummam 3000. aureorum. Non fuit igitur pro recompenſatione habita ratio totius redditus bonorum, quæ à Dom. Marchione remittebantur. Secundò verò, cum bona, quæ Dom. Comes remittebat, nõ eſſent propria ipſius remittentis, ſed filij, cuius nomine pater contrahebat, ſi remiſſio, quæ vice mutua fiebat à Do. Marchione, tota fuiſſet pro recompenſatione computata, non debuiſſet ea fieri Dom. Comiti ſtipulanti nomine proprio, & nomine filij, quia, non patri, ſed filio ſoli, cuius erant bona, danda erat recompenſatio. Atqui remiſſio Lumelli, Vinchij, Beluederij, & Palatij Mediolani fuit facta Dom. Comiti ſtipulanti, tàm proprio, quàm filij nomine, & tàm in inſtrumento tranſactionis, quàm in inſtrumẽto ratificationis factæ à Domino Comite Alexandro. Non fuit igitur remiſſio tota facta pro recompenſatione, ſed fuerunt deductæ portiones ad D. Comitem iure proprio ſpectantes, nempè in redditu tertia pars, quàm D. Comes conſequi debuit viuo patre loco alimentorum, quæ fuerũt ei in contractu matrimonij promiſſa, & quorum nomine patrem in eodem tranſactionis inſtrumẽto liberauit, in proprietate verò dimidia, quam iure fideicommiſſi auiti poſt mortem patris, & D. Comitis Alexandri fratris ſui iure proprio conſequi debuit. Factis igitur his detractionibus apertiſſimè conſtat D. Comitem non habuiſſe recompenſationem pro feudalibus, ſed tantum pro allodialibus, etiamſi includatur pecunia pro ſupplemento promiſſa, vti calculatio coram D. Relatore facta, & poſtea Typis impreſſa clariſſimè demonſtrat.

Sextò & vltimò rem hanc extra omnem dubitationem poſuit confeſſio DD. Marchionũ, patris, & filij, qui poſt initam tranſactionem diuidentes inter ſe redditum bonorum à Do. Comite remiſſorum pacti ſunt, vt filius ſolueret D. Comiti ſummam 3000. aureorum, *che ſi ſono trouati eſſer di più valore di detti beni à quelli di Lumello, & Vinchio, & caſa di Milano rimeſſi al detto Conte Luiggi in ricompenſa, & contracambio delli allodiali di Loazzolo, & Montaldo*, quibus verbis ſine dubio fatẽtur bona fuiſſe à Do. Marchione remiſſa in recompenſationẽ allodialium, non etiam feudalium, & ideo non eſt amplius hac de re dubitandum, quia talis confeſſio, licet facta ſit abſente parte, & extra iudicium, plenè tamen probat, quid à contrahentibus actum ſit, cum tractetur de declaratione
18 actus ambigui, † *vt tradunt Barto. in l. cum quis decedens, 35. §. codicillis, num. 6. ff. de leg. 3. Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 14. num. 55. Maſcar. de probat. conclu. 342. num. 2. & num.* 120. maximè cum ſit confeſſio facti proprij, & recentis, in quo probabilis error, aut ignorantia conſiderari non poteſt.

Neque obſtant contraria: nam ad primum reſpondeo, procedere id, quando relatio eſt ſimplex, non verò quando eſt reſtricta, & limitata, prout eſt in caſu noſtro, in quo reſtringitur à participijs ſequẽtibus ad bona translata, & ſic ad bona allodialia, ideoque excludit feudalia, quæ translata non leguntur, vti laté demonſtrauimus in tertio fundamento. Similique ratione, licet indefinita oratio æquipolleat vniuerſali debet tamen æquipollere cum omnibus ſuis adiunctis, Itaq. perindè debet accipi, atq; ſi dictum eſſet *in contracambio di tutti li beni come ſopra ceduti, transferti, & rimeſſi*, quo caſu, licet oratio eſſet vniuerſalis, reſtringeretur tamẽ à participijs ſequentibus, *ceduti, transferti, & rimeſſi*, ſecundum ea, quæ ibi diximus.

Ad ſecundum verò reſpondeo negãdo redditum feudalium Montaldi, & Loazzoli fuiſſe deſignatum, & expreſſum in inſtrumẽto ad finem compenſationis æqualiter etiam pro ijs faciendæ, quia verius eſt, id fuiſſe factum ad alium finem: nam, quia facienda erat permutatio allodialium Montaldi, & Loazzoli cũ bonis eiuſdem redditus neceſſariò prius erat æſtimandus redditus prædictorum allodialium, vt ſciretur, an bona, quæ vice mutua præſtabantur, eſſent redditus æquiualentis. Verum, quia talis æſtimatio fieri non poterat, niſi etiam feudorum haberetur mentio, quippè cum vno pretio, tàm feudalia, quàm allodialia tunc temporis reperirentur locata, ideo neceſſariò fuit exprimendus redditus omnium bonorum Montaldi, & Loazzoli, qui conſiſtebat in penſione, quam ſoluebat conductor, deindè fuit diſtin-

guendus

guendus redditus feudalium à redditu allodia-
lium: Ita enim facilè fuit ſcire, cuius redditus
eſſent allodialia, pro quibus danda erat recom-
penſatio.

Ad tertium reſponſio patet ex iis, quæ dixi-
mus in quinto fundamento: Nam contrarium
procederet, ſi omnia bona à D. Marchione re-
miſſa cederent pro recompenſatione: tūc enim
verum eſſet etiam incluſis feudalibus à D. Co-
mite remiſſis maiorem fuiſſe recompenſatio-
nem, quam eſſet remiſſio D. Comitis, nec fuiſ-
ſe neceſſarium ſupplementum pecuniæ, ſed qa
dimidia tantum bonorum à D. Marchione re-
miſſorum computatur in calculo recompen-
ſationis, cum alia dimidia fuerit remiſſa D. Co
miti iure proprio, & proprio nomine ſtipulan-
ti, vt ibi demonſtratum eſt, ideò intelligimus
hoc fundamentum nullius eſſe momenti.

Supereſt tertia, & vltima dubitatio, an ſcili-
cet poſito, quod remiſſio bonorum allodialiū,
de quibus agitur, ſit in primo tranſactionis in-
ſtrumento correſpectiua, etiam ad feuda Mon
taldi, & Loazzoli quę poſtea fuerunt à D. Mar
chione euicta, & quod pro iiſdem feudis nulla
fuerit in ſecunda tranſactione data recompen-
ſatio (prout verè datam non eſſe ſupra oſten-
dimus) poſſit adhuc hodie D. Marchio media
ſolutione 8. mil. aureorum petere remiſſionem
dimidiæ partis prędictorum allodialium, prout
fuerat in primo tranſactionis inſtrumento con
uentum.

Videretur autem primo aſpectu dicendum
poſſe, Primo, quia per ſecūdam tranſactionem
non fuit in hoc capite remiſſionis bonorum
allodialium expreſsè receſſum à prima. Nec
igitur cenſeri debet receſsū: Quòd enim expreſ
sè ſublatum non reperitur, cur ſtare prohibe-
19 tur? † *l. præcipimus. 32. in fi. C. de appell. l. ſancimus.
C. de teſtam.*

Secundo verò multo magis hoc videtur di
cendum in caſu noſtro, in quo non ſolum non
fuit in ſecunda tranſactione expreſsè reuocatū
illud caput, ſed imò fuit expreſsè confirmatum
ſaltem verbis generalibus, quibus etiam dici-
20 tur quid expreſsè fieri, † *vt ſcribunt Bartol. in l.
prætor ait. 20. §. interdictum, num. 1. ff. de ope. nou.
nunt. & in l. 1. num. 7. ff. de vulg. Pariſ. conſ. 97. num.
106. vol. 1. Decian. conſ. 56. num. 21. vol. 2. Oſaſ. con
ſil. 13. num. 17. Menoc. conſ.* 1130. *num.* 9. Nam de
prima tranſactione, ita contrahentes in ſecun-
da loquuntur, *la quale ne gl' altri capi, che non ſo-
no per la preſente derogati, & altrimente diſpoſti, &
conuenuti principalmente, o per conſequenza neceſ-
ſaria, reſti ferma, & in ſua forza, & vigore.* Vnde,
cum huic capiti remiſſionis bonorum allodia-
lium, neque principaliter, neque per neceſſariā
cōſequentiam videatur in ſecunda tranſactio-
ne derogatum. conſequens videtur, vt in hoc
capite debeat prima tranſactio, iuxta partium
conuentionem in ſua vi remanere.

Et ſi quis reſpondeat imò videri per conſe-
quentias receſſum eo ipſo, quod cōtra formam
primæ tranſactionis D. Marchio recuperauit
feuda Montaldi, & Loazzoli, quæ continebāt
partem pretij, horum allodialium videtur, poſ-
ſe replicari, imò non cenſeri receſſum, quia da-
to etiam, quod D. Nicolaus Amedeus non ha-
buiſſet pro dictis feudis iuſtam, & integram re-
compenſationem, non ideo tamen cenſetur à
contrahentibus receſſum in illo capite à pri-
ma tranſactione, quoniam hoc pendet ex par-
tium voluntate, quæ fuit, vt non recederetur,
prout conſtat ex relatis verbis ſecundæ tranſa-
ctionis, ex quibus mens contrahentium intelli-
21 gitur † *l. Labeo. 7. §. idem Tubero. ff. de ſupp. legat. l.
nepos Proculo. 125. ff. de verb. ſign. Cæph. conſ. 253.
nu. 29. Beret. conſ. 108. num. 1.*

Tertiò videtur hoc ipſum ea ratione cōpro-
bari, quia, ſi propter remiſſionem feudorum
Montaldi, & Loazzoli, cenſeretur in hoc ca-
pite remiſſionis allodialium receſſum ex natu-
ra correſpectiuæ obligationis, ſequeretur cen-
ſeri etiam receſſum à tota prima tranſactione:
nam quicquid in ea remittitur à D. Comitiſſa
D. Marchioni, vtique remittitur hoc vno me-
diante, vt feuda Montaldi, & Loazzoli rema-
neant in libera ipſius D. Comitiſſæ diſpoſitio-
ne; Itaque facultas hæc de prædictis feudis di-
ſponendi eſt correſpectiua ad totam trāſactio-
nem. Si igitur recuperatis feudis cenſeretur per
neceſſariam conſequentiam receſſum ab obli-
gationibus correſpectiuis, vtique cenſeretur e-
tiam receſſum à tota tranſactione, quoniam to
ta tranſactio eſt correſpectiua. Atqui hoc eſſet
contra expreſſam voluntatem contrahētium,
qui in ſecunda tranſactione declarauerunt ſe
velle, vt prima firma remaneat in alijs capiti-
bus. Vt igitur non poteſt cenſeri receſſum à to-
ta trāſactione, ita nec poterit cenſeri receſſum
à parte, quia partis, & totius idem eſt iudicium
quando diuerſitatis ratio non poteſt aſſerri,
22 † *l. in ratione. 30. §. diligenter. ff. ad l. Falcid. l. ſi ſer-
uus eius. 81. ff. de acq. hære. l. quæ de tota, 62. ff. de rei
vindic.* prout aſſerri non poteſt in caſu noſtro,
Nulla enim ſubeſt ratio, quæ ſuadeat liberam
illam de prædictis feudis diſponendi facultа-
tem eſſe magis correſpectiuam ad remiſſio-
nem allodialium, quam ad alia capita tranſa-
ctionis.

Verùm his non obſtantibus contrarium de
iure verius arbitror, non poſſe ſcilicet D. Mar-
chionem media ſumma 8. mil. aureorum recu-
perare dimidiam partem bonorum allodialiū
ex vi primæ tranſactionis, quoniam in hoc ca-
pite cenſetur ab ea receſſum, vt pluribus con-
uincitur fundamentis.

Primum enim dubitandum non eſt, quin à
prima tranſactione cenſeatur receſſum in iis
omnibus capitibus, quibus per ſecundam, aut
principaliter, aut per neceſſariam conſequen-
tiam ſint derogatum, vti probant relata ſecun-
dæ tranſactionis verba, arguendo à contrario
23 ſenſu, † *iuxta l. 1. §. huius, ff. de off. eius*. & ab in-
24 cluſione vnius ad excluſionem alterius, † *ſecun
dum l. cum prætor. 12. in prin. ff. de iudi.* Atqui per
ſecundam tranſactionem derogatum eſt, ſi nō
principaliter, ſaltem per neceſſariam conſe-
quentiam illi capiti primæ tranſactionis, quod
bonorum allodialium remiſſionem reſpicie-
bat, quia, cum talis bonorum remiſsio duarum
rerum obligationem correſpectiuam haberet,
vnam facultatis diſponendi de feudis Loazzo-
li, & Montaldi, in quibus pars pretij contineba-
tur, alteram ſolutionis 16. mill. aureorum, qui-
bus continebatur pretij ſupplementum. Fieri
non poteſt, quin ſublata parte correſpectiuæ
obligationis, id eſt ſublata facultate diſponen-
di de prædictis feudis, cenſeatur à toto capite
receſſum; nam correſpectiuarum obligationū
natura eſt, vt vna ſublata, & aliæ quoque per
conſe-

25 conſequentias ſublatæ cenſeantur. † *l. cum emptor. 2. ff. de reſc. vend. l. fin. ff. de accept. l. etiam. §. ex cauſa, ff. de minor. Alex. conſ. 111. nu. 3. vol. 3. Iaſ. in l. Lucius 45. nu. 18. ff. de vulg. Crau. conſ. 230. nu. 2. Menoc. conſ. 92. num. 42. conſ. 109. num. 36. & conſ. 178. nu. 7.* Cum ceſſante correſpectiuitate, quæ
eſt cauſa obligationis ceſſare debeat & ipſa o-
26 bligatio † *cap. cum ceſſante. de appell. l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patr.* quod adeo verum eſt, vt
ſufficiat partem correſpectiuæ obligationis de
ficere, ne quis ex parte ſua cogatur implere,
27 † *vt tradit Bartol. in l. Iulianus. 14. §. offerri, ff. de act. empt.* Nam, quod debetur ſub duplici con-
28 ditione vtriuſque verificationem requirit † *l. ſi hæredi, 5. ff. de cond. inſtit. §. ſi plures. Inſt. de hæred. inſtitu.*

Secũdò verò certi iuris eſt in obligationibus
correſpectiuis, eum, qui vult agere, debere totũ
pretium offerre, nec admittendum, ſi partem
29 offerat † *l. Iulianus. 14. §. offerri, & ibi not. Barto. ff. de act. empt.* Atqui D. Marchio offerẽdo ſum-
mam ?. mill. aureorum pro dimidia bonorum
allodialium nõ offert totum eius dimidiæ pre-
tium, ſed tantum partem, quoniam alia pars in
prædictis feudis Montaldi, & Loazzoli conti-
nebatur. Ergo non eſt admittendus, niſi cum
pecunia offerat etiam prædictorum feudorum
eſtimationem pro dimidia ad hoc, vt integrũ
dicatur dimidiæ partis allodialium pretium
offerre.

Tertiò ſuadet hoc ipſum ratio æquitatis, &
æqualitatis, quæ in contractibus eſt ſeruanda.
30 † *l. ſi id quod. 9. vlt. ff. de reſc, vendit. Auth. æqualitas, C. de pact. conu. §. 1. auth. de æqual. dot. Crauet. conſil. 24?. num. 7. verſic. ad hæc facit Menoc. conſil. 34. num. 11. & conſil. 203. num. 16.* Nam, cum
in prima tranſactione fuerit conuenta recipro-
ca, & equalis remiſſio, ſcilicet quia D. Comitiſ-
ſa promiſit ſe remiſſuram bona allodialia va-
loris 30. mill. aureorum, Contra verò D. Mar-
chio promiſit ſe relicturum liberæ eiuſdem D.
Comitiſſæ diſpoſitioni feuda Montaldi, &
Loazzoli, & præterea pro ſupplemento valo-
ris allodialium promiſit ſe ſoluturum ſummã
16. mil. aureorum, ſi nunc p ſt feuda contra pri
mæ tranſactionis formam gratuito recuperata
poſſet D. Marchio conſequi bona allodialia
ſoluendo prædictam ſummam 16. mill. aureo-
rum, magna ſine dubio naſceretur inæqualitas,
quia rem valentem 30. mill. cogeretur hæres
D. Comitiſſæ tradere pretio 16. mil. aureorum,
quod vtique ratio æquitatis non patitur. Ma-
gis igitur eſt, vt D. Marchio, vel non ſit admit-
tendus ad bonorum allodialium petitionem,
vel ſi velit admitti debeat ſaltem commdem
pretium ſuppiere ſoluendo æſtimationem feu-
dorum, quæ fuerunt auocata.

Quartò, conſtat hanc fuiſſe mentem contra-
hentium in ſecunda tranſactione, ſi diligenter
eius verba perpendantur; nam, dum aiunt con-
trahentes velle ſe primam tranſactionem fir-
mam remanere in omnibus capitibus, *che non ſono per la preſente derogati, & altramente diſpoſti, & conuenuti principalmente,* ſine dubio excipiũr
caput illud primæ tranſactionis, in quo fuerat
conuentum, vt feuda Montaldi, & Loazzoli
remanerent in libera diſpoſitione D. Comitiſ-
ſæ: Nam in hoc capite non potuit remanere
firma prima tranſactio, quoniam ei fuit princi-
paliter per ſecundam derogatum, Dum igitur
addunt, *o per conſequenza neceſſaria,* non poſſunt
hæc verba intelligi de prædicto capite, quod
iam ſub precedentibus verbis erat compræhen
ſum. Neceſſario igitur de alio capite ſunt acci-
piendæ: nec enim cenſeri debent inutiliter, &
31 ſine effectu appoſita. † *l. ſi quando 112. in princ. ff. de leg. 1.* Atqui nullum eſt in prima tranſa-
ctione caput, cui per neceſſariam conſequen-
tiam intelligi poſsit per ſecundam derogatum
præter caput reſpiciens bonorum allodialium
remiſſionem, quod, quia correſpectiuum erat
ad prædicta feuda, ſaltem pro parte, non po-
teſt non ei per conſequentias cenſeri deroga-
tum ſublata de feudis diſponendi facultate, vti
oſtendimus in primo fundamento. Neceſſario
igitur fatendũ eſt per illa verba declaraſſe con-
trahentes, ſe uolle primam tranſactionem in
hoc capite firmam remanere: Et quidem ſpe-
cificè, quia ſpecialiter dicitur id, quod in alio
32 verificari non poteſt. † *l. 2. vbi Bart. ff. de liber. & poſth. late Surd. conſ. 150. nu. 92. conſ. 179. num. 24. conſ. 267. nu. 28. & conſ. 270. nu. 12.*

Ex quibus non ſolum remanet firmatum Ius
D. Comitis, ſed etiam facillimè diſſoluuntur
contraria: Nam ad primum reſpondeo, imò
fuiſſe receſſum, & tacitè, & expreſsè, tacitè,
quia ſublata de feudis Montaldi, & Loazzoli
diſponendi facultate, quæ erat pro parte corre-
ſpectiua, tacitè cenſetur etiam ſublata obliga-
tio remiſſionis ex natura correſpectiuæ obliga-
tionis, ſecundum ea, quæ diximus in primo fun
damento. Expreſsè verò, dum dictum eſt, pri-
mam tranſactionem firmam remanſuram in
capitibus tantum, quibus non eſt derogatum
per neceſſariam conſequentiam, ſecundum ea,
quæ diximus in quarto fundamento.

Ad ſecundum vero reſp. imò verba ſecundæ
tranſactionis contrarium ſignificare, dum di-
citur, *o per conſequenza neceſſaria,* vti oſtendimus
in prædicto quarto fundamento.

Neque obſtat, quod pendeat hoc ex mente
contrahentium, qui noluerunt à prima tranſa-
ctione recedere, quia reſponſio patet ex ſupe-
rioribus; Noluerunt enim recedere in capiti-
bus, quibus non eſt derogatum, aut principali-
ter, aut per conſequẽtias, Vnde, cum huic capi-
ti per conſequentias derogatum ſit, non eſt du-
bitandum, quin ab hoc voluerint contrahen-
tes recedere.

Ad tertium, & vltimum reſpõdeo diuerſam
eſſe rationem aliorum capitum, & huius: nam
alia capita reſpiciunt remiſſionem bonorum
feudalium, de quibus contendebatur, & quæ
D. Comitiſſa prætendebat ad ſe tamquam pri-
mogenitam, & vocatam ex inueſtitura perti-
nere, ſaltem durante vita, contra verò D. Mar-
chio dicebat eam non eſſe admittendam ma-
ſculis extantibus, & ideo, quia poſt mortem D.
Comitiſſæ ſine deſcẽdentibus certiſſimum erat
talia feuda ad D. Marchionem pertinere, nil
mirum ſi contrahentes in ſecunda tranſactio-
ne noluerint in hoc capite à prima recedere.
At vero bona allodialia erant propria D. Co-
mitiſſæ, nec de iis diſputabatur, ſed voluntaria
conuentione debuerunt remitti D. Marchioni
media recompenſatione, partim in feudis Mõ-
taldi, & Loazzoli, & partim in pecunia. Auo-
catis igitur feudis, & conſequenter ſublata par-
te recompenſationis, non eſt mirum, ſi contra-
hentes voluerint in hoc capite a prima tranſa-
ctione

ctione recedere, ne alioquin D. Comes videretur rem filij ſui tactaſſe contra notiſſimas regulas iuris ciuilis.

Concludo igitur Do. Marchionem, vel omnino repellendum eſſe à petitione bonorum allodialium, vel non eſſe admittendum, niſi oblata æſtimatione feudorum auocatorum, quibus pars pretij continebatur, ideoque reparandam eſſe priorem ſententiam, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Illuſtriſs. D. Margarita Scalia Sangeorgia Marchioniſſa Caluſij, & Rondizzoni.

CONSILIVM XXX.

ARGVMENTVM.

Feudum conceſſum, vti rectum cum clauſula, & quibus dederint duobus in ſolidum, an ſit mere hæreditarium, an verò mixtum, & an veniat in reſtitutione fideicommiſſi, & an facultas diſponendi verificetur in inſtitutione vniuerſali.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, & quibus dederit, appoſita in inueſtitura operatur, vt feudum ſit tranſitorium in quoſcunque hæredes, etiam extraneos, & vt ſit hæreditarium, nu. 2. Declara vt nu. 70.*

3 *Clauſula, & quibus dederit, importat facultatem diſponendi, & alienandi, tam per contractus, quàm per vltimas voluntates. Declara vt numero 31.*

4 *Feudum concedi cum clauſula, & quibus dederit, vel pro quibuſcumque hæredibus ſunt paria.*

5 *Feuda hæreditaria veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi. Declara vt nu. 70.*

6 *Verba, vbi ſunt clara, non eſt ſuper eorum interpretatione diſputandum.*

7 *Feuda alienabilia, & tranſitoria, etiam in extraneos, cenſeatur merè hæreditaria, & veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, etiam quod in ſubſtitutione fideicommiſſaria, nulla de his ſit facta mentio, num. 8.*

9 *Feudo de hæreditario idem iudicatur, quod de allodialibus.*

10 *Feuda merè hæreditaria, & tranſitoria ad quoſcumque hæredes veniunt in quacumque vniuerſali diſpoſitione.*

11 *Feudum alienabile continetur in omni vniuerſali diſpoſitione.*

12 *Fideicommiſſi in reſtitutionem veniunt omnia contenta in vniuerſali inſtitutione.*

13 *Subſtitutione cenſentur repetita, quæ ſunt in inſtitutione.*

14 *Inſtitutio vniuerſalis continet omnia, de quibus teſtator diſponere poteſt.*

15 *Inſtitutio vniuerſalis continet bona feudalia, & emphiteutica, de quibus inueſtito data fuit diſponendi, & alienandi facultas.*

16 *Diſponere dicitur ſecundum facultatem ſibi datam, qui hæredem vniuerſalem inſtituit. Sed contra nu. 49. vel diſtingue vt nu. 71.*

17 *Diſponere dicitur moriens ab inteſtato, & vti facultate diſponendi ſibi data, vt res tranſeat in venientes ab inteſtato.*

18 *Feudum, vel emphyteuſis conceſſa cum clauſula, & quibus dederit, ſeu facultate diſponendi, & alienandi, tranſit ad venientes ab inteſtato.*

19 *Moriens non teſtando cenſetur contuliſſe in venientes ab inteſtato id, quod teſtando, vel alijs modis relinquendo poterat eis auferre.*

20 *Expreſſè diſponere dicitur inſtituens vniuerſalem hæredem, vel ſubſtituens in omnibus bonis, num. 21.*

22 *Expreſſum dicitur, quod ſub generalibus, aut vniuerſalibus verbis continetur.*

23 *Expreſſè diſponere quis dicitur de feudo ſecũdum facultatem ſibi datam, ſi diſponendo faciat mentionem de feudalibus.*

24 *Feudalia, & emphyteutica bona conceſſa cum facultate alienandi, & diſponendi veniunt in reſtitutionem, quando ea accipit ex inſtitutione vniuerſali.*

25 *Fideicommiſſo vniuerſali non continentur ea, quæ grauatus habuit, non ex teſtamento, ſed alia cauſa.*

26 *Feudum dicitur coinueſtitus inſolidum capere ab inueſtiente, & ex eius prouidentia, non autè a coinueſtito defuncto, a quo fuit hæres inſtitutus.*

27 *Conceſſione facta duobus in ſolidum, altero deficiente ſuperſtes totum retinet per ius non decreſcendi.*

28 *Ius non decreſcendi præſupponit vocatum totam rem habere iure ſuo, nec acquirere, ſed retinere.*

29 *Feudum merè hæreditarium tranſit in quoſcumq; hæredes inſtitutos.*

30 *Dare videtur non adimendo, qui poteſt auferre relinquendo.*

31 *Clauſulę importantes facultatem alienandi, quando adſunt aliæ repugnantes alienationi, reſtringuntur, vt per eas, quam minus fieri poteſt, cenſeatur derogatum naturæ feudi.*

32 *Clauſulæ permittentes alienationem appoſitæ in inueſtituris intelliguntur, ne præiudicent compræhenſis in eis, & vt alienatio fieri poſſit in compræhenſos in inueſtituris, non in extraneos, nume. 33.*

34 *Clauſulæ permittentes alienationem, etiam in extraneos intelliguntur, vt tunc demum in eos poſſit fieri alienatio, cum defecerint omnes in inueſtitura compræhenſi.*

35 *Facultas alienandi reſtringitur, ne præiudicet cõpræhenſis in inueſtitura, quando in ea ſit expreſſa mentio deſcendantur, vel quando feudum conceditur, vti rectum, nobile, gentile, auitum, & paternum, nu. 36.*

37 *Verba, ſine licentia ſuæ Celſitudinis ſtant reſtrictiuè.*

38 *Feudum, licet poſſit alienari ſine conſenſu domini, non tamen poteſt ſine conſenſu compræhenſorum in inueſtitura.*

39 *Verba in omnibus, & per omnia ſunt vniuerſalia, & continent omnes omnino qualitates.*

40 *Feudũ alienabile in extraneos ſine conſenſu agnatorum eſt improprium.*

41 *Clauſula inſolidum poſita in cõceſſione facta duobus operatur, ne alter in alterius non conſentientis præiudicium alienare poſſit, & vt deficientis portio ad alterum perueniat, num. 43.*

42 *Arguere licet ab emphyteuſi ad feudum.*

44 *Alex. in conſ. 106. nu. 9. & per tot. vol. 4. comprobatur.*

45 *Facultas alienandi data in inueſtitura non intel-*

ligitur

legitur in præiudicium alterius comueſtiti, ad quem debet pertinere feudum per ius accreſcēdi, niſi ipſe conſentiat.

46 *Feudum cton conſenſu domini poteſt alienari.*

47 *Feudum alienatum cum conſenſu domini poteſt vindicari a fratribus coinueſtitis.*

48 *Licentia alienandi data in inueſtitura nihil operatur, vbi vaſallus non eſt vſus facultate ſibi conceſſa.*

49 *Diſpoſuiſſe non dicitur de re, de qua diſponendi facultas data fuit contra ipſius rei naturam, per vniuerſalem hæredis inſtitutionem, ſed requiritur diſpoſitio ſpecifica, & ſingularis.*

50 *Diſpoſitio ſequens de inteſtato reſpectu certæ rei verificatur etiam in eo, qui fecit quidem teſtamentum, ſed de re illa ſpecificè non diſpoſuit.*

51 *Statutum Taurinenſe præferens maſculos fœminis in ſucceſſione domorum morientis, abſque teſtamento procedit, etiam facto teſtamento in quo ſpecificè de domo non diſpoſuit.*

52 *Expreſſe, dictio requirit expreſſionem ſpecialem, & in indiuiduo, id eſt nominatim, nu. 53.*

54 *Nominatim fieri dicitur, cum proprium rei nomen exprimitur, vel alia ſpecialis demonſtratio, quæ nominis vice fungatur.*

55 *Diſponere expreſſè non dicitur teſtator de re inſtituendo hæredem vniuerſalem, niſi ſpecificè de re illa diſponat.*

56 *Generaliter dicitur diſponere de feudis, qui diſponendo fecit mentionem de feudalibus.*

57 *Species apud legiſtas idem eſt, quod indiuiduum apud logicos.*

58 *Expreſſè diſponere eſt diſponere ſpecialiter.*

59 *Specialiter non fit, niſi quod nominatim fit.*

60 *Grauatus ſimpliciter fideicommiſſo vniuerſali, nō tenetur reſtituere rem, quam habuit ex cauſa ſeparata à teſtamento, vbi nominatim non rogatur, vt illam reſtituat.*

61 *Fideicommiſſi in reſtitutionem non venit res donata vxori inde hæredi vniuerſali inſtituta, & grauata fideicommiſſo vniuerſali, niſi nominatim maritus dixerit de reſtituenda re donata.*

62 *Fideicommiſſi in reſtitutionem non veniunt ea, quæ quis habet ex iure ſibi per contrariam diſpoſitionem non adempto.*

63 *Feuda mixta, vel ex pacto, & prouidentia non veniunt in reſtitutionem hæreditatis.*

64 *Feuda conceſſa pro deſcendentibus maſculis, & fœminis ſunt mixta reſpectu ſucceſſorum.*

65 *Clauſula, in ſolidum, appoſita in inueſtitura conceſſa duobus operatur, vt vno ſine prole decedente alter totum conſequatur.*

66 *Feudum mere hæreditarium tranſit in extraneos hæredes, etiam ab inteſtato.*

67 *Expreſſè, dictio adiecta facultati alienandi in inueſtitura excludit alienationem, quæ fit in venientes ab inteſtato, quæ eſt tacita.*

68 *Feudum non mere hæreditarium, ſed mixtum, vel ex pacto, & prouidentia diuerſo reſpectu dicitur, quod conceditur cum facultate expreſſè diſponendi, & ad quod vocantur in inueſtitura cōprehenſi, ſi inueſtitus expreſſè non diſpoſuerit.*

72 *Fideicommiſſo conditionali ſuppoſitæ res ſui natura ſiunt alienabiles, & in pleno dominio hæredis, num. 73.*

74 *Facultas alienandi non tribuit ius in re, ſed remouet tantum impedimentū, & efficit, vt res ſui natura alienabilis, ſed prohibita alienari comprahendatur in vniuerſali inſtitutione, num. 75.*

76 *Facultas alienandi res ſui natura inalienabiles, non verificatur per vniuerſalem hæredis inſtitutionem, ſed requirit ſpecialem diſpoſitionem.*

77 *Feudum nouum poteſt à patre alienari in præiudicium filiorum.*

78 *Feudum nouum non venit in reſtitutione fideicōmiſſi vniuerſalis iniuncti per patrem filijs inſtitutis hæredibus.*

79 *Expreſſe non dicitur quis diſpoſuiſſe, niſi nominatim rem exprimat, ſi conſtet concedentem diſponendi facultatem ſenſiſſe de expreſſa diſpoſitione.*

80 *Expreſſio generalis, quæ non poteſt verificari, niſi in vna re, habetur pro ſpeciali, & ſingulari.*

81 *Fideicommiſſo vniuerſali non continentur, quæ quis habet ex alia cauſa, quam ex vniuerſali inſtitutione, niſi nominatim hoc teſtator expreſſerit fideicommittendo licet expreſſerit inſtituendo.*

FACTI SPECIES.

ANno Domini 1594. Illuſtriſſ. DD. Mālius, & Carolus Gullielmus ex Comitibus Valpergiæ fuerunt à Sereniſſimo Duce Mantuæ, & Montisferrati in ſolidum inueſtiti de feudis Caluſij, & Rondizzoni, *Pro ſe, ac vtriuſque ipſorum hæredibus deſcendentibus, maſculis, & fœminis, & quibus ipſi DD. Comites Manlius, & Carolus Gullielmus, ac deſcendentes ab ipſis legitimi, & naturales; ac de legitimo matrimonio procreati, & procreandi tantum in infinitum dederint, ſub infraſcriptis modis, In feudum nobile, rectum, gentile, antiquum, auitum, & paternum, ita, quod in omnibus, & per omnia ſapiat naturam nobilis, recti, gentilis, antiqui, auiti, & paterni feudi, cum titulo, dignitate, & prærogatiua Marchionatus, ac taliter, quod ipſi DD. Comites Manlius, & Carolus Guilielmus, & quilibet ipſorum, ac heredes deſcendentes cuiuſlibet ipſorum maſculi, & fœminæ poſſint, & valeant de prædictis caſtris expreſſè diſponere, & ea in quamcumque perſonam, ſeu perſonas alienare, tam per vltimas voluntates, & ſub iure, ordine, & prærogatiua primogenituræ, quam per alium quemuis contractum, & diſtractum ſine licentia ſua Celſitudinis, & Sereniſſimorum hæredum, ac ſucceſſorum ſuorum, dummodo diſpoſitio, alienatio, & contractus fiant in perſonas confidentes eidem Celſitudini, vel ſucceſſoribus ſuis.* Declarauit autem in eadem conceſſionē Princeps ſe habere pro confidentibus *filios maſculos, & fœminas perill. D. Comitis Ludouici ex eiſdem Comitibus Valpergiæ, natos, & naſcituros ex eo, & multum Ill. D. Eleonora eius coniuge ſorore prædicti D. Comitis Caroli Gullielmi, & etiam DD. Claudium, & Marcum Aurelium fratres naturales eiuſdem D. Comitis Caroli Gullielmi, atque etiam omnes, & quoſcumque ſubditos ſuæ Celſitudinis, cuius redditus annui non excedunt ſummam ſcutorum decem millium auri.*

Ex prædictis inueſtitis D. Marchio Manlius decedens ſine liberis condidit teſtamentum, in quo ſub his verbis, *In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, allodialibus, & feudalibus, iuribuſque, & actionibus, cum nominibus debitorum, & creditorum,* ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit Ill. *D.* Carolum Gulielmū, & eo decedente ſine filijs legitimis, & naturalibus eidem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum prædictam Ill. D. Eleonoram, & quoſcumque eius filios natos, & naſcituros maſculos, & fœminas.

Poſt

Poſt mortem teſtatoris deceſſit, & prædictus D. Marchio Carolus Gulielmus ſine liberis, ſed condito teſtamento, in quo Marchionatū Caluſii, & Rondizzoni reliquit Illuſtriſſ. D. Margaritæ vxori ſuæ.

Nunc orta eſt controuerſia inter prædictam Ill. D. Eleonoram, & dictam Illuſtriſſ. D. Margaritam: nam D. Eleonora intendit dimidiam partem prædicti Marchionatus contineri in fideicommiſſo relicto ab Illuſtriſſ. D. Marchione Manlio ſtante forma conceſſionis. Vnde quæritur, quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DVbia mirum in modum mihi primū cogitanti viſa eſt præſens conſultatio propterea, quod multa ſunt, quæ primo aſpectu ſuadere videntur, dimidiam partem huius Marchionatus contineri in fideicommiſſo vniuerſali, quod ab Illuſtr. D. Marchione Manlio relictum eſt, ac

In primis illud, quia feuda, de quibus agitur, videntur merè hæreditaria: licet enim fuerint conceſſa DD. Manlio, & Carolo Gulielmo, pro ſe, ac vtriuſque ipſorum deſcendentibus maſculis, & fœminis, addita tamen fuit clauſula, & quibus dederint, quæ operatur, vt feudum ſit tranſitorium in quoſcumque hæredes, etiam
1 extraneos, † *vt ſcribunt Iaſ. conſ. 155. col. 2. verſic. primum vol. 2. Pariſ. conſ. 71. num. 44. vol. 3. Socin. Iun. conſ. 72. nu. 23. vol. 1. & conſ. 42. num. 1. vol. 3. Roll. conſ. 42. nu. 10. vol. 1. conſ. 79. nu. 29. vol. 2. & conſ. 42. nu. 3. vol. 4. Nat. conſil. 159. nu. 12. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 17. nu. 5. verſ. quarta concluſio. Surd. conſ. 63. nu. 11. conſ. 440. nu. 12. conſ. 475. nu. 8. conſ. 551. nu. 8. & conſ. 573. nu. 8.* & conſequen-
2 ter merè hæreditarium, † *vt ſcribunt Soc. Iun. d. conſ. 72. num. 23. vol. 1. & d. conſil. 42. num. 1. vol. 3. Surd. d. conſ. 63. nu. 11. d. conſ. 440. nu. 13. d. conſil. 475. nu. 8. & d. conſ. 551. nu. 8. & 22. verſ. ex his be- ne. & Peregr. conſ. 7. num. 1. vol. 1.* Cenſetur enim per huiuſmodi clauſulam tributa facultas alienandi, & diſponendi, tam per contractus, quā per vltimas voluntates, etiam in extraneos,
3 † *cap. 1. de feud. non hab. prop. feud. nat. & ſcribunt Iaſ. conſ. 155. col. 2. verſ. primum, & conſ. 156. col. 2. verſ. Non obſta. ſecundum: vol. 2. conſ. 64. in fin. volum. 3. Soc. Sen. conſ. 3. num. 24. vol. 3. Pariſ. conſil. 3. nu. 12. & conſ. 27. num. 41. vol. 1. Soc. Iun. conſil. 83. nu. 7. vol. 4. Clar. in § feudum q. 31. nu. 8. Brun. conſil. 38. nu. 3. Nat. conſ. 159. nu. 12. & conſ. 322. nu. 1. Roll. conſ. 42. nu. 7. & ſeqq. vol. 1. conſ. 71. nu. 6. conſil. 79. nu. 21. & 27. vol. 2. conſ. 1. nu. 47. vol. 3. & conſil. 42. nu. 3. vol. 4. Men. conſ. 255. nu. 32. & ſeqq. Peregr. conſ. 2. nu. 32. & conſ. 7. num. 10. & 11. verſ. ſcimus vol. 1. Surd. d. conſ. 440. nu. 12. d. conſ. 484. nu. 5. conſ. 551. nu. 4. & conſ. 573. nu. 13. verſ. 3. & nu. 14.* Quamobrem dicimus paria eſſe, feudum cōcedi cum clauſula, & quibus dederit, vel, pro
4 quibuſcumque hæredibus, † *vti videre eſt apud Pariſ. conſ. 3. nu. 11. vol. 1. Curt. Iun. conſil. 4. nu. 4. Roll. conſ. 42. num. 11. vol. 1. conſ. 79. num. 9. & 10. vol. 2. conſ. 1. nu. 44. vol. 3. & conſ. 42. num. 3. vol. 4. Oſaſ. deciſ. 46. nu. 18. verſ. Neque ſubſiſtit, Surd. conſil. 475. nu. 25.* Tamquam igitur feuda merè hæreditaria venire debent in reſtitutionem hære-
5 ditatis, † *vt ſcribunt Bald. in l. cum virum. 16. nu. 21. C. de fideicomm. Alex. in l. ſi patroni. 55. in prin. num. 4. verſ. Aliam limitationem ff. ad Treb. Iaſ. in præluđ. feud. nu. 46. Pariſ. conſ. 23. nu. 173. vol. 1. & conſ. 65. nu. 12. vol. 3. Soc. Iun. conſ. 72. nu. 22. vol. 1. & conſ. 42. nu. 1. vol. 3. Brun. conſ. 24. in fin. Clar. in § feudum. q. 85. nu. 2. Roll. conſ. 79. num. 24. vol. 2. conſ. 1. nu. 48. & ſeq. & conſ. 10. nu. 31. vol. 3. Nat. conſ. 159. nu. 19. Tiraq. de retr. lign. § 1. gl. 7. nu. 21. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 9. nu. 9. Ceph. conſ. 523. nu. 54. Menoc. conſ. 369. num. 13. & conſ. 1115. nu. 20. Peregr. de fideicom. art. 6. nu. 18. Surd. conſ. 63. nu. 15. conſ. 108. nu. 33. conſ. 475. num. 26. conſ. 551. nu. 25. & conſ. 573. nu. 16. Et in ſpecie de feudo conceſſo cum clauſula, & quibus dederit Roll. d. conſ. 42. nu. 7. vol. 4. Pereg. de fideic. d. ar. 6. nu. 18 & Surd. d. conſ. 440. nu. 14.*

Secūdo verò multo magis hæc videntur habere locum in caſu noſtro, in quo præter ſuperiorem clauſulam, & quibus dederint, adeſt etiam expreſſa facultas alienandi, & diſponendi in quaſcumque perſonas, cum declaratione perſonarum extranearū, quo caſu ceſſant omnes conſiderationes exiſtimantium ſupradictā clauſulam non conſtituere feudum merè hæreditarium, ſed reſtringi ad perſonas in inueſtitura comprahenſas, nempe ad hæredes deſcendentes, de quibus ſpecialiter in præcedentibus, & ſequentibus fuit facta mentio, vt ſcilicet in eos cenſeatur tributa facultas diſponendi, non etiam in extraneos; Nam, quia in caſu noſtro verba clara ſunt, loquentia de quibuſcumque etiam extraneis, non eſt ſuper eorum interpre-
6 tatione diſputandum † *l. ille, aut ille. 25. § cum in verbis, ff. de leg. 3. l. continuus. 137. § cum ita, ff. de verb. oblig. Et in terminis noſtris ſcribunt Menoc. conſ. 61. nu. 26. & Surd. d. conſ. 551. nu. 3.* ſed feuda, tamquam alienabilia, & tranſitoria, etiam in extraneos debent cenſeri merè hæreditaria, & conſequenter debent venire in hæreditatis
7 reſtitutionem, † *vt in ſpecie de feudis conceſſis cum expreſſa facultate alienandi, vt cenſeantur mere hæreditaria ſcribunt Pariſ. conſil. 23. nu. 169. vol. 1. & Surd. d. conſ. 484. nu. 5. & d. conſil. 551. nu. 8. Et veniant in reſtitutionem fideicom miſſi Peregr. de fideicomm. art. 6. num. 18.* Idque procedit non obſtante, quod in ſubſtitutione fideicommiſſaria
8 nulla de iis fuerit ſpecialis facta mētio, † *vt ſcripſerunt Pereg. d. art. 6. nu. 30. & 31. & Surd. d. conſil. 551. num. 22. verſ. quæ ſententia:* Nam, cum de huiuſmodi feudis idem iudicetur, quod de re-
9 bùs allodialibus, † *vt ſcribunt Men. d. conſ. 1115. num. 4. & ſeqq. Peregr. d. conſ. 7. nu. 4. vol. 1. Surd. d. conſ. 427. nu. 27. conſ. 440. nu. 14. conſ. 475. nu. 8. & ſeqq. conſ. 484. nu. 5. conſ. 551. num. 25. & conſ. 573. nu. 22.* fit, vt veniant in quacumque diſpoſitio-
10 ne vniuerſali, † *ſecundum Nat. conſ. 159. nu. 24. Menoch. d. conſ. 129. nu. 15. & d. conſ. 1115. nu. 12. Surd. d. conſ. 551. num. 25.* quomodo veniunt res omnes allodiales. Et hoc eſt, quod dicimus, feudum alienabile, & hæreditarium in omni di-
11 ſpoſitione vniuerſali contineri, † *vti videre eſt apud Nat. d. conſ. 159. numer. 24. Menoch. d. conſil. 129. num. 13. conſil. 1005. num. 48. & d. conſ. 1115. num. 24.*

Tertiò venire huiuſmodi feuda in hæreditatis reſtitutionem videtur eo comprobari, quia in reſtitutione fideicommiſſi veniunt omnia,
12 quæ continentur in inſtitutione vniuerſali, † *vt ſcribunt Rum. conſ. 130. nu. 9. vol. 3. Soc. Iun. conſ. 130. nu. 14. vol. 1. & conſ. 79. num. 14. & 15. vol. 4.* Nam ſubſtitutio ſequens declaratur a præcedente inſtitutione, ita, vt quæcumque ſunt in

inſtitu-

Digitized by Google

inſtitutione cenſeantur in ſubſtitutione repeti-
13 ta † l.1.C.de Imp.& al.ſubſt.l.qui liberis.8.§.fin.l.
ſed ſi plures.10.in prin.ff.de vulg.Soc.Iun.d.conſil.
79.nu.15.vol.4 In inſtitutione autem vniuerſa-
li D. Caroli Gulielmi continetur dimidia pars
huius Marchionatus, ſcilicet, quia inſtitutio
vniuerſalis continet omnia, de quibus teſtator
14 diſponere poteſt, † vt ſcribit Surd.conſ.272.nu.
68.circa medium. Itaque continet etiam feuda-
lia, & emphiteutica bona, de quibus inueſtito
15 data fuit diſponendi, & alienandi facultas, † vt
ſcribunt Soc.Iun.d.conſ.79.nu.13.in fin.volum.4.
Nat.d.conſ.159.nu.25. Menoc.d.conſ.129.nu.15.
& d.conſ.1115.nu.12. Diſponit enim & alienat
ſecundum facultatem ſibi datam, qui vniuer-
16 ſalem inſtituit hæredem, † vt ſcribunt Bal.in l.ſi
quis prioris 29.§.certum.nu.1.C.de ſec.nupt. Alexan.conſ.189.nu.11.vol.2.& conſ.226.nu.7.vol.6.
Iaſ.conſ.173.col.2.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus vol.2.Soc.Sen.conſ.31.nu.11.& conſ.43.nu.2.
vol.4 Rum.conſ.76.nu.10.conſ.133.nu.6.& conſ.
153.nu.12.vol.2.Pariſ.conſ.74.in fi.vol.2.conſ.72.
nu.60.vol.3.& conſ.46.nu.20.vol.4. Gabr.conſ.91
nu.18.& 19.conſ.125.nu.16.& conſ.143.nu.5.&
6.vol.1.Decia.conſ.78.nu.19.& 21.vol.3.Oſaſc.deciſ.85.nu.3. Menoch.conſ.87.nu.60.conſ.210.nu.
23.verſ.re autem ipſa,& conſ.1130.nu.8.verſ.Cæterum.Surd.d.conſil.572.num.67. Peregr.de fideicomm.art.40 num.55.& 57. Quinimo etiam is,
qui moritur ab inteſtato, dicitur diſponere, &
vti facultate ſibi data, vt res, de qua diſponere
17 poterat, tranſeat in venientes ab inteſtato, † vt
ſcribunt Cagn.in l.vlt.num.246.C.de pact. Socin.
Iun.conſil.83.num.5.& ſeqq.vol.4. Franch.deciſio.
45.num.2. Nat.conſil.123.num.10.& conſil.216.
num.10.Mantic.de coniect.vltim.volun.lib.7.tit.7.
num.14.Menoc.de præſump.lib.4.præſump.27.nu.
10.& conſil.87.num.61.conſil.210.num.50.& conſil.1130.num.13. Peregr.de fideicomm.d.artic.40.
num.59. Surd.d.conſil.572.num.27.verſic.ſecundo
principaliter,& num.ſeqq. Et in ſpecie de feudo,
vel emphyteuſi conceſſa cum clauſula, & quibus dederit, ſeu facultate diſponendi, & alie-
18 nandi, † Alexan.conſil.19.num.15.verſic.Accedit
volum.5. Socin.Sen.conſil.252.num.19.verſic.iſta
concluſio volum.2.Curt.Iun.conſ.4.num.4. Pariſ.
conſil 23.num.43.volum.1.& conſil.71.num.44.
volum.3. Socin.Iun.conſil.83.num.7.vol.4. Gabr.
conſil.91.num.5.11.& 13.volum.1.Oſaſ.deciſio.26.
num.18.verſic.neque ſubſiſtit,& deciſ.164.num.5.
Nat.conſil.123.num.10.& conſil.216.nu.6. Roll.
conſil.3.num.62.volum.1 & conſil.12.nu.3.vol.4.
Menoc.de præſump.lib.4.præſumpt.27.nu.1. Surd.
conſil.384.num.54.conſil.475.num.23.verſic.verba,& num.ſeq.conſil.551.num.22.& conſ.572.nume.31. Borgn.deciſio.36.num.15.circa fin. Peregr.
conſil.7.nu.14.volum.1. Et hoc ea ratione, quia,
cum poſſet vaſſallus teſtando, vel aliis modis
relinquendo auferre, non teſtando cenſetur in
19 venientes ab inteſtato contuliſſe † l.3.in princ.
l.conficiuntur.8.in prin.ff.de iur.cod. Tamquam
igitur comprehenſa in diſpoſitione, & inſtitutione facta a D Manlio debet dimidia pars
Marchionatus in hereditatis reſtitutionem venire.

Et, ſi dicatur, hæc non procedere in caſu noſtro, quia D. Manlius debuit ex forma conceſſionis expreſsè diſponere, videtur poſſe reſponderi, Primò ſatis dici diſpoſuiſſe expreſsè, qui
20 vniuerſalem inſtituit hæredem, † vt ſcribunt
Menoc.d.conſ.210.num.57.verſic.reſpondetur, &
3.& Surd.d.conſ.475.num.25.verſ.reſpondetur 2.
quemadmodum, & qui ſubſtituunt in omnibus
21 bonis, † vt ait Surd d.conſ.475.num.25.verſic.
reſpondetur 2.& d.conſ.551.num.22.verſic.quæ
ſententia; Expreſsè enim ſit etiam, quod ſub generalibus, aut vniuerſalibus verbis continetur,
22 † vt ſcribunt Bar.in l.prętor ait.20.§.interdictum
num.1.ff.de op.nou.nunt.& in l.1.nu.7.ff.de vulg.
Pariſ.conſ.97.num.106.volum.1.conſ.22.nu.66.
volum.2.& conſ.33.num.21.vol.4. Decia.conſ.56.
num.21.vol.2.conſ.34.num.102.& conſ.124.nu.
34.vol.3.Borgn.d.deciſ.36.nu.10.Menoc.d.conſi.
1130.num.9. Secundo videtur poſſe reſponderi, in caſu noſtro rem eſſe extra omnem dubitationem, quia D. Manlius non ſolum diſpoſuit expreſsè in genere, ſed etiam in ſpecie: nã
expreſſit, ſe inſtituere D.Carolum Gulielmum
in omnibus bonis allodialibus, & feudalibus,
quæ ſpecialis feudalium expreſſio, dato, quod
non ſufficeret vniuerſalis, ſine dubio ſufficere
debet, vt quis dicatur expreſsè diſpoſuiſſe ſe-
23 cundum facultatem ſibi datam, † vt ſcribunt
Menoc.d.conſi.129.num.16.verſ.6.& Surd.conſil.
305.num.28. Et ideo, cum D. Manlius potuerit
expreſsè diſponere, & diſpoſuerit inſtituendo
D. Carolum Gulielmum, non videtur dubitãdum, quin dimidia pars Marchionatus, tanquã
comprehenſa in inſtitutione veniat in hæreditatis reſtitutionem. Et ita in terminis, vt feudalia, vel emphyteutica bona conceſsa cum
facultate diſponendi, & alienandi veniant in
reſtitutionem, quando hæres accipit ea ex te-
24 ſtamento, & inſtitutione vniuerſali, † ſcripſit
Gabr.conſ.91.nu.20.vol.1.

Verum his non obſtãtibus re diligenter, atque matura conſideratione perpenſa, puto cõtrariam ſententiam de iure veriorem, non contineri ſcilicet in fideicommiſſo relicto ab Illuſtriſs. D. Marchione Manlio dimidiam partẽ
Marchionatus Caluſij, & Rondizzoni, quod,
vt exiſtimen, moueor.

Primò, quia D. Carolus Gulielmus, licet à
D. Manlio fuerit hæres inſtitutus, non tamen
dici poteſt, habuiſſe feuda Caluſii, & Rondizzoni ex diſpoſitione, & iudicio eiuſdem teſtatoris, ſed potius ex alia cauſa, nempe ex forma
conceſſionis & inueſtituræ, quę vtrique inſolidum facta fuit. Quamobrem non debet ea reſtituere fideicommiſſario, quia in fideicommiſſo vniuerſali non continentur ea, quæ grauatus non habuit ex teſtamento, ſed ex alia
25 cauſa. † l.cum quis.3.in prin.verſ.dot amplius,& ibi Bar.num.2.not.ff.de dot.præleg.l.ſequens quæſtio.70.& ibi Bar.num.1.ff.de leg.2. Alex.conſ.20.
num.9.volum.3.Soc.iun.conſ.72.num.68.volum.
1.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.8.num.1.latè
Pereg.de fideicomm.art.6.num.7. Non habuiſſe
autem huiuſmodi feuda ex teſtamento, & diſpoſitione D. Manlij teſtatoris, vel ex eo poteſt intelligi, quia, quando duo (prout in caſu
noſtro) fuerunt de eodem feudo inſolidum inueſtiti, licet alter ab altero fuerit hæres inſtitutus, non tamen dicitur feudum illud habuiſſe à
defuncto, ſiue ex eius diſpoſitione, ſed ab in-
26 ueſtiente, & eius prouidentia, † vt ſcribit Surd.
conſil.548.num.11.verſic.præterea: Nam conceſſio facta duobus inſolidum operatur, vt quilibet dicatur habere totam rem iure ſuo, nõ alieno beneficio, quod apparet ex eo, quia altero
defi-

deficiente ſuperſtes totum retinet per ius non
27 decreſcendi, † *vt ſcribunt Bald. in l. vn. num. 28. verſ. ex quibus C. quand. non pet. part. Alex. conſil. 30. num. 9. volum. 1. Soc. ſen. conſ. 50. num. 2. volum. 3. Surd. d. conſ. 548. num. 9.* quod vtique præſupponit vocatum rem totam habere iure ſuo, nec
28 acquirere, ſed retinere. † *l. vn. §. ſin vero non omnis. C. de cad. toll. & ſcribunt omnes in l. re coniunctis. 87. ff. de leg. 3.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, hæc procedere, quoties ſimpliciter fuit facta cõceſſio, duobus in ſolidum pro ſe, & vtriuſque deſcendentibus, hæredibus, & ſucceſſoribus ſine alia adiectione. nam tunc altrutro ſine liberis defuncto, quia ceſſat facultas in extraneos diſponendi, ſine dubio ſuperſtes totum iure ſuo conſequetur excluſo Principe. Cæterum, quando (vt in caſu noſtro) fuit addita clauſula, & quibus dederint, cum expreſſa facultate alienandi in quaſcunque perſonas etiam extraneas, verius videri, tale feudum, tanquam merè hæreditarium tranſire in quoſcunque hæredes inſti
29 tutos, † *vt ſcribunt Soc. iun. d. conſ. 79. num. 13. in fin. vol. 4. Nat. d. conſ. 159. num. 25. Menoc. d. conſ. 129. num. 15. & d. conſ. 1115. nu. 12.* ita, vt ſi coinueſtitus ipſe fuerit inſtitutus dicatur non ex forma cõceſſionis, ſed ex diſpoſitione conuaſſalli totum feudum retinuiſſe, nam, cum poſſet teſtator extraneis relinquendo dimidiam partem auferre, non adimendo dediſſe videtur.
30 † *d. l. 3. in prin. d. l. coniunguntur. 8. in prin. ff. de iur. cod. l. 1. §. ſecundum. ff. de leg. 3.* quia ad hanc obiectionem, in qua maior vis huius controuerſiæ videtur contineri, reſpondeo, imo verius eſſe, non obſtante tali clauſula D. Carolum Gulielmum habuiſſe huiuſmodi feuda, non ex diſpoſitione D. Manlij, ſed ex forma inueſtituræ, quod probo dupliciter, & Primò, quia non obſtante tali clauſula non potuit D. Manlius diſponere in præiudicium D. Caroli Gulielmi, Secundò, quia, licet potuiſſet, non tamen diſpoſuit, & ita non eſt vſus facultate ſibi conceſſa, quæ, ſi vera in iure demonſtrauero, nõ dubito, quin D. Marchioniſſæ cauſa in tuto collocetur.

Et quidem non potuiſſe D. Manlium diſponere in præiudicium D. Caroli Gulielmi conſtat ex multis, &

Primò, quia, quando conceſſio facta fuit cũ clauſula, Et quibus dederint, vel, Ad habendũ, & quicquid placuerit, faciendum, vel, cum expreſſa facultate alienandi; & in inueſtitura leguntur aliæ clauſulæ, quæ omnino repugnant alienationi, ſaltem, quandiu extat aliquis comprehenſus in inueſtitura, tunc clauſulæ permittentes alienationem, etiam poſitæ in diſpoſitiuis neceſſariò debent reſtringi, & declarari, vt per eas, quàm minus fieri poteſt, cenſeatur derogatum naturæ feudi, ne inducatur perplexi
31 tas, & contrarietas in eadem inueſtitura. † *Ita enim ſcripſerunt Alex. conſ. 106. num. 3. verſi. attendatur volum. 4. Dec. conſ. 193. num. 4. verſic. ſed tamen, Neuiz. conſil. 9. num. 20. Gozad. conſ. 84. num. 13. in fi. verſi. ſexto, & fortius, Sign. conſi. 10. num. 2. verſi. non obſtat. Bero. conſi. 66. num. 13. & 14. volum. 1. Gabr. conſi. 91. num. 12. & 13. vol. 1. Beret. conſ. 132. num. 7. Crau. in ſuo reſp. Pro gene. à nu. 29. vſque ad nu. 355. Bello. Caſal. conſ. 33. nu. 5. Rimin. Iun. conſi. 320. num. 22. Rube. conſi. 110. num. 5. & 10. Oſaſ. decis. 164. num. 5. & ſeqq. Men. conſi. 61. num. 24. conſ. 930. num. 47. & ſeqq. conſil. 931. num. 13. & conſil. 987. num. 10.* Itaq; debent intelligi, vt cenſeatur quidem data facultas alienandi, ſed in præiudicium Domini directi, & ſine eius conſenſu, ſed non in præiudicium
32 comprehenſorum in inueſtitura, † *vt ſcribunt Dec. d. conſ. 193. num. 5. verſic. Non obſtat fundamentum, Crau. in d. reſp. Pro gen. num. 295. verſic. his ita prænarratis, & num. ſeqq. Rub. d. conſ. 110. num. 10. in fin. Menoc. d. conſ. 930. nu. 47. & d. conſil. 931. nu. 17.* vel, vt poſſit quidem fieri alienatio, ſed in comprehenſos tantum in inueſtitu
33 ra, non etiam in extraneos. † *vt interpretantur Dec. d. conſil. 193. num. 5. verſic. Non obſtat fundamentum, Neuiz. d. conſil. 9. num. 20. Gozad. d. conſil. 84. num. 14. Bero. d. conſ. 66. nu. 13. & 14. vol. 1. Cran. in d. reſp. Pro gen. nu. 359. Rub. d. conſ. 110. num. 5. Oſaſc. d. deciſio. 164. num. 15. & Menoc. conſil. 61. num. 22. & d. conſil. 930. nume. 47. & ſequentib. d. conſil. 931. num. 13. & conſil. 987. numer. 4. & ſequentib.* vel, ſi verba facultatis etiam ad extraneos apertè referũtur, vt euenit in caſu noſtro, poſſit quidem feudum extraneis alienari, ſed tunc demum, cum defecerint omnes in inue
34 ſtitura comprehenſi, † *vt cenſuerunt Gabr. conſil. 143. num. 13. volum. 1. & Rimin. Iun. d. conſil. 320. nu. 22.* In caſu autem noſtro præter expreſſionem deſcendentium maſculorum, & fœminarum in tota inueſtitura factam, quam ſolam plerique ex ſupra relatis authoribus arbitrãtur
35 operari reſtrictionem facultatis alienandi, † *vt Gozad. d. conſil. 84. num. 13. in fin. verſ. ſexto, & fortius, Crau. in d. reſp. Pro gen. num. 359. Rub. d. conſil. 110. num. 5. Beret. d. conſil. 132. num. 6. verſ. hunc difficultati, & Menoc. d. conſil. 930. num. 47. d. conſil. 931. num. 13. & d. conſil. 987. num. 10.* adeſt etiã clauſula illa, In feudum nobile, rectum, gentile, antiquum, auitum, & paternum, quæ omnino repugnat facultati alienãdi in præiudicium comprehenſorum in inueſtitura, & ideo propter huiuſmodi clauſulam debet ea facultas alienandi, & diſponendi reſtringi, & declarari, vt poſſit quidem fieri alienatio, ſed ſine licentia principis, & in eius præiudicium; non verò in præiudicium comprehenſorum in inueſti
36 tura, † *vt in terminis dictæ clauſulæ declarant Rub. d. conſil. 110. numer. 7. & 10. Crau. d. reſp. Pro gen. num. 296. Oſaſc. d. deciſio. 164. num. 5. & in fin. vbi refert ita fuiſſe à Pedemontano Senatu iudicatum.* Quinimo, ſi quis diligenter attendat, facilè animaduertet, hoc in ipſamet inueſtitura ſignificari: nam facultati diſponendi, & alienandi in quaſcumque perſonas ſubijciuntur hæc verba, *ſine licentia ſuæ Celſitudinis*, quæ declarant contrahentes non cogitaſſe de facultate diſponendi, & alienandi ſine conſenſu comprehenſorum, & in eorum præiudicium; ſed de ea diſpoſitione, & alienatione, quæ fieret ſine licen
37 tia principis. Itaque ſtant reſtrictiuè. † Et ita in terminis, vt propter illa verba reſtringatur facultas diſponendi, & alienandi, *ſcripſerunt Rub. dict. conſil. 110. nume. 10. in fine & Craut. in d. reſpon. pro gen. num. 331. & 357. verſ. 22.*

Et, ſi dixeris obſtare illa verba, In quamcunque perſonam, reſpondeo tributam eſſe facultatem alienandi, & transferendi etiam in extraneos, ſed ſemper in præiudicium Domini, non in præiudicium comprehenſorum in inueſtitura, idque duplici caſu poſſe contingere, Primo deficientibus omnibus comprehenſis in inueſtitura, *ſecundum Gabr. & Rimini. iun.*

tuer.

interpretationem. nam tunc poterunt transferri in extraneos ſine licentia ſuæ Celſitudinis. Secundo etiam iis extantibus, dummodo conſentiant: neque enim ſequitur, Poteſt feudum alienari ſine conſenſu Domini, Ergo & ſine conſenſu comprꝗhenſorum in inueſtitura,
38 † *vt rectè declarat Alexan. conſil.* 106. *nume.* 2. *volum.* 4.

Secũdo verò multo magis hæc dicenda ſunt in caſu noſtro, in quo præter ſuperiorem clauſulam, *In feudum nobile, rectum, &c.* additum eſt, *Ita, quod in omnibus, & per omnia ſapiat naturam nobilis, recti, gentilis, antiqui, auiti, & paterni feudi*: nam illa verba, In omnibus, & per omnia, ſunt vniuerſalia, & continent omnes om-
39 nino qualitates † *l.* 2. *§. furioſus ff. de iur codicill. Iaſon. poſt alios in l.* 1. *numer.* 20. *ff. de legat. primo. Ruin. conſil.* 45. *numer.* 6. *verſic. cum ergo volum.* 1. *Pariſ. conſil.* 71. *numer.* 7. *volum.* 1. *Socin. Iun. conſil.* 124. *num.* 8. *volum.* 1. *Rollan. conſil.* 60. *num.* 21. *volum.* 1. *Menoch. conſil.* 220. *numer.* 91. & conſequenter excludunt eas omnes qualitates, quę recti feudi naturæ reſragantur, qualis eſt alienatio in extraneos ſine conſenſu agnatorum. Et verò, qui fieri poteſt, vt feudum dicatur in omnibus, & per omnia habere naturam feudi recti, ſi poteſt alienari in præiudicium comprꝗhenſorum in inueſtitura? Nonne hoc vnum efficeret, vt feudum in nullo dici poſſet habere naturam feudi recti? Eſſet enim feudum improprium, alienabile, tranſitorium in extraneos, & in fœminas etiam extantibus
40 maſculis, † *vt ſcribunt Ruin. conſil.* 16. *numer.* 5. *volum.* 1. *Brun. conſil.* 19. *numer.* 7. *Nat. conſil.* 464. *numer.* 19. *& conſil.* 182. *nume.* 26. *Rollan. conſil.* 3. *num.* 60. *&* 67. *volum.* 1. *Oſaſc. deciſio* 26. *nume.* 19. *Surd. d. conſil.* 551. *num.* 18. *& ſequen.* Ideoque eſſet contra expreſſam conceſſionem, quæ vult, feudum habere naturam feudi recti in omnibus, & per omnia, & ſic eſſe inalienabile, non tranſitorium in fœminas extantibus maſculis, non in extraneos extantibus comprꝗhenſis in inueſtitura.

Tertiò, & fortiùs hæc dicenda ſunt in caſu noſtro, in quo præter ſuperiores clauſulas, adeſt etiam conceſſio facta inſolidum duobus, qua ſtante, licet conceſſa ſit facultas alienandi, non tamen alter in alterius non conſentientis præiu-
41 dicium alienare poteſt, † *vt in terminis eſt deciſio Bald. in conſil.* 465. *num.* 3. *&* 5. *volum.* 5. *quem ſequitur Crau. in d. reſp. pro gen. nume.* 308. Nam, cum emphyteuſis fuiſſet a Prȩlato conceſſa patri, & filio ea lege, vt prȩmorientis portio ad ſuperſtitem perueniret, addita clauſula, Ad habendum, tenendum, & quicquid ipſis patri, & filio, ac deſcendentibus eorum placuerit, faciendum, & pater alienaſſet cum conſenſu Prȩlati partem rei, quȩſitum fuit, an talis alienatio fieri potuiſſet in prȩiudicium filii, Dubitationem faciebat, quia emphyteuſis fuerat conceſſa cum facultate alienandi propter clauſulam, Ad habendum, tamen re Baldo commiſſa pronuntiauit, non potuiſſe alienari in prȩiudicium filii, qui fuerat ſub ea forma inueſtitus. Nec obſtare facultatem alienandi conceſſam per illam clauſulam, Ad habendum, quoniam illa debet reſtringi, & declarari ſaluis pactis, & natura contractus, ne contrarietas inducatur. Sic igitur & in propoſito noſtro (arguendo ab emphyteuſi ad feudũ, prout fieri poſſe tradunt
42 † *Men. conſ.* 16. *nu.* 2. *Surd. conſ.* 271. *nu.* 81. *Et in propriis terminis facultatis alienandi Alex. conſil.* 106. *num.* 6. *vol.* 4.) quia feudum fuit conceſſum DD. Manlio, & Carolo Gulielmo ea lege, vt deficientis portio ad ſuperſtitem perueniret (id enim cenſetur actum, & expreſſum, cum inue-
43 ſtitura conceditur duobus in ſolidum † *vt ſcribunt Bald. in cap.* 1. *§. ſi cui a. nu.* 4. *de feud. ſucc. Alex. conſ.* 30. *num.* 9. *vol.* 1. *Iaſ. in l. ſi mihi, & Titio* 110. *nu.* 10. *verſ. Amplia iſtam fallentiam ff. de verb. obli. & in l re coniuncti* 87. *nu.* 230. *ff. de leg.* 3. *Ceph. conſil.* 345. *nu.* 2. *Surd. conſ.* 548. *nu.* 6.) licet addita ſit facultas alienandi per clauſulas, & quibus dederint, &, Ad habendum, & ſimiles, tamẽ pronuntiandum eſt, non potuiſſe D. Manlium alienare, & diſponere in præiudicium D. Caroli Gulielmi, qui de eodem feudo fuerat inſolidũ inueſtitus, ne inducatur contrarietas, quod ſcilicet inueſtitura velit poſt mortem D. Manlij habere D. Carolum Gulielmum totum Marchionatum, eademque concedat D. Manlio poteſtatem diſponendi, & alienãdi dimidiam in quoſcumque voluerit, ac eo modo efficiendi, ne D. Carolus Gulielmus totum cõſequatur contra prȩcedentem conceſſionis formam.
44 Confirmantur hæc † ex doctrina *Alex. in conſ.* 106. *nu.* 9. *& per tot. vol.* 4. vbi, licet emphyteuſis fuiſſet conceſſa cum pacto, quod inueſtitus, & eius filij, & nepotes poſſent alienare, tamen cõſuluit Alexander, non poſſe fratrem in præiudicium fratris ſine eius conſenſu alienare, quia inter eos locum habere debet ius accreſcendi. Nec obſtare facultatem alienandi datam in ipſamet conceſſione, quia facultas illa debet intelligi ſecundum naturam ipſius contractus, id eſt, dummodo alij fratres conſentiant. Sic igitur & in caſu noſtro, quia ex natura huius conceſſionis locum habere debet ius accreſcendi inter DD. Manlium, & Carolum Gulielmum inſolidum inueſtitos, alienandi facultas in ipſamet conceſſione data debet intelligi, vt poſſit quidem fieri alienatio ſine conſenſu principis, ſed non ſine conſenſu alterius coinueſtiti, ad quem poſt mortem alterius totus Marchionatus pertinere debet per ius accreſcendi. Et ſanè, non ſequitur data eſt in inueſtitura facultas alienandi, Ergo poteſt alienari in præiudicium alterius coinueſtiti, ad quem debet pertinere feudum per ius accreſcendi, niſi ipſe con-
45 ſentiat, † *vt ſcribit Alex. d. conſil.* 106. *nu.* 2. *vol.* 4. quod conſtat ex eo, quia, licet feudum cum cõ-
46 ſenſu Domini poſſit alienari † *cap.* 1. *in prin. de prohib. alie. per Frider. cap.* 1. *De prob. feu. alien. per Lothar.* non tamen impediuntur fratres, quin poſſint tale feudum etiam cum licentia Domini
47 alienatum vindicare † *cap.* 1. *De alie. feu. pat.* vt *ibidem* arguit Alexander, qui *num.* 9. ſubiicit, id procedere etiam ſi licentia alienandi data ſit in ipſa inueſtitura, quoniam ea licentia intelligitur in præiudicium concedentis, non etiam eius, ad quem feudum, vel emphyteuſis debet per ius accreſcendi pertinere, *Quod & verũ eſt, quicquid in contrarium ſcripſerit Ruin. conſil.* 123. *nu.* 7. *vol.* 1.

Sed dato citra veri præiudicium, quod ſtante forma conceſſionis potuerit D. Manlius diſponere in præiudicium Do. Caroli Gulielmi, adhuc tamẽ dicimus D. Carolus Gulielmus habuiſſe hæc feuda inſolidum ex inueſtitura, non ex diſpoſitione D. Manlij, ſcilicet, quia non diſpoſuit,

ſpoſuit.& ſic non eſt vſus facultate ſibi conceſ-
ſa, quo caſu licentia data in inueſtitura nihil
48 operatur, † *vt ſcribunt Bart.in l.quis Romæ.122.*
§.duo fratres num.21.& ibi Iaſ.nu.72. ff.de verb.
oblig. Gabr.conſ.93.num.19.& conſ.143.num.81.
vol.1. Bero.conſ.66.num.14.vol.1. Ceph.conſ.725.
num.21. Peregr.de fideicomm.art.52.num.44.&
conſ.101.num.8.volum.1. Surd.conſil.462.num.8.
Et hoc non obſtante. quod fecerit teſtamentũ,
& in eo inſtituerit hæredem vniuerſalem Do.
Carolum Gulielmum, eique ſine liberis dece-
denti ſubſtituerit ſororem, & eius liberos, id,
quod multis fundamentis cõprobari poteſt. &

Primo, quia ad hoc, vt quis dicatur de re ali-
qua diſpoſuiſſe, de qua diſponendi facultas ei
data fuit contra ipſius rei naturam, non ſufficit
vniuerſalis diſpoſitio, quæ fit per hæredis inſti-
tutionem, ſed requiritur diſpoſitio ſpecifica, &
49 ſingularis, † *Authen.nunc autem, C.de ſec.nupt.&*
ſcribunt Gabr.conſ.143.nu.6.vol.1. Silua.conſ.14.
nu.5. Rimin.Iun.conſ.204.num.111.& conſ.320.
nu.20 Ceph.conſ.371.nu.28. Mantic.de coniec.vlt.
vol.lib.7.tit.7.nu.14. Bertaz.conſ.7.nu.7.& ſeq. Pe
reg.conſ.53.num.6.vol.2. Quam in rem faciunt,
quæ tradit *Soc.Sen.conſ.92.nu.22.verſ. ſuccedit au*
50 *tem tertia difficultas, & nu.23.vol.3.* vbi † ſcribit,
diſpoſitionem loquẽtem de inteſtato reſpectu
certæ rei verificari etiam in eo, qui fecit quidẽ
teſtamentum, ſed de re illa ſpecificè non diſpo
ſuit, *& Soc.ſecuti ſunt Iaſ.conſ.196.col.5.verſ.Item*
ex alio poſſet vol.2. Corn.conſ.133.num.15.& ſeq.
vol.2. Pariſ.conſ.44.num.17.verſ.& ad confirma-
51 *tionem vol.3.* Facit etiam, quod cõſuluit † *Crau.*
conſ.236. vbi ſcribit, ſtatutum Taurinenſe, quo
cauetur, vt agnato decedente nullo facto ordi-
namento maſculi fœminis præferantur in ſuc-
ceſſione domorum, procedere etiam facto te-
ſtamento, niſi ſpecificè de domo diſpoſuerit.

Secũdo verò multo magis hæc dicenda ſunt
in caſu noſtro, in quo, non ſimpliciter fuit con
ceſſa facultas diſponendi, ſed addita dictione,
expreſsè, quę non verificatur per expreſſionem
generalem, ſed requirit expreſſionem ſingula-
52 rem, ſiue, vt aiunt, in indiuiduo, † vti conſtat *ex*
Auth. Nunc autem C.de ſecũ.nupt.iuncta l.ſi quis
prioris.29.§.certum.C.eo. nam, cum de lucris nu-
ptialibus poſſet parens diſponere in præiudiciũ
filiorum, vel ſpecialiter, vel per hæredis inſtitu-
tionẽ *d.§.certum*, ſecuta fuit Auth. nũc autem,
quæ corrigendo declarat, nõ præiudicari filijs,
niſi parens expreſſim diſponat, quibus verbis ex
cludat vniuerſalẽ hæredis inſtitutionem, vt ibi
oẽs declarant. Ergo, qui vniuerſalẽ inſtituit hę-
redẽ non dicitur expreſſim de rebus diſponere:
53 Expreſsè enim ſignificat nominatim † *§.ſi vero*
expreſſim Auth. de hær.& falc.coll.1. Auth.ex teſta-
mento C.de collat.l.ſequẽs.70.l.cũ pater.79.§.Titio,
ff.de leg.2. Decia.cõſ.3.n.152.vol.1. & nominatim
quid fieri nõ dicitur, niſi cum proprium rei no-
men exprimitur, vel alia ſpecialis demonſtra
54 tio, quæ nominis vice fungatur, † *l.2.ff.de lib.&*
poſth.§.nominatim, Inſt.de exh.lib. Bar.in l.turpia.
57.§.fin.nu.5.ff.de leg.1. Quam in rẽ facit, quod
ſcribunt *Gabr.d.conſ.143.nu.8.vol.1.& Mantic.*
55 *de coniect.vlt.volun.lib.7.tit.7.nu.14.* vbi † tradũt,
ſi ex coniecturis conſtet teſtatorem, qui dedit
facultatem alienandi ſenſiſſe de diſpoſitione
expreſſa, tunc non ſufficere, ſi faciat teſtamen-
tum, & in eo vniuerſaliter inſtituat hæredem,
niſi ſpecificè de re illa diſponat. Quanto igitur
magis, hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo
non ex coniecturis, ſed ex verbis apertis con-
ſtat concedentem ſenſiſſe de diſpoſitione ex-
preſſa.

Et, ſi dixeris, Dom Manlium expreſsè diſpo
ſuiſſe, ſi non ſingulariter, ſaltem ſpecialiter,
quia fecit mentionem de feudalibus, reſpõdeo
Imo hanc non eſſe expreſſionem ſpecialem,
56 ſed generalem, † *vt docet Bart.in l.1.§.eadem nu-*
me.7.ff.de verb.oblig.& late declarat Menoch.con-
ſil.173.num.22. Nam, qui dicit omnia bona feu
dalia, vel immobilia, non loquitur ſpecialiter,
ſed generaliter, ſcilicet, quia ſpecies apud no-
ſtros idem eſt, quod apud logicos indiuiduum
57 † *l.in ſtipulationibus.54.in princip. ff.de verb.obli-*
gat. & ideo non poteſt in ea verificari illa di-
ctio, expreſsè, quia expreſsè diſponere, eſt diſpo
58 nere ſpecialiter † *d. Authent. nunc autem, C.de*
ſecund.nupt. iuncta l.ſi quis prioris. 29.§.certum.
C.eodem. Barto.in l.fin.num.4.C.quod cum eo, De-
cian.d.conſil.3 num.152. volum.1. & ſpecialiter
59 non fit, niſi, quod nominatim fit † *l.1. in princ.*
cum ibi not.ff.de off.eius l.muto 6.§.tutoris datio ff.
de tutel.

Tertio dato (non tamen conceſſo) quod D.
Manlius alium hæredem inſtituendo ſub ea
forma, quæ legitur in teſtamento, dici poſſet
expreſsè diſpoſuiſſe, eo tamen ipſo, quod inſti-
tuit Dominum Carolum Gulielmum, qui fue-
rat de iiſdem feudis inſolidum inueſtitus, non
poteſt cenſeri de iis ita diſpoſuiſſe, vt Dom. Ca
rolus Gulielmus ea videatur habuiſſe ex diſpo
ſitione prædicti teſtatoris, & conſequenter ea
teneatur fideicommiſſario reſtituere; Nã, quo-
ties aliquis rem habet ex cauſa a teſtamento
ſeparata, licet teſtator diſponẽdo poſsit ei rem
illam auferre, ſi tamen eum hęredem inſtituat,
& ſimpliciter grauet fideicommiſſo vniuerſa-
li, non dicetur de re illa diſpoſuiſſe, ita, vt inſti-
tutus videatur eam habere ex cauſa teſtamen-
ti, ſed potius ex illa cauſa a teſtamento ſepara-
ta, quaſi non adempta, & ideo non tenetur in-
ſtitutus rem illam fideicommiſſario vniuerſa-
li reſtituere, niſi nominatim a teſtatore roge-
60 tur, vt etiam illam reſtituat, † *vt eſt text. in l.ſe-*
quens.70. ff.de legat.2. Nam, ſi maritus rem ali-
quam vxori donauerit inter viuos licet rem il-
lam diſponendo reuocare poſsit, ſi tamen nul-
la facta reuocatione ſimpliciter vxorem hære-
dem inſtituat, grauetque fideicommiſſo vni-
uerſali, non veniet res illa in hæreditatis reſti-
tutionem, niſi nominatim id cauerit teſtator,
quia non habet vxor rem illam ex cauſa teſta-
menti, ſed ex titulo donationis non reuocatæ,
61 † *Et ita per illum text.tradunt Barto.in l. Marcel-*
lus.3.§.quidam liberis nume.4.ff.ad Trebell. Bald.
in l.filium, quem.24.numer.28. C.famil.erciſc. Ale-
xan.conſil.20.num.10. in fin. volum.3. Iaſon.in l.
cum virum.16.nume.5.C.de fideicommiſſ. Marc.
quæſt.331.num.10.part.1. Peregr.de fideicommiſſ.
artic.6.num.1. Menoch.de præſumpt.lib.4.præſum.
196. nume.4. Sic igitur & in caſu noſtro, quia
Dominus Carolus Gulielmus potuit habere
Marchionatum integrum ex cauſa a teſtamen-
to Domini Manlij ſeparata, nempe ex conceſ-
ſione facta vtrique inſolidum, dato etiam,
quod dimidia pars per diſpoſitionem Domini
Manlij potuiſſet ei auferri, quia tamen idem
Dominus Carolus Gulielmus fuit hæres inſti-
tutus, & ſimpliciter grauatus nulla in fideicõ-

 miſſa-

miſſaria ſubſtitutione facta mentione Mar-
chionatus, non veniet is in reſtitutionem hæ-
reditatis, quia Dominus Carolus Gulielmus
non habuit eum ex cauſa teſtamentaria, & in-
re inſtitutionis, ſed ex forma conceſſionis, &
iure ſibi per contrariam diſpoſitionem non a-
62 dempto. † Et ita in terminis reperi ſcripſiſſe
Aret. conſil. 53. in ſecundo dub. in cuius ſpecie
feuda fuerant conceſſa pro ſe, & deſcendenti-
bus cum poteſtate diſponendi, & alienandi,
etiam in extraneos, & ſecuta erat declaratio
facta ab habentibus poteſtatem, quod ſtante
illa permiſſione teſtandi, & diſponendi feuda-
lia illa continerentur in inſtitutione vniuerſa-
li, etiam de extraneo facta, & tamen, cum pa-
ter filium inſtituiſſet, & ſimpliciter grauaſſet
quærit Aretinus, an ea contineantur fideicom-
miſſo, & decidit non contineri, quia, licet fi
lius non ſit excluſus per inſtitutionem hæredis
extranei, non tamen dicitur habere feuda ex
diſpoſitione patris, ſed ex prouidentia conce-
dentis. Eamdem ſententiam amplexi ſunt *Corn.
conſil. 165. num. 19. volum. 2. Rimin. Iun. conſ. 320
numer. 20* Et quamuis ſtante illa declaratoria
contrarium tenuerit *Peregr. de fideicomm. art. 6.
num. 31. in fin.* ea tamen ceſſante, prout ceſſat
in caſu noſtro, non diſſentit ab opinione Are-
tini *num. 32.*

Secundo moueor principaliter, quia feuda,
quæ non ſunt merè hæreditaria, ſed mixta, vel
ex pacto, & prouidentia non veniunt in reſti-
63 tutionem hæreditatis, † *vt ſcribunt Bald. in l.
cum virum. 16. num. 21. C. de fideicommiſ. Alexan.
in l. ſi patroni. 5. in princip. num. 4. ff. ad Trebellia.
Iaſon. in prælud. feud. num. 40. Mantic. de coniectu.
vltim. volunt. lib. 7. tit. 9. num. 1. & ſequentibus. Pe-
regr. de fideicomm. art. 6. num. 18. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 197. num. 8. & ſequentibus,
& conſil. 930. num. 46.* Sed feuda, de quibus agi-
tur, non ſunt merè hæreditaria, ſed reſpectu ſuc-
ceſſorum Domini Manlij ſunt feuda mixta, vt-
potè conceſſa pro ipſius hæredibus deſcenden-
64 tibus maſculis, & fœminis, † *vt ſcribunt Me-
noch. conſil. 161. num. 5. Peregr. conſil. 7. num. 6. vo-
lum. 1.* reſpectu verò Domini Caroli Gulielmi,
qui de eiſdem fuit inſolidum inueſtitus, ſunt ex
pacto, & prouidentia: neque enim fuit ei neceſ-
ſaria qualitas hæreditaria ad conſequendum
integrum Marchionatum ſtante conceſſione
inſolidum vtrique facta, quæ operatur, vt vno
ſine prole decedente totum alter conſequatur,
65 † *vt ſcribunt Bal. in l. vn. num. 48. C. quan. non pet.
part. Alex. in l. ſi mihi, & Titio. 110. num. 18. & ibi
Iaſ. nu. 10. verſ. Amplia iſtam fallentiam, ff. de verb.
oblig. Alex. conſ. 30. num. 1. vol. 1. Iaſ. in l. re coniun-
cti. 87. num. 230. ff. de leg. 3. Soc. Sen. conſ. 50. num. 2
vol. 1. Pariſ. conſ. 6. nu. 13. & conſ. 13. num. 9. vol. 1.
Socin. Iun. conſil. 70. num. 1. volum. 1. Decia. conſ. 3.
num. 3. & conſil. 73. num. 7. volum. 2. Clar. in §. feu-
dum quæſtio. 77. num. 3. Surd. conſil. 548. numer. 7.*
Non debent igitur venire in reſtitutionem hæ-
reditatis.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, ſupradicta ceſ-
ſare, quoties in conceſſione fuit addita clauſu-
la, & quibus dederint, cum expreſſa facultate
alienandi in quaſcumque perſonas, etiam ex-
traneas, quia tunc feudum videtur effici merè
hæreditarium, eaque ratione debet venire in
reſtitutionem fideicommiſſi, quia reſpondeo
clauſulam illam in caſu noſtro nō reddere feu-
dum merè hæreditarium, ita, vt veniat in ſim-
plicis fideicommiſſi vniuerſalis reſtitutionem;
Primo, quia facultas illa alienandi intelligitur
in præiudicium principis, & ſine ipſius licentia,
non verò in præiudicium comprehenſorum in
inueſtitura, *ſecundum ea, quæ diximus in ſuperiore
fundamento.* Secundo, quia licet intelligeretur,
etiam in præiudicium inueſtitorum, non ta-
men redderet feudum merè hæreditarium: Nā
feudum merè hæreditarium tranſit in extra-
66 neos hæredes, etiam ab inteſtato, † *vt tradunt
omnes relati in tertio fundamento contrario;* & ta-
men certum eſt, huiuſmodi feuda non eſſe
tranſitoria in extraneos ab inteſtato venien-
tes, quia non ſunt conceſſa ſimpliciter, pro qui-
bus dederint, ſed, pro quibus dederint ſub in-
fraſcriptis modis, ideſt, expreſsè, vt ſubijcitur
in alienandi facultate, quæ res ſine dubio ex-
cludit alienationem, quæ fit in venientes ab
inteſtato, vtpotè, quæ eſt tacita, non expreſſa,
67 † *l. 3. in princip. l. conficiuntur. 8. in princip. ff. de
iur. codicill. Et declarant Bald. in l. ſi emancipati.
9. numer. 11. C. de collat. Iaſo. in rubric. ff. de liber.
& poſthum. numer. 18. & conſil. 202. col. ſeptima,
verſicu. ſexto bene facit volum. ſecundo. Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſumpt. 27. numer. 13. Surd. con-
ſil. 572. numer. 59. verſicu. ſecundum quoque.* Non
ſunt igitur feuda merè hæreditaria, ſed, vti di-
ximus, diuerſo reſpectu, vel mixta, vel ex pa-
cto, & prouidentia, cum hac tamen qualitate,
vt ad ea vocentur in inueſtitura comprehenſi
ſub conditione, ſi inueſtitus non vtatur iure
68 ſuo, ideſt, ſi expreſsè non diſponat, † *vt ſcri-
bunt Gabr. conſil. 91. num. 19. volum. 1. Peregr. con-
ſil. 7. num. 10. volum. 1.* Vnde, quia in caſu noſtro
Dominus Manlius non diſpoſuit expreſsè, *vt
late ſupra demonſtrauimus:* Conſequens eſt, vt
feuda remaneant in ſui natura, ideſt, mixta, vel
ex pacto, & prouidentia, & conſequenter non
veniant in reſtitutionem hæreditatis.

Neque obſtant contraria. Ad Primum enim
69 reſpondeo diſtinguendo † duos caſus, quorum
primus eſt, quando feudum fuit ſimpliciter
conceſſum, pro quibus dederint, neque ex alijs
inueſtituræ clauſulis reſtringitur conceſſio. Et
tunc verum eſt, tale feudum eſſe merè hære-
ditarium, & tranſitorium in quoſcumque hæ-
redes, etiam extraneos, tam ex teſtamento,
quàm ab inteſtato. Et in his terminis loquun-
tur Doctores in contrarium allegati, qui tra-
dunt, hoc feudum tamquam merè hæredita-
rium eſſe inſtar allodialium, & venire in reſti-
70 tutionem hæreditatis. † *Ita reſpondent Crauet.
in d. reſp. pro gen. num. 359. verſicu. 6. & Menoch.
dict. conſil. 987. numer. 10.* Sed hic non eſt caſus
noſter.

Secundus caſus eſt, quando in inueſtitura le-
guntur aliæ clauſulæ, quæ operantur reſtrictio-
nem illius, & quibus dederit, vt in caſu no-
ſtro, in quo plures ſunt clauſulæ reſtrictiuæ, &
Primo illa, In feudum nobile, rectum, &c.
Secundo illa, ſine licentia ſuæ Celſitudinis,
Tertio conceſſio facta vtrique inſolidum.
Quarto dictio, expreſsè, quæ omnes reſtrin-
gunt, vti ſupra demonſtrauimus, Et tunc ve-
rius eſt feudum non eſſe merè hæreditarium,
neque venire in reſtitutionem fideicommiſſi,
tum, quia debet reſtringi reſpectu perſonarum,
tum etiam, quia, licet hoc reſpectu non re-
ſtringeretur, neceſſario tamen reſtringen-
dum

dum eſt reſpectu diſpoſitionis ad expreſſam, quæ excludit extraneos venientes ab inteſtato, & hac ratione facit, ne feudum dicatur merè hæreditarium, & inſtar allodialium, & conſequenter, ne veniat in vniuerſalis fideicommiſſi reſtitutionem, quoniam diſpoſitio debet fieri nominatim, *ſecundum ea, quæ diximus in primo, & ſecundo fundamento.*

Ad ſecundum reſpondeo ſimiliter, facultatem illam alienandi propter alias clauſulas intelligi, vel in præiudicium principis, prout ſubiicitur in conceſſione, vel in defectum comprehenſorum in inueſtitura, ne aliàs inducatur contrarietas, *prout demonſtrauimus in primo fundamento*, vel etiam, ſi ceſſaret hæc reſtrictio, intelligi tamen de alienatione, & diſpoſitione expreſſa, quæ non poteſt verificari in inſtitutione, & ſubſtitutione generalibus verbis facta, *ſecundum ea, quæ diximus in ſecundo fundamento.*

Ad tertium denique reſpondeo, negando Dominum Carolum Gulielmum habuiſſe huiuſmodi feuda ex inſtitutione, & teſtamento Domini Manlij, cùm veriùs ſit, ea habuiſſe ex forma inueſtituræ, *vt ex pluribus demonſtrauimus in primo fundamento.*

Neque obſtat facultas diſponendi conceſſa in inueſtitura, quia reſpondeo Primò facultatē illam propter alias clauſulas neceſſariò intelligi, quoad præiudicium principis, non verò, quoad præiudicium D. Caroli Gulielmi, *vt ibidem latè oſtendimus.*

Secundò reſpondeo, dato etiam, quod intelligeretur in præiudicium Domini Caroli Gulielmi, non tamen operari, niſi Dominus Manlius expreſsè diſpoſuiſſet, quæ diſpoſitio ceſſat in caſu noſtro, & ideo, non debet nocere Do. Carolo Gulielmo, *vt demonſtrauimus in primo fundamento.*

Non obſtat, quod diſponere dicatur ſecundum facultatem ſibi datam, qui vniuerſalem inſtituit hæredem, quia reſpondeo Primo, contrariam ſententiam, & veriorem eſſe, & receptiorem, vt ex authoritate, & numero Doctorum, quos ſupra retulimus, licet intelligere.

71 Secundo reſpondeo diſtinguendo † tres ca-
ſus, quorum Primus eſt, quando tractatur de
rebus ſui natura alienabilibus, &, quæ ſunt in
pleno dominio diſponentis, ſed propter ali-
quod impedimentum accidentale nō poſſunt
alienari, vt ſunt res ſuppoſitæ fideicommiſſo
conditionali; nam hæ, & ſui natura ſunt alie-
72 nabiles, tanquam allodiales, † *l. vltim. §. ſin au-
tem ſub conditione, C. commun. de legat.* & ſunt in
73 pleno dominio hæredis † *l. generaliter. 29. §. vl-
tim. ff. qui & a quibus mand. l. 1. §. ſeruus, ff. ad Syl-
lan. l. ſi fur. 14. ff. de vſufruct. l. & poſt litem. 12. §.
vltim. ff. famil. erciſcun. l. non ideo minus. 66. ff. de
rei vindicat. l. ſi ſub conditione. 16 ff. quibus mod.
vſusfruct. am. l. ſi ſeruus. 14 in princip. ff. de cond.
furt.* ſed propter cauſam fideicommiſſi, cuius
conditio euenire poteſt, impeditur alienatio,
ſaltem irreuocabilis *dict. §. ſin autem ſub condi-
tione.* Et tunc conceſſa facultate diſponendi,
& alienandi verum eſt, venire diſpoſitionem,
& alienationem, quæ fit per vniuerſalis hære-
dis inſtitutionem, Et in his terminis loquun-
tur Doctores in contrarium allegati: Et rectè:
Nam conceſſio facultatis alienandi non tri-
buit aliquod ius in re, ſed remouet, & tollit im-
pedimentum prohibitionis, & facit, vt liceat,
quod antea propter impedimentum non lice-
74 bat, † *vt ſcribit Bal. in l. ſi v. n. ppom. . 4. C. de ſeru.
pign. dat. man.* Quo fit, vt res tanquam redacta
ad priſtinam ſui naturam comprehendatur in
inſtitutione vniuerſali, quomodo fuiſſet com-
præhenſa, ſi nullum onus fideicommiſſi fuiſſet
75 iniunctum. † *Ita in terminis declarat Gabr. conſil.
143. num. 6. volum. 1.*

Secundus caſus eſt, quando res ſui natura
non ſunt alienabiles, nec in pleno dominio di-
ſponentis, vt ſunt res feudales, *cap. 1. in princip.
de prohib. alien. per Frider. cap. 1. in princip. de pro-
hib. feud. alien. per Loth.* Et tunc verius eſt, facul-
tatem diſponendi, & alienandi, quæ conceditur,
non verificari per vniuerſalem hæredis in-
ſtitutionem, ſed requirere ſpecialem diſpoſi-
76 tionem, † vt *in ſpecie declarat Gabr. d. conſil. 143.
nu. 6. volum. 1. & videtur de mente Pariſ. conſil.
72. num. 63. vol. 3. & Menoch. d. conſil. 210. nu. 66.*
dicentium facultatem diſponendi, tunc verifi-
cari per vniuerſalem hæredis inſtitutionem,
quando res ſui natura continetur in diſpoſitio-
ne, & ſermone generali, quæ res de feudalibus
dici nequit *c. 1. §. in generali, ſi de feu. def. cōt. ſit in-
ter do. & agn. vaſſ.* Et ſanè in feudalibus non ſe-
quitur, poteſt vaſſallus de feudo diſponere in
præiudicium alicuius, ergo cēſetur diſpoſuiſſe,
eundem vniuerſalem hæredem inſtituendo, &
grauando fideicommiſſo vniuerſali, vt patet
ex eo, quia pater de feudo nouo poteſt diſpo-
77 nere in præiudicium filiorum, † *vt eſt doctrina
Iſern. in cap. 1. §. quid ergo num. 8. de inu. de re alie.
fact. & in cap. 1. nume. 9. de alien. feud. pat. quam
probarunt Aluarot. ibi numer. 8. Afflict. deciſio.
112. numer. 6. Rum. conſil. 7. num. 23. volum. 1. Ti-
raquell. de retract. lignagier. §. 32. glo. vn. numer. 2.
Natt. conſil. 475. num. 14. & conſil. 501. numer. 17.
Cephal. conſil. 3. numer. 12. Menoch. conſil. 504. nu-
me. 3. & eſſe magis communiter receptam teſtantur
Clar. in §. feudum quæſtio. 41. nume. 2. Peregrin. de
fideicommiſſ. artic. 6. numer. 19. & Surd. conſil. 305.
num. 32. & conſil. 351. num. 24.* & tamen, ſi filios
ſimpliciter inſtituat, & grauet fideicommiſſo
vniuerſali, non veniet feudum nouum in inſti-
tutionem, quia requiritur ſpecialis, & expreſſa
diſpoſitio, vt pater in præiudicium filiorum in-
78 telligatur diſpoſuiſſe, † *vt latè oſtendit Peregr. d.
artic. 6. num. 25. & 26.*

Tertius caſus eſt, quando, vel èx verbis, vel
ex coniecturis conſtat concedentem faculta-
tem diſponendi ſenſiſſe de diſpoſitione expreſ-
ſa, Et tunc, ſiue res ſui natura ſit alienabilis, ſi-
ue non, verius eſt, non cenſeri quem diſpoſuiſ-
ſe, niſi ſpecificè, & nominatim rem illam ex-
79 primat, † *vt ſcripſerunt Gabr. d. conſil. 143. num.
8. volum. 1. & Mantic. dict. lib. 7. titu. 7. numer. 14.*
Nam, vt ſupra demonſtrauimus, expreſsè fie-
ri non dicitur, niſi, quod nominatim, & in in-
diuiduo fit.

Neque obſtat, quod, qui inſtituit vniuerſalem hæredem dicitur expreſsè diſponere, quia reſpondeo diſponere expreſsè, ſed vniuerſaliter, & huiuſmodi diſpoſitionem ſufficere quidem in rebus, quæ continentur in eius hæreditate, & de quibus iure communi diſponere poteſt, ſed non in feudalibus, & alijs, quæ ſunt ab eius hæreditate exemptæ, &, de quibus diſponendi facultatem, ſi habet, habet ex priuile-

gio. Nam de iis non dicetur diſpoſuiſſe, niſi ſpecialiter, & nominatim diſponat, *vt dictum eſt.*

Non obſtat, quod in caſu noſtro videatur diſpoſuiſſe ſpecialiter eo, quod in inſtitutione fecit mentionem de feudalibus, quia reſpondeo, hanc non eſſe expreſsionem ſpecialem, ſed generalem, quia appellatione feudalium omnia feuda continentur, & in generali ſermone non continentur ea, de quibus expreſsè ideſt, ſpecialiter, & nominatim, quis diſponere debet, *vti latè ſupra demonſtrauimus.*

Denique non obſtat authoritas Menoch. & Surd. qui cenſent, ſufficere mentionem feudalium, & emphyteuticorum bonorum, vt dicatur teſtator expreſsè diſpoſuiſſe: nam reſpondeo primo, contra eorum opinionem ſtare authoritatem eorum omnium, qui dixerũt, debere diſponere ſpecialiter, & nominatim, adeo, vt nõ ſufficiat generalis mentio, qualis eſt, cum ſimpliciter exprimuntur feudalia.

Secundo reſpondeo, loqui eos de feudo, vel emphyteuſi ſimpliciter conceſſa cum facultate diſponendi, vel cum clauſula, & quibus dederit, quo caſu procedere poteſt eorũ opinio, vt reſpectu talium bonorum dicatur expreſsè diſpoſuiſſe, qui de iis in genere locutus eſt. Cœterum, quando, vt in caſu noſtro, facultas diſponendi fuit reſtricta per dictionem, expreſsè, verius eſt, non verificari, niſi per ſingularem expreſsionem, quia expreſsè non fit, niſi, quod in ſpecie, & nominatim fit, vt ſæpius dictũ eſt.

Tertio reſpondeo eorum dicta locum habere poſſe, quando teſtator non habuiſſet, niſi vnum feudum, vel vnam emphyteuſim: nam tunc, quia illa expreſsio feudalium, vel, emphyteuticorum non poſſet verificari, niſi in vna re, haberetur pro expreſsione ſpeciali, &
80 ſingulari. † *Et ita in terminis conſiderat Menoch. in d. conſ. 129. num. 16. verſ. 6.* Cœterum in caſu noſtro, cum Do. Manlius haberet multa bona feudalia præter Marchionatum, non poteſt illa expreſsio feudalium haberi pro expreſsione ſpeciali, & ſingulari, & ideo, tamquam generalis non debet ſufficere, vt dicatur expreſsè diſpoſuiſſe iuxta conceſsionis formam.

Quarto, & vltimo reſpondeo, licet diceretur expreſsè diſpoſuiſſe in inſtitutione, non tamen de feudalibus in fideicommiſſo mentionem feciſſe, quod tamen erat neceſſariũ, quia, quod dicitur, ſubſtitutionem fideicommiſſariam cõprehendere omnia, quę in inſtitutione continentur, verũ eſt in iis, quę grauatus habere non poteſt, niſi titulo inſtitutionis. Cœterum, quę ex alia cauſa ad eum pertinere poſſunt, non veniunt in fideicommiſſo vniuerſali, niſi teſtator nominatim hoc expreſſerit fideicommittendo *d. l. ſequens. 70. ff. de leg. 2.* Et hoc, licet ex-
81 preſſerit inſtituendo, †*vt ſcribunt Alex. conſ. 20. nu. 6. & ſeqq. vol. 3. Corn. conſil. 228. num. 14. vol. 4. Aret. conſ. 53. nu. 2. Pariſ. conſ. 33. nu. 76. vol. 4.* Ex his igitur concludo, dimidiam partem huius Marchionatus non contineri in fideicommiſſo vniuerſali conſtituto a D. Manlio, ſed liberam ad Do. Carolum Guhelmum pertinuiſſe, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Perilluſt. D. Cæſare Rotario Domino Septimarum.

CONSILIVM XXXI.

ARGVMENTVM.

Quæ contineantur in fideicommiſſo vniuerſali, Et ſpecialiter, an contineantur feudum merè hęreditarium, Et, an ſententia lata contra grauatum noceat ſubſtituto non citato; Et, an debita, & legata de fideicommiſſo vniuerſali detrahi poſſint, ſi teſtator mandauerit ea ſolui de fructibus bonorum hæreditariorum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſioni grauati, non poſſunt eius hæredes contrauenire.*

2 *Fideicommiſſi vniuerſalis in reſtitutionem veniũt omnia bona teſtatoris, tam mobilia, quam immobilia, nec non iura, & actiones.*

3 *Grauatus fideicommiſſo vniuerſali tenetur de omnibus bonis teſtatoris mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus rationem reddere fideicommiſſario.*

4 *Fructus regulariter non veniunt in reſtitutionem hæreditatis. Limita vt nu. 5. & 6.*

7 *Inuentarium, quod grauatus confecit ad petitionem fideicommiſſarij, probat quantitatem bonorum hæreditariorum.*

8 *Iuramentum in litem defertur fideicommiſſario contra grauatum, qui non confecit inuentarium, quicquid cenſuerint relati, nu. 9.*

10 *Iuramentum in litem defertur contra grauatum, qui fecit quidem inuentarium, ſed in eo ſciens non eſt complexus omnia bona, & iura hæreditaria.*

11 *Iuramentum in litem non datur ex dolo defuncti contra hæredem, Limita, vt nu. 12.*

13 *Probationes minus perfectæ ſufficiunt in probanda quantitate bonorum contra grauatum, qui non fecit inuentarium, aut minus perfectè fecit.*

14 *Feudum conceſſum pro quibuſcumque hæredibus cum expreſſa facultate diſponendi, & alienandi improprium, & merè hæreditarium eſt, ac tranſitorium in hæredes etiam extraneos.*

15 *Feudum improprium, & merè hæreditarium venit in reſtitutionem fideicommiſſi.*

16 *Sententia lata contra hæredem grauatum, nocet etiam fideicommiſſario non citato. Diſtingue tamen, vt nu. 37. & 38.*

17 *Citatio eorum tantum neceſſaria eſt; de quorum intereſſe principaliter agitur, non etiam in conſequentiam.*

18 *Fideicommiſſi in reſtitutionem non veniunt ea, quæ poſt mortem teſtatoris hæres conſecutus eſt ex propria induſtria, & proprio contractu.*

19 *Intereſſe ſummæ principalis, tamquam fructus rei hæreditariæ non venit in reſtitutionem hæreditatis.*

20 *Hæreditatis in reſtitutionẽ non venit res ex fructibus acquiſita.*

21 *Grauatus per actum voluntarium qualis eſt contractus non poteſt nocere fideicommiſſario.*

Sen-

22 *Sententia contra vnum lata non nocet tertio non citato: Ampliа, vt nu. 23.*
24 *Citatio ſpecialis requiritur, quando perſona, quæ venit citanda, eſt certa.*
25 *Appellare, vel ſupplicare poteſt fideicommiſſarius à ſententia lata contra hæredem, ad hoc, ne illa ei noceat.*
27 *Sententia contra aliquem prolata data ipſius negligentia, & colluſione non nocet alijs.*
28 *Decreta alienationes prohibentia pertinent ad alienationes, quæ fiunt cum tranſlatione directi dominij.*
29 *Ratificaſſe patris venditionem videtur filius recipiendo ſupplementum pretij.*
30 *Sententia lata contra eum, qui non appellauit, vel nõ eſt proſecutus appellationem, vſque ad finem; non nocet alijs, & num. 31.*
32 *Sententia lata quaſi ex confeſſione victi non debet alijs obeſſe.*
33 *Feudi poſſeſſor ſolam habens filiam conuentus à fratre petente declarari feudum poſt illius obitum, non ad filiam, ſed ad ſe pertinere, ſi vincatur, & poſt ſententiam in teſtamento iubeat filiæ ſuæ, vt nubat filio fratri, ex tali iuſſu colligitur ſententiam fuiſſe latam per colluſionem, ideoque non nocet filiæ.*
34 *Plus iuris in alium transferre nemo poteſt, quam ipſe habeat.*
35 *Fideicommiſſario, quoad hæredes hæredis grauati, qui poſſident, ſufficit probare, feudum fuiſſe poſſeſſum a teſtatore, vt veniat in reſtitutionem, ſiue cauſa poſſeſſionis fuerit iuſta, ſiue iniuſta.*
36 *Dominij quæſtionem grauatus, aut eius hæredes fideicommiſſario refricare non poſſunt.*
39 *Proclama, ſaltem generale eſt neceſſarium, vt ſententia noceat tertio.*
40 *Declaratur l. ex contractu 44. ff. de re iud.*
41 *Subſtitutio vulgaris per inſtituti aditionem extinguitur.*
42 *Speciali iure, quæ euenire poſſunt, regulariter non habentur in conſideratione.*
43 *Citari debet ſubſtitutus per fideicommiſſum, qui ſpem probabilem habet, & quidem de iure communi, ad hoc vt ſententia contra grauatum lata ei noceat.*
44 *Detrahi poſſunt de fideicommiſſo legata præſtita, & debita ſoluta, nu. 45.*
46 *Legata annua ſui natura de fructibus debent ſolui ab hærede.*
47 *Legata annua, ſi non fuerint ſoluta, debent ab hæredibus grauati peti, non à fideicommiſſario.*
48 *Legata annua ſoluta non poſſunt detrahi de fideicommiſſo vniuerſali.*
49 *Legata, quæ teſtator mandauit ſolui de redditibus hæreditarijs, detrahi non poſſunt de fideicommiſſo vniuerſali.*
50 *Teſtator poteſt grauare hæredem, vt reſtituat hæreditatem, etiam cum fructibus medio tempore perceptis.*
51 *Teſtator poteſt grauare hæredem ſupra vires hæreditarias, quatenus fructus medij temporis patiuntur.*
52 *Teſtamenti pars vna declarat aliam.*
53 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*
54 *Diſpoſitio authen. res quæ, C. comm. de legat. ceſſat, cum tractatur de fideicommiſſo relicto ab extraneo.*
55 *Hæredes alicuius neceſſario tenentur eius æs alienum perſoluere. Declara vt ibi.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

TRia ſunt, de quibus in hac fideicommiſſi cauſa principaliter dubitari cõtigit. Primo, an fauore Dom. Septimarum cenſeatur purificatum aliquod fideicommiſſum, cuius ratione poſſit agere contra hæredes Illuſtriſſimi Dom. Marchionis Montis Caprelli. Secundo, quæ in huiuſmodi fideicommiſſo contineantur. Tertio, an de eo fieri poſſint aliquæ detractiones, quæ realem bonorum reſtitutionem impedire poſſint.

Et ad primam quidem dubitationem breuiter reſpondeo, per mortem Dom. Marchionis ſine filijs maſculis ſine dubio purificatum eſſe fideicommiſſum vniuerſale factum ab Illuſtriſſimo Domino Cæſare Maio fauore Dom. Septimarum, idque conſtare non ſolum ex cõfeſſione ipſius grauati, ſæpius repetita, cui non
1 poſſunt hæredes eius contrauenire, † *vt in ſpecie tradunt Socin. Sen. conſil. 12. num. 20. volum. 3. Ruin. conſil. 128. num. 16. & conſil. 147. num. 9. volum. 2. Pariſ. conſil. 75. num. 58. volum. 2. conſil. 11. num. 39. & conſil. 17. num. 24. volum. 3. Decia. conſil. 44. num. 78. conſil. 39. num. 21. & 24. volum. 3. & conſil. 63. num. 39. volum. 4. Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. num. 28. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 43. num. 6. & conſil. 53. num. 10. volum. 1. Menoch. conſil. 636. numer. 32. verſicu. præiudicat.* ſed etiam ex claris teſtamenti verbis, quibus teſtator Domino Pompeio hæredi inſtituto ſine filijs maſculis decedenti primo loco ſubſtituit filios DD. Amedei, & Caterinæ de Rotarijs. Vnde, cùm Dom. Septimarum, qui nunc agit, probauerit, ſe talem eſſe, & fideicommiſſi conditionem extitiſſe, non poteſt non eſſe fideicommiſſo locus. Quamobrem debent hæredes Dom. Marchionis condemnari ad reſtitutionem hæreditatis Dom. Cæſaris May cum fructibus à die purificati fideicommiſſi.

Secunda ſuccedit dubitatio, quæ veniant in hanc reſtitutionem. Et, quoniam fideicommiſſum eſt vniuerſale, certi iuris eſt venire omnia bona teſtatoris, tàm mobilia, quàm immobi-
2 lia, nec non iura, & actiones, † *l. 1. in princip. & §. de illo. l. nam quod 14. §. fin. cum ll. ſequent. ff. ad Trebell. §. reſtituta. Inſtitut. de fideicomm. hæred. & latè tradunt Socin. Iun. conſil. 130. nu. 14. volum. 1. Mantic. de coniectu. vlt. volun. lib. 7. tit. 6. num. 1. & ſeqq. Peregr. de fideicomm. art. 35. num. 22. Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 197. num. 1. & ſequẽt. Surd. conſil. 92. num. 11.* De quibus omnibus tenetur grauatus rationem reddere fideicommiſ-
3 ſario. † *l. mulier. 22. §. ſi hæres. verſic. ſed enim. ff. ad Trebell. l. cum tale. 71. §. 1. & ibi Bar. num. 2. Bald. verſic. 3. not. Imol. num. 3. Caſtr. num. 2. ff. de condit. & demon. Bald. in l. filium, quem. 24. in fin. C. famil. erciſc. Socin. Sen. conſil. 51. nu. 1. volum. 3. Pariſ. conſil. 79. num. 17. volum. 2. Ruin. conſil. 29. nume. 11. volum. 5. Guido Pap. quæſt. 351. verſicu. præterea. Caph. conſil. 392. num. 13. Rollan. conſil. 27. nu. 10. volum. 1. Crau. conſil. 295. in fin. Oſaſc. deciſio. 147. num. 22. Moliu. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 28. num. 2. Morot. conſil. 13. num. 1. & conſil. 31. nu. 16. Peregr. conſil. 48. num. 10. volum. 1. conſil. 35. nu. 9. & conſil. 64. num. 27. volum. 3.* & in ea, non ſolum habebitur ratio rerum hæreditariarum, ſed etiã fructuum, qui pendente fideicommiſſi condi-

N 3 tione

tione percepti ſunt: nam, & ſi regulariter ij non
4 veniant in hæreditatis reſtitutionem, † *l. in fi-
deicommiſſaria, 18. in princip. ff. ad Trebellian.* &
conſequenter de iis non teneatur grauatus red-
dere rationem fideicommiſſario, hoc tamen
fallit, quando conſtat de contraria mente te-
5 ſtatoris, † *l. Balliſta 32. ff. ad Trebell. & late oſten-
dunt Menoch. de arbitr. caſ. 256. Mantic. de conie-
ctur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. & Peregr. de fidei-
commiſſ. art. 49. num. 29. & ſequentib.* In caſu au-
tem noſtro conſtat de tali mente teſtatoris, ex
eo, quod mandauit, vt debita, & legata ſolueren-
tur de redditibus hæreditariis, & conſequenter,
voluit eos cedere commodo fideicommiſſarij
non grauati, *vti poſtea demonſtrabo*. Vnde,
quia grauatus non ſeruauit hanc voluntatem,
ſed pro ſatisfactione æris alieni, & legatorum
diſtraxit corpora, & iura hæreditaria, neceſſa-
riò de fructibus perceptis tenetur reddere ratio-
nem fideicommiſſario, vt ex iis redintegretur
6 hæreditas, † *iuxta not. in l. ſcribit Celſus 33. ff. ad
Trebell. & tradita per Peregr. conſil. 35. numer. 10.
volum. 3. & de fideicomm. artic. 49. nume. 33, & ſe-
quentibus.*

Quantitas autem bonorum partim proba-
tur ex inuentario, quod grauatus confecit ad
petitionem Dom. Amedei Rotarij patris, & le-
gitimi adminiſtratoris bonorum fideicommiſ-
7 ſarij, † *vt ſcribit Peregr. de fideicomm. art. 44. nu. 2*
partim probabitur per iuramentum in litem,
quod fideicommiſſario deferendum eſt. Nam,
quemadmodum contra hæredem grauatum,
qui non confecit inuentarium, defertur fidei-
8 commiſſario iuramentum in litem, † *vt poſt
Corn. Alc. Marzar. Plot. & alios docent Ceph. con-
ſil. 392. num. 14. Oſaſc. deciſio. 147. num. 22. Pereg.
conſil. 64. num. 27. volum. 3. Menoc. conſ. 207. num.
22. & conſil. 457. num. 16.* (quicquid cenſuerint
9 *Alexan. in l. in ratione. 11. §. quod vulgo. nume. 14.
ff. ad l. Falcid. Molin. de primogen. Hiſpan. d. lib. 1.
cap. 28. num. 9. & Peregr. ſibi contrarius in tracta.
de fideicomm. art. 35. num. 27. & conſil. 51. nume. 8.
volum. 1.* quorum opinio, procedit, quando fi-
deicommiſſarius non petijt inuentarij confe-
ctionē, quo caſu eſt, quod ei imputetur, vt præ-
fati DD. conſiderarunt. Cæterum ſi ab eo pe-
tita ſit inuentarij confectio, vt in caſu noſtro,
verius eſt, *vt ijdem innuunt*, deferendum eſſe
iuramentum in litem) ita etiam deferendum
eſt, contra grauatum, qui fecit quidem inuen-
tarium, ſed in eo ſciens non eſt complexus om-
10 nia bona, & iura hæreditaria, † *vt de tutore ſcri-
bunt Bartol. in l. tutor qui repertorium. 8. in prin-
cip. num. 21. ff. de adminiſt. tuto. Ruin. conſil. 29. nu-
me. 11. verſic. & ex alio etiam volum. 5. Rollan. con-
ſil. 73. num. 50. volum. 2. Surd. conſil. 391. nume. 36.*
Vnde, cum D. Marchio, non deſcripſerit om-
nia bona hæreditaria in inuentario, vti conſtat
ex actis, & maximè ex confeſſione ipſiuſmet
Dom. Marchionis, qui profeſſus eſt, ſe non de-
ſcripſiſſe credita defuncti, conſequens eſt, vt
dandum ſit fideicommiſſario iuramentum in
litem.

Neque obſtat, quod ex dolo defuncti non
11 iuretur in litem contra hæredem, † *l. alio 4. l. fi-
na. C. de in lit. iur. Bartol. in l. in actionibus. 5. nu-
me. 21. ff. de in lit. iur. Capic. deciſio. 91. num. 2. Nat.
conſil. 202. num. 14. Peregr. conſil. 51. num. 10. vo-
lum. 1. Et, in ſpecie de hærede hæredis grauati, qui
non confecit inuentarium, tradit Pereg. de fidei-
commiſſ. d. artic. 35. num. 27. & d. conſil. 51. num. 1.
volum. 1.* quia reſpondeo, hoc non procedere,
quando, vt in caſu noſtro lis fuit cum defuncto
conteſtata: nam tunc, & contra hæredem iura-
12 tur, † *d. l. alio. 4. C. de in lit. iur. Bart. in l. 1. C. eo. Ce-
phal. conſil. 388. numer. 9. & conſil. 674. numer. 9.
& 49.*

Deinde, licet per viam ordinariam res eſſet
probanda, ſufficerent tamen probationes etiam
leuiores, puta coniecturæ ductæ à qualitate te-
ſtatoris, vel teſtes de credulitate deponentes,
vel priuatæ ſcripturæ, & id genus aliæ minus
perfectæ probationes, quæ ſufficiunt in probā-
da contra grauatum, qui non fecit inuentariū,
aut minus perfectè fecit, quantitate bonorum
13 hæreditariorum, † *vt ſcribit Pereg. d. conſ. 51. nu.
7. verſ. liquidatio. vol. 1.*

Verum, quia inter res hæreditarias, quæ fi-
deicommiſſo continentur, intendit Domin.
Septimarum connumerandum eſſe feudum,
ſeu Marchionatum Montiſcaprelli, de quo
potiſſimum contenditur, ideo videndum erit,
an, & ipſum veniat in reſtitutionem fideicom-
miſſi.

Et ſi quidem contra grauatum nulla fuiſſet
lata ſententia, nullumque cum eo nouum con-
tractum Sereniſsimus Princeps iniiſſet, res ca-
reret omni dubio: quia, cum huiuſmodi feu-
dum eſſet improprium, & merè hæreditarium,
vtpotè conceſſum pro quibuſcumque hæredi-
bus cum expreſſa facultate diſponendi, & a-
lienandi, quæ res conſtituunt feudum me-
rè hæreditarium, & tranſitorium in hæredes e-
14 tiam extraneos, † *vt tradunt Bald. in l. cum vi-
rum. 16. num. 21. C. de fideicommiſſ. Alexan. in l. ſi
patroni 55. in prin. nu. 14. verſ. aliam limitationem,
ff. ad Treb. Iaſ. in prælud. feu. nu. 46. Ruin. conſ. 16.
nu. 5. vol. 1. Pariſ. conſ. 23. num. 170. vol. 1. conſil. 65.
num. 10. vol. 3. Soc. Iun. conſ. 72. num. 22. volum. 1.
conſ. 112. num. 5. vol. 2. & conſ. 42. num. 1. volum. 3.
Liar. in §. feudum q. 9. nu. 2. Roll. conſ. 10. num. 31.
vol. 3. Decia. conſ. 58. nu. 30. vol. 2. & conſil. 117. nu-
me. 25. vol. 3. Ceph. conſ. 523. num. 18. Oſaſ. deciſ. 26.
num. 19. Mantic. de coniectur. vlt. volun. lib. 7. tit. 9.
num. 4. Menoch. conſil. 931. num. 2. Peregr. conſil. 5.
num. 8. conſil. 6. num. 5. conſil. 9. num. 5. vol. 1. Surd.
conſ. 15. num. 9. conſ. 63. nu. 11. & conſ. 108. nu. 10.*
ſine dubio veniſſet in reſtitutionem fideicom-
15 miſſi, tamquam res merè hæreditaria, † *vt ſcri-
bunt Bald. in dict. l. cum virum. 16. numer. 21. C.
de fideicommiſſ. Alexand. in dict. l. ſi patroni 55. nu-
mer. 14. verſicu. aliam limitationem; ff. ad Trebell.
Iaſ. in prælud. feudd. num. 46. Socin. Iun. d. conſ. 72.
num. 22. volum. 1. & d. conſil. 42. num. 1. volum. 3.
Roll. d. conſil. 10. num. 31. volum. 3. Peregr. de fidei-
co. art. 6. nu. 18. Pariſ. conſil. 23. nu. 173. vol. 1. Clar.
in d. §. feudum q. 85. num. 2. Mantic. de coniect. vlt.
volun. lib. 7. tit. 9. nu. 4. Ceph. conſ. 523. nu. 54. Surd.
conſ. 108. nu. 33. Menoc. conſ. 369. num. 13. & conſ.
1115. num. 20.*

Cæterum, quia poſt mortem teſtatoris lata
eſt contra hæredem grauatum ſententia per
quam fuit emptio dicti feudi declarata nulla,
& ſolum ius ad pretium hæredi reſeruatum,
non videtur amplius feudum ipſum, ſed pecu-
nia fideicommiſſo contineri. Et, quamuis præ-
dicta ſententia fuerit lata contra hæredem
grauatum non citato fideicommiſſario, vide-
16 tur tamen, etiam ei nocere, † *l. ſi patroni 55. §. vl-
tim. ff. ad Trebell. l. ex contractu 44. ff. de re iudic. l. 1.
§. denun-*

§.denunciarè.ff.de vent.inſpic.l.ſi ſuperatus.3.ff.de
pign.l.ſi ſeruus plurium.53.§.1.ff.de legat.1.l.Pa-
pin.3.§.ſi ex cauſa,l.ſi ſuſpecta.29.in princip.ff.de
inoffic. & tradunt Bartol.in l.in diem.9.num.1.&
ibi Bald nume.2.ff.de aqu.plu.arcen.Caſtr.in d.l.ſi
patroni.55.§.vltim. num.5..77.ff.ad Trebell. &
in l.in concedendo.8.num.2.ff.de aq.plu.arcen.Ale-
xan.in l.filiusfam.117.§.Diui num.9.ff.de legat.1.
& conſil.156.num.3.volum.2.& conſil.119.nume.
27.volum.6.Iaſ.in d.§.Diui num.49.Ruin.conſil.
19.num.9 volum.2. Couar.cap.13.pract.quæſtio.
num.6. Rollan.conſil.92.num.15.& ſequentib.vo-
lum.4. Peregr.de fideicommiſſ.artic.53.num.49.&
ſequentibus.Decian.conſ.24.num.94.volum.1.con-
ſil.18.num.33.volum.2.Ioſeſu.deciſio.194.num.5
Surd.conſil.359.nume.20. Nam eorum tantum
citatio neceſſaria eſt,de quorum intereſſe prin-
17 cipaliter agitur, non in conſequentiam † d.l.1.
§.denunciari ff.de ventr.inſpic.& eſt doctr.glo.in l.
de vnoquoque 47.in verb.quos cauſa, ff.de re iudic.
quam ſingularem appellat.Tiraquell.in tract.at.res
inter alios act.in prima limitat.& ſequitur Alexan.
conſil.156.numer.1.volum.2. Felin.in cap.exhibita
in prima limitat. extra de iudic. Conar.d.cap.13.
num.6.pract.quæſt.Gomez.in 40.l.Taur.num.73.
verſicu.2.facit.Decian.conſil.24.num.94.volum.1.
Cephal.conſil.228.numer.22. & quamuis, poſt il-
lam ſententiam grauatus nihilominus perſe-
uerauerit in poſſeſſione feudi, & Marchiona-
tus,illud tamen obtinuit non iure hæreditario,
ſed iure proprio, ſcilicet virtute noui contra-
ctus initi cum Sereniſſimo Principe, & ideò,
non debet Marchionatus, cum hæreditate re-
ſtitui, quia in reſtitutionem fideicommiſſi non
veniunt ea, quæ poſt mortem teſtatoris hæres
conſecutus eſt ex propria induſtria, & pro-
18 prio contractu, † l.3.in princip. & ibi not. Barto.
ff.ad l.Falcid. Ruin.conſil.97.num.13.vol.5. Me-
noch.de præſumpt.lib.4 præſumpt.197.num.26. &
Peregr.de fideicomm.art.44.num.29. & maximè
cum hic nouus contractus fuerit celebratus cũ
Sereniſſimo Duce, mediante ſolutione pecu-
niæ partim dotalis,partim propriè ipſius Dom.
Marchionis, nempè eius pecuniæ, quæ a Prin-
cipe debebatur ipſimet D. Marchioni pro in-
tereſſe aureorum 7500. ſolutorum in ſupple-
mentum pretii:nam,& ſi ſumma principalis eſ-
ſet hæreditaria, intereſſe tamen eius erat pro-
prium grauati, tamquam fructus rei hæredita-
riæ,nec veniebat in reſtitutionem hæreditatis,
19 † l.in fideicommiſſaria.18.in princ.l.poſtulaſte.44.
§.ſed,& in huiuſmodi,ff.ad Treb.late Menoc.de ar
bit.caſ.256.nu.10. Mantic.de coniect.vlt.volunt.
lib.7.tit.10.nu.7.Pereg.de fid.ar.49.nu.20.& con-
ſil.51.num.6.vol.1.Ideoque nec venire debet res
20 ex illis fructibus acquiſita † vt ſcribit Peregr.de
fideic.art.49.nu.20.

Verum, his non obſtantibus verius eſt Mar-
chionatum ipſum cum omnibus ſuis pertinen-
tiis venire in hæreditatis reſtitutionem, quod,
vt liquido conſtet, neceſſarium erit oſtendere,
neque cõtractum, quem cum Sereniſſimo Du-
ce grauatus iniuit, neque ſententiam contra
eum prolatam impedire quo minus huiuſmo-
di feudum veniat in reſtitutionem, quo modo
veniſſet, ſi neque contractus fuiſſet initus, ne-
que lata ſententia.

Et quidem, quod attinet ad contractum res
caret omni dubio: nam grauatus per actum
voluntarium, qualis, eſt contractus non poteſt
21 nocere fideicommiſſario. † l.3 in princip.ff.ad
l.Falcid.l.3.in princip.ff.de tranſact. l.ſi ſuſpecta
29.§.penultim.ff.de inoffic.teſt.men.l.a ſententia.
5.§.ſi hæres.ff de appell.Bart.in l.in diem 9.num.1.
ff.de aq.plu.arc.Alex.in l.ſæpe.63.num.129 ff de re
iud.Ruin.conſ.19.num.9.vol.2. Parif.conſil.2.nu.
15.vol.3.Pereg de fideicom.art.52.num.31 Alio-
quin enim eſſet in poteſtate grauati contrahẽ-
do ſubuertere fideicommiſſum, quod eſſet per
quam abſurdum.

Tota igitur dubitatio continetur in ſenten-
tia contra grauatum lata, an ſcilicet per eam
factum ſit, vt feudum non debeat reſtitui. Et
puto de iure verius non obſtante tali ſententia
adhuc feudum ipſum eſſe reſtituendum fidei-
commiſſario iuxta teſtatoris diſpoſitionem.

Primò,quia regula,qua dicimus ſententiam
contra vnum latam non nocere tertio non ci-
22 tato. † l.ſæpe 63.ff.de re iud.l.1.&.2.l.vlt. C.quibus
res iud.non noc.procedit non ſolum quando tra
ctatur de præiudicio eorum, quorum intereſt
principaliter,ſed etiam, quando intereſt in cõ-
ſequentiam,vt ſunt ſubſtituti, & fideicommiſ-
ſarii: nam, licet eorum non ſit neceſſaria cita-
tio, quoad validitatem ſententiæ, eſt tamen
neceſſaria ſaltem per generale proclama, ad-
23 hoc,vt eis noceat, † vt tradunt Bar.in l.filiusfa.
117.§.Diui.nume.9.ff.de leg.1. Bald.in l.ab eo.3.
num.4. C.quor. & quand.iud. Alex.in l.de vno-
quoque.47.num.17.& in d.l.ſæpe.63.num.27.ff.de
re iud.Soc.ſen. conſ.282.num.4.vol.2. vbi ait hanc
eſſe magis communem. Felin.in cap.fin col.2. verſi.
intellige. extra de maio. & obedien. Iaſ.in l.decem.
116.num.41.& ſeq.ff.de verb.oblig. vbi ait hanc eſ-
ſe communem declarationem, & in l. nec quicquam
9.§.vbi decretum.num. 36.ff. de offi. proconſ. Dec.
in l.in iure Ciuili. 121.nu.4.ff.de reg.iur. Soc.iun.
conſ.181.num.97.vol.2. Roll. conſ. vlt.num.154.
vol.4.Ant. Gabr.in tit.de cita. conclu. 1.num. 310.
Hyer.Gabr.conſ.42.num.4.& ſeqq. vol.2.vbi teſta
tur hanc eſſe magis communem DD. ſententiam
Purpu.conſ.367.num.18. Caph.conſ.106.nu.10.
conſ.133.num.83.& conſ.279.num.15. Menoch.
conſ.311.num.24.conſ.501.num.18.verſ.reſpon-
detur 3.& conſ.630.nu.26.& 27.Surd.conſ.189.
num.45.Sacc.conſ.2.num.193.& ſeqq. Ozaſ.deciſ.
157.num.9.& ſeqq.vbi refert ita fuiſſe iudicatum
ab hoc Excellentiſſ.Senatu,Franch.deciſ.523.num.
14.Capy.deciſ.107.num.4.& 9. Put.deciſ.91.&
deciſ.336 par.3.vbi teſtatur, ita ſæpius Rotam Ro-
manam iudicaſſe: Acuſſ.de graſſ.deciſ.215.quæ eſt
deciſ.3.ſub titu.de ſent.& re iud. vbi pariter refert
ita fuiſſe iudicatũ a Rota Roman Ex quibus appa-
ret hanc eſſe magis communem DD.ſententiam, à
qua non eſt in conſulendo, & iudicando recedendũ.
vnde,cum in caſu noſtro non interuenerit cita-
tio fideicommiſſarii, etiam per generale pro-
clama, conſequens eſt, vt ei non potuerit ſen-
tentia contra grauatum lata nocere.

Quinimò licet fuiſſet facta citatio generalis
per proclama,non tamen fuiſſet in caſu noſtro
ſufficiens, tum quia perſona fideicommiſſarii
erat certa,quo caſu requiritur ſpecialis citatio,
24 † vt ſcribunt Alex.in add.ad Bar.in l.1.§. denun-
ciari.ff.de ventr inſp.& Purpu. conſ.367.num.19.
tum etiam quia fideicõmiſſarius erat minor,
imo pupillus,cui non potuiſſet nocere genera-
le proclama, vt tradit Gabr. d.conſ.42. num.28.
volum.2.vbi refert ita fuiſſe per Rotam deciſum.

Nec eſt, quod aliquis obiiciat, ſententiam

Digitized by Google

contra hæredem latam non nocere fideicom-
miſſario, quo ad hoc quia poterit nihilominus
appellare, vel ſupplicare, licet hæres non poſ-
25 ſet. † *l. a ſententia. 5. ff. de app. & declarat Alex. in*
d. §. diui. num. 9. & in d. l. ſæpè. 63. num. 82. & conſ.
256. & num. 6. volu. 2. Couar. cap. 15. pract. quæſt.
num. 2. Ozaſ. d. deciſ. 157. num. 13. Peregr. de fideic.
art. 53. num. 54. Menoch. d. conſ. 501. num. 12. &
conſ. 630 num. 28 quia reſpondeo hanc eſſe de-
clarationem eorum, qui cenſent ſententiam
nocere fideicommiſſario non citato: nam ea
procedit cum ſupradicta declaratione, vt poſ-
ſit nihilominus appellare. Sed poſita contraria
opinione, quę verior eſt, & receptior, vt ſcilicet
non noceat, verius eſt non eſſe neceſſariam ap-
26 pellationem, † *vt in terminis declarat Gabr. d.*
conſ. 42. num. 23. vol. 2.

Secundò verò, dato (non tamen conceſſo,)
quod eſſemus in caſibus, in quibus ſententia
contra vnum lata nocet alijs, etiam non cita-
tis, hoc tamē procederet, ſi victus omnem ad-
hibuiſſet diligentiam neceſſariam, ne vincere-
tur, atque ita litem bona fide proſecutus eſſet:
Alioquin enim data ipſius negligētia, vel col-
luſione, ſententia contra eum prolata non no-
27 cebit alijs. † *l. ſi ſeruus plurium. 53. §. ſi hæredita-*
tis iudex. ff. de leg. 1. l. ex contractu. 44. ff. de re iudi.
Alex. in d. l. ſæpè. 63. num. 83. ff. eod. Tiraq. de nobil.
cap. 37. num. 3. Gabr. d. conſ. 42. num. 35. volum. 2.
Menoc. d. conſ. 501. num. 8. Sacc. d. conſ. 2. nu. 187.
& in ſpecie de ſubſtituto, ſeu fideicommiſſario Bar.
in d. §. diui num. 9. Menoc. d. conſ. 591. num. 9. In
caſu autem noſtro multa ſunt, quæ fuerunt
omiſſa ab hærede, & ex quibus argui poteſt ta-
lis colluſio, &

Primò, quia grauatus non oppoſuit decreta
Sereniſs. Principum alienationem prohiben-
tia, nō complecti infeudationem, quippe quæ
nō eſt propriè alienatio, cùm per eam retinea-
tur dominium directum, & ſuperioritas: perti-
nent enim talia decreta ad alienationes, quæ
28 fiunt cum tranſlatione directi dominij, † *vt*
ſcribunt Bald. in procem. C. num. 6. verſ. primus ca-
ſus eſt, Abb. conſ. 3. num. 12. verſ. præterea, & 2. lib.
2. Alex. conſ. 1. num. 19. vol. 5. Iaſ. conſ. 229. per tot.
vol. 2. Natt. conſ. 122 per tot. Ozaſ. conſ. 27. nu. 13.

Secundò non oppoſuit talem venditionem
fuiſſe factam cum donatione pluris valoris in
remunerationem meritorum Dom. Cęſaris de
Mayo, quæ res excludebat retractationem ex
ipſomet edicto Sereniſ. Ducis Amedei qđ à D.
Patrimoniali fuit productū, *vt in ſpecie declarat*
Cæph. conſ. 155. nu. 21. verſ. poſſet igitur, & nu. ſeqq.

Tertiò non oppoſuit, Sereniſ. Ducem reci-
piendo ſummam aureorum 7500. depoſitorū
Mediolani pro ſupplemento pretij ratificaſſe
29 patris venditionem, † *l. quidam 12. & ibi Bart.*
ff. de euict. l. liberis. 7. §. 1. ff. de lib. cauſ. Alex. conſil.
117. num. 2. vol. 5. Ruin. conſ. 63. num. 23. volu. 1.
Crau. conſ. 159. num. 5. verſ. & magis, Ozaſ. deciſ.
58. num. 10. Sol. in tit. de alien. bon. min. glo. 1. num.
45. Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 39. num. 5. & lib. 3.
præſ. 75. num. 1. conſ. 389. num. 2. & conſ. 777. num.
11. ac eo modo ſe priuaſſe facultate reuocan-
di rem alienatam.

Quartò D. Marchio non eſt perſecutus re-
uiſionem vſque ad finem, quod tamen facere
tenebatur, vt ſententia fideicommiſſario no-
ceret: nam, quemadmodum ſententia lata cō-
tra eum, qui non appellauit non nocet alijs,
30 † *vt ſcribunt Alex. in d. l. ſæpè 63. num. 83. ff. de re*
iud. Menoc. d. conſ. 311. num. 25. & d. conſ. 501. nu.
11. Sacc. d. conſ. 2. num. 189. ita etiam non nocet,
licet appellauerit, niſi talem appellationem vſq;
31 ad finem ſit proſecutus, † *vt tradit Sacc. d. conſ. 2.*
nu. 189. vbi ait eſſe communem: Paria enim ſunt
non appellare, vel non proſequi appellationē.
cap. ad aures, & ibi gl. extra de appell.

Quintò ſtatim, atque fuit hæres conuentus
à D. Patrimoniali per modum reconuentionis
petiit reſtitutionem aureorum 7500. qui fue-
runt ſoluti pro complemento pretij, ac eo mo-
do tacitè confeſſus eſt, cōtractum nullum, aut
reſcindendum, quo fit, vt ſententia poſtea ſe-
cuta, quaſi lata ex confeſſione victi non debeat
32 alijs obeſſe, † *vt tradit Sacc. d. conſ. 2. nu. 190.*

Sextò, conſiderent Excell. Iudices ea, quæ
poſtea ſecuta ſunt, & intelligent ſententiam
fuiſſe latam per colluſionē grauati cauſa vxo-
ris inueniendæ: nam lata ſententia antequam
executioni demandaretur, ſtatim grauatus cō-
traxit matrimonium cum D. Marchioniſſa, &
Sereniſs. Princeps confirmauit præcedentem
contractum fatendo merita D. Cæſaris de Ma-
yo, ſed addita poteſtate aſſecurandi dotem, &
donationem propter nuptias ſuper huiuſmodi
feudo: Itaque hoc modo detecta fuit cauſa,
propterè quam grauatus curauerit præcedentē
contractum declarari nullum, quæ res ſola ſuf-
ficeret ad hoc, ne ſententia noceret ſubſtituto,
vt in terminis eſt doctr. *Loffr. conſ.* 10. *num.* 25.
vbi, cum poſſeſſor feudi, qui ſolam filiam habe-
bat, fuiſſet conuentus à fratre petente declara-
ri feudum poſt illius obitum nō ad filiam, ſed
ad ſe pertinere, & pro actore lata fuiſſet ſenten-
tia, quia victus poſt ſententiam iuſſerat in te-
ſtamento, vt filia ſua nuberet filio fratris, ex ta-
li iuſſu colligit ſententiam latam per colluſio-
33 nem, & ſic non nocere filiæ † *ſequitur Pinell. de*
bon. mat. part. 3. num. 30. Molin. de primogen. Hi-
ſpan. lib. 4. cap. 8. num. 11. quoi refert, & ſequitur
Sacc. d. conſ. 2. num. 191.

Tertiò demū principaliter, licet diceremus,
ſtandum eſſe illi ſententiæ (quod tamen de iu-
re dici nullo modo poteſt) adhuc tamen rebus
ſtātibus, prout ſtant, reſtituēda eſſet fideicom-
miſſario poſſeſſio feudi, quia ſententia, ita de-
mum condemnat hæredem ad remittendam
D. Patrimoniali feudi poſſeſſionem, ſi prius ei
fuerit reſtitutum pretium cum melioramen-
tis, & totale intereſſe euictionis. Itaq; interim
ſeruat hæredi retentionem, quæ ſine dubio eſt
hæreditaria, tanquam perueniens ex contractu
teſtatoris, & tanquam hæreditaria debet reſti-
tui. Et hoc, meo iudicio non habet dubium.
Quo fit, vt hæredes D. Marchionis grauati nō
poſſint retinere poſſeſſionem feudi, ſed eam
debeant cum cæteris rebus hæreditarijs reſti-
tuere: nam, aut intendunt ſe poſſe eam reti-
nere virtute contractus initi cum Sereniſs. Du-
ce, & non poſſunt, quia Princeps nō potuit per
talem contractum plus iuris in alium transfer-
34 re, quam ipſe haberet. † *l. nemo plus iuris. ff. de*
reg. iur. l. traditio 20. in prin. ff. de acq. rer. dom. Vn-
de, cum ipſe non poſſet excludere hæredem, &
conſequenter, nec fideicommiſſarium. qui lo-
co hæredis eſt, à poſſeſſione feudi, niſi prius re-
ſtituiſſet pretium, & præſtitiſſet ea omnia, quæ
in ſententia continebantur, ita etiam non de-
bet fideicommiſſarius poſſe excludi ab hære-

dibus

dibus hæredis grauati, qui veniunt ex iure Prin
cipis: Aut intendunt, ſe poſſe illud retinere
virtute ſententiæ contra grauatum latæ, & nec
poſſunt, quia retentio poſſeſſionis, quæ ab ea
reſeruatur, reſpicit cõmodũ hæreditatis teſta
toris, & conſequenter fideicommiſſarii, non
hæredum grauati, vti ſupra dictum eſt, & ideò
venit in reſtitutionem. Itaq; ſiue dicamus ſen-
tentiæ ſtandum non eſſe in præiudicium fidei-
commiſſarii, quod verius eſt, ſiue ſtandum, om
nimodo, quandiu ſententiæ conditiones non
implentur, feudi poſſeſſio debet fideicommiſ-
ſario reſtitui, quia, quoad hæredes hæredis gra-
uati, qui poſſident, ſufficit fideicommiſſario
probare feudum fuiſſe poſſeſſum à teſtatore, vt
veniat in reſtitutionem, ſiue cauſa poſſeſſionis
35 fuerit iuſta, ſiue iniuſta, † *vt tradunt Guid. Pap.
q.442.num.1. Natt.conſ.400.num.7. Menoc.conſ.
1119.num.* 12. neque grauatus, aut eius hære-
des poſſunt fideicõmiſſario tefricare quæſtio-
36 nem dominii, † *vt ait Natt.d.conſ.400.nu.4.*

Neque obſt. quod ſententia lata contra hæ-
redem noceat etiam fideicommiſſarijs non ci-
tatis, quia reſpondeo diſtinguendo duos caſus:
nam, aut tractatur de ſententia, quæ declarat te
ſtamentum falſum, aut nullum, aut ruptum,
ita, vt tota hæreditate euicta ab inſtituto per cõ
ſequentias legata, & fideicommiſſa remaneãt
indebita, & tunc verum eſt ſententiam latam
contra hæredem præiudicare legatariis, & fidei
commiſſariis etiam non citatis, & ita proce-
37 dunt. † *l. ſi Patroni.5?.§.vlt.ff.ad Treb.l.ſi ſupe-
ratus.3.ff. de pign.l. ſi ſeruus plurium.53.§.1.ff.de
leg.1.l.Papin.8.§ ſi ex cauſa, & l. ſi ſuſpecta. 29.in
prin.ff. de inoffi.teſtam.l.1.§. denunciari.ff.de vent.
in.p.* Aut verò per ſententiam non euincitur
hæreditas, neque legatum, aut fideicommiſ-
ſum per conſequentias remanet indebitum,
quaſi teſtamento falſo, vel nullo, vel rupto, ſed
euincitur aliqua res particularis hæreditaria, vt
in caſu noſtro, & tunc, licet, quoad validitatẽ
ſententiæ non ſit neceſſaria citatio fideicom-
miſſariorum, eſt tamen neceſſaria, quoad infe-
rendum eis præiudicium, ſecundum ea, quæ di-
38 ximus in primo fundamento, † *& ita in ſpecie
declarant Gabr.d.conſ.42.num.6. & 8. vol. 2. &
Ozaſc.d.deciſ.157.num.* 15.

Et, quamuis plerique in hoc poſteriore caſu
contrariũ cenſuerint exiſtimantes, nõ ſolũ va-
lere ſententiam, ſed etiam nocere fideicommiſ-
ſario non citato, conſtat tamẽ negatiuam opi-
nionem, & veriorem eſſe, & à maioris autho-
ritatis viris, ac frequentiori numero receptam,
vt ibi teſtatur Gabr. numer. 10. Deinde plerique
ex iis loquuntur ſimpliciter de fideicommiſſa-
rio non citato. Itaque poſſunt intelligi de cita-
tione ſpeciali, non de generali proclamate, quod
ſaltem eſt neceſſarium, vt ſententia noceat,
39 † *Et ita reſpondet Ozaſ.d.deciſ.157.nu.14. & Gab.
d.conſ.42.nu.11.*
40 Neque obſt. † *l.ex contractu.44. ff. de re iudic.*
quæ ſola videtur huic diſtinctioni refragari,
quia reſpõdeo tractari *in d.l.* de ſubſtituto vul-
gari, qui de iure communi iam fuerat excluſus
ab hæreditate, & re, & ſpe, vtporè vulgari per
41 inſtituti aditionem extincta. † *l. poſt aditam. 5.
C.de impub.* Et, quamuis poſſet adhuc admitti,
id tamen eueniebat de iure ſpeciali, ſcilicet, quia
minor poterat aduerſus aditionem in integrũ
reſtitui, quæ res, quoniam regulariter nõ habe-
42 tur in conſideratione, † *vt tradit Bar. in l.1.nu.
19.ff.de vulg.quem ibi communiter alii ſequuntur.*
Ideo non fuit talis ſubſtitutus citandus. At ve-
rò, quando tractatur de ſubſtituto per fideicõ-
miſſum, qui ſpem probabilem habet, & quidẽ
de iure communi, verius eſt, eum debere citari
adhoc, vt ſententia cõtra grauatum lata ei no-
ceat ſecundum ea, quæ diximus in primo fun-
43 damento. † *Et ita reſpondet Purpu.conſ.367.nu.
17.& Gabr.d.conſ.42.nu.16.& ſeqq.*

Secundò principaliter reſpondeo, tunc de-
mum (etiam poſita contraria opinione) ſenten
tiam nocere fideicommiſſario, quando grauà-
to nulla poteſt adſcribi negligentia, qualis ad-
ſcribitur in caſu noſtro iuxta ea, quæ diximus
in ſecundo fundamento.

Tertiò reſpondeo dato, quod dici poſſet no-
cere adhuc tamen præbere ius retẽtionis, quod
tanquam hæreditarium reſtituendum eſt, *vti
diximus in tertio fundamento.*

Supereſt tertia, & vltima dubitatio, an ſcili-
cet de huiuſmodi fideicommiſſo fieri poſſint
aliquæ detractiones, quæ realem bonorum re-
ſtitutionem impedire poſſint. Et puto nullas
de iure fieri poſſe detractiones, quod facilè ap-
parebit ſi ſingulas ſpecies detractionum, quas
fieri poſſe ſupponunt aduerſarij conſideraue-
rimus.

Primùm enim intendunt poſſe de huiuſmo-
di fideicommiſſo detrahi legata, & debita ſolu
ta ſecundum iuris ordinarij rationem, vt de le-
44 gatis conſtat, † *ex l.2.l.vlt.C.ad Treb.l.2.in prin.
ff.eod.& tradunt Pariſ.conſ.83.num.24.volum.2.
& conſ.55.num.27.volum.3. Rum. conſ.135.nu.
10.volum.3. Natt.conſ.321.num.2.Crau. conſilio
316.num.4.Beret.conſ.115.num.7.Pereg.de fideic.
art.35.num.9. & conſi.63. num.2. vol.3. Menoch.
45 conſ.681.nu.7.* De debitis verò ſolutis, † *tradunt
Pariſ.d. conſ.55.num.27.volum.3. Natt. d. conſi.
321.num.2.verſ.3. & conſi.323.num 5. Menoch.
d.conſi.681.num.4.Pereg.d.arti.35.nu.1 & conſil.
52.num.34.vol.1.& d.conſ.63.num.1.vol.3.Surd.
conſ.253.nu.12.*

Sed eſt verius in caſu noſtro ea detrahi non
poſſe: nam ex iis pleraque legata ſunt annua,
quæ quoniam de fructibus ſui natura debent
46 ab hærede ſolui. † *l.firmio.26. §. pater.ff.quand.
dies leg.ced.l.liberto.21.§.1.ff.de ann. leg. & tradit
Iaſ.conſ.95. num.2.vol.1. Natt.d.conſ.321.nu.2.
Surd.conſi.92.num.* 14. Et ſi non fuerint ſoluta
debent ab hæredibus grauati peti non à fidei-
47 commiſſario, † *vt tradunt Iaſ. d. conſ.95.num.
2.vol.1. Natt.d.conſ.323.num.5.Peregr.de fideic.
art.4.nu.24.in fin.* Ideo ſoluta non poſſunt de-
48 trahi de fideicommiſſo vniuerſali. † *l.deducta,
58.§.qui poſt. ff.ad Treb.Natt.d.conſ.321.num.2.
Pereg.d.artic.4.nu.24.in fi. & arti.35.nu.9.* Alia
verò legata ſimplicia, Funeris impenſa, & cæ-
tera debita hæreditaria, quamuis regulariter
detrahantur, tamen in caſu noſtro detrahi non
poſſunt, quia teſtator mandauit, vt ea ſoluerẽ-
tur de redditibus hæreditariis, vt conſtat ex plu
ribus teſtamẽti clauſulis, & potiſſimum ex ea.
*Ha ordinato, & ordina, che de' detti ſuoi beni, & red
diti ſi ſatisfacci prima alle doti, &c.* Et paulò poſt,
Et altri debiti ſe gli ſaranno. Et ex illa, *Volendo,
& mandando detto Signor teſtatore, che di detti en-
trade di Milano, che ſi ſcoderanno, come ſopra ſi ſa-
tisfacci a quanto ſopra ha ordinato, & come ha di-
ſpoſto reſpettiuamente auanti ogni coſa.*) Quo fit,
vt ea

49 vt ea detrahi non poſſint. † *d. l. deducta* 58. §. *qui poſt cum ibi not. ff. ad Treb.* Et ſanè potuiſſe teſtatorem iubere, vt ſupradicta ſoluerentur ab hærede de reditibus hæreditarijs ad hoc, vt hæreditas integra reſtitui poſſet, vel ex eo intelligimus, quia teſtator poteſt grauare hæredem, vt reſtituat hæreditatem etiam cum fructibus
50 medio tempore perceptis. † *l. in fideicommiſſarijs* 18. *ff. ad Treb. late Peregr. de fideicom. art.* 49. *num.* 24. Et poteſt grauare heredem ſupra vires hæreditarias, quatenus fructus medij temporis
51 patiuntur. † *l. cum pater.* 79. §. *Titio. ff. de leg.* 2. *l. ex facto.* 17. *in prin. l. ita tamen.* 27. §. *Trebellianū. l. Lucius.* 78. §. *Maritus. ff. ad Trebell. l. quod bonis.* 15. §. *quod autē.* §. *cum fideicommiſſum. ff. ad l. Falcid. l. filiusfam.* 117. §. *vt quis hæredem. ff. de leg.* 1. *glo. in l. cohæredi.* 41. §. *cum filia in verb. tenebuntur. ff. de vulg. Bart. Caſtr. Alex. & alij in l. ita tamen* 27. §. *hæres ex aſſe. ff. ad Treb. Bald. in d. l. cum pater* 79. §. *Titio. num.* 1. *ff. de leg.* 2. *Caſtren. in d. l. quod bonis.* 15. §. *quod autē. nu.* 4. *ff. ad l. Falc. Socin. conſ.* 57. *num.* 11. 16. *&* 19. *volum.* 3. *Boer. dec.* 44. *num.* 16. *verſ. tum quia, Gabr. conſ.* 102. *num.* 8. 19. *&* 20. *volum.* 2. *Mantic. de coniect. vlt. volun. lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 20. *Peregr. de fideicom. artic.* 33. *num.* 47. *arti.* 35. *num.* 11. *& artic.* 49. *num.* 34. *Laderch. conſ.* 141. *num.* 6. *in fin.* Quo fit, vt poſſit etiam ad impediendam fideicommiſſi diminutionem iubere, vt de fructibus ſatisfiat creditoribus, & legatarijs, ne ſcilicet adueniente conditione fideicommiſſarius detractiones patiatur.

Nec obſtat, quod mandet ſolutionem fieri, *de ſuoi beni, & redditi,* non verò ſimpliciter, *de ſuoi redditi,* quia reſpondeo verba illa neceſſariò, eſſe intelligenda de ſolis redditibus hoc ſenſu, *de ſuoi beni, e redditi,* Ideſt, *redditi de' ſuoi beni,* idque conſtare ex pluribus, & primo, ex alijs partibus teſtamēti, in quibus loco verborum, *de ſuoi beni, & redditi,* legitur, *delli ducati annuali,* vel *delle entrate di Millano.* Et vna pars
52 teſtamenti declarat aliam. † *l. qui filiabus.* 17. *in prin. & l. ſi ſeruus plurium* 53. §. *vlt. ff. de leg.* 1. Secundò, quia ſi ſolutio fieri potuiſſet de corporibus, & iuribus hæreditarijs, fruſtra fuiſſet adiectum, & redditi. Tertiò, quia talem fuiſſe voluntatem teſtatoris declarauit ipſemet grauatus, qui cum ab vno ex legatarijs fuiſſet in iudicio conuentus poſt latam condemnationis ſententiam oppoſuit in executione ſe paratum ſoluere legatum iuxta formam teſtamenti, ideſt de redditibus. Et quoniam de ijs debebat ſatisfacere, omnibus legatarijs, iuxta diſpoſitionem, & mentem teſtatoris, neque hoc facere poterat propter multitudinem legatorum, niſi ſolutio diuideretur in varias penſiones, & tempora, Ideò petijt [illegible] cri talem diuiſionem vocatis omnibus quorum intererat, vt p[illegible] ter ex actis huic igitur confeſſioni, & declarationi grauati ſtandum eſt, nec poſſunt hæredes eius contrauenire, vti dictum eſt in prima dubitatione.

Deinde, reſpondeo dato etiam, quod verba illa *de ſuoi beni, & redditi,* intelligantur etiam de rebus hæreditarijs principalibus, eſſe tamen accipienda ſucceſſiuè, vt ſcilicet ſolutio primò fiat de redditibus medij temporis, & ſi illi non ſufficiant, tunc fiat de bonis ipſis: Alioquin enim, vti dixi, fuiſſet inutilis, & ſuperuacua red
53 dituum adiectio contra. † *l. ſi quando* 112. *in prin. ff. de leg.* 1.

Secundò intendunt aduerſarij poſſe de huiuſmodi fideicommiſſo detrahi dotes filiarum hæredis grauati, ſed malè, quia cum hic tractetur de fideicommiſſo extranei, ceſſat haud du-
54 biè diſpoſitio *auth. res quæ C. comm. de leg.* † *vt ibi tradunt Bart. Bald. Caſtr. Iaſ. & alij communiter, & eſſe indubitatum ait Peregr. de fideic. artic.* 41. *num.* 52. Quinimo nec in bonis ipſius grauati poſſunt conſequi dotes ſuas, niſi prius redditis fideicommiſſario rationibus, & ſolutis ijs, quorum nomine grauatus ei debitor remanſit: quia cū ſint patris hæredes neceſſariò tenent
55 æs eius alienum perſoluere. † *l. furti.* 6. §. *mandati. ff. de his qui not. inf. l. more.* 8. *ff. de acq. hæred. l. quæ dotis.* 34. *ff. ſol. matri. l. nam, & ſeruus.* 22. §. 1. *ff. de neg. geſt.* Et hoc ſaltem intra vires hæreditarias, ſi ritè fuit ab eis confectum inuentarium, de cuius validitate diſputare non eſt præſentis inſpectionis.

Tertio intendunt poſſe detrahi melioramēta, quę ſupponunt in Marchionatu facta ab hęrede grauato; verum conſtat ex depoſitionib. teſtium deterius multo factum eſſe feudum, quam eſſe tempore mortis teſtatoris, vt proinde non ſolum non poſſit eſſe locus detractioni, vt imò teneantur hæredes huiuſmodi damnum fideicommiſſario reſarcire. Deinde licet aliqua facta ſint melioramenta, quæ vel ex ipſis depoſitionibus teſtium ex aduerſa parte examinatorum non poſſunt non eſſe leuia, non tū eorum prætextu poſſunt hæredes habere aliq̄ bonorum retentionem, quia cum hę, vel ex primo inuentarij aſpectu remaneant debitrices ampliſſimæ pecuniarum ſummæ propter mobilia à grauato diſtracta, & credita exacta, facilè cum eis fieri poterit melioramentorum cōpenſatio non retardata interim bonorum reſtitutione, ne ſcilicet prętextu detractionis huius, quæ leuis eſt, ampliſſimi fideicommiſſi reſtitutio differatur.

Quartò intendunt poſſe detrahi dotem Do. Marchioniſſæ, & hoc virtute contractus initi cum Sereniſs. Duce, qui ratificando venditionem feudi, legem hanc adiecit, vt grauatus poſſit D. Marchioniſſæ dotem ſuper feudo Montis Caprelli aſſecurare. Verum ex ijs, quæ ſupra dicta ſunt, facilè eſt intelligere, in odium fideicommiſſarij nullum D. Marchioniſſæ ius competere ſuper huiuſmodi feudo: nam talis contractus potuit quidē præiudicare Principi, ſed non fideicommiſſario, qui non interuenit. Vnde propter huiuſmodi contractum non debet impediri reſtitutio feudi.

Nec obſtat ſententia contra grauatum lata, quia vti ſupra demonſtratum eſt, ea non nocet fideicommiſſario, deinde licet noceret, adhuc tū tribuit ius retentionis, quod quemadmodū excludit Principem à feudi poſſeſſione donec non implentur conditiones, & qualitates, quæ in ſententia continentur, ita etiam debet excludere D. Marchioniſſam, & alios à Principe ius habentes, ne plus iuris habeant ſucceſſores, quam authores.

Ex his igitur conſtat nullas fieri poſſe detractiones, quo fit, vt concludā pronunciato fideicommiſſo hæredes eſſe condemnandas ad bonorum omnium, & verò etiam feudi reſtitutionem cum fructibus ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus, I. C.

Pro

Pro DD. Supranumerarijs Collegij Medicorum Taurinenſium.

CONSILIVM XXXII.

ARGVMENTVM.

An Collegium poſſit quicquam ſtatuere non vocatis ijs, qui ſunt ſupra numerum.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas nihil poteſt ſtatuere, niſi vocatis omnibus, qui ſunt de corpore.*
2 *Collegiati ſupranumerarij cenſentur etiam de corpore collegij.*
3 *Vniuerſitatem diuerſam non conſtituit ampliatio perſonarum.*
4 *Vniuerſitas nihil ſtatuere poteſt ſine voluntate, & conſenſu eorum, de quorum intereſſe tractatur.*
5 *Approbari debet ab omnibus quod omnes tangit.*
6 *Qui per ſe non poteſt, nec poteſt per alium.*
7 *Deputati ab aliquo cenſentur habere poteſtatem ab eo, à quo deputantur.*
8 *Poteſtatem in alium transferre non poteſt, qui eã non habet.*
9 *Hominum inter ſe diſſidẽdi facilitas eſt naturalis.*
10 *Exemplis non eſt iudicandum.*
11 *Exempla aliorum ſequi debemus, quando res eſt dubia.*
12 *Præſcriptio non currit in ijs, quæ ſunt meræ facultatis.*
13 *Præſcriptio interrumpitur, ſi poſſeſſio, vel vſus ſaltem per alios retineatur.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

NON poteſt opera mea non eſſe ſupervacua in re, cuius deciſio ſapientiſſimis iudicibus, prudentiſſimiſq; moderatoribus eſt commiſſa. Sed, vt ijs, quorum cauſa, & debeo, & volo plurimùm, morem geram, dicam quam breuiſſimè, quid de propoſita conſultatione ſentiam.

Puto igitur iuſtiſſimam eſſe DD. ſupranumerariorum petitionem, & conſequenter nihil à numerarijs ſine illorũ vocatione ſtatui poſſe.

Primò, quia certi iuris eſt, collegium, ſiue vniuerſitatem nihil poſſe conſtituere, niſi vocatis
1 omnibus, qui de corpore ſunt. † *l. 2. C. de decur. lib. 10. & ſcribunt Bart. in l. omnes populi. 9. num. 16. ff. de iuſt. & iur. & in l. nulli. 3. num. 8. ff. quod cuiuſque vniu. Felin. in c. cum omnes col. 11. verſ. in eadem glo. extr. de conſtit. Ruin. conſ. 189. num. 1. vol. 1. Decian. conſ. 103. num. 14. volum. 3.* Dubium autem nõ eſt, quin ita de corpore col-
2 legij ſint ſupranumerarij, vt numerarij, † *vt in terminis ſcribit Alex. conſ. 178. num. 19. verſ. vnde vol. 2. quẽ ſequitur Bertach. in tract. de gabell. part. 8. q. 3. nu. 68.* ſcilicet, quia ampliatio perſonarum diuerſam non conſtituit, vniuerſitatem.
3 † *l. ſicut. 7. §. fin. ff. quod cuiuſque vniu. l. proponebatur. 76. ff. de iudic. l. rerum mixtura. 30. ff. de vſuca. l. ſi grege. 22. ff. de leg. 1. l. peculium naſcitur. 41. ff. de pecul.* Debent igitur omnes tam numerarij, quã ſupranumerarij in collegij rebus agendis, & terminandis conuocari.

Secundò verò multo magis hoc dicendum eſt in actibus, de quibus agitur, vtpote in quib. tractatur de omnium collegiatorum intereſſe, & præiudicio, vel ratione obligationis, vt in condendis ſtatutis, quæ omnes ligãt, vel ratione emolumenti, vt in laureandis gratiosè, vel publicè admittendis, quo caſu vel duplum remittitur, vel ſimplum eius pecuniæ, quæ inter omnes collegiatos eſſet diſtribuenda, vel ratione exiſtimationis, vt in conſultationibus ſub nomine collegij proferendis, aut laureandis contra ſuffragia ſupranumerariorũ admittendis: Nam hoc ſtante ſequitur, nihil ſine eo-
4 rum voluntate, & conſenſu ſtatui poſſe, † *vt ſcribunt Abb. in cap. ꝗ nuntios nu. 21. de præſcrip. Felin. in cap. cum omnes col. 1. verſ. hanc concluſionem, de conſtit. Ruin. conſ. 130. num. 5. vol. 5. Pariſ. conſilio 90. nu. 7. vol. 4.* quia, quod omnes tangit, ab om-
5 nibus debet approbari. † *l. vlt. C. de auth. præſt. c. quod omnes tangit de regu. iur. in 6. & in terminis vniuerſitatis ſcribit Pariſ. d. conſ. 90. nu. 7. vol. 4.*

Tertiò perperam videtur hoc in dubium reuocari à numerarijs fatentibus, vocandos eſſe duos conſiliarios ex ſupranumerarijs, qui hactenus a cæteris eligi, & deputari conſueuerũt, vt omnium nomine ſeſſionibus interſint: nam, ſi ſupranumerarij per eos interuenire poſſunt,
6 cur non, & per ſemetipſos, ac perſonaliter? † *ex regula l. filiusfam. 8. in prin. l. ſeruum. 53. in princ. ff. de procur. l. neque per ſe. 10. & ibi Bar. C. de hære. inſtit. Bar. in l. Labeo. 8. §. 1. ff. de vſucap.* Cũ enim duo illi conſiliarij poteſtatem, & authoritatẽ interueniendi, non à ſemetipſis conſequantur,
7 ſed ab ijs, à quibus deputantur: † *l. item eorum. 6. §. 1. ff. quod cuiuſque vniu. l. 1. §. qui mandatam. l. 3. ff. de offi. eius l. ſolet. 16. ff. de iuriſd.* ſi ſupranumerarij non haberent authoritatem interueniendi, & intercedendi, nec eam in deputatos
8 transferre poſſent. † *l. traditio. 20. in princ. ff. de acq. rer. dom. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.* Idque multo magis dicẽdum eſt, ſtante, quod illi duo conſiliarij, qui deputãtur, ſunt, & ipſi ex ſupranumerarijs: nam, ſiue nomine proprio cẽſeantur interuenire, ſiue (quod verius eſt) omnium communi nomine, ſemper verum eſt, ſupranumerarios intereſſe.

Quartò confirmantur hæc exemplo ducto à collegio iuriſconſultorum, in quo, vt, & in collegio medicorum ſunt, & numerarij, & ſupranumerarij, imo quatuor numerorum ordines, vnus intra duodecim, intra 36. alter, tertius, qui extenditur vſque ad 80, participes emolumentorum, & quartus, qui cæteros omnes comprehendit, Et tamen nihil in eo ſine ſupranumerariorum vocatione ſtatui, determinarique ſolet, vt eſt notorium; Cur non igitur idem, & in medicorum collegio ſeruandum eſt? Maximè, cum diuerſitatis, vel nulla poſſit afferri ratio, vel, ſi poteſt, maior ſit in collegio iuriſconſultorum cauſa denegandæ ſupranumerariorum vocationis, quàm in collegio medicorũ, propter illorum maiorem multò, quam horum numerum, qui ſine dubio maiorẽ præbet, tàm in congregando, quàm in determinando difficultatem, ac perplexitatem, propter naturalem hominum (maximè iuriſconſultorum) inter
9 ſe diſſidendi facilitatem. † *l. item ſi vnus 19. §. principaliter. ff. de arbitr.* Et, quamuis exemplis
10 non ſit iudicandum. † *l. nemo. 13. C. de ſentent. & interloc. omn. iud.* tamen, quando res eſt dubia, aliorum

Digitized by Google

11 taliorum exemplum ſequi debemus, † *vt ait Surd.conſ.311.num.17.*

Quinto, & vltimo hoc fieri debere ſuadet publica vtilitas, ſi vera ſunt; quæ in facto ſupponuntur: nam, quia rerum omnium, quæ ſpectant ad collegium, determinatio in arbitrio pauciorum eſt repoſita, fit, vt non obſtantibus cōtrariis ſupranumerariorum ſuffragijs ſoleāt ad doctoratum promoueri etiam ij, qui vix primoribus labris philoſophiæ, medicinæq; præcepta deguſtarunt ſpretis veterum ſtatutorum ordinibus, neglectoq; ritu, qui à priſcis eiuſce collegij medicis olim ſeruari conſueuerat, tàm ratione temporis, quod ſtudijs fuit præ nitum, quàm ratione publicarum recitationū, & prælectionum, nec non ſemeſtris exercitationis, & practicæ, quàm vetera ſtatuta requirebāt à laureandis, † t hoc cum magno noſtrum omniū, qui medicorum curationi vitā committimus, periculo, cui, vel eo magis eſt occurrēdum, quo certum eſt, ab imperiti medici ſententia nullā dari appellationem, quæ ſuperioris authoritate primæ ſententię iniquitatem emendet. Huic autem occurretur haud dubiè per omniū collegiatorum vocationem, & interuentum, ſi (vti par eſt) ſupranumerariorum etiam ſuffragia vim ſuam obtinebunt, nec quicquam, niſi duabus collegi partibus cōſentientibus, (prout iuris eſt,) ſtatuetur.

Nec ſupranumerariorum petitioni præſcriptio, ſiue conſuetudo allegata nocet, tum quia in iis, quæ ſunt meræ facultatis, nulla currit præ
12 ſcriptio. † *l. 2. & ibi Bar. ff. de via publ. Gabr. tit. de præſcrip. concl. 10. num. 1. Decia. conſ. 108. num. 21. vol. 3. Menoch. conſ. 143. num. 3. Surd. conſ. 127. num. 21.* tum etiam, quia, licet currere potuiſſet, fuit tamen per interuentum duorum conſiliariorum, qui à cæteris deputari cōſueuerunt, interrupta: Satis enim eſt, poſſeſſionē, vſumq; per alios retineri, vt facultatis præſcriptio di-
13 catur interrupta. † *l. ſeruitus 5. cum l. ſeq. ff. quemadmo. ſeru. am.* Quinimò, cum & ipſimet ſupranumerarij omnes ſæpius dicantur interueniſſe, & ſuffragia dediſſe, nulla præſcriptio poteſt aduerſus eos allegari, prout iuris eſſe cenſeo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Perill. D. Franciſco Mercurio.

CONSILIVM XXXIII.

ARGVMENTVM.

An pater grauatus hæreditatē filijs ſuis poſt mortem reſtituere poſſit eam reſtituere in vita in præiudicium creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus reſtituere poſt mortem poteſt reſtituere etiam in vita, Declara, vt nu. 12.*
2 *Pater grauatus poſt mortem ſuam filijs reſtituere, poteſt reſtituere in vita etiam in fraudem creditorum, Sed contra num. 3. Declara tamen, vt num. 13.*
4 *Fideicommiſſum relictum poſt mortem hæredis eſt conditionale.*
5 *Dies incertus facit conditionem.*
6 *Fideicommiſſarius conditionalis ante euentum cōditionis nullum in re ius habere intelligitur.*
7 *Grauatus ſub conditione reſtituens ante euentum conditionis cenſetur eam repræſentare, Sed contra num. 8.*
9 *Reſtitutio facta à grauato ante euentum conditionis non transfert ius quaſi ex fideicommiſſo, ſed quaſi ex donatione, & contractu grauati.*
10 *Grauatus non poteſt facere, vt ſubſit fideicommiſſum, niſi in caſu, de quo teſtator eſt locutus.*
11 *Abſurdum eſt, plus cuiquam tribui, quam teſtator voluerit.*
14 *Fideicommiſſum olim non poterat reſtitui filio à patre, quandiu illum in ſua poteſtate retinebat.*
15 *Fideicommiſſum relictum filio in caſum mortis patris, cenſetur etiam relictum in caſum emancipationis.*
16 *Caſus porrigitur ad caſum in conditionibus neceſſarijs.*
17 *Declaratur l. patrem. 19. ff. quæ in fraud. cred. & num. 19.*
18 *Pater olim grauatus reſtituere hæreditatem filio ſuo purè cenſebatur grauatus reſtituere poſt mortem.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

FRequens eſt, quæ diſcutienda proponitur, controuerſia, de qua, quid ego ſentiam, ſæpiſſimè conſultus prima fronte exiſtimaui, creditores perperam, & ſine fundamento iuris impugnare fideicommiſſi reſtitutionem, quia certi iuris eſt, grauatum fideicommiſſo, cum moritur, poſſe, & ante mor-
1 tem reſtituere. † *l. poſt mortem. 12. C. de fideicom.* Idque procedere, etiamſi talis reſtitutio præiudicet creditoribus, quia, qui fideicommiſſum ante mortem reſtituit, non videtur fraudare creditores, ſed potius plenam fidem exhibere,
2 † vt eſt tex. *in l. patrē. 19 ff. quæ in fraud. cred.* per quem Bal. *in rub. C. de reuo. ys, quæ in fraud. cred. num. 6. verſ. Rurſus quæro,* ſcribit, patrem grauatum filio reſtituere poſt mortem poſſe reſtituere etiam in vita, &, quoad fructus in fraudem creditorum, Quod dictum Baldi ſequūtur *Iaſ. in d. l. poſt mortem. 12. num. 2. & in §. item ſi quis in fraude. nu. 127. inſt. de actio. Menoc. conſ. 704. nu. 43. & Peregr. de fideic. artic. 3. num. 127. vbi ait Bald. opinionem poſſe ſuſtineri, & apertius probat in conſi. 46. nu. 2. volum. 3. refert etiam Surd. conſ. 264. num. 14.*

Verùm re diligentiùs perpenſa, contrarium de iure verius eſſe cenſeo, non valere ſcilicet,
3 † hanc præmaturam fideicommiſſi reſtitutionem in præiudicium, & fraudem creditorum, quibus ex fructibus medio tempore percipiendis ſatisfieri poteſt.

Hoc autem, vt exiſtimem, me maximè mouet illud, quia dubium non eſt, quin fideicommiſſum poſt mortem patris relictum, ſit con-
4 ditionale. † *l. hæres meus. 78. in prin. ff. de condi. & dem. l. ſi cum hæres. 4. ff. quand. dies leg. ced.* tanquā relictum ſub die incerta, quæ conditionem in
5 teſtamento facit. † *l. dies incertus 74. ff. de condit. & dem.* Hinc ſequitur expectandam eſſe mor-

tem

tem patris ad hoc, vt filijs competat aliquod
ius in fideicommiſſo, quia fideicommiſſarius
conditionalis ante euentum conditionis nul-
6 lum in re ius habere intelligitur. † *l. facta.63.§. ſi ſub conditione.ff. ad Treb.l.is, cui 41.ff. de act. & oblig.l. ſi ita ſcriptum.46. §. ſi ſub conditione.ff. de leg. 2. & in ſpecie ſcribit Peregr. de fideicom. artic. 41.num.4. & art.43.num.9. & conſ.47.num.3. & conſ.51.num.26.vol.1.*

Nec eſt, quod reſpondeas, conditionem ha-
beri pro impleta eo ipſo, quod grauatus reſti-
tuit in vita, quaſi hoc modo cenſeatur condi-
7 tionem repreſentare, † *vt not. in d.l. poſt mortem,*
8 *& d.l. patrem,* quia contrarium verius eſt, † vt pa-
tet ex eo, quia, ſi conditio repræſentaretur, trãſ-
ferret ius quaſi ex fideicommiſſo. Atqui non
transfert, cum is, cui præmaturè reſtituitur, non
cenſeatur habere bona ex diſpoſitione teſtato-
ris, ſed potius ex donatione, & contractu gra-
9 uati, † *vt eſt tex. in l. ſed ſi ante 10.ff. ad Treb. & in ſpecie declarant Bart. in d.l. poſt mortem.num.3. & ibi Caſtr.num.2.verſ. dicunt ergo, idem Caſtr. in l. ſed, ſi alio.9.§. fin.ff. ad Treb. Pereg. de fideic. artic. 2.num.51. & art.4. num.3.* Non repræſentatur
ergo conditio. Et ſanè grauatus poteſt quidem
donare, ſed facere, vt id, quod donat, ſit fideicõ-
miſſum, quaſi à teſtatore relictum, niſi in caſu,
10 de quo teſtator locutus eſt, non poteſt, † cum
abſurdum ſit, plus cuiquam tribui, quam teſta-
11 tor voluerit. † *d.l. facta. 63.§. ſi ſub conditione.ff. ad Treb.* & plus intelligatur etiam reſpectu tẽ-
poris, & conditionis. *§. plus inſtit. de actio.* Hinc
fit, vt de tali reſtitutione facta ante euentum
conditionis, & ſic præmaturè, idem ſit iudican-
dum, quod de alijs contractibus ipſius grauati,
& ideo, cum contractus facti in fraudem credi-
torum reuocari poſſint. *l.1.ff. quæ in fraud. cred.*
conſequens eſt, vt eodem modo reuocanda, &
retractanda ſit præmatura reſtitutio, Id, quod
clariùs apparebit ex ſolutione contrariorum.

Non obſtat igitur. *l. poſt morte.12. C. de fideic.*
quia reſpondeo, talem reſtitutionem poſſe fie-
ri in præiudicium reſtituentis, ſed non in præiu-
12 dicium tertij, & ſic creditorum, † *vt declarant Iaſ. in d.l. poſt mortem.num.2. Dec. in l. cum tempus 17.poſt num.1.ff. de reg. iur. Morot. conſ.3.nu.12.*

Nec obſtat, quod imo fieri poſſit etiam in
præiudicium creditorum *ex d.l. patrem, & d. doctr. Bald. in rub. C. de reuoc. don.* quia reſpondeo,
13 in hac re duos caſus † conſiderari poſſe, quorũ

Primus eſt, quãdo pater grauatus eſt ab vxo-
re filio communi reſtituere poſt mortem, & ſic
ſub conditione, quæ olim erat neceſſaria, ſcili-
cet, quia filio in poteſtate conſtituto non po-
terat olim cum effectu reſtitui fideicõmiſſum
14 propter impedimentum patriæ poteſtatis. † *l. vbi purè. 19. in prin. & l. epiſtolam.75. §. fin.ff. ad Treb. & tradunt omnes in l. cum filiofam.14. ff. de leg.1.* Et tunc verum eſt, ſi pater non expectata
morte reſtituat filio emancipato, non cenſeri
eum fraudare creditores, ſed potius plenam fi-
dem exhibere, quia, licet fideicommiſſum, quo
ad verba ſit relictum in caſum mortis, tamen
inſpecta mente teſtatricis cenſetur relictum in
omnem caſum, quo filius fiat ſui iuris, & ſic ẽt
15 in caſum emancipationis. † *l. mulier 22. in prin. ff. ad Treb. l. fideicommiſſa.11.§. ſi, cum ita ff. de leg. 3. l. ſi ita eſſet 15.ff. quand. dies leg. ced.* cum talis cõ-
ditio non ſit voluntaria, ſed neceſſaria ſi non
ad actum, ſaltem ad effectum actus, & in con-
ditionibus neceſſarijs caſus ad caſum porriga-
16 tur, † *vt poſt Bart. in l. Gallus, 29.§. & quid ſi tantum.ff. de lib. & poſth. tradunt ibi communiter omnes.* Quamobrem dicimus in huiuſmodi con-
ditionibus non referre, vtrum quid ex æquipol-
lentibus, fiat. *d.l. mulier.22. in prin.ff. ad Trebell.*
nec curari de modo, dummodo ſequatur effe-
ctus. *l.3.C. de inſti. & ſubſtit.* Hinc ſequitur, patrẽ
grauatum poſt mortem reſtituere non frauda-
re creditores, ſi in vita reſtituat emancipato,
quia facit id, quod teſtatrix, ſi non expreſsè, ſal-
tem tacitè, & veriſimiliter voluit. Et in his ter-
minis procedit. *l. patrem 19.ff. de priuil. cred.* nã
17 ibi † vxor purè grauauerat maritum, vt hære-
ditatem filio reſtitueret, ſed, quia non poterat
fieri reſtitutio viuo patre propter impedimen-
tum patriæ poteſtatis, ideo iuris quadam neceſ-
ſitate intelligebatur fideicommiſſum relictum
18 poſt mortem patris. † *d.l. vbi purè.19. in prin. d. l. epiſtolam.75.§. fin.ff. ad Treb. l. legatarius. 8.§. ſi. l. fideicommiſſa.11.§. ſi filio. ff. de leg.3. l. filiam.17. ff. de aur. & arg. leg. & tradunt omnes in d. l. cum filiofam. 11.ff. de leg. 1.* Itaq; commodum illud,
quod pater percipiebat in vita, non dicebatur
percipere ex voluntate teſtatricis, ſed ex iuris
neceſſitate. Si igitur pater in hoc caſu non ex-
pectata morte filium emancipaſſet, & ei reſti-
tuiſſet hæreditatem, non videbatur fraudaſſe
creditores, quia exhibuerat potius plenam fi-
dem, & debitam pietatem, quã aliquid in frau-
dem creditorum egiſſet.

Secundus verò caſus eſt, quãdo pater ab ex-
traneo grauatur reſtituere filio ſub conditione
voluntaria, vt hodiè eſt etiam cõditio mortis,
vel emancipationis, cum filius ſit capax acqui-
ſitionis, Et tunc verius eſt, ceſſare diſpoſitionẽ.
d.l. patrem, & conſequenter non poſſe fieri reſti-
tutionem ante mortem in fraudem creditorũ,
quia talis reſtitutio non fit ex mente teſtatoris,
quippe, qui voluit grauatum percipere com-
modum medij temporis, ſed fit ex voluntate,
& liberalitate patris, quæ creditoribus non de-
bet obeſſe. Et ita intelligendam, & reſtringen-
19 dam diſpoſitionem. *d.l. patrem,* apparet † ex gl.
ibi, & Bart. dum reſpondendo ad contraria ita
ſcribit. *Hoc, quod hic dicitur, quod pater poterat differre, non erat ex voluntate defuncti, ſed ex neceſſitate, quia filio in poteſtate conſtituto non poterat reſtitui, vnde obligatio illa non videtur habere diẽ, ideo creditores non videntur fraudari, ſed ibi loquitur, quando obligatio de ſui natura habet diem, ideo creditores videntur fraudari.* Hoc idem ſenſit
Bald. *in d. rub. C. de reu. ijs, quæ in frau. cred.* quẽ
recentiores malè in contrariam ſententiam
traxerunt: nam ait, ideo patrem poſſe ſtatim
reſtituere, *quia hoc caſu ex præſumpta mente teſtatricis non præſumitur fideicommiſſum conditionale, ſed ad beneplacitum patris:* loquitur enim de
caſu propoſito. *in d.l. patrem,* vbi conditio mor-
tis erat neceſſaria, & appoſita potius fauore fi-
lij, quam fauore patris grauati. At in alijs caſi-
bus, in quibus tempus videtur appoſitum fauo-
re grauati, aliud ſtatuendum cenſet, dum ſubij-
cit hæc verba. *Generaliter autem refert, aut quis rogatus eſt reſtituere ante mortem ſuam, & tunc poteſt reſtituere confeſtim etiam ex Trebelliano, aut poſt mortem, & tunc videtur ineſſe conditio.* Et ita
Baldum declarat Caeph. *conſ. 472 nu.75. & 76.*
vt proinde malè trahatur ad alios caſus, in qui-
bus ceſſat ratio. *d.l. patrem.* Et ita iuris eſſe cen-
ſeo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Proillu. D. Io. Baptiſta Schiaſſignato.

CONSILIVM XXXIIII.

ARGVMENTVM.

An legitimatus per ſubſequens matrimonium excludat ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filiis legitimis ex legitimo matrimonio, & an pariter cum alijs poſt matrimonium natis admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Ex, dictio, denotat cauſam immediatam.*

2 *Legitimati per ſubſequens matrimonium non ſunt immediate nati ex legitimo matrimonio.*

3 *Legitimati per ſubſequens matrimonium ſunt legitimi.*

4 *Legitimati per ſubſequens matrimonium ſunt legitimi ex legitimo matrimonio.*

5 *Matrimonium eſt cauſa legitimationis filiorum.*

6 *Verba teſtatoris cui conueniunt, conuenit etiam diſpoſitio.*

7 *Verba in teſtamentis ſunt accipienda verè, & propriè, non fictè, & impropriè.*

8 *Legitimati per ſubſequens matrimonium ſunt legitimi verè, & propriè.*

9 *Legitimati per ſubſequens matrimonium ſunt verè, & propriè legitimi ex legitimo matrimonio.*

10 *Legitimatio verè, & propriè a lege inducitur.*

11 *Legitimati per ſubſequens matrimonium nõ ſunt nati ex legitimo matrimonio, niſi fictè, & impropriè.*

12 *Legitimati per ſubſequens matrimoniũ verè ſunt nati naturales, & non ex legitimo matrimonio.*

13 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundũ tempus verbi.*

14 *Qualitas non conſtricta tempore, ſufficit, ſi ſit verificata tempore aduenientis conditionis.*

15 *Qualitas legitimi ex legitimo matrimonio ſufficit, ſi ſit verificata tempore mortis grauati.*

16 *Participium, an & quando, & quale ſit in conditionibus ſubaudiendum, & nu. 17.*

18 *Subauditio ea potius eſt facienda, quæ fauet matrimonio.*

19 *Teſtatoris voluntas cenſetur eſſe conformis diſpoſitioni iuris communis.*

20 *Legitimati per ſubſequens matrimonium, & nati legitimè de iure communi non differunt.*

21 *Legitimati per ſubſequens matrimonium ita ſunt legitimi ex legitimo matrimonio, vt nati legitimè.*

22 *Conditioni, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis cur addantur hæc verba, ex legitimo matrimonio.*

23 *Monaſterium legitimi filij appellatione cõtinetur.*

24 *Verba, ita, quod declarant, & reſtringunt qualitatem præcedentem.*

25 *Geminatio qualitatis magis enixam oſtendit teſtatoris voluntatem.*

26 *Teſtator, ſi voluiſſet, quod non dixit, vtiq; ſciuiſſet id exprimere.*

27 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium venit appellatione filiorum in conditione, ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio, nõ adiecto participio, natis, & nu. 28.*

29 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filijs natis, vel procreatis ex legitimo matrimonio, Sed contra nu. 30.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Viſis, ac diligenter perpenſis teſtamenti verbis non putaui mihi laborandũ in exquirenda veritate quæſtionis illius agitatæ, an in fideicommiſſis appellatione filiorum ex legitimo matrimonio natorũ contineantur legitimati per ſubſequens matrimonium, quia nec eſt neceſſe, nam, cum in propoſita ſpecie facta ſit reciproca ſubſtituto ſub cõditione, ſi quis ex inſtitutis deceſſerit ſine filijs legitimis, & ex legitimo matrimonio nullo iũcto participio natis, vel procreatis, nõ puto dubitandum, quin legitimati per ſubſequens matrimonium ita filiorum appellatione cõtineatur, vt & ſubſtitutum excludant, & pariter cum alijs ex legitimo matrimonio natis ad bona teſtatoris admittantur: ceſſant enim in hac ſpecie rationes omnes, quibus ad legitimatorum excluſionem DD. vtuntur: Etenim

In primis, ſi ſpectemus verba teſtatoris, licet ea non videantur legitimatis per ſubſequens matrimonium conuenire, ſi teſtator dixerit, ſine filijs ex legitimo matrimonio natis ſcilicet, quia dictio, ex, denotat cauſam immedia-
1 tam. † *l. eo tempore. 51. §. fin. ff. de pecul. l. non dubium. 5. C. de legib. l. 1. C. ſi ſeru. exter. Bar. in l. 1. §. ex incendio num. 1. ff. de inc. ruin. naufr. Alex. conſ. 56. num. 3. & conſ. 61. num. 6. volu. 5. Soc. ſen. conſ. 51. num. 7. vol. 4. Pariſ. conſ. 20. num. 39. volu. 4. Roll. conſ. 54. num. 11. vol. 3. Decia. conſ. 9. num. 8. vol. 2. Menoc. conſ. 318. num. 4.* & eo modo legitimati non videntur immediatè nati ex legi-
2 timo matrimonio, † *vt conſiderant Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 12. num. 17. Rollan. conſ. 100. num. 38. vol. 2. Pereg. de fideicom. art. 24. num. 31. & Cauall. in tract. comu. contra comm. q. 2. num. 73.* In ſpecie tamen propoſita dempto participio, natis, ſine dubio conueniunt: nam
3 ita legitimati sũt legitimi. † *tit. Auth. quib. mod. natu. eff. leg. coll. 6.* & ſunt legitimi ex legitimo
4 matrimonio. † *§. legitimi Auth. quib. mod. natu. eff. ſui coll. 7. Ladereb. conſ. 24. nu. 1.* quippe quod
7 eſt cauſa ſuæ legitimitatis, † *vt tradunt Natt. conſ. 602. num. 2. Peregr. d. art. 24. in prin. & num. 1. circa fin. & Cauall. in d. tract. comm. contra cõm. q. 606. num. 23.* & quidem immediata: Neque enim cõſiderari poteſt alia cauſa, propter quã ſint legitimi præter legitimum matrimoniũ, quod, licet nõ ſit cauſa immediata, cur ſint nati legitimi, eſt tamen immediata, cur ſint legitimi. Cum igitur ita legitimatis conueniant verba teſtatoris, debet vtique eis conuenire, &
6 eiuſdem diſpoſitio. † *l. 4. §. totus vbi Bart. & alij. ff. de damn. infect. & in his terminis tradunt Socin. iun. conſ. 77. num. 5. vol. 3. & Ladereb. d. conſi. 24. num. 3.*

Neque eſt, quod aliquis obijciat conuenire quidem verba, ſed fictè, & impropriè, ideoq; non ſufficere, vt ex voluntate teſtatoris, vel excludant ſubſtitutum, vel pariter cum alijs admittantur, cũ in teſtamentis verba verè, & propriè ſint accipienda non fictè, & impropriè.
7 † *l. fin. C. de his qui ven. ætat. imp. l. non aliter. 67. in prin. ff. de leg. 3. & in terminis legitimatorum conſiderarunt Bald. in l. Gallus. 29. §. ſicius in fin. ff. de lib. &*

lib. & poſt Caſtr. in d. l. fin. num. 5. C. de his, qui ven.
æt. imp. Alex. conſ. 5. nu. 7. vol. 7. Roll. d. conſ. 100.
num. 35. vol. 2. Cæphal. conſ. 82. num. 12. conſ. 111.
num. 9. conſil. 276. num. 22. & conſil. 364. num. 29.
Mantic. d. tit. 12. nu. 18. & 19. Theſ. deciſ. 196. num.
4. verſ. ad allegata. Pereg. d. art. 24. num. 32. & Ca-
uall. d. q. 2. num. 74. Soc. iun. conſ. 12. num. 15. vol. 4.
quia reſpondeo imo conuenire propriè, & ve-
rè: nam legitimati per ſubſequens matrimoniũ
8 ſunt verè, & propriè legitimi, † vt tradunt Ca-
ſtren. in d. l. fin. num. 5. C. de his, qui vent. æt. imp.
Abb. in cap. tanta. num. 4. qui fil. ſint leg. Affl. deciſ.
195. num. 3. Ludo. de Sard. de legitimat. verſ. 4. vi-
dendum eſt. num. 2. Ant. de Roſel. de legitim. part.
1. §. vlt. videndum. num. 4. Conar. in Epito. de ſpon.
part. 2. cap. 8. §. 2. num. 25. Gabr. in tit. de legitim.
conclu. 1. in prin. & num. 18. Hyer. Gabr. conſ. 21.
num. 36. vol. 1. Roll. d. conſ. 100. num. 37. vol. 2. Cæ-
phal. d. conſ. 82. num. 13. & 67. Mantic. d. titu. 12.
num. 19. Caph. conſ. 541. num. 34. Andr. Gail. lib. 2.
obſer. 141. num. 1. Theſ. d. deciſ. 196. num. 4. in fin.
Pereg. d. art. 24. num. 1. Menoc. conſ. 225. num. 6.
& conſ. 227. nu. 9. & ex legitimo matrimonio,
9 † vt ſcribit Lader. d. conſ. 24. nu. 1. & 10. cum hoc
iuris ſit, & a iure verè, & propriè inductum,
10 † vt tradunt Roll. conſ. 83. num. 15. vol. 3. Cæphal.
d. conſ. 82. num. 68. Mantic. d. tit. 12. nu. 19. Menoc.
conſ. 266. num. 4. Surd. conſi. 571. num. 45. in fin.
Non enim in hoc conſideratur fictio, & impro
prietas, ſed in eo tantum, vt cẽſeantur nati, vel
procreati ex legitimo matrimonio, quia hoc
11 dici non poteſt, niſi fictè, & impropriè, † vt ſcri
bunt Caſtr. in d. l. fin. num. 5. C de his, qui vent. æt.
imp. Soc. iun. d. conſ. 12. num. 12. & 15. vol. 4. Hyer.
Gabr. d. conſ. 21. num. 36. volu. 1. Roll. d. conſ. 100.
num. 37. vol. 2. Natt. conſ. 624. num. 19. Cæphal. d.
conſ. 82. num. 13. & 20. d. conſ. 276. num. 24. & d.
conſ. 364. num. 30. Mantic. d. tit. 12. nu. 19. Theſ.
d. deciſ. 196. num. 4. verſ. ad allegata & Men. conſi.
16. num. 7. Verè enim nati ſunt naturales, & nõ
12 ex legitimo matrimonio. † §. fi. inſt. de nupt. §.
quibus inſt. de hær. quæ ab int. def.

Secundò verò, ſi ſpectemus tempus, quo de-
bet interuenire qualitas illa, ex legitimo ma-
trimonio à teſtatore requiſita, licet interueni-
re debeat inſpecto tempore natiuitatis, quan-
do teſtator ita eſt locutus, ſi deceſſerit ſine filijs
ex legitimo matrimonio natis, ſcilicet, quia
qualitas illa adiecta verbo, debet intelligi ſe-
13 cundum tempus verbi. † l. in delictis. 4. §. ſi ex-
traneus. ff. de noxal. l. Titius. 26. ff. de mil. teſta. l. ex
facto. 17. §. pen. ff. ad Treb. & in terminis legitima-
torum conſiderant Alex. d. conſ. 5. num. 3. volum. 7.
Ruin. conſ. 92. num. 13. vol. 3. Roll. d. conſ. 100. nu.
27. vol. 2. Nat. conſ. 602. num. 2. & conſ. 624. num.
19. Mantic. d. tit. 12. num. 19. Theſ. d. deciſ. 196. nu.
4. verſ. ad allegata. Peregr. d. art. 24. nu. 29. Cauall.
d. q. 2. num. 69. In propoſita tamẽ ſpecie, in qua
dempto principio, natis, vel procreatis, non
poteſt ea qualitas dici iuncta verbo, nõ eſt ne-
ceſſe, vt interueniat tempore natiuitatis, ſed
ſufficit, ſi interueniat tempore aduenientis con
ditionis, ideſt mortis grauati: nam qualitas à te
ſtatore requiſita, vel in fideicõmiſſarij, vel in gra-
uati, vel in alterius perſona, ſi nullo fuerit con
ſtricta tempore, debet verificari inſpecto tem-
14 pore aduenientis conditionis, † vt latè oſtendit
Menoc. conſ. 269. num. 3. in fin. Cum igitur tem-
pore mortis grauati habeant eius filij legiti-
mati qualitatem à teſtatore requiſitam, vt ſint
legitimi ex legitimo matrimonio, debet hoc
ſufficere tàm ad excluſionẽ ſubſtituti, quàm
15 ad eorum vocationem, † vt conſiderat Laderch.
d. conſ. 24. nu. 1.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, participium
illud natis, quamuis non fuerit expreſſum, eſſe
tamen ſubaudiendum, quia oratio ſine illo
16 non videtur poſſe conſiſtere, † vt in terminis
tradit Caph. d. conſ. 364. num. 24. quia reſpondeo
primò ſubauditionem participij non eſſe fa-
ciendam in caſu noſtro, in quo perfecta eſt ora
17 tio, & ſine participio conſiſtere poteſt, † vt re-
ctè ſcribit Laderc. d. conſ. 24. num. 4. & eſt de mente
Ruin. & Menoch. allegatorum in 6. fundamen-
to, qui in omiſſione participij vim omne conſtituunt.
Secundò reſpondeo dato citra veri præiudi-
cium, quod talis oratio conſiſtere non poſſit,
niſi facta ſubauditione alicuius participii, non
tamen ſequi ſubaudiendum eſſe participium
natis, vel procreatis, cùm fieri poſſit ſubaudi-
tio alterius participij, nempè exiſtentibus, &
hoc modo fieri interpretatio, ſi deceſſerit ſine
filijs legitimis, & ex legitimo matrimonio, id-
eſt, qui ſint legitimi ex legitimo matrimonio,
quales ſunt per ſubſequens matrimonium legi
timati, quæ ſubauditio ideo potiusquàm ſupe-
rior eſt facienda, quia eſt fauorabilior matri-
18 monio, † vt ſcribunt Abb. in cap. fi. de re iud. & in
cap. 2. num. 3. de cogn. ſpir. Iaſ. in l. 1. num. 8. ff. ſol.
matr. Pereg. d. art. 24. num. 24. Cauall. d. q. 2. num.
69. & d. q. 606. num. 38. & conſequenter magis
conſona voluntati teſtatoris, qui in dubio nõ
cenſetur voluiſſe excludere legitimatos per
ſubſequens matrimonium: nam in dubio vo-
luntas eius cenſetur eſſe conformis diſpoſitio-
19 ne iuris communis, † vt tradunt Alex. in l. Gal-
lus. 29. §. quidam rectè num. 12. ff. de libe. & poſt
Iaſ. conſ. 215. col. 7. verſ. 3. principaliter vol. 2. Soc.
iun. conſ. 133. num. 22. vol. 1. Natt. conſ. 675. num.
9. Capu. conſ. 16. num. 33. & Menoc. conſ. 266. nu.
1. quo nulla conſtituitur differentia inter legi-
timè natos, & legitimatos per ſubſequens ma-
20 trimonium. † l. cum quis. 10. l. nuper. 11. C. de nat.
lib. §. 1. Auth. quib. mod. nat. eff. leg. coll. 6. §. reliqui.
Auth. quib. mod. nat. eff. ſui coll. 7. Menoc. cõſ. 266.
num. 2. Peregr. conſ. 28. num. 1. vol. 1. Lader. d. conſ.
24. nu. 1. & 13. verſ. 2. Idque, vel eo magis ad-
mittendum eſt in caſu noſtro, quo teſtator ali-
quando ſimpliciter dixit, ſi deceſſerit ſine filijs
legitimis ex legitimo matrimonio, quo caſu
ita ſimpliciter fieri poteſt interpretatio, ſi de-
ceſſerit ſine filijs, qui ſint legitimi ex legitimo
matrimonio, Itaque qualitas illa non debet in-
telligi appoſita verbo, naſcentur, ſed potius
verbo, ſint, quod ante grauati mortem quãdo-
cunque verificari poteſt: ita enim ſunt legiti-
mi ex legitimo matrimonio, qui per ſubſequẽs
matrimonium legitimati ſunt, vt qui ab initio
21 nati ſunt legitimi, † vt ſcribit Lader. d. conſi. 24.
num. 1.

Neque obſt. conſil. Cæphal. 364. quia præter
id, quod eius opinio non eſt vera, & contrariũ
tenuerunt magis communiter DD. vti poſtea
demonſtrabo, loquitur etiam in caſu diſſimili;
nam teſtator dixerat, ſi deceſſerit ſine filijs le-
gitimis, & naturalibus ex legitimo matrimo-
nio, quo caſu propter illud adiectiuum natu-
ralibus tentari poteſt reſpexiſſe teſtatorem ad
tempus natiuitatis, vt ibi Cæphal. num. 19. conſi-
derat. Cæterũ, quando ſimpliciter dictũ eſt, ſine
filijs

Google

filiis legitimis ex legitimo matrimonio, prout
dictum eſt in caſu noſtro, non poteſt teſtator
cenſeri ſe reſtrinxiſſe ad illud tempus, ideoque
ceſſat eius opinio.

Tertiò, ſi cōſideremus cauſam finalem, cur
teſtator expreſſerit illa verba, & ex legitimo
matrimonio, intelligemus eam eſſe, non, vt ex-
cluderet legitimatos per ſubſequens matrimo
nium, ſed, vt excluderet legitimatos per reſcri-
22 ptum Principis, aut oblationem curiæ, † *vt in
terminis declarat Ladereb. d. conſ. 24. nu. 1.* nam hi
ſunt quidem legitimi, ſed non ex legitimo ma
trimonio, quia cauſa ſuæ legitimitatis non eſt
matrimonium, ſed reſcriptum Principis, aut
oblatio curiæ. Præterea adiecit illa verba, vt ex
cluderet monaſterium, quod alioquin nō fuiſ-
ſet excluſum per illa, ſine filiis legitimis, qui p
pè, cum & ipſum legitimi filii appellatione cō
23 tineatur. † *§. ſed & hoc præſenti Auth. de ſanct.
Epiſc. Auth. niſi cogatis. C. ad Treb. cap. in præſentia
de probat.* Quinimo hanc fuiſſe teſtatoris men-
tem declarant illa verba, quæ ſtatim ſubiiciun-
tur, *ita, quod nullo modo aliquod monaſterium,
ſeu aliqua religio etiam capax loco filij habeatur,
& ſuccedere poſſit:* nam ex his intelligimus, te-
ſtatorem ſubieciſſe illa verba, ex legitimo ma-
trimonio, non, vt excluderet legitimatos per
ſubſequens matrimonium, qui & ipſi ſunt le-
gitimi ex legitimo matrimonio, ſed potius, vt
excluderet monaſterium. Verba enim illa, ita
quod, declarant, & reſtringunt qualitatem
24 præcedentem, † *vt not. in l. Lucius 78. §. quæ ha-
bebat. ff. ad Trebell. & in l. hac edictali. 6. §. ex illud.
C. de ſecund. nupt. & tradit Decian. conſil. 7. nu. 62.
volum. 1.*

Quartò, vel eo magis hoc eſt dicendum in
caſu noſtro, quo teſtator, vbicūque de filiis eſt
locutus, ſemper eſt vſus ea dicendi forma, vt
exprimeret legitimos ex legitimo matrimo-
nio nulla participij adiectione facta, idque
tam in conditionibus, quam in diſpoſitionibus
quæ res oſtendit, non ſine cauſa id eum feciſſe:
nam geminatio qualitatis ſæpius repetita ma-
gis enixam oſtendit teſtatoris voluntatem.
25 † *vt not. in l. Balliſta. 32. ff. ad Treb.*

Quintò, ſuadet hoc ipſum illa pars teſtamē-
ti, in qua tollendæ dubitationis gratia declarat
teſtator, ſe nolle fideicommiſſum abſolutum
conſtituere, ſed tantum in caſibus expreſſis, &
ſe velle, vt filiorum appellatione filiæ quoque
contineantur, ita tamen, vt à maſculis fœmine
excludantur iuxta formam ſtatutorum, & , vt
ſub pluralitate ſingularitates contineantur: Si
enim voluiſſet excludere legitimatos per ſub-
ſequens matrimonium, ſine dubio id ipſum cā
26 tollendæ dubitationis expreſſiſſet. † *l. vn. §. ſin
autem ad deficientis. C. de cad. toll.*

Sextò, & vltimo confirmat hoc ipſum au-
thoritas DD. qui in terminis huius cōditionis,
ſi deceſſerit ſine filijs legitimis ex legitimo ma
trimonio nullo adiecto participio, loquentes
ſcripſerunt legitimatum per ſubſequens matri
monium ſine dubio filiorum appellatione cō-
tineri, cum res ſit extra terminos vulgaris con-
27 trouerſiæ, † *Ita enim ſcripſerunt Rum. in l. Gal-
lus 29. §. ſi etus num. 95. ff. de lib. & poſth. Menoc.
de præſ. lib. 4. præſ. 81. num. 25. & Ladereb. d. conſ.
24. num. 1.* Quinimo, ſi quis diligenter attēdat
ad DD. authoritatem ſine dubio deprehendet
hanc eſſe receptiſſimā omnium ſententiam: nā
ex iis, quos mihi legiſſe contigit, excepto Cæ-
phalo, neminē inueni, qui dempto participio
natis, vel procreatis non fateatur ſaltem tacitè
legitimatum per ſubſequens matrimonium eſ
28 ſe potiorem ſubſtituto, † *vt animaduertit La-
derch. d. conſ. 24 num. 3.* nam, qui cenſent legiti
matos per ſubſequens matrimonium exclude-
re ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus de-
ceſſerit ſine filiis ex legitimo matrimonio na-
29 tis, vel procreatis, † *In qua ſententia fuerunt Caſt.
in d. l. fin. num. 6. C. de his qui ven. æt. imp. Dec. in l.
generaliter. 6. num. 23. C. de inſt. & ſubſt. Pariſienſ.
in add. ad Alex. conſ. 5. vol. 7. Nat. conſ. 121. num.
13. Ceph. conſ. 111. num. 4. & conſ. 545. nu. 9. Em.
Zoar. in ſuo 1. vol. recep. ſent. in verb. legitimatus.
Gabriel. in tit. de legitim. concl. 1. nu. 55. vbi teſtatur
hanc eſſe magis communem. Craſſ. in §. fideicom-
miſſum q. 38. nu. 5. verſ. contrarium vero. Menoch.
de præſ. d. lib. 4. præſ. 81. num. 4. & conſ. 225. num.
9. & ſeqq. conſ. 799. num. 43. verſ. idem eſt. Lader. d.
conſ. 24. num. 4. verſ. ſupponamus, qui nu. 36. verſi.
ſed præterquā, teſtatur hanc eſſe receptiſſimā. Surd.
conſ. 213. num. 18. & Cauall. d. q. 2. numer. 64. vbi
pariter ait hanc eſſe magis communem, & ab ea nō
eſſe in conſulendo, & iudicando recedendum,* ij
ſine dubio fatentur, eos multo magis exclude-
re in propoſita ſpecie, in qua dempto partici-
pio, natis, minor ſubeſt dubitandi cauſa, *vt ex
iis, quæ ſupra diximus facile eſt intelligere.* Qui
vero contrariam ſententiam amplectuntur, eo
ipſo quod præcipuum ſuæ opinionis fundamē
tum cōſtituunt in participio, natis, vel procrea-
tis, vel deſcendentibus, allegando, quod quali-
tas illa, ex legitimo matrimonio, debet intelli-
gi ſecundum tempus natiuitatis, ad quod teſta
30 tor cēſetur reſpexiſſe, † *vt videre eſt apud Alex.
d. conſ. 5. num. 3. volu. 7. Rum. d. conſ. 92. num. 13.
vol. 3. Soc. iun. d. conſ. 12. num. 8. vol. 4. Niconit. in
rub. ff. ſol. matr. num. 35. Ant. de Roſell. de legitim.
part. 1. § vlt. videndum num. 6. Roll. d. conſ. 100.
num. 27. vol. 2. Nat. d. conſ. 602. num. 2. & d. conſil.
624. num. 19. Decia. conſ. 88. nu. 12. vol. 2. Mantic.
d. tit. 12. nu. 19. Ceph. d. conſ. 111. nu. 3. Theſ. d. deciſ.
196. nu. 4. verſ. ad allegata. Pereg. d. art. 24. nu. 29.
Cauall. d. q. 2. nu. 69. Andr. Facn. lib. 4. contr. iur. c.
54. & lib. 10. c. 71.* tacitè fatentur, & ipſi ſe non
negare, quin admittendi ſint legitimati per ſub
ſequēs matrimonium, ſi deſit illud participiū.
Quamobrem, & ipſe concludo eo modo legi-
timatos in propoſita ſpecie filiorum appella-
tione cōtineri, tàm, vt excludant ſubſtitutum,
quàm, vt vocetur ad diſpoſitiones loquētes de filijs
legitimis ex legitimo matrimonio ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Illuſtiſs. D. Comite Decianæ.

CONSILIVM XXXV.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum iniunctum filiis, an, & quan-
do cenſeatur in nepotibus repetitum.

SVMMARIVM.

1 *Verba relatiua operantur, vt omnes perſonæ voca-
tæ cenſeantur in ſequenti grauamine repetitæ.*
2 *Dictio, quoſcunque, vti vniuerſalis nullam omni-
no per-*

no perſonam ſupra mentionatam excludit.

3 *Probibitio alienationis adiecta ſubſtitutioni, ſeu fideicommiſſo præcedenti, cenſetur facta acceſſoriè, & ad maius eius robur.*

4 *Acceßorium declarat ſuum principale.*

5 *Sequentia declarant præcedentia.*

6 *Fideicommiſſum iniunctum filijs cenſetur etiam in nepotibus repetitū, ſi teſtator dixerit ſe velle bona perpetuo remanere in familia, & agnatione.*

7 *Extenſio permittitur de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum, vt abſurdum euitetur.*

8 *Probibitio alienationis facta poſt ſubſtitutionem valet, etiam ſine adiectione rationis, tanquam facta fauore ſubſtitutorum.*

9 *Probibitio alienationis facta poſt ſubſtitutionem cum cauſa, quia voluit bona perpetuo remanere in agnatione, inducit ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum.*

10 *Fideicommiſſum relictum fauore agnationis per plures ſubſtitutionum gradus, cum probibitione alienationis cenſetur repetitum in filijs grauatorum poſitis in conditione, & alijs deſcendentibus.*

11 *Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, deficit relicto filio.*

12 *Fideicommiſſum extingitur relicto filio, quicquid poſtea de illo contigerit.*

13 *Extenſio non eſt licita de perſona ad perſonam in diſpoſitionib. odioſis.*

14 *Extenſio ex veriſimili mente teſtatoris fieri poteſt de caſu ad caſum, ſed non de perſona ad perſonā.*

15 *Probibitio facta filio non extenditur ad nepotes, etiamſi teſtator progreſſus ſit ad plures ſubſtitutionum gradus. nu. 16.*

17 *Subſtitutione prima extincta extinguuntur omnes ſequentes ab illa dependentes, etiamſi teſtator habuerit rationem agnationis conſeruandæ. nu. 18.*

19 *Agnationis ratione fideicommiſſum non extenditur vltra perſonas, & caſus a teſtatore diſpoſitos.*

20 *Agnationis conſeruandæ ratio cenſetur habita a teſtatore in caſu tantum diſpoſito, & perſonis tantum ſpecificatis.*

21 *Probibitio alienationis cum cauſa, quia vult &c. reſtringitur ad perſonas, caſus, & terminos fideicommiſſi præcedentis.*

22 *Subſtitutio facta nominatim, ideſt ſub nomine proprio impedit coniecturam ad inducendam fideicommiſſi repetitionem.*

23 *Legata relicta ab inſtituto nominatim non cenſentur repetita a ſubſtituto.*

24 *Fideicommiſſum ad certum tempus, vel caſum à teſtatore reſtrictum nullo modo in filijs, & alijs deſcendentibus cenſetur repetitum.*

25 *Contra fideicōmiſſum in dubio eſt pronunciandū.*

26 *Fideicommiſſi ad excluſionem in dubio ſufficit poſſidenti dicere, de hoc caſu nō loquitur ſubſtitutio.*

27 *Verba (ſeruato ordine ſupraſcripto) tanquam relatiua, non alterant præcedentem diſpoſitionem.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRopoſita conſultatio, nunquid per deficientiā maſculinam DD. Io. Franciſci, & Io. Mariæ de Blandrate cenſeatur ex teſtamento D. Io. Dominici purificatum aliquod fideicommiſſum fauore illius, qui ſe probabit agnatum, & de familia teſtatoris, magnā mihi primùm cogitanti viſa eſt dubitationem continere, propterea, quod eius reſolutio pendet à deciſione illius controuerſæ, & in forenſibus diſputationibus agitatæ quæſtionis, nunquid fideicommiſſum fauore familię, & agnationis iniunctum hæredibus inſtitutis ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerint, cenſeatur in eorum liberis, & deſcendentibus repetitum, an verò per filiorum exiſtentiam intelligatur iuxta regulam euanuiſſe: Multa autem ſunt, quæ in propoſita ſpecie ſuadere videntur id cenſeri in deſcendentibus repetitum, ac

Inprimis illud, quia teſtator poſt factos varios ſubſtitutionum gradus expreſsè grauauit, *quoſcunq; ſupra mentionatos ad reſtituendū ipſam hæreditatem, & bona de gradu in gradum ſeruato ordine ſupraſcripto, vſq; in infinitum.* Nam, cum inter alios ſupra nominauerit oēs deſcendētes DD. Io. Franciſci, & Io. Mariæ, quippe, quos expreſſim ad primogenituā vocauit, conſequens videtur, vt etiam eos intelligatur grauaſſe, propter vim illorum verborum, *ſupra mentionatos,* quæ tanquā relatiua operantur, vt omnes perſonæ ſupra expreſſæ, & nominatæ cenſeantur

1 in ſequenti grauamine repetitæ, † *l. ſi ita ſcripſero 38. ff. de cond. & dem. l. aſſe toto 77. ff. de hær. inſt. & ſcribunt Soc. ſen. conſ. 62. nu. 8. vol. 4. Ruin. conſ. 27. num. 4. in fi. volum. 1. Decia. conſ. 3. nu. 72. conſ. 18. nu. 78. vol. 1. conſ. 56. num. 13. & conſ. 72. num. 43. volum. 2.* Maximè, cum relatio facta ſit per illam dictionem, quoſcunque, quæ tanquam vniuerſalis nullam omnino perſonam ſupra

2 mentionatam excludit. † *l. Iulianus 66. ff. de leg. 3.*

Secundò verò, & fortiùs id ipſum ſuaderi videtur ex eo, quia teſtator prohibuit alienationem bonorum, *omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis ſupra nominatis,* inter quos ſine dubio connumerantur & prædicti deſcendentes, quippe, qui & ipſi fuerunt nominatim hæredibus ſubſtituti, Ex quo ſequitur eos cenſeri etiam grauatos præcedenti fideicommiſſo, quia prohibitio alienationis adiecta ſubſtitutioni, ſeu fideicommiſſo præcedenti, tanquam facta acceſ-

3 ſoriè, & ad maius eius robur, † *vt ſcribunt Dec. conſil. 636. nume. 1. & 8. Gozad. conſilio 20. num. 16. verſi. non obſtat, Gabr. conſi. 111. num. 21. volum. 1. & conſi. 138. num. 26. vol. 2. Beret. conſil. 63. num. 5. & conſ. 75. num. 7. Ceph. conſ. 544. num. 12. Pereg. de fideic. art. 14. num 47. & conſ. 45. nu. 8. conſil. 68. nu. 8. vol. 1. & conſ. 44. nu. 13. volum. 3. Surd. conſi. 448. num. 20.* declarat ita prohibitos fuiſſe etiam præcedenti fideicommiſſo grauatos: Acceſſoriū enim declarat ſuum principale

4 † *ſecundum Crau. conſ. 574. nu. 14. Men conſ. 719. nu. 4. & 17. & eſt de mente Dec. conſ. 336. alias 337. nu. 1. verſ. ſed tamen his non obſtantibus, & Pariſ. conſ. 2. num. 41. volum. 3. dum aiunt teſtamentum, quod eſt quid principale, poſſe declarari a codicillis, qui ſunt acceſſorij l. quod per manus 10. ff. de iur.*

5 *cod.* & ſequentia declarant præcedentia. † *l. ſi ſeruus plurium 53. §. vlt. ff. de leg. 1.*

Tertiò, licet prædicta ceſſarent, adhuc tamē viderentur deſcendentes grauati ex eo, quod teſtator in huiuſmodi fideicommiſſo rationem habuit agnationis conſeruandæ, nominatim vocando maſculos, & proximiores de familia, & declarando, ſe velle bona ſua perpetuò in familia permanere, vt apparet ex illis verbis, *voluit, & vult totam, & integram hæreditatem, & omnia bona, & iura perpetuo permanere in familia, & agnatione de Blandrate,* quæ res operatur, vt fideicommiſſum iniunctum filijs cenſeatur etiam in nepotibus

6 repetitum, † *vt cenſuerunt Pariſ. conſi. 50. num.*
19. & 20. volum. 3. Cur. iun. conſi. 121. numero 14.
Crauet. conſ. 306. num. 5. verſic. itaque & conſ. 878.
num. 9. verſic. 6. Gabr. in tit. de fideic. concl. 7. num.
7. Menoc. conſi. 530. num. 32. verſic. non obſtat ſe-
cundum, quia alioquin non poſſent bona in fa
milia perpetuò remanere, ſi nepos non cenſe-
retur grauatus: tanquam enim libera, nec ſub-
iecta fideicommiſſo poſſent in quemcunque
ipſius hæredem transferri, quod, quia abſurdũ
eſt, vtporè repugnans voluntati teſtatoris, ideo
ne ſequatur, debemus potius inducere repeti-
tionem fideicommiſſi in perſona deſcenden-
tium in conditione poſitorum, cum licita ſit
extenſio de perſona ad perſonam, vel de caſu
7 ad caſum, vt abſurdum euitetur, † *vt ſcribunt*
Bart. in l. quæſitum 13. ff. de teſtib. Alex in l. ſed ſi
hac 10. §. liberos num. 3. ff. de in ius voc. Iaſ. in l. fra-
tres 27. num. 4. verſic. ſi velis. C. de inoffic. teſtament.
Crott. in l. ſi is, qui pro emptore 15. num. 106. ff. de
vſucap. Ruin. conſ. 168. nu. 20. vol. 3. conſ. 84. nu. 8.
vol. 4. Crau. conſ. 582. nu. 5. Beret. conſ. 118. nu. 33.
Roll. conſi. 15. nu. 17. vol. 3. Surd. conſ. 85. num. 26.
& conſi. 443. nu. 26.

Quartò videntur ſupradicta confirmari ex
prohibitione alienationis facta cum adiectio-
ne cauſæ, quia voluit, &c. quippe, quæ in caſu
noſtro videtur inducere fideicommiſſum ſim-
plex, & abſolutum, per quod oẽs, qui ſunt de
familia, cenſentur, & vocati, & grauati: Nam,
quia ſimplex alienationis prohibitio per ſe va
lida fuiſſet ſine alicuius cauſæ adiectione tanq̃
8 facta fauore ſubſtitutorum, † *vt ſcribunt Ruin.*
conſ. 111. nu. 18. vol. 2. Cæpb. conſ. 153. nu. 54. Pe-
reg. conſi. 45. nu. 16. vol. 1. ideo, ne ſequens adie-
ctio cauſæ, quia voluit, &c. ſit inutilis, debet per
conſequẽtias ſimplex, & abſolutum fideicom-
9 miſſum operari, † *vt ſcripſerunt Iaſ. conſ. 108. col.*
4. verſ. confirmatur vol. 4. Soc. ſen. conſ. 249. nu. 19.
verſ. & pro his vol. 2. Dec. conſ. 481. nu. 7. Rui. conſ.
208. nu. 14. verſ. vnde ſi tunc vol. 1. conſ. 110. num.
8. vol. 2. Cur. iun. conſ. 43. nu. 9. verſ. ego tamen, Ce-
phal. conſ. 153. nu. 52. in fi. Menoc. conſ. 197. nu. 20.
Surd. conſ. 96. nu. 22. & ſeqq. Lader. conſ. 3. nu. 3. &
conſ. 92. num. 1. & in ſpecie prohibitionis factæ poſt
ſubſtitutionem præcedentem cum adiectione cauſæ,
quia vult, &c. ſcripſerunt Cæpb. d. conſ. 153. nu. 54.
& 56. Pereg. d. conſ. 45. nu. 16. vol. 1.

Quintò, & vltimo videtur hæc pars com-
probari authoritate multorum, qui in ſpecie fi-
deicommiſſi relicti fauore agnationis per plu-
res ſubſtitutionum gradus cum prohibitione
alienationis cenſuerunt id intelligi repetitum
in filijs grauatorum poſitis in conditione, &
10 alijs eorum deſcendentibus. † *Ita enim cenſue-*
runt Curt. iun. d. conſ. 121. num. 15. verſic. quia ad
hanc communem, Crau. conſ. 326. num. 16. verſ. 2.
& d. conſ. 878. nu. 9. verſ. 6. & num. 10. Mantic. de
coniec. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. nu. 6. & Craſſ. in §. fidei-
commiſſum q. 8. nu. 1.

Prædictis tamen non obſtantibus, prout re
vera non obſtant, verius de iure puto, fideicom
miſſum, quo de agitur, cenſeri extinctum per
exiſtentiam filiorum D. Io. Mariæ, nec intelli-
gi repetitum in ipſis filijs, ac cæteris deſcendẽ-
tibus, ideoq; licet eorum deſcendentia maſcu
lina omninò defecerit, non tamen agnatos
proximiores poſſe vendicare bona, quaſi ſub-
iecta fideicommiſſo, ſed ea, tanquam libera
pertinere ad hæredes vltimi poſſeſſoris etiam
extraneos. Moueor autem

In primis, quia huiuſmodi fideicommiſſum
fuit iniunctum DD. Io. Franciſco, & Io. Mariæ
ſub conditione, ſi ambo deceſſerint ſine filijs
maſculis. Cum igitur vnus ex his, nempè D. Io.
Maria deceſſerit relicto filio maſculo, & hoc
11 modo defecerit conditio fideicommiſſi. † *l. ex*
facto 17. §. ſi quis autem. verſ. aut igitur. ff. ad Treb.
l. filiusfa. 117. §. cum quis rogatus. ff. de leg. 1. debet
id per conſequentias cenſeri extinctum, quic-
12 quid poſtea de filio contigerit, † *ex notiſſima*
doctrina Oldr. conſ. 21. quã ſequuntur Pariſ. conſi.
31. nu. 1. & conſ. 44. nu. 2. & conſ. 86. nu. 2. & 4. vol. 2.
Ruin. conſ. 140. nu. 1. vol. 3. Natt. conſ. 200. nu. 7.
Roll. conſ. 56. nu. 10. vol. 3. Decia. conſ. 78. nu. 3. vol.
1. Odd. conſ. 66. nu. 19. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib.
11. tit. 6. nu. 6. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 8. nu. 1.
& q. 33. nu. 4. Andr. Gaill. lib. 2. obſ. 136. num. 1. Pe-
regr. de fideic. art. 29. nu. 22. Menoc. de præſum. lib.
4. præſ. 69. nu. 1. & late conſ. 1024. num. 10. Lader.
conſ. 5. in prin. Surd. conſ. 448. nu. 11.

Nec eſt, quod quiſquam reſpondeat, cenſeri
quidem extinctum fideicommiſſum iniunctũ
prædictis DD. Io. Franciſco, & Io. Mariæ, ſed
non illud, quod intelligitur repetitum in eorũ
deſcendentibus in conditione poſitis, quia ve-
rius eſt, nullam in propoſita ſpecie conſiderari
poſſe repetitionem. Nam, cum fideicommiſ-
ſum legatur iniunctum hæredibus inſtitutis,
nec fuerit expreſſè repetitum in eorum liberis,
ſcilicet, quia non eſt dictum, ſi prædicti hære-
des, aut eorum deſcendentes maſculi ſine libe-
ris deceſſerint, ſed ſimpliciter, ſi ambo deceſ
ſerint ſine filijs maſculis, nõ poteſt intelligi re-
petitum, niſi fiat extenſio. Atqui in fideicom-
miſſis, tanquam in diſpoſitionibus odioſis, nõ
eſt licita extenſio maximè de perſona ad per-
13 ſonam, † *ut ſcribunt Socin. iun. conſ. 29. num. 23.*
vol. 4. Gozad. conſ. 59. nu. 4. Ozaſ. conſ. 22. num. 9.
Cæpb. conſ. 729. num. 9. Crau. conſ. 98. nu. 13. Men.
conſ. 106. nu. 57. Surd. conſi. 448. nu. 33. Pereg. conſ.
39. nu. 7. vol. 3. adeo, vt licet interdum ex veriſi
mili mente teſtatoris fieri poſſit de caſu ad ca-
ſum, nunquam tamen fiat de perſona ad perſo-
14 nam, † *vt ſcribunt Ruin. conſ. 127. nu. 9. verſi. fa-*
cilius. vol. 2. Dec. conſ. 286. num. 8. conſi. 290. num.
6. verſic. præmitto, & conſi. 377. num. 3. Socin. iun.
conſi. 185. num. 12. volum. 2. Gabr. conſi. 111. num.
13. volum. 1. Cæpb. conſ. 269. num. 12. & 53. Natt.
conſ. 551. num. 25. Roll. conſ. 56. num. 24. volum. 3.
Pereg. de fideic. art. 1. num. 27. Menoc. conſ. 97. nu.
91. Surd. conſi. 55. num. 24. Quamobrem prohi-
15 bitio facta filio nõ extenditur ad nepotes, † *§.*
nos igitur Auth. de reſtit. fid. coll. 9. & ſcribunt, Dec.
conſil. 377. num. 5. conſil. 636. num. 7. Crau. conſil.
306. numero 6. Beret. conſil. 63. num. 5. Men. conſi.
85. num. 117. Pereg. de fideic. art. 29. num. 33. Non
poteſt igitur fideicommiſſum iniunctum hære
dibus cenſeri in eorum filijs, & deſcendenti-
bus repetitum. Idque adeo verum eſt, vt pro-
cedat, etiam ſi teſtator progreſſus ſit ad plures
16 ſubſtitutionum gradus, † *vt ſcribunt Pariſ. conſ.*
86. num. 5. volum. 2. Rollan. conſil. 56. numero 13.
volum. 3. latè Peregr. de fid. art. 15. num. 28. & ar-
tic. 29. num. 38. & latius conſ. 33. nu. 43. volum. 3.
Surd. d. conſi. 448. num. 20. quia, cum omnes
pendeant ab vno, nempè à ſubſtitutione fa-
cta ſub conditione, ſi ambo hæredes deceſſe-
rint ſine filijs maſculis, extincta ob defectum
conditionis prima ſubſtitutione, & ſic caduca-

to primo

lo primo gradu, debent per conſequentias cen
ſeri caducati omnes ſequentes, tanquam ab il-
17 lo dependentes, † vt ſcribunt Bar. in l. quandin
68. num. 10. ff. de acq. hæred. Alex. conſ. 1. num. 14.
verſ. reſtat volum. 1. Ruin. conſ. 99. num. 14. volu.
2. Soc. ſen. conſ. 12. num. 15. volum. 2. Pereg. d. arti.
15. num. 20. & 28. Menoc. conſ. 200. nu. 95. Qui-
nimo procedit, etiam ſi teſtator habuerit ra-
tionem agnationis conſeruandæ, puta quia fi-
deicommiſſum in familia reliquerit ſub con-
ditione, ſi hæres inſtitutus deceſſerit ſine filijs
maſculis: adhuc enim eo cum liberis maſcu-
lis decedente fideicommiſſum extinguitur,
18 nec intelligitur in eius liberis repetitum, † vt
ſcripſerunt. Alex. conſ. 139. num. 3. vol. 6. Iaſ. conſi.
228. vol. 2. & conſ. 5. & conſ. 66. vol. 3. Ruin. conſil.
153. num. 5. vol. 2. Ceph. conſi. 478. num. 12. & 13.
Odd. conſi. 66. num. 106. Surd. d. conſ. 448. num. 13.
Pereg. d. art. 29. num. 27. & 37. & d. conſ. 33. num.
45. vol. 3. Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 69. nu. 11. conſ.
327. num. 21. verſi. reſpondetur, conſ. 633. nu. 39. &
conſ. 1024. num. 15. verſi. verum. Nec enim tanta
eſt ratio agnationis, vt propter eam debeamus
extendere fideicommiſſum vltra perſonas, &
caſus à teſtatore diſpoſitos, & interpretari eũ
19 diſpoſuiſſe, quod non diſpoſuit, † vt ſcribunt
Decia. conſi. 26. num. 86. volum. 2. Menoch. conſi.
376. num. 57. & 58. Quamobrem dicimus ratio-
nem agnationis conſeruandę cenſeri habitam
à teſtatore in caſu tantum diſpoſito, & perſo-
20 nis ſpecificatis; † Ita enim ſcribunt Dec. conſilio
511. num. 6. verſi. & ad hoc facit, Soc. iun. conſi. 57.
num. 7. verſic. nec quicquam volum. 4. Decia. conſi.
26. num. 86. volum. 2. Ceph. conſi. 478. num. 13. Pe-
regr. de fid. art. 29. num. 39. Surd. d. conſi. 448. num.
22. Menoch. conſi. 85. num. 119. conſi. 253. num.
13. conſi. 327. num. 21. verſ. reſpondetur conſi. 376.
num. 19. verſ. reſpondetur, & nu. 57. verſi. & com-
probatur, & conſi. 1024. num. 15. verſ. verum, De-
nique procedit, etiam ſi addita ſit prohibitio
alienationis, cum cauſa quia vult. &c. quia hu
iuſmodi prohibitio tanquam facta acceſſoriè,
& ad maius fideicommiſſi robur reſtringitur
ad perſonas, caſus, & terminos fideicommiſſi
21 præcedentis. † Ita enim ſcripſerunt Alex. conſil.
59. num. 8. & 9. volum. 3. Soc. ſen. conſi. 53. num. 11.
volum. 1. Ruin. conſi. 134. num. 16. vol. 3. Gozad.
conſi. 30. num. 16. & 17. Dec. conſil. 636. num. 12.
Gabr. conſi. 111. num. 21. volum. 1. & conſ. 138. nu.
26. vol. 2. Ceph. conſi. 17. num. 24. conſi. 477. nume.
16. & conſi 544. num. 12. Beroi. conſi. 63. num. 5. &
conſi. 75. num. 7. Odd. conſ. 66. num. 44. & conſi. 68.
num. 13. & 19. qui atteſtatur de communi Peregr.
de fideicom. art. 14. num. 47. & conſi. 45. num. 8. &
22. & conſ. 68. num. 8. vol. 1. conſi. 44. num. 13. vol.
3. Surd. d. conſ. 448. num. 19. Lader. conſ. 5. in prin.
Andr. Pach. lib. 10. contro. cap. 19. Borgn. deciſ. 5.
per tot. part. 3. vbi refert ita fuiſſe deciſum.

Secundò verò ſupradicta multo magis de-
bent habere locum in caſu noſtro, in quo ſub-
ſtitutio non fuit facta DD. Ioan. Franciſco, &
Io. Mariæ ſub nomine hæredum, & ſic ſub no-
mine appellatiuo, quo caſu facilè admitti ſo-
let extenſio ob id, quod perſonæ ſequentes di-
ci poſſunt comprehenſæ ſub verbis expreſſis
ſaltem ſecundum latam, & impropriam ſigni-
ficationem, ſed fuit facta nominatim, ideſt ſub
nomine proprio, quia dictum eſt, ſi prædicti
Ioan. Franciſcus, & Ioan. Maria teſtatoris ne-
potes ambo decederent ſine filijs, quo ſtante
nulla poteſt afferri coniectura, quæ ſit efficax
ad inducendam fideicommiſſi repetitionem.
22 † Ita enim ſcripſerunt Grau. conſilio 98. num. 14.
Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 6. num. 6.
in fin. Menoch. d. lib. 4. præſ. 69. num. 8. Odd. conſ.
67. num. 32. Pereg. d. artic. 29. nu. 36. Surd. d. conſi.
448. nu. 29. adeo, vt hoc vnum ſufficiat ad ex-
cludendas omnes coniecturas, quæ pro limi-
tatione doctrinæ Oldradi à DD. allegantur ſe-
cundum Odd. & Surd. in relatis locis. Nã, & ſimili
rõne, licet legata ab inſtituto relicta cenſeãtur
à ſubſtituto repetita, l. licet Imperator 77. ff. de
leg. 1. hoc tamen locum non habet, quoties illa
23 fuerunt relicta ab inſtituto nominatim, † l. Cel
ſus 29. § quod alicuius. ff. de leg. 2. l. ſi plures 96. ff.
de leg. 3. l. 1. § id quod. ff. ad l. Falc. Bart. in d. l. licet
imperator 77. num. 3. verſ. opp. infra, & nu. 4. verſ.
1 caſu, & ibi Iaſ. num. 51. & alij paſſim. ff. de leg. 1.
late Peregr. de fid. art. 16. num. 59. quia in iis, quæ
ſunt nominatim perſonæ habetur ratio l. tur-
pia 57. §. vlt. l. ſi hæredes nominatim 127. ff. de leg. 1.
ideoque non poteſt diſpoſitio tanquam perſo-
nalis ad alias perſonas extendi.

Tertiò, & fortiùs multo magis debet ceſſare
repetitio in caſu noſtro, in quo teſtator non fe-
cit ſubſtitutionem ſimplicem reſpectu tempo-
ris, ſed reſtrictam, & limitatam: Non enim di-
xit ſimpliciter, ſe ſubſtituere proximiorem,
ſed proximiorem, qui tunc reperietur, ideſt, qui
erit in rerum natura tempore, quo DD. Ioan.
Franciſcus, & Ioan. Maria deceſſerint ſine fi-
liis maſculis, ideoque, quia ſe reſtrinxit ad il-
lud tempus, & illum caſum, non poteſt in alio
tempore, & caſu locum habere diſpoſitio; Et
ita in ſpecie fideicommiſſi ad certum tempus,
vel caſum à teſtatore reſtricti, vt nullo modo
poſſit in filijs, & alijs deſcendentibus cenſeri
24 repetitum ſcripſerunt, † Pariſ. conſi. 86. num. 54.
volum. 2. Crau. conſi. 98. num. 5. Rollan. conſil. 55.
num. 19. & 20. volum. 3. Decia. conſil. 1. num. 216.
& conſil. 2. num. 70. volum. 2. Pereg. d. art. 29. num.
28. Menoch. d. præſ. 69. num. 7. & d. conſi. 1024. nu.
11. & ceſſare coniecturas omnes, & limitatio-
nes, quæ afferuntur ad conſilium Oldradi, Odd.
d. conſ. 67. num. 34. Surd. d. conſ. 448. nu. 18. & 30.
Pereg. d. art. 29. nu. 36.

Quartò, & vltimo, quando ſubeſſet aliqua
dubitatio, conſtat in dubio contra fideicõmiſ-
25 ſum eſſe pronunciandum, † vt ſcripſerunt Alb.
conſi. 31. num. 9. Crau. conſi. 180. in fin. Ceph. conſi.
447. num. 16. & conſ. 482. nu. 17. Surd. d. conſ. 448.
nu. 32. Pereg. de fid. artic. 1. num. 39. cum ad eius
excluſionem ſufficiat poſſidenti dicere, de hoc
26 caſu non loquitur ſubſtitutio, † vt ſcribũt Soc.
ſen. conſ. 62. num. 4. verſ. & in primis vol. 3. Gozad.
conſ. 21. nu. 8. Crau. conſ. 208. nu. 3. verſ. & allegãs
Decia. conſ. 55. nu. 9. vol. 3. Hond. conſ. 78. num. 12.
volum. 1.

Neque obſtat contraria: Nam ad primum re
ſpondeo, omnes ſupra mentionatos, & ſic etiã
prædictos deſcendentes fuiſſe grauatos, ſed nõ
fideicommiſſo, de quo nos loquimur, nempè
eo, ad quod vocatur proximior teſtatoris, quo-
niam id ſolis hæredibus ſcriptis iniunctum
eſt, ſi deceſſerint ſine filiis maſculis: Teſta-
tor enim varios fecit ſubſtitutionum gradus:
Primò namque ſubſtituit inuicem DD. Ioan.
Franciſcum, & Io. Mariam, ſi quis eorum ſine
filiis maſculis deceſſerit, & hæc ſubſtitutio lo-
cum habuit, quia D. Io. Franciſcus ſine prole

Digitized by Google

maſculina deceſſit, ideoque pars eius ad Dom. Io. Mariam iure fideicommiſſi pertinuit. Sed de hac ſubſtitutione non loquimur. Secundò eiſdem inſtitutis ſubſtituit *maſculos primogenitos deſcendentes ex ipſis, adeo, quod ſemper, perpetuis temporibus, & in æternum in ipſa linea maſculina ſuorum nepotum, & deſcendentium ipſa bona dicta hæreditatis ſint in primogenito ipſorum*; Et hæc pariter ſubſtitutio locum habuit inter deſcendentes Dom. Ioan. Mariæ, quandiu fuit eius linea maſculina ſuperſtes, Sed de hac etiam nõ loquimur. Tertiò ſubſtituit DD. Ioan. Franciſco, & Io. Mariæ, ſi ambo deceſſerint ſine filijs maſculis proximiorem, & ſeniorem de linea maſculina ipſius teſtatoris, qui tunc reperietur, & ſucceſſiuè deſcendentes eius in infinitum, & de hac ſubſtitutione loquimur, dicimuſque, per hanc non fuiſſe grauatos deſcendentes Dom. Io. Mariæ, ſed prædictos tantum hæredes inſtitutos, vtpotè à quibus nominatim fideicommiſſum relictum eſt. Itaque non negamus, quin ſub illis verbis, *grauando quoſcunque ſupra mentionatos ad reſtituendum, &c.* contineantur etiam prædicti deſcendẽtes, quoniam, & ipſi re vera fuerunt grauati, ſed dicimus fuiſſe grauatos reſtituere alijs deſcendentibus, qui vocantur ex ſecunda ſubſtitutione, non verò illis proximioribus, qui non deſcendunt ab inſtitutis, & veniunt ſolum ex tertia ſubſtitutione, quæ fuit reſtricta ad illum tantũ caſum, quo DD. Ioan. Franciſcus, & Ioan. Maria decederent ambo ſine filijs maſculis. Verba igitur illa, *grauando quoſcunque ſupra mentionatos*, debent intelligi iuxta terminos, & caſus comprehenſos in præcedentibus diſpoſitionibus, vt ſcilicet omnes ſupra mentionati cenſeantur grauati reſtituere hæreditatem, & bona de gradu in gradum, ſcilicet deſcendentes deſcendentibus, ſi DD. Ioan. Franciſcus, & & Ioan. Maria, aut alter eorum deceſſerit, relictis maſculis, & hoc modo euenerit caſus ſecundæ ſubſtitutionis, aut, ſi ambo deceſſerint ſine maſculis, & hoc modo venerit caſus tertiæ ſubſtitutionis, cenſeantur grauati proximiores, ad quos bona perſeneerint, reſtituere, tàm proprijs deſcendentibus, quàm etiam alijs proximioribus de gradu in gradum: Hoc enim indicant illa verba ſequentia, *ſeruato ordine ſupraſcripto*, quæ tanquàm relatiua non
27 alterant præcedentem diſpoſitionem, *vt in ſpecie illorum verborum ſcribunt Alexan. conſ. 59. num. 21. verſic. non obſtat volum. 3. Dec. conſi. 377. num. 5. verſic. non obſtat, Bert. conſi. 108. num. 17*; ſed ſecundum eius terminos, & caſus intelliguntur.

Ad ſecundum verò reſpondeo fatendo ex has prohibitione alienationis facta etiam ſubſtitutis colligi eos, & ſic etiam deſcendentes DD. Io. Franciſci, & Io. Mariæ, qui ſubſtituti ſunt fuiſſe grauatos præcedenti fideicommiſſo, ſed illo, quod inter ipſos deſcendentes reſultat, non etiam eo, ad quod vocatur proximior tranſuerſalis, quoniam id ſolis hæredibus ſcriptis iniunctum eſt, *vt ſupra diximus*; Prohibitio enim alienationis facta poſt ſubſtitutionem, tanquam acceſſoria, recipit ab ea declarationem, & ad eius terminos, & caſus reſtringitur, *vt dictum eſt ſupra nu. 20.*

Ad tertium reſpõdeo, imo verius eſſe, fideicommiſſum non cenſeri repetitum, etiam ſi teſtator habuerit rationem agnationis conſeruandæ, *vt oſtendimus in primo fundamento*, quia prædicta ratio cenſetur habita in caſibus tantum expreſſis, & à teſtatore diſpoſitis, *vt dictum eſt ſupra num. 19.* Maximè, quando teſtator nominatim grauauit inſtitutos, & eam diſpoſitionem ad certum tempus, & caſum reſtrinxit, *vt oſtendimus in 2. & 3. fundamento.*

Ad quartum reſpondeo, imo fideicommiſſum non cenſeri repetitum, etiam ſi addita ſit prohibitio alienationis, *vt oſtendimus in primo fundamento*, Nec obſtare, quod in caſu noſtro prohibitio inducat fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, quia nihil ex hoc ſequitur: Nã, licet inducat tale fideicommiſſum, id tamen inducit in ijs tantum caſibus, qui in præcedenti diſpoſitione expreſſi ſunt, vtpotè ad quos debet ea reſtringi, & ſecundum eos regulari, *vt dictum eſt ſupra num. 20. Et in ſpecie reſpondet Menoc. conſi. 376. num. 47.*

Ad quintum denique reſpondeo negari nõ poſſe, quin in ſimplicibus terminis, & ceſſante reſtrictione quæſtio ſit mirum in modum controuerſa, ſed, quando fideicommiſſum fuit nominatim iniunctum inſtitutis, & teſtator ſe reſtrinxit ad certum caſum, prout euenit in caſu noſtro, veriorem, & receptiorem eſſe ſententiam, ſecundum quam frequentiùs pronuntiari ſolet, vt fideicommiſſum non cenſeatur repetitum, ſed omnimodo per filiorum exiſtentiam intelligatur euanuiſſe, *vt latiſſimè oſtendit Perez. d. artic. 29. num. 36. & 37.* Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus, I. C.

Pro Perilluſt. DD. Bernardino Data, & Iulia Margarita Solaria.

CONSILIVM XXXVI.

ARGVMENTVM.

Quibus ex cauſis bona prohibita alienari, aut aliter ſubiecta fideicommiſſo vendi poſſint, Et, an alienatio legitimæ, & trebellianicæ poſſit prohiberi filiis vſque ad 25. annum ſub pœna priuationis hæreditatis, & quid operetur talis prohibitio, Et, an fideicommiſſum relictum poſt mortem plurium pupillorum reciprocè ſubſtitutorum cẽſeatur iniunctum vltimo morienti, an vero omnibus, & ſingulis, Et, an, & quando pupillariter ſubſtitutus poſſit, ex perſona pupilli detrahere legitimam, & trebellianicam.

SVMMARIVM.

1 *Bona prohibita alienari, aut aliter ſubiecta fideicommiſſo poſſunt diſtrahi pro ſolutione æris alieni, quod teſtator reliquit.*

2 *Bonorũ alienari prohibitorum emptores ſunt tuti pro quantitate æris alieni hæreditarij, quod grauatus perſoluit.*

3. *Prohibitio alienationis, ſiue ſit facta ab homine, ſiue a lege intelligitur de voluntaria, non de neceſſaria.*

Alienatio

4 *Alienatio neceſſaria propriè dicitur, cui teſtator dedit cauſam.*

5 *Teſtator prohibendo alienationem non poteſt nocere ſuis creditoribus, ſeu impedire, quominus illi ius ſuum in ipſius bonis conſequantur.*

6 *Debitoris factũ nõ põt creditori afferre p̃iudiciũ.*

7 *Abſurdum eſt licere debitori facto ſuo creditores eludere.*

8 *Creditores defuncti præferuntur omnibus legatarijs, & fideicommiſſarijs.*

9 *Velle qui, non præſumitur, quod non poteſt.*

10 *Alienatio neceſſaria non cenſetur fieri contra voluntatem teſtatoris, qui alienationem prohibuit.*

11 *Prohibitio alienationis, etiam facta fauore minoris ætatis non impedit alienationem, quæ fit ex cauſa æris alieni hæreditarij.*

12 *Prohibitio alienationis facta fauore prohibiti nõ debet trahi in odium, & iniuriam creditorum.*

13 *Emptorum pro ſecuritate ſufficit teſtatorem reuera reliquiſſe æs alienum, quod fuerit ab hærede ſolutum, licet alienatio non fuerit ſpecialiter ob eam cauſam facta.*

14 *Hæres pro quantitate æris alieni hæreditarij, quod ſolutum eſt, retinere poteſt tot bona hæreditaria, quæ pro ſatisfactione ſufficiant.*

15 *Ius retinendi, ſiue ius excipiendi, quod competit hæredi ob ſolutum æs alienum teſtatoris, in emptorẽ, & quemlibet ſingularem ſucceſſorem trãſfertur.*

16 *Ius ſuperueniens in perſonam authoris confirmat ius in perſona ſucceſſoris.*

17 *Pecunia ab hærede ſoluta pro ære alieno teſtatoris computatur inter detractiones, quæ fiunt de fidei commiſſo vniuerſali.*

18 *Alienata primo loco imputantur in detractiones, quæ fiunt pro pecunia ſoluta ob æs alienum teſtatoris, ita, vt pro quantitate detractionum primi emptores incipiant eſſe tuti.*

19 *Alienata reuocari poſſunt, quatenus excedunt iuſtam detractionum quantitatem.*

20 *Bona fideicommiſſo remanent ſubiecta vltra iuſtam detractionum quantitatem.*

21 *Filij alienare prohibiti regulariter alienare poſſunt bona teſtatoris vſque ad duarum quartarum quantitatem, & nu. 22.*

23 *Emptores vſq; ad quantitatem, duarũ quartarũ quas poſſunt detrahere filij, cenſentur eſſe tuti.*

24 *Alienata primo loco in quartas imputantur.*

25 *Prohibitio alienationis etiam legitimæ, & trebellianicæ vſq; quo filij oẽs perueniant ad ætatẽ 25. annorũ ſuſtinetũ ẽt in legitima. Declara, vt n. 53.*

26 *Prohibitio alienationis, etiam legitima, & trebellianica vſque ad ætatẽ 25. ann. recipit omnes diſpoſitiones filio fauorabiles.*

27 *Trebellianica minus priuilegiata eſt, q̃ legitima.*

28 *Fauori ſuo quilibet renunciare poteſt.*

29 *Renunciare, an poſſit filius prohibitioni alienationis legitimæ, & trebellianicæ, quæ ipſius fauore ſuſtinetur.*

30 *Minor, nec per ſe, nec per tutores, aut curatores ſuos poteſt alienare contra prohibitionẽ factam à teſtatore in ſui vtilitatem.*

31 *Factum proprium, quoties eſt ipſo iure nullũ, non prohibetur quis impugnare.*

32 *Minori, quod licet, etiã eius hæredibus licere debet.*

33 *Hæredes eiuſde poteſtatis ſunt, cuius erat defunct⁹.*

34 *Hæredi facilius permittitur impugnare factum defuncti, quam ipſimet, ſi viueret.*

35 *Iuramentum non videtur confirmare alienationem à minore factam contra expreſſam prohibitionem teſtatoris. Sed contra nu. 58.*

36 *Prohibitio duplex, ubi concurrit, impedit alienationẽ, etiam in ijs caſibus, in quibus alias de iure fieri poſſet.*

37 *Vincula duo ſunt vno fortiora.*

38 *Prohibitio alienationis reſtricta ad ætatem 25. ann. operatur nullitatem contractus, non priuationem hæreditatis, & nu. 39.*

40 *Teſtamenti pars vna declarat aliam.*

41 *Subſtitutio una per aliam declaratur.*

42 *Teſtatoris mens qualis fuit in ſubſtitutionib. præcedentibus, & ſequentibus, talis eſſe præſumitur in ſubſtitutione media.*

43 *Media ex præcedentibus declarantur.*

44 *Fratrum appellatione non continentur ſorores in ijs diſpoſitionibus, in quibus teſtator diſcretiuè locutus eſt de ſororibus, & fratribus.*

45 *Dictio, alijs, eſt repetitiua qualitatum.*

46 *Teſtator, qui aliquid in quibuſdam caſib. expreſſit in quibuſdam non expreſſit, cenſetur in non expreſſis id noluiſſe.*

47 *Voluntatis quæſtio non eſt admittenda, cum in verbis nulla ſubeſt ambiguitas.*

48 *Teſtatoris diſpoſitio, licet ex eius præſumpta mente ſuppleri, & extendi poſſit de caſu ad caſum, nõ tamen poteſt de perſona ad perſonam.*

49 *Fideicommiſſi ex cauſa agens, vt excludatur, ſufficit poſſidenti dicere, de te non loquitur diſpoſitio.*

50 *Ratio diuerſitatis, quoties ſubeſt non põt ab vna ſubſtitutione ad alterius declarationem inferri.*

51 *Subſtitutiones, & vocationes, quoties diuerſas habent qualitates, & conditiones, non rectè ab vna ad alterius declarationem infertur.*

52 *Prohibitio alienationis expreſſa cenſetur extincta eo ipſo, quod nullus ſupereſt ex ijs, quos teſtator in caſum alienationis vocauit.*

54 *Fideicommiſſum, tanq̃ onus reijcitur de legitima.*

55 *Legitima non amittitur, etiamſi filius ob inobedientiam priuetur hæreditate paterna.*

56 *Filius, ſi velit, poteſt alienationem tanquam nulliter, & contra expreſſam patris prohibitionem à ſe factam reuocare, & hoc modo euitare pœnam priuationis ſibi a patre inductã, Declara, vt n. 58.*

57 *Alienationis reuocatio ab ijs tm̃ fieri poteſt, quorũ fauore fuit facta prohibitio.*

59 *Eccleſia ſola ſtatuere poteſt ſuper iuramento.*

60 *Teſtatoris poteſtas deficit, quoad legitimam.*

61 *Alienatio facta a minore, qui ampliſſimis verbis iurauit, & promiſit non cõtrauenire, tam ex cauſa minoris ætatis, quàm ex alia quacunque cauſa facilius ſuſtinetur, quam, ſi ſimpliciter iuraſſet non contrauenire.*

62 *Trebellianica detractio ceſſat, quoties filius, aut alius hæres propter inobſeruantiam priuatur hæreditate teſtatoris.*

63 *Trebellianica non, niſi ab hæredibus deduci poteſt.*

64 *Hæreditate priuatus propter inobedientiam non remanet hæres, cum perinde habeatur, ac ſi hæreditatem non adiſſet.*

65 *Teſtator, quoties impuberes inuicem ſubſtituit, & poſt mortem omnium ſubſtituit tertium, quoquo modo facta ſit ſubſtitutio, vtraq; portio in fideicommiſſo continetur.*

66 *Argumentum a pupillari ſubſtitutione ad fideicommiſſariam valet.*

67 *Hæres ex perſona defuncti poteſt detrahere legitimam, & trebellianicam.*

68 *Legitima in fideicõmiſſo continetur, quando fideicommiſſum relictum eſt ab hærede filij.*

69 *Pater, quoties pupillariter aliquem filio ſubſtituit, & grauat fideicommiſſo, perinde eſt, ac ſi pupillus*

eum inſtituiſſet, & grauaſſet.

70 *Subſtitutio pupillaris eſt teſtamentum filij.*

71 *Fratri in bonis fratris legitima non debetur, vbi turpis perſona non eſt inſtituta.*

72 *Subſtitutus pupillo, & per fideicommiſſum grauatus legitimam detrahere nō poteſt, aut ex perſona propria, aut ex perſona pupilli & nu. 73. Trebell. tamen, ex perſona propria detrahere pot. nu. 74.*

75 *Trebellianicam detrahere poteſt, etiam quilibet extraneus per fideicommiſſum grauatus.*

76 *Trebellianicæ detractio extraneo per fideicommiſſum grauato poteſt prohiberi.*

77 *Fructus in trebellianicam imputare debet extraneus grauatus.*

78 *Fideicommiſſum relictum poſt mortem omnium filiorum, qui fuerunt inuicem ſubſtituti, an pro portionibus impuberum ceñſeatur relictum ab ipſis pupillis, an vero ab eorum ſubſtituto, diſtingue, vt nu. 79.*

80 *Fideicommiſſū in dubio, iuxta receptiorem DD. ſententiam intelligitur potius relictum à ſubſtituto, quam a pupillo, Sed contra. nu. 86. & nu. 96, diſtingue tamen, vt num. 97. & declara, vt num. 99. & 100.*

81 *Teſtator creditur voluiſſe grauare eum, qui facultatem habet reſtituendi, non, qui amplius reſtituere non poteſt.*

82 *Subſtitutio facta poſt mortem omnium cenſetur vltimo morienti facta. Declara, vt nu. 103.*

83 *Fideicommiſſaria reciproca inducta cēſetur inter filios, ſi pater poſt mortem omnium ſubſtituit tertium in omnibus bonis ſuis.*

84 *Fideicommiſſaria reciproca, vt inducatur, quot requirantur, & quæ.*

85 *Fideicommiſſum ſimpliciter relictum poſt mortē omnium, an cenſeatur iniunctum vltimo morienti, & nu. 101. & 102.*

87 *Fideicommiſſum ab eo cenſeri debet relictum, ad quem ſermo dirigitur.*

88 *Interpretatio ea in dubio ſumenda eſt, per quam impeditur, ne fideicommiſſum intercidat.*

89 *Subſtitutus, ſi moriatur viuo pupillo, fideicommiſſum ab eo relictum intercidit.*

90 *Inſtitutio ſecunda debet cenſeri facta, ei in quem collata eſt prima, & ſic inſtituto, non ſubſtituto.*

91 *Verbum, ſubſtituo, determinans ſubſtitutionem vulgarem, & pupillarem, vt cenſeantur facta pupillis pro ipſorum portione, non eorum ſubſtituto, eodem modo determinare debet ſubſtitutionē fideicommiſſariam.*

92 *Sermonis continuatio operatur, vt qualitas orationis præcedentis cenſeatur in ea repetita, quæ continuatiuè ſequitur.*

93 *Subſtitutio ſimpliciter facta cenſetur facta in omnibus bonis, ſi continuatiuè ſequatur inſtitutionem, quæ in omnibus bonis facta ſit.*

94 *Subſtitutio poſterior cui facta cenſeatur, intelligimus ex ſubſtitutione præcedenti.*

95 *Verba, vt ſupra, ſunt repetitiua omnium qualitatum præcedentium.*

98 *Subſtitutio facta pluribus debet in omnium perſonis æqualem recipere interpretationem.*

103 *L. codicillis 34. in principio. ff. de vſuf. leg. declaratur.*

104 *Hæreditatis in reſtitutionem veniunt quæſita ex pupillari ſubſtitutione, quoties fideicōmiſſum ſequitur, commodum pupillaris ſubſtitutionis, vel ordine ſcripturæ, & intellectus vel ſaltē ordine intellectus, & nu. 105. Sed contra nu. 106. Declara, vt numero 108. & diſtingue, vt numero 109. 110. & 111.*

107 *Legitima, & trebellianica, quæ ex perſona pupilli detrahitur, remanet apud hæredes ſubſtituti.*

112 *Legitima, & trebellianica inter propria pupillorum grauatorum bona connumerantur, & de iis idem eſt iudicandū, quod de proprijs ipſorum bonis, & nu. 113.*

FACTI SPECIES.

PErilluſt. D. Ioan. Baptiſta Rubinus, Senator ordinarius in Pedemontano Senatu condidit anno 1641. teſtamētum, in quo particulares hæredes inſtituit filias ſuas, nempè DD. Angelam Mariam, & Paulam Fœlicem, & eis ſubſtituit in hæc verba, *A quali morendo ſenza figliuoli ſubſtituiſco gl'infraſcritti miei heredi vniuerſali*. Deinde inſtituit hæredes vniuerſales filios maſculos nēpè DD. Io. Antonium, Cæſarem, & Mauritium eiſque ſubſtituit, & alienationē prohibuit his verbis. *Subſtituendo gl'vni à gl'altri in caſo di morte volgarmente, pupillarmente, & per fideicōmiſſo. Et in caſo di morte di tutti eſſi figliuoli miei maſchi ſenza figliuoli legitimi, & naturali ſubſtituiſco dette mie figliuole, quali ſaranno al ſecolo volgarmente, pupillarmēte, & per fideicōmiſſo, come ſopra. Probibendo a detti miei figliuoli ſopra heredi inſtituiti la diuiſione de beni fra loro, & ogni alienatione, etiandio d'ogni legitima, & trebellianica ſino ſaranno tutti eſſi giunti all'età di vinticinque anni, volendo, che la parte de' contrauenienti à detta prohibitione di diuiſione, & alienatione s'intenda ipſo iure deuoluta à gl'altri fratelli non contrauenienti. Et caſo, che in qual ſi voglia tempo veneſſe vno, o più d'eſſi miei figliuoli (ch' Iddio non voglia) a commetter qualche delitto degno di confiſcatione de' beni, o in altro modo perder la gratia di S. Altezza in tal caſo ſin' hora eshæredo tale, o tali delinquenti, & la parte d'eſſo, o eſſi, qual veneſſe confiſcata, ſubito, & incontinenti s'intenderà deuoluta a gl'altri fratelli, o figliuoli d'eſſi, & in eſſa parte, gl'inſtituiſco, & ſubſtituiſco, non volendo, ch'in tal caſo il delinquente poſſi detraher alcuna legitima, ne trebellianica, ma che ſenza detrattione alcuna eſſi beni peruenghino a gl'altri fratelli non delinquenti, o figliuoli d'eſſi, & in defetto de' maſchi, alle dette figliuole, quali ſi trouaranno al ſecolo, come ſopra.*

Poſt mortem teſtatoris, & agnitam a filijs hæreditatem deceſſerunt duo ex hæredibus inſtitutis, nempè DD. Cæſar, & Mauritius in ætate pupillari, mox Dom. Ioan. Antonius qui ſolus ex maſculis ſupererat, factus maior 20. annis, licet minor 25. alienauit multa bona hæreditaria, & eorum pretium conuertit partim in ſolutionem æris alieni, quod pater reliquerat, partim in proprios vſus, deinde deceſſit paulo ante completum 25. annum nullis relictis liberis. Itaque per eius mortem purificatum eſt fideicommiſſum in perſona DD. Angelæ Mariæ, & Paulæ Fœlicis, quæ maſculis omnibus deficientibus fuerāt ſubſtitutæ.

Hæ ſorores adita cū beneficio inuentarij fratris hæreditate vocarunt in ius emptores bonorum hæreditariorum, & petierunt, eos condemnari ad remiſſionem eorundem bonorum, tanquam ſuppoſitorum fideicommiſſo, etiam pro quantitate legitimæ, & trebellianicæ, ſtante prohibitione alienationis ad certum tempus reſtricta, quæ valet etiam in legitima, &

trebellia-

trebellianica debita D. Io. Antonio, & ſtante
etiam ſubſtitutione pupillari, quæ operatur, vt
de portionibus DD. Cæſaris, & Mauritij non
poſſu fieri legitimæ, & trebellianicæ detractio.
Contra verò poſſeſſores intendũt alienatio
nes ſibi factas fuiſſe validas, nec poſſe ab actri
cibus reuocari, non ſolũ pro quantitate æris
alieni, quod ab hærede ſolutum eſt, ſed etiam
pro quantitate legitimæ, & trebellianicæ, Et
hoc non obſtante prohibitione teſtatoris e-
tiam ad certam ætatem reſtricta, quippe, quæ
fuit in eum tantum caſum collata, quo ſuper-
eſſent alij fratres alienantis, & præterea nõ po-
tuit impedire, quo minus alienatio ſaltem vſ-
que ad quantitatem legitimæ irreuocabiliter
fieri poſſet. Nec obeſſe, quod etiam quæſita ex
ſubſtitutione pupillari contineantur fideicom
miſſo, quia non impedit hoc, quo minus Do.
Io. Antonius potuerit ex perſona pupillorum
detrahere legitimam, & trebellianicam ſtante
forma ſubſtitutionis, quæ in teſtamento legi-
tur, vnde quæritur, quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

IN cauſa, quæ vertitur inter filias Perilluſt.
quondam D. Senatoris Rubini, & tertios
bonorum eius poſſeſſores, quædam ſunt,
de quibus probabiliter dubitare nemo po
teſt, quædam vero, quæ magnam in ſe videntur
dubitationem continere.
Primũ enim dubiũ nõ habet, quin emptores
ſint tuti pro quãtitate æris alieni, quod teſtator
reliquit, & filius perſoluit, quia certi iuris eſt,
bona prohibita alienari, aut aliter ſubiecta fi-
deicommiſſo poſſe diſtrahi pro ſolutione æris
1 alieni, quod teſtator contraxit † *vt de bonis pro-
hibitis alienari conſtat ex l. pater filium. 36. in prin.
verſic. Idẽ quæſiit. ff. de leg. 3. l. filiusfa. 117. §. Diui.
2. & ibi Iaſ. in 1. lect. nu. 18. Crott. num. 13. & 36.
Rip. nu. 24. Soc. iun. nu. 32. Cran. nu. 206. ff. de leg.
1. Bart. in l. peto. 71. §. prædium num. 2. ff. de leg. 2.
Ang. de Gamb. conſ. 28. nu. 24. verſ. Non aliq pri-
mo, Tiraq. de legib. conn. gl. 8. nu. 203. De bonis vero
ſimpliciter fideicommiſſo ſuppoſitis ſcripſerunt Iaſ.
in Auth. res quæ num. 2. verſ. 6. limita, C. comm. de
leg. Soc. ſen. conſ. 16. nu. 12. verſ. ex quib. infero vol.
3. Decian. conſ. 10. nu. 40. vol. 4. Pereg. de fideicom.
art. 39. num. 1. Surd. deciſ. 62. num. 21. De vtroque
deinum genere bonorum Iaſ. in l. Marcellus. 3. §. res
quæ num. 3. ff. ad Treb. Socin. iun. conſ. 137. nu. 12.
vol. 1. & conſ. 28. num. 3. vol. 2. Ceph. conſ. 261. nu.
19. & 23. Natt. conſ. 255. nu. 10. Peguer. deciſ. 106.
nu. 2.* & vſq; ad eam quantitatem alienata nõ
poſſe à fideicommiſſarijs reuocari, ideoq; em-
2 ptores eſſe tutos. † *d. l. pater filium. 36. in prin. verſ.
Idem quæſiit. ff. de leg. 3. & ſcribunt Bar. in d. l. pe-
to. 71. §. prædium num. 2. & ibi Bald. verſ. not. tres
caſus. ff. de leg. 2. Crott. in d. §. Diui. 2. nu. 36. & ibi
Soc. iun. nu. 128. Ang. de Gamb. d. conſ. 28. nu. 24.
verſ. Nõ autem 1. Iaſ. in d. l. Marcellus. 3. §. res quæ
nu. 3. ff. ad Treb. Soc. iun. d. conſ. 137. nu. 12. vol. 1. et
d. conſ. 28. nu. 3. vol. 2. Pereg. d. art. 39. n. 4. Peguer.
d. deciſ. 106. nu. 3.* quia prohibitio alienationis,
ſiue ſit facta ab homine, ſiue à lege, non intel-
ligitur de alienatione neceſſaria, ſed de volun-
3 taria † *l. alienationes. 13. ff. de fam. erciſ. l. 1. ff. de fun.
dot. l. cum fidei. 9. ff. de fideic. liber. l. pupillorum. 7. in
prin. ff. de reb. cor. d. l. peto. 71. §. prædiũ, & ibi Bar.
num. 1. ff. de leg. 2. gl. in d. l. pater filium. 36. in prin.
in verb. exolueret, & ibi Bart. num. 1. ff. de leg. 3.
Caſtr. conſ. 317. nu. 2. vol. 2. Iaſ. in d. §. Diui. 2. in
1. lect. num. 18. & ibi Rip. nu. 25. Iaſ. in d. Auth. res
quæ num. 2. verſ. 6. limita. C. comm. de leg. Roman.
conſ. 107. nu. 2. & conſ. 394. nu. 7. Ang. de Gamb.
conſ. 12. nu. 10. & conſ. 28. num. 9. & 14. Cra. conſ.
802. nu. 29. & conſ. 849. nu. 12. Tiraq. de leg. conn.
d. gl. 8. nu. 200. Ozaſ. conſ. 47. num. 31. Roll. conſil.
21. num. 14. vol. 1. Ceph. conſ. 13. num. 25. Decian.
conſ. 11. nu. 54. vol. 4. Men. de arbit. caſ. 171. nu. 71.
Surd. conſ. 30. num. 2. Pegue. d. deciſ. 106. nu. 1. & 2.*
& ſic de ea, quæ habet cauſam, & originem à
grauato, non verò de ea, cui teſtator dedit cau-
4 ſam, &, quæ propriè dicitur neceſſaria, † *vt de-
clarat Ceph. conſ. 311. nu. 78.* Nam huius reſpe-
ctu deficit, & poteſtas teſtatoris, & voluntas,
Poteſtas, quia debitor prohibendo alienatio-
nem non poteſt nocere ſuis creditoribus, & ſic
non poteſt impedire, quo minus illi ius ſuum in
5 ipſius bonis conſequantur. † *d. l. filiusfa. 117. §.
Diui. 2. ff. de leg. 1. l. qui ſolidum. 80. §. fin. ff. de leg.
2. & ſcribunt Ang. de Gamb. d. conſ. 12. nu. 10. & d.
conſ. 28. num. 13. Socin. iun. in d. §. Diui, num. 32.
Nat. conſ. 147. nu. 22. & conſ. 528. nu. 30. Peguer.
d. deciſ. 106. nu. 2.* cum generaliter factũ debito-
ris nullũ poſſit creditoribus afferre præiudiciũ.
6 † *l. debitoris 25. C. de pact. l. debitorem. 15. C. de pig.*
Alioquin enim facilè eſſet debitorib. ſuos cre-
ditores hiſce prohibitionibus, & diſpoſitionib.
7 eludere, quod eſſet abſurdiſſimum. † *tit. ff. quæ
in fraud. cred. tit. C. de reu. ijs, quæ in fraud. cred. &
in his terminis conſiderat Socin. iun. in d. §. Diui.
num. 32.* Qua ratione fit, vt creditores præferan
tur omnibus legatarijs, & fideicommiſſarijs, vt
pote prouenientibus ex facto, ſeu diſpoſitione
8 debitoris. † *l. ſi vniuerſæ 15. C. de lega. l. 1. §. deniq;
ff. ad Trebell. l. ſucceſſores. 16. C. ad l. fal. l. 1. §. in qui
buſdam. ff. ſi cui plus, quam per leg. Falc.* Volun-
tas verò deficit, quia teſtator non præſumitur
9 velle, quod non poteſt, † *vt ſcribunt gl. in d. l. pe-
to 71. in prin. in verb. ab ijs, & ibi Bald. in fin. ff. de
leg. 2. Ceph. conſ. 74. num. 7. Nat. conſ. 145. nu. 23.
Surd. conſ. 431. num. 41. Mantic. de coniect. vlt. vo-
lun. lib. 7. tit. 8. num. 4.* Ideoq; ſimpliciter prohi-
bendo alienationem ſuorum bonorum non
cenſetur intelligere de ea, quam etiã in ſpecie
prohibendo non poſſet impedire, ſed tñ de ea,
quam impedire poteſt, & ſic de voluntaria, nõ
de neceſſaria, *vt ſupra dictum eſt.* Quamobrem
dicimus alienationem neceſſariã non eſſe con
10 tra voluntatem teſtatoris. † *d. l. cum fidei. 9. ff. de
fideic. liber.* Idque procedit, etiamſi prohibitio
alienationis fiat vſq; ad certam ætatẽ, & ſic fa-
11 uore prohibiti, † quia talis fauor non debet tra
12 hi in odium, & iniuriã creditorũ. † *l. impuberi.
41. ff. de adm. tut. l. nec auus. 4. C. de eman. lib. l. 2. §.
merito, & §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loc. publ.
l. ſed cum ab hærede. 12. ff. ad Treb.*
Nec obſtat, ſi dicatur, alienationes, de quib.
agitur, non fuiſſe omnes factas pro ſolutione
æris alieni teſtatoris, ſed quaſdam ex ijs factas
eſſe ſimpliciter, quia reſpondeo, pro emptorũ
ſecuritate ſufficere, teſtatorem re vera reliquiſ-
ſe æs alienum, quod fuerit ab hærede ſolutum,
licet alienatio non fuerit ſpecialiter ob eam
13 cauſam facta: † nam certum eſt, pro quanti-
tate æris alieni, quod ſolutum eſt, poſſe hære-
dem retinere tot bona hæreditaria, quæ pro ſa-
14 tisfactione ſufficiant, † *vt ſcribunt Peregr. de
fideic. art. 35. nu. 3. et conſ. 68. n. 3. verſ. & deducto*

vol.3. Surd. conſ.253. num. 12. & ideo, ſiue ſolu-
tio facta ſit ante alienationem, ſiue poſt, debet
ea emptoribus proficere quia, ſi ante eſt facta,
hæres iam tempore alienationis habebat ius re-
tinendi, ſiue excipiendi, quod etiam in empto-
rem, & quemlibet alium ſucceſſorem ſingula-
15 rem transfertur † *l. in hoc iudicium 14. verſ. cete-
rum. ff. commod. diuid. l. vlt. ff. de exc. rei vendit. l.
etiam 3. ff. de iureiur. Bart. in l. ſi tertius. 6. §. ſi quis
prius num. 6. ff. de aq. plu. arcen. Crau. conſ. 148. nu.
1. Menoc. conſ. 456. num. 19. Et in ſpecie iuris reti-
nendi ſiue excipiendi propter detractiones Peregr.
de fideic. art. 39 num. 4. & conſ. 52. num. 36. volu. 1.*
Si verò facta ſit poſt alienationem, id ipſum
ius retinendi poſtea acquirit hæres, ideoq; tàm
quam ius ſuperueniens in perſonam auhoris
16 debet cōfirmare ius in perſona ſucceſſoris. † *l.
cum vir 42. ff. de vſucap. l. ſi a Titio 72. ff. de rei vin-
dic.* Denique, cum pecunia ab hærede ſoluta
pro ære alieno teſtatoris cōputetur inter detra-
ctiones, quæ de fideicommiſſo vniuerſali fiūt,
17 † *vt ſcribunt Pariſ. conſi. 55. nume. 27. volum. 3.
Soc. Iun. conſ. 109. num. 19. volum. 1. Gabr. conſilio
124. num. 4. vol. 1. Decia. conſi. 55. num. 21. volum.
4. Natt. conſi. 321. num. 2. verſ. tertio, & conſi. 328.
numero 5. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit.
8. num. 15. verſ. & ſi hæres, Peregr. de fideicom. art.
35. num. 1. & artic. 39. num. 1. & conſ. 52. num. 34.
verſic. rurſus volum. 1. & conſi. 68. num. 3. volum.
3. Menoch. conſi. 681. num. 4. Surd. conſi. 253. num.
12.* & in huiuſmodi detractiones primùm alię-
nata imputentur, ita, vt pro quantitate detra-
ctionum primi emptores incipiant eſſe tuti,
18 † *vt dicemus infra, Et in ſpecie detractionis, quæ
fit ob æs alienum teſtatoris ſolutum ab hærede ſcri-
bit Peregr. d. conſil. 52. nume. 36. volum. 1.* Con-
ſequens eſt, vt quandocunque, & quocunque
modo ſa cta ſit ſoluto, debeat ea ſemper em-
ptoribus proficere. Et hoc, meo iudicio, dubiū
non habet.

Secundò non eſt etiam dubitandū, quia alie-
nata reuocari poſſint, quatenus excedunt iu-
19 ſtam detractionum quantitatem, † *vt ſcribunt
Alex. conſi. 178. num. 3. volum. 5. Ruin. conſi. 135.
num. 11. vol. 3. Soc. iun. in l. in quartam 90. nu. 88.
ff. ad l. Falc. Roll. conſ. 78. num. 20. in fin. & nu. 21.
vol. 1. Peregr. de fideicom. d. art. 39. nu. 4. & d. conſ.
52. num. 36. vol. 1.* nam, cum vltra illam quan-
titatem bona remaneant ſubiecta fideicom-
miſſo, Conſequens eſt, vt, ſi fuerint alienata,
20 reuocari poſſint. † *l. vlt. §. ſin autem ſub conditio-
ne verſ. ſed in his. C. comm. de legat.* Et hoc pariter
dubium non habet.

Neque difficultas præſentis conſultationis
in hoc conſiſtit, ſed in eo, an alienata reuocari
poſſint, etiā pro quantitate legitimæ, & trebel-
lianicæ, quam filij grauati fideicommiſſo poſ-
ſunt de hæreditate deducere *cap. Raynutius, &
cap. Raynaldus, extr. de teſta.* nam, & ſi regula-
riter huiuſmodi filij poſſint alienare bona te-
ſtatoris vſque ad illarum quartarum quantita-
21 tem; † *vt ſcribunt Crott. in d. §. Diui. 2. num. 20.
Soc. iun. d. conſi. 28. in prin. & num. 1. vol. 2. Gabr.
conſ. 46. num. 45. & 46. vol. 1. Natt. conſ. 528. nu.
32. & ſeqq. Decia. conſ. 55. num. 30. volum. 4. Ce-
phal. conſi. 344. num. 10. & conſi. 624. num. 6. Pe-
regr. de fideicom. d. art. 39. num. 1.* etiam ſi teſta-
22 ſtator bonorum alienationē prohibuerit, † *vt
tradunt Soc. Iun. d. conſi. 28 in prin. volum. 2. Nat.
conſil. 145. numero 20. verſicul. reſpondetur & 3. &
num. 22. Ceph. conſ. 153. nu. 14. & 90. & conſ. 715.
nu. 9. & 19. M. Ant. de Amat. deciſ. 20. nu. 7.* & em-
ptores vſque ad eam quantitatem cenſeantur
23 eſſe tuti, † *vt ſcribunt Alex. d. conſ. 178. nu. 4. vol.
5. Ruin. d. conſ. 135. nu. 11. vol. 3. Soc. Iun. in d. l. in
quartam. 90. nu. 89. ff. ad l. Falc. & d. conſ. 28. nu. 2.
in fin. vol. 2. Gabr. d. conſil. 46. nu. 46. vol. 1. Ceph. d.
conſil. 624. nu. 7. Pereg. d. art. 39. num. 4.* propterea
quod primùm alienata in huiuſmodi quartas
24 imputantur † *l. Marcellus. 3. §. res quæ ff. ad Treb.
& tradiderunt Alex. Ruin. Soc. Iun. & Peregr. in
ſupradictis locis, & præter eos Roll. conſ. 25. nu. 17.
vol. 1. Decia. conſ. 27. nu. 8. & 41. vol. 3. & conſ. 55.
nu. 30. vol. 4. conſ. 28. nu. 7. vol. 5. Peregr. d. conſ. 52.
num. 36. vol. 1.* Tamen in caſu noſtro videtur a-
liud dicendum duplici ex cauſa, vna reſpectu
legitimæ, & trebellianicæ, quę eſſet dētrahen-
da de portione D. Io. Antonij, qui alienauit, &
vltimo loco deceſſit, altera verò reſpectu legi-
timæ, & trebellianicæ detrahendæ de portio-
ne DD. Cęſaris, & Mauritij, qui ante D. Io. An-
tonium in pupillari ætate deceſſerunt.

Nam reſpectu legitimæ, & trebellianicę de-
trahendæ de portione D. Io. Antonij, ideo em-
ptores non videntur tuti, quia, cum teſtator p-
hibuerit alienationem etiam legitimæ, & tre-
bellianicæ, vſque quo omnes filij perueniſſent
ad 25. annum, & talis prohibitio ſuſtineatur
25 etiam in legitima, † *vt ſcripſerunt Caſtr. conſ. 77
nu. 2. verſ. Breuiter vol. 1. Iaſ. in d. §. Diui 2. in pri-
ma lect. nu. 116. & in 2. nu. 17. & ibi Crot. num. 16.
Amb. de Opizon. nu. 44. Ferd. Loaz. nu. 22. Soc. iun.
nu. 35. Rip. nu. 33. Alcia. nu. 13. Pic. in d. l. in quar-
tam 90. nu. 122. ff. ad l. Falc. Boer. deciſ. 87. num. 4.
Soc. Iun. conſ. 87 nu. 5. vol. 3. Dec. conſil. 442. nu. 28.
vbi teſtatur, hanc eſſe communem, a qua non eſt re-
cedendum, Roll. conſ. 31 num. 30. vol. 1. Nat. conſ.
528. nu. 1. & 2. Alcia. conſil. 67. num. 1. lib. 9. vbi ait,
hanc concluſionem nullum habere contradicentem,
& de præſ. reg. 1. præſ. 2. nu. 3. vbi teſtatur, hanc eſſe
communem opinionem, licet ipſe dicat contrarium
poſſe ſuſtineri, Bec. conſ. 100. nu. 2. & 20. verſic. Po-
ſtremo, Menoch. conſ. 57. num. 7. & 15. verſ. Non ob-
ſtant,* quippè, quæ recipit omnes diſpoſitiones
26 filio fauorabiles, † *l. ex triens 26. C. de inoff. Bar.
in l. cum ex filio. 39. in prin. num. 1. ff. de vulg.* vt eſt
huiuſmodi prohibitio, tamquam facta fauore
ipſorum filiorum, vt ſcilicet ipſorum indem-
nitati conſuleret, & proſpiceret lubrico ætatis,
quæ multis eſt captionibus ſuppoſita, & mul-
torum inſidijs expoſita *l. 1. ff. de minor. & in his
terminis conſiderant omnes quos retulimus ſupra
num. 25.* Et multo magis ſuſtineatur in trebel-
lianica, quæ minus eſt priuilegiata, quam legi-
27 tima, † *vt arguit Roll. d. conſ. 31. nu. 31. & 32. vol.
1. & de vtraque ſcripſerunt Pic. in d. l. in quartam,
nu. 122. Bec. d. conſ. 100. nu. 2. & 20. verſ. poſtremò.*
Conſequens videtur vt alienatio facta a D. Io.
Antonio, qui ante perfectam illam ætatem de-
ceſſit, tamquam facta contra expreſſam prohi-
bitionē teſtatoris ſit ipſo iure nulla, & per con-
ſequentias poſſit etiam intra illarum quartarū
quantitatem retractari.

Nec videtur obſtare, quod quilibet fauori
28 ſuo renuntiare poſſit † *l. pen. C. de pact.* Ideoque,
ſi prohibitio alienationis reſpectu legitimæ, &
Trebellianicæ ſuſtinetur fauore filij, videatur
29 is potuiſſe alienando fauori ſuo renuntiare, † *vt
cenſuerunt Soc. Iun. in d. §. Diui 2. num. 15. verſic.
Nec obſtat, & d. conſ. 87. nu. 6. vol. 3. Decia. conſ. 10.
nu. 37.*

Digitized by Google

nu.37.vol.4. Menbch.d.conſ.57.nu.15.Surd.conſ
77.nu.19. quia hoc procederet, ſi fuiſſet maior:
nam minor, nec per ſe, nec per tutores, aut cu-
ratores ſuos poteſt renuntiare ſuo fauori, & ſic
alienare contra prohibitionem factam a teſta-
30 tore in ſui vtilitatem † l.2.C.pro empt.& ſcribunt
Bart.in d.§.Diui 2.nu.2. Dec.conſ.349.nu.6.conſ.
40 .nu.23.& conſ.513.nu.5. Nat.d.conſ.528.nu.
2.Bec.d.conſ.100.nu.4.& 10.Surd.conſ.284.nu.12
Quamobrem, ſi alienet, poterit ipſemet alie-
nationem reuocare, & ſic contra factum pro-
prium venire, quia non eſt hoc prohibitũ, quo-
31 ties factum eſt ipſo iure nullum, † l.quemadmo-
dum.7.C.de agric.& cenſ.lib.11.l.1.& ibi Bal.C.de
lib.cauſ. Alex.su l.ſi donatione.13.nu.10.in fi.C.de
collat.& conſ.123.nu.6.vol.1. Oſaſ.decіſ.180.nu.2.
latè Surd.d.conſ.284.nu.2.6.& ſeqq. Mantic.deciſ.
91.nu.5. Et in ſpecie alienationis Caſtr.in d.§.Diui
2.nu.3.in fin.Gram.deciſ.93.nu.3.Gabr.conſ.125.
nu.7 vol.1.Cepo.conſ.272.nu.54.Surd.conſil.116.
num.2. Quod ſi minori licet, debet etiam licere
32 ipſius hæredibus, † vt ſcribunt Soc.Sen.conſil.79.
nu.47.vol.4.Pariſ.conſil.33.nu.96.vol.3. Soc.Iun.
conſ.77.nu.134.vol 1.Gram.d.deciſ.93.nu.8. Oſaſ.
deciſ.180.num.1.Menoc.conſ.11.num.25. quippè,
qui eiuſdem poteſtatis ſunt, cuius erat defun-
33 ctus, † l.hæredem.60.ff.de reg.iur. Imo magis hæ-
redibus quàm ipſi minori, quia facilius permit
titur hęredi impugnare factum defuncti, quam
34 ipſimet, ſi viueret, † vt ſcribunt Nat.conſil.289.
nu.4.verſ.ſed omiſſo, Menoc.conſil.89.num.9. Oſaſ.
deciſio.181.nu.19.& Surd.d.conſ.284.nu.20.

Nec videtur facienda vis in iuramento præ-
ſtito à D. Io. Antonio, quia tale iuramentum
non videtur confirmare alienationem à mino-
re factam contra expreſſam prohibitionem te-
35 ſtatoris, † vt cenſuit Dec.d.conſ.349.num.6. verſ.
ſed tamen videtur, & conſ.403.num.23. quia cùm
in eo duplex concurrat prohibitio, hominis, &
legis, debet ea cenſeri fortior, & per conſequẽ-
tias debet impedire alienationem, etiam in iis
36 caſibus, in qbus aliàs de iure fieri potuiſſet, † vt
ſcribunt Alex.in d.§.Diui.2.num.1.verſ.cuius, &
ibi Iaſ.in prima lect.nu.23. Ruin.conſ.41.num.27.
vol.1.Dec.d.conſ.349.num.3.verſ.Addo, Decian.d.
conſ.10.nu.41.vol.4.Odd conſ.95.nu.63. Bec.con-
ſil.101.nu.69.Surd.conſil.323.num.3.& ſic etiam
alienationem iuratam, quæ alioquin valeret, ſi
ſimplex adeſſet legis prohibitio Authen. ſacra-
menta puberum.C.ſi adu.vend. Duo enim vincu-
37 la ſunt fortiora vno † §.ſed hodie inſt.de adop. Au-
then. Itaque C.comm.de ſucc.

Minus videtur obſtare, ſi dicatur, prohibi-
tionem alienationis reſtrictam ad ætatem 25.
annorum non impedire, quominus alienatiŏ
facta valeat, & cenſeatur irreuocabilis, vſque
ad quantitatem legitimæ, ſed operari ſolum, vt
filius, tamquam contraueniens voluntati pa-
ternæ incidat in pœnam priuationis hæredita-
tis, quia videtur poſſe reſponderi, Imo operari
nullitatem contractus, non priuationem hære-
38 ditatis, † quia aliter poſito iure prohibitio alie
nationis, quæ fuit facta fauore ipſius filij, &, vt
eius indemnitati conſuleret, in ipſius odium
retorqueretur, contra l.quod fauore 6. C.de legib.
& ei damnum amiſſionis paternæ hæreditatis
afferret, & ſic contrarium effectum operaretur
contra l.legata inutiliter.14.ff.de adm. leg. l.legata
inutiliter.19.ff.de leg.1. Ne igitur hoc ſequatur,
æquius, & melius videtur dicere alienationem
eſſe nullam, & hoc modo efficere, vt filius eua-
dat pœnam priuationis, quam alienationem
ſuſtinendo operari, vt paterna hæreditate pri-
39 uetur. † Et ita in ſpecie cenſuerunt Fern.Loaz.in
d.§.Diui.2.nu.22.Rub.Alexan.conſil.27.quem re-
fert, & ſequitur Pereg.de fideicom.art.36.num.67.
verſ.porro.

Denique non videtur obſtare, ſi dicatur, hęc
potuiſſe habere locum, ſi ſupereſſent alij ma-
ſculi, ad quos teſtator voluit partem contraue-
nientis peruenire, ſecus verò in caſu noſtro, in
quo tempore alienationis non ſupererant, niſi
fœminæ, quæ in caſum alienationis non fuerũt
vocatæ, quia videtur poſſe reſponderi, Imo cẽ-
ſeri etiam in hunc caſum vocatas, ſaltem ex
præſumpta voluntate teſtatoris, quia, cùm eas
vocauerit in caſum mortis, ſi omnes maſculi
deficiant, & ſimiliter in caſum delicti, conſe-
quens videtur, vt cenſeatur etiam voluiſſe vo-
care in caſum alienationis, etiamſi de eis ex-
preſsè non fecerit mentionem, quia vna pars
40 teſtamenti declarat aliam † l.ſi ſeruus plurium
53.§.vlt.ff.de leg.1.& vna ſubſtitutio ab alia de-
41 claratur † l.Lucius 78.§.pater puerum ff.ad Treb.
& ſcribunt Bart.in l.Centurio.15.nu.27.ff.de vul-
ga. Curt.Iun.conſ.209.nu.1.Crau.conſ.62.nu.11.
& conſ.208.nu.5.& 6. Decia.conſ.89.nu.10.vol.3.
Menoc.conſ.215.nu.168.& conſil.232.num.20.&
qualis fuit mens teſtatoris in ſubſtitutionibus
præcedentibus, & ſequentibus, talis eſſe præſu-
42 mitur in ſubſtitutione media † ſecundum Ceph.
conſ.114.num.17. cum ex præcedentibus media
43 declarentur † vt ſcribunt gl.in l.ille, a quo 13.§.ſi
de teſtamento, in verb.verba.ff.ad Treb. Decia.con-
ſil.62.num.47.vol.3.Mantic.de coniect.vlt.volunt.
lib.6.tit.13.nu.1.in fin. Surd.conſ.151.num.30.&
conſ.565.nu.6.

Prædictis tamen non obſtantibus, & re dili-
gentiſſimè perpenſa, puto de iure verius, alie-
nationes eſſe validas, & irreuocabiles, etiam
pro quantitate legitimæ, & trebellianicæ debi-
tæ D.Io.Antonio, & vſque ad earum quartarũ
quantitatem non poſſe emptores à ſororibus
moleſtari, tametſi pater earum alienationem
ad certam vſque ætatem expreſsè prohibuerit.
Moueor autem.

In primis, quia ex verbis teſtamenti (ſi quis
ea diligenter perpendat) apparet teſtatorem
prohibuiſſe alienationem fauore tantum fra-
trum, & ſic maſculorum, quos hæredes vniuer-
ſales inſtituit, & eis ſolummodo, non etiam
fœminis proſpicere voluiſſe; Hoc enim primũ
colligitur ex illis verbis, Prohibendo a detti miei
figliuoli ſopra heredi inſtituiti, la diuiſione de' beni
fra loro, & ogni alienatione, etiandio d'ogni legiti-
ma, & trebellianica, & paulò poſt, Volendo, che la
parte de' contrauenienti a detta prohibitione di di-
uiſione, & alienatione, &c. nam, quia coniunctim
prohibuit diuiſionem, & alienationem, ita, vt
tam hęc, quam illa regatur, & determinetur ab
eodem participio, prohibendo, fit, vt alienatio
debeat cenſeri prohibita in eo tantum caſu, in
quo prohibita eſt diuiſio, et ſimilitęr, vt eorum
tantum fauore cenſeatur facta prohibitio alie-
nationis, quorum fauore fuit facta prohibitio
diuiſionis, quia vna determinatio reſpiciens
duo determinabilia debet ea pariformiter de-
terminare l.iam hoc iure.4.ff.de vulga. l.quamuis
4.C.de impuber.& al.ſubſtit. Sed diuiſio cenſetur
prohibita in eo tantum caſu, in quo præter cõ-
traue-

trauenientem, ideſt diuidere volentem ſuper-
ſint alij duo fratres, aut ſaltē vnus ex illis. quia
non poteſt tractari de diuiſione, niſi inter eos,
qui rem habent communem, *l. 1. ff. comm. diuid.*
& rem communem non poſſunt in caſu noſtro
habere, niſi maſculi hæredes vniuerſales inſti-
tuti, inter quos bona hæreditaria communia
ſunt, *l. 1. ff. fam. erciſ.* Ergo et in eo tantum caſu
debet cenſeri facta prohibitio alienationis, et
ſimili modo, quemadmodum prohibitio diui-
ſionis cenſetur facta fauore tantum fratrum ſu-
perſtitum, non etiam fauore fœminarum, cum
ad eas, tamquam in certa tantum ſumma pe-
cuniarum inſtitutas, nec cum maſculis com-
munionem habentes diuiſionis verbum refer-
ri non poſſit, ita etiam illorum tantum non e-
tiam harum fauore debet cenſeri facta prohi-
bitio alienationis.

Secūdo colligitur hoc ipſum ex illis verbis,
fino ſaranno tutti eſſi giunti all'età di 25. anni; nam
hæc oſtendunt mentem teſtatoris hanc prohi-
bitionem facientis non fuiſſe, niſi vt proſpicē-
ret indemnitati ipſorum maſculorum, quia e-
tiam ſi vnus perueniſſet ad 25. annum, noluit
tamen eum poſſe diuidere, et partem ſuam alie-
nare, ne minores per diuiſionem à maiore pe-
titam aliquod detrimentum paterentur, et ſic
vt minorum indemnitati conſuleretur.

Tertio hoc idem apertiùs colligitur ex illis
verbis, *Volendo, che la parte de contrauenienti a det-
ta probitione di diuiſione, & alienatione s'intenda
ipſo iure, e ſubito deuoluta a gl'altri fratelli non con-
trauenienti*. nam hæc maſculos vocant, non fœ-
minas, non ſolum quia pars expreſſim appli-
catur fratribus, quorum appellatione non con-
tinentur ſorores in iis diſpoſitionibus, in qui-
bus teſtator diſcretiuè locutus eſt de fratribus,
44 et ſororibus, vt in caſu noſtro † *ſecundum Iaſ. in
l. tres fratres. 36. nu. 13. ff. de pact.* ſed etiam, quia
applicatur non contrauenientibus, quæ quali-
tas non poteſt conuenire fœminis, vtpote, quę,
cum non fuerunt prohibitę alienare, non poſ-
ſunt dici non contrauenire. Denique applica-
tur alijs non cōtrauenientibus, quę dictio alijs,
45 tamquam repetitiua qualitatum, † *cap. fina. in
prin. de pact. in 6. glo. in l. quidam relegatus. 6. in
prin. in verb. amicus ff. de reb. dub. Soc. Iun. conſ. 160
nu. 13. vol. 2. Ruin. conſ. 181. nu. 2. vol. 2. Nat. conſ.
298. nu. 5. Cepo. conſ. 13. nu. 11, Oſaſ. deciſ. 167. nu.
7. Surd. conſ. 21. nu. 14.* oſtendit eos, quibus pars
eſt applicanda, debere eſſe eiuſdem qualitatis,
cuius ſunt illi, qui priuantur, et ſic debere eſſe
maſculos, quippè quibus ſolis in dicta eſt priua-
tionis pœna.

Nec eſt, quod quiſquam reſpondeat, ſorores
in caſum alienationis non eſſe vocatas, ſi ſpe-
ctemus verba, ſecus verò, ſi ſpectemus mentem
teſtatoris, ſaltem præſumptam, et coniecturatā
ex eo, quod in præcedentibus, et ſequentibus
ſubſtitutionibus in defectum maſculorum vo-
cauit fœminas, quia verius eſt, nec ex verbis,
nec ex mente poſſe eas intelligi vocatas. Pri-
mum enim eo ipſo, quod teſtator in alijs ſubſti-
tutionibus vocauit fœminas poſt maſculos, &
in caſum contrauentionis de eis mentionem
non fecit, colligimus mentem eius fuiſſe non
vocare, quia, ſi hoc voluiſſet, quemadmodum
id expreſſit in alijs caſibus, ita etiam in hoc ex-
46 preſſiſſet † *l. vn. § ſin autem ad deficientis C. de ca-
duc. toll.* Secundo tunc poſſumus ex præſumpta,
& coniecturata voluntate teſtatoris eius diſpo-
ſitionē interpretari, cum verba ſunt ambigua.
Cœterum, cum in eis nulla ſubeſt ambiguitas,
47 non eſt admittenda quæſtio voluntatis † *l. ille,
aut ille 25. §. 1. ff. de leg. 3.* Cum igitur in caſu no-
ſtro illa verba, *a gl'altri fratelli non contrauenien-
ti*, non ſint ambigua; ſed clara propter adie-
ctionem qualitatum, quæ fœminis conuenire
non poſſunt, *vt ſupra demonſtrauimus*, Conſe-
quens eſt, vt pro admiſſione ſororum non ſit ad
præſumptam, & coniecturatam mentem teſta-
toris recurrendum. Tertio diligenter conſide-
randum eſt, nos hic non tractare de declaran-
da diſpoſitione teſtatoris, ſed de ea ſupplenda,
& extendenda, ſcilicet, quia teſtator vocauit
fratres non contrauenientes, & ſic maſculos,
& quæritur, an hæc vocatio ſit ſupplenda, &
extendenda ad fęminas a teſtatore omiſſas eo,
quod in alijs ſubſtitutionibus fuerunt vocatæ
maſculis deficientibus. Hoc ſtante dico, non
poſſe eas vllo modo cenſeri vocatas, quia, licet
ex præſumpta mente teſtatoris poſſit eius diſpo
ſitio ſuppleri, & extendi de caſu ad caſum, non
48 tamen poteſt de perſona ad perſonam † *vt ſcri-
bunt Ruin. conſ. 127. nu. 9. verſ. facilius. vol. 2. Dec.
conſ. 286. num. 8 conſil. 290. nu. 6. verſ. præmitto, &
conſ. 377. num. 3. Soc. Iun. conſ. 185. num. 12. vol. 2.
Gabr. conſ. 111. nu. 13. vol. 1. Cepo. conſ. 269. nu. 12.
& 53. Nat. conſ. 591. nu. 25. Rol. conſ. 56. num. 24.
vol. 3. Peregr. de fideicomm. art. 1. num. 27. Menoc.
conſ. 97. nu. 91. Surd. conſ. 55. nu. 24.* Quamobrem
dicimus, ad excluſionem agentis ex cauſa fi-
deicommiſſi ſufficere poſſidenti dicere, de te
49 non loquitur diſpoſitio † *ſecundum Iaſ. conſ. 29.
col. pen. verſ. 5. facit, & conſ. 50. col. 2. verſ. 3. facit vo
lum. 3. Men. conſ. 376. nu. 22. Surd. conſ. 448. nu. 31.*
Quarto demum, licet teſtator in caſum mortis
vocauerit fœminas deficientibus omnibus ma-
ſculis, nō tamen ex hoc ſequitur, voluiſſe eum
etiam in caſum alienationis eas vocare, quia
longè diuerſa eſt vtriuſque vocationis ratio,
quæ, quoties ſubeſt, non poteſt ab vna ſubſtitu-
50 tione ad alterius declarationem inferri, † *vt
ſcribit Menoc. conſ. 226. nu. 89.* Ratio autem di-
uerſitatis eſt, quia in caſum mortis maſculi fue-
rant fœminis ſine filijs decedentibus ſubſtitu-
ti, ideo nil mirum, ſi è contra voluerit teſtator
maſculis ſubſtituere fœminas, ſaltem in defe-
ctum aliorum omnium maſculorum. At hæc
ratio ceſſat in caſu contrauentionis, quia cum
fœminæ non fuerint prohibitæ alienare, & per
conſequētias non fuerint eis maſculi in caſum
alienationis ſubſtituti, ideo nec contra cenſeri
debent fœminæ in hunc ipſum caſum ſubſti-
tutæ maſculis; Et, quamuis hæc mutuæ voca-
tionis ratio ceſſet etiam in caſum delicti, in
quē tamen voluit teſtator etiam fœminas ſuc-
cedere, ſi omnes maſculi deficiant, non tamen
ab hac vocatione poteſt ad vocationem in ca-
ſum alienationis inferri, quia, quoties ſubſtitu-
tiones, & vocationes diuerſas habent qualita-
tes, & conditiones, non rectè ab vna ad alterius
51 declarationem infertur, † *vt ſcribit Menoc. d.
conſ. 220. nu. 58.* Habere autem huiuſmodi vo-
cationes diuerſas conditiones, & qualitates pa-
tet ex eo, quia vocatio facta in caſum delicti
non fuit ad certum tempus reſtricta, vt vocatio
facta in caſum alienationis, ſed durare debuit
quamdiu, vel vnus maſculus fuiſſet ſuperſtes.
Deinde in caſum delicti non ſolum fuerint

vocati

Digitized by Google

vocati fratres non delinquentes,ſed etiam fra-
trum filij; At in caſum alienationis pars con-
traueniẽtis non niſi fratribus non alienãtibus
fuit aſſignata. Denique vocatio in caſum deli-
cti potuit reſolui, ſi delinquens ex indulgentia
principis fuiſſet reſtitutus, quæ res dici non po-
tuit de vocatione in caſum alienationis. Tam-
quam igitur vocationes diuerſæ,& diuerſas ha-
bentes qualitates diuerſam debent interpreta-
tionem recipere, & ideo, licet in caſum delicti
vocatę ſint fœminę,ſi nulli fratres,aut fratrum
filij ſuperſint, non tamen ex hoc debemus in-
terpretari volũtatem teſtatoris fuiſſe etiam eas
vocare in caſum alienationis, in quem ſoli fra-
tres non contrauenientes vocati ſunt.

Ex his igitur apparet, veriſſimum eſſe, quod
ſupra diximus,prohibitionem alienationis a te
ſtatore factam cenſeri reſtrictam ad eum tantũ
caſum,quo ſuperesſent alij maſculi minores 25
annis,quoniam teſtator eis non etiam fœminis
voluit proſpicere, Ex quo ſequitur DD. Ange-
lam Mariam,& Paulam Felicem,quę intendũt
reuocare alienationes factas a D. Io. Antonio
non poſſe agere ex vi prohibitionis expreſſæ,
quippe,quæ cenſetur extincta eo ipſo,quod nul
lus ſupereſt ex iis, quos teſtator in caſum alie-
52 nationis vocauit † *l. cum pater. 79. §. libertis. l. qui
ſolidum 80. §. prædium ff. de leg. 2.* ſed poſſe tãtum
agere ex vi prohibitionis tacitæ,& legalis ex fi-
deicommiſſo reſultantis *ſecundum l. ult. §. fin au
tem ſub conditione,& Auth. Res quæ, C. comm. de le-
gat.* quæ, quoniam non impedit alienationem
pro quantitate legitimæ,& trebellianicæ, *ut ſu-
pra dictum eſt*, ideo operatur, vt emptores, vſque
ad quantitatem earum quartarum,quatenus de
portione D. Io. Antonij deducendæ ſunt, inci-
piant eſſe tuti, nec poſſint a ſororibus moleſta-
ri. Et ab hoc primo fundamento,tamquam ſo-
lidiſſimo,& ad tuenda poſſeſſorum iura tutiſſi-
mo, non puto recedendum, propterea quod v-
tramq; reſpicit quartam,cum alioquin ſequens
non, niſi pro quantitate legitimæ poſſeſſores
tueatur.

Secundo verò moueor principaliter,quia,li
cet alii fratres adhuc eſſent ſuperſtites, aut in
eorum defectum fuiſſent etiam ſorores in caſũ
alienationis vocatæ, adhuc tamẽ pro portione
legitimæ debitæ D. Io. Antonio valeret aliena-
tio, nec poſſet retractari non obſtante prohibi-
tione alienationis facta, vſque ad 25. ætatis an-
num; Nam, quod dicimus,huiuſmodi prohibi-
tionem,tamquam fauorabilem, & filiorum v-
tilitati proſpicientem valere etiam in legitima,
53 non ita eſt accipiendum † quaſi ſecuta vendi-
tione poſſint vocati veluti ex cauſa fideicom-
miſſi alienata reuocare etiam pro quantitate le
gitimæ, quia hoc modo prohibitio non cenſe-
retur facta fauore filiorum, ſed fauore vocato-
rum, & ſic contineret fideicommiſſum, quod
54 tamquam onus reiicitur de legitima, † *ut in his
terminis conſiderant Dec. conſil. 513. num. 5. & Soc.
Iun. in d. §. Diui. 2. num. 35. verſ. Tu circa, & faten-
tur etiam Alcia. conſ. 67. nu. 3. in fin. lib. 9. & Pereg.
de fideicomm. art. 36. nu. 67. in fin.* ſed ita eſt acci-
piendum,vt (ſecundam vnam opinionem, quæ
videtur receptior) non obſtante prohibitione
poſſit filius alienando fauori ſuo renuntiare ita
vt alienatio pro quantitate legitimæ valeat ir-
reuocabiliter,ſed propter contrauentionem in-
cidat in pœnam a patre appoſitam,& ſic priue-
tur omnibus bonis excepta legitima, quippe,
quę non amittitur etiam ſi filius ob inobedien-
55 tiam priuetur hæreditate paterna † *§. ſi quis au-
tem non implens Auth. de hæred. & falc. coll. 1. Auth.
hoc amplius C. de fideicom. Ita declarant Caſtr. conſ.
77. nu. 2. verſ. & poſito, & num. 4. vol. 1. Ruin. conſ.
136. num. 13. vol. 2. Ambr. de Opizo. in d. §. Diui. 2.
nu. 45. & ibi Soc. Iun. num. 35. verſic. Tu circa, idem
Soc. Iun. conſ. 87. nu. 6. vol. 3. Menoc. conſ. 57. num.
15. verſ. Non obſtant, Surd. conſ. 77. nu. 39. & Rot.
Romana in deciſ. relata ab Honded. poſt conſil. 58.
nu. 98. verſ. Nec obſtat, vol. 1.* At ſecundum aliam
opinionem, reddit quidem prohibitio aliena-
tionem nullam,ſed fauore filii,non aliorũ. Ita-
que poterit quidem filius, ſi velit,alienationẽ,
tamquam nulliter, & contra expreſſam patris
prohibitionẽ a ſe factam reuocare, & hoc mo-
do euitare pœnam priuationis ſibi a patre indi
56 ctam, † *ut videre eſt apud Fern. Loaz. in d. §. Di-
ui 2. nu. 22. & Peregr. d. art. 36. nu. 67. verſ. porrò,
qui ita declarant*; ſed, ſi reuocare nolit, aut non
poſſit,nõ ceterius reuocandi alienationem (qua-
tenus legitimæ quantitatem non excedit) aliis
concedendum, ſed neceſſariò debebit eſſe lo-
cus pœnæ priuationis hæreditatis, quam teſta-
tor indixit, quia reuocatio ab iis tantum fieri
57 poteſt, quorum fauore fuit facta prohibitio † *l.
peto. 71. §. fratre l. cum pater. 79. § libertis ff. de leg. 2*
& reſpectu legitimæ prohibitio cenſetur facta
fauore filii non aliorum, quia alioquin conti-
neretur onus,quod de legitima reiicitur, *ut dictum
eſt*, ideoque,ſi filius reuocare nolit,aut non poſ-
ſit, non eſt reuocandi facultas iis concedenda,
qui in caſum alienationis fuerunt a teſtatore
vocati.

Nec eſt, quod quiſquam reſpondeat, ſorores
reſpectu legitimæ non reuocare alienata, tam-
quam fideicommiſſarias, ſed tamquam alienã-
tis hæredes, quibus permittitur reuocare alie-
nationem nullam, quam potuiſſet ipſemet de-
functus retractare, quia hoc procederet, ſi ve-
rum eſſet ipſummet alienantem, nempè Dom.
Ioan. Antonium potuiſſe alienationem à ſe
factam pro quantitate legitimæ reuocare, ſed
hoc eſt falſum,quia licet (ſecundum poſterio-
rem ſententiam) prohibitio alienationis facta
fauore filii reddat alienationem nullam, &
operetur, vt ipſemet filius eam reuocare poſſit,
ut dictum eſt, hoc tamen intelligitur, ſi aliena-
tio ſit facta ſimpliciter Cæterum, ſi cum iura-
mento, & promiſſione de non contraueniẽn-
do, verius, & receptius eſt, nullo modo poſſe
58 filium alienationem reuocare, † *ut ſcripſerunt
Ambr. de Opiz. in d. §. Diui. 2. num. 45. & ibi Ferd.
Loaz. num. 99. verſ. unum tamen, & Rip. (licet ſub
dubio) num. 28. Bec. d. conſi. 200. nu. 9. & 10. Surd.
conſi. 284. num. 13.* quia iuramentum reddit eũ
maiorẽ, & operatur, vt alienationes, quæ aliàs
fauore minoris ætatis eſſent inualidæ, ſuſtineã
tur. *Authen. ſacramenta puberum cum ibi not. C. ſi
adu. vend.* Nec dicas,hoc procedere, ſi aliena-
tio ſit ſimpliciter nulla propter prohibitionẽ
legis,ſecus verò,ſi propter prohibitionem teſta
toris,quia verius eſt, Imo procedere etiam ſi ad
ſit prohibitio hominis: nam teſtator nõ poteſt
impedire vim iuramenti, quando tractatur de
excludendo fauore iurantis, cùm ſuper iuramẽ
59 to ſola Eccleſia ſtatuere poſſit. † *cap. venerabi-
lem de elect. cap. ult. de for. comp. in 6.* Itaq; etiamſi
teſtator expreſsè dixiſſet, ſe prohibere aliena-

tionem

tionem etiam iuratam, eius tamen prohibitio
non eſſet attendenda, quoad legitimam, quia
60 deficeret poteſtas, † *vt pluribus oſtendit Bec. d.*
conſi. 100. *num.* 11. Idque maximè procedere
debet in caſu noſtro, in quo minor ampliſſimis
verbis iurauit, & promiſit non contrauenire,
tàm ex cauſa minoris ætatis, quàm ex alia qua-
cunque cauſa: nam hoc ſtante faciliùs ſuſtine-
tur alienatio, quàm, ſi ſimpliciter iuraſſet non
61 contrauenire, † *vt cenſuerunt Dec. conſi.* 349. *nu.*
6. *verſic. ſed tamen videtur, & Bec. d. conſilio* 100.
num. 15.

Ex quibus oībus apparet, emptores pro quā-
titate legitimæ debitæ Dom. Io. Antonio non
poſſe moleſtari, etiamſi ſorores fuiſſent expreſ-
ſim in caſum alienationis vocatæ. Sanè pro
quantitate trebellianicæ non poſſent ſe tueri,
quia ceſſat huius quartæ detractio, quoties fi-
lius, aut alius hæres propter inobſeruantiam
62 priuatur hæreditate teſtatoris. † *vt ſcribit Rui.*
conſi. 47. *num.* 18. *volum.* 2. *& conſil.* 170. *num.* 10.
verſ. ſed præmiſſis. vol. 3. *Ant. Gabr. in tit. ad Treb.*
concl. 9. *num.* 8. *Hyer. Gabr. conſi.* 184. *num.* 6. *vol.*
1. *Cephal. conſil.* 153. *per tot. Surd. conſ.* 342. *per tot.*
Menoch. de præſ. lib. 4. *præſ.* 198. *num.* 24. *& conſil.*
1084. *num.* 18. *&* 32. nam, quia trebellianica
63 non, niſi ab hæredibus deduci poteſt. † *l.* 1. *§. in-*
de Neratius l. mulier. 22. *§. fin. ff. ad S. treb. & ſcri-*
bunt Alex. conſ. 247. *num.* 4. *in fin. volum.* 6. *Ceph.*
conſi. 148. *num.* 13. *Lecta. conſi.* 411. *num.* 19. *vol.* 1.
&, qui priuatur hæreditate propter inobedien-
tiam, non remanet hæres, cum perinde habea
64 tur, ac, ſi hæreditatem nō adijſſet. † *d. §. ſi quis*
autem non implens Authen. de hær. & falc. coll. 1. *d.*
Auth. hoc amplius C. de fideicom. ... *Auth. cui relictum*
C. de ind. vid. tollen. fit, vt ita priuatus trebellia-
nicam detrahere nullo modo poſſit. Et hac ra-
tione tutius eſt prius, quam poſterius funda-
mentum, quoniam illud tribuit emptoribus
retentionem pro vtraque quarta, hoc verò nō,
niſi pro legitima.

Neque obſtant contraria, & primò non ob-
ſtat, quod prohibitio alienationis reſtricta ad
ætatem 25. annorum tanquàm fauorabilis va-
leat etiam in legitima, & trebellianica, quia
ex ſupradictis reſponſio patet: nam hoc proce
dit in caſibus, in quibus facta eſt prohibitio, &
ſic in caſu, quo ſuperfuiſſet aliquis ex fratribus
alienantis, quoniam teſtator ad hūc caſum cē
ſetur ſe reſtrinxiſſe, *vt demonſtrauimus in primo*
fundamento. Vnde, cum tempore alienationis
iam eſſent defuncti omnes fratres, & ſolæ ſoro-
res eſſent ſuperſtites, ſequitur prohibitionem
alienationis, tanquam in hoc caſu nō factam,
ſed omiſſam, nō poſſe cenſeri validam, aut in-
ualidam, quia non entis nullæ ſunt qualitates,
l. eius, qui 41. *ff. ſi cert. pet.*

Nec obſtat, quod in alijs ſubſtitutionibus te-
ſtator reſpexerit etiam ad exiſtentiam fœmi-
narum, quippe, quas in defectum maſculorum
vocauit, ideoque videatur præſumēdus, etiam
in prohibitione alienationis ad earundem exi
ſtentiam reſpexiſſe, cum voluntas talis eſſe præ
ſumat in vna ſubſtitutione, qualis fuit in alijs,
quia reſpondeo, id procedere, ſi verba ſint am-
bigua, & tractetur de interpretanda dubia di-
ſpoſitione, ſecus verò, ſi verba ſint clara, & tra
ctetur de diſpoſitione ſupplenda, & extenden-
da ad perſonam omiſſam. Denique procedit,
ſi eædem ſint ſubſtitutionum conditiones, &
qualitates, ſecus verò, ſi diuerſæ, & diuerſam ra
tionem habentes, vt in caſu noſtro, *ſicuti multi-*
pliciter oſtendimus in primo fundamento.

Secundò reſpondeo, prohibitionem aliena-
tionis etiam temporalem non impedire alie-
nationem legitimæ, ſed ſolùm operari priua-
tionem hæreditatis in caſum contrauentionis,
maximè, ſi alienatio cum iuramento, & am-
pliſſimis verbis fiat, *vt oſtendimus in primo fun-*
damento.

Nec obſtat, quod iuramentum non confir-
met alienationem factam contra expreſſam
prohibitionem teſtatoris, quia hoc procedit, ſi
prohibitio facta ſit fauore tertij, ſecus verò, ſi
fauore iurantis, etiam ſi ſit minor: nam is ſaltē
cum iuramento poteſt fauori ſuo renuntiare,
vt ibidem latè oſtendimus. Nec obſtat, quod in
minore adſit duplex prohibitio hominis, & le
gis, quæ cenſetur fortior, quia reſpōdeo, in hoc
non eſſe attendendam multiplicationem pro-
hibitionum, tanquam earum, quę ad impediē-
dam vim iuramenti ſunt inutiles propter de-
fectum poteſtatis, *vt oſtendit Bec. d. conſil.* 100.
num. 14.

Denique non obſtat authoritas Decij exiſti-
mantis alienationem factam à minore contra
expreſſam patris prohibitionem non valere,
etiamſi ſit iurata, quia præter id, quod commu
nis eſt in contrarium, *vt patet ex numero DD.*
quos retulimus ſupra nu. 58. loquitur etiam De-
cius in caſibus, in quibus minor fuerat enormi
ter læſus; Itaque ceſſante læſione, quę ceſſat in
caſu noſtro, aut ſaltem non fuit deducta, con-
trarium verius eſſe profitetur, *vti videre eſt apud*
eum d. conſi. 349. *num.* 6. *verſ.* 2. *principaliter, & in*
d. conſi 403. *num.* 21. Denique loquitur Decius
de minore, qui ſimpliciter iurauit, ſe non con-
traueniturum, ſed, ſi verbis ampliſſimis iuraſſet
non contrauenire ex cauſa minoris ætatis, vel
alia quacunque, prout iuraſſe ſupponitur in ca-
ſu noſtro, contrarium verius eſſe profitetur, *vti*
videre eſt apud eum d. conſi. 349. *num.* 6. *verſi. ſed*
tamen videtur. Quamobrem ex his conſtat, ve-
riſſimum eſſe, quod ſupra diximus, alienata nō
poſſe reuocari pro quantitate legitimæ, & tre-
bellianicæ detrahendæ de portione Do. Ioan.
Antonij.

An autem reuocari poſſint pro quantitate le
gitimæ, & trebellianicæ detrahendæ de portio-
nibus DD. Cæſaris, & Mauritij, qui in ætate pu-
pillari deceſſerunt, difficilior videtur eſſe quæ-
ſtio, pro cuius deciſione tres neceſſario ſunt ex-
cutiendæ dubitationes, Prima, an portiones DD.
Cæſaris, & Mauritij, quæ virtute ſubſtitutionis
pupillaris fuerunt acquiſitæ D. Io. Antonio, cō-
tineantur in fideicōmiſſo, ad quod ſorores poſt
mortem omnium fratrum vocatæ ſunt. Secun-
do, dato, quod contineantur, an de iis portioni-
bus potuerit D. Io. Antonius detrahere legiti-
mam, & trebellianicam; Tertia demum, dato,
quod detrahere potuerit, an illæ veniant in re-
ſtitutionem fideicommiſſi prædicto D. Io. An-
tonio à teſtatore iniuncti.

Et in prima quidē dubitatione non puto mi-
hi diu laborandum, quia, licet in alijs terminis
quęſtio ſit perplexa, & in varios diſtincta caſus,
quos, tamquam à *Menoch. de præſump. lib.* 4. *præ-*
ſump. 74. *& Peregr. de fideicomm. art.* 8. *num.* 24. *&*
ſeqq. & alijs doctiſſimis viris relatos, non niſi fru
ſtra in hoc loco recenſere conarer, tamen in ter

minis

Digitized by Google

minis noſtris non eſt controuerſa, ſcilicet, quia,
quoties teſtator impuberes inuicem ſubſtituit,
& poſt mortem omnium ſubſtituit tertiũ, quo-
quomodo facta ſit ſubſtitutio, fatentur omnes,
vtramque portionem in fideicommiſſo conti-
65 neri, † *vt videre eſt apud Bald. in l. ex tribus. 26.
nu. 6. & ibi Caſtr. nu. 6. C. de inoff. teſtam. Ang. in l.
eta tamen. 27. §. qui ſuſpectam nu. 3. & ibi Imol. nu.
7. verſ. dicit Ang. & Alex. nu. 6. verſ. & prædicta, &
verſ. & illud, quod dicit ff. ad Treb. Ruin. conſil. 58.
nu. 11. vol. 2. conſ. 21. nu. 12. & conſ. 118. nu. 14. vol.
3. Peregr. d. art. 8. nu. 36. Ioſeſ. Ium. lib. 3. quæſt. for.
quæſt. 70. nu. 40. in fin. & num. 11.* Nam, cum om-
nes in conditione poſuerit, imò (ſecundum ea,
quæ poſtea dicemus) omnes grauauerit, conſe-
quens eſt, vt omnium quoque portiones cen-
ſeatur fideicommiſſo ſubieciſſe; Quod mihi vi-
detur probari argumento ducto *ex l. qui duos.
42. ff. de vulga.* Nam, cum ibi teſtator duobus im
puberibus ſubſtituiſſet, ſi ambo in pupillari æta-
te deceſſiſſent, ſcribit Papinianus, in ſubſtitutio-
ne duas hæreditates contineri. Ergo arguendo
a pupillari ad fideicommiſſariam prout in pro-
66 poſita materia noſtri communiter arguũt, † *vti
videre eſt apud Imol. in d. §. qui ſuſpectam num. 7.
verſ. Et pro hoc etiam, & ibi Alex. nu. 6. verſ. Et pro
hoc dicit,* idem erit dicendum in fideicõmiſſa-
ria duobus facta ſub conditione, ſi ambo deceſ
ſerunt ſine liberis, vt ſcilicet vtriuſque portio
in ſubſtitutione contineatur. Et hoc (meo iudi-
cio) dubium non habet, neque difficultas præ-
ſentis conſultationis in hoc conſiſtit, ſed

In ſecunda dubitatione, quæ de apicibus iu-
ris eſſe dicitur *a Bald. in d. l. ex tribus in fin. & ibi
Caſtr. in fin.* Eius autem deciſio pendet ab eo,
numquid pro portionibus DD. Cæſaris, & Mau
ritij, quas etiam diximus eſſe reſtituendas, fidei-
commiſſum cenſeatur relictum ab ipſis pupil-
lis, an verò a D. Io. Antonio eorum ſubſtituto:
nam, ſi a pupillis, non erit dubitandum, quin ex
eorum perſonis potuerit D. Io. Antonius, tam-
quam eorum hæres detrahere legitimam, & tre
67 bellianicam, † *vt ſcribunt Bal. in d. l. ex trib. nu. 6
Alex. conſ. 67. nu. 2. verſ. modo in propoſito volum. 1.
Ruin. conſ. 52. nu. 8. verſ. ſed, vbi filius, & conſil. 58.
nu. 11. vol. 2. Galiaul. in l. centurio. 15. nu. 408. 409.
& 412. & ibi Rip. nu. 127. ff. de vulga. Clar. in §. te-
ſtamentum q. 72. num. 5. Eman. a Coſta in cap. ſi pa-
ter, in 2. part. in verb. debita num. 16. de teſtam. in 6.
Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 8. tit. 3. num. 1.*
Et pariter dubitandum non erit, quin circa tre-
bellianicæ detractionem eadem habuerit iura,
quæ ipſiſmet pupillis competiiſſent; vt ſcilicet
non potuerit prohiberi, & in eam nõ debuerint
imputari fructus, vt ſeruatur in filijs primi gra-
dus *l. iubemus. 6. in prin. cum ibi not. C. ad Treb.* ex
quorum perſonis fieret in propoſito detractio.
At verò, ſi fideicommiſſum cẽſeretur relictum
a D. Io. Antonio, verius eſſet non potuiſſe eum
detrahere legitimam, ſed integras pupillorum
portiones, in quibus etiam eorum legitima cõ-
tinetur, debuiſſe fideicommiſſarijs reſtituere,
68 † *vt per l. ſi Titio. 95. § fin. ff. de legat. 1. ſcripſerunt
Bar. in l. cohæredi. 41. § cum filia, verſ. quod, ſi hære-
dem nu. 2. ff. de vulg. Bal. in d. l. ex tribus. 26. nu. 6. &
ibi Caſtr. nu. 6. C. de inoff. teſt. Caſtr. conſ. 239. nu. 2.
verſ. tertio principaliter vol. 2. Alex. d. conſ. 67. nu. 2.
verſ. modo in propoſito vol. 1. Ruin. conſ. 52. num. 7.
vol. 2. & conſil. 118. nu. 22. vol. 3. Galiaul. in d. l. cen-
turio 15. nu. 408. & 409. & ibi Rip. num. 127. ff. de
vulg. Clar. in d. §. teſtamentum. q. 72. nu. 5. Eman. a
Coſta in d. cap. ſi pater, in 2. part. in verb. debita nu.
16. & 21. Mantic. d. lib. 8. tit. 3. nu. 1. Craſſ. in §. le-
gitima q. 29. nu. 6. Menoc. conſ. 144. num. 25. verſ.
quintus, Peregr. d. art. 8. nu. 25. Surd. conſ. 541. nu.
11. & 29. verſ. reſpondetur 2.* Non enim potuiſſet
eam detrahere ex perſona propria, quia, quoties
pater aliquẽ filio pupillariter ſubſtituit, & gra-
uat fideicommiſſo perinde eſt, ac ſi pupillus eũ
69 inſtituiſſet, & grauaſſet, † *vt conſiderant Coſta in
d. cap. ſi pater in 2. par. in verb. debita, nu. 15. & Pe-
regr. d. art. 8. nu. 21.* cum ſubſtitutio pupillaris ſit
70 teſtamentum filij † *l. Papinianus. 8. § ſed neque
impuberis ff. de inoff. l. patris, & filij 20. ff. de vulg. d.
cap. ſi pater de teſtam. in 6.* Vnde, quemadmodum,
ſi DD. Cæſar, & Mauritius facti puberes eſſent
teſtati, & D. Io. Antonium inſtituiſſent, & gra-
uaſſent hæreditatem ſuam poſt mortem ſorori-
bus reſtituere, non potuiſſet is aliquam detra-
here legitimam cum fratri in bonis fratris legi-
tima non debeatur, vbi turpis perſona non eſt
71 inſtituta † *l. fratres 27. C. de inoff. teſtam. In §. ſoror
inſt. eo. §. primum itaque, & ibi gl. in verb. ſi artibus
Auth. de hæred. & falc. coll. 1.* Ita etiam nõ potuiſ
ſet eam detrahere in caſu noſtro, in quo fuiſſet
à patre ſubſtitutus pupillo, & per fideicommiſ-
72 ſum grauatus. † *Ita declarant Caſtr. in d. l. ex trib.
nu. 6. & d. conſ. 239. nu. 2. verſ. Ex his patet, vol. 2. &
Peregr. d. art. 8. nu. 42. verſ. Aut vero ſubſtitutio:*
Minus eam detrahere potuiſſet ex perſona pu-
pillorum, quia non illi, ſed ſubſtitutus fuiſſet a
73 teſtatore grauatus, † *vt conſiderant Bal. in d. l. ex
tribus nu. 6. & ibi Caſtr. nu. 6. Ruin. conſil. 118. nu.
22. vol. 3. Galiaul. in d. l. centurio, num. 409. & 410.
Clar. in d. §. teſtamentum q. 72. nu. 5. Coſta in d. lo-
co in verbo debita, nu. 21. Mantic. d. lib. 8. tit. 3. nu. 2.
Peregr. d. art. 8. num. 42. verſ. Aut vero ſubſtitutio.*
At trebellianicam detrahere quidem potuiſſet
74 ex perſona propria, † *vt ſcribunt Ruin. conſil. 58.
nu. 13. vol. 2. Galiaul. in d. l. centurio nu. 410. Coſta
in loco relato nu. 21. Mantic. d. lib. 8. tit. 3. nu. 3. Pe-
regr. d. art. 8. nu. 30. & 41.* cum quilibet etiam ex-
traneus per fideicommiſſum grauatus eam de-
75 trahere poſſit, † *l. 1. C. ad Trebell. l. quamquam. 10.
C. ad l. falc. §. ſed quia hæredes inſtit. de fideicom. hæ-
red.* ſed in ea non habuiſſet priuilegia filiorum
primi gradus, quia non detraxiſſet eam, vt filius,
ſed, vt frater, & extraneus. Et ideo pater potuiſ-
76 ſet illius detractionem prohibere † *vt ſcribunt
Caſtr. d. conſ. 239. in fin. vol. 2. Ruin. conſ. 147. nu. 4.
vol. 3. Mantic. d. lib. 8. tit. 3. nu. 2. Peregr. d. artic. 8.
nu. 41. & art. 12. nu. 46. Surd. d. conſ. 541. nu. 34. Et
generaliter de hæredibus filiorum primi gradus Al-
exand. d. conſ. 67. num. verſ. ſed reſpondeo vol. 1. Pariſ.
conſ. 21. nu. 56. vol. 3. Gabr. lib. 4. tit. ad Treb. concl.
1. nu. 13. Ceph. conſ. 151. nu. 67.* & ceſſante prohi-
bitione debuiſſet D. Io. Antonius in eam impu
77 tare fructus, vt in extraneis obſeruatur † *l. in fi-
deicommiſſaria 18. in princ. verſ. planè, & l. mulier.
22. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. & in his terminis ſcribit
Peregr. d. art. 8. nu. 41. & d. art. 12. nu. 46.* Omni-
modo igitur pro deciſione huius controuerſiæ
videndum erit, an fideicommiſſum relictũ poſt
mortem omnium filiorum, qui fuerãt inuicem
ſubſtituti, pro portionibus impuberum cenſea-
tur relictum ab ipſis pupillis, an verò ab eorum
ſubſtituto. Et, quoniam DD. variè loquuntur,
ideo pro faciliori totius quæſtionis excuſſione
tres diſtinguo caſus, quorum.

Primus eſt, quando teſtator nominatim ſub-
ſtituit

Digitized by Google

ſtituit vltimo morienti, Et tunc res caret dubio:
nam certum eſt, fideicommiſſum non eſſe reli-
ctum a pupillis ſed ab eorum ſubſtituto & ideo
non eſſe locum detractioni legitimæ, & in tre-
bellianica eſſe ſeruanda quæ ſupra diximus, vt
ſcilicet prohiberi potuerit, aut in eam fructus
debuerint imputari. quia talis detractio non fit
ex perſona pupillorũ, & ſic filiorum primi gra-
dus, ſed ex perſona ſubſtituti, qui eſt frater, &
78 conſequenter extraneus. † *Ita cenſuerunt Bal. in d. l. ex trib. nu. 6. & ibi Caſtr. nu. 6. Iaſ. nu. 6. Peregr. d. art. 8. num. 42. verſ. aut vero ſubſtitutio, Et eſt de mēte omnium, quos retulimus ſupra nu. 68. & ſeqq.*
Sed hic non eſt caſus noſter.

Secundus verò caſus eſt, quando teſtator poſt
mortẽ omnium expreſſim etiam omnibus ſub-
ſtituit, puta dixit, Poſt mortem omnium ſubſti-
tuo eis, & ſingulis eorum, Et in hoc pariter caſu
res non eſt controuerſa, quia ex verbis apparet
fideicommiſſum eſſe iniunctum omnibus, &
ſic etiam pupillis, & in pupillari ætate deceden-
tibus, qui proinde cenſentur habere duos ſub-
ſtitutos vnum pupillarem, nempe fratrem, quã-
diu vixerit, alterum verò fideicommiſſarium,
poſt mortem vltimi fratris, qui pubes deceſſit
vocatum, quaſi purificato per mortem omniũ
fideicommiſſo, quod ab omnibus, & ſingulis, &
conſequenter etiam ab ipſis pupillis relictum
eſt. Quamobrem in hoc caſu poterit pubes, qui
fratribus ex pupillari ſubſtitutione ſucceſſit, ex
eorum perſonis detrahere legitimam, & trebel-
79 lianicam. † *Ita ſcripſerunt Bald. in d. l. ex tribus, nu. 6. & ibi Caſtr. nu. 6. Iaſ. nu. 6 Caſtr. d. conſil. 239 nu. 2. verſ. Nec obſtat dictum vol. 2. Ruin. d. conſil. 58. nu. 11. vol. 2. Peregr. d. art. 8. num. 42. Magill. de imputat. q. 124. nu. 9. Et videtur etiam de mente eorum, qui ſcripſerunt, cenſeri relictum a pupillo, quoties teſtator dixit, ſe ei ſubſtituere, in qua ſententia fuerunt Ruin. d. conſ. 58. nu. 11. vol. 2. Galiaul. in d. l. centurio nu. 412. & alij.* Sed neque hic eſt caſus
noſter, quia teſtator non expreſſit illa verba, eis,
& ſingulis, aut ſimilia.

Tertius denique caſus eſt, quando fideicom-
miſſum fuit ſimpliciter relictum poſt mortem
omnium, & ſic ſumus in dubio, an teſtator vo-
luerit illud relinquere ab ipſis pupillis poſt om-
nium mortem, an verò a fratre ſubſtituto, & vl-
timo moriente, qui propriè eſt caſus noſter, ſci-
licet, quia teſtator ita ſimpliciter concepit ſub-
ſtitutionem, *Et in caſo di morte di tutti eſſi figliuo-li miei maſchi ſenza figliuoli legitimi, e naturali ſub-ſtituiſco dette mie figliuole, quali ſaranno al ſecolo volgarmente, pupillarmente, & per fideicommiſſo, come ſopra.* Et in hoc caſu, videretur primo aſpe-
ctu dicendum cenſeri relictum ab vltimo mo-
riente, & ſic a D. Io. Antonio etiam pro portio-
nibus pupillorum, & per conſequentias nõ eſſe
locum detractioni legitimæ, & in trebellani-
cam eſſe imputandos fructus, ſecundum ea, quæ
diximus in primo caſu.

Primo, quia quoties fideicommiſſum poſt
mortem impuberis relinquitur impersonaliter,
& ſic ſumus in dubio, vtrum cenſeatur relictum
a pupillo, an vero ab eius ſubſtituto, iuxta rece-
ptiorem DD. ſententiam intelligitur potius re-
80 lictum a ſubſtituto, quam a pupillo, † *vti videre eſt apud Bar. in l. qui duos 42. nu. 1. ff. de vulg. quem ibi Io. de Imol. Caſtr. & alij ſequuntur, Caſtr. in d. l. ex tribus. 26. nu. 4. & ibi Iaſ. nu. 5. verſ. tene contrarium, C. de inoff. teſtam. Ruin. conſ. 64. num. 2. vol. 2 & conſ. 147. nu. 4. vol. 3. Galiaul. in d. l. centurio nu. 412. verſ. intellige, Alcia. in l. coheredi 41. § cum filiæ nu. 11. ff. de vulga. Gabr. d. lib. 4. tit. ad Treb. concluſ. 1. nu. 13. Clar. in d. § teſtamentum q. 72. nu. 5. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem, Mantic. d. lib. 8. tit. 3. nu. 5. verſ. ſed ſi filius, Peregr. de fideicom. art. 12. nu. 32. Surd. d. conſ. 541. num. 31.* quia, cum
ſit collatum in tempus quo bona non ſunt am-
plius apud pupillum, vtpote defunctum, ſed a-
pud eius hæredem, nempe ſubſtitutum, qui ſo-
lus habet eorum reſtituendorum facultatem,
creditur teſtator voluiſſe grauare eum, qui ta-
lem facultatem habet, non pupillum, qui am-
81 plius reſtituere non poteſt, † *vt conſiderant Aret. in l. 1. §. vlt. num. 20. verſ. Ego dico in iſto ff. de vulg. & conſ. 154. vol. penult. verſ. Ego autem, & poſt eum Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 72. num. 14. & 15. & Mantic. d. lib. 8. tit. 3. num. 5. verſ. ſed, ſi filius.*
Nam & hac ratione pupillaris cẽſetur facta vl-
timo morienti, cum pater poſt vtriuſque mor-
tem aliquem ſubſtituit, propterea, quod primi
hæreditas in ſecundi hæreditate & patrimonio
reperitur *d. l. qui duos. 42. ff. de vulg.*

Secundo confirmari videtur hoc ex eo, quia
paria ſunt dicere, ſubſtituo vltimo morienti, vel
ſubſtituo poſt mortem omnium, nam & in po-
ſteriore caſu ſubſtitutio cenſetur vltimo morien-
82 ti facta † *l. codicillis. 34. in princ. & ibi Bart. ff. de vſufr. leg.* maximè, quando tractatur de deſcen-
dentibus, quod patet ex eo, quia, ſi pater poſt
mortem omnium filiorum ſubſtituat tertium
in omnibus bonis cenſetur, inter filios inducta
83 reciproca fideicommiſſaria, † *ſecundum Socin. Sen. Curt. Iun. Pariſ. & alios, quos refert, & ſequitur Soc. Iun. conſ. 110. nu. 35. verſ. & quamuis vol. 3 & probat etiam Decia. conſ. 44. num. 61. vol. 3.* quæ
tamen nõ poſſet cenſeri inducta, niſi fideicom-
miſſum intelligeretur iniunctum vltimo mo-
rienti, propterea quod ad inducendam recipro-
cam fideicommiſſariam tria requiruntur, vt
ſcilicet grauati ſint expreſsè vocati, & fideicom-
miſſum ſit relictum ab vltimo moriente, & is
84 ſit grauatus reſtituere totam hæreditatem, † *l. Titia Seio, 89. § Seia libertis ff. de leg. 2. & in ſpecie declarant Crau. conſ. 161. nu. 7. Soc. Iun. conſ. 151. nu. 5. vol. 2. Roll. conſ. 34. nu. 57. & ſeqq. vol. 4. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 5. nu. 15. Meno. conſil. 85. nu. 41. & ſeqq. Peregr. de fideicom. art. 13. nu. 14. & conſ. 54. nu. 3. vol. 1.*

Tertio videtur hæc pars comprobari autho-
ritate *Aret. in d. l. qui duos 42. ff. de vulga. Caſtr. in d. l. ex tribus 26. nu. 6. C. de inoff. teſtam. & conſ. 416 vol. 1. & conſ. 239. nu. 1. verſ. contrarium, volum. 2.*
qui in terminis ſubſtitutionis factæ eo modo,
quo facta legitur in caſu noſtro, cenſuerunt
85 † fideicommiſſum cenſeri iniunctum vltimo
morienti, & ſic a ſubſtituto, non a pupillis, &
per conſequentias non eſſe locum detractioni
legitimæ, &, quoad trebellianicam eadem ſer-
uanda, quæ diximus habere locum in primo
caſu.

Verũ his non obſtantibus, prout re vera non
obſtant, puto de iure verius, fideicommiſſum,
ad quod ſorores vocatæ ſunt, non cenſeri reli-
ctum ab vltimo moriente, nempe a D. Io. An-
tonio, ſed ab omnibus, & ſic pro portionibus
pupillorum ab ipſis pupillis, nõ ab eorum ſub-
ſtituto, ideoque D. Io. Antonium potuiſſe ex
perſona pupillorum detrahere legitimam, &
trebellianicam, non minus, quam ſi teſtator ex-
preſſiſſet

Digitized by Google

preſſiſſet illa verba, eis, & ſingulis, ſecundum
ea, quæ dicta ſunt in ſecundo caſu. Moueor au-
tem, vt ita ſentiam.

Primò, quia (quicquid alij cenſeant) verius,
& receptius eſt, fideicommiſſum in dubio cen-
ſeri potius relictum à pupillo inſtituto, quam
86 ab eius hærede, ſeu ſubſtituto. † *Ita enim poſt
Bar. in l. cohæredi. 41. §. cum filiæ, verſ. quod, ſi hæ-
redem, num. 2. ff. vulg. cenſuerunt Caſtr. conſ. 341.
num. 4. verſi. 3. opp. vol. 1. Soc. Sen. conſ. 140. num. 3.
verſ. Aliquando & 2. volum. 1. Soc. iun. conſ. 131.
num. 76. verſ. præterea volum. 1. Rip. in d. l. centu-
rio, num. 128. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & ma
gis communem, Caſtr. in d. cap. ſi pater, in ſecunda
part. in verb. debitæ, num. 16. & Menoc. conſ. 144.
num. 25. verſ. quintus eſt caſus, vbi pariter teſtatur
hanc eſſe communem*: nam fideicommiſſum ab
eo cenſeri debet relictum, ad quem ſermo diri-
87 gitur, † *vt ait Bart. conſ. 13. num. 9. lib. 1.* Cũ igi-
tur ſermo dirigatur ad filium non ad hæredẽ,
cum teſtator ait, ſi filius meus deceſſerit ſine
liberis, ſubſtituo, conſequens eſt, vt a filio non
ab hærede relictum cenſeatur fideicõmiſſum,
Deinde in dubio ſumenda eſt ea interpretatio,
per quam impeditur, ne fideicommiſſum inter
88 cidat. † *l. cogi. 16. §. in ambiguis. ff. ad Trebell.* Sed,
ſi diceremus id cenſeri relictum à ſubſtituto fa
cilius intercideret, quam, ſi à pupillo, quia, ſi
pupillaris ſubſtitutio non haberet locum, pu-
ta, quia ſubſtitutus moreretur viuo pupillo, fi-
deicommiſſum ab eo relictum intercideret.
89 † *l. apud Iulianum. 11. § idem Iulianus l. ita tamẽ.
27. §. a patre. ff. ad Treb. & ſcribunt, Bar. in l. quan-
diu. 68. num. 10. verſ. ſed, ſi prima fuiſſet. ff. de acq.
hæred. Caſtr. conſ. 422. verſic. nec obſtat volum. 2.
Ruin. conſ. 99. num. 14. volum. 2.* & tamen ſuſti-
neretur, ſi eſſet relictum à pupillo, cum relicta
ab inſtitutis debeantur ab omnibus, ad quos hę
reditas peruenerit *l. licet 77. ff. de leg. 1.* Ergo de-
bemus potius dicere cenſeri relictum à pupil-
lo, quam ab eius ſubſtituto.

Secundò verò dato citra veri præiudicium,
quod in dubio cenſeatur relictum a ſubſtituto,
vt alij cenſuerunt, adhuc tamen in caſu noſtro
debet cenſeri relictum ab ipſis pupilli, quia
DD. tenentes contrariam opinionem loquun
tur in terminis, in quibus fideicommiſſum fue
rat imperſonaliter relictum, non per verbum,
ſubſtituo, ſed per verbum obliquum, aut aliud
commune. Cæterum, ſi ſit relictum per verbũ
ſubſtituo, vt in caſu noſtro, fatentur cenſeri re-
ctum a pupillo, quia, cum ſubſtitutio ſit ſecun
da inſtitutio, *vt poſt glo. in rub. ff. de vulg. DD.
ibi communiter tradiderunt*, debet cenſeri facta
ei, in quem collata eſt prima, & ſic inſtituto,
90 non autem ſubſtituto. † *Ita declarant Aret. in
d. l. 1. §. vlt. num. 19. verſic. Aliquando apponitur
verbum. ff. de vulg. & d. conſi. 154. num. 14 verſic.
Aliquando apponitur. Curt. iun. conſ. 70. num. 13.
Gauaul. in d. l. centurio, num. 412. verſi. Aliquan-
do vero, & ibi Rip. num. 129. verſi. retenta autem,
Alciat. in d. l. cohæredi. 41. §. cum filiæ. nu. 7. verſ.
quam ſententiam, Mant. d. lib. 8. tit. 3. circa fi. Me-
noch. d. conſ. 144. nu. 25. verſ. 4. eſt caſus, & de lib. 4.
præſ. 72. num. 11.*

Tertiò multo magis hæc ſunt admittenda
in caſu noſtro, in quo ſubſtitutio poſt mortem
omnium maſculorum facta non eſt ſimplici-
ter fideicommiſſaria, ſed eſt compendioſa, &
quidem facta cum adiectione illorum verbo-
rum, vulgariter, pupillariter, & per fideicom-
miſſum: nam, quia reſpiciat tres ſubſtitutionũ
ſpecies, quæ ab vnico illo verbo *ſubſtituiſco*, re-
guntur, & determinantur, ideo fit, vt eas reſpe-
ctu perſonarum, quibus ſubſtitutiones factæ
intelliguntur, debeat vniformiter determina-
re *ex regula l. iam hoc iure. 4. ff. de vulg.* Cũm igi-
tur directas ſubſtitutiones nempe vulgarem,
& pupillarem ita determinet, vt illæ cenſean-
tur factæ pupillis pro ipſorum portione, non
eorum ſubſtituto. Conſequens eſt, vt eodem
modo determinare debeat ſubſtitutionem fi-
91 deicommiſſariam. † *Ita Curt. iun. d. conſ. 70. nu.
15. Alciat. in d. §. cum filiæ nu. 9. &* 10.

Quartò diligenter hic perpendendum puto
ſubſtitutionem factam poſt mortem omnium
venire continuatiuè ad ſubſtitutionem reci-
procam factam inter ipſos fratres: nam teſta-
tor ſtatim atque filios maſculos inuicem ſub-
ſtituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicom-
miſſum, ſubiecit, *Et in caſo di morte di tutti eſſi
figliuoli mei maſchi, &c. ſubſtituiſco dette mie figli-
le*; Hæc autem ſermonis continuatio operatur,
vt qualitas orationis præcedentis cenſeantur
92 in ea repetita, quæ continuatiuè ſequitur: † nã
hac ratione dicimus ſubſtitutionem ſimplici-
ter factam cenſeri factam in omnibus bonis, ſi
continuatiuè ſequatur inſtitutionem, quæ in
93 omnibus bonis facta ſit, † *vt poſt Soc. Sen. Alex.
Seuer. Socin. iun. & Menoc. ſcribit Peregr. conſ. 32.
num. 44. verſ. & in omnibus vol. 2.* Ergo quemad-
modum ſubſtitutio reciproca pro portionibus
pupillorum cenſetur ipſiſmet pupillis facta,
imo nominatim eis facta legitur, vt patet ex il
lis verbis, *ſubſtituendo gl'uni a gl'altri in caſo di
morte volgarmente, pupillarmente, & per fidei-
commiſſo*, ita etiam ipſis pupillis pro ipſorum
portione cenſeri debet facta ſubſtitutio, quæ
continuatiuè fuit adiecta: nam ex ſubſtitutio-
ne præcedenti intelligimus, cui cenſetur facta
94 poſterior, † *vt in his terminis arguit Curt. iun. ſi-
ue quiſquis is ſuit inter conſ. Curt. iun. d. conſ. 70.
num. 1. Et in ſpecie declarat Coſta in d. cap. ſi pater
in 2. part. in verb. debitæ. num. 21. verſ. melius ta-
men, & verſ. vnde, vbi in hanc rem perpendit tex. in
d. cap. ſi pater.*

Quintò confirmatur prędicta ex eo, quia po-
ſterior ſubſtitutio fuit facta relatiuè, cum dixe
rit teſtator, *ſubſtituiſco dette mie figliuole, &c. vol-
garmente, pupillarmente, & per fideicommiſſo, come
ſopra*: nam, quia illa verba, *come ſopra*, ſunt re
petitiua omnium qualitatum præcedentium,
95 † *vt ſcribunt Decia. conſi. 72. num. 46. vol. 2. Cæph.
conſi. 269. num. 40. Menoch. conſi. 144. nu. 14.* ideo
operatur, vt in hac poſteriore ſubſtitutione de-
beat et cẽſeri repetita qualitas perſonarũ, qui-
bus facta eſt reciproca, & per conſequentias,
vt quemadmodum reciproca pro portione pu
pillorum fuit facta ipſis pupillis, ita etiam eis
cenſeatur facta poſterior ſubſtitutio: Alioquin
enim fruſtra teſtator illa verba relatiua ſubie-
ciſſet, quia ex tali relatione nihil in poſteriorẽ
diſpoſitionẽ influeret, ꝙ ſpecialiter in ea non
fuerit à teſtatore expreſſum, ſiue conditionem
ſpectemus, ſiue ſubſtitutionis genus, cũ dixerit
teſtator, ſe ſubſtituere vulgariter, pupillariter,
& per fideicõmiſſum, in caſum mortis omniũ
filiorum maſculorum ſine liberis legitimis, &
naturalibus decedentium, quod non eſt feren-
dum. *l. ſi quando. 112. in prin. ff. de leg. 1.*

Sextò

Digitized by Google

Sexto demum probatur hæc pars authorita-
te DD. qui in terminis ſubſtitutionis factæ ſim-
pliciter poſt mortem omnium filiorũ recipro-
cè ſubſtitutorum, & ſine adiectione illorũ ver-
borum eis, & ſingulis, cenſuerunt, primis in pu-
pillari ætate defunctis, & vltimo poſt pubeita-
tem decedente ſine liberis, vocari quidem ſub-
ſtitutum ad vtramque portionem, ſed de vtraq;
detrahendam eſſe legitimam, & trebellianicã,
quia fideicommiſſum cenſetur relictum ab om-
nibus, & ſic pro portione pupillorũ ab ipſis pu-
96 pillis, non ab eorum ſubſtituto. † *Ita enim cen-
ſuerunt Ang. in d. l. ita tamen. 27. §. qui ſuſpectam
nu. 3. & ibi Imol. nu. 7. verſ. dicit Ang. & Alex. nu. 6.
verſ. & prędicta, & verſ. & illud, quod dicit. ff. ad
Treb. Ruin. conſ. 21. nu. 12. & conſ. 118. nu. 14. vol. 3.
Ceph. conſ. 677. nu. 3. Peregr. d. art. 8. num. 36. 39. &
42. Magill. de imput. d. q. 124. nu. 9. Theſ. Iun. lib. 3
quæſt. foren. q. 70. num. 18. & 21. vbi refert ita fuiſſe
ab Excellentiſſ. Senatu iudicatum.*

Neque obſtant contraria, & primo non ob-
ſtat, quod fideicommiſſum cenſeatur relictum
a ſubſtituto non a pupillo, quia reſpondeo Pri-
mo, non eſſe hoc indiſtinctè verum, ſed recipe-
97 re † diſtinctionem variorum caſuum.

Primus enim caſus eſt, quando fideicommiſ-
ſum fuit iniunctum vni non pluribus, & nõ fuit
relictum per verbum, ſubſtituo, ſed per aliud,
puta per verbum reſtituatur, vel deueniat, Et
tunc procedit contrarium, quia ſecundum Do-
ctores in contrarium allegatos cenſetur potius
relictum a ſubſtituto, quam a pupillo, licet alij
contra cenſuerint, *quos retulimus in primo fun-
damento.*

Secundus verò caſus eſt, quando fideicom-
miſſum fuit etiam vni iniunctum, ſed per ver-
bum, ſubſtituo, Et in hoc caſu (qui conuenit ca-
ſui noſtro) verius eſt, cenſeri relictum a pupillo
inſtituto, non ab eius herede, *vt oſtendimus in ſe-
cundo fundamento.*

Tertius denique caſus eſt, quando fideicom-
miſſum fuit iniunctum pluribus inuicem, ſub-
ſtitutis poſt mortem omnium, qui propriè no-
ſter caſus eſt, Et tunc indiſtinctè verius, & rece-
ptius eſt, † deicommiſſum cenſeri iniunctum
omnibus, & ſic etiam pupillis pro ipſorum por-
tione, ſiue fideicommiſſum fuerit relictum per
verbum ſubſtituo, ſiue per aliud. *Ita enim cenſue-
runt omnes, quos retulimus in ſexto fundamento, &
in ſpecie reſpondet Ruin. d. conſ. 21. nu. 14. volum. 3.*
98 Ratio autem diuerſitatis eſt, † quia, quãdo ſub
ſtitutio eſt facta pluribus, debet in omnium per-
ſonis ęqualem recipere determinationem; Vn-
de, cum in perſona pubetis certum ſit, fidei-
commiſſum eſſe iniunctum ipſimet inſtituto,
fit, vt eodem modo cenſeri debeat iniunctum
alijs, nempe impuberibus, quæ ratio ceſſat, quo-
ties vni tãtum iniunctum eſt fideicommiſſum:
nam, quia nulla adeſt perſona, a qua poſſimus
deducere coniecturam grauaminis, cui ſcili-
cet cenſeatur iniunctum, ideo tamquam in re
merè dubia ſtamus regulæ, quæ (ſecundum eos)
vult, in dubio cenſeri a ſubſtituto relictum. *Ita
Ruin. d. conſ. 21. nu. 14. vol. 5.*

Secundo reſpondeo, quod dicitur, fideicom-
miſſum poſt mortem impuberis relictum in du-
bio cenſeri iniunctum ſubſtituto non pupillo,
99 procedere, † ſi ſit relictum, ſub conditione, ſi
deceſſerit in pupillari ætate, *in quibus terminis
Bart. & fere omnes DD. in contrarium allegati lo-
quuntur.* Cæterum, ſi ſub alia conditione, puta
ſi deceſſerit ſine liberis, verius, & receptius eſſe,
intelligi relictum a filio, quia, cum ab eo reli-
ctum intelligatur poſt pubertatem, debet etiã
ab eo cenſeri relictum intra, vt æqualis fiat de-
100 terminatio. † *Ita poſt multos, quos refert diſtin-
guit Coſt. in d. cap. ſi pater in 2. part. in verb. debitæ
nu. 21. verſ. 6. & vltimo, & verſ. vbi autem, vbi teſta-
tur hanc eſſe veriorem, & receptiorem.*

Ad ſecundum reſpondeo, negãdo fideicom-
miſſum relictum poſt mortem omnium cenſe-
ri relictum ab vltimo moriente, etiam ſi tracte-
101 tur de deſcendentibus teſtatoris: † nam, ſi hoc
eſſet, fruſtra DD. ad inducendam reciprocam
fideicommiſſariam requirerent etiam in deſcẽ
dentibus, vt fideicommiſſum nominatim ſit in-
iunctum vltimo morienti, quia ſemper ei cen-
ſeretur iniunctum, Et tamen dicunt non ſuffi-
cere grauamen fideicommiſſi eſſe iniunctum
poſt mortem omnium filiorum, niſi nomina-
102 tim ſit relictum ab vltimo moriente, † *vt poſt
multos latè oſtendit Peregr. de fideicomm. artic. 13.
num. 59. & conſ. 73. num. 8. vol. 1.* Ergo ſine dubio
ſupponunt, fideicommiſſum poſt mortem om-
nium deſcendentium non cenſeri relictum ab
vltimo moriente.

103 Neque obſtat *l. Codicillis*, quia ibi † teſtator
duo fecerat fideicommiſſa, & primum expreſ-
ſim reliquerat ab vltimo moriente, ideoque,
licet ſecundum ſimpliciter reliquerit poſt mor-
tem omnium, tamen ex primo ſumitur conie-
ctura voluntatis, quaſi etiam ſecundum volue-
rit ab vltimo moriente relinquere, At hæc ra-
tio ceſſat in caſu noſtro, quia, cum prior ſubſti-
tutio non ſit facta vltimo morienti, ſed omni-
bus inter ſe, non poteſt ex ea ſumi talis conie-
ctura, imo potius coniectura contraria, quia
quemadmodum in prima ſubſtituit pupillis, ita
etiam eis cenſeatur, & in ſecunda ſubſtituiſſe,
vt dictum eſt in quarto fundamento: Igitur non
obſtat.

Ad tertiũ denique reſpondeo primo opinio-
nem Caſt. & ſequacium eſſe communiter im̃p-
batam, quia contrarium tenuerunt omnes, *quos
retulimus in ſexto fundamento.*

Secundo reſpondeo loqui Caſtr. & alios in
terminis, in quibus fideicommiſſum erat reli-
ctum per verbum, deueniat, aut aliud ſimile,
nec aderat aliqua circumſtantia, ex qua poſſet
colligi, teſtatorem voluiſſe relinquere fidei-
commiſſum a pupillis, In caſu autem noſtro fi-
deicommiſſum fuiſſe factum per verbum, ſub-
ſtituo, & multas adeſſe circumſtantias, quæ
oſtendunt, teſtatorem voluiſſe pupillis ipſis
ſubſtituere, ſcilicet, quia fideicommiſſum reli-
ctum, eſt per compendioſam adiectam ſtatim,
& continuatiuè poſt reciprocam, & cum adie-
ctione illorum verborum, *come ſopra*, quæ in-
ducunt qualitatis præcedentis repetitionem,
ideoque longè aliud eſſe ſtatuendum, *vt latè
oſtendimus in tertio, quarto, & quinto, funda-
mentis.*

Supereſt tertia dubitatio: nam poſito etiam,
quod D. Io. Antonius tamquam hæres pupillo-
rum potuerit ex eorum perſonis detrahere le-
gitimam, & trebellianicam, videntur tamen hu-
iuſmodi quartæ fideicommiſſarijs reſtituendæ,
quia, quoties fideicommiſſum ſequitur com-
modũ pupillaris ſubſtitutionis, vel ordine ſcri-
pturæ, & intellectus, vel ſaltem ordine intelle-
ctus,

Digitized by Google

ctus, quęſita ex pupillari ſubſtitutione veniunt
104 in reſtitutionem hæreditaris † *ex doctr. Bart.
in d.l.ita tamen.27. §. qui ſu. pectam num.2. verſi.
ſi vero primo, quem ibi Imol. num.7. verſic. ſed
contrarium, Alexan. nume.6. verſic. in hoc dubio,
& alij communiter ſequuntur, & tradunt etiam
Bald. in d. l. ex tribus. 26. num. 5. C. de inoffic. te-
ſtam. Alexan. conſil. 67. numero 2. verſic. modo in
propoſito volum. 1. Ruin. conſilio 52. numero 7. vo-
lum. 2. conſilio 116. nume. 17. & ſequen. & conſilio
120. num. 14. volum. 3. Pariſ. conſil. 16. num. 54.
volum. 2. Guidop. quæſt. 303. num. 3. Gozad. conſ.
81. num. 13. Caphal. conſil. 471. num. 41. & con-
ſilio 113. numero 47. Craſſ. in §. fideicommiſſum.
quæſt. 48. num. 2. Menoch. de præſ. d. lib. 4. præſ. 74.
num. 7. Surd. d. conſil. 541. numero 10. & 3 verſ.
105 Itē & ex alia.* Et ita in ſpecie cēſuerunt, † *Corn.
conſil. 142. colum. 2. volum. 4. & poſt eum Surd. d.
conſ. 541. num. 35.*

Verum his non obſtantibus contrarium de
iure non ſolum verius, ſed etiam indubitatum
106 puto: nam, poſito quod ex perſona pupillorū
potuerit Dom. Io. Antonius detrahere legiti-
mam, & trebellianicam, ſequitur neceſſariò
non debere huiuſmodi quartas reſtitui fidei-
commiſſarijs, ſed in ipſius hæreditate reman-
ſiſſe, & per conſequentias idem de iis, quod de
cæteris eius bonis fauore creditorum eſſe iudi-
candum.

Primum enim hoc ſenſiſſe videntur omnes,
qui dixerunt in propoſita ſpecie fideicommiſ-
ſum cenſeri relictū a pupillis, & per conſequen
tias poſſe ex eorum perſonis detrahi legitimā,
& trebellianicam; nam illi ſine dubio ſuppo-
nunt, huiuſmodi quartas non debere reſtitui fi-
deicommiſſario, quia alioquin perperam, &
inutiliter quęrerent, vtrum fideicommiſſum ſit
relictum a pupillo an verò à ſubſtituto, ſi vtro-
que caſu legitima filij eſſet fideicommiſſario
reſtituenda. Cum igitur magnam inter has ſpe-
cies conſtituant differentiam, ſcilicet, quia, ſi
fideicommiſſum eſt relictum a pupillo, poteſt
ex eius perſona detrahi legitima, ſi verò a ſub-
ſtituto, non poteſt, apertiſſimè declarant, quar-
tam, quæ deducitur, apud ſubſtitutum, ſeu eius
hęredes remanere. Et hoc, meo iudicio, videtur
clariſſimum.

Secundo probatur hoc ipſum authoritate il-
lorum, qui ſcripſerunt legitimam & trebellia-
nicam, quæ ex perſona pupilli detrahitur, rema
nere apud hæredes ſubſtituti, puta matrem, aut
107 ſororem, † *vt Ceph. d. conſ. 677. nu. 3. & alij quos
refert Theſ. Iun. d. lib. 3. q. 70. nu. 18. & ſeqq. & pro-
batur d. cap. ſi pater de teſta. in 6.*

Tertio, quod dicimus, in fideicommiſſariam
hæreditatis reſtitutionem venire etiam quæſi-
108 ta ex pupillari ſubſtitutione, procedit, † quan-
do fideicommiſſum eſt relictum a ſubſtituto;
nam tunc ille tenetur reſtituere, quicquid ha-
buit ex ſubſtitutione, adeo, vt debeat etiam re-
ſtituere propria bona pupilli, etiam aliunde
quæſita, *vt mox dicemus.* At nos loquimur de fi-
deicommiſſo relicto a pupillo, in quod non ve
niunt propria pupilli bona *d. l. cohæredi 41. §. cū
filia ff. de vulga.* nec ea, quæ proprijs ipſius bonis
comparantur, vt eſt legitima, & trebellianica,
*ſecundum ea, quæ poſt Bart. tradunt alij communi-
ter in d. §. cum filia.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, Imo nos hic
tractare de fideicommiſſo iniuncto ipſi ſubſti-
tuto, quippe, qui fuit etiam grauatus reſtituere
ſaltem portionem ſuam; & ideo videri etiam
grauatum reſtituere partem pupilli, quam ha-
buit ex ſubſtitutione, quia diligenter animad-
109 uertendum eſt, † in hac re duos poſſe conſi-
derari caſus.

Primus. quando ſubſtitutus pupillariter fuit
grauatus, vt ſubſtitutus, Et tunc verum eſt, debe
re eum reſtituere omnia bona pupilli, & ſic e-
110 tiam legitimam, & trebellianicam, † *vt in ſpe-
cie declarant Bart. in l. ſi Titio. 95. §. fin. nume. 1. &
ibi Iaſ. nu. 15. ff. de leg. 1. Bar. in d. l. cohæredi 41. §.
cum filia, verſic. quod ſi hæredem nume. 2. ff. de vul-
gar. Ruin. conſil. 52. num. 7. volum. 2. & conſil. 147.
num. 4. volum. 3. Menoc. de præſum. d. lib. 4. præſ. 74
num. 2. & eſt de mente omnium, quos retulimus ſu-
pra num. 68.*

Secundus verò caſus eſt, quando ſubſtitutus
fuit grauatus, vt inſtitutus, id eſt, vt hæres patris,
non filij, vt in caſu noſtro, Et tunc dicimus qui
dem, cenſeri eum grauatum reſtituere etiā por-
tionem fratrum, quam habuit ex ſubſtitutione,
ſed portionem bonorum paternorum: nā pro-
pria bona pupilli non tenetur reſtituere, quia
non eſt grauatus, vt hæres pupilli, ſed vt hæres
111 patris. † *Ita declarant Caſtr. in d. l. ita tamen. 27.
§. qui ſuſpectam num. 4. verſicu. aut, ſi non genera-
liter, & ibi Alexand. numer. 6. verſicu. & magna eſt
differentia, ff. ad Trebell. Gozad. conſil. 81. num. 13.
Ruin. d. conſil. 58. num. 18. volum. 2. & d. conſil. 21.
num. 12. volum. 3. Purp. conſil. 248. numer. 4. Theſ.
Iun. d. lib. 3. quæſt. 70. num. 9. & 10.* Ex quo ſequi-
tur, nec teneri eum reſtituere legitimam, & tre-
bellianicam, cum hæ portiones inter propria
112 pupillorum bona connumerentur, † *vt ait
Menoch. d. lib. 4. preſump. 74. nu. 6.* & de ijs idem
ſit iudicandum, quod de proprijs ipſorum bo-
113 nis, † *vt ſcribit Ruin. d. conſil. 58 num. 18. vol. 2.
& eſt de mente omnium ſcribentium in d. §. cum fi-
lia.* Et ita eſt accipiendum, quod Surd. ſcripſit,
ne alioquin videatur contra receptas aliorum
traditiones, & communes iuris ciuilis regulas
locutus.

Concludo igitur D. Io. Antonium non ſolū
de ſua portione potuiſſe detrahere legitimam,
& trebellianicam, ſed etiam de portionibus pu
pillorum, & conſequenter pro quantitate harū
omnium quartarum potuiſſe alienare bona te-
ſtatoris, & emptores vſque ad eam quātitatem
eſſe in poſſeſſione tuendos, & a ſororum peti-
tione abſoluendos, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Perill. D. Amedeo à Ponte.

CONSILIVM XXXVII.

ARGVMENTVM.

An, & quando ſcriptura patris valeat, vt teſta-
mentum inter liberos, Et an, & quando, vxor,
aut alius extraneus ex teſtamento inter libe-
ros legatum ſibi relictum petere poſſit.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Patris diſpoſitio inter liberos propria manu ſcripta, aut ſubſcripta valet, quoad ipſos liberos etiam ſine teſtibus. Declara vt nu. 2.*

3 *Scriptura continens diſpoſitionem teſtatoris inter liberos, quoties deducitur in controuerſiam, an ſit ſcripta, aut ſubſcripta manu teſtatoris quomodo dicatur de hoc legitimè conſtare, & num. 4.*

5 *Teſtamenti nuncupatiui inter liberos ad validitatem neceſſarij ſunt vno eodemque contextu ſaltem duo teſtes.*

6 *Codicillorum ad validitatem, licet inter liberos requiruntur duo teſtes.*

7 *Teſtamentum inter liberos ad hoc, vt valeat, quoad legatum relictum vxori, aut alijs extraneis, duo copulatiuè requiruntur. Declara vt numero 9. & 10.*

8 *Pluralis locutio duorum ſaltem numerum requirit.*

11 *Solemnitates, quæ requiruntur in teſtamentis, debeat vno eodemque contextu interuenire.*

12 *Teſtamento in nuncupatiuo, tametſi condito inter liberos non poteſt legatum extraneis relinqui.*

13 *Auth. quod ſine C. de teſtam. diſpoſitio reſtringitur ad teſtamentum in ſcriptis.*

14 *§. ex imperfecto legis hac conſultiſſima 21. C. de teſtamentis, manet incorrectus, etiam in terminis legati extraneis relicti.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

EX ſcriptura, quæ profertur, non poteſt vxor iure conſequi legatum ſibi a marito relictum.

Primò, quia hæc ſcriptura, ne inter liberos quidem ſuſtineri poteſt: Nam, etſi diſpoſitio patris inter liberos propria manu ſcripta, vel ſubſcripta valeat quoad ipſos liberos, e-
1 tiam ſine teſtibus † *Authent. quod ſine C. de teſtamen. §. 1. Authen. de teſtam. imp. collat. 8. & tradunt Bartol. in l. ſi quis cum teſtamentum. 25. num. 4. & ibi Caſtr. num. 4. ff. de teſtamen. Bald. in d. Authen. quod ſine in princip. & ibi Iaſ. numer. 1. idem Iaſ. conſil. 61. in fin. volum. 1. Gull. Ben. in repet. cap. Raynutius in verb. teſtamentum 1. nume. 87. de teſtamen. Couar. in cap. relatum nume. 12. eod. Socin. iun. conſil. 24. num. 1. volum. 3. Menoch. conſi. 224. numer. 61.* id tamen verum eſt, ſi legitimè con-
2 ſtet, eam eſſe ſcripturam patris † *vt tradunt Bal. in dict. Authent. quod ſine in princip. & ibi Caſtr. num. 2. Alexan. num. 4. Caſtr. in l. ſi quis cum teſtamentum. 25. numer. 4. ff. de teſtamen. Socin. iun. conſil. 189. num. 91. volum. 2. & conſil. 24. nume. 1. volum. 3. Gull. Ben. in repet. d. cap. Raynutius in verb. teſtamentum 1. numer. 8. extra de teſtamen. Didac. Couar. in d. cap. relatum. 1. num. 12. de teſtament. Clar. in §. teſtamentum quæſtio. 14. num. 1. Cephal. conſil. 464. numer. 4. & 14.* In caſu autem noſtro de hoc legitimè conſtare non poteſt, quia, quando ſcriptura deducitur in controuerſiam verum ſit ſcripta, aut ſubſcripta a patre, quomodo deducitur in caſu noſtro, vt de ea dicatur legitimè conſtare, requiruntur duo teſtes, qui deponant, ſe fuiſſe præſentes, quando pater ſubſcripſit, adeò, vt non ſufficiat, ſi dicant, ſe habere notam teſtatoris manum, prout non
3 ſufficit comparatio literarum; † *vt in terminis declarant Alexand. conſil. 76. numero tertio, & conſil. 123. numero quinto volum. tertio. Iaſ. conſ. 184. numero ſexto volum. ſecundo. Socin. iun. conſil. 189. numero 96. volum. ſecundo. Ruin. conſil. 11. numero ſexto, & conſil. 12. numero octauo volum. tertio. Guliel. Bened. in repet. d. cap. Raynutius in verb. teſtamentum 1. numero 87. verſicu. tertius caſus, extra de teſtament. Gramm. deciſio. 62. numero nono. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 6. titu. ſecundo, numero ſecundo, verſicu. Ex hoc autem. Cephal. conſil. 377. numero 14. 46. & 47. & conſil. 464. numero 23.* Vnde, cum in caſu noſtro non duo teſtes, ſed vnus tantum dicat ſe fuiſſe præſentem tempore ſubſcriptionis, cōſequens eſt, vt non dicatur legitimè conſtare de ſubſcriptione patris, & conſequenter, vt, ne inter liberos quidem valeat diſpoſitio.

Nec quicquam facit dictum Domini Aſinarij deponentis, teſtatorem ſibi remiſiſſe ſcripturam, quaſi a ſe factam, quia non ſufficit hoc, niſi fuiſſet præſens tempore ſubſcriptionis
4 † *vt apertè tradunt DD. ſupra allegati.*

Minus eſt, quod quiſquam putet ſuſtineri poſſe iure teſtamenti nuncupatiui, quia ad eius validitatem neceſſarij erant vno, eodemque
5 contextu ſaltem duo teſtes; † *vt docent glo. in §. 1. in verb. dereliquant Auth. de teſtam. imperf. coll. 8. Bald. in d. Authen. quod ſine in prin. Caſtr. in l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto. num. 2. & ibi Alexan. num. 5. Iaſ. nu. 6. C. de teſtam. Alexan. conſil. 105. num. 4. volum. 7. Clar. in §. teſtamentum 9. 8. verſic. hinc infertur & quæſt. 14. numero 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit 2. num. 2.* qui tamen non interuenerunt in caſu noſtro: Similiter non poterit ſuſtineri iure codicillorum, quoniam, & in his, licet inter libe-
6 ros factis requiruntur duo teſtes † *ex doctr. Bar. in l. 2. num. 5. ff. de lega. 1. quam eſſe communiter approbatam teſtantur Couar. in rubr. de teſtamen. part. 3. num. 21. Craſſ. in §. Codicillus. numero 6.* quemadmodum, nec iure alterius vltimæ voluntatis, in qua duo ſaltem teſtes ſunt neceſſarij. *l. vltim. C. de Codic. l. vltim. C. de mort. cauſ. donat.*

Secundò verò dato citra veri præiudicium, quod huiuſmodi ſcriptura non reuocaretur in dubium, & conſequenter valeret inter liberos, non tamen poſſet valere, quoad legatum relictum vxori, aut alijs extraneis, quia ad hoc duo copulatiuè requiruntur, Primò, vt duo teſtes fuerint præſentes tempore, quo pater ſcripſit, aut ſubſcripſit; non obſtante, quod ratione filiorum nulli teſtes ſint neceſſarij. Secundò, vt eis teſtator declaret, ſe velle illud eſſe ſuum teſtamentum, quibus ceſſantibus non poteſt vxor, aut alius extraneus ex ea ſcriptu-
7 ra conſequi legatum, † vt in terminis eſt text. *in §. ſi tamen Authen. de teſtam. imp. ibi, & hæc propria ſcripta manu, dictaque a teſtatoribus coram teſtibus*, quæ verba ſignificant, requiri ſaltem duos teſtes; quoniam pluralis locutio
8 duorum ſaltem numerum requirit. † *l. vbi numerus, 12. ff. de teſtib. Et ita in ſpecie declarant glo. in d. §. 1. in verb. inter filios Auth. de teſtam. imp. Bald. in d. Auth. quod ſine in princ. & ibi Alexan. num. 4. Iaſ. nu. 1. verſ. quando ergò. Idem Alexan. conſil. 76. num. 3. volum. 3. Ruin. conſi 193. num. 5. volum. 2. conſil. 11. num. 11. conſil. 12. num. 12. volum. 3. Guliel. Ben. in d. cap. Raynutius in verbo teſtamentum primo num. 87. de teſtam. Soc. iun.*

conſil.

conſil.24. numero ſecundo, verſic.tamen. volum.3. Cephal.conſil.373.numero 22.& 47. Craſſ.in §.teſtamentum quaeſtio.16.numero octauo. Peregr.conſil.61. numero nono volum. primo. Et quoniam prædicta duo non requiruntur cauſa probationis, ſed pro forma, & ſolemnitate, quoad hoc,
9 vt ſuſtineantur legata extraneis relicta, † *vt tradunt Alexan.d.conſil.76.numero tertio volum. tertio. Ruin.dict.conſil.193.numero quinto volum. ſecundo, & dict.conſil.vndecimo numero vndecimo dict. conſil. duodecimo numero duodecimo volum. tertio. Peregrin.dict.conſil.69.numero 13. volum. primo*, fit, vt non ſufficiat in caſu noſtro teſtatorem poſt factam ſubſcriptionem ſine præſentia duorum teſtium voluntatem ſuam declaraſſe Domino Aſinario remittendo ei ſcripturam; quia non ſufficeret, etiam ſi de mandato teſtatoris ipſemet Dominus Aſinarius ſeſe ſubſcri-
10 pſiſſet, † *vt in ſpecie ſcribit Ruin.dict.conſil.193. numero quinto volum.ſecundo*, quia ſolemnitas prædicta debet interuenire vno, eodemque cõtextu, & ſic eo tempore, quo teſtator ſeſe ſubſcripſit, vt eſt natura ſolemnitatum, quæ deſi-
11 derantur in teſtamentis, † *l. hac conſultiſſima. 21. in princip. C.de teſtamen. l.hæredes palam. 21. §.fina. ff.eodem, §.ſed cum paulatim inſtitut. eodem.*

Et, ſi nõ poteſt extraneus conſequi legatum ex hac ſcriptura, quaſi ex teſtamento in ſcriptis, multo minus poterit quaſi ex nuncupatiuo quippè cum in eo, tametſi condito inter libe-
12 ros, non poſſit legatum extraneis relinqui, † *d. l.hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto C.de teſtament.* qui manet incorrectus; cum diſpoſitio *Authentic.quod ſine* reſtringatur ad teſtamen-
13 tum in ſcriptis, † *vt tradunt glo.in dict.§.primo, in verb.derelinquant Authent. de teſta.imp. Bald. in dict. Authent.quod ſine in princip. Alexan.conſil.105.numero octauo volum.ſeptimo. Clar.in d. §.teſtamentum quaeſtio.vndecima*, & in terminis
14 legati extraneis relicti † *Iaſon.in dict. Authent. quod ſine numero primo in fin. Gulielm. Benedict. in dict.cap. Raynutius numero 87.* Minus poterit vxor hoc legatum conſequi, quaſi ex codicillis, aut alia vltima voluntate, quia, vti dictum eſt, ad hoc erant neceſſarij duo teſtes, coràm quibus hic teſtator voluntatem ſuam declaraſſet vno eodemque contextu, quod hic factum non eſt.

Et ex his pro temporis breuitate ſatis puto conſtare nullam vxori competere legati petitionem, maximè cum ex depoſitionibus Domini Aſinarij tentari poſſit, ſcripturam eſſe nullam propter defectum voluntatis, tum quia teſtator eam remittens petijt ab eo, quid ſentiret, ac eo modo declarauit nondum ſe habuiſſe diſpoſitionem pro perfecta, tùm etiam quia ſcriptura non fuit reperta in capſa teſtatoris, ſed in manu vxoris, quæ res, ſi diligenter conſiderentur, & matura diſcuſſione ponderentur, non leuem præbent imperfectæ voluntatis ſuſpicionem, Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Illuſtr. D. Marco Aurelio Galatero Sauilianenſi.

CONSILIVM XXXVIII.

ARGVMENTVM.

De interpretatione ſtatuti Aſtenſis, quod incipit, Deteſtanda, circa excluſionem matris, & cognatorum eius a ſucceſſione filiorum primi matrimonij. Et a quo tempore incipiat quis habere ius ex conceſſione principis, an ſcilicet a die literarum, an verò a die interinationis.

SVMMARIVM.

1 *Proximior agnatus, vel cognatus cæteris præfertur in inteſtati ſucceſſione.*
2 *Statutum Aſtenſe, quod incipit, Deteſtanda, declaratur, vſque ad nu.9. verſ. Aut verò.*
3 *Contrarietas in omni diſpoſitione eſt euitanda.*
4 *Contrarietas eſt euitanda in ſtatutis.*
5 *Saluo, dictio, eſt exceptiua.*
6 *Aequitas ad æqualitatem refertur.*
7 *Filij primi matrimonij, vt a matris ſucceſſione excludantur virtute ſtatuti Aſtenſis, an ſufficiat ſimplex dotis conſtitutio ſecundo viro facta, an verò ſpecialis, & expreſſa matris diſpoſitio requiratur, remiſſiuè.*
8 *Succedendi ab inteſtato ius non eſſe reciprocum, iniquiſſimum eſt.*
9 *Repræſentatio locum non habet, niſi tractetur de ſucceſſione aſcendentis, aut patrui, vel auunculi, amitæ, vel materteræ.*
10 *Pares in gradu ſunt … er ad inteſtati ſucceſſionem admittendi.*
11 *Reſcripta, & conceſſiones Principum, quæ ad iudices diriguntur, non antea valent, aut effectum operantur, quàm fuerint illis iudicibus præſentata, & ab eis interinata.*
12 *Literæ Principum non tribuunt ius, niſi a die interinationis.*
13 *Retrotractio non fit in præiudicium tertij.*
14 *Fictio tranſlatiua ceſſat, quando res non eſt integra.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

SI res, qua de agitur, ſecundum iuris communis diſpoſitionem eſſet terminanda, ſine dubio Domina Cæcilia Gamba ceteris omnibus eſſet in ſucceſſione Dominæ Marthæ, quæ ab inteſtato deceſsit, præferenda, quia, cùm ſit aliis proximior (eſt enim filia ſororis, quæ ſecundum computationem iuris ciuilis ſpectandam in legitimis ſucceſſionibus exiſtit in tertio gradu *l.1. §.tertio l. Iuriſconſultus. 10. §.tertio ff de grad.& affinib. §.tertio Inſtitut.eodem*, cum alioquin Dominus Antonius Thomas, qui & ipſe ex parte matris coniungitur, tamquam conſobrinus exiſtat in quarto *dict.l.1.§. quarto dict.l. Iuriſconſultus*,

10. §. *quarto, ff. de grad. & affini.* & *§. quarto inſtit. eod.* & DD. Eleonora, & Laura, quæ coniunguntur ex parte patris, tanquam filiæ conſobrinarum ſint in quinto. *§. quinto d. l. 1. & d. l. Iuriſconſultus. 10. & in inſtit.* & Dom. Marcus Aurelius, tanquam nepos conſobrinæ ſit in ſexto. *l. ſexto. 3. & d. l. Iuriſconſultus. 10. §. ſexto, ff. eod. §. ſexto, inſtit. eod.*) haud dubiè deberet omnibus in inteſtati ſucceſſione præfer-
1 ri. † *§. ſi vero neque fratres, Auth. de hæred. ab inteſt. ven. collat. 9. Auth. poſt fratres. 2. C. de legit. hæred.* Sed, quia res eſt decidenda ſecundum diſpoſitionem ſtatuti Aſtēſis, quod in hac parte iuri communi derogauit, *vt mox oſtendam*, ideo puto huiuſmodi ſucceſſionem ad Dominam Eleonoram cæteris omnibus excluſis inſolidum pertinere: Quod, vt exiſtimem monet, quia, aut tractamus de Domina Cæcilia, & Domino Antonio Thoma, qui ex parte matris Dominæ Marthæ ſunt coniuncti, Et illi, quamuis alijs omnibus ſint gradu proximiores, non tamen poſſunt huiuſmodi hæreditatem obtinere, quia propter tranſitum matris prædictæ Dominæ Marthæ ad ſecunda vota remanent à ſucceſſione filiæ primi matrimonij (cuiuſmodi eſt Domina Martha) excluſi omnes aſcendentes, deſcendentes, & tranſuerſales per lineam maternam coniuncti ex diſpoſitione ſtatuti Aſtenſis *poſiti in libro ſtatutorum collat. 16. cap. 92.* quod incipit, de-
2 teſtanda, † *vt mirabiliter declarat Natt. conſi. 148. in princ. & conſil. 149. num. 11. verſic. nam ſtatutum, & num. 15. verſic. ſtatutum*, & multipliciter ex eius verbis colligitur, ac

Primum ex illis, *Eadem æquitatis ratione ſtatuerunt, quod ab omni iure ſucceſſionis, & hæreditatis liberorum primi, vel vlterioris matrimonij mater per ſe, & quoſcunque eius lineæ aſcendentes, & deſcendentes, & tranſuerſales, & habituros quoquomodo cauſam ab ea, ſit excluſa, & ſint excluſi ab omni petitione legitimæ eodem modo, quo ſupra eſt excluſa, & ſint excluſi ab hæreditate filij, vel filiorum*; ſcilicet, quia illa verba, *ab omni petitione legitima*, referuntur ad matrem, & aſcendentes per lineam maternam, quibus ſolis deberi poteſt legitima à filijs primi matrimonij, illa verò, *& ſint excluſi ab hæreditate filij, vel filiorum*, referuntur ad cæteros cognatos, aut certè ad omnes per eandem lineam maternam coniunctos, de quibus ſtatuentes ſupra locuti ſunt; & ſignificant, eos omnes excludi à ſucceſſione filiorum primi matrimonij.

Secundò deducitur hoc ipſum ab illis verbis ſequentibus, quibus mater, quæ ſecundo nupſit, & aſcendentes, deſcendentes, ac tranſuerſales per eius lineam coniuncti priuantur, non ſolum iure tutelæ filiorum primi matrimonij, ſed etiam iure petendi eis tutores: nam hoc denotat, illos fuiſſe etiam priuatos iure ſuccedendi ab inteſtato, quia alioquin ſtatutum fuiſſet iniquum, & ipſiſmet filijs primi matrimonij perniciosum, cum vtilitas pupillorum poſtulet, vt ad eos, qui ſpem legitimæ ſucceſſionis habent, pertineat onus tutelæ. *l. 1. in princip. ff. de leg. tut. tit. inſtit. de leg. patro. tut.* aut ſaltē onus petendi tutores. *l. ſciant. 10. C. de legit. hæred. l. 1. & tot. tit. ff. & C. qui pet. tut.*

Nec eſt contrarium, quod imo tutela videatur ex diſpoſitione prædicti ſtatuti pertinere ad eos, ad quos pertinet de iure communi, & ſic etiam ad cognatos, qui per lineam maternam coniunguntur, vt patet ex illis verbis, *Quinimo tutela deferatur agnatis, & cognatis pupilli, vt iura volunt*, quæ tamquam indefinita æquipollent vniuerſali. *l. ſi plures. 96. ff. de leg. 3.* Quia reſpondeo, prædicta verba neceſſario eſſe reſtringenda, & intelligenda de cognatis ex parte patris, non etiam de ijs, qui ex parte matris coniunguntur, propter verba præcedentia, quæ continent expreſſam eorum excluſionem: Alioquin enim cenſerentur ſtatuentes incontinenti ſeſe correxiſſe *contra regulam. l. non ad ea. 88. ff. de condition. & demonſt.* & manifeſtam induxiſſe contrarietatem, quæ
3 in omni diſpoſitione eſt euitanda. † *l. vnic. §. quibus. C. de nou. Cod. fac. & ſcribunt Deci. in l. vbi pugnantia 148. numero 4. ff. de regu. iur. Pariſ. conſilio 102. numero 22. volum. 1. Rolland. conſilio 85. numero 16. volum. 4. Menoch. conſilio 2. numero 61. Hond. conſilio 33. num. 59. volum. primo.* & per conſequentias etiam in ſtatutis,
4 † *vt poſt Abb. in capit. gratum, in princip. & cap. ſuper quæſtionum, in princip. in 3. not. de offic. & pot. iud. deleg. ſcribit Dec. in d. l. vbi pugnantia. num. 4. ff. de reg. iur.*

Tertiò probatur hoc ipſum illis verbis, *ſaluo, quod ſi inſtitueretur hæres ipſa mulier, vel aliquis eius lineæ, ſiue habens cauſam, vel denominationem ab ea inſolidum, vel pro parte, vel in aliqua quantitate, vel re certa, vel ei, ſiue eis aliquid relinqueretur, quo caſu, ſeu quibus caſibus diſpoſitiones dicti ſtatuti in dicta muliere, & alijs ſupradictis non vendicent ſibi locum*: Nam, cum exceptio denotet regulam in contrarium. *l. 1. in prin. verſic. Huius. ff. de offic. eius, cum ſimilibus*, & prædicta verba contineant exceptionem, vt ſcilicet mater, & cognati per eius lineam coniuncti poſſint ſuccedere filijs primi matrimonij, ſi quid eis in teſtamento relinquatur, vt patet ex illa dictione, ſaluo,
5 quæ eſt exceptiua. *l. ſi debitor. 4. §. ſi in venditione. ff. quibus mod. pigno. vel hypot. ſolu. & ſcribunt Dec. conſilio 656. numero 6. in fin. & Menoc. conſilio 4. numero 24. & conſilio 134. numero 11.* Conſequens eſt, vt demonſtrent regulariter, neque matrem, neque cognatos per eius lineam coniunctos poſſe filijs primi matrimonij ſuccedere.

Nec obſtat, ſi dicatur, huiuſmodi ſtatutum fuiſſe conditum, vt ſeruetur æqualitas inter matrem, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, & filios primi matrimonij, vt patet ex illis verbis, *Eadem æquitatis ratione ſtatuerunt*, quæ ad æqualitatem referuntur, *vt pluribus oſtendit Natt. de hoc ſtatuto loquens in conſilio 147. numero 14. & conſilio 514. numero 5.* & hoc poſito non ſeruari æqualitatem, quia filij primi matrimonij non excluduntur à ſucceſſione matris, & cognatorum eius, ſed tantum à iure petendi dotem, de qua mulier diſpoſuit fauore ſecundi viri, aut filiorum ex ſecūdo matrimonio prouenientium, adeo, vt valde controuerſum ſit, vtrum ſufficiat ſimplex dotis conſtitutio, an verò requiratur ſpecialis, & expreſſa diſpoſitio matris, quæ filios primi matrimonij à bo-
7 nis ſuis excludat, † *de qua latè diſputant Signo. de Homod. conſilio 37. & conſilio 69. & Rayn. de*

Forliu.

Forliu. inter dict. conſil. Signo. conſil. 68. & conſ. ol-
tim. & poſt eos Natt. dict. conſil. 147. & conſil. 148.
Brun. de ſtat. excud. fœm. art. 6. princ. quæſt. 27. &
nouiſſime Feltſau. iun. lib. 1. quæſt. foren. quæſt. 94.
Ideoque nec videtur excludẽdam matrem, aut
cognatos eius a ſucceſſione filiorũ primi ma-
trimonij, ne alioquin ſequatur, huiuſmodi fi-
lios ſuccedere matri, & eius cognatis, hos verò
contra non ſuccedere prædictis filijs, quod eſ-
8 ſet iniquiſſimum † *§. cæterum Inſtitut. de legit.*
agn. ſucc. §. filium Authent. quibus mod. natu. effic.
ſui collat. 7. quia reſpondeo, æquitatem, qua mo-
uentur ſtatuentes, non conſiderari in ſpecie,
ſed tantum in genere: Nõ enim voluerunt ſta-
tuentes denotare matrem, & cognatos eius de-
bere excludi a ſucceſſione filiorum primi ma-
trimonij, quibus caſibus ipſi filij remanent ex-
cluſi a ſucceſſione matris, quia contrarium ap-
paret ex ipſamet diſpoſitione ſtatutaria, ſed
voluerunt oſtendere, quemadmodum contra
diſpoſitionem iuris communis ſtatuerunt, vt
mater poſſit diſponere de dote ad fauorem ſe-
cundi viri, ita, vt filij primi matrimonij non
poſſint ſuper bonis in dotem datis aliquam
poſſeſſoribus mouere controuerſiam, & hoc
modo præiudicarunt filijs, & proſpexerunt ma
tri, & habentibus cauſam ab ea, ita & pari æ-
quitatis ratione ſe ſtatuere contra diſpoſitio-
nem iuris communis, vt & mater, quæ ſecundo
nupſit, excludatur a ſucceſſione filiorum pri-
mi matrimonij, nec ſolum ipſa, ſed etiam alij
omnes, qui per eius lineam coniunguntur. Ita-
que paritatem æquitatis conſiderant in ipſa
excluſione, non verò in caſibus excluſionis.
Ex quibus patet, non eſſe habendam rationem
cognatorum matris in deferenda hæreditate
D. Marthæ, quæ ab inteſtatò deceſſit.

Aut vero tractamus de cognatis, qui ex par-
te patris coniunguntur, Et ex ijs Dominus Mar
cus Aurelius, tanquam nepos conſobrinæ e-
xiſtens in ſexto gradu debet excludi a Domi-
na Eleonora, quæ tamquam filia alterius con-
ſobrinæ exiſtit in quinto, vt ſupra dictum eſt.
Nec dicatur eum poſſe admitti ſaltem iure re-
præſentationis ſimul cum Domina Eleonora
amita ſua, quia, cum hic non tractetur de ſuc-
ceſſione alicuius aſcendentis, aut patrui, vel
auunculi, amitæ, vel materteræ, non poteſt eſ-
ſe locus repræſentationi, quippe, quæ in præ-
9 dictis dumtaxat caſibus locum habet, † *§. reli-*
quum, verſicu. huiuſmodi, Authent. de hæred. ab
inteſta. ven. collat. nona, & ſcribunt Bartol. *in Au-*
thent. poſt fratres, in princip. C. de legitim. hæred.
Caſtren. in Authent. defuncto, numero tertio, C. ad
Tertullian. Iaſ. in l. ſi auia. 2. numero quarto, ver-
ſicu. ſed aduerte. C. de ſucceſſ. edict. Ruin. conſil. 79.
numero decimoquarto, volum. tertio. Pariſ. conſil.
37. numero tertio, & ſeptimo, & conſil. 38. numero
decimoquinto, volum. ſecundo. Socin. Iun. conſil.
133. numero vigeſimonono, volum. primo, & con-
ſil. nono numero ſecundo volum. ſecundo. Gabr. con-
ſil. 86. numero nono in fin. volum. primo. Domi-
na verò Laura, licet, & ipſa, vt filia conſobri-
næ, & ſic in pari exiſtens cognationis gradu
videatur pariter cum Domina Eleonora ad
10 ſucceſſionem admittenda, † *l. 2. § hæreditas,*
verſicu. & ſi plures ff. de ſuis, & legitim. § ſi plures,
Inſtitut. de legitim. agn. ſucceſſ. non tamen debet
in caſu noſtro admitti, cum ſit alienigena, &
conſequenter incapax ſucceſſionis ex edicto
Sereniſsimi Ducis: Nec illi prodeſſe poſſunt
literæ naturalitatis, quas obtinuerat ante mor-
tem Dominæ Marthæ, quia, cum illæ literæ
tunc temporis non eſſent ab Illuſtriſsima Ca-
mera interinatæ, non potuerunt illi ad ſucceſ-
ſionem acquirendam opitulari; Principum e-
nim reſcripta, & conceſsiones, quę ad iudices
diriguntur, non antea valent, aut effectum a-
liquem operantur, quam fuerint illis iudici-
bus præſentatę, & ab eis approbatę, ſiue, vt
11 vulgò dicimus, interinatę † *l. ea, quæ. 5. in prin-*
cip. & ibi Bald. numero tertio. C. de tempor. in in-
tegr. reſtitut. Bald. in l. prima, C. vt lit. pend. Chaſ-
ſa. conſil. 39. numero 69. & 70. Quo fit, vt pars,
quę literis illis innititur, non cenſeatur habe-
re ius ex die literarum, ſed ex die interinatio-
12 nis, † *dict. l. ea, quæ. 5. in princip. verſicu. ex eo die,*
& ibi Bald. not. numero ſecundo, verſicu. & hoc eſt,
C. de tempo. in integr. reſtitut. Nec obſtat; quod
poſtea fuerint interinatę, quia, cum talis inte-
rinatio facta ſit poſtea, quam tota hæreditas
fuit delata Dominæ Eleonoræ, quippe, quæ
ſola tempore mortis Dominę Marthæ erat ca-
pax, non potuit ius illi ſemel quæſitum aufer-
re: Retrotractio enim non fit in præiudicium
13 tertij, † *vt ſcribunt Bartol. in l. ſi indebitum 16. §.*
ſi procurator, & in l. bonorum. 24. numero ſe-
cundo, verſicu. aut eſt perſona ff. rem rat. hab.
Curt. Iun. conſil. 74. numero nono, & conſil. 76.
numero ſexto. Crauett. conſil. 675. numero tertio.
Menoch. conſil. 858. numero ſecundo, & fictio
translatiua ceſſat, quando res non eſt integra,
14 † *l. neceſſario 8. §. quod, ſi pendente ff. de per. &*
comm. rei vend. & ſcribunt Bartol. in l. ſi uxor.
13. §. ſi quis uxorem numero tertio, verſicu. vel
alıter ff. ad l. Iul. de adulter. Curt. Iun. dict. conſil.
74. numero nono, & dict. conſil. 76. numero quin-
to in fin. Menoch. conſil. 946. numero 35. Quam-
obrem concludo excluſa Domina Laura; &
alijs totam hæreditatem ad Dominam Eleo-
noram pertinere, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Illuſtriſſima D. Margarita Scalia Sangeorgia Marchioniſſa Caluſij, & Rondizzoni.

CONSILIVM XXXIX.

ARGVMENTVM.

An ſubſtitutio alicui facta per hæc verba, & eo prædecedente, ſit vulgaris tantum, an vero etiam fideicommiſſaria; Et an, & quando extincta vulgari cenſeantur per conſequentias extinctæ omnes ſubſtitutiones ſubordinatæ, & ab illa dependentes; Et an, & quando clauſula codicillaris operetur, vt ordo ſucceſsiuus intelligatur non ſolum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſubſtituens aliquem, & eius filios, ac filiorum filios in infinitum, & ſic faciens diſpoſitionem habentē tractum temporis ſucceſſiuum, cenſetur inter huiuſmodi deſcendentes perpetuū fideicommiſſum conſtituiſſe.*

2 *Fideicommiſſum habet in ſe tacitam conditionem, ſi bona peruenerint ad grauatum.*

3 *Subſtitutio vulgaris aditione extinguitur.*

4 *Subſtitutio facta ſub conditione mortis eſt compendioſa.*

5 *Subſtitutio compendioſa non ſolum continet vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam.*

6 *Filij vocati per illa verba, non extante, ſiue non exiſtente patre, cenſentur vocati, non ſolum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam, Sed contra num. 19.*

7 *Filij filiorum in infinitum vocati, quia non poſſunt eſſe omnes in rerum natura tempore purificatæ conditionis, ideo neceſſario cenſeri debent vocati etiam per fideicommiſſariam.*

8 *Clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum operatur, vt filij vocati patre prædefuncto cenſeantur, etiam per fideicommiſſum ſubſtituti, Sed contra num. 17.*

9 *Dictio vniuerſalis, omnes, nullam prorſus ſubſtitutionem excludit.*

10 *Fideicommiſſum coniecturis induci poteſt.*

11 *Filij in conditione poſiti, & grauati per neceſſariū antecedens cenſentur etiam vocati, Declara, vt num. 26.*

12 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi teſtator ſit progreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, Declara, vt nu. 26.*

13 *Teſtator grauans fideicommiſſo magis dilectos multo magis cenſetur voluiſſe grauare minus dilectos.*

14 *Clauſula codicillaris operatur, vt ordo ſucceſſiuus intelligatur, non ſolum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam, Declara, vt nu. 27.*

15 *Fideicommiſſum a vulgari ſubſtituto relictum, habet illam conditionem, ſi locum habuerit vulgaris ſubſtitutio.*

16 *Subſtitutione vulgari corruente corruunt & omnia fideicommiſſa ſubordinata, & ab illa dependentia.*

17 *Fideicommiſſa ordinata à teſtatore poſt pupillarem ſubſtitutionem extinguuntur, ſi pupillaris locum non habeat.*

18 *Verba illa, & ea prædecedente, tanquā prolata per ablatiuum abſolutum reſoluuntur in conditionem, & perinde accipiuntur, atq; ſi dictum eſſet, ſi prædeceſſerit.*

19 *Subſtitutio facta his verbis, & eo prædecedente, ſeu p̄moriente, ſeu non exiſtēte aut non extante vulgaris eſt non fideicommiſſaria, Maximè ſi facta ſit per copulam, nu. 22.*

20 *Qualitas adiecta verbo intelligi debet ſecundum tempus verbi.*

21 *Copula natura eſt, vt cōiungat extrema cum ſuis qualitatibus.*

23 *Subſtitutio facta in caſum, quo alius præmoriatur, aut non extet, extinguitur, ſi ille ſuperuiuat, & cum ea extinguuntur omnes ſubſtitutiones ſequentes.*

24 *Dictionis præ, natura eſt, vt ſignificet, ante.*

25 *Conditio reſtricta ad certum caſum, & ad certum tempus non poteſt in alio verificari.*

26 *Filij in conditione poſiti, & grauati, ſi à teſtatore fuerunt expreſsè vocati per vulgarem, intelliguntur grauati caſu, quo locum habeat vulgaris ſubſtitutio.*

28 *Clauſula codicillaris non habet vim extenſiuam, ſed tantum intenſiuam.*

FACTI SPECIES.

Dominus Comes Veſmarum anno 1573. ſuum condidit teſtamentum, in quo ita diſpoſuit. *In alijs omnibus bonis, de quibus ſupra non diſpoſuit, tàm mobilibus, quam immobilibus, tam liberis, & allodialibus, quam feudalibus, rebus, iuribus, creditis, & actionibus vniuerſis, vndequaque ſe mouentibus, nominibus, & prænominibus quorumcunque debitorum ſuorum, cum, & ſub legatis, cōditionibus, & modis ſupraſcriptis, & infraſcriptis, inſtituit ſuos hæredes vniuerſales ore proprio nominando, prout nominauit, & nominat, ventrem prægnantem prædicta Illuſtriſſ. Comitiſſæ Beatricis de Stropiana eius vxoris cariſſimæ, vbi prægnans ſit, ita quod, vbi naſcatur in eodem partu maſculus, & fœmina, ſeu maſculi, & fœminæ, tunc maſculus, & maſculi fœminis præferantur, & fœmina, ſeu fœminæ inſtitutæ particulariter intelligantur in ea parte hæreditatis ſuæ, quæ ab infraſcriptis Dominis executoribus teſtamentarijs videbitur, & placuerit, ita tamen, quod minor legitima non ſit, Et, vbi prædicta Illuſtriſſ. eius vxor grauida, & prægnans non ſit, & aliqui filij non naſcantur, vel nati decederent in pupillari ætate, aut ſine filijs legitimis, & naturalibus, inſtituit, & ſubſtituit hæredem ſuam vniuerſalem in omnibus ſuis bonis prædictis, cum, & ſub legatis, modis, & conditionibus ſupraſcriptis, & infraſcriptis, Illuſtriſſ. Dominam Claudiam Scarampam ipſius teſtatoris ſororem, & vxorem Illuſtriſſ. Domini Bonifacij Valpergiæ, & ea prædecedente ipſius ſororis ſuæ filios legitimos, & naturales, ac filiorum filios in infinitum, ita, quod ſemper fœminis maſculi præferantur. Et ipſis omnibus filijs, & filiorum filijs vſque in infinitum prædictæ Illuſtriſſ. Dom. Claudiæ decedentibus ſine liberis ſubſtituit conditionibus, & ſubſtitutionibus, de quibus ſupra, prædictum Illuſtriſſ. Don Ioan. Petrum Scarampum patruum maternum ipſius teſtatoris, & eo prædefuncto, eius filios legitimos, & naturales, & filiorum filios in infinitum, maſculis ſemper fœminis præferendo, vt ſupra. Et has omnes ſubſtitutiones, ſingulas ſingulis referendo, fecit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, omnique meliori modo, quo, qua, & quibus magis melius, & validius fieri, & eſſe poteſt de iure, ea conditione, & declaratione adiecta, quod prædicta Illuſtriſſima Domina Claudia, eiuſque filij, & alij omnes vocati, vt ſupra per ſubſtitutiones antedictas, & qui fuerint hæredes prædicti domini teſtatoris, teneantur, & obligati ſint addere, & coniungere eius domini teſtatoris inſignia Scarampa, quæ vulgo arma appellantur vna cum inſignijs ipſius hæredis, qui pro tempore fuerint, & ſeſe vocare, ſubſcribere, & nominare vnà cum eius, vel eorum cognatione, de agnatione, ſeu familia Scarampa.*

Defuncto

Defuncto teſtatore nata eſt poſthuma, quæ in pupillari ætate ſuperſtite D. Claudia primo loco ſubſtituta deceſſit, Itaque fauore dictæ D. Claudiæ locus fuit ſubſtitutioni.

Poſtmodum deceſſit d. D. Claudia ſubſtituta relictis D. Carolo Gulielmo eius filio, & D. Comitiſſa Eleonora eius filia, & ſorore reſpectiuè, quæ D. Eleonora tempore matrimonij renunciauit iuribus ſibi, tam in bonis paternis, quàm maternis, & D. Comitis Veſimarum teſtatoris ſpectantibus.

Deinde deceſſit D. Carolus Gulielmus nullis relictis liberis, & inſtituta in teſtamento hærede vniuerſale Do. Comitiſſa Eleonora a qua poſſeſſa ſunt bona d. Do. Comitis Veſimarum, ſuper quibus in odium d. D. Eleonoræ ab Illuſtriſſima D. Marchioniſſa Caluſij pro dotibus d. D. Carolo Gulielmo eius marito conſtitutis facta eſt executio.

Cui ſeſe opponunt filij d. D. Eleonoræ allegantes bona illa fideicommiſſo eſſe ſuppoſita, & ad illud ſe eſſe vocatos; Hinc quæritur, an talis eorum oppoſitio ſit iuri conſona.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DVbitatio, quæ naſcitur ex teſtamento Perilluſtris quondam D. Comitis Veſimarum, vertitur in eo, an ſuperſit aliquod fideicommiſſum a prædicto teſtatore ordinatum, per quod Perilluſtr. Do. Comitiſſa Eleonora cenſeri poſſit grauata poſt mortem ſuam hæreditatem filijs ſuis reſtituere.

Videretur autem prima facie dicendum ſupereſſe, quia teſtator ſubſtituẽdo D. Claudiam vocauit etiam eius filios, & filiorum filios in infinitum, & ſic fecit diſpoſitionem habentem tractum temporis ſucceſſiuum, ideoque cenſeri debet inter huiuſmodi deſcendentes perpe-
1 tuum fideicommiſſum conſtituiſſe, † *vt tradit Ruin. conſ.* 168. *nu.* 11. *vol.* 2. *Pariſ. conſ.* 37. *nu.* 38. *vol.* 2. *Soc. iun. conſ.* 51. *nu.* 6. *verſ. item facta vol* 2. *& conſ.* 110. *nu.* 16. *&* 35. *vol.* 3. *Gabr. conſ.* 123. *nu.* 20. *vol.* 2. *Decian. conſ.* 102. *nu.* 25. *vol.* 2. *& conſ.* 44. *nu.* 34. *verſ.* 3. *vol.* 3. *Men. de præſum. lib.* 4. *præſ.* 69. *nu.* 11. *& conſ.* 904. *nu.* 8. *Pereg. conſ.* 54. *nu.* 7. *verſ. quocirca vol.* 1.

Et ſi dicatur hoc debere intelligi ſi bona peruenerint ad filios D. Claudiæ vigore ſubſtitutionis, quia omne fideicommiſſum habet in ſe tacitam conditionem, ſi bona peruenerint ad
2 grauatum † *l. ille a quo* 13. *§. ſi de teſtamento ff. ad Treb. Bart. in l. Centurio* 15. *num* 32. *ff. de vulg. Peregr. de fideicomm. art.* 18. *nu.* 2. Et in caſu noſtro non perueniſſe, quia cum prædicti filij non eſſent matri ſuæ ſubſtituti, niſi vulgariter, & per ſuperexiſtentiam matris, & acquiſitionem hæreditatis ab ea factam extincta fuerit vulgaris
3 ſubſtitutio. † *l. poſt aditam* 5. *l. precibus* 8. *verſ. nã non eſt incerti. C. de impub. & al. ſubſti. l. ſi legata* 6. *C. de legat.* non potuerũt bona teſtatoris ad eos peruenire vigore ſubſtitutionis; Videtur poſſe replicari, imo perueniſſe, quia prædicti filij non ſolum vulgariter, ſed etiam per fideicommiſſum erant matri ſuæ ſubſtituti; & ideo licet defecerit vulgaris, habuit tamen locum fideicommiſſaria, cuius vigore bona ad eos peruenerunt. Fuiſſe autem eos etiam per fideicommiſſum matri ſuæ ſubſtitutos ex multis videtur comprobari, &

Primò, ex eo, quia fuerunt vocati per illa verba, *& ea prædecedente*, & ſic virtualiter ſub conditione mortis, quæ, quia tractum habet tẽporis ſucceſſiuum, & ita contingere poteſt poſt bonorum acquiſitionem, vt ante ideo impor-
4 tat compendioſam, † *vt not. in l. Centurio* 15. *ff. de vulg. & l. precib.* 8. *C. de impub. & tradũt Pariſ. conſ.* 92. *num.* 17. *vol.* 2. *Soc. iun. conſ.* 180. *num.* 18. *volum.* 2. *Roll. conſi.* 25. *num.* 15. *vol.* 1. *Nat. conſil.* 68. *num.* 7. *Decia. conſ.* 41. *num.* 5. *&* 69. *volum.* 1. *Craſſ. in §. ſubſtitutio q.* 60. *nu.* 8. *Menoc. conſ.* 797. *num.* 41. *Surd. conſ.* 347. *nu.* 12. Vnde quia compendioſa ſui natura non ſolum continet vul-
5 garem, ſed etiam fideicommiſſariam, † *vt tradunt omnes in d. l. Centurio, & in d. l. precibus. Soc. iun. d. conſi.* 180. *num.* 19. *volum.* 2. *Decia. d. conſil.* 41. *num.* 5. *volum.* 1. *Craſſ. in d. §. ſubſtitutio quæſt.* 61. *num.* 6. *Peregr. de fideicom. artic.* 34. *num.* 67. *Surd. d. conſi.* 347. *num.* 12 *fit*, vt prædicti filij non poſſint, non cenſeri D. Claudiæ, etiam per fideicommiſſum ſubſtituti.

Et hoc non obſtante, quod dictum ſit, *& ea prædecedente*; Nam, & cum vocantur filij per illa verba, *non extante*, ſiue *non exiſtente patre*, quo caſu effectu videntur vocati patre præmoriente, cenſentur adhuc vocati non ſolum per vul-
6 garem, ſed etiam per fideicommiſſariam † *ſecũdum Rom. conſ.* 56. *nu.* 3. *Alex. conſ.* 101. *num.* 13. *& ſeq. vol.* 7. *Ceph. conſ.* 476. *nu.* 8 *verſ.* 3. *& Pereg. licet ſub dubio de fideic. art.* 18. *nu.* 17. *Laderc. conſi. nnu.* 3. *&* 12. *& conſ.* 80. *nu.* 1. quod maximè vĩ dicendũ in caſu noſtro, in quo vocati ſunt filij filiorũ in infinitum, & ſic oẽs deſcendẽtes: nã, quia non poſſunt oẽs eſſe in rerum natura tpe mortis D. Claudiæ, ideo neceſſariò cenſeri debent vocati non tàm per vulgarem, quàm per
7 fideicommiſſariam, † *vt ſcribunt Pariſ. conſ.* 41. *num.* 20. *vol.* 2. *Soc. iun. conſ.* 136. *nu.* 18. *verſ. & fundamentum. vol.* 3. *Decia. conſ.* 84. *nu.* 8. *vol.* 3. *Pereg. conſ.* 54. *nu.* 5. *vol.* 1.

Secundò verò multo magis hoc vĩ dicendũ ſtantibus illis verbis, quæ ſequuntur, *& has omnes ſubſtitutiones ſingulas ſingulis referendo, fecit vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum*: nã ea videntur omnem omnino dubitationẽ ſu-
8 ſtuliſſe, † *vt in his terminis ſcribit Roma. d. conſi.* 56. *nu.* 4. *nec videtur diſſentire Soc. iun. d. conſ.* 180. *nu.* 75. *verſ. nam Roma. vol.* 2. & maximè cũ dictum ſit, *omnes ſubſtitutiones*: nã illa dictio vniuerſalis, omnes, nullam prorſus ſubſtitutionẽ
9 excludit. † *l. Iulianus.* 66. *in prin. ff. de leg.* 3. & cõſequenter operatur, vt etiam ſubſtitutio facta D. Claudiæ, cenſeatur facta non ſolum vulgariter, ſed etiam per fideicommiſſum.

Tertiò, dato, ꝙ diei non poſſent expreſsè, & apertis verbis per fideicõmiſſum ſubſtituti, adhuc tñ cenſeri debent ad id vocati ex coniecturis, quibus certũ eſt induci poſſe fideicõmiſſũ.
10 † *l. cum proponebatur.* 66. *in prin. ff. de leg.* 2.

Prima enim coniectura ſumitur ex eo, quia deſcendentes omnes D. Claudiæ fuerunt à teſtatore grauati per illa verba, *& ipſis omnibus filijs, & filiorum filijs vſq; in infinitum prædictæ Illuſt. D. Claudia decedentib. ſine liberis, ſubſtituit, &c.* quo fit, vt per neceſſariũ antecedens cẽſeri
11 debeant etiam vocati, † *vt poſt Bar. in d. l. Centurio* 15. *nu.* 37. *ff. de vulg. tradunt Mantic. de con. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 2. *verſ. verũ Theſ. deciſ.* 96. *num.* 14. *vbi teſtatur hanc eſſe magis communem,*

 & Me-

& Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. nume. 39.

Secunda ſumitur ex eo, quia teſtator pro-
12 greſſus eſt ad plures ſubſtitutionũ gradus, † *vt tradunt innumeri, quos referunt Gabr. in tit. de fideicomm. concluſ. 4. num. 13. Mantic. d. lib. 11. tit. 3. num. 13. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 14. nume. 3. Theſ. d. deciſ. 96. num. 17. & 19. Menoc. d. præſum. 76. nu. 53. & Vin. deciſ. 262. nu. 13. & 14. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & receptiorem, & ſecundum eam fuiſſe iudicatum.*

Tertia ſumitur a veriſimili voluntate teſtatoris. nam, ſi grauauit fideicommiſſo proprios filios, tam fauore D. Claudię, quàm fauore eius filiorum, & deſcendentium; quanto magis cenſeri debet grauaſſe D. Claudiam, quę non erat, niſi ſoror teſtatoris, & conſequenter minus dilecta, ne alioquin dicamus melioris fuiſſe conditionis minus dilectum, quàm magis dilectũ,
13 † *contra l. Publius 36. §. vlt. ff. de cond. & demonſt. vt in his terminis arguit Roma. d. conſil. 56. num. 4 verſ. 4.*

Quarto, & vltimo, quando ex ſupradictis nõ poſſent prædicti filij cenſeri vocati per fideicõmiſſum, adhuc tamen viderentur ad id amittẽdi vigore clauſulæ codicillaris, quę operatur, vt ordo ſucceſſiuus intelligatur non ſolum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam,
14 † *vt ſcribunt Ruin. conſ. 174. nu. 13. vol. 2. Decia. d. conſ. 84. nu. 9. vol. 3. Peregr. conſ. 54. nu. 5. conſ. 55. nu. 5. vol. 1.*

Verum his non obſtantibus, prout verè non obſtant, contrarium de iure verius arbitror, nullum ſcilicet hodie ſupereſſe fideicommiſſum, per quod D. Comitiſſa Eleonora cenſeri poſſit grauata filijs ſuis hæreditatem reſtituere, quod vt liquidò demonſtrem præmitto duas concluſiones veriſſimas, atque certiſſimas in iure noſtro.

Prima enim concluſio eſt, quod, quãdo multæ ſunt diſpoſitiones ſucceſſiuæ, & prima eſt vulgaris tantum, ſequentes verò ſunt fideicommiſsariæ, tunc ſi locum non habeat vulgaris, cenſentur per conſequentias extinctæ, & caducatæ omnes ſubſtitutiones fideicommiſsariæ ſubordinatæ, quia fideicommiſsum a vulgari ſubſtituto relictum, etiamſi poſtea tranſire debeat per multos gradus, habet illam conditio-
15 nem, ſi locum habuerit vulgaris † *l. quoties. 13. C. de fideicomm.* cum generaliter omne fideicõmiſsum tacitam habeat conditionem, ſi bona peruenerint ad grauatũ, *vti diximus ſupra nu. 2.*
16 Hanc concluſionem clarè firmant † *Alex. conſ. 1. nu. 15. vol. 1. Ruin. conſ. 99. num. 14. & conſ. 125. nu. 6. vol. 2. Soc. Sen. conſil. 52. nu. 13. vol. 1. Soc. iun. d. conſ. 180. nu. 64. vol. 2. Peregr. de fideicomm. art. 15. nu. 20. & Menoch. conſ. 799. nu. 3. & 17.* nam & ſimili ratione fideicommiſsa ordinata a teſtatore poſt ſubſtitutionem pupillarem extinguũ-
17 tur, ſi pupillaris locum non habeat † *l. apud Iulianum 11. §. idem Iulianus l. ita tamen 27. §. a patre ff. ad Treb. Bart. in l. quamdiu 68. nu. 10. verſic. ſed ſi prima ff. de acq. hær. Caſtr. conſ. 422. verſic. nec obſtat vol. 2. Ruin. d. conſ. 99. nu. 14. vol. 2. Pereg. latè d. art. 15. num. 21.*

Secunda concluſio eſt, ſubſtitutionem factã per hæc verba, *& ea prædecedente*, non eſse compendioſam, & conſequenter non continere fideicommiſsariam, ſed tantum vulgarem, quoniam illa verba, tamquam prolata per ablatiuum abſolutum reſoluuntur in conditionẽ, & perinde accipiuntur, atque ſi dictũ eſſet, ſi præ-
18 deceſserit † *l. a teſtatore 108. vbi Bar. ff. de cond. & dem. Ruin. conſ. 121. nu. 3. vol. 3. Pariſ. conſ. 81. nu. 7. vol. 1. Rol. conſ. 82. nu. 4. vol. 1. Pereg. conſ. 9. n. 20. vol. 1. Surd. conſ. 236. nu. 3.* & ſic, ſi deceſserit antequam venerit condinõ ſubſtitutionis, ad quã vocabatur, qui eſt caſus vulgaris ſubſtitutionis,
19 non etiam fideicommiſsarię. † Et ita in terminis vocationis factæ per hæc verba, *prædecedente, præmoriente, non extante, non exiſtente*, & ſimilia tradunt *Anch. conſ. 226. per tot. Corn. conſ. 186 nu. 5. vol. 3. Alex. conſ. 170. nu. 3. vol. 5. Dec. cõſ. 394. nu. 5. verſ. 3. Bero. conſ. 63. nu. 29. vol. 2. Ruin. conſ. 102. nu. 5. vol. 2. Abb. conſ. 40. in prin. vol. 1. Pariſ. conſ. 74. nu. 17. vol. 2. Soc. iun. cõſ. 180. nu. 65. vol. 2. & conſ. 100. nu. 16. vol. 3. Gabr. conſ. 117. ante nu. 1 & nu. 14. vol. 1. Hier. Torn. in l. Gallus 29. §. quidã rectè nu. 68. ff. de lib. & poſth. Decia. conſ. 41. nu. 69. verſ. neque obſtat vol. 1. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 71. nu. 10. conſ. 799. nu. 1. & ſeq. & conſ. 496. nu. 10. verſic. comprobatur, & Pereg. conſ. 52. n. 5. & 12. vol. 1.*

His ita præmiſſis dico nullum hodie ſupereſse fideicommiſsum ad fauorem filiorum D. Comitiſſæ Eleonoræ.

Primo, quia ſubſtitutio facta D. Claudiæ per illa verba, *& ea prædecedente*, non eſt niſi vulgaris, cũ intelligatur facta ſub conditione, ſi ipſa D. Claudia moriatur ante poſthumum; Nã illa qualitas, ſeu cõditio premoriendi, adiecta verbo, ſubſtituit. debet intelligi ſecundum tempus
20 ipſius verbi † *l. in delictis 4. §. ſi extraneus ff. de noxalib.* ideſt ſecũdum tempus mortis poſthumi, cui fiebat ſubſtitutio, *vt expreſſè declarat Soc. iun. d. conſil. 180. nu. 41. verſ. & quod ſubſtitutio vol. 2. poſt Corn. & alios in ſecunda concluſione allegatos*, & ideo non poteſt eſse fideicommiſsaria, quippe quæ ſupponit grauati ſuperexiſtentiã, & hæreditatis acquiſitionem ab eo factam, *vti dictũ eſt nu. 2.* Ex quo ſequitur, vt, licet filii D. Claudiæ fuerint poſteà grauati a teſtatore ſucceſſiuo fideicommiſso per illa verba, *& filiorũ filios in infinitum*, debeãt tamen intelligi grauati ſub illa cõditione, ſi bona ad eos peruenerint, ideſt ſi locũ habuerit vulgaris ſubſtitutio, *vti demonſtrauimus in prima concluſione*. Cùm igitur per ſuperexiſtentiam D. Claudię, & acquiſitionem hæreditatis ab ea factam extincta fuerit vulgaris *d. l. poſt aditam 5. C. de impub.* & conſequenter bona teſtatoris non peruenerint ad prædictos filios ex ſubſtitutione, conſequens eſt, vt cenſeatur per conſequentias extinctum ſucceſſiuum fideicommiſsum, quod poſt vulgarẽ ſubſtitutionem fuerat ſubordinatum, *ſecundum ea quæ diximus in eadem prima concluſione.*

Secundo vero multo magis hoc eſt dicendũ in caſu noſtro, in quo per orationem cõtinuatam, & copulatam dictum eſt, *& ea prædecedente ipſius ſororis ſuæ filios, ac filiorum filios in infinitum*; nam, quia copulæ natura eſt, vt coniungat
21 extrema cũ ſuis qualitatibus † *l. vlt. ff. de reb. dub.* Ideo cenſentur non ſolum filij, ſed etiam filiorum filij in infinitum vocari ſub eadem conditione, ſi D. Claudia deceſserit ante poſthumũ, ex quo ſequitur, vt fideicommiſsa fauore ipſorum deſcendentium conſtituta, tanquam ſubordinata, & dependentia ab eadem conditione faciliùs debeant extingui ea non præmoriẽte, quam ſi per aliam conditionem fuiſsent cõ-
22 ſtituta † *tot diſtinguendo, & conciliando contrarias opinio-*

opiniones declarat Pereg. de fideicom. d. arti. 15. nu. 81. poſt Anchar. conſ. 137. num. 1. Soc. iun. d. conſ. 180. num. 76. volum. 2. & Menoch. d. conſi. 399. nu. 17. & 18.

Tertiò non eundo per mendicata ſuffragia de hoc extant clarè deciſiones, & authorita-
23 tes noſtrorum: † Ita enim in primis cẽſuit Anchar. *conſ. 226. per tot.* vbi, cum teſtator filijs ſuis decedentibus ſubſtituiſſet Benedictum, & ſi Benedictus non viueret, eius filios, & non extantibus filijs ſubſtituiſſet pauperes, ſcribit Anchar. illa verba, ſi Benedictus non viueret, intelligi tempore mortis filiorum, & ideò, ſi tunc tẽporis ſuperuixerit, extinctum cenſeri fideicommiſſum, etiam pauperibus relictum. Secundò id ipſum cẽſuit Corn. *in conſ. 186. nu. 5. vol. 3.* vbi teſtator decedentibus filiis vocauerat Iacobũ, &, ſi d. Iacobus nõ ſuperuiueret, vocauerat eius filios, concludit Corn. illa verba, ſi non ſuperuiueret, intelligi tempore mortis filiorum, & ideo eo ſuperuiuente poſt filios teſtatoris, non cenſeri grauatum filiis hæreditatem reſtituere. Tertiò hoc idem ſcripſit Alex. *conſ. 170. num. 3. volum. 5.* in cuius ſpecie teſtator legauerat fundum Geminiano, & Antonio, ſeu præmortuorum liberis, & ſic vocauerat liberos, ſeu deſcendentes præmoriente patre, & concludit ſi Antonius, & Geminianus ſuperuixerint, & fuerint legatum conſecuti, non poſſe eorum deſcendentes prætendere aliquod fideicommiſſum, quoniam fuerant tantũ vocati patre præmoriente, & ſic per vulgarem; non etiam per fideicommiſſariam. Quartò cenſuit id ipſum Dec. *conſ. 394. nu. 5. verſ. 3.* vbi teſtator filio præmorienti ſubſtituerat liberos, & ſic non ſolum filios, ſed etiam filiorum filios in infinitum, *l. liberorum. 220. ff. de verb. ſign.* Et tamen concludit hanc ſubſtitutionem non eſſe, niſi vulgarẽ; & ideo filio non præmoriente nullum extare fideicommiſſum. Quintò idem ſcripſit Ruin. *conſ. 102. num. 5. & 10. volum. 2.* in cuius ſpecie teſtator ſubſtituerat præmorienti filios ſuperſtites, & filiorum præmortuorum filios, & tamen ait, ſenſum eſſe, vt ita demum cẽſeantur filij, & filiorum filij vocati, ſi is, cui facta fuerat ſubſtitutio deceſſiſſet ante diem fideicommiſſi cedentem, non etiamſi ſuperuixiſſet. Sextò facit dictum Abb. *in conſ. 40. paulo ante num. 1. lib. 1.* vbi ait filiorum commemorationem factam per hæc verba, non extante patre, nihil operari, quando pater extat, & agnoſcit hæreditatem; quia tunc extinguitur ſubſtitutio. Septimò id ipſum ſcribit Pariſ. *conſ. 74. nu. 17. volu. 2.* qui loquitur etiam de ſubſtitutione facta his verbis, & eo non extante. Octauò ſequitur hãc ipſam opinionem Soc. iun. *conſ. 180. n. 36. verſ. veruntamen. & ſeqq. volum. 2. & conſ. 100. num. 16. & 61. verſ. demum vol. 3.* Nonò idem cenſuit Gabr. *conſ. 117. paulo ante num. 1. & nu. 14. vol. 1.* licet, quoad ſequentes ſubſtitutiones aliud iuris eſſe putet, propterea, quod ſupponit, eas in caſu, de quo loquitur, non eſſe ſubordinatas, & dependentes à prima; Decimò eandem opinionem ſecutus eſt Hyer. Tornel. *in l. Gallus. 29. §. quidam recte num. 68. ff. de lib. poſth.* Vndecimò Decia. *conſ. 41. num. 69. verſ. neque obſtat volum. 1.* Duodecimò Menoc. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 71. num. 10. & conſ. 399. num. 3. & 17. & conſ. 496. nu. 10. verſi. comprobatur.* Decimotertiò Pereg. *conſ. 52. num. 5. & 12. volum. 1.* Et, *verò etiam de fideicom. art. 15. num. 31.* ſi conſideremus eas qualitates, quibus defendit opinionẽ Anchar. nam illę concurrunt in caſu noſtro, *ſecundum ea, quæ diximus in ſecundo fundamento.* Ex quibus apparet hanc eſſe magis communẽ DD. opinionem, *vt etiam atteſtatur Soc. iun. d. conſ. 180. num. 76. vol. 2.* Et ideo non eſſe ab ea recedendum.

Neque obſtant contraria: nam ad id, quod dicitur inductum eſſe perpetuũ fideicommiſſum inter ipſos deſcendentes per illa verba, *& filiorum filios in infinitum,* reſponſio patet ex ſuperioribus: intelligitur enim hoc, ſi bona peruenerint ad filios, id eſt ſi D. Claudia fuerit præmortua, & conſequenter factus ſit locus vulgari ſubſtitutioni, quæ primo loco fuit ordinata, & ideo, cum ea fuerit extincta per ſuperexiſtentiam ipſius D. Claudiæ, conſequens eſt, vt cenſeantur etiam extinctæ omnes ſubſtitutiones ſubordinatæ & ab eadem conditione depẽdentes, *ſecundum ea, quæ diximus in prima concluſione, & in primo, & ſecundo fundamento.*

Non obſtat, quod imo videantur filij D. Claudiæ ſubſtituti matri ſuæ etiã per fideicommiſſum, quia reſp. hoc perſolcuè falſum eſſe, *vt apparet ex iis, quæ diximus in 2. concluſione, & in primo, & tertio fundamento.*

Neque obſtat, quod, cum ſubſtitutio facta ſit per illa verba, *& ea prædecedente,* videtur eſſe cõpendioſa, tanquam facta ſub conditione mortis, quia reſpondeo aliud eſſe, cum ſimpliciter dicitur, *& ea moriente* aliud verò, cum dicitur, *& ea præmoriente*: nam primo caſu non reſtringitur conditio ad certum tempus, ſed generaliter, & ſimpliciter profertur, ita, vt poſſit variis temporibus verificari, quod congruit naturæ compendioſæ, cæterum, quando dicitur, *& ea præmoriente*, mentio mortis non fit ſimpliciter, ſed reſtringitur ad certum tempus, & ad certum caſum, nempe ad caſum, quo moriatur ante euentum conditionis, ſub qua vocabatur, cum hæc ſit natura illius dictionis,
24 *præ*, vt ſignificet, ante, † *vt not. gio. in rubr. ff. de dot. præleg.* Ergo tanquam conditio reſtricta ad certum caſum, & ad certum tempus non po-
25 terit in alio verificari. † *l. commodiſſime 10. ff. de lib. & poſth. l. Mæuius. 54. ff. de cond. & demon. Ita in ſpecie reſpondet Soc. iun. d. conſi. 180. nu. 72. vol. 2. & eſt de mente omnium, quos retulimus in tertio fundamento.*

Minus obſtat, quod filij cẽſeatur vocati nõ ſolum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam, etiam ſi dictum ſit, *& eo non extante*, ſecundum Roma. & alios in contrarium allegatos, quia reſpondeo illorum opinionem eſſe communiter reprobatam, quia maior pars DD. contrarium ſuſtinet, *vt in ſpecie ait Soc. iun. d. conſ. 180. num. 76. & ex numero DD. quos retulimus in tertio fundamento poteſt intelligi.* Maximè cum pleríque ex eis id dixerint ſub dubio, vt Pereg. quid. *art. 18. num. 17.* ait deciſionẽ Anchar. magnam habere dubitationem, alij verò loquuntur obiter, vt Cæpo. nõ verò principaliter, quomodo loquũtur omnes ferè, quos pro hac ſententia allegauimus.

Non obſtat illa clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum appoſita cum illis verbis, *& has omnes ſubſtitutiones, &c.* quæ videntur declarare mentem teſtatoris fuiſſe vocare omnes etiam per fideicommiſſum, quia

vt tol-

latur hoc fundamentum, in quo fortaſſis magnam aduerſarij vim conſtituent, animaduertendum eſt, in hoc teſtamento duas tantum eſſe ſubſtitutiones principales ſeparatas, atque diſtinctas, quas fecit teſtator ſeparatis clauſulis, & orationibus; vna enim eſt ſubſtitutio facta poſthumo, ad quam vocantur D. Claudia, & ea prædecedẽte eius filij, & filiorum filij in infinitum. Altera verò eſt ſubſtitutio facta deſcendentibus ipſius D. Claudiæ, ad quam vocatur D. Io. Petrus Scarampus, & eo prædefuncto eius filij, & filiorum filij in infinitum, itaque inſpectis teſtatoris verbis, & ſpectata ſermonis, ac loquendi vnitate, ſubſtitutiones non ſunt, niſi duæ, & licet vtraque ſubſtitutio contineat alios gradus, tàm reſpectu filiorum, qui vocantur prædecedente D. Clauda, vel præmoriente D. Io. Petro, quàm reſpectu filiorum ipſorum filiorum, qui in infinitum vocantur, hæ tamen ſubſtitutiones non ſunt explicitæ, nec à prædictis ſeparatæ, ſed implicitæ, & ſub eis, ac ſub vna verborum ſtructura comprehenſæ, & ideo quoad verba teſtatoris non debet reputari pro ſubſtitutionibus ab alijs ſeparatis, atq; diſtinctis, *vt in ſpecie declarat Soc. iun. d. conſ. 180. num. 41. verſi. quod ſubſtitutio vol. 2.* Quo poſito, facile eſt declarare, quomodo ſint accipienda illa verba, *& has omnes ſubſtitutiones, &c.* Intelliguntur enim de duabus illis ſubſtitutionibus, quæ ex verbis, & perfecta teſtatoris oratione inducuntur, nam has omnes ſubſtitutiones declarat teſtator ſe facere vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, itaq; tam D. Claudia; quàm ea prædecedente eius filij, & filiorum filij cenſentur ſubſtituti poſthumo, & vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum; & ſimili ratione D. Io. Petrus, & eo præmoriente eius filij, & filiorum filij ſunt ſubſtituti deſcendentibus D. Claudiæ, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Cæterum ſi conſideremus illas ſubſtitutiones, quæ non ex orationibus ſeparatis, & perfectis inducuntur, ſed virtualiter tantum ex illis verbis, *ea prædecedente, eo præmoriente*, non poſſunt cenſeri factæ per vulgarem, quia verba ipſa apertè referuntur ad caſum, qui non niſi vulgari ſubſtitutioni poſſunt adaptari. Itaque filij, & deſcendentes D. Claudię dici poſſunt vulgariter, & per fideicommiſſum ſubſtituti poſthumo, ſed matri ſuę non niſi vulgariter. Et ita clauſulam hanc eſſe intelligendam, & referendam ad principales diſpoſitiones, quæ factæ ſunt in teſtamento ſcribit *Io. Bapt. a Sanct. Senen. inter conſi. Alexan. conſ. 14. nu. 12. verſ. non enim vol. 4.*

Non obſtat, quod licet hi filij non poſſunt cenſeri vocati ad fideicommiſſum ex claris teſtatoris verbis, debeant tamen cenſeri vocati ex coniecturis, quæ varię ſunt in caſu noſtro, & potiſſimum tres, grauamen eis, iniunctum, digreſſio ad plures ſubſtitutionum gradus, & veriſimilis teſtatoris voluntas in grauãdo minus dilectam, cũ grauauerit magis dilectam, nempè poſthumam, quia reſpondeo primo ex coniecturis tunc filios alicuius poſſe cenſeri vocatos ad fideicommiſſum odio patris, quãdo fuerint poſiti in conditione; nam omnes, qui ſupradictas conſiderant coniecturas loquuntur de filijs in conditione poſitis. Itaque magnum fortaſſis argumentum fideicommiſſi poſſet ex ſupradictis coniecturis deduci, ſi Do. Claudia fuiſſet in aliqua parte teſtamenti grauata ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſiſſet; Atqui nuſ ſibi legitur grauata, quia teſtator loquendo de D. Claudia nullam ei fecit ſubſtitutionem præter illam, quæ virtualiter inducitur per illa verba, *& ea prædecedente*; Nihil igitur poſſunt operari prædictæ coniecturæ. Quinimo, vt fateat, magnum in hac re fundamentum pro excluſione fideicommiſſi puro cõſtituendum, quia, ſi teſtator voluiſſet grauare D. Claudiam fideicommiſſo, quemadmodum nominatim ſubſtituit poſthumo, tàm vulgariter, quàm per fideicommiſſum, & pari modo ſubſtituit filiis, & deſcendentibus D. Claudiæ, faciliimè ſubſtituiſſet eidem met D. Claudiæ ſine liberis decedenti, & dixiſſet, & ſi prædicta D. Claudia, aut eius filij, & deſcendentes deceſſerint ſine liberis, ſubſtituo Do. Io. Petrum; Cum igitur de ea non fecerit mentionem in grauamine, magna ſumitur coniectura noluiſſe eum grauare ſororem fideicommiſſo, ſed tantum vocare filios ea præmoriente. *l. vn. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. tollen.*

Secundò reſpondeo dato etiam, quod prædicti filij fuiſſent poſiti in conditione, non tamen poſſe ex coniecturis cenſeri vocatos, eo, quod fuerunt expreſſe ſubſtituti à teſtatore; nã quando filij in cõditione poſiti ſunt in aliquo caſu expreſsè vocati, etiam per vulgarem tantum, nunquam cenſentur extra eum caſum vocati ad fideicommiſſum: ex coniecturis puta ex eo, quòd fuerint grauati, quia intelliguntur grauati in caſu, quo locum habuerit vulgaris
26 ſubſtitutio, † *vt in ſpecie declarant Soc. ſen. conſil. 116. num. 1. verſi. ado etiam, & num. 2. & 5. verſi. præterea vol. 3. Menoch. de præſump. lib. 4. praeſ. 76. nu. 43. & 44. Surd. conſ. 434. nu. 5.*

Denique non obſtat clauſula codicillaris, quia reſpondeo clauſulam hanc non operari in ſubſtitutione vulgari, quando teſtamentum valet iure teſtamenti, ſed tantum in compen-
27 dioſa concepta per verba mere directa, † *vt declarant Dec. in l. precib. 8. num. 18. C. de impub. Soc. iun. d. conſ. 180. num. 77. verſ. 2. & ſeq. volu. 2. Laderch. conſ. 92. num. 17. Pereg. de fideic. art. 18. nu. 6. verſ. contrarium, & num. 8.* quia prædicta clauſula non habet vim extenſiuam, ſed tantum intenſiuam idest non operatur, vt diſpoſitio teſtatoris valeat vltra caſus expreſſos, ſed tantũ, vt in caſibus, in quibus teſtator diſpoſuit, va-
28 leat diſpoſitio omni meliori modo, † *vt declarant Dec. in d. l. præcib. nu. 18. Laderch. d. conſ. 92. num. 17. Purpur. conſil. 30. num. 9. Odd. conſil. 95. num. 36.* & ideo cum diſpoſitio teſtatoris non nocet filios Dom. Claudiæ, niſi in caſu, quo ipſa præmoriatur, conſequens eſt, vt propter clauſulam codicillarem non debeant cenſeri vocati, ſi ſuperuixerit. Et ita iuris cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro

Pro Illuſt. Dom. Melchiore Catio Nouarienſi.

CONSILIVM XXXX.

ARGVMENTVM.

An, & quando ſocius poſſit petere paſcui communis diuiſionem.

SVMMARIVM.

1 *Partes interdum, non corpore, ſed iuris intellectu, & pro indiuiſo fiunt.*
2 *Communis non deſinit eſſe res, quoties partes non, niſi iuris intellectu fiunt.*
3 *Socius in re communi nihil facere poteſt iure ſeruitutis.*
4 *Paſcuo communi utens ſocius non dicitur id facere iure ſeruitutis.*
5 *Res ſua nemini ſeruit.*
6 *Socius poteſt petere rei communis diuiſionem.*
7 *Nemo cogitur ſtare in communione.*
8 *Communio parit diſcordias.*
9 *Conuentio, vt res nunquam poſſit diuidi, non valet, etiamſi ſit iurata nu. 10.*
11 *Paſcua communia diuidi poſſunt non obſtante conuentione facta inter ſocios de utendo communiter.*
12 *Paſcendi in iure mutandum non eſt, quod ſeruauit antiquitas, Declara, vt nu. 21.*
13 *Seruitus diſcontinua non poteſt præſcribi, niſi tanto tempore, cuius initij memoria non extet.*
14 *Paſcendi iuris ſeruitus non præſcribitur, niſi tempore immemorabili.*
15 *Seruitus, vt præſcriptione acquiratur, requiritur, vt quis ſit vſus re iure ſeruitutis, non alio, quod procedit etiam in iure paſcendi nu. 16.*
17 *Socius utens re communi etiam per tempus immemorabile nunquam acquirit ſeruitutem.*
18 *Seruitus per partes indiuiſas acquiri non poteſt.*
19 *Diuiſionem petendi ius ne ſpatio, quidem centum annorum præſcribitur, quando vterque ſocius eſt vſus re communi.*
20 *Præſcriptio, per quam quis cogitur eſſe in perpetua communione, non valet.*
22 *Paſcuorum publicorum, & priuatorum differentia recenſentur.*
23 *Paſcua publica ſunt vſu priuatorum, proprietate vero totius vniuerſitatis.*
24 *Paſcuorum priuatorum diuiſio ſit habita ratione partis, quæ ad unumquemque ſpectat iure dominij.*
25 *Paſcuorum publicorum diuiſio quomodo ſit facienda, & nu. 26.*
26 *Paſcua non ſunt diuidenda, quando is, qui habet ius paſcendi ex diuiſione paſſurus eſt incommodum, Declara, vt nu. 28.*
29 *Paſcendi ius poteſt acquiri conſuetudine.*
30 *Statuto fieri poteſt, vt quis habeat ius paſcendi etiā in alieno.*
31 *Conſuetudinem, qui allegat, eam probare debet.*

RE diligenter perpenſa puto de iure nō poſſe denegari paſcui communis diuiſionem à Do. Melchiore petitam: Quod vt liquidò demonſtrem, præmitto, hoc paſcuum inter D. Melchiorē, & D. Albertum eſſe commune, non ſolum, quoad vſum, prout fatetur D. Albertus, ſed etiam, quoad proprietatem, quia, licet in diuiſione bonorum dictū ſit, dimidiam paſcui ad D. Baptiſtam, & alterā dimidiam ad D. Hyeronimum ſpectaſſe, hæc tamen diuiſio non fuit facta corpore, & regionibus, ſed iuris tantum intellectu, & pro indi-
1 uiſo. † *l. ſi quis duas. 6. §. ſi quis partem. ff. commu. prædio. l. communis. 5. ff. de ſtip. ſeru. l. Meuius. 68. §. duorum, ff. de leg.* 2. Ideoque etiam hodiè remanet proprietas inter eos communis, vt regulariter euēnit, quoties partes pro indiuiſo fiūt.
2 † *l. magis puto. 5. §. vlt. ff. de reb. cor. l. ſi is cui. 54. in prin. ff. de ſolut. l. arbor. 19 in prin. ff. commu. diuid.* Et hoc dubium non habet.

Hinc fit, vt quamuis vterque cōmuniter ſit vſus paſcuo, non tamen dici poſſit hoc feciſſe iure ſeruitutis, quia in re communi neuter ex ſociis iure ſeruitutis quicquam facere poteſt.
3 † *l. in re communi. 24. ff. de ſeru. orba. præd.* Et quāuis ſocij dicantur vti re communi, ille tamen
4 vſus eſt cauſalis, non formalis, † vt in ſpecie de paſcuis quorum ſolum eſt commune tradit *Theſ. deciſ. 72. num. 3.* Nam quando ſolum eſt commune partes tanquam indiuiſæ ita ſunt cōfuſæ, ac per totam rem diffuſæ, vt vniuſquiſque in qualibet minima glebula iuris intellectu dimidiam partem habeat. Vnde non poteſt ſocius iure ſeruitutis vti parte alterius ſocij, quin eodem iure vtatur etiam parte propria, quod fieri ratio iuris non patitur, quippe cum nemi-
5 ni res ſua ſeruiat. † *l. vti frui. 5. in prin. ff. ſi vſuſf. pet. d. l. in re communi. 24. ff. de ſeru. vrb. præd. l. quidquid. 11. ff. comm. præd. Purpur. conſ. 374. num. 8. & conſ. 191. num. 5. Gabr. conſ. 200. num. 9. vol. 2. Surd. conſ. 17. nu. 4. & conſ. 181. nu. 38.*

Quæ cum ita ſint, non puto dubitandū, quin ſocius poſſit petere rei communis diuiſionem.
6 † *l. ſancimus. 34. §. ſi autem. C. de donat. d. l. in re communi 24. ff. de ſeru. vrb. præd. tot. tit. ff. & Cod. comm. diuid.* Nemo enim cogitur ſtare in com-
7 munione. † *l. vlt. C. comm. diuid. l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. ff. de condic. indeb. & ſcribunt Ang. de Gamb. conſ. 21. num. 5. Boer. conſ. 45. num. 8. Ceph. conſ. 466. num. 75. & conſ. 507. nu. 30. Decia. conſ. 22. num. 14. vol. 5. Odd. conſ. 49. num. 7. Surd. conſ. 260. num. 7. Mago. deciſ. Flor. 46. num. 1.* Et hoc propter rixas, atque diſcordias, quas commu-
8 nio parere ſolet. † *l. cum pater. 79. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. d. l. in re communi. 24. ff. de ſeru. vrban. præd. & ſcribunt Ang. de Gamb. d. conſ. 21. num. 5. Pariſ. conſ. 100. num. 3. & conſ. 106. num. 18. vol. 1. & conſ. 34. num. 41. volu. 2. Natt. conſ. 506. nu. 9. Roll. conſ. 10. num. 3. vol. 3. Ceph. conſ. 3. nu. 21. conſ. 40. num. 34. conſ. 152 num. 63. conſ. 507. num. 29. & conſ. 700. num. 29. Suer. conſ. 96. num. 14. Decia. conſ. 11. num. 33. vol. 4. & conſ. 22. num. 15. vol. 5. Capic. deciſ. 184. num. 8. Borgn. deciſ. 45. nu. 48. part. 1.* Quod adeo verum eſt, vt procedat etiā ſi conuentum eſſet, vt nunquam ad diuiſionē perueniri poſſet: nam huiuſmodi conuentio
9 non valeret. † *l. in hoc iudicium. 14. §. ſi conueniat. ff. comm. diuid. & tradunt Iaſ. in d. l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. num. 5. & 6. ff. de cond. ind. Pariſ. conſ. 127. num. 1. vol. 4. Caſtal. conſ. 44. num. 23. & conſ. 507. num. 34. Surd. conſ. 260. num. 7. Peregr. conſ. 92. num. 10. vol. 3.* dato etiam, quod quis iu-
10 raſſet. † *vt ſcribūt Ceph. d. conſ. 44. nu. 23. & d. cōſ. 507. num. 35. Decia. d. conſ. 22. num. 20. volu. 5.*

Et hæc

Et hæc procedunt etiam in paſcuis, quorum ſo
lum eſt commune: nam non obſtante conuen
tione de vtendo communiter, adhuc diuiſio
11 peti poteſt, † *vt tradit Theſ. d. deciſ. 71. & 72. nu-
mero 3.*

Neque obſtat, quod mens diuidentium fue-
rit, vt hoc paſcuo communiter in perpetuum
vterentur, quia reſpondeo primò de hac men-
te non conſtare: nam in inſtrumento diuiſio-
nis ſimpliciter dictum eſt, partes quaſdam bo-
norum certas, & pro diuiſo ſpectaſſe ad Dom.
Baptiſtam cum dimidia paſcui, & alias partes
ad D. Hyeronimum cum altera dimidia paſ-
cui, quod tamen verè inter eos non fuit regio-
ne diuiſum, ſed ex hoc non ſequitur eorum mē
tem fuiſſe, vt perpetuò remaneret paſcuum
commune: nam, & alia quædam bona in ea
diuiſione remanſerunt communia, vt Domus
Nouarienſis, & aliæ res, quæ poſtea fuerunt di
uiſæ corporaliter.

Secundò reſpondeo dato etiam, quod talis
fuiſſet eorum intentio, imo, quod hoc expreſ-
ſiſſent, non tamen validam eſſe huiuſmodi cō-
uentionem, quia, vti dixi, non valet pactum, per
quod diuiſio in perpetuum impediretur.

Non obſtat ſecūdò, quod communiter ſint
vſi paſcuo per longiſſimum tempus, & quod
in paſcuis non ſit mutandum, quod ſeruauit
12 antiquitas. † *l. 1. C. de paſcuis public. lib. 10. &
ſcribit Franch. deciſ. 197. nu. 14.* quia reſpondeo
hunc longiſſimi temporis vſum non poſſe vllo
modo impedire hanc diuiſionem: nam, aut ex
hoc vſu longiſſimo prætendit Do. Albertus ſe
acquiſiuiſſe iuris paſcēdi ſeruitutem, etiam in
parte D. Melchioris, & hoc dicere non poteſt,
Primò, quia, cum ius paſcendi contineat ſerui-
tutem diſcontinuam, non poteſt acquiri, niſi
tanto tempore, cuius initij nō extet memoria.
13 † *l. ſeruitutes. 14. in prin. & ibi. DD. omnes ff. de ſer
uit. l. foramen. 27. ff. de ſeru. vrb. prædio. l. hoc iure.
19. §. ductus aquæ ff. de aq. quot. & æſtiu. l. 1. §. vlt.
ff. de aq. plu. arc. & ſcribunt Alex. conſ. 75. num. 40.
vol. 4. Pariſ. conſ. 111. num. 45. vol. 1. Ruin. conſil.
119. num. 1. volum. 4. Nat. conſ. 69. num. 1. & conſ.*
14 *431. num. 8.* & in ſpecie de iure paſcendi. † *tra-
dunt. Pariſ. conſ. 27. num. 70. & num. 87. volum. 1.
Ruin. conſ. 118. num. 1. & num. 17. volu. 4. Ozaſc.
conſ. 2. num. 14. Cæpol. de ſeru. ruſt. præd. cap. 9. nu.
24. Guidop. deciſ. 573. Didac. Couar. lib. 1. var. reſol.
cap. 17. num. 11.* Vnde, cum hic conſtet, quando
habuerit originem hęc communio paſcui, nē-
pè à DD. Baptiſta, & Hyeronymo, non poteſt
dici acquiſitum ius paſcendi.

Secundò verò, etiamſi per tempus imme-
morabile fuiſſet vſus re communi ſimul cum
altero ſocio, nunquam tamen potuiſſet acqui-
rere ſeruitutem, quia ad hoc, vt præſcriptione
acquiratur ſeruitus, requiritur, vt quis ſit vſus re
15 ipſa iure ſeruitutis, non alio. † *l. fi. ff. quemad.
ſeruit. amit. & declarant Pariſ. conſ. 112. num. 37.
volum. 1. Gabr. conſ. 145. num. 4. volu. 1.* & in ſpe-
16 cie de iure paſcendi. † *tradit Pariſ. conſ. 27. nu.
111. volum. 1.* Vnde, cum hic Dom. Albertus ſit
vſus paſcuo iure communionis, quia ſolum
erat commune, & in diuiſum, nō verò iure ſer-
uitutis, dici non poteſt ſeruitutem acquiſiuiſſe,
17 † Et ita in ſpecie de ſocio, qui in re communi fe-
cit aliquid per tempus, cuius initij nō extet me-
moria, vt non dicatur acquiſiuiſſe ſeruitutem
tradit *Nat. conſ. 23. num. 2.*

Deindè, & alia ratione non potuit acquire-
re ſeruitutem, etiam per tempus immemorabi-
le, quia ſeruitus nunquam per partes indiuiſas
18 acquiri poteſt. † *l. vt pomum. 7. §. 1. l. pro parte
11. ff. de ſeruit. l. fundus. 32. ff. de ſeru. ruſt. prædio.
l. ſi quis duas. 6. §. ſi quis partem. ff. comm. prædio. l.
plurib. 140. §. 1. ff. de verb. oblig. cum ſimilib.*

Aut prætendit Do. Albertus ſe acquiſiuiſſe
ius impediendi diuiſionem, ita vt ſemper de-
beat vſus eſſe in communi, & neque hoc dice-
re poteſt, quia huic iuri ne ſpatio quidem cen-
tum annorum poteſt præſcribi, quando vterq;
19 ſocius vſus eſt re communi. † *ſecundum Barto.
in l. 1. num. 4. C. de ann. except. Iaſ. in l. ſi non fortè.
26. §. ſi centum. nu. 3. ff. de cond. indeb. Ceph. d. conſ.
307. num. 31. & 32. Decia. d. conſ. 22. num. 21. vol.
3. Surd. conſil. 260. numer. 15.* Nam præſcriptio
per quam cogitur quis eſſe in perpetua com-
20 munione, quæ parit diſcordias, non valet. † *vt
ait Ceph. conſ. 40. nu. 34. & conſ. 700. nu. 30.*

Neque obſtat, quod in paſcuis ſit ſeruanda
antiquitas; quia reſpondeo, hoc procedere in
paſcuis publicis, ſiue vniuerſitatū, quibus om-
nes habitantes in villa vti poſſunt ad formam
21 antiquam, neq; poſſunt prohiberi, † *vt ſcribunt
Didac. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 11. verſ. ſic te-
ctor. Surd. conſ. 65. num. 11.* nos verò loqui de
paſcuis priuatorum, inter quæ, & publica ma-
22 gna eſt differentia: † Nam publicorum vſus
patet quidem omnibus, ſed proprietas non eſt
23 ſingulorum, ſed totius vniuerſitatis. † *§. ſingu-
lorum. inſt. de rerum diuiſ. & declarat Surd. d. conſ.
65. num. 7.* Vnde paſcuorum priuatorum diui-
ſionem petere poſſunt domini, non ſolum ra-
tione vſus, ſed etiam ratione proprietatis. At
publicorum, diuiſio non poteſt peti à priuatis
ratione ſoli, ſed tantum ratione vſus. Præterea
priuatorum diuiſio non fit habita ratione pe-
corum, & prædiorum, ſed habita ratione par-
tis, quæ ad vnumquemque ſpectat iure domi-
24 nij, † *vt ait Theſ. d. deciſ. 72. num. 3.* Itaque in ca-
ſu noſtro habebit vnuſquiſque dimidiam. At
quando diuiditur vſus paſcui publici, tunc va-
riæ ſunt ſētētiæ, quomodo debeat fieri diuiſio.
25 † *vti videre eſt apud Menoc. de arb. caſ. 245.* Sed
videtur obtinuiſſe, vt fiat habita ratione patri-
26 monij cuiuſque de vniuerſitate. † *vti videre eſt
apud Theſ. d. deciſ. 72.* Ex quibus intelligi poteſt
non eſſe cōfundendas authoritates DD. loquē
tium de diuiſione paſcuorum publicorum cū
terminis diuiſionis paſcui priuati, de quo nos
loquimur.

Tertiò non obſtat, quod paſcua non ſunt di-
uidenda, quando is, qui habet ius paſcendi ex
27 diuiſione paſſurus eſt incommodum, † *vt late,
per Cæpol. de ſeru. ruſt. prædi. cap. 9. nu. 22. & ſeqq.*
28 quia reſpondeo loqui † Cœpoll. de ſeruitute
paſcendi pecoris, cum ſcilicet alicui ius eſt pa-
ſcendi in fundo alieno iure ſeruitutis, nos ve-
rò loqui de paſcuis, quibus iſti DD. contenden-
tes vſi ſunt, non iure ſeruitutis, ſed iure ſuo, &
iure ſocietatis, quæ res ab illa longe differt, *vti
ſupra late demonſtratum eſt.*

Denique non obſtat, quod dato etiam, quod
fiat diuiſio, nihilominus ea erit inutilis, quia
poterit nihilominus Do. Albertus vti paſcuo
D. Melchioris tām ex præſcripta conſuetudi-
29 ne, per quām poteſt acquiri ius paſcendi. † *l. ve-
ditor. 14. §. ſi conſtat. ff. comm. prædio. & ſcribunt.
Pariſ. conſ. 27. nu. 30. vol. 1. Ceph. conſ. 491. nu. 25.*

Quam

quam ex ſtatutis Nouariæ, quibus etiam fieri poteſt, vt certis temporibus quis habeat ius pa
30 ſcendi in alieno, † *vt att Marc.deciſ.223.nu.4. par.1.* Vnde, ne fiant actus inutiles, videtur potius inhibenda diuiſio, quia reſpondeo Primò de hac conſuetudine, deque his ſtatutis non cōſtare, imo negari in ſpecie, & qui conſuetudi-
31 nem allegat, debere eam probare, † *vt ſcribit Pariſ.d.conſ.27.nu.35.vol.1.*

Secundo dato etiam, quod hæc ita ſe haberent (quod non credo) non tamen poſſe impediri diuiſionem, quia verum non eſt, futuram eam inutilem: Primum enim facta diuiſione iam non poterit amplius Do. Albertus vti paſcuo omni tempore, quomodo poteſt, quamdiu eſt commune, ſed ſtatutis tantum temporibus, & ad exemplum aliorum, Deinde & alia ratione non erit inutilis diuiſio: nam perimet, & extinguet rixas atque diſcordias, quas communio more ſuo inter hos condominos quotidie parit. Itaque ex his omnibus, & alijs, quæ conſultò omitto, cenſeo de iure faciendā eſſe diuiſionem petitam ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Perilluſt. D. Io. Andrea Mignata.

CONSILIVM XLI.

ARGVMENTVM.

An in bonis poſt contractum matrimonium à marito quæſitis mulier præferatur creditorib. anterioribus habentibus expreſſam, & generalem hypothecam: Et an, & quando mulier, & fiſcus pari paſſu ambulent. Et an hypotheca ſuper futuris bonis conſtituta incipiat à die, quo debitor ea acquiſiuit, an verò à die conuentionis.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, & fiſcus pari paſſu ambulant, Declara, vt nu.44.46.& 48.*

2 *Fiſcus in bonis poſt contractum ſecum initum acquiſitis præfertur creditoribus habentibus anteriorem hypothecam generalem, & num. 35 licet aliqui contra ſenſerint.nu.27.*

3 *Argumentari licet a fiſco ad mulierem in priuilegijs, ſed contra nu.39.*

4 *Mulier præfertur anterioribus creditorib. habentibus tacitam in bonis ante matrimonium acquiſitis.*

5 *Fiſcus non præfertur anterioribus creditoribus habentibus tacitam in bonis ante contractum ſecum initum acquiſitis.*

6 *Dotium fauore in ambiguo reſpondendum eſt.*

7 *Fiſci odio in dubio eſt reſpondendum.*

8 *Argumentum valet a minori ad maius.*

9 *Dos, quoties in tempore concurrit cum alio creditore, tanquam priuilegiata cenſetur anterior, & alteri præfertur, Declara, vt nu.56.*

10 *Dotis contractus cenſetur præceſſiſſe, ſi eodem die reperiantur initi duo contractus, vnus dotis, alter vero (puta) mutui.*

11 *Dos, quoad hypothecam (ſecundum aliquos) concurrit in tempore cum alijs creditoribus, quando tractatur de bonis poſt matrimonium acquiſitis, & quæ ſit ratio.nu.55.*

12 *Aliena res pignori obligari non poteſt.*

13 *Mulier in dubio tanquam priuilegiata debet cenſeri prius contraxiſſe, & conſequenter debet alijs creditorib. præferri.*

14 *Mulier in bonis poſt contractum matrimonium acquiſitis potior eſt creditoribus anteriorib. etiā habentibus expreſſam hypothecam, iuxta nonnullorum ſententiam, & nu.26. & quæ ſit eorum ratio.num.17.*

15 *Mulieris priuilegium, vt etiam anterioribus mariti creditoribus in hypothecis præferatur, ex comm. DD. ſententia conſtringitur ad creditores habentes tacitam, non etiam ad eos, qui habent expreſſam hypothecam, & nu.16.*

18 *Hypothecam generalem, tam præſentium, quàm futurorum bonorum, qui paciſcitur, etiam in futuris cenſetur habere ius ex conuentione.*

19 *Dictum a ratione declaratur.*

20 *Dicti ratio in quibus caſibus locum habet, in iiſdē, & dictum locum habere debet.*

21 *Mulier non præfertur anterioribus creditoribus habentibus expreſſam, etiam ſi ipſa expreſſam habeant.*

22 *Creditor anterior, qui generalem habet hypothecam, præfertur poſteriori, etiā in bonis poſt vtriuſque contractum acquiſitis: nam pro iis prior tempore cenſetur.nu.23.*

24 *Hypotheca pro futuris bonis contrahi poteſt ſub conditione, ſi poſtea acquirantur.*

25 *Hypotheca conſtitutio facta pro futuris bonis ſecuta acquiſitione, & ſic purificata conditione, retrotrahitur ad tempus contractus, & nu.59.*

27 *Legis final. in prin. ff. qui potior, plures intellectus afferuntur, & refelluntur.nu.28.31. & 32.*

29 *Pupillus cum alijs creditoribus concurrens vtitur prærogatiua temporis, non iure priuilegiario, niſi eum ex eius pecunia res fuit comparata.*

30 *Pupilli priuilegium ſi de hypotheca agatur, in eo tantum conſiſtit, vt in bonis tutoris habeat tacitam.*

33 *Dictio, donec, tanquam repetitiua, includit omne tempus medium exemplo dictionum ſimilium.*

34 *L. ii, qui 23. ff. de iur. fiſc. explicatur.*

36 *Creditor, qui potior alijs cenſetur, illos præuenire dicitur.*

37 *Priuilegiorum in materia non poſſumus arguere ab vna cauſa ad aliam, nec a minori ad maius, & num. 38.*

39 *Argumentari non poſſumus à fiſco ad dotem, nec contra.*

40 *Fiſcus habet priuilegium, ne cauſarum inſtantia triennio terminetur, quod dotibus tributum nō cenſetur, nu.41.*

42 *Fiſcus, & mulier in priuilegijs ſe habent, vt excedentia, & exceſſa.*

43 *Priuilegia fiſco conceſſa non ſunt ad mulierem trahenda, nec contra.*

45 *Fiſcus in hypothecis non præfertur creditoribus anterioribus, ſiue habeant expreſſam, ſiue tacitā.*

47 *Priuilegiatus contra priuilegiatum non debet vti ſuo priuilegio, ſed iure communi.*

49 *Declaratur in rebus 30. C. de iur. dot.*

50 *Diſpoſitionis ratio in quibus ceſſat, in iis etiam ceſſare debet diſpoſitio.*

51 *Ius ſingulare in vno denotat ius commune in contrarium.*

52 *Declaratur §. aliud quoq; verſ. priuilegium enim, & §. vlt*

& § his conſequens. Auth. de equal. dot. coll. 7. & num. 53.

54 *Mulier etiam in bonis poſt contractum matrimonium acquiſitis non præfertur creditoribus anterioribus habentibus expreſſam.*

56 *Gloſſa authoritas tanta eſt, vt, ſi duos, aut tres, aut ad ſummum ſex habeat ſequaces, communem opinionem conſtituat.*

57 *Bartoli opinio cæteris omnibus maior eſſe dicitur.*

60 *Hypotheca pro futuris bonis inſpecta veritate videtur acquiri tempore acquiſitionis bonorum, tamen inſpecta fictione, ſeu retrotractione acquiritur tempore contractus.*

61 *Creditor vnus cenſetur anterior altero non poteſtate dominij, ſed poteſtate conuentionis.*

62 *Hypotheca in futuris bonis non ex dominij acquiſitione naſcitur, ſed ex conuentione, dummodo res poſtea facta ſit debitoris.*

63 *Gloſſ. & Bartholi authoritas debet omnibus alijs præualere.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

SI bona, de quibus agitur, fuiſſent ante cō
tractum matrimonium acquiſita, non eſ
ſet mihi laborandum in excutienda quę
ſtione prælationis, quę hodie in contro-
uerſiam deducitur, ſcilicet, quia certi iuris eſ-
ſet, D. Mignatam, tanquam anteriorem tem-
pore, & expreſſam habentem hypothecam de-
bere vxori fratris dotem repetenti in hypothe-
ca præferri, *iuxta receptorem DD. ſententiam, &*
in omnibus Italiæ tribunalibus vſu comprobatam,
de qua poſtea dicemus; Sed, quia bona fuerunt
poſtea acquiſita, ideo res magnam in ſe vide-
tur habere dubitationem, quia multa ſunt, quę
primo aſpectu ſuadere videntur, mulierem in
iis eſſe creditoribus anterioribus etiam expreſ-
ſam habentibus hypothecam præferēdam; ac
Primū illud, quia mulier, & fiſcus pari paſſu
1 ambulant. † *l. 2. & ibi glo. in verb. ceſſat, et poſt eam.*
Bart. Caſtr. & alij paſſim. C. de priui. fiſc. l. dotis. 9.
vbi glo. in verb. magis eſſe. C. de iur. dot. Sed fiſcus
in bonis poſt contractum ſecum initum acqui
ſitis præfertur creditoribus habentibus anterio
2 rem hypothecam generalem. † *l. ſi ii qui. 28. ff.*
3 *de iur. fiſc.* Ergo, & mulier. † *Ita arguunt Bald.*
in l. aſſiduis, quæ eſt vlt. nu. 5. & ibi Ang. n. 8. C. qui
potio. Bald. Nou. in tract. de dot. part. 10. num. 2.
verſ. Poſſet tamen, & num. 36. verſ. Poſſet etiam, &
in l. 1. num. 192. verſ. Poſſet tamen, & num. 224.
verſ. Poſſet tamen, & ibi Crott. num. 72. & Crau.
num. 18. ff. ſol. matr. Peregr. de iur. fiſc. lib 6. tit. 6.
num. 17.

Secundò augetur dubitatio ex eo, quia mu-
lier in cauſa dotis videtur magis priuilegiata,
quam fiſcus: nam illa præfertur anterioribus
creditoribus habentibus tacitam, etiam in bo-
4 nis ante matrimonium acquiſitis, † *vt tradunt*
omnes in d. l. aſſiduis, & in l. 1. ff. ſol. matr. & in §.
fuerat inſt. de actio. Et in ſpecie ſcribunt glo. in cap.
ex literis. 6. in verb. fauor extr. de pign. Ang. in d. l.
aſſiduis. num. 5. & in §. his conſequens nu. 2. Auth.
de æqual. dot. coll. 7. Viſitar. in d. l. 1. num. 42. & ibi
Rip. ante nu. 1. & Parpal. num. 27. ff. ſol. matr. Ne-
guſ. de pigno. part. 2. prin. memb. 4. num. 94. Couar.
lib. 1. varia. reſol. cap. 7. num. 1. verſ. 2. concluſio. &
5 tamen fiſcus illis non præfertur. † *l. vn. C. rem*
alien. ger. & dicemus etiam infra num. 45. Quod di
ſcrimen ponitur à Bald. Nou. in d. tract. de dot. par.
9. priuil. 1. num. 4. & in d. l. 1. num. 239. & ibi Bul-
garin. num. 44. in fi. Viſita. num. 40. & 42. Parpal.
num. 26. Crott. num. 22. & 60. Rip. num. 1. verſic.
2. & Marth. q. 1. num. 7. verſ. item quia, & q. 2. nu.
3. & q. 3. num. 33. ff. ſol. matr. Couar. d. lib. 1. varia.
reſol. cap. 16. num. 6. Menoch. de præſ. lib. 2 præſ. 72.
num. 22. Et in his terminis arguit Bald. Nou. in d.
tract. de dot. part. 10. num. 2. verſ. poſſet tamen, &
num. 36. verſ. poſſet etiam, & in d. l. 1. nu. 192. verſ.
poſſet tamen, & num. 224. verſ. poſſet tamen. Dein-
de in ambiguo pro dotibus reſpondendum eſt.
6 † *l. in ambiguis 71. ff. de iur. dot. l. in ambiguis. 86.*
in prin. ff. de reg. iur. contra verò in dubio reſpō
7 dendum eſt contra fiſcum. † *l. non puto 10. ff. de*
iur. fiſc. vt in propoſito conſiderat Crott. in d. l. 1. nu.
23. & 60. ff. ſol. matr. Ergo, ſi fiſcus, qui minus
eſt priuilegiatus præfertur anterioribus credi-
toribus in bonis poſtea quæſitis, multo magis
debet præferri mulier, quę magis eſt priuilegia-
ta, quia, ſi, de quo minus videtur ineſſe, ineſt,
8 &, de quo magis. † *Auth. multo magis. C. de ſacro*
ſan. eccl. cum ſimilibus. Ita arguunt Crott. in d. l. 1.
num. 72. & ibi Crau. num. 18. verſ. ſed enim. ff. ſolu.
matrim.

Tertiò fortiſſimum huius partis fundamen-
tum ex eo deduci videtur, quia, quoties dos in
tempore concurrit cum alio credito, dos tan-
quam priuilegiata cenſetur anterior, & alteri
9 præfertur, † *vt ſcribit Bald. Nou. in d. l. 1. nu. 192.*
verſ. ſi tamen. ff. ſol. matr. & in d. tract. de dot. part.
10. nu. 2. verſ. ſi tamen, & patet ex eo, quia, ſi eo-
dem die reperiantur initi duo contractus, vnus
dotis, alter verò mutui, contractus dotis cenſe-
10 tur præceſſiſſe, † *vt ſcribunt Barto. in d. l. 1. ante*
num. 1. & ibi Bald. num. 2. Viſitar. num. 6. Parpal.
nu. 1. & 27. Bulgarin. num. 2. Rip. nu. 1. & Martb.
in priu. num. 2. & q. 3. in fin. & alij communiter. ff.
ſol. matr. Iaſ. in §. fuerat num. 70. inſt. de actio. Bal.
Nou. in d. tract. de dot. part. 9. priuil. 1. num. 2. Ne-
guſ. de pign. part. 5. memb. 2. num. 45. verſ. & prædi-
cta, Couar. d. lib. 1. varia. reſol. cap. 16. num. 6. vbi
teſtatur, hanc eſſe receptam opinionem. Peregr. de
iur. fiſc. d. lib. 6. tit. 6. num. 22. verſ. 3. Sed, quando
tractatur de bonis, poſt matrimonium acqui-
ſits, dos, quoad hypothecam concurrit in tem-
11 pore cū alijs creditoribus anterioribus, † quia,
licet illi multo ante ſibi proſpexerint de hypo
theca, non tamen eam cenſentur habuiſſe, niſi
ex eo tempore, quo res cœperunt eſſe in domi-
nio debitoris, cum res alienæ pignori obligari
12 non poſſint. † *l. 1. l. 2. l. 3. l. quæ prædium. 6. l. ſi in*
rem. 7. C. ſi al. res pign. dat. ſit. l. 1. in prin. verſ. in ſpe-
ciem. l. &, quæ nondum 15. §. 1. l. ſi Titio. 22. ff. de
pigno. Vnde, quia eodem tempore iam mulier
cum marito contraxerat, &, vel ex propria cō-
uentione ſibi proſpexerat de hypotheca, vel
ſaltem ex lege eam habere debuit, fit, vt eodē
momento, quo debitor incipit eſſe dominus,
hypotheca acquiratur, & creditoribus anti-
quioribus, & mulieri. Ergo mulier, tanquam
priuilegiata debet cenſeri prius contraxiſſe, &
conſequenter debet alijs creditoribus præferri.
13 † *Ita arguit Crott. in d. l. 1. nu. 72. ff. ſol. mat.*

Quartò demum videtur hæc pars confirma-
ri authoritate multorum, qui ſpecialiter de bo
nis poſt contractum matrimonium acquiſitis
loquentes cenſuerunt, mulierem in ijs eſſe po-
tiorem creditoribus anterioribus etiam haben
14 tibus expreſſam hypothecam. † *Ita enim cen-*
ſuerunt poſt Iac. de Butr. Bald. in d. l. aſſiduis, num.

5. & ibi

5. & ibi Ang. nu. 8. Caſtr. in l. in operis. 29. num. 7.
ff. locat. & conſ. 54. in fi. vol. 2. Io. Andr in addit. ad
Specul. tit. de oblig. & ſolut. §. 1. ſub nu. 32. in verb.
obligata in fi. Alex. in add. ad Bart. in d. l. fiis, qui.
28. in tit. b. ff. de iur. fiſc. & in addit. ad Barto. in l.
idem, que 7. §. vlt. ff. qui potior. Bald. Nou. (licet ſub
dubio) in d. tract. de dot. part. 10. num. 2. verſ. poſſet
tamen, & num. 36. verſ. poſſet etiam, & in d. l. 1. nu.
192. verſ. poſſet tamen, & num. 224. verſ. poſſet ta-
men, & ibi Crott. num. 72. & Grau. num. 18. verſi.
ſed enim, vbi ſubijcit, hanc videri frequentiorem. ff.
ſol. matr. Rip. in l. priuilegia. 17. num. 31. ff. de priu.
cred. & Pereg. de iur. fiſc. d. lib. 6. tit. 6. num. 17. vbi
ait, hanc communiter ſequi recentiores.
His tamen non obſtantibus, re diligentiſſi-
mè perpenſa contrarium de iure verius eſſe pu
to, ſcilicet D. Mignatam, qui tempore prior
eſt, & expreſſam habet hypothecam, debere
mulieri, etiam in bonis poſt contractum ma-
trimonium acquiſitis præferri, Quod, vt exiſti-
mem, me
Primùm mouet illud, quia fuit hoc (ſi dili-
genter res perpendatur) de mente DD. omniũ,
qui frequentiori numero cenſuerunt, priuile-
gium mulieris, quod ei Iuſtinianus indulſit, vt
etiam antiquioribus mariti creditoribus in hy-
15 potecis præferatur. † *d. l. vlt. C. qui potior. d. §.*
fuerat inſt. de actio. §. aliud quoque verſ. Priuile-
gium, & §. his conſequens in fi. Auth. de æqual. dot.
coll. 7. Auth. vt ex act. inſt. dot. in prin. ead. coll. 7.
conſtringi ad creditores habentes tacitam, nõ
etiam ad eos, qui habent expreſſam hypothe-
16 cam. † *In qua ſententia fuerunt Bulg. Io. & Azo,*
quos refert, & ſequitur glo. in d. l. aſſiduis, in verb.
licet anterioris ſint, & ibi etiam probarunt Barto.
num. 6. vbi ait ita ſeruari communem conſuetudi-
nem, & contra eam iudicare malum eſſe, Bald. nu.
5. vbi ait, hanc eſſe veram ſententiam, & tenendã,
& Ang. num. 1. in fin. vbi pariter hanc eſſe veram
profitetur, & Donell. num. 4. glo. in d. §. fuerat in
verb. creditoribus, & ibi Iaſ. nu. 72. & 73. Baldui.
num. 19. AEmil. Ferr. & Hoto. En. 4. inſtitut. de
actio. glo. in cap. ex literis. 6. in verb. fauor extra de
pigno. Bar. in l. idemq; 7. in prin. ante nu. 1. & in l.
Claudius. 17. num. 2. verſ. & hoc modo. ff. qui potio.
Ang. in d. §. his conſequens. num. 2. verſ. contra ha-
bentes Auth. de æqual. dotis coll. 7. Bald. Non. in d.
tract. de dot. part. 9. priuil. 1. num. 2. & in d. l. 1. nu.
192. vbi teſtatur, ita communiter practicari, & nu.
206. verſ. Ant ipſa, & ibi Parpal. nu. 26. & 27. Bul
garin. num. 43. Alcia. num. 17. & ſeqq. Duar. &
Marth. q. 3. num. 2. verſ. ut igitur. ff. ſol. matr. Rip.
in d. l. priuilegia. 17. num. 47. ff. de priuil. cred. ubi
teſtatur ita communiter DD. concludere, Neguſ.
de pignor. part. 2. prin. memb. 4. nu. 98. verſ. Tamen,
Couar. d. lib. 1. uária. reſol. cap. 7. num. 1. verſ. 3. con-
cluſio, Gomez in 50. l. Taur. nu. 39. Capb. conſ. 704.
num. 29. Donell. lib. 14. comm. cap. 7. nam, dum in-
diſtinctè loquuntur, nec ſeparant bona poſt
contractum matrimonium acquiſita à cęteris,
non obſcurè demonſtrant, ſe de omnibus indi
ſtinctè loqui, & intelligere. *l. de pretio. 10. ff. de*
Publicia. Quinimo declarant, ſe nullam in pro
poſita materia conſtituere inter hęc genera bo
norum differentiam: nam, quibus caſibus cen
ſent, mulierem in ante quæſitis non præferri,
cenſent etiam non eſſe potiorẽ in poſtea quæ-
ſitis; contra verò, quibus caſibus putant, eam
debere præferri, ita in ante, vt poſtea quæſitis
eſſe præferendam arbitrãtur, *ubi uideri eſt apud*
glo. Bart. & Ang. in l. in rebus. 30. C. de iur. dot. &
apertius apud Ang. in d. §. his conſequens. num. 2.
verſic. contra habentes, Auth. de æqual. dot. coll. 7.
ſcilicet, quia re vera non poteſt inter hæc gene
ra bonorum probabilis ratio diuerſitatis aſſer-
ri: nam ratio concurſus, & acquiſitionis eodẽ
tempore contingentis, quam plerique conſide
rant, non eſt vera, & reprobatur, etiam ab iis,
qui contrariam ſequuntur opinionem, *ut mox*
oſtendam. Denique, ſi conſideremus rationes, &
argumenta, quibus mouentur ad ſentiendum,
mulierem non eſſe præferendam creditoribus
habentibus expreſſam hypothecam anteriorẽ,
facilè intelligemus, eos ſentire etiam de bonis
quæſitis poſt contractum matrimonium, quia
rationes illæ ita militant in bonis poſtea, vt in
ante quæſitis: nam ideo cenſent mulierem nõ
eſſe præferendam creditoribus habentibus ex-
17 preſſam, quia † non eſt credendum, voluiſſe le
gem illis auferre ius quæſitum ex proprio con-
tractu, & propria prouidentia, ſed tantum ius
quęſitum ex prouiſione ipſius legis, cuiuſmodi
eſt ius eorum, qui non niſi tacitam hypothecã
habent, ſcilicet, quia facilliùs inducitur lex ad
tollendam prouiſionem propriam, quam pro-
uiſionem hominis in ipſius hominis præiudi-
cium. Quamobrem dicimus, legem ſuum non
tuum tibi denegare auxilium. *l. 1. C. ſi aduer. vend.*
& fortius, ac tenacius eſſe ius alicui quæſitum
ex propria prouiſione, quam ex prouiſione le-
gis. *Ita ratiocinantur. glo. in d. l. aſſiduis, in verb.*
licet anterioris ſint, & ibi Bald. num. 5. Ang. num.
1. in fi. Bald. Nou. in d. l. 1. nu. 192. & ibi Bulgari.
num. 43. verſ. & hanc opinionem, Rip. num. 1. verſ.
Ratio diuerſitatis. ff. ſol. matr. & alij paſſim. At hęc
ratio ita militat in bonis poſtea quæſitis, vt in
quæſitis antea, quia, qui generalem paciſcitur
bonorum, tàm præſentium, quàm futurorum
hypothecam etiam in futuris (poſtea, quàm
fuerint acquiſita) cenſetur habere ius ex con-
18 uentione, † *vt ſcribunt Bar. in l. licet 7. num. 2. C.*
qui potio. & Bald. in l. hac edictali. 6. §. his illud. nu.
9. C. de ſec. nupt. & ſic ex propria prouiſione, nõ
ex prouiſione legis, ideoque, ſi mulier ex priui
legio in iis ei præferretur, negari non poſſet, qa
lex cenſeretur creditori anteriori ius illi ex pro
pria prouiſione quæſitum auferre, quod ex eo-
rundem ſententia abſurdum eſt. Ex hac igitur
paritate rationis, in qua DD. ſuæ ſententiæ fun
damentum conſtituunt, intelligimus eos de
vtroque genere bonorum loqui, quia dictum
19 à ratione declaratur. † *l. cum pater 79. §. dulciſſi-*
mis. ff. de leg. 2. & ſcribit Menoc. conſi. 99. num. 144.
& in quibus caſibus locum habet ratio dicti, in
20 iiſdem & dictum locum habere debet. † *l. illud*
32. ff. ad l. Aquil. l. a Titio. 108. in prin. ff. de verb.
obligat.
Et, quanquam plerique ſpecialiter loquẽtes
diſtinguant bona poſtea quæſita ab iis, quę an-
tea in bonis debitoris erant, animaduertẽdum
tamen eſt, eos ferè omnes eſſe, vel ex numero
illorum, qui cenſent veriorem eſſe ſententiam
exiſtimantium, mulierem debere præferri cre
ditoribus anterioribus, etiam expreſſam habẽ-
tibus hypothecam, vel ſaltem ex numero illo-
rum, qui cenſent, eam eſſe præferendam, ſi &
ipſa expreſſam hypothecam habeat, *vt ſpecıali-*
ter oſtendemus in reſponſionibus ad contraria: Nã
iidem animaduertentes in vtroque caſu rece-
ptiorem opinionem eſſe in cõtrarium, ſcilicet,
quia

quia receptius eſt, mulierem non præferri ha-
bentibus expreſſam, etiamſi ipſa expreſſam ha
21 beat, † *vti videre eſt apud Bulgarin. in d.l.1.nu.
43.verſ.& hanc opinionem, & ibi Crott. num. 69.
Rip. num.1. vbi teſtatur hanc eſſe communiorem,
& veriorem & Marth. q.3.num.32. ff.ſol.matrim.
Neguſ.de pigno. d.part.2.princip. memb. 4. num.
100.verſ.ſed contra, & num.103.verſ.concluditur,
Couar.d.lib.1.varia.reſol.cap.7.num.1.verſ. quin-
ta concluſio, vbi ait, contra tam opinionem eſſe a ve
ro alienam, & frequentiſſimè a iuris vtriuſque pro-
feſſoribus improbatam*, recenta communi conan
tur illam, quantum fieri poteſt, reſtringere, &
limitare. Itaque ſubiiciunt, dato, quod mulier
ſecundum receptiorem non ſit regulariter præ
ferenda creditoribus habentibus expreſſam an
teriorem, eſſe tamen præferendam ſaltem in
bonis poſtea quæſitis exemplo fiſci. At cæteri,
qui communem, vt æquiorem, & veriorem
probant, non hanc ſubiiciunt limitationem,
ſed indiſtinctè loquuntur, & virtualiter inſpe-
cta ratione, qua mouentur, oſtendunt, ſe loqui
etiam de bonis poſtea quæſitis, *vti ſupra demon
ſtrauimus*; In huius igitur articuli deciſione nõ
eſt habenda ratio illorum, qui in quæſtione
principali communem opinionem impugnãt,
ſed illorum tantum, qui eam ſequuntur, quia
dubium non eſt, quin illi, qui communem fal-
ſam arbitrantur, faciliùs eam ex quocunque,
vel minimo prætextu limitent, quam, qui illã
veriorem eſſe profitentur, vt etiam in alijs caſi
bus licet animaduertere, ac potiſſimum in ea
quæſtione, an filij poſiti in conditione cenſean
tur vocati: nam, qui putant eſſe vocatos, etiãſi
poſtea fateantur communem eſſe in contrariũ,
nihilominus ſolent eam limitare in omnibus
caſibus, in quibus ſubeſt aliqua etiam leuiſſi-
ma coniectura, Et tamen eorum ſententia, vt
in quæſtione principali communiter improba-
tur, ita & in limitationibus, quæ ex illis conie-
cturis (dummodo non ſint vrgentes) deducun
tur, *ſicuti latius alibi demonſtrauimus*.

Secundò verò ſpecialiter loquendo de bo-
nis poſtea quæſitis moueor, quia dubium non
eſt, quin de iure communi creditor anterior,
qui generalem habet hypothecam, præferatur
poſteriori etiam in bonis poſt vtriuſque cõtra-
22 ctum acquiſitis. † *l.3. §.cum ex cauſa, & l.ſi ui.in
prin. & ibi Bart. ff. qui potio. l. in rebus. 30. & ibi
Bart.num.1.verſi. Et ex hoc habes, & Ang.num.
1.C.de iur. dot. Bar.in d.l.ſi is, qui.28.num.1.& ibi
Alex.in Addit.in lit.b.ff. de iur. fiſc. Bart. in d. l.li-
cet 7.num.2.C.qui potio. & in l.idemque.7. §.fin.in
fi.ff.eod. Bald.in d.l.hac edictali.6.§.his illud.num.
9.C.de ſec.nupt. Spec.in tit.de oblig.& ſolut.§.1.nu.
32. Caſtr. in d.l. in operis.29.num.7. ff.locat.& d.
conſ.54.in fi.volum.2. Bald. Nou.in d.l.1.nu.193.
& ibi Bulgarin.num.44.ff.ſol.matr. Neguſ.de pig.
part.5.prin.memb.2.num.3.verſ.8. vbi ait ſpecialiter
eſſe in fiſco, vt præferatur in bonis poſtea quæſitis,
& num.39. vbi ait, hanc eſſe communem, & tenen-
dam, Rip.in d.l. priuilegia, 17.num.16.ff.de priuil.
cred. vbi teſtatur, hoc eſſe communiter receptum, &
Peregr.de iur.fiſc. d.lib.6.tit.6.num.25.* nam etiã
23 pro ijs cenſetur ille prior tempore, quia † pro
futuris contrahitur hypotheca ſub conditio-
ne, ſi poſtea acquirantur (quod fieri poſſe cer-
24 tum eſt. † *l.ſi fundus.16. §.aliena. ff.de pigno.d.l.
idemque.7.§.vlt.ff.qui potio.* & ideo ſecuta acqui
ſitione, & ſic purificata conditione, retrotrahi-
tur hypothecæ conſtitutio ad tempus contra-
25 ctus. † *l.qui balneum, 9.in prin. ff. qui potio. Et in
ſpecie declarat Neguſ. d.part.5. memb. 2. num.39.
verſi.ſed iſti, & num.40.* Sed mulier, quando cõ-
currit cum creditoribus habẽtibus expreſſam
hypothecam, non vtitur iure priuilegiario, ſed
iure communi, quia, cum priuilegium a Iuſti-
niano tributum *in d.l. aſſiduis*, non habeat lo-
cum, niſi contra habentes tacitam, *vt ſupra de-
monſtratum eſt*, & per conſequentias ceſſet in
habentibus expreſſam, neceſſariò ſequitur, de-
bere eam contra illos vti iure communi, vt di-
cimus de priuilegiatis in ijs caſibus, in quibus
ceſſat eorum priuilegiũ. Ergo, ſi creditores ha-
bentes expreſſam hypothecam ſint anteriores
tempore, erunt mulieri etiam in bonis poſtea
quæſitis præferendi.

Nec eſt, quod aliquis reſpondeat, imo mu-
lierem in ijs, quæ poſt contractũ matrimonij
acquiruntur, cenſeri priuilegiatam, etiamſi cõ
currat cum creditoribus habentibus expreſſam
26 anteriorem, † *vt eſſe ſupponunt Io. Andr.in add.
ad Spec.in d.tit.de oblig. & ſolut. §. 1.ſub num.32.
in verb.obligata, in fi. Caſtr.in d.l. in operis 29. nu.
7 ff.loca.& d.conſ.54. in fin.volu.2. Alex.in addit.
ad Bar.in d.l.ſi is, qui.28. in lit. b. ff.de iur.fiſc.* ſed
hoc priuilegium non habere ex beneficio ſibi
ſpecialiter tributo, ſed ex eo, quod pari paſſu
ambulat cum fiſco, cui ſimile priuilegium tri-
butum legitur. *in d.l.ſi is, qui*, & ſic uirtute æqui
parationis, *vt eſt mente eorum, quos retulimus in
primo fundamento contrario*, quia verius eſt, ne
ex hoc quidem capite poſſe mulierem ſibi hu-
iuſmodi priuilegium vindicare: Primò, quia,
ne in fiſco quidem res procedit ſine difficulta-
te: nam contrarium etiam in eo ſeruandum
27 plerique grauiſſimi viri tradiderunt, † & pro-
bare videtur apertiſſimè text. *in l.fin.in princ.ff.
qui potio.* vbi Scœuola, *Titius*, inquit, *Seiæ ob
ſummam, quã ex tutela ei condemnatus erat, ob-
ligauit pignori omnia bona ſua, quæ habebat,
quæque habiturus eſſet, poſtea mutuatus a fiſco
pecuniam, pignori ei res ſuas omnes obligauit, &
intulit Seiæ partem debiti, & reliquam ſummam
nouatione facta eidem promiſit, in qua obliga-
tione ſimiliter, vt ſupra de pignore conuenit, quæ-
ſitum eſt, an Seia præferenda ſit fiſco, & in il-
lis rebus, quas Titius tempore prioris obligatio-
nis habuit, Item in ijs rebus, quas poſt priorem
obligationem acquiſiuit, donec vniuerſum debi-
tum ſuum conſequatur, Reſpondit, nihil pro-
poni, cur non ſit præferenda*. Itaque vult cre-
ditorem anteriorem, qui expreſſam habet hy-
pothecam fiſco præferri, etiam in bonis poſtea
quæſitis.

Nec huius loci vis euitari videtur, ſi dicatur,
ideo fiſcum hic non fuiſſe potiorem, quia con-
currebat cum alio creditore priuilegiato, nem-
pè cum pupillo, qui ex cauſa tutelæ bona debi
toris habebat obligata, ſecus verò ſi tractaretur
28 de creditore ſimplici, † *vt reſpondendo declarãt
glo.in d.l.ſi is, qui.28.in verb.reſpondiſſe, verſ.ſolu-
tio, & ibi Bart.ante num.1.ff.de iur.fiſc. Bart.in d.
l.fin.in priu.ff. qui potio. Caſtr.in d.l. in operis. 29.
num.7.ff.loca. Neguſ.d.part.5.priu.memb.3.num.
30.verſi.limita tamen, & num.42.verſic. Adde ta-
men, & Capy.deciſ.129.num.12.* quia verum nõ
eſt, pupillum habere creditum priuilegiatum
reſpectu prælationis: nam etiam pupillus cum
alijs creditoribus cõcurrens vtitur prærogatiua
temporis,

temporis, non iure priuilegiatio, niſi, cum ex
29 eius pecunia res fuit comparata. † *d. l. idemque 7. in princip. ff. qui potio. Neguſ. d. part. 5. memb. 2. num. 19.* ſcilicet, quia pupilli priuilegium in eo
ſolo conſiſtit; vt in bonis tutoris habeat taci-
30 tam hypothecam. † *l. pro officio. 20. C. de admin. tuto. l. vn. §. 1. C. de rei vxo. actio. §. vlt. Authen. de her. ab inteſt. ven. coll. 9.* (de qua etiam non di-
ſputabatur in ſpecie. *d. l. fin.* quia Seia ſibi de
expreſſa proſpexerat) non etiam, vt in hypo-
theca cæteris anterioribus præferantur.

Minus videtur euitari, ſi dicatur, loqui Scœ-
uolam de bonis acquiſitis poſt primam obliga
tionem, ſed ante contractum initum cũ fiſco,
31 *Quomodo cæteri locũ illum videntur accepiſſe poſt glo. in d. l. ſi is, qui, in verb. reſpondiſſe. ff. de iur. fiſc.*
nos verò loqui de quæſitis poſt hypothecam
32 fiſci, quia contrariũ † apertiſſimè probant illa
verba, *quas poſt priorem obligationem acquiſiuit, donec vniuerſum debitum ſuum conſequatur*; nam
illa dictio, donec, tanquam repetitiua includit
omne tẽpus mediũ, exemplo dictionũ ſimilũ.
33 † *l. 3. §. 1. ff. quib. mo. vſuſ. am. l. pen. in prin. ff. de excuſ. tut. l. 3. §. quod ſi quis. ff. de ſuſp. tuto. Bar. in l. 1. nu. 16. in fi. ff. de cond. & dem.* & ſic oſtendit lo-
qui Scœuolam de omnibus rebus acquiſitis à
die primæ obligationis vſq; ad diẽ integræ ſa-
tiſfactionis, & hoc modo includere, tã eas res,
quæ acquiſitæ ſunt poſt priorẽ obligationem,
ſed ante, quàm debitor cũ fiſco contraheret, q̃
eas, quę fuerunt acquiſitæ poſt contractũ initũ
cum fiſco, quia & illę fuerunt acquiſitæ anteq̃
Seia vniuerſum creditum ſuũ cõſequeretur, &
ſic intra tempus à Scœuola expreſſum.

Nec obſtare vr̃ *l. ſi is, qui. 28. ff. de iur. fiſc.* quæ
ſola dubium mouet in propoſita quæſtione, qa
vr̃ poſſe reſponderi, diſpoſitionem eiuſdẽ legis
34 † non continere priuilegium fiſci, ſed ius cõe,
vt declarant Ant. Fab. lib. 2. coniectu. capit. 10. & Marto. in d. l. 1. q. 1. num. 7. ff. ſolut. matr. vel, quia
loquitur de fiſco præueniente creditorem an-
teriorem habentem generalem hypothecam
in pignore capiendo, quo caſu etiam quilibet
priuatus eſſet præferendus; *l. ſicut. 8. §. illud. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. l. 2. C. de pigno. glo. in l. 2. in verb. poſſit. ff. qui potior.* quaſi illa ver-
ba, *Præuenit enim cauſam pignoris fiſcus*, acci-
piantur de præuentione, quæ eſt facti, non de
ea, quæ iuris, *ſecundum Marto. d. q. 1. num. 7. & 8.* vel, quia loquitur de habente tacitam hypo-
thecam, qui de iure communi cenſetur præue-
nire creditores habentes expreſſam in bonis,
quæ tempore contractus non erant debitoris,
ſecundum Ant. Fab. d. lib. 2. coniect. cap. 10. Se-
cundò verò dato etiam, quod re vera fiſcus ha-
beat hoc priuilegium, vt in bonis poſtea quę-
ſitis cenſeatur pręuenire creditores anteriores
habentes hypothecam generalem, vt eſt re-
35 ceptior opinio, & (meo indicio) verior, † pro-
pterea, quod illa verba, *Præuenit enim cauſam pignoris fiſcus*, non rectè videntur ad pręuen-
tionem, quæ in facto conſiſtit, referri, cum
alios præuenire dicatur creditor, qui potior
36 illis cenſetur. † *l. 2. Cod. de priu. fiſci, ibi, ius fiſci cauſam tuam præuenit*, non tamen ex hoc
ſequitur, mulierem ex vi comparationis poſ-
ſe ſimilę priuilegium ſibi vindicare, quia in
materia priuilegiorum, non poſſumus argue-
37 re ab vna cauſa ad aliam, † *vt ſcribunt Abb. in capit. & ſi clerici §. 1. numero 8. extr. de iudic. & Peregrin. de iur. fiſc. libro 6. titu. 2. numero 2.*
38 nec à minori ad maius, † *ſecundum Abb. ibi, & Bulgarin. in dict. l. 1. numero 8. in fin. ff. ſoluto matrimo.* Itaque non poſſumus argumentari
39 à fiſco ad dotem, nec contrà, † *vt ibidem oſtendit Bulgarin. numero 9.* quia multa tribuuntur
fiſco, quæ doti nõ conceduntur, vt priuile-
gium, ne cauſarum fiſcalium inſtantia trien-
40 nio terminetur. † *l. properandum 11. in princip. Cod. de iudic.* quod dotibus tributum non cen-
41 ſetur, † *vt ait Crott. in d. l. 1. numero 61. ff. ſolut. matrim.* Contra verò multa conceduntur mu-
lieri, quæ fiſco denegantur, vt ius prælatio-
nis in hypothecis reſpectu bonorum antea
acquiſitorum, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus, & etiam infra dicemus*. Denique fiſcus, & mu-
lier in priuilegijs ſe habent, vt excedentia, &
42 exceſſa, † *vt ſcribit Peregrin. d. libro 6. de iur. fiſc. titu. 2. numero 6. verſic. verum.* Ex quo fit,
vt priuilegia vni conceſſa non ſint ad alium
43 trahenda, † *vt ſcribunt Bulgarin. in dict. l. 1. numero 44. ff. ſoluto matrimon. & Peregrin. d. libro 6. de iur. fiſc. titu. 2. numero primo, & numero 6. verſic. verum*, ſed vnuſquiſque debeat frui ſuis
priuilegijs, ideſt, ijs, quæ ſibi ſpecialiter tribu-
ta ſunt.

Nec obſtat, quod dici ſolet, fiſcum, & mu-
lierem pari paſſu ambulare, quia in primis
animaduertendum eſt, hoc axioma intelli-
44 gi, † ſi res agatur inter eos, *vt declarant Viſita. in d. l. 1. numero 13. & 27. & ibi Bulgarin. numero 9. & Rip. numero primo verſic. 2. ff. ſoluto matrim. tametſi contrarium, & malè cenſuerint Menoch. de præſ. d. libro 2. præſ. 72. numero 27. & Marto. in d. l. 1. quæſtio. 2. numero 21. ff. ſoluto matrimo.* nam hoc probant leges, quæ in hanc
rem communiter adduci ſolent, *nempè l. 2. C. de priu. fiſc. & l. dotis. 9. Cod. de iur. dot.* quippè,
quæ loquuntur de fiſco cum muliere concur-
rente, & dicunt inter eos ſeruandam eſſe præ-
rogatiuam temporis, vt ſcilicet, qui eorum
prior eſt tempore, potior iure intelligatur.
Cæterum ſi res ſit cum tertio, magis eſt, vt
non ambulent pari paſſu, quia fiſcus in hypo-
thecis nõ præfertur creditoribus anterioribus,
45 ſiue habeant expreſſam, ſiue tacitam, † *vt de expreſſa conſtat ex l. vlt. §. vlt. & ibi Bart. ff. qui potio. glo. in d. cap. ex literis. 6. in verb. fauor, extra de pign. De tacita vero ex d. l. vn. Cod. rem al. geren. & tradunt omnes, quos retulimus in ſecundo fundamento contrario, & præter eos Alexan. conſil. 58. num. 5. volum. 7. Et de vtraque ſcribunt. glo. in d. l. aſſiduis, in verb. licet anteriores ſint, Barto. in d. l. ſi is, qui. 28. numero 1. ff. de iur. fiſc. Neguſ. de pignor. d. part. 5. memb. 2. numero 42. Capy. deciſ. 129. numero 15. Couar. d. lib. 1. varia. reſol. cap. 16. num. 2. vbi teſtatur hanc eſſe communem, Peregr. d. lib. 6. de iur. fiſc. tit. 6. numero 16. & Menoch. de præſ. d. lib. 2. præſ. 72. numero 12.* & ta-
men mulier præfertur ſaltem habentibus taci-
tam, *vt ſupra dictum eſt*. Hinc ſequitur in quæ-
ſtione propoſita non eſſe fiſci, & mulieris parẽ
cenſendam conditionem, quia res non eſt in-
ter eos, ſed cum tertio, nempè cum creditore
anteriore, qui expreſſam hypothecam habet.

Secundo animaduertendum eſt, mulierẽ, &
46 fiſcum, non ideo † dici ambulare pari paſſu,
quia ſint pariter priuilegiati, ſed quia in ſpecie

illarum legum debebant vti iure communi,
etiam ſi res eis fuiſſet cum priuato: nam ibi tra
ctabatur de actione hypothecaria, in qua, nec
fiſcus habet priuilegium, *vt ſupra dictum eſt*,
nec tempore illarum legum mulier: Priuile-
gium enim prælationis datum eſt illi conſtitu-
tione Iuſtiniani *in d. l. aſſiduis*, cum alioquin
l. 2. C. de priu. fiſc. ſit Antonini, & *l. dotis. 9. C. de*
iur. do. Decij, qui multo ante Iuſtinianum ex-
titerunt. Itaque, vt inter eos ſpectaretur præ-
rogatiua temporis, non prouenit ex paritate
priuilegij, quaſi priuilegiatus contra priuile-
giatum non debuerit vti ſuo priuilegio, ſed iu-
47 re communi, † *ſecundum regulam l. verum 12. §.*
vlt. ff. de minor. l. vlt. verſic. exceptis. C. qui potio. l.
Idemque 7 in prin. ff. eod. vt plerique putarũt, ſed
prouenit ex ſimplici diſpoſitione iuris commu
nis, ſecundum quam, qui prior eſt tempore, po
tior eſt iure. Contrarium potuiſſet obtinere in
actione perſonali, in qua tunc temporis, & mu
48 lier, & fiſcus erant priuilegiati, † *vt de muliere*
conſtat ex l. 2. §. vlt. cum 2. ll. ſeqq. ff. de priu. cred. l. ſi
ſponſa 77. ff. de iur. dot. l. vlt. C. qui potior. l. vn. C. de
priu. dot. & tradunt omnes in d. l. 1. ff. ſol. matr. De
fiſco vero ex l. pen. § 1. ff. de priu. cred. & tot. tit. C.
de priu. fiſc. Cæterum in hypothecaria hoc ha-
bere locum nullo modo potuit. Ex quo infero,
comparationem illam, tanquam fundatam in
iure communi, non in priuilegio, non poſſe tra
hi ad caſus, in quibus, aut fiſcus, aut mulier ha-
bet ex diſpoſitione legis aliquod priuilegium,
quia in his nullo modo poſſunt dici pares, ſed
vnus altero magis, & minus priuilegiatus, ſecũ
dum ſpecierum diuerſitatem, *& ea, quæ ſupra di*
cta ſunt, Quod, & apertiùs ex infraſcriptis fun-
damentis apparebit: nam mulierem in hypo-
thecaria non eſſe præferendam in poſtea ac-
quiſitis ex vi paritatis, quam habet cum fiſco
probat

Tertiò, & quidem (meo iudicio) apertiſſimè
49 *l. in rebus 30. C. de iur. dot.* vbi † tractatur de bo-
nis, quæ mulier dedit marito in dotem, vel cũ
æſtimatione, vel ſine, & ſic de bonis marito
quæſitis poſt contractum matrimoniũ, & ſcri-
bitur, in ijs mulierem eſſe omnibus mariti cre-
ditoribus ẽt anteriorem hypothecam haben-
tibus præferendã, ſiue agat reali, ſiue hypothe-
caria, quia, licet ſubtilitate iuris ea cenſeantur
tranſlata in dominium mariti, re vera tñ, & na
turaliter manſerũt ſemper in dominio vxoris,
Ergo, ſi tractetur de alijs, quæ maritus non ha-
buit à muliere, ſed aliunde poſt contractũ ma-
trimonium acquiſiuit, non erit mulier agens
hypothecaria creditoribus anterioribus præfe-
renda, quia, cũ in ijs ceſſet ratio diſpoſitionis,
conſequens eſt, vt, & ipſa diſpoſitio ceſſare de-
50 beat. † *l. quod dictum 33. ff. de pact. l. adigere. 6. §.*
quamuis. ff. de iur. patr. cum ſimilibus, Deniq; cũ
ius ſingulare in vno denotet ius commune in
51 contrarium. † *l. cum heredes. 23. § 1. ff. de acquir.*
poſſ. l. ius ſingulare. 15. ff. de legib. & ſingulare ſit
in bonis datis in dotem, vt mulier præferatur
(connumeratur enim hoc inter dotis priuile-
gia) conſequens eſt, vt de iure communi, & ſic
in alijs bonis nõ debeat præferri. *Et ita arguit*
Bart. in d. l. in rebus num. 1. verſ. Et ex hoc habes, &
ibi Ang. nu. 2. verſ. & attende, Bart. in d. l. ſi is, qui.
28. num. 2. ff. de iur. fiſc. Rip. in d. l. 1. num. 1. verſic.
vltimo, & ibi Marth. q. 3. num. 11. verſic. 4. ff. ſol.
matrim.

Nec eſt, quod aliquis reſpondeat, hoc fuiſſe
verum inſpecto tempore. *d. l. in rebus*, vt porè,
quo nondum mulier habuerat ex cõſtitutione
Iuſtiniani priuilegiũ prælationis, quod ei poſt-
ea datum eſt *in d. l. aſſiduis*. Aliud verò dicen-
dum hodie poſt dictũ priuilegiũ ei conceſſum,
quia non tollit hæc reſponſio (ſi quis diligẽter
attendat) vim fundamenti: nam mulier, ſecun
dum eos, qui contrariam opinionem ſequunt̃,
non ideo præfertur creditoribus anterioribus
habentibus expreſſam hypothecam in bonis
poſtea quæſitis, quod huiuſmodi priuilegium
ei ſpecialiter fuerit tributum, quia priuilegium
ei conceſſum pertinet tantum ad creditores ha
bentes tacitã, ſed ideo præfertur, quia pari paſ-
ſu ambulat cum fiſco, qui tale priuilegium ha
bet. Atqui huiuſmodi fiſci priuilegiũ iam cõ-
petebat tempore. *d. l. in rebus*, cum ſit de iure
Digeſtorum, & eodem tempore iã mulier erat
fiſco æquiparata, *in d. l. 2. C. de priu. fiſc. & d. l. do-*
tis. 9. C. de iur. dot. quæ ſunt anteriores d. l. in rebus.
Ergo, ſi propter hanc comparationem deberet
præferri in bonis poſtea quæſitis, debuiſſet ſine
dubio præferri tempore. *d. l. in rebus*, cuius tamẽ
contrarium ibi ſupponitur, *vt dictum eſt*. Ergo
ex vi paritatis, quam habet cum fiſco, non po
teſt mulier in bonis poſtea quæſitis ſibi tale pri
uilegium vindicare.

Quartò confert ad hanc ſententiam. *§. aliud*
quoque verſ. priuilegium enim Auth. de æqual. dot.
coll. 7. vbi leguntur hæc verba; *priuilegiũ enim*
dedimus dotibus, vt contra antiquiores hypothecas
habeant honorabiliora iura, vt porè dum contrahen
tes cum viris eorum credant ſubſtantijs, & non mu-
lierum, &, quæ forte tunc neque competebant ijs,
qui prius contraxerunt; nam ex his apertè con-
52 ſtat, † priuilegium, quod habet mulier, vt præ-
feratur anterioribus creditoribus in bonis, quę
fortè tunc non competebant, ideſt; in bonis
poſtea quæſitis, *vt ibi explicat glo. in verb. &, quæ*
forte, fuiſſe tributum à Iuſtiniano: Hoc enim
denotant illa verba, *Priuilegium enim dedimus*
dotibus, Ergo ante Iuſtinianum mulier huiuſ-
modi priuilegium non habebat, & ſic non po-
terat prætendere, ſe eſſe præferendam in bonis
poſtea quæſitis ex eo, quod pari paſſu ambula-
ret cum fiſco, cui hoc priuilegium conceſſum
erat. Atqui priuilegiũ datum à Iuſtiniano *in*
d. l. aſſiduis, ſecundum receptiſſimam omnium
interpretationem non loquitur, niſi de credi-
toribus anterioribus habentibus tacitam, *vt ſu-*
pra dictum eſt, Ergo mulier, neque ex beneficio
Iuſtiniani, neque ex vi comparationis poteſt
ſibi vindicare priuilegiũ prælationis in bonis
poſtea quęſitis, quoties concurrit cum credito
re habente expreſſam anteriorem, ſed tantum,
quoties concurrit cum habente tacitam.

Quintò comprobantur ſupradicta *ex §. his*
53 *conſequens d. Auth. de æqual. dot. coll. 7* nam, † quę
dicuntur de muliere concurrente cum credi-
tore habente tacitam priuilegiatam, eadem
dicuntur de concurrente cum creditore haben
te expreſſam non priuilegiatam; quia ita mu-
lierem excludit expreſſa ſimplex, vt tacita pri-
uilegiata. Sed, quando mulier concurrit
cum habentibus tacitam priuilegiatam, ita
demum in bonis poſtea quæſitis præfertur, ſi
ipſa mulier tempore ſit anterior, vt proba-
tur *in dict. §. his conſequens*, in illis verbis,
Veniat autem, & alter creditor poſterior qui-
dem

Digitized by Google

dem &c. & communiter omnes declarant *poſt glo. ibi in verb. poſterior, & ſcribit etiam Couar. d. lib. 1. varia. reſol. cap. 7. nume. 3. circa ſi.* Idem igitur erit dicendum, ſi concurrat cum creditoribus habentibus expreſſam.

Sextò confirmatur hæc pars authoritate DD. qui in ſpecie de bonis poſt contractum matrimonium acquiſitis loquentes cenſuerũt, potiorem in iis eſſe creditorum anteriorum expreſſam habentium hypothecam, quam mulieris dotem repetentis cauſam, & idem de iis, quod de quæſitis ante matrimonium eſſe
54 ſtatuendum. † Ita enim cenſuit in primis gloſſa *in d. l. aſſiduis, in verb. licet anterioris ſint, verſ. ſed nunquid*, vbi quærit, nunquid mulier præferatur habenti generalem hypothecã in poſtea quæſitis, Et ait videri præferendam, quia ſic eſt in fiſco, qui, licet non præferatur in ante quæſitis, præfertur tamen in quæſitis poſt, Deinde ſubiicit, *Sed fortè contra eſt, cum ille, qui habet generalem hypothecam æquiparetur ei, qui habet ſpecialem, & expreſſam*. Itaque ſignificat in bonis poſtea quæſitis idem dicendum eſſe, quod ſupra dixit de creditore anteriore habente hypothecam ſpecialem, & expreſſam, vt ſcilicet is mulieri præferatur. Et, quãuis vtatur illa dictione, fortè, & hoc modo videatur loqui dubitatiuè, non eſt tamen in hoc vis facienda, quia dubitatio gloſſæ non naſcitur ex priuilegio mulieris, ſed ex iure communi: nam, quoties vnus habet hypothecam generalem, dubitat vbique gloſſa, an inſpecto iure communi cenſeatur is anterior eo, qui poſtea contraxit, ſi tractetur de bonis poſt vtriuſque contractum acquiſitis, Et alibi ſæpè cenſuit non eſſe anteriorem (cuius tamen cõtrarium alii communiter tradiderunt, *vt oſtendimus in ſecundo fundamento*) ſed cum poſteriore debere concurrere, propterea quod (ſecundũ eam) hypotheca vtrique acquiritur eodem tẽ-
55 pore, † *vti videre eſt apud glo. in d. l. ſi is, qui 28. in verb. reſpondiſſe, verſ. item quid, ſi duobus. ff. de iur. fiſc. & in d. l. idemque 7. in prin. in verb. & ſi iiio. ff. qui potio. quod etiam ex recentioribus probauit Ant. Fab. d. lib. 2. coniectu. capit.* 10. Nil mirum igitur, ſi & hic dubitet, an prior creditor, habens hypothecam generalem præferatur mulieri in poſtea quæſitis, vt præferretur, ſi haberet expreſſam anteriorem. Illud ſanè habet gloſſa in confeſſo, mulierem non eſſe præferendam, & ſic non habere fiſci priuilegium, licet dubitet, an ſit poſtponenda. Hoc etiã apertius cenſuit gloſſa *in d. l. in rebus 30. in verb. anteriores. C. de iur. dot.* vbi ait, mulierem in rebus datis in dotem præferri anterioribus mariti creditoribus, nec diſtingui vtrum habeant expreſſam, an tacitam hypothecam, non obſtante lege ſuperiore, quoniã ibi tractatur de hypotheca, quam mulier habet in aliis rebus viri, hic verò de illa, quam habet in rebus datis in dotem. Significat igitur in aliis rebus diſtingui, vtrum creditores habeant expreſſam, an verò tacitam hypothecam, etiamſi tractetur de bonis poſtea quæſitis, vtpotè, de quibus in ea lege, diſputatur. Secundò fuit eiuſdem opinionis Bart. *in d. l. in rebus. num. 1. verſ. & ex hoc habes, & in d. l. ſi is, qui num.* 2. quod dupliciter oſtendit, Primo, dum ait, eſſe ſpeciale in rebus, quas mulier dedit in dotem, vt in iis, etiamſi poſtea ſint quæſitæ, præferatur: ſignificat enim in aliis rebus non datis in dotem ſeruandum eſſe ius commune, ſecundum quod anterior præfertur etiam in bonis poſtea quæſitis: Alioquin enim non debuiſſet dicere eſſe ſpeciale in rebus datis in dotem, ſed ſimpliciter, eſſe ſpeciale in muliere, vt præferatur in poſtea quæſitis, ſi hoc haberet locum in omnibus rebus etiam non datis in dotem. Secundò id ipſum oſtendit eo, quod *ex d. l. in rebus*, trahit argumentum ad ius commune: nam hoc modo ſignificat extra illas res datas in dotem, eſſe ſeruandum ius commune. Tertiò eandem ſententiam probauit Ang. *in d. l. in rebus nu.* 2. dum ait, diſpoſitionem eius legis, quæ vult mulierẽ præferri creditoribus anterioribus, procedere etiamſi habeant hypothecã expreſſam, quia tractatur de ipſis rebus in dotem dotis. Cæterum, ſi de aliis bonis mariti, præferentur creditores habentes hypothecam anteriorem expreſſam. Deinde ſubiicit id ipſum, quod prius ſcripſerat Bartolus, attendendum ſingulariter, quia, ſi ſpeciale eſt in muliere, quæ dedit dotem pro æſtimata ea æſtimatione, quæ facit emptionem, vt præferatur, Ergo in contrarium eſt ius cõmune, Quinimo hoc apertius ſcripſit *in d. §. his conſequẽt. num. 2. verſ. contra habentes Auth. de æqual. dot. coll. 7.* vbi ait, mulierem, licet præferatur creditoribus anterioribus habentibus tacitam, tñ cõtra habentes hypothecam expreſſam, ſiue ſint priuilegiati, ſiue non, ſiue habeant hypothecã ſpecialem, ſiue generalem, prout eſt in vſu, & tam in bonis, quæ videri poterant tempore dictæ hypothecæ, quam etiam in poſtea quæſitis, eam nunquam habere priuilegium prælationis. Et, quamuis ſubiiciat, hoc eſſe intelligendum, niſi mulier habeat hypothecam expreſſam, hoc tamen non dicit ſpecialiter pro bonis poſtea quæſitis, ſed generaliter pro omnibus bonis, quia (ſecundum eum) mulier, ſicut habens tacitam hypothecam præfertur anterioribus habentibus tacitam, ita & habens expreſſam debet etiam habentibus expreſſam præferri, tam in bonis ante, quam in poſtea quæſitis. Itaque apertè oſtendit, ſe nullam conſtituere differentiam inter bona ante, vel poſt acquiſita, ſed inter hypothecam mulieris expreſſam, & tacitam, & ſimiliter oſtendit, mulierem in poſtea quæſitis non habere fiſci priuilegium, quia fiſcus in iis præfertur anterioribus habentibus expreſſam; etiamſi ipſe non habeat, niſi tacitam. *d. l. ſi is, qui. 28. ff. de iur. fiſc.* quod tamen mulieri non competere ſupra docuit. Cum igitur ex receptiore DD. ſententia mulier non præferatur anterioribus habentibus expreſſam, etiamſi ipſa expreſſam habeat, *vt ſupra demonſtratum eſt*, Conſequẽs eſt, vt nec in bonis poſtea quæſitis debeat præferri, quippè, quæ (ſecundum eiuſdem Angel. ſententiam) ab ante quæſitis non diſtinguuntur. Quartò eandem opinionem ſecutus eſt Bulgarinus *in d. l. 1. num. 44. ff. ſolut. matrim.* vbi ait, quoſdam dicere, mulierem præferri in bonis poſtea quæſitis, quia mulier, & fiſcus pari paſſu ambulant, quod ipſe non credit verum, quia non reperitur iure cautum, vt priuilegia fiſci ſint communicata doti, & contra, quinimo contrarium probatur ex eo, quod fiſcus non præfertur habentibus priorem tacitam in quæſitis tempore hypothecæ, quibus tamen mulier præfertur.

Quinto eandem ſententiam probauit Viſitarinus *in d.l.1. num.37. in fin.& nn.39.& 42.ff.ſolu. matrim.* dum ait, fiſcum præferri etiam habentibus expreſſam reſpectu futurorum, quod tamen priuilegiũ nõ habet mulier, quia in ea nõ reperitur hoc expreſsè cautum. Sexto eiuſdem opinionis fuit Crottus ſibi contrarius *in d. l.1. num.24. verſic. præterea. ff. ſolut. matrim.* vbi ait, fiſcum, licet non habeat priuilegium prælationis mulieri competentis, habere tamen alia priuilegia, quæ mulieri non competunt, quia præfertur creditoribus habentibus expreſſam in bonis poſtea quæſitis, quibus non præfertur mulier. Septimò ſenſit hoc ipſum Neguſ. *in tractat. de pign. & hypot. in 2. part. princip. membr.4. numer.* 100. & 102. nam quærit, an mulier habens expreſſam poſteriorem præferatur priori etiam habenti expreſſam, Et ait, ſecundum Ang. videri præferendam, & ſecundum Bald. Nou. idem poſſe teneri in bonis quæſitis per maritum poſt obligationem expreſſam anteriorem factam cum alijs creditoribus, & poſt expreſſam hypothecam vxoris, vt ſcilicet in his mulier præferatur ad ſimilitudinem fiſci, qui in illis præfertur alijs creditoribus anterioribus, cum mulier in hypotheca ſit magis fauorabilis, quam fiſcus. Sed poſtea ſubijcit opinionem communem, & conſuetudine receptã eſſe in contrarium, vt ſcilicet mulier non præferatur anterioribus habentibus expreſſam, etiamſi ipſa expreſſam habeat, Deinde ſubdit, Non obſtare, quod mulier ſit magis fauorabilis, quam fiſcus, quia, quando agitur de correctione iuris communis etiam à maioritate rationis non permittitur extenſio de caſu ad caſum. Hoc igitur ipſo, quod reſpondet ad argumentum ductum à fiſco ad mulierẽ, quaſi priuilegium, quod habet fiſcus, vt præferatur in bonis poſtea quæſitis, debeat etiam mulieri concedi, oſtendit, non ſolum ſe, ſed etiam cõmunem opinionem, quam dixit ſeruari de cõſuetudine, hoc velle, vt mulier habens expreſſam non præferatur creditoribus anterioribus expreſſam hypothecam habentibus etiã in bonis poſtea quæſitis. Octauò, & Nonò hoc idem ſenſiſſe videntur Ripa *in d.l.1. nu.1. verſ. vltimo,* & Martha *ibi q.3. num.11. verſ.4. ff. ſolu. matr.* eo ipſo, quod ad probandum mulierem non eſſe præferendam anterioribus habẽtibus expreſſam ducunt argumentũ ab eo, quod ſpeciale ſit in rebus datis in dotem, vt in iis mulier etiam habentibus expreſſam præferatur: nam hoc modo ſentiunt in alijs rebus etiam poſtea quæſitis non eſſe præferendam, quia, ſi in iis mulier præferretur, non eſſet ſpeciale in rebus datis in dotis, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt. Decimò eandem ſententiam probauit Nico. Bello. *conſ.87.num.12.* vbi poſtea, quam per modum dubitationis retulit opinionem Ang. exiſtimantis mulierem habentem expreſſam præferri creditoribus anterioribus etiam expreſſam habentibus, ſubijcit, ſe tenere contrarium, quia, cum illi ſint priores tempore, debent etiam eſſe potiores iure, quod procedit ẽt in bonis quæſitis à debitore poſt vtriuſq; hypothecam. Ex quibus apparet (quicquid alij ſcripſerint) hanc re vera debere cenſeri communem opinionem, cum pro ea ſtet authoritas gloſſæ, Bartoli, Angeli, & aliorum, quos ſupra retulimus: nam, ſi gloſſæ authoritas tanta eſt,
vt, ſi duos, aut tres, aut ad ſummum ſex habeat
ſequaces communem conſtituat opinionem,
56 † *vt ſcribunt Iaſ. in l. vt vim. 3. nu.34. ff. de iuſti. &*
iur. Viu. in comm. opin. in lit. G. opin. 135. Corat. in
tract. de comm. opin. lib.1. tit.3. nu.19. Odd. conſ.73.
nu.10. quanto magis hoc eſt dicendum in caſu noſtro, in quo præter gloſſam adeſt ẽt autho
57 ritas Bartoli, quæ † cæteris omnibus maior eſſe
dicitur *a Iaſ. in l. quidã cum filium 132. nu.37. ff.*
de verb. oblig. Decia. conſ.51. nu.83. vol.2. vtpote,
cum in eius ore, & dictis præſumãt omnes vim
ineſſe veritatis, *vt videre eſt apud Roma. conſ.*
469. nu.5. in fi. Soc. ſen. conſ.2. n.14. vol.3. conſ.81.
nu.11. & conſ.93. nu.10. vol.4. Iaſ. in d. l. quidã cũ
filium num.37. & in l. poteſt 36. num.10. ff. de vulg.
Decia. d. conſ.51. nu.83. vol.2. adeo, vt ab eius opi
nione non ſit conſulendo, & indicando recedẽ
dum, *vt profitentur Rom. d. conſ.459. nu.5. in fin.*
Iaſ. in d. l. quidam, cum filium, nn.37. Dec. conſ.69.
nu.6. verſ. non tamen, Decia. conſ.11. nu.174. vol.1.
& d. conſ.51. nu.83. vol.2.

Septimò, & vltimo, vel eo magis eſt D. Mignata vxori præferendus etiam in poſtea quæſitis, quo ſuper hac controuerſia iam lata eſt ſnĩa, quæ virtualiter ẽt huiuſmodi bona cõprehendit: nam, cum in actis petierit declarari, ſe in omnibus bonis, & ſic etiam in poſtea quæſitis eſſe potiorem, & ſuper hac re ſecuta ſit ſententia, quæ eum potiorem eſſe declarauit, conſequens eſt, vt talis declaratio ſit intelligenda de bonis ẽt poſtea quæſitis, quia ſnĩa declarat̃ à petitione, ſecũdum q̃ debet proferri, & cui debet eſſe conformis. *l. vlt. C. de pẽd. liber. & in ſpecie ſcribit Menoc. conſ.501. nu.6.*

Neq; obſtant contraria, nam ad Primum, & ſecũdum reſponſio patet ex iis, quæ dicta ſunt in 2. fundamẽto, quæq; nõ eſt neceſſe repetere.

Ad tertiũ reſpondeo Primò, id procedere, ſi
in facto res ſit ambigua, ideſt, ſi dubitetur, vtrũ
dotis inſtr̃m præceſſerit inſtr̃m crediti, an verò
contra: nam tunc verum eſt fauore dotis præſu
mi prius factũ inſtr̃m dotale, Et in his terminis
loquuntur DD. oẽs in contrarium allegati. Cę
terum, ſi tpis prioritas non ſit in incerto, ſed cõ
ſtet inſtr̃m mutui eſſe anterius, etiamſi præce
dat vna hora, magis eſt, vt ceſſet huiuſmodi
58 priuilegium, † *vt in ſpecie declarant Viſita. in d. l.*
1. num.43. ff. ſol. matr. & Neguſ. de pign. d. part.5.
memb.2. nu.45. verſ. niſi, ſecundum eum; Vnde, cũ
in caſu noſtro res in facto non ſit ambigua, ſed
certa, quia indubitatum eſt, creditũ D. Mignatæ eſſe multo anterius inſtrumento dotis, conſequens eſt, vt ſupra dictum dotis priuilegium non poſſit ad hanc ſpeciem adaptari.

Secundò reſpondeo, negando hypothecam
D. Mignatæ, & vxoris eſſe contractã eod tem
59 pore, † *vt reprobando Crott. ſcribit Craſ. in d. l.1.*
num.18. verſ. ratione tamen. ff. ſol. matr. quia, licet
non potuerit contrahi niſi res fuerint à debito
re quæſitæ, ſecuta tamen acquiſitione retrotra
hitur acquiſitio hypothecæ ad tempus contra
ctus, *vt oſtendimus in 2. fundamento*. Itaque, li
cet hypotheca videatur acquiri eodem tpe in
ſpecta veritate, tñ inſpecta fictione, ſeu retrotra
60 ctione vna acquiritur ante aliã, † *vt declarant*
Caſtr. d. conſ.54. in fi. volum.2. & Neguſ. d. part.5.
memb.2. nn.39. verſ. ſed iſta, & nu.40. & vnus cre
ditor cenſetur anterior altero, non poteſtate
61 dominij, ſed poteſtate cõuentionis, † *vt ait Bal.*
in d. l. hac edictali. 6. §. his illud nu.9. C. de ſec. nupt.

cum

cum hypotheca, non ex dominij acquiſitione naſcatur, ſed ex conuentione, dummodo res
62 poſtea facta ſit debitoris, † *vt ſcribit Bartol. in d.l.ſi e7.num.2.C.qui potior.*

Ad quartum denique reſpondeo, quicquid illi cenſuerint, contrariam opinionem eſſe receptiorem: nam contra eos non ſolum ſtant illi, quos retulimus *in ſexto fundamento*, ſed etiam cæteri omnes, qui communem ſequuntur, & indiſtinctè cenſent, mulierem eſſe præferendam habentibus tacitam, ſed non habentibus expreſſam, *quos retulimus in primo fundamento*, quoniam illi ſentiunt etiam de bonis poſtea quæſitis, inter quæ, & bona quæſita ante nullam conſtituunt differentiam, *vt ibidem latius oſtendimus.*

Secundò reſpondeo, dato, quod in huius articuli deciſione eſſet habenda ratio eorum tantum, qui ſpecialiter loquuntur de bonis poſtea quæſitis, & quod pro contraria maior eſſet DD. numerus, quam pro noſtra, tamen conſiderandum eſſe pro hac ſententia, quam nos veriorem eſſe profitemur, non ſolum eſſe leges, & rationes, quas conſiderauimus, ſed etiã authoritatem gloſſæ, & Bartoli, quæ debet
63 omnibus aliis præualere, *vt de authoritate glo. ſcribunt Andr. Barb. inter conſil. Alexan.conſ.55. num. 10. volum.4. Socin.ſen. conſil.35. nu.20. vol. 4. Dec.d.conſ.69. nu.10.*

Tertiò pro reſponſione conſiderandum eſt, multos ex DD. in contrarium allegatis, aut eſſe ſibi contrarios, vt Ang. & Crott. aut eſſe ex numero illorum, qui etiam in bonis ante quæſitis tenent contra communem opinionẽ, ideoque non eſt mirum, ſi etiam in poſtea quęſitis mulierem præferendam arbitrentur, *ob ea quæ diximus in ſecũdo fundamento:* Baldus enim Nouellus *in d.l. 1. num. 224. ff. ſol. matrim. & in d.tract. de dot. part.* 10. *num.* 36. cenſet mulierem habentem hypothecam poſteriorem expreſſam præferri creditoribus anterioribus etiã habentibus expreſſam in bonis quæſitis ante matrimonium, quod repugnat frequentiori DD. opinioni, *ſecuti retulimus in primo fundamento*, Et præterea dubitatiuè loquitur, & cogitandum relinquit. At Crott. eſt ex numero illorum, qui cenſent mulierem etiam, habentem tacitam præferri anterioribus habentibus expreſſam, *vti videre eſt apud eum in d.l. 1. num. 68. verſic. Ego autem. ff. ſol. matrim.* Cæteri incidenter loquuntur, nec rem, vt oportet, perpenderunt, Quo fit, vt eorum authoritas non debeat præualere authoritati glo. Bart. Angel. & aliorum, quos allegauimus. Et ita tenendum, & pronuntiandum, cenſeo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro DD. Antonio Ferrerio, & Franciſco Antonio Ferrucio Sauilianenſibus.

CONSILIVM XLII.

ARGVMENTVM.

An datio in ſolutum ſub conditione facta in totum, vel pro parte extinguatur, ſi pendente conditione res in totum, vel pro parte interierit, aut formam mutauerit.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones ſub duplici, quæ fiunt, locum habere non poſſunt, niſi vtraque conditio impleatur.*
2 *Caſus ſuperueniens pendente conditione cedit periculo venditoris.*
3 *Contractus conditionalis extinguitur, quoties pendente conditione res perit in totum, vel pro parte.*
4 *Interire pro parte dicitur fundus, quoties vis aquarum eius partem detrahit.*
5 *Formæ mutatio eſt quædam peremptio, ſiue interitus rei.*
6 *Venditio poteſt in parte cõſiſtere, etiamſi alia pars intereat.*
7 *Datio inſolutum in totum extinguitur adempta parte.*
8 *Venditio in totum extinguitur, ſi id, quod interijt, contineat maiorẽ partem rei, aut etiam partem principalem, ſine qua non fuiſſet emptor contracturus.*
9 *Venditio, licet non extinguatur perempta parte rei, facienda tamen eſt pretij diminutio ad ratam.*
10 *Venditio fundi ad menſuram cenſetur conditionalis.*
11 *Vendito fundo ad menſuram, ſi interim pars fundi aquarum inundatione pereat, venditoris eſt periculum ratione pretij illius partis, licet emptor non poſſit agere ad id, quod ſua intereſt.*
12 *Venditione in conditionali periculum deteriorationis interim contingentis eſt emptoris, interitus verò venditoris, Declara, vt nu.3.*
14 *Diminui, non deteriorari dicitur res, cum pars eius detrahitur, aut ipſius forma pro parte mutatur.*
15 *Periculum diminutionis contingentis pendente conditione non eſt emptoris, ſed venditoris.*
16 *Alluuionis incrementum contingens pendente conditione cedit commodo venditoris, non emptoris, quippe, qui cogitur pretium eius incrementi ſoluere.*
17 *Verba, ex nunc, operantur retrotractionem ad tempus contractus, Declara, vt numero 19. & 22.*
18 *Periculum ſpectat ad emptorem poſt perfectam venditionem.*
19 *Fictio translatiua de tempore ad tempus non poteſt habere locum, ſi tempore euenientis conditionis res in totum, vel pro parte non extet.*
20 *Fictio translatiua non habet, vbi figat pedes, quoties res in totum, vel pro parte deſijt extare.*
21 *Fictio translatiua locum habere non poteſt, quoties deficit habilitas vnius extremi, nempe, à quo*
22 *Retrotractio admittitur rebus in eodem ſtatu manentibus, non vero mutatis per augmentum, aut diminutionem rei.*
23 *Periculum contingens culpa venditoris ad eum, non etiam ad emptorem pertinet.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

MVlta ſunt, ex quibus conuincitur non teneri DD. Ferrerium, & Ferucium accipere in ſolutum fundum, quo de agitur, ſed non obſtante pacto inito in inſtrumento emptionis poſſe ex cauſa ſecutę euictionis, vel experiri hypothecaria contra tertios bonorum venditoris poſſeſſores, vel agere perſonali contra ipſius venditoris hæredes.

Primùm enim datio in ſolutum non fuit facta purè, ſed ſub duplici conditione, nempe, *In caſo d'euittione d'eſſi beni al detto M. Gulla venduti, & che non ſi poteſſe hauer il legitimo beneplacito alla detta S. Sede Apoſtolica*, ideoq; niſi impleta vtraq; conditione locum habere nõ poteſt,
1 † *l. ſi hæredi. 5 ff. de cond. inſt. § ſi plures inſt. de hæred. inſt.* Cum igitur in caſu noſtro non ſit impleta ſecunda conditio, ſcilicet, quia non poſſumus dicere beneplacitum haberi non potuiſſe, niſi fuerit petitum, cum talis beneplaciti obtinendi impotentia virtualiter importet negationem licentię quę precedentem ſupponit petitionem, conſequens eſt, vt, licet res fuerit euicta, & conſequenter impleta ſit vna conditio, non tamen datio in ſolutum in hunc etiam caſum collata locum habere poſſit.

Nec eſt, quod quiſquam obiiciat, imputandũ eſſe emptori, cur beneplacitum non petierit, aut impetrari non curauerit, quaſi hoc ad eius onus ſpectaret, quia cõtrarium eſſe verius patet ex eo, quia, cũ duo fuerint initi cõtractus vnus permutationis inter Reuer. D. Vercellinum rectorem beneficij, & D. Camillum Barattum, alter verò venditionis factæ ab eodem D. Baratto D. Gullæ de re cum rectore permutata, beneplacitum, quod a S. Sede Apoſtolica impetrandum erat, non reſpiciebat contractũ venditionis, ſed contractũ permutationis: nam reſpectu venditionis non erat neceſſariũ beneplacitum, quia approbata, & ſic conualidata permutatione, res poſtea liberè, & ſine aliquo beneplacito poterat alienari, tanq̃ ea, quæ non erat amplius Eccleſiæ, ſed laici. Itaq; ſolũ erat neceſſarium reſpectu permutationis, quæ à rectore beneficij fieri non poterat ſine licentia Sum. Pont. *cap. nulli cap. ſi quis præsbyterorum de reb. Eccl. alie. vel non.* De hoc igitur ſenſerunt cõtrahentes, dum in inſtrõ vẽditionis pacti ſunt, vt in ſolutum haberetur fundus, *in caſo, che non ſi poteſſe hauer il legitimo beneplacito*, vt patet ex illis verbis præcedentibus, *& perche per il medemo inſtromento di permutatione ſi è riſeruato il beneplacito della S. Sede Apoſtolica ſopra tal permutatione, qual non s'è ancor hauuto, &c.* quippè, quæ continent cauſam, propter quam vẽditioni fuit adiectum pactum dationis in ſolutum caſu, quo nõ poſſet habere beneplacitũ, nempè, quia in inſtrõ permutationis fuerat tale beneplacitũ reſeruatum, & ſic declarant, beneplacitũ, quod eſt in cõditione dationis in ſolutum, reſpicere contractum permutationis precedentis, nõ verò venditionis ſubſequentis. Quo fit, vt nõ debuerit peti ab emptore, ſed ab iis, qui contraxerant permutationem, imo à ſolo rectore beneficij, tanquam alienante rem Eccleſiæ, cum licentia, ſeu beneplacitum ab eo peti debeat, cui facienda eſt conceſſio, quæ ſine dubio non laico, ſed clerico fieri debet: Nõ enim laicus prohibetur acquirere rẽ Eccleſiæ, ſed clericus prohibetur eam alienare, *tit. Auth. de non alien. aut perm. reb. Eccl. tit. ext. de reb. Eccl. non alie.* Quamobrem conceditur licentia alienandi non acquirendi. Et, licet talis licentia vergat in vtilitẽ laici acquirentis, hoc tñ venit in conſequentiã, ideoque non eſt eius habenda ratio, *l. 1. in prin. ff. de auth. tut. cum ſimil.*

Secundò verò conſtat ex verbis inſtrumenti dationem in ſolutum fuiſſe factam cum hac clauſula, *Senza però receder dalla promeſſa d'euittione ſopra fatta, & dall'obligo generale de' beni d'eſſo Sig. Camillo*, quę declarat mentem emptoris non fuiſſe pro euictione accipere inſolutum ſimpliciter, & abſolute rẽ ibidem expreſſam, ſed ſibi proſpicere de aliqua re particulari, quã ſecuta euictione ſtatim poſſet à poſſeſſoribus auocare citrà moleſtiã excuſſionis, quæ alioquin eſt neceſſaria, quoties generalis tantum hypotheca competit, & ſic dationem inſolutum fuiſſe factam ad maiorem ipſius emptoris cautelam, & ſecuritatem, & ad hunc finem, vt in caſum euictionis eligere poſſet, quod ſibi videretur vtilius, ideoque non debet contrarium effectum operari, & ſic eum excludere à iure agendi de euictione in reliquis bonis, quia hoc modo datio in ſolutum facta ad augendum ius emptoris illud diminueret *contra regulam l. l. legata inutiliter 14. ff. de adim. leg.* & illa reſeruatio remaneret prorſus inutilis, cum ſecuta euictione excluderetur à iure agendi hypothecaria in aliis bonis, ſi rem ibidem expreſſam haberet inſolutum propterea, quod ſolutione tollitur actio perſonalis, & per conſequentias etiã hypothecaria, quæ tanquam acceſſoria ſine perſonali conſiſtere non poteſt.

Tertiò, licet non adeſſet illa reſeruatio adhuc tamen non cogerentur hæredes D. Gullæ habere rem ibidem expreſſam in ſolutum ſtantibus iis, quæ poſtea ſecuta ſunt: nam, cum illa datio in ſolutum, quæ vicem obtinet vẽditionis, *l. ſi prædium 4. C. de euictio.* fuerit conditionalis, & pendente conditione vi fluminis mutatus ſit rei ſtatus, & forma, non poteſt amplius illa habere locum, licet poſtea conditio extiterit, quia caſus ſuperueniens pendente cõditio-
2 ne cedit periculo venditoris. † *l. quod ſæpè 35. §. in iis verſ. ſed, & ſi ff. de contr. empt. Ang. de Gamb. conſ. 135. nu. 9. & 10. Soc. ſen. conſ. 26. num. 7. verſ. præterea vol. 3. Affl. deciſ. 280. nu. 5.* Et ita in terminis dationis in ſolutum factæ ſub conditione cum clauſula, ex nunc prout ex tunc ſcribit *Menoc. conſ. 946. nu. 29. verſ. quod verò, & per tot. conſ.* Contractus enim conditionalis extinguitur, quoties pendente conditione res perit in totũ,
3 vel pro parte, † *vt not. in l. neceſſario. 8. in prin. & l. ſi in venditione 10. §. 1. ff. de per. & comm. rei vẽd.* & dubium non eſt, quin pro parte interire dicatur, quoties vis aquarum fundi partẽ detrahit.
4 † *d. l. ſi in venditione. 10. §. 1.* aut eius formam commutat, cum mutatio formæ ſit quædam
5 peremptio ſiue interitus rei. † *l. Iulianus 9. §. ſi quis rem ff. ad exh. l. repeti 5. § ſi ff. quib. mod vſuf. amitt.*

Et ſi dixeris, hoc procedere, ſi in totũ pereat, non etiam, ſi pro parte, vt in caſu noſtro, reſpõdeo primò aliud eſſe in venditione, aliud in datione in ſolutum: nam venditio poteſt in par
6 te conſiſtere, etiamſi alia pars intereat. † *l. domum 57. vbi glo. in verb. non actum, & alij communiter ff. de contr. empt.* datio verò inſolutum in

totum

7 totum extinguitur adempta parte. † *l. ſi quis aliã*
46. vbi Bar. & alij. ff. de ſolut.
Secundò reſpondeo etiam in venditione, ſi
id, quod interijt, contineat maiorem partem
rei aut etiam partem principalem, ſine qua nõ
fuiſſet emptor contracturus, in totum extingui
8 contractum. † *d. l. domum, & l. 1. vbi glo. Bart. &*
alij. ff. de euictio.
Tertiò, reſpondeo, perempta parte rei, licet
non extinguatur contractus in totum, adhuc
tamen faciendam eſſe diminutionem pretij
9 ad ratam. † *d. l. domum. Alb. conſ. 392. nu. 3.* Ita-
que, quando datio in ſolutum adhuc hodie di-
ci poſſet valida, intelligeretur tamẽ pro iis tan-
tum iugeribus, quæ remanſerunt integra, non
etiam pro iis, quæ vi fluminis perierunt, aut for
mam mutarunt, qua ratione dicimus, vendito
fundo ad menſuram, quo caſu venditio eſt cõ-
10 ditionalis. † *d. l. quod ſæpè 35. §. in ijs, verſic. quia*
venditio, & ibi Bart. ff. de contr. empt. Bar. in l. Iu-
lianus 14. § ſi Titius num. 2. ff. de act. empt. Ang.
de Gamb. d. conſil. 153. num. 9. & 10. Alex. conſ. 33.
num. 5. volum. 6. Soc. ſen. conſ. 26. in fin. vol. 3. Curt.
iun. conſ. 74. num. 15. in fin. Natt. conſ. 263. num.
1. Menoc. conſ. 26. num. 29. Mago. deciſ. Luc. 21.
num. 12. ſi interim pars fundi aquarum inun-
datione pereat, venditoris eſſe periculum ra-
tione pretij illius partis, licet nõ poſſit emptor
11 agere ad id, quod ſua intereſt, † *vt declarant gl.*
in l. 1. §. ſed & cuſtodiam in verb. præſtare debet ff.
de peric. & comm. rei vend. & in d. l. ſi in venditio-
ne 10. §. 1. in verb. non poteſt. ff. eod. Curt. iun. d.
conſ. 74. num. 16.
Nec obſtat, quod dici ſolet in emptione cõ
ditionali periculum deteriorationis interim
contingentis eſſe emptoris, interitus verò ven-
12 ditoris. † *d. l. neceſſario, 8. §. quod ſi pendente, & ibi*
glo. in ver. periculum, & Bald. in 2. lect. verſ. 2. not.
ff. de per. & comm. rei vend. glo. in l. pen. in verb. ſu-
ſpenderat. C. eod. Brun. in tract. de dimin. & deter.
conclu. 20. num. 155. quia reſpondeo primò id
non procedere, quoties res fit deterior in qua-
litate eſſentiali, & ſubſtantiali, vt euenit, cum
13 mutatur ſtatus, & forma, quæ dat eſſe rei, † *vt in*
ſpecie declarat Bal. comm. approbatus in rub. C. de
peri. & comm. rei vend. nu. 4.
Secundò reſpondeo, in caſu noſtro, non tra-
ctari de deterioratione, ſed de diminutione, &
ſic de interitu partis rei: nam deteriorari tunc
dicitur fundus, cum ſalua ipſius ſubſtantia, &
forma mutatur tñ eius bonitas. Cæterum, cum
pars fundi detrahitur, aut ipſius forma mutat̃,
vt euenit in caſu noſtro, non dicitur deteriora-
14 ri, ſed diminui. † *l. ex mille. 64. ff. de eui. & in ſpe-*
cie declarat Brun. in d. tract. de dimin. & deter. con-
clu. 1. num. 2. & pro ea parte interire. *d. l. ſi in ven*
ditione 10. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vendi.
Quo fit, vt eius periculum non debeat eſſe em-
ptoris, ſed venditoris, ſecundum regulam ſu-
15 pra dictam, † *vt in ſpecie tradit Menoch. d. conſ.*
946. num. 30. & ſequen. Quemadmodum enim,
ſi pendente conditione fundus alluuione reci-
peret incrementum, hoc cederet commodo
venditoris, non emptoris, quippe, qui cõgere-
16 tur pretium eius incrementi ſoluere, † *vt ſcri-*
bũt Bart. in d. l. Iulianus 14. § ſi Titius ff. de actio.
empt. & Menoc. conſ. 26. nu. 28. & ſeq. & in ſimilib.
terminis Cagn. in l. 2. num. 190. in fi. C. de pact. int.
empt. & vend. Ozaſc. conſ. 48. num. 27. Menoc. conſ.
606. num. 16. verſic. 4. Theſau. deciſ. 140. per tot. Ita
etiam eius debet eſſe detrimentum, ſi eiuſdem
fluminis vi pars fundi intereat, cum eius eſſe
debeat periculum, cuius eſt & commodum. *l.*
id quod 7. in prin. ff. de peri. & comm. rei vend.
Denique non obſtat, quod datio in ſolutum
nõ fuerit facta ſimpliciter, ſed cum illis verbis
ex nunc, quæ operantur retrotractionem ad tẽ-
17 pus contractus, † *vt in terminis ſcribit Men. conſ.*
4. num. 26. verſ. reſpondetur primo, quo tempore,
ſi facta fuiſſet datio in ſolutum, dubium non
eſt, quin omne periculum fuiſſet emptoris.
18 † *l. 1. C. de per. & comm. rei vend. l. id quod. 7. in prin.*
l. neceſſario. 8. in prin. ff. eo. quia reſpondeo hanc
retrotractionem non poſſe fieri, niſi per fictio-
nem translatiuam de tempore ad tempus, quæ
fictio non poteſt habere locum, ſi tempore eue
nientis conditionis res in totum, vel pro parte
19 non extet. † *l. hæc ſcriptura 15. in princip. ff. ad l.*
Aquil. Bart. in l. ſi is, qui pro emptore 15. num. 53.
& poſt eum alij communiter. ff. de vſucap. Non
enim tunc habet fictiõ, vbi fundetur, ſiue, vt
20 aiunt noſtri, vbi figat pedes, † *vti videre eſt apud*
Bar. in d. l. neceſſario. 8. §. quod ſi pendente num. 3.
& ibi Bald. in 2. not. ff. de per. & comm. rei vend.
Bald. in d. rub. C. eo. num. 3. & 4. & deficit habili-
tas vnius extremi nempe a quo, ſine qua habi-
litate fictio translatiua locum habere non põt,
21 † *vt ſcribunt Barto. in d. l. ſi is qui pro emptore. 15.*
nu. 4. verſ. habes aliud & nu. 52. & ibi Crott. num.
54. verſ. 2. & alij communiter. ff. de vſucap. Retro-
tractio enim admittitur rebus in eodem ſtatu
manentibus non, verò mutatis per augmentũ,
22 aut diminutionem rei, † *vt in terminis reſpon-*
det Menoc. d. conſ. 946. nu. 34.
Quartò ſupradicta multo magis locum ha-
bere debent in caſu noſtro, in quo non ſolum
diminutio, ſed etiam deterioratio fundi pro-
uenit ex culpa ipſius venditoris, vt conſtat ex
atteſtantium dictis. nam hoc ſtante res poſita
eſt extra omnem dubitationem, quia certi iuris
eſt periculum contingens culpa venditoris ad
eum non etiam ad emptorem pertinere, non
ſolum, quando venditio, ſeu (vt in caſu no-
ſtro) datio in ſolutum eſt conditionalis, ſed
23 etiam, cum eſt pura. † *l. ſi vendita. 14. cum l. ſeq.*
vbi not. omnes. ff. de per. & comm. rei vend. glo. in
terminis in l. penul. in verb. te. C. eod. & ſcribunt om-
nes in l. quod te. 5. ff. ſi cert. pet. Quamobrem cõ-
cludo non teneri hæredes Dom. Gullæ accipe-
re fundum datum in ſolutum ſtante diminu-
tione interim ſubſecuta, ſed poſſe agere de eui-
ctione, & conſequi, quanti ſua intereſt rem eui
ctam non eſſe, & verò etiam hypothecaria ex-
periri ſuper alijs bonis debitoris ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro DD. Nicolino, & Iulio Cæſare fratribus de Theſeis.

CONSILIVM XLIII.

ARGVMENTVM.

An, emptor poſſit à contractu recedere, ſi res ven
dita ſit ſubiecta hypothecæ dotali, vel fideicõ-
miſſo, Et quibus ex cauſis res ſuppoſita fidei-
commiſſo poſſit alienari.

SVMMARIVM.

1 *Venditio cenſetur perfecta ſtatim, atque de re, & pretio inter partes conuentum eſt.*

2 *Venditio vbi ſemel eſt perfecta, non licet vni ex contrahentibus altero inuito a contractu recedere.*

3 *Verba ſunt intelligenda ſecundum id, quod eſt veriſimile.*

4 *Qualitas ad vnum finem adiecta non debet operari contrarium effectum.*

5 *Corrigere ſe incontinenti nemo cenſetur.*

6 *Verba ſunt accipienda cum effectu.*

7 *Actio de euictione, quem tenet, eundem agentem repellit exceptio.*

8 *Subſtitutio fit caduca, quoties vocatus moritur pendente conditione fideicommiſſi.*

9 *Fideicommiſſarius conſentiens alienationi rei ſubiectæ fideicommiſſo ſibi præiudicat.*

10 *Filij ſubſtituti patre præmoriente intelliguntur ſubſtituti in portione, in qua, & pater erat ſubſtitutus.*

11 *Subſtitutione ita facta, Subſtituo Titium, & eo præmoriente eius filios, cenſentur filij patri ſuo ſubſtituti vulgariter, non etiam per fideicommiſſum.*

12 *Filij poſiti in conditione, & vocati, cenſentur ſubſtituti non ſolum in portione patris, ſed etiam in portione patrui, ſi pater erat fratri ſuo ſubſtitutus.*

13 *Filij poſiti in conditione, & vocati regulariter intelliguntur vocati in portione patris, non etiam in portione patrui.*

14 *Filij expreſſe ſubſtituti patri ſuo, etiam vulgariter, non cenſentur ex coniecturis vocati in ea parte, in qua poſiti ſunt in conditione.*

15 *Filij poſiti in conditione, & grauati non cenſentur per fideicommiſſum vocati, ſi teſtator eos expreſſim patri ſuo vulgariter ſubſtituit.*

16 *Bona ſubiecta fideicommiſſo, ſi vendantur pro ſolutione æris alieni hæreditarij, puta pro reſtitutione dotium vxoris, alienatio valet irreuocabiliter, & emptores ſunt tuti.*

17 *Teſtator non poteſt in præiudicium ſuorum creditorum ſubijcere bona fideicommiſſo.*

18 *Bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt irreuocabiliter alienari vſque ad quantitatem legitimæ, & trebellianicæ.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

SVppoſito, quod in emptione contrahenda dixerit emptor, *Accetto il partito mediante, ch'io ſij ſicuro, & che non vi ſij aſſicuratione di dote, ne fideicommiſſo ſopra queſti beni*, & venditor reſponderit, *voglio in ogni modo farui ſicuro*, prout teſtes ex parte emptoris examinati deponunt, quæritur, an emptor interpellatus ad conficiendum inſtrumentum, & implendum contractum vtrumque iure recuſet, vel ob id, quod ſuper huiuſmodi bonis mater venditorum habeat hypothecā pro recuperatione ſuarum dotium, quæ poſt mortem mariti nunquam ei fuerunt reſtitutæ, vel ob id, quod venditorum pater, a quo ſupponūtur hæc bona proueniſſe, condito teſtamento inuicem ſubſtituerit DD. Nicolinum, Carolū, & Iulium Cęſarem filios ſuos legitimos, & naturales, vulgariter, pupillariter, & per fideicō- miſſum in capita, & præmortui, vel præmortuorum liberos, in ſtirpē, & ipſis omnibus morientibus ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ab inteſtato eo caſu ſubſtituerit D. Lucianam ipſius teſtatoris filiam, & ea non exiſtente D. Margaritam eius matrem, ſtante, quod ex filijs teſtatoris non ſuperſunt hodie, niſi DD Nicolinus, & Iulius Cæſar venditores, & D. Margarita conſentit venditioni, & parata eſt emptori omnem ſecuritatem præſtare.

Et diligenter omnibus perpenſis puto, emptorem, nec inſtrumenti confectionē, nec con
tractus implementum iure recuſare poſſe, pro-
pterea, quod, vbi ſemel perfecta eſt venditio
(quod euenire intelligitur ſtatim, atque de re,
1 & pretio inter partes conuentum eſt. † *l. neceſſa-
rio. 8. in prin. ff. de per. & comm. rei vend. §. 1. & §.
cum autem. inſt. de empt. & vend.*) non licet poſt-
ca vni ex contrahentibus altero inuito à con-
2 tractu diſcedere. † *l. de contractu. 3. C. de reſcind.
vend.* ſecundum regulas iuris ciuilis, à quibus
non eſt in propoſita ſpecie recedendū ex cau-
ſis ab emptore deductis. vtporè, quæ (ſecundū
ea, quæ proponuntur) nō ſunt legitimæ, nec ad
præbendam recedendi facultatem ſufficiētes.

Namque, quod attinet ad primam deductā
ab illa qualitate, quam emptor adiecit dicen-
do, ſe acceptare, dūmodo ſuper bonis non ad-
ſit aliqua dotis aſſecuratio, nullum in ea pōt
ad effectum recedendi fundamentum cōſtitui,
quamuis ſuper prædictis bonis ſint aſſecuratæ
dotes D. Margaritæ matris venditorum, vtpo-
rè, quæ habet omnia bona mariti, & per conſe-
quentias etiam ea, de quibus agitur, hypothe-
cata, quia prædicta qualitas debet intelligi de
ea dotis aſſecuratione, quæ poſſit emptori dā-
num afferre, non etiam de ea, quæ omnimodo
ſit illi vtilitatem allatura: nam verba ſunt intel
3 ligenda ſecundum id, quod eſt veriſimile. † *l.
nuptura. 58. in fin. ff. de iur. dot. & ſcribunt Socin.
ſen. conſ. 9. num. 18. vol. 1. Pariſ. conſ. 20. num. 81.
vol. 1. Bec. conſ. 101. num. 46. & conſ. 105. num. 32.
vol. 1. Surd. conſ. 3. num. 21.* & veriſimile non eſt
emptorem voluiſſe adijcere qualitatem ſibi
præiudicialem, maximè, cum dixerit, *mediāte,
ch'io ſicuro*, & hoc modo declarauerit, finalem
ſuam intentionē in addendis qualitatibus fuiſ-
ſe, vt ſibi proſpiceret, & cōditionem ſuam red-
deret tutiorem, ideoque non ſit credendus per
hæc verba immediate ſequentia, *& che non vi
ſia aſſicuratione di dote*, voluiſſe excludere eas
dotium aſſecurationes, quæ illum tutiorem, &
ſecuriorē reddere poſſunt, quia alioquin qua-
litas ad vnum finem adiecta contrarium effe-
4 ctum operaretur † *contra l. legata inutiliter 14. ff.
de adim. leg. l. legata inutiliter 19. ff. de leg. 1.* & idē
emptor cenſeretur incontinenti ſeſe correxiſſe
5 † *contra regulam. l. non ad ea. 88. ff. de conditio. &
demonſt.* & adiecisse conditionem omnimodo
repugnantem finali ſuæ intentioni, quam ver-
bis expreſſerat, quod nullo modo ferendū eſt.
Cum igitur in caſu noſtro Do. Margarita, quæ
dotes ſuas ſuper prædictis bonis aſſecuratas ha
bet, offerat ſe paratam recipere pretium horū
bonorum in cauſam reſtitutionis ſuarum do-
tium, & emptori cedere iura ſua, ac omnem illi
ſecuritatem præbere (quod tanq̄ vidua reperēs
ſuas dotes facere poteſt) & hoc modo operet,
vt aſſecuratio ſuarum dotium, non damnū, ſed
valitatem ſit emptori allatura, & tutiſſimam,
ac ſecu-

ac ſecuriſſimam eius conditionem reddituṛa,
Conſequens eſt, vt de ea non ſit prædicta quali
tas accipienda, & ſic, vt non poſſit emptor ſub
prætextu huius aſſecurationis à contractu di-
ſcedere. Et hoc, meo iudicio, dubio caret.
Quod verò attinet ad alteram cauſam dedu
ctam ab illa qualitate, quã emptor adiecit di-
cendo, ſe acceptare, dummodo ſuper prædictis
bonis non adſit aliquod fideicommiſſum, ma-
ior vt ſubeſſe dubitatio, ſtante ſubſtitutione à
patre facta, cuius verba ſupra retulimus. Sed di
ligenter re perpenſa puto, ne ex hac quidem
cauſa poſſe emptorem à cõtractu recedere, quia
prædicta verba ſunt intelligenda de fideicom-
miſſo, quod emptori poſſit afferre damnum, tum
quia de eo veriſimile eſt, emptorẽ ſenſiſſe, quip
pè cuius verba cum effectu ſunt acceptanda.
6 † *l. pen. §. pen. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt, vi*
exi. l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quiſq; iuris, tũ
etiam, quia de eo nominatim locutus emptor
ſupponitur: nam, etſi teſtis ex ipſius parte exa-
minatus ſimpliciter dixerit, eũ acceptaſſe con
ditionem adiectis his verbis, *mediante, ch'io ſij*
ſicuro, & che non vi ſia aſſicuratione di dote, ne fidei
commiſſo ſopra queſti beni, idem tñ ex parte ven-
ditoris ſimul cum alio conteſte examinatus
depoſuit, eum dixiſſe, *con che non vi ſij fideicom-*
miſſo, che non poſſi apportar danno, quæ verba nõ
excluduntur, ſed omittuntur in altera depoſi-
tione, ideoq; debent ſuppleri. Quo poſito ſeq-
tur prædicta verba non poſſe verificari in fidei-
commiſſo à patre venditorũ ordinato, quippè
quod nullum emptori damnum afferre poteſt,
vt patet ex multis, &
Primò ex eo, quia ex ſubſtitutis nullus ſuper
eſt, qui emptori poſſit, aut de præſenti, aut in fu-
turum ex cauſa fideicommiſſi mouere contro-
uerſiam: nam, aut conſideramus filios inuicẽ
ſubſtitutos, & illi ſine dubio quæſtionẽ moue-
re non poſſunt, quia, cum hodie non ſuperſint,
niſi duo, qui ſunt ijdem ipſi bonorum vendito-
res, & per conſequentias emptori obligati de
euictione, non poſſunt haud dubiè bona ab
emptore vindicare, propter regulam, quem
de euictione tenet actio, eundem agentem re-
7 pellit exceptio. † *l. vindicantem. 17. ff. de euictio.*
l. 1. in prin. ff. de excep. rei vend. & trad. Aut verò
conſideramus D. Lucianam ſororem ipſorum
venditorum, quæ in teſtamento legitur eis mo
rientibus ſine filijs legitimis, & naturalibus, &
ab inteſtato ſubſtituta, & eius etiam reſpectu
res caret dubitatione, non ſolum, quia fuerat
ſubſtituta ſub conditione, ſi omnes fratres ab
inteſtatò deceſſiſſent, ideoq; facilè potuiſſet ex
cludi per vnius teſtamentariam diſpoſitionẽ,
ſed etiam, quia deceſſit pendente conditione
fideicommiſſi, ideoq; quoad eam facta eſt ca-
8 duca ſubſtitutio. † *l. vn. §. ſin autem aliquid ſub*
conditione. C. de cad. toll. Aut conſideramus Do.
Margaritam matrem eorundem venditorum,
quæ & ipſa non exiſtente D. Luciana fuit ſub
ijſdem conditionibus filijs ſuis ſubſtituta, Et,
præter id, quod etiam ipſa tanquam vocata ſub
conditione, ſi omnes filij deceſſerint ſine libe-
ris, & ab inteſtato, remanebit excluſa, ſi vnus
ex filijs teſtetur, quod facilè fieri poteſt, occur-
ritur etiam huic damno per ipſius D. Margari
tæ conſenſum, quem parata eſt venditioni præ
ſtare: nam, vbi fideicommiſſarius conditiona-
lis conſentit alienationi rei ſubiectæ fideicom
miſſo, dubiũ nõ eſt, quin ſibi præiudicet, adeo,
vt adueniente poſtea conditione fideicõmiſſi,
9 ſi rem vindicet, exceptione repellatur. † *l. quo-*
ties. 11. C. de fideic. l. nihil 123. §. omnibus. ff. de leg.
1. & faciunt etiam. l. ſi fundum per fideicommiſſum
94. ff. eo. l. cum pater. 79. §. libertis & l. codicillis. 91.
§. 1. ff. de leg. 2. & maximè ſuppoſito, quod, non
ſolum conſentiat, ſed etiam pro filijs promit-
tat, & omnem emptori ſecuritatẽ præſtet, pro-
ut facere parata eſt: nam tunc tanquam obliga
ta de euictione repelletur exceptione, ſi rem
ex cauſa fideicõmiſſi vindicare tentet. *d. l. vin-*
dicantem 17. ff. de euictio. Aut denique conſide-
ramus filios venditorum, qui & ipſi leguntur à
teſtatore ſubſtituti, per illa verba, *& præmortui,*
vel præmortuorum liberos in ſtirpem. Et neq; eorũ
reſpectu fideicommiſſum emptori damnum
afferre poteſt; namque, cum ex duobus filijs,
iiſdemque venditoribus vnus, nempe D. Iulius
Cæſar ſit Canonicus in ſacris conſtitutus, qui
proinde non poteſt habere filios legitimos, &
naturales, non eſt quod emptor ex parte filio-
rum eius metuat controuerſiam. At (dices) po
teſt illam timere ex parte filiorum D. Nicoli-
ni. Sed hic diligenter conſiderandum eſt, hu-
iuſmodi filios non eſſe ſubſtitutos per fideicõ-
miſſum ipſimet D. Nicolino, ſed tantum Do.
Iulio Cæſari: nam ex illis verbis, *& præmortui,*
vel præmortuorum liberos in ſtirpem, non reſultat
inter Do. Nicolinum, & eius filios ſubſtitutio
fideicommiſſaria, ſed tantum vulgaris, quoniã
illa hunc habẽt ſenſum, vt, ſi ex tribus filijs he-
redibus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis vnus
moriatur ſine liberis, in eius portione ſuccedãt
per fideicommiſſum alij duo fratres, ſi tunc tẽ
poris fuerint ſuperſtites, quod ſi vnus tantum
ſuperfuerit, alter verò præmortuus reliquerit
liberos, tunc in tali portione ſuccedat frater ſu
perſtes pro dimidia, & pro altera dimidia ſuc-
cedant alterius fratris præmortui filij, ſi verò tũc
temporis iam fuerint ambo præmortui relictis
liberis, tunc in tali portione ſuccedãt ipſimet
liberi præmortuorum, in ſtirpes, non in capita.
Itaque filij præmortuorum ſunt quidem per
fideicommiſſum ſubſtituti patruo morienti ſi-
ne filiis, ſed non patri ſuo, quoniam illa verba,
& præmortuus, vel præmortuorum liberos, referun-
10 tur ad patrui, non etiam patris portionem, † *vt*
declarat *Rui. conſ. 102. n. 10. verſ. nec ex eo, & nu.*
15. verb. non obſtat, vol. 2. & in eadem ipſa patrui
portione inducunt inter patrem, & filios ſubſti
tutionem vulgarem, ſed non fideicommiſſa-
riam, id eſt, operantur, vt filij Do. Nicolini ſint
quidem vocati ad portionem D. Iulij Cæſaris,
ſi tempore, quo morietur, nón fuerit ſuperſtes
D. Nicolinus, ſed non, ſi tunc temporis ſuper-
uixerit, & poſtea deceſſerit, quia per illa verba
non cenſetur D. Nicolinus grauatus reſtituere
eandem D. Iulij Cæſaris portionem filijs ſuis,
11 † *vt in ſpecie declarant Anchar. conſ. 326. per tot.*
Corn. conſ. 186. num. 5. vol. 1. Alex. conſ. 170. num.
3. volum. 5. Dec. conſ. 394. num. 5. verſ. tertio, Rui.
conſ. 192. num. 5. & 10. volu. 2. Abb. conſ. 40. paulo
ante nu. 1. lib. 1. Pariſ. conſ. 74. num. 17. volu. 2. Soc.
iun. conſ. 180. nu. 36. verſ. veruntamen, & ſeqq. vol.
2. & conſ. 103. num. 16. & 61. verſ. demum volu. 3.
Gabr. conſ. 117. paulo ante num. 1. & num. 14. vol.
1. Decia. conſ. 41. num. 69. verſ. neque obſtat vol. 1.
Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 71. num. 14. & conſ. 399.
num. 3. & 17. conſ. 496. num. 10. verſ. comprobatur,
Pereg.

Pereg.conſ.52.num.5.& 12. volum.1. & eſt opinio magis communis, vt atteſtatur Soc.Iun.d.conſ.180. num.76.vol.2 ſecundum quam ſæpiſſimè iudicauit excellent.Senatus.

Nec eſt, quod quiſquam cauſetur, huiuſmodi filios, licet non cenſeantur patri ſuo per fideicommiſſum ſubſtituti ex illis verbis, *& præmortui, vel præmortuorum liberos*, cenſeri tamen vocatos per fideicommiſſum eo ipſo, quod poſiti ſunt in conditione, ſtantibus coniecturis, quæ videntur in caſu noſtro poſſe conſiderari, quippe, quæ operantur, vt filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, & ſic patri ſuo per fideicommiſſum ſubſtituti, non ſolum in portione ipſius patris, ſed etiam in portione patrui, quoties (vt in caſu noſtro) pater ipſe fuit etiam
12 fratri ſuo ſubſtitutus, † *vt in terminis declarant Pariſ.conſ.66.num.75.volum.2. Gabr.conſil.115. num.13.volum.1. & Peregr.de fideicomm.art.28. num.25.* licet aliàs regulariter intelligantur tantum in portione patris vocati, † *vt ſcribũt Rui.
13 conſ.144.num.8.conſ.181.num.7.volum.2. & conſil.142.num.5.volum.3.Pariſ.conſil.18.nu.61.volum.2. Aleia.conſ.147.num.2.lib.9.Nat.conſ.551 num.7.Gabr.conſ.2.num.6.10.& 13.volum.2. Beret.conſ.74.num.27.Theſ.deciſ.248.nu.16.Peregr. d.artic.28.num.19.& conſil.36.num.19.volum.3. Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.76.nume.86. Vrs.deciſ.393.num.1. vbi ait eſſe opinionem indubitatam.* Quia verius eſt, neque etiam ex hac parte poſſe filios D.Nicolini cenſeri patri ſuo per fideicõmiſſum ſubſtitutos: nam, cum fuerint expreſsè vocati in caſum vulgarem ex vi illorum verborum, *& præmortui, vel præmortuorũ liberos*, conſequens eſt, vt non poſſint cenſeri vocati tacitè ex eo, quod fuerint poſiti in cõdi-
14 tione, † *vt ſcripſerunt Socin ſen.conſ.116.num.1. verſ. Addo etiam, & num.2. & 5.verſ. præterea volum.3. Ruin.conſ.96.nu.11.verſ. Sed tamen vol.2. Pariſ.conſ.86.num.40.vol.2. Menoch.de præſump. d.lib.4.præſump.76.num.89.* Et hoc dato etiam, quod illa verba, *& ipſis omnibus morientibus ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ab inteſtato, eo caſu ſubſtituit præfatam D. Lucianam eius filiam*, intelligerentur etiam de filiorum filijs in conditione poſitis (quod vix eſt, vt ſuſtineri poſſit) & ſic, quod etiam illi fuiſſent à teſtatore grauati: nam grauamen cenſeretur illis iniunctũ caſu, quo bona ad eos perueniſſent ex vi ſub-
15 ſtitutionis vulgaris, † *vt declarant Alex.conſ.24. num.16.volum.3.Ruin.conſ.96.num.8.conſ.100. nu.6.& 7.verſ.dato, cõſ.101.n.7.vol.2. Beret.conſ. 15.num.6. Oſaſc.conſ.74. num.35.& 46. Peregr. conſ.45.num.5.vol.1. Menoch.d.lib.4.præſump 76. num.43.& 44.* Ex quibus apparet, filios D.Nicolini non poſſe in futurum emptori mouere controuerſiam ſupra bonis, de quibus agitur, niſi pro dimidia ſpectante ad D. Iulium Cæſarem, & ita demum, ſi tempore mortis ipſius D.Iulij Cæſaris non fuerit D. Nicolinus ſuperſtes, & ſic fideicommiſſum ordinatum à teſtatore non poſſe afferre damnum emptori in dimidia pertinente ad Dom.Nicolinum, etiamſi nihil aliud adeſſet, quod eximeret bona à fideicommiſſo, ſed tantum in dimidia pertinẽte ad D. Iulium Cæſarem, quæ tamen à fideicommiſſo eximitur ex ſequentibus cauſis, quæ generales ſunt, & ad vtranque portionem referuntur.

Secundò igitur non poſſe huiuſmodi fideicommiſſum emptori afferre damnum, patet ex eo, quia, quoties bona ſubiecta fideicõmiſſo detrahuntur pro ſolutione æris alieni, puta pro reſtitutione dotium vxoris defuncti, perpetuò valet alienatio, nec à fideicommiſſario
16 reuocari poteſt. † *l.pater filium.36.in princ.verſ. idem quæſijt.ff.de leg.3. & ſcribunt Bart. in l.peto. 71.§.prædium.num.2.& ibi Bald.verſ. not. tres caſus.ff.de leg.2. Crott.in l.filiusf.117.§.Diui 2.nu. 36.& ibi Soc.iun.nu.128.ff.de leg.1.Ang.de Gamb. conſ.28.num.24.verſ.non autem primo. Iaſ.in l. Marcellus.3.§.res quæ.num.3.ff.ad Treb. Soc.iun. conſ.137.num.12.volum.1.& conſ.28.nu.3.vol.2. Pereg.de fideicom.art.39.num.4.Peguer.deciſ.106. num.3.* quia teſtator in præiudicium creditorũ non poteſt bona ſua fideicommiſſo ſubijcere.
17 † *d.l.filiusfam.117.§.Diui.2.verſ.ſed hæc. ff. de leg. 1.& l.qui ſolidum 80.§.vlt.ff. de leg.2.* Cùm igitur in caſu noſtro bona, de quibus agitur, diſtrahantur pro ſolutione æris alieni, nempè pro reſtitutione dotium D.Margaritæ, quę in hanc cauſam parata eſt pretium recipere, conſequẽs eſt, vt alienatio, tamquam valida numquam poſſit à fideicommiſſariis retractari, & per cõſequentias non poſſit fideicommiſſum emptori damnum aliquod in futurum afferre.

Tertiò demum, quando hæc omnia ceſſarent, non poſſet fideicommiſſum afferre damnum, ſtante, quod pretium horum bonorum non continet dimidiam totius ſubſtantiæ teſtatoris, vt patet ex inuentario, quæ tamen dimidia liberè poteſt à grauatis alienari pro legitima, & trebellianica, quæ detrahi poſſunt. *cap.Raynutius, & cap.Raynaldus extr. de teſtam.* nã, quia primùm alienata in huiuſmodi quartas imputantur. *l.Marcellus.3.§.res quæ, & ibi not.omnes.ff.ad Trebell.* ideo fit, vt vſque ad illarum quantitatem alienationes valeant irreuocabiliter, & emptor cenſeatur tutus, propterea, quod ei bona non poſſunt ex cauſa fidei-
18 commiſſi euinci, † *vt in ſpecie docent Alex.conſ. 178.num.4.volum.5.& conſ.124.num.7.volu.7. Ruin.conſ.1?5.num.11.volum.3.Soc.iun.in l.in quartam 90.num.39.ff.ad l.Falcid.& d.conſ.28. in princ.& num.2.in fin.vol.2.Gabr.conſ.46.num. 46.vol.1,Ceph.conſ.624.num.7. Peregr.de fideic. d.artic.39.num.4.* Quamobrem concludo non obſtantibus exceptionibus oppoſitis cogendũ emptorem ſtare cõtractui, & eum implere eo, quod; neque ex cauſa dotis, neque ex cauſa fideicommiſſi damnum vllum eſt paſſurus, imo tutiſſimam eſt redditurus ſuam conditionem conuertendo pretium in ſolutionem dotis D. Margaritæ, quæ omnem illi præſtare ſecuritatem eſt parata: Idque, vel eo magis ſtatuendũ puto, quod ex actis apparet, nihil aliud à partibus actũ fuiſſe, niſi, vt emptor omnimodo redderetur tutus, cũ & ipſe ſupponatur dixiſſe, *mediante, ch'io ſij ſicuro*, & poſt conditiones ab eodẽ expreſſas ſupponatur vẽditor ſubieciſſe, *voglio in ogni modo farui ſicuro*; nam eum ex conuerſione pretij in cauſam dotis D. Margaritæ, & ceſſione iuriũ, ac promiſſione ab ea facienda tutus omnimodo reddatur emptor, non puto dubitandũ, quin, quaſi impleta conditione, & ſeruata mente contrahentium iniuſta ſit cenſenda emptoris recuſatio ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro Sereniſſimo Carolo Emmanuele Duce Sabaudiæ.

CONSILIVM XLIV.

ARGVMENTVM.

Allodialitas, vel feudalitas bonorum ex quibus coniecturis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona in dubio præſumuntur allodialia, niſi probetur feudalia vere, vel præſumptiue, nu. 61.*

2 *Feudalitas eſt quædam ſeruitus.*

3 *Seruitus non præſumitur, niſi probetur.*

4 *Ruſtica prædia facilius præſumuntur allodialia, quam caſtra, & principatus.*

5 *Bona campeſtria vaſſallorum ſita in territorio infeudato præſumuntur allodialia; licet vaſſalli fuerint inueſtiti cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac pertinentijs, num. 6. Contra nonnullos relatos, num. 7. Quos reprehendunt relati, nu. 8. Limita, niſi conſtet tempore conceſſionis fuiſſe a Principe poſſeſſa, num. 26.*

9 *Bona facilius præſumuntur allodialia, quando agitur cum tertijs poſſeſſoribus, qui emerunt prædia a vaſſallis in liberum, & francum allodium, etiam ſi talia prædia fuiſſent expreſſa, & enumerata in indiuiduo, num. 10.*

11 *Allodialitatis coniectura vrgens eſt, quando nulla reperitur accepta inueſtitura, nec facta conſignatio.*

12 *Allodialitatis coniecturam facit, quando bona vendita ſunt a vaſſallis in liberum, & francum allodium.*

13 *Allodialia cenſentur bona, quando empta ſunt pro allodialibus.*

14 *Allodialia præſumuntur bona, quando immunitas eorum prouenit ex conſuetudine, vel conuentione, vel principis priuilegio.*

15 *Feudum ſui natura eſt immune.*

16 *Fruſtra imploratur ab homine, quod conceditur a lege.*

17 *Feudalia, etiam ſi tranſeant ad alienas manus, non deſinunt eſſe feudalia.*

18 *Regiſtratio eſt propria allodialium, non feudaliũ.*

19 *Allodialia præſumuntur bona, quando pronunciatum fuit, in loco nihil eſſe feudale.*

20 *Feudalia præſumuntur bona, quando per ſententias bona declarata ſunt feudalia.*

21 *Reſtitutio in integrum non conceditur fiſco aduerſus rem iudicatam, ſaltem ſine magna, & iuſta cauſa, nu. 22. aut errore nu. 62.*

23 *Allodialia iudicantur omnia bona, quando pars bonorum eſt allodialis, & pars feudalis, neq; conſtat, quæ ſit feudalis.*

24 *Bona, qui vult vindicare quaſi feudalia, non ſolũ debet probare, bona fuiſſe in feudum conceſſa, ſed etiam ea, quæ vindicat eſſe illa, quæ in feudum data ſunt.*

25 *Feudum præſcribitur ſpatio 30. vel 40. annorũ.*

27 *Caſtrum ſi conceſſum ſit in feudum cum terris, pratis, ac pertinentijs, perinde accipitur, ac ſi dictum eſſet, concedo quicquid iuris habeo in tali caſtro, & eius finibus.*

28 *Bona, & iura omnia, quæ concedens habet in finib. caſtri, cenſentur tranſlata in inueſtitura, quãdo conceſſio eſt facta cum terris, pratis, &c.*

29 *Feudalia præſumuntur bona poſſeſſa ab hæredibus vaſſallorum, nec Princeps habet neceſſe probare ſe poſſediſſe tempore conceſſionis, ſi non conſtet ea fuiſſe ab alio poſſeſſa.*

30 *Feudalitas campeſtrium non probatur ex inueſtitura, cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac pertinentijs, quando vaſſallus tempore conceſſionis, iam erat dominus bonorum.*

31 *Bona campeſtria non cenſentur tranſlata in vaſſallum ex inueſtitura caſtri conceſſa cum terris, pratis, ac alijs pertinentijs, quũ bona non probãtur ad caſtrũ pertinuiſſe, neq; dicuntur feudalia, licet ab inueſtitis poſſideãtur, nu. 32. Sed cõtra nu. 26. Maximè ſi conceſſio concepta ſit verbis vniuerſalibus, qualia ſunt illa, & dependentijs vniuerſis.*

35 *Caſtro conceſſo cum dependentijs vniuerſis cenſentur translata omnia iura, & bona, quæ concedens habet in finibus caſtri infeudati.*

36 *Participium, pertinentibus, reſoluitur in hæc verba, quæ pertinent.*

37 *Relatiuum ſine copula ſui natura reſtringit.*

38 *Verba illa conceſſionis, cum terris, pratis, ac alijs iuribus, & pertinentijs, reſtringunt præcedentem conceſſionem.*

39 *Copula (quę) ſtat ampliatiuè.*

40 *Verba ampliandi cauſa poſita reſtrictionem non debent operari.*

41 *Pertinentia caſtro dicuntur bona, quæ poſt confiſcationem a Principe ſimul cum caſtro ſunt conceſſa.*

42 *Allodium poteſt concedi in feudum, & recognoſci.*

43 *Feudalitas ex multis coniecturis, & præſumptionibus probatur, & num. 57.*

44 *Feudalia non poſſunt alienari ſine conſenſu Principis.*

47 *Extranei ſunt incapaces feudalium.*

48 *Fœminæ ſunt incapaces feudalium.*

49 *Clerici ſunt incapaces feudalium.*

50 *Reintegratio denotat diminutionem pręcedentem.*

51 *Diminutio eſt ablatio partis rei.*

52 *Laudimium non ſoluitur pro allodialibus, ſed pro feudalibus.*

53 *Feudalitas probatur confeſſione vaſſallorum, etiã in odium ſucceſſorum ſingularium habentium ius ab eis, num. 54.*

55 *Feudalitatis non eſt ſufficiens probatio, ſi vaſſallus dixerit bona pertinere ad feudum.*

56 *Feudalitas probatur ob non factam regiſtrationẽ, nec onerum ſolutionem concurrentibus alijs coniecturis.*

58 *Quantitas pretij declarat, quanta pręda ſint vendita.*

59 *Inueſtitura relata ad diuiſionem denotat omnia bona, quæ diuidens habuit in diuiſione eſſe feudalia.*

60 *Vaſſallus non poteſt de feudalibus teſtari in præiudicium deſcendentium.*

63 *Sententia non debet excedere fines petitionis.*

64 *Res acta inter communitatem, & vaſſallum non debent nocere Principi.*

65 *Clauſula, ſaluo iure, ius integrum conſeruat.*

66 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.*

67 *Feudum ſine conſenſu Principis alienatum non præſcribitur in odium eiuſdem, etiam longiſſimo tempore, num. 68.*

69 *Princeps ex capite ignorantię reſtituitur in integrum*

Digitized by Google

grum aduerſus præſcriptionem,
70 *Feudum alienatum ſine domini conſenſu non præ-*
ſcribitur in odium agnatorum, qui nundum
erant nati.
71 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*
72 *Fiſcus dicitur ſucceſſor vniuerſalis.*
73 *Commodum ſentit, qui ſentit & incommodum.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Conſultationis huius exitum ancipitem primo aſpectu, dubiumque reddidiſſe mihi videtur magna, multiplexq; conceſſionum, conuentionū, atque ſententiarum varietas, quæ in hac patrimoniali cauſa tanta videtur eſſe, vt niſi ſingularium poſſeſſorum iura a priuilegijs, iuribuſq; Communitatis ſeparentur, vix ſit, vt quicquā certi de re tàm ardua, dubiaque ſtatui poſſit. Quamobrem, vt Sereniſs. Principis ius clariùs eluceſcat, totam hanc conſultationem in duas principales dubitationes diuidendam exiſtimaui: Nam quæram primo an omnia bona campeſtria, quæ ſunt in regiſtro Caſtri Podiuarini deſcripta cenſeantur feudalia, ita, vt à Principe eodemq; directo Domino vindicari poſſint. Secundò verò, an in iis bonis competat Communitati Podiuarini ius aliquod regiſtri.

Et in prima quidem dubitatione, vt contra Principem reſponderem multa me primum cogitantem impellebant, ac

In primis regula illa generalis, qua dicimus
bona in dubio præſumi allodialia non feuda-
1 lia. † *cap.* 1. *§. defuncto ſi de feud. def. contentio ſit*
inter dom. & agn. vaſſ. capit. 1. *§. de contr. int. maſc.*
& fœm. & tradunt innumeri quos referunt Gabr.
tit. de feud. concluſ. 3. *Maſcard. de probat. concl.* 79.
num. 5. *& Menoch. de præſump. lib.* 3. *præſ.* 91 *nu.* 1.
2 Nam feudalitas eſt quædam ſeruitus. † *vt ait*
gl. communiter approbata in l. ſicutus 15. *§. ſi vſuſ-*
fructus, in verbo oportere. ff. de vſufruc. quæ non
3 præſumitur, niſi probetur. † *l. altius* 8. *C. de ſeru.*
& aq. l. cum eo. 8. *l. Imperatores* 13. *ff. de ſeru. vrb.*
prǣd. l. domum 62. *ff. de reg. iur.* Idque maximè
procedere videtur, quando, vt in caſu noſtro,
tractatur de prædijs ruſticis, quæ faciliùs præſu-
muntur allodialia, quam caſtra, & Principatus.
4 † *vt ſcribunt Rollan conſil.* 50. *num.* 38. *volum.* 3.
Surd. conſ. 311. *num.* 6. *Menoch. conſil.* 395. *num.* 5.
Nec refert, vtrum à vaſſallis poſſideantur, an ab
alijs: nam, & bona campeſtria vaſſallorum ſita
in territorio infeudato præſumūtur allodialia,
5 non feudalia. † *vt tradunt Afflict. deciſ.* 267. *nu.*
7. *vbi refert ita fuiſſe pronunciatum, Clar. in §. feu-*
dum. quæſt. 18. *num.* 2. *vbi ſimiliter teſtatur ita fuiſ*
ſe iudicatum, Boſſ. in tit. de Princip. num. 242. *Ma-*
ſcard. d. concl. 79. *num.* 7. *Surd. conſ.* 151. *num.* 66.
& d. conſ. 311. *num.* 6. *&* 52. Et hoc, licet fuerint
inueſtiti cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac p-
tinentijs: Nec enim ex hac verborum genera-
litate præſumendi ſunt habuiſſe prædia, quæ
poſſident in territorio infeudato virtute illius
inueſtituræ, & ideo non obſtantibus illis ver-
bis prædia præſumuntur allodialia, non feuda-
6 lia, † *vt tradunt Alex. conſil.* 55. *num.* 19. *volu.* 4.
Brun. conſil. 1. *num.* 3. *& conſ.* 127. *col.* 30. *verſic. &*
ſic & ipſis Rol. conſil. 46. *num.* 65. *&* 67. *volum.* 3.
Nat. conſ. 313. *num.* 2. *conſ.* 514. *num.* 29. *Crau. in*
ſuo reſpon. pro genero num. 228. *Decian. conſil.* 33.
num. 50. *verſ. quoad primum volum.* 2. *Menoch. d.*
conſil. 395. *num.* 23. *Sol. ſuper decr. Rempub. par.* 3.
glo. 1. *num.* 10. *verſ. quibus & num.* 14. *vbi refert*
ita fuiſſe iudicatum Surd. conſil. 135. *num.* 25. *&*
50. *conſ.* 151. *num.* 21. *&* 55. *verſic. non obſt. &*
7 *conſ.* 311. *num.* 12. Quod enim † *ab Iſer. in cap.* 1.
§. quidam tamen num. 3. *verſ. ea vero de contr. int.*
maſc. & fœmin. Iaſ. conſil. 102. *in fin. vol.* 1. *Ruin.*
conſil. 108. *num.* 22. *& ſeq. vol.* 2. *Rol. conſ.* 82 *num.*
49. *vol.* 2. *Natt. conſil.* 446. *num.* 10. *conſ.* 460. *nu.*
11. *conſil.* 520. *num.* 6. *Decian. conſ.* 83. *num.* 40. *&*
ſeq. volum. 4. *Menoch. conſ.* 379. *num.* 79. *& alijs*
traditum eſt, prædia, quæ vaſſalli poſſident in
territorio infeudato, ſi alium titulum acquiſi-
tionis non oſtendant, in dubio præſumi acqui-
ſita ex titulo præambulo inueſtituræ, quę facta
fuit cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac pertinē-
8 tijs, videtur communiter reprobatum, † *vti con-*
ſtat ex Rol. conſ. 2. *num.* 16. *volum.* 3. *qui teſtatur*
de communi. Sola ſuper d. decr. Remp. par. 3. *glo.* 1.
num. 16. *Surd. d. conſ.* 151. *num.* 56. *d. conſil.* 311.
num. 47. *verſic.* 2. *principaliter Menoc. d. conſ.* 395.
num. 30. *verſ. reſpondetur, & nu.* 74.

Secundò verò multo magis hæc videntur
habere locum in caſu noſtrò, in quo res agitur,
non cum vaſſallo, ſed cum tertiis poſſeſſoribus,
qui emerunt prædia in liberum, & francum
allodium: Nam quoad eos faciliùs bona præ-
ſumuntur allodialia, quā ſi res eſſet contra vaſ-
9 ſallum. † *vt tradit Crauet. in d. reſpon. pro genero*
num. 248. *quem ſequitur Menoch. de prǣſump. lib.*
3. *præſumpt.* 101. *num.* 15. Quinimò præſume-
rentur allodialia, etiam ſi in inueſtitura talia
prædia fuiſſent expreſſa, & enumerata in indi-
10 uiduo. † *ſecundum eundem Crau. in d. reſpon. pro*
gen. num. 428. *verſ. ſed nec expreſſim, & num.* 431.
verſ. tertijs planè quem ſequitur Menoc. d. præſump.
101. *num.* 17. Multò igitur magis præſumi de-
bent allodialia in caſu noſtro, in quo nulla ſpe
cialis facta fuit prædiorum mentio, ſed tantum
generalis, cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac
pertinentijs.

Tertio confirmari videtur hæc præſumptio
varijs coniecturis ex quibus bonorum allodia-
litas argui ſolet: Etenim

In primis nulla vnquam pro his prædijs fuit
accepta inueſtitura, & nulla de ijs reperitur fa-
cta conſignatio, quæ res vrgentem præbet allo-
11 dialitatis coniecturam, † *vt tradūt Pariſ. conſi.*
16. *num.* 19. *volum.* 4. *Decian. conſ.* 95. *num.* 1. *&*
ſeqq. volum. 5. *Menoch conſ.* 191. *numero* 16. *&* 19.
conſil. 409. *num.* 75. *& conſ.* 837. *num.* 7. *Surd. dict.*
conſ. 311. *num.* 10. Nec enim, vti ſupra dictum
eſt, ſufficiunt inueſtiturę generaliter acceptæ
cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac pertinen-
tijs.

Secunda verò coniectura ſumitur ab obſer-
uantia ſubſecuta: nam huiuſmodi prædia ſem-
per à vaſſallis fuerunt habita pro allodialibus,
vt patet ex alienationibus, in quibus fuerunt
hæc bona vendita in liberum, & franchum al-
lodium, & ideo inducitur quædam quaſi poſ-
ſeſſio tenendi in allodium, quæ res efficit, vt
12 multò magis cenſenda ſint allodialia. † *vt tra-*
dunt Iſer. in cap. 1. *§. quidam tamen num.* 3. *verſic.*
ea vero de contr. int. maſc. & fœm. Afflic. deciſ. 367.
num. 3. *Brun. conſ.* 127. *col.* 10. *verſ. quod ſi quar-*
tam, & colum. 29. *verſ. item prǣdicta. Roll. conſ.* 50.
num. 38. *in fin. volu.* 3. *Sola ſuper d. decr. Rempub.*
part. 3. *glo.* 1. *num.* 13. *Menoch. conſ.* 395. *num.* 12.
verſ. 4. *conſ.* 837. *num.* 7. *conſil.* 1023. *nu.* 2. *verſ.* 2.
Surd.

Digitized by Google

Surd.d.conſ.135.num.42. conſ.151.nu.32.verſ.6.
conſ.311.num.11. Natu bona empta pro allo-
13 dialibus allodialia cenſenda ſunt.† *vt ait Surd.*
d.conſ.311.num.13.

Tertia coniectura, in qua poſſeſſores magnũ
ſuæ defenſionis fundamentum conſtituunt;
elicitur ex eo, quia, quando bonorum immu-
nitas prouenit ex conuentione, vel conſuetu-
dine, vel alio ſpeciali Principis priuilegio tunc
ſine dubio bona ſunt allodialia, non feudalia.
14 † *vt tradunt Natt.conſ.514.in fin.Rol.conſ.8.nu.*
35.volum.2.Surd.conſ.151.num.71.verſ.ad id au-
tem, & magis in ſpecie, idem Surd.d.conſ.311.num.
13.& 14. Sola d.part.3.glo.1.num.15. Nam, cum
15 feudũ ſit immune ſui natura. † *vt aiunt Iſern.in*
cap.1.in verb.& plauſtrorum num.57.quæ ſint re-
gal.Nat.conſ.400.num.16. Maſcard.de probatio.
concluſ.79.num.23.Surd.d.conſ.135.num.10. &
35.& conſil.151.num.9. conſ.311.num.14. non
eget beneficio Principis, aut conuentionis ad
immunitatem obtinendam; Fruſtra enim im-
ploratur ab homine, quod conceditur à lege.
16 † *l.1.C.de Theſ.lib.10.l.1.ff.ad municip.* In caſu
autem noſtro bonorum immunitas non pro-
uenit ex ſui natura, ſed ex priuilegio Principis,
& ex conuentionibus partium: Primum enim
prouenit ex priuilegio Comitis Amedei quinti,
qui talia bona declarauit libera media remiſ-
ſione 50. ducatorum ex 200. qui quot annis
feudo ſoluebantur. Secundò, cum per fran-
chiſiam Columberij omnia prædia eſſent ſup-
poſita regiſtro exceptis ſex laboreriis, & p lau-
dum prolatum à Io.Graſſis, & Io.Ghiſamberto
fuiſſent excepta tredecim laboreria, tandem à
Ducali conſilio fuerunt exempta omnia labo-
reria, & facta immunia, mediante remiſſione
octo genuinorum. Tertiò prædicta immuni-
tas fuit confirmata duabus tranſactionibus po-
ſteà ſubſecutis, quæ res ſine dubio arguunt im-
munitatem prouenire ex priuilegio, & conuē-
tione, non ex natura bonorum. Et ſanè ſi bo-
na erant feudalia, cur in dubium fuit eorum
immunitas reuocata? Cur tot, tantæque lites
ſuper eorum regiſtratione motæ? Nonnè ſatis
fuiſſet initio litis allegare bonorum feudalita-
tem, vt Communitatis intentio repelleretur?
Cum igitur à vaſſallo non fuerit oppoſita feu-
dalitas, ſed aliis remediis quæſita bonorũ im-
munitas, euidens videtur argumentum allo-
dialitatis. Quinimò videtur hoc apertè ſigni-
ficare clauſula illa, quæ declarat bona libera,
& franca, quandiu non peruenerint ad alienas
manus, poſita in laudo Sereniſs. Comitis Ame
dei, & repetita in ſententia Conſilij Ducalis
ſub illis verbis, *Cæteris quibuſcunque ſententia-*
tis, pronuntiatis, declaratis, ordinatis, & conuentis,
vſque in diem præſentem inter partes prædictas re-
manentibus in ſuo robore firmitatis, quibus nec intē
dunt partes ipſæ per præmiſſa in aliquo derogare.
nam hæc clauſula ſignificat immunitatem
non eſſe realem, ſed priuilegiariam, & certis
tantum perſonis attributam, ideoque ex bo-
norum feudalitate non prouenire, quia, ſi bona
eſſent feudalia, etiamſi tranſirent ad alienas
manus non tamen deſinerent eſſe feudalia,
17 † *vt ait Decian. conſ.83. num.43. volum.4.* &
conſequenter non deſinerent eſſe immunia.

Quarta coniectura ſumitur ex eo, quia hu-
iuſmodi bona tot, tantiſque ſententiis iam fue
runt declarata allodialia, vt res non videatur
amplius in dubium reuocanda: Primum enim
fuerunt declarata allodialia per laudum pro-
latum à Ioan. Graſſis, & Io.Ghiſamberto, qui
pronunciauerunt ea debere regiſtrari, exceptis
13. laboreriis. Itaque per neceſſarium antece-
dens declarauerunt ea eſſe allodialia, quia re-
giſtratio eſt propria allodialium, non feudaliũ.
18 † *vt in terminis declarat Surd.d.conſ.135.nu.36.*
Secundò fuit hoc ipſum declaratum per ſen-
tentiam conſilij Ducalis: nam eo ipſo, quod
declarauit omnia bona campeſtria eſſe libera,
& franca media remiſſione 8. genuinorum ſa-
tis apertè ſignificauit talia bona ſui natura nõ
eſſe feudalia. Tertiò fuit hoc idem apertiùs
declaratum per ſententiam Illuſtriſſimæ Ca-
meræ confirmatam in reuiſione, vbi expreſsè
dictum eſt, in loco Podiuanni nihil eſſe feu-
dale præter caſtrum, pedagium, & cenſum. Quo
fit, vt bona campeſtria debeant in perpetuum
cenſeri allodialia, nec quicquam amplius ſit
19 quærendum. † *vt tradunt Rol.conſ.30.nu.38 in*
fin.volum.3.Surd.d.conſ.135.num.36.& d.conſil.
311.num.16. Nam, & contra, ſi bona per ſen-
tentias fuiſſent declarata feudalia non eſſent
20 amplius de feudalitate diſputandum. † *vt tra-*
dit Crau.in d.reſp.pro gen.num.433. Quod ma-
ximè procedere debet in caſu noſtro, in quo
tractatur de eodem actore, contra quem tunc
temporis latæ fuerunt ſententiæ, nempè de D.
Patrimoniali, tametſi perſonæ reorum ſint di-
uerſæ.

Nec eſt, quod D. Patrimonialis obiiciat ſe
ope reſtitutionis in integrum venire, quia talis
reſtitutio non debet aduerſus rem iudicatam
21 concedi. † *l. Imperatores 35.ff.de re iud.l.ſub ſpe-*
cie.4.C.eod. ſaltem ſine magna, & iuſta cauſa;
22 † *l.3.ff.de in integr.reſtit.* quæ non ſubeſt in caſu
noſtro, quia ſcripturæ, quas D. Patrimonialis
produxit in præſenti cauſa, fuerunt omnes tũc
temporis productæ, & rationes, quæ nunc alle-
gantur, allegatæ.

Tertiò principaliter dato, etiã quod aliqua
bona campeſtria eſſent feudalia, quia tamen
non probat D.Patrimonialis, quæ ſint illa bo-
na, omnia allodialia cenſenda ſunt: Nam,
quando pars bonorum eſt feudalis, & pars al-
lodialis, neque conſtat, quæ ſit feudalis, omnia
23 bona iudicantur allodialia. † *vt tradunt Boſſ.de*
princip.num.247. Rolan.conſ.82.num.17.votu.2.
Menoch.conſ.395.num.18.& conſ.515.num.9.
Surd.conſ.135.num.123.conſil,151.num.49. &
conſ.311.num.19. ſcilicet, quia, qui vult bona
quaſi feudalia vindicare, probare debet non
ſolum bona fuiſſe in feudum conceſſa ſed etiã
ea, quæ vindicat eſſe illa, quæ in feudum data
24 ſunt, aliàs ſuccumbit. † *vt tradunt Menoch.conſ.*
395.num.17.& conſ.515.num.8. & Surd.d.conſil.
135.num.51.& d.conſ.311.num.19.

Quartò, licet diceremus omnia iſta bona
fuiſſe feudalia, adhuc tamen poſſeſſores vidē-
tur tuti præſcriptione 30. & 40. annorum, quo
25 tempore poſſe feudum præſcribi. † *tradit Pa-*
riſ.conſ.15.num.1.volum.4. Soc.iun. conſ.76.num.
61.volum.1. Brun.conſ.61.num.3.& 4. Ceph.conſ.
172.num.8.verſ.poſtremo, iuncto num.22. Menoc.
conſ.837. num.43.& conſ.1023.num.4.

Quintò, & vltimò rem hanc videtur extra
omnem dubitationem conſtituiſſe edictum a
Sereniſſimo Duce nouiſſimè promulgatum,
quo cautum eſt, vt bona, quæ per ſententiam
declarata ſunt allodialia, vel feudalia, talia
cenſenda ſint, nec amplius, aut Princeps, aut
agna-

agnatus poſſit eorum qualitatem in dubium reuocare; Vnde, cum ſuper his bonis iam fuerit lata ſententia, quæ declarauit in Podiuarini Caſtro nihil eſſe feudale præter pedagium, cēſum, & iuriſdictionem, perperam D. Patrimonialis videtur iterum bonorum campeſtrium qualitatem in controuerſiam deducere. Hæc, meo iudicio, ſunt, quæ videntur intentioni D. Patrimonialis, & eius petitioni refragari.

Verum his non obſtantibus re diligenter, atque maturo conſilio perpenſa puto de iure verius, omnia bona campeſtria, quæ ſunt in regiſtro Caſtri deſcripta poſſe à Principe tamquam feudalia vindicari, quod, vt in aperto conſtituam, præſupponam in facto nōnulla, quorum veritas, & cognitio totam hanc controuerſiam extra dubitationem conſtituet: etenim præſuppono

In primis Aymonettum Rotarium, qui ante Oddonum de eodem Podiuarini Caſtro fuerat inueſtitus, multa bona campeſtria poſſediſſe, quæ partim erant feudalia partim allodialia. Feudalia enim erant ea, quæ prius ab Aſtenſi Ciuitate, & ab Illuſtriſſimo D. Marchione Mōtisferrati poſſidebantur, & ex cauſa venditionis Podiuarini in Sereniſſimum Comitē Amedeum tranſlata, ab eo fuerant prędicto Aymonetto in feudum conceſſa, vt apertè conſtat ex inſtrumento venditionis iuncto regiſtro Communitatis, & inueſtitura Aymonetti, & probat etiam illa Communitatis franchiſia, in qua Columberius promiſit Principem regiſtraturum omnia bona campeſtria, quæ tenebat Aymonettus exceptis ſex laboreriis. Nam hęc reſeruatio non aliam habet cauſam, quam, quia putabat Columberius bona campeſtria, quæ fuerāt à Principe conceſſa in feudum Aymonetto, non continuiſſe, niſi ſex laboreria, ſed quia verè plura erant laboreria, ideo prædicta Columberij reſeruatio fuit poſtea ampliata a Io. Graſſis, & Io Ghiſamberto arbitris ad 13. laboreria, quæ ſubijciunt, ſe reperiſſe libera, & franca, reperiſſe, inquam, quia iam erant libera, & franca tempore quo poſſidebantur a D. Marchione Montisferrati, & a Ciuitate Aſtenſi, vti conſtat ex regiſtro. Poſſidebāt etiam Aymonettus alia bona campeſtria, ſed allodialia, non habita a Principe, ſed aliunde quæſita, quæ, cum nollęt regiſtrare, & pro eis onera ſubire, nata eſt inter eum, & Communitatem contentio, quæ poſtea fuit de conſenſu partium deciſa per ſententiam eiuſdem Sereniſſimi Comitis Amedei, q declarauit prædicta bona libera, quamdiu fuiſſent Aymonetti, aut eius ſucceſſorum in Caſtro. Cęterum cum perueniſſent ad alienas manus, declarauit ea ſuppoſita oneribus, & regiſtro. Itaque per hanc ſententiam talia bona facta ſunt libera, & franca, ſed non feudalia.

Secundo præſuppono in facto omnia illa bona, quæ poſſidebat Aymonettus, tam feudalia, quam allodialia, ſed libera, & franca, perueniſſe ad manus Principis, & ab eo fuiſſe poſſeſſa per ſpatium 18. annorum: nam propter feloniā Aymonetti recuſantis debitum fidelitatis iuramentum Principi ſuo præſtare, & propter alia delicta commiſſa, facta eſt a Columberio omnium bonorum eius, tam feudalium, quam allodialium confiſcatio, & reductio ad manus Principis, vti probat eadem ipſa franchiſia cōmunitatis, in qua Columberius metipſomet reductioni is actis promittit Principem regiſtraturum bona campeſtria, quæ erant Aymonetti exceptis ſex laboreriis. Itaque probat bona Aymonetti ad Principem perueniſſe.

Tertio præſuppono in facto bona cāpeſtria, de quorum regiſtratione diſputatum fuit inter communitatem Podiuarini, & deſcendentes Oddoni, eſſe eadem, quæ prius fuerant Aymonetti, & per confiſcationem tranſlata in Principem; Nam eadem a Principe tranſlata ſunt in Oddonum Rotarium, & eius deſcendentes de eodem Podiuarini Caſtro inueſtitos, quod clariſſimè probatur ex compromiſſo facto a cōmunitate Podiuarini, & Io Perciualle filio Oddoni Rotarij primi inueſtiti de anno 1419. Et ex laudo ab arbitris prolato, & eius confirmatione a Principe facta, necnon petitione, & conceſſione alienandi immediatè ſubſecuta, idq; multipliciter. Primùm enim eo ipſo quod communitas Podiuarini petebat adſtringi Do. Perciuallem ad omnia bona campeſtria regiſtranda, exceptis ſex laboreriis, ea ratione, quia Columberius promiſerat Principem ea bona regiſtraturum, vt legitur in compromiſſo ſine dubio fatetur bona a Perciualle poſſeſſa eſſe eadem, quæ Columberius promiſerat Principem regiſtraturum, & ſic bona Aymonetti, quæ per confiſcationem fuerant ad Principem deuoluta, & de quibus in franchiſia locutus erat Columberius. Secundo in eodem compromiſſo Perciual id expreſsè fatetur: nam ait, ſe non teneri ea regiſtrare, quia nec Princeps ea regiſtrauerat a quo ipſe ea habuit, quæ confeſſio ſine dubio probat bona a Principe in vaſſallū tranſlata fuiſſe. Tertio idipſum fatetur idem Io. Perciual in petitione licentiæ alienandi, vbi narrat Columberium promiſiſſe Principem regiſtraturum bona, quæ tenebat in loco Podiuarini, exceptis ſex laboreriis, & facta alienatione de Caſtro, & pertinentiis ſibi motam fuiſſe litem a Communitate ſuper prædictis bonis excedentibus ſex laboreria. Itaque fatetur bona, de quibus lis erat inter Communitatem, & ipſum Perciuallem eſſe ea, de quibus loquebatur franchiſia Columberii, & conſequenter bona, quæ prius erant Aymonetti. Quarto Arbitri in ſuo laudo referentes petitionem Communitatis aiunt eam intendiſſe D. Perciuallem teneri regiſtrare bona campeſtria, tamquam ſucceſſorem Principis, & Aymonetti, quibus verbis ſignificant bona, de quorum regiſtratione diſputabatur inter vaſſallum, & Communitatem eſſe illa, quæ prius erant Aymonetti, deinde Principis: nam in iis Perciual dicebatur ſucceſſor Principis, & conſequenter etiam Aymonetti, cui Princeps ſucceſſerat: Alioquin enim, ſi Perciual habuiſſet ea bona, nō a Principe, qui ab Aymonetto fuerat ea conſecutus, ſed ab alio, malè dixiſſent arbitri, Communitatem eorum petiiſſe regiſtrationem a Perciualle tamquam ſucceſſore Principis, & Aymonetti, quia in iis bonis non fuiſſet eorum ſucceſſor. Quinto iidem arbitri referentes aliam petitionem Communitatis aiunt eam prætendiſſe D. Perciuallem non poſſe acquirere alia bona vltra ea, quæ poſſidebat Aymonettus, Ergo bona de quorum regiſtratione diſputabatur erant bona Aymonetti, quæ propter confiſcationem peruenerant in Principem, & ab eo in Oddonum, & eius deſcendentes. Sexto, & vltimo comprobatur.

Digitized by Google

batur hoc ipſum ex alia eiuſdem Communitatis petitione, de qua conſtat ex eodem compromiſſo, & laudo ſubſecuto: Nam, cum Podiuarini Communitas titulo donationis inter viuos tranſtuliſſet in Aymonettum quoddam Molendinum, vti probat donationis inſtrumentũ, & id ſine dubio non eſſet feudale, tanquam nõ profectum a Principe, poſt factam bonorum Aymonetti confiſcationem, & ſubſecutam infeudationem Caſtri cum pertinentiis, Communitas Podiuarini petebat a Io. Pereiualle reſtitutionẽ prædicti Molendini eo prætextu, quod donatio illa facta Aymonetto erat nulla, contra verò Io. Perciual opponebat Molendinum illud ſe habuiſſe a Principe tamquam de pertinentiis Caſtri, & ideo ſe non teneri id reſtituere. Ex quo clariſsimè conſtat bona allodialia, & propria Aymonetti fuiſſe, translata in Principem, & ab eo tamquam pertinentia Caſtri in Oddonum, & eius deſcendentes inueſtitos perueniſſe.

Quarto præſuppono in facto deſcendentes Oddoni non potuiſſe in loco Podiuarini habere alia bona campeſtria præter illa quę fuerant Aymonetti, & Principis: Nam quia Sereniſsimus Comes Amedeus in ſententia, quam tulit inter Aymonettum, & Communitatem, declarauit non poſſe vaſsallum quicquam amplius acquirere, huic declarationi inhærentes arbitri iuxta petitionem Communitatis declarauerũt D. Pereiuallem, & eius deſcendentes non poſſe quicquam acquirere, vltra ea, de quorum regiſtratione diſputabatur, & ſic vltra ea, quæ fuerant Aymonetti, vt apertè conſtat ex ipſo laudo. In cuius rei confirmationem, cum vaſſalli nonnulla poſtea bona acquiſiuiſſent, & contra nonnulla ex prædictis bonis alienaſſent, fuerunt ad petitionem Communitatis, & illa particularibus reſtituta, & hæc vaſſallis, vti cõſtat ex tranſactione anni 1456. Quinimo ad perpetuam eorum diſtinctionem, & cognitionem inſtante Communitate factum eſt ſeparatum regiſtrum bonorum caſtri, vti conſtat ex actis.

Ex his apparet bona in regiſtro caſtri deſcripta eſſe illa, de quorum regiſtratione diſputabatur inter D. Perciuallem, & Communitatem, quia non poterant vaſſalli alia acquirere, ea vero, de quibus erat contentio inter D. Perciuallem, & Communitatem eſſe illa, quæ prius fuerant Aymonetti, & per confiſcationem peruenerãt ad Principem. Vnde neceſſario ſequitur omnia bona deſcripta in regiſtro caſtri fuiſſe Aymonetti deinde Principis, mox Oddoni Rotarij, & eius deſcendentium.

His ita in facto præſuppoſitis probo omnia hæc bona in regiſtro caſtri deſcripta eſſe feudalia.

Primo, quia, licet ad probandam bonorum campeſtrium, quæ à vaſſallo poſſidentur, feudalitatem generalis illa inueſtitura, cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac pertinentijs non ſufficiat, quando tamen conſtat illa bona tempore conceſſionis fuiſſe à Principe poſſeſſa, nec alius oſtenditur titulus acquiſitionis, cenſentur acquiſita ex præcedente feudali conceſſione, &
26 ſic feudalia, † *vt tradunt Ruin.conſ.108. nu.23. vol.2. Brun.conſ.127.col.28.verſ.& in ſpecie. Nat. conſ.446.nu.11.verſ.nos autem. Sol.d.par.3.glo.1. nu.20.verſ.ſicuti etiam. Menoc.conſ.395.nu.74.& Surd.in contrarium allegatus in d.conſ.151.nu.46 d.conſ.151.nu.51.verſ.2.reſp.& nu.56.* Id ipſum voluerũt *Ruin.conſ.13.nu.8.vol.4. Brun.conſ.1. nu.3. Rol.conſ.82.nu.10.& 58.vol.2.conſ.2.nu.16. & ſeqq.conſ.46.nu.65.& conſil.98.nu.16.& ſeq.& nu.25.vol.3. Sol.d.par.3.gl.1.poſt nu.10.& nu.16. Men conſ.d.cõſ.395.nu.23.conſ.906.nu.2.& Sur. d.conſ.135.nu.54.& d.conſ.311.nu.2.& 47.verſ.2 principaliter, & nu.49.verſ.alij dicunt,* dicẽtes bona campeſtria, quę vaſſalli poſſident in territorio infeudato, non cenſeri feudalia, niſi conſtet ad Principem pertinuiſſe tempore inueſtituræ: nam probato iure concedentis (quod probatur in caſu noſtro) fatentur omnes prædia cenſeri feudalia. Et ſanè verba illa, *Cũ terris, pratis, &c.* perinde accipiũtur, atque ſi dictum eſſet in inueſtitura, concedo tibi quicquid iuris habeo in
27 tali Caſtro, & eius finibus, † *vt tradit Rol d.conſil.82.nu.10.vol.2.& d.conſ.2.nu.17.vol.3.* Et ideo virtute illius conceſſionis cenſentur in inueſtitum tranſlata omnia bona, & iura, quæ concedens habebat in territorio, & finibus Caſtri in-
28 feudati, qualiacumque ea fuerint. † *vt ſcribũt Pariſ.conſ.8.nu.6.& conſ.27.nu.14.vol.1. Soc.iun. conſ.80.nu.43.vol.3. Decia.conſ.123.nu.25.& 38. vol.3. Peregr.conſ.16.nu.10.vol.1.* Vnde, cum in caſu noſtro conſtet Principem tempore conceſſionis poſſediſſe bona Aymonetti, & poſt conceſſionem ea fuiſſe poſſeſſa à vaſſallis, neceſſariò concludendum eſt, ea fuiſſe tranſlata in vaſſallos virtute prædictę conceſſionis, & ſic facta feudalia.

Secundò verò multo magis hęc dicẽda ſunt reſpectu eorum prædiorum, quæ adhuc hodie poſſidentur ab hęredibus vaſſallorũ. Nã, quoad eos non habet neceſſe Princeps docere ſe poſſediſſe illa bona tempore cõceſſionis, ſed ſufficit, ſi non conſtet ea fuiſſe ab alio poſſeſſa, nã præſumuntur fuiſſe Principis tamquam vniuerſalis
29 Domini, & ab eo in inueſtitos tranſlata † *vt eſt doctr. Caſt. in l.1.ff.de acq.poſſ. quem ſequitur Soc. ſen.conſ.36.nu.5.verſ.3.concluſio.& conſ.127.nu.5 vol.1. Iaſ.in l.rẽ quæ nobis 15.nu.32 ff.de acq.poſſ. Ruin.conſ.26.nu.7.conſ.40.nu.14.vol.1.conſ.108. nu.24 vol.2.& conſ.13.num.8.verſ.& idem vol.4. Pariſ.conſ.17.nu.13.vol.1. Soc.iun.conſ.61.nu.68. conſ.68.nu.6.vol.1. Brun.conſ.14.nu.5. Nat.conſ. 460.nu.8.conſ.506.nu.30. Ceph.conſ.172.num.11. Rol.conſ.46.nu.32.verſ.2.iuncto num.59.verſ.non obſtat ſecundum vol.3. Men.conſ.395.nu.24. Sur. conſ.423.num.3.& 19. verſ.quod vero.& declarat idem Men.lib.3.præſ.101.num.2.* Quanto igitur magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo non præſumptiuè, ſed verè conſtat bona fuiſſe à Principe poſſeſſa.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, hęc procedere, niſi cõſtet vaſſallum habuiſſe bona alio titulo, quam feudali, quomodo videtur conſtare in caſu noſtro, ſcilicet quia Princeps iã alienauerat huiuſmodi bona prędicto Oddono Rotario ante inueſtiturã, vt apparet ex literis Sereniſs. Ducis Amedei, in quibus Princeps ante, quã fuiſſet facta inueſtitura, profitetur ſe alienaſſe bona prędicto Oddono Rotario, & ideo, quoniã tempore conçeſſionis vaſſallus iã erat dominus bonorum, ſequens inueſtitura cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac pertinentijs facta, non videtur probare bonorum campeſtrium feudalitatem,
30 † *vt tradũt Sol. d.par.3.gl.1.nu.10.verſ.& iudicio meo, & Surd.d.conſil.311.num.50.in fin.* Quia reſpõdeo alienationem illam, de qua ſupradictæ

literæ

literæ loquuntur, eſſe eandem, quæ poſtea fuit
in inueſtituram redacta: nam, vti notum eſt,
cum Princeps vēdit feudum, prius inter ipſum
Principem, & emptorem fit contractus, deinde
petitur inueſtitura à Camera Ducali, & plerun-
que inter contractum, & inueſtituram multū
tēporis intercedit, quod & in alienatione præ-
dicti feudi Podiuarini contigiſſe, & contractū
alienationis, de quo prædictæ literæ loquuntur
eundem eſſe, qui poſtea fuit in inueſtitura com
prehenſus, vel ex eo intelligimus, quia in lite-
ris prædictis, nō ait Princeps ſe vendidiſſe Od-
dono Rotario bona campeſtria, quæ tenebat
in loco Podiuarini, ſed ait ſe alienaſſe locum
Podiuarini, quem tamen conſtat non eſſe alie
natum per alium contractum, quam per eum
qui poſtea fuit comprehenſus in inueſtitura;
Non eſt igitur hic titulus ſeparatus à titulo
feudali.

Minus eſt, quod aliquis obijciat per conceſ-
ſionem feudi cum pertinentijs, tunc cenſeri
translata bona, quæ Princeps poſſidebat, quan-
do conſtat ea fuiſſe Caſtro pertinentia. Cæterū
quando non probantur pertinuiſſe, verius vide
ri per talem conceſſionem non cenſeri in Val-
31 ſallum translata, † *vt tradunt Alexan. in l.3. in
prin.num.23.ff.de acq.poſſ.& conſ.43. in prin. vol.
1.conſ.222.in fi.vol.6.conſ.14.num. 6.vol.7 Iaſ.in
l.fi.num.7.ff.de conſt.prin. Ruin.conſ.45. num.2.
volum.1.Soc.iun.conſ.160.num.17. & 32.volum.
2.Brun.conſi.127.colum.23.verſ.item non obſtant,
& col.26.verſ.item non obſtant.Nat.conſ.313.nu.
2.Cæph.conſ.144.num.10.conſi.250.nu.15. & 16.
Roll.conſ.82.num.15.& 18.vol.2.conſi.2.num.21.
& conſ.98.num.24.vol.3. conſ.32. num.23. & ſeq.
volum.4.Menoc.conſ.395.num.17. & Surd.conſil.
127.num.46.conſ.151. num.57. & conſ.311. num.
48.* & conſequenter non dici feudalia, licet ab
32 inueſtitis poſſideantur, † *vt tradunt Alex. conſ.
55.num.19.vol.4. Brun.d.conſ.127. col.23. verſic.
Item non obſtant aſſumendo, Natt.d.conſ.313.nu.
2.conſ.514.num.30. Roll.d.conſ.32.nu.24.volu.4.
Sol.in d.decr.remp.part.3.glo.1.num.9. & 14.in fi.
Surd.d.conſi.135.num.59.& d.conſi.311.num.49.
& 58.* Vnde, cum huiuſmodi bona campeſtria
tempore Aymonetti non pertinerent ad feudū
vtpote allodialia, conſequens videri, vt etiam
probata poſſidentis poſſeſſione non propterea
dici poſſint feudalia, quia reſpondeo

Primò contrariam ſententiam eſſe veriorē,
& receptiorem, ſufficere ſcilicet bona campe-
ſtria fuiſſe tēpore conceſſionis à Principe poſ-
ſeſſa, vt cenſeantur translata in inueſtitum ex
33 præcedente feudali conceſſione, † *vt tradunt
omnes relati in primo fundamento.num.26.* Quo-
rum dicta maximè procedere videntur quan-
do, vt in caſu noſtro, conceſſio fuit concepta
verbis vniuerſalibus, qualia ſunt illa, *& depen-
34 dentijs vniuerſis*, ac ſimilia, † *vt declarat Cæph.
d.conſ.172. num 9. & ſeq.* Nam per talia verba
cenſentur translata omnia iura, & bona, quæ
Princeps habebat in territorio, & finibus Ca-
35 ſtri in feudum conceſſi, † *vt tradūt Pariſ.d.conſi.
8.num.6.d.conſi.27.num.14.vol.1.Soc.iun.d.conſi.
80.num.43.volu.3. Decia.d.conſ.123.num.25. &
38.volum.3. Peregr.d.conſi.16. num.10.volum.1.*
Quod enim dicitur ex conceſſione feudi cum
pertinentijs non transferri, niſi, quæ probantur
ad feudum pertinere, verum eſt, quando ſim-
pliciter conceditur Caſtrum cum pertinentijs,
vel Caſtrum cum terris, pratis, & alijs iuribus
pertinentibus, in quibus terminis loquuntur
DD. in contrarium allegati: nam cum illud
participium, pertinentibus, reſoluatur in hæc
36 verba, quæ pertinent † *iuxta doctr. glo. in Clem.
1. in verb. dignitatibus in fin. de præben.* & rela-
37 tiuum ſine copula ſui natura reſtringat, † *vt no.
Bart in l.ea tamen adiectio 44.ff.de leg.3.* neceſſa-
riò verba illa reſtringere debent præcedentem
38 conceſſionem, † *vt in his terminis conſiderant
Roll.d.conſ.82.num.18.volum.2.d.conſ.2. nu. 20.
conſ.98.num.24.volum.3. Menoc.d.conſ.395.nu.
64.Surd.d.conſ.135.nu.101.* Cæterum, quando
in conceſſione poſt enumerata varia bonorū
genera, & iura adijciuntur hæc verba *Alijsque
iuribus, pertinentijs, & depēdentijs vniuerſis*, quo-
modo est in inueſtitura Oddoni Rotarij, ve-
riùs eſt, per ea cenſeri translata omnia bona,
quæ Princeps poſſidebat in territorio, licet nō
probētur ad Caſtrum pertinuiſſe, quia illa ver-
ba, *alijſque iuribus pertinentijs, & dependentijs*, cē-
ſentur ampliandæ potius, quam reſtringendæ
præcedentis orationis gratia adiecta, propter
39 illam copulam (què) quæ ſtat amplianuè † *d.
l.ea tamen adiectio 44.ff.de leg.3. & in terminis tra
dit Cæph.d.conſ.172. num.10.* Et ideo abſurdum
eſſet, verba ampliandi cauſa poſita reſtrictio-
40 nem operari contra regulam. † *l. legata inutili-
ter.14 ff. de adim.leg.*

Secundò reſpondeo, imo hæc bona campe-
ſtria fuiſſe ad caſtrum pertinentia: Primū enim
ea, quæ poſſidebantur ab Illuſtriſ. D. Marchio
ne Montisferrati, & à Ciuitate Aſtenſi, & quæ
nominatim fuerant conceſſa in feudum Ay-
monetto Rotario, non poſſunt non dici perti-
nuiſſe, tanquam pars primę feudalis conceſſio-
nis. Cætera verò, quæ fuerant propria Aymo-
netti, licet ante confiſcationem non poſſent
dici pertinentia Caſtro, tanquam allodialia, &
à feudo ſeparata, tamē poſtea, quàm ad manus
Principis redacta ſunt, & ab eo ſimul cū Ca-
ſtro poſſeſſa, quaſique Caſtro vnita, nō poſſunt
41 non dici pertinentia, † *vt tradunt Brun. conſil.
127.colum.26.verſ.item non obſtat, circa medium,
& Cæph d.conſ.172. num.10.* Et ita bona hæc ap
pellata ſunt tàm ante infeudationem, quàm
poſt, vt patet ex ſententia Columberij, com-
promiſſo Io. Perciuallis, & diuiſione facta ab
eius filijs.

Tertiò reſpondeo in caſu noſtro fruſtra di-
ſputari, an in conceſſione facta Oddono Ro-
tario cum iuribus, & pertinentijs, fuerint com-
prehenſa omnia prædia, quæ Princeps poſſide-
bat, cùm ex ijs, quæ diximus in tertio præſuppo
ſito, conſtet bona Aymonetti, quæ erant Prin-
cipis, fuiſſe poſt conceſſionem ab inueſtito, &
eius deſcendentibus poſſeſſa, vt proinde tan-
quam in re clara non ſit amplius diſputandū.

Denique non eſt, quod aliquis obijciat præ-
dicta bona Aymonetti ſui natura non fuiſſe
feudalia, ſed allodialia, quia reſpondeo faten-
do ea fuiſſe allodialia, quandiu erant in mani-
bus Aymonetti, & verò etiam Principis: Cæ-
terum poſtea quā ab eo fuerunt conceſſa Od-
dono Rotario, & virtute conceſſionis ſimul
cum alijs bonis, iuribusq; feudalibus in Vaſſal
lum translata, non eſt dubitandum, quin aſſum
pſerint naturam feudalem: Poteſt enim allo-
42 dium in feudum concedi, & recognoſci, † *vt
tradunt Bart. in l.ſi aliquā rem. 28.nu.9.ff.de acq.
poſſ.*

poſſ. Caſtr. in l. cum falſa 5. num. 5. C. de iur. & fact. ign. Alex. conſ. 69. nu. 10. vol. 3. Ruin. conſ. 40. num. 12. vol. 1. Nat. conſ. 669. num. 10. Soc. iun. conſ. 65. nu. 3. vol. 1. Decia. conſ. 83. nu. 42. vol. 4. Roll. conſil. 10. nu. 14. vol. 3.

Tertio, & fortiùs iudicanda ſunt feudalia bona, de quibus agitur, ſtantibus tot tantiſque cōiecturis, & præſumptionibus ex quibus ſolis, etiam ſi realiter non conſtaret, ea fuiſſe tempore conceſſionis à Principe poſſeſſa, nihilominus arguerentur feudalia, cum certum ſit, feudalitatem etiam coniecturis, & præſumptionibus
43 probari † *vt tradunt Nat. conſ. 460. nu. 4. & conſ. 520. nu. 2. Rol. conſ. 82. nu. 37. & 58. vol. 2. Men. conſil. 395. nu. 20. et 67. & de præſum. lib. 3. præſ. 91. nu. 39. Surd. conſ. 151. nu. 1. & conſ. 180. nu. 17.* Coniecturæ autem ſunt hæ.

Prima, quæ ſumitur ex reſeruatione beneplaciti Principis facta à vaſſallis in contrahendo, vti conſtat ex compromiſſo Io. Perciuallis, & tranſactione facta inter Communitatem, & eius filios: nam hæc reſeruatio denotat bona, de quibus agebatur, fuiſſe feudalia, vtpotè de quibus vaſſallus ſine conſenſu Principis contra-
44 here non poteſt † *cap. 1. in prin. de prob. feud. alie. per Frid. cap. 1. in prin. de prob. feu. al. per Loth. Sur. conſ. 151. nu. 33.* Alioquin enim, ſi fuiſſent allodialia, nō debuiſſet fieri huiuſmodi reſeruatio, quia de allodialibus quilibet ſine conſenſu Principis contrahere poteſt ex propria autho-
45 ritate † *l. in re mandata 21. C. mand. l. 2. ff. ſi quis à par. fuer. manu. & tradunt Roll. conſ. 50. nu. 21. volum. 3. Maſc. de prob. concl. 79. nu. 3. Menoc. conſ. 255. nu. 10.*

Secunda coniectura ſumitur à petitione licētiæ alienandi bona, quæ erant vltra tredecim laboreria, de quorum regiſtratione litigabatur: nam talis petitio denotat quoq; illa bona fuiſſe feudalia, vtpote quæ non poſſunt à vaſſallo
46 ſine conſenſu Principis alienari † *d. c. 1. in prin. de prob. feu. alie. per Frid. cap. 1. in prin. de prob. feu. al. per Loth.* cum alioquin allodialia liberè vendi poſſint, vti ſupra dictum eſt.

Tertia coniectura capitur ex conceſſione licentiæ alienandi, quæ data eſt non indiſtinctè, ſed ita demum, ſi alienatio fiat in perſonas capaces, quæ reſtrictio denotat etiam bonorum feudalitatem, ſcilicet quia, non, vt allodialium, ita & feudalium ſunt omnes capaces, vt extra-
47 nei, † *cap. 1. §. fin. de ſucc. feud. cap. 1. §. & ſi clientulus de alie. feud. Men. conſ. 977. num. 13. & conſ.*
48 *999. nu. 10.* & fœminæ † *cap. 1. §. filia verò de ſucceſſiu. cap. 1. §. hoc autem notorium de his qui feu. dat. poſſ. cap. 1. quemadm. feud. ad fil. pert. cap. 1. An mutus vel al. imp. cap. 1. de alie. feud. pat. cap. 1. §. ad filias de ſucc. fratr. cap. 1. in prin. de nat. ſucceſſ. feud.*
49 & clerici † *cap. 1. an mut. vel al. imp. cap. 1. de feu. fœm. cap. 1. de vaſſal. mil. qui arm. bell. dep. cap. 1. §. qui clericus ſi de feud. def. cont. ſit int. dom. & agn. vaſ. & latè tradunt Clar. in §. feudum q. 78. Oſaſ. deciſio. 27. Menoch. conſil. 115. numer. 34.* & alij ſimiles.

Quarta coniectura ſumitur ex illa conditione, quæ fuit appoſita in licentia alienandi: nam Princeps ita demum conceſſit facultatem alienandi prædia, quæ excedebant 13. laboreria, ſi vaſſallus intra quinquennium redintegraſſet feudum, ideſt ſi loco bonorum alienatorum alia ſubrogaſſet, quæ eſſet æquiualentia: Significat igitur per prædictam alienationem feudum diminui: Nam redintegratio denotat præce-
50 dentem diminutionem, † *l. manumiſſiones 4. ff. de iuſt. & iur. §. 1. inſtit. de libert.* Atqui non potuiſſet dici feudum diminui, niſi bona illa fuiſſent feudalia, quia diminutio eſt ablatio partis
51 rei † *l. vlt. ff. de cap. min.* & res allodialis dici non poteſt pars feudi. Omnimodo igitur ſignificat illa conditio bona fuiſſe feudalia.

Quinta coniectura deducitur ex reſeruatione ſolutionis laudemij in caſum alienationis prædictorum bonorum, & redintegrationis nō factæ: nam talis reſeruatio arguit & ipſa bonorum feudalitatem, quia pro allodialibus, & liberis laudemium non ſoluitur, ſed tantum pro
52 feudalibus, † *vt tradit Amed. a Pon. quæſt. 3. laudem.* aut ſaltem emphyteuticis, qualia nō ſunt bona, de quibus agitur.

Sexta ſumitur ex pluribus confeſſionibus vaſſallorum, quibus feudalitatem probari certum
53 eſt † *vt tradunt Bald. in l. 1. num. 8. C. quand. lic. ab empt. diſc. Ruin. conſil. 26. num. 2. volum. 1. & conſil. 108. num. 19. volum. 2. Roll. conſil. 82. nume. 19. & 38. volum. 2. Nat. conſil. 120. num. 11. Decia. conſil. 83. num. 41. volum. 4. Sol. ſuper d. decr. remp. par. 3. gloſ. 1. num. 20. Menoch. conſil. 127. numer. 19. & conſil. 395. num. 83. Surd. conſil. 151. nu. 37. & conſil. 423. num. 4. Peregr. conſil. 24. numer. 2. volum. 1.* Et, non ſolum in odium ipſorum confitentium aut eorum hæredum, ſed etiam in odium ſucceſſorum ſingularium ab eis cauſam habentiū
54 † *vt tradunt Ruin. conſil. 26. num. 2. volum. 1. Crauet. in reſpon. pro gen. num. 429. Decia. conſ. 83. nu. 42. volum. 4. Surd. conſil. 151. num. 39.* Confeſſi autem ſunt vaſſalli hanc bonorum feudalitatem, multis modis, & primo Ioan. Perciual, dum ratione horum bonorum reſeruauit in compromittendo Principis beneplacitum, petijt laudi confirmationem, licentiam alienandi, & ſimilia, quæ ſupponunt bona eſſe feudalia ſecundum ea, quæ ſupra diximus. Secundo id ipſum confeſſus eſt Franciſcus, qui inſtituit primogenitum in Caſtro Podiuarini cum duodecim laboreriis feudalibus, & in cœteris inſtituit hæredes vniuerſales alios filios. Tertio hoc idem confeſſi ſunt cœteri omnes vaſſalli eo ipſo, quod hæc bona vocarunt bona pertinentia ad feudum, vt in diuiſione filiorum Ioan. Perciuallis, vel bona pertinentia Caſtro, vt in regiſtro, in compromiſſo, in teſtamento Franciſci, & alibi paſſim, vel bona Caſtri, vt in tranſactione, diuiſione, regiſtro, & omnibus ferè ſcripturis. Et, quamquam hæc poſtrema nominatio per ſe non eſſet ſufficiens ad probandam feu-
55 dalitatem, † *iuxta tradita per Surd. dict. conſilio 151. numer. 97. verſicu. duodecimo, & dict. conſilio 311. numer. 56. verſicu. 4. & Menoch. conſil. 395. numer. 49. verſicu. reſpondetur, & numer. 76.* Iuncta tamen cum alijs coniecturis multum operatur.

Septimo nunquam à vaſſallis fuerunt hæc bona regiſtrata, & nunquam pro eis onera ſoluta, quæ res præbet & ipſa feudalitatis argu-
56 mentum † *vt ſcribūt Nat. conſ. 446. num. 9. verſicu. confirmantur conſil. 460. numer. 15. conſ. 520. numer. 3. & 4. Rollan. conſil. 82. num. 49. verſic. accedit volum. 2. Crau. in d. reſpon. pro gen. num. 433. & ſequent. Oſaſc. conſil. 12. numer. 10. Maſcard. de probat. concluſ. 79. num. 23. Menoc. conſ. 395. num. 13.* Maximè, quando concurrunt, tot tantæque coniecturæ, quæ comprobant feudalitatem: nā

R tunc

57 tunc ceſſant conſiderationes † *Nat.conſ.514.in*
fi.Roll,d.conſ.82.nu.35.vol.2. Surd.conſil.135.nu.
87.& ſeqq.& conſ.151.nu.71.verſ.ad id autem, &
Men.d.conſ.395.nu.33.verſ.reſpondetur,& nu.81
exiſtimantium, leuem eſſe hanc coniecturam,
propterea, quod immunitas ex alia cauſa proue
nire poteſt: Nam eorum dicta procedere poſ-
ſunt, quando non concurrunt aliæ coniecturæ
vrgentes, quæ tamen cōcurrunt in caſu noſtro.

Octauo corroborantur hæc ex quantitate p̃-
tij, quod pro infeudatione Caſtri ſolutum eſt
ab Oddono Rotario; nam pretium fuit aureo-
rum decem, & ſeptem millium, quod ſine du-
bio ſolutum non eſset, ſi in feudum non fuiſset
conceſsum, niſi Caſtrum cum iuriſdictione, cē
ſu, & pedagio, quorum omnium reditus non ex
cedebant ſummam ducētorum aureorum. Ab
hac igitur quantitate pretii intelligimus multa
prædia ſimul cum Caſtro, & iuriſdictione fuiſ-
58 ſe in vaſsallum à Principe tranſlata † *vt arguūt*
Alex.conſ.222.nu.6.vol.6.& conſ.14.num.6.vol.7
Ruin.conſ.50.nu.18.vol.1. Brun.conſ.127.col.26.
verſic.Item non obſtat aſſumendo Natt.conſil 460.
nu.12.verſ.vlterius. Roll.conſ.82.nu.52.vol.2. Ma
ſcar.d.concl.79.nu.27. Men.d.conſ.395.nu.15.32
& 68, Surd.d.conſ.151.nu.7.& 32.verſ.5. Sol.d.gl,
1.nu.17.

Nono, cum filij Io. Perciuallis inter ſe diui-
ſiſsent omnia feuda, & bona, quæ poſſidebant,
& ad Franciſcum pertinuiſset Caſtrum Podiua
rini cum omnibus prædijs ad id pertinentibus,
petijt is ſe inueſtiri de bonis, quæ fuerat conſe-
cutus vigore diuiſionis, & ideo talis inueſtitura
ad diuiſionem relata denotat omnia bona, quę
59 habuerat in diuiſione fuiſse feudalia, † *vt tra-*
dit Decia.conſ.63.nu.32.vol.4. maximè, cum ſub
eadem relatione fuerit iterum, ac tertium in-
ueſtitus.

Decimo, cum Franciſcus in teſtamento ſuo
prælegaſset feudum Podiuarini cum 12. labo-
rerijs feudalibus filio ſuo primogenito, & in a-
lijs ſuis bonis, tam feudalibus, quàm allodiali-
bus (habebat enim, præter bona Podiuarini, &
alia multa in territorio S. Michaelis, quæ erant
allodialia) inſtituiſset hæredes vniuerſales ſex
alios filios, quos habebat, eiſq; prohibuiſset ſub
pœna priuationis hæreditatis, ne primogenito
moleſtiam aliquam inſerrent, non obſtante ta-
li diſpoſitione fuerunt omnia campeſtria Podi
uarini ſimul cum Caſtro diuiſa inter ſeptē fra-
tres, tametſi reluctante, & contradicēte primo-
genito, quæ res ſine dubio probat bona illa fuiſ
ſe feudalia, vtpote, de quibus non poterat vaſ
ſallus teſtari in præiudicium deſcendentium,
60 † *cap.1.de ſucc.feu.cap.1.§.donare, qual.olim feud.*
pot.al. Rol.conſ.50.num.2.& 3.vol.3 Alioquin e-
nim, ſi fuiſsent allodialia, nō potuiſsent filij hæ
redes vniuerſales inſtituti patris diſpoſitioni
contrauenire.

Ex his igitur omnibus, & alijs, quæ prolixitatis euitandæ gratia conſulto omitto, ſatis liquidò conſtat, bona campeſtria Dominorum Podiuarini fuiſse feudalia.

Neque obſtant, quæ in contrarium adducta
ſunt: Ad primum enim reſpondeo, regulam il-
lam procedere, niſi probētur feudalia verè, vel
61 præſumptiuè. † *Quomodo reſpondent Nat.conſ.*
520.nu.12. Rol.conſ.82.nu.58.vol.2.& conſ.2.nu.
11.vol.3. Ceph.conſ.172.nu.14. In caſu autem no
ſtro probatam eſse feudalitatem, & verè, & præ
ſumptiuè, verè, quatenus demonſtratum eſt, ta-
lia prædia fuiſse tempore conceſſionis à Princi
pe poſseſsa, quæ ſola dicitur vera feudalitatis
probatio, ſiue inueſtitura generaliter facta ſit,
cum terris, pratis, &c. ſiue ſpecialiter cum tali
prædio, *vt tradunt omnes relati in primo funda-*
mento. Præſumptiuè verò, quatenus tot, tan-
tiſque coniecturis, quas in tertio fundamento
retulimus, horum prædiorum feudalitas com-
probata fuit.

Neque obſtat, quod inueſtitura generalis nō probet bonorum campeſtrium, quæ à Vaſsallo poſsidentur, feudalitatem, quia reſpondeo, id verum eſse, ſi non conſtet de iure concedentis tempore inueſtituræ, *vti DD. omnes in contrarium allegati profitentur*. Vnde, cum in caſu noſtro de tali iure conſtet, vt patet ex ijs, quę dicta ſunt in tertio præſuppoſito, dubium non eſt, quin talis inueſtitura probet feudalitatem, *vt in terminis tradunt omnes in primo fundamento allegati*.

Ad ſecundum reſpondeo primò, quod dicitur, difficilius præſumi bona feudalia in odium tertij poſseſsoris, quàm in odium vaſsalli, procedere, quando poſseſsor ille ſingularis non habet cauſam à vaſsallo. Cœterum, ſi ab eo ius, & titulum ſuum fuerit conſecutus, verius eſt, cōiecturas, quæ contra vaſsallum procedebant, vim ſuam & contra tertios poſseſſores exercere, *vt tradunt relati in quarta coniectura*. Et quamquam *Men.d.præſump.101.nu.16.* dicat, hoc etiam procedere, quo ad tertios poſseſſores habentes cauſam ab inueſtitis, eius tamen opinio (pace tanti viri dixerim) vera non eſt, nec id ſcripſit Crau. ab eo citatus, ſed totum cōtrarium: Ait enim, quemadmodum confeſſio vaſsalli probat feudalitatem in ſui præiudiciū, ita etiam probare in præiudicium tertij poſseſſoris ab eo cauſam habentis, quippe qui nō poteſt impugnare confeſſionem auctoris ſui.

Secundo reſpondeo dato etiam, quòd contra tertium poſseſsorem habentem cauſam ab inueſtito eſset opus grauioribus probationibus, hic feudalitatem eſſe probatam per veras probationes, quia conſtat bona, de quibus agitur tempore conceſſionis fuiſſe à Principe poſſeſſa, & præterea concurrunt aliæ multæ coniecturæ, quæ rem extra omnem dubitationem conſtituunt.

Ad tertium reſpondeo, imo nullas ſubeſſe coniecturas, ex quibus argui poſſit horum bonorum allodialitas.

Primum enim, quod dicitur de non accepta inueſtitura, falſum eſt, quia de his bonis fuerunt vaſſalli inueſtiti per illa verba vniuerſalia, cum terris, pratis, & pertinentijs, ac dependentijs vniuerſis, quæ ſufficiunt quando, vt in caſu noſtro, conſtat prędia fuiſſe Principis tempore inueſtituræ, *vti tradunt relati in primo fundamento*.

Secunda verò coniectura conuincitur in facto falſa: nam hæc bona fuiſſe à vaſſallis habita pro feudalibus conſtat primo ex ijs, quæ ſupra retulimus feciſse Io. Perciuallem, nempe ex reſeruatione beneplaciti, & petitione licentiæ alienandi bona, de quibus erat cōtrouerſia. Secundo ex teſtamento Franciſci, qui non ſolum ea nominauit feudalia, ſed etiam veritus, ne filij ſuam impugnarent diſpoſitionem, eos priuauit ſua hæreditate, ſi primogenito mo-

leſtiam

leſtiam aliquam intuliſſent. Tertio ex impugnatione teſtamenti à filiis prædicti Franciſci facta, & bonorum campeſtrium diuiſione ſubſecuta. Nam ſine dubio, non contraueniſſent filij paternæ diſpoſitioni, niſi credidiſſent bona Podiuarini, tamquam feudalia ad ſe, veluti in prima inueſtitura comprehenſos viriliter pertinere. Quarto, & ipſe D. Carolus Rotarius, qui fuit primus horum bonorum alienator, habuit ea pro feudalibus: nam in primis contractibus reſeruauit Principis beneplacitum, etiam reſpectu ipſorum prædiorum, quæ profitetur eſſe Caſtro pertinentia, neque ea vendidit in liberum & franchum allodium, ſed ſimpliciter. Planè in poſterioribus venditionibus, quia animaduerterat, ſe non facilè emptores inuenturum, ſi bona feudalia nuncupaſſet propter imminens euictionis periculum, cœpit ea vendere in liberum, & franchum allodium. Verum hæc vnius D. Caroli aſſertio, non efficit, vt prædia dici poſſint à vaſſallis poſſeſſa, & habita pro allodialibus, quippe cum eius anteceſſores ea tamquam feudalia reputarint, maximè, cum alienationes à D Carolo factæ fuerint ab agnatis impugnatæ, eo prætextu, quod bona illa erant ad Caſtrũ Podiuarini pertinentia, & feudalia, & proinde non poterant in ſui præiudicium alienari, vti conſtat ex publicis actis.

Tertia quoque coniectura non obeſt, quia falſum eſt, horum prædiorum immunitatem aliunde, quam ex bonorum qualitate, & natura prouenire. Nam, & ſi tempore, quo poſſidebantur ab Aymonetto (vtique autem de iis bonis loquor, quæ non fuerant in feudum conceſſa) ſuam immunitatem fuiſſent à beneficio D. Comitis Amedei, ideſt ab arbitramentali eius ſententia, tamquam allodialia conſecuta, tamen poſtea, quam ad Principis manus peruenerunt, & ab eo tranſlata ſunt in inueſtitos, cœperunt eſſe feudalia, & ab hac qualitate ſuam immunitatem metiri.

Neque obſtat, quod poſt infeudationem fuerit inter Communitatem, & vaſſallum diſceptatum ſuper horum bonorum regiſtratione, & ſuper ea laudatum ab arbitris, tranſactum à partibus, & à Ducali conſilio pronunciatum, quia reſp. hanc Communitatis prætenſionem non impedire quo minus huiuſmodi bona inter Principem, & inueſtitum eſſent feudalia: Nam Princeps ea conceſſerat in feudum Oddono Rotario, ſed quia Columberius in actu reductionis promiſerat Communitati eorum bonorum regiſtrationem exceptis ſex laboreriis, prætendens Communitas nõ potuiſſe Principem facere talem infeudationem in ſui præiudicium, & in præiudicium regiſtri, egit virtute prædictæ franchiſiæ contra vaſſallum, à quo petiit regiſtrationem eorum bonorum, quæ Princeps in perſona Columberii promiſerat, ſe regiſtraturum. Verum, quia vaſſallus verè habuerat ea in feudum à Principe, ideo noluit talem controuerſiam compromittere, niſi reſeruato Principis beneplacito; Quinimo eadem ratione Communitas adſtrinxit vaſſallum ad promittendum, ſe impetraturum confirmationem laudi, quod ab arbitris erat proferendum, quæ res non fuiſſent neceſſariæ, niſi bona, de quibus contendebatur, perueniſſent à Principe, & in eis Princeps ius aliquod habuiſſet. Quid tum? hoc ipſum declarat petitio licentiæ alienandi prædia illa, quæ arbitri declarauerãt ſuppoſita regiſtro, & ſubſequens licentia cõſtricta ad perſonas capaces cum onere redintegrationis feudi, aut ſolutionis laudemii, vti ſupra dictum eſt: Hæc enim omnia declarant, bona inter Principem, & inueſtitum fuiſſe feudalia, tãquam habita à vaſſallo virtute cõceſſionis; ſed Communitatem prætendiſſe ea non obſtante tali inueſtitura debuiſſe regiſtrari, & Principem non potuiſſe, facere talem infeudationem in ſui præiudicium, & contra formam ſuarũ franchiſiarum.

Denique non obſtat, quod illa bona fuerint declarata libera, quamdiu non perueniſſent ad alienas manus, quæ res videtur ſignificare, immunitatem non eſſe naturalem, ſed priuilegiariam, quia reſpondeo, clauſulam hanc nõ intelligi, niſi reſpectu Aymonetti, & eius ſucceſſorum: nam, quia bona Aymonetti fuerant à regiſtro exempta contra ſui naturam, ideo Princeps indulſerat quidem vaſſallo, & eius deſcendentibus ſucceſſoribus in feudo immunitatem illã, ſed ea lege, vt, ſi quando bona illa tamquam allodialia, & alienabilia perueniſſent ad alienas manus, deberent redire ad priſtinam naturam, & conſequenter regiſtrari. Verum hoc fieri poterat, quando bona erant apud Aymonettum, qui ea tamquam allodialia liberè poterat alienare. Ceterum poſtea, quã peruenerunt ad manus Principis, & ab eo fuerunt tranſlata in vaſſallum, quia ceſſat apud eos facultas alienandi, ideo non poteſt amplius habere locum clauſula illa, quamdiu nõ peruenerint ad alienas manus, ſcilicet quia peruenire non poſſunt, niſi ſinita linea, & cum conſenſu Principis fieret alienatio. Quinimo, & in hoc caſu (qui tamen non contigit) ceſſare deberet ius Communitatis propter tranſactionem initam cũ filiis Io. Perciualis, in qua concedendo immunitatem omnibus habẽtibus cauſam ab inueſtitis, cenſetur illi clauſulæ renunciaſſe.

Minus obeſt quarta coniectura, quia reſpondeo, nullam eſſe ſententiam, quæ huiuſmodi bona ſpecificè declaret allodialia, præter ſententiam Cameralem, contra quam debet Princeps in integrum reſtitui ſtante, quod conſtat euidẽ-
62 ter de eius errore, & iniquitate, † *vt poſt multos tradunt Odd. de reſtit. in int. q. 79. ar. 1. nu. 6. Men. conſ. 66. nu. 4. & conſil. 818. nu. 114. & num. 117.* Maximè, cum error detegatur ex ſcripturis de nouo repertis, & ab ipſamet Communitate productis, nempè ex franchiſia Columberii, quæ probat bona Aymonetti ad Principem perueniſſe, & tamẽ in actis ſuper quibus fuit illa ſententia Cameralis prolata, non conſtabat de tali iure Principis, in quo ſolo totiſſimum huius cauſæ præſidium, & fundamentum continetur.

Deinde vero non poteſt illa ſententia non eſſe iniqua, quia, quamuis de duobus tantum prædiis eſſet diſceptatio, vtrum eſſent feudalia, an allodialia, tamen pronunciatum eſt generaliter, nihil eſſe feudale præter iuriſdictionem cenſum, & pedagium. Itaque ſententia petitio-
63 nis ipſius exceſſit fines † *contra regulam l. vlt. C. de fideic. libert.* Quinimo DD Borgarelli, cũ quibus D. Patrimonialis tũc tẽporis litigabat, ſciẽtes vere prædia illa eſſe feudalia non obſtante prædicta ſententia petierunt ſe de iis inueſtiri, iuxta formã præcedentium inueſtiturarũ; Itaq; eo modo confeſſi ſunt, erroneam eſſe ſententiã.

Neque obſtant ſententiæ latæ, & tranſactio-
nes initæ tempore Io. Perciuallis, quia ſunt res
actæ inter Communitatem, & Vaſſallum, quæ
64 non debent nocere Principi † *tit. C. res int. al.
act.* Et hoc non obſtante, quod laudum à Ioan.
Graſſis, & Io. Ghiſamberto prolatum fuerit à
Principe confirmatum, quia talis confirmatio
facta fuit ſaluo iure ipſius Principis, ideoq; ius
65 integrum ei conſeruauit † *l. & ſi quis 14. § pleri-
que ff. de relig. & ſumpt. funer. l. ſi debitor 4. §. 1. ff.
quib. mod. pign. vel hyp. ſolu.*

Ad tertium reſpondeo, imo probari bonorũ
identitatem ex iis, quæ diximus in præmiſſis: nã
conſtat bona, quæ ſunt in regiſtro Caſtri deſcri-
pta, eſſe illa, de quorum regiſtratione diſputa-
batur inter Ioan. Perciuallem, & Communita-
tem; Bona autẽ, de quibus diſceptabatur, prius
fuiſſe Aymonetti, deinde perueniſſe ad manus
Principis, & ab eo fuiſſe tranſlata in vaſſallum,
& facta feudalia: Neque enim propter franchi-
ſiam Communitatis poterat vaſſallus quicquã
poſſidere vltra id, quòd tenebat Aymonettus,
& ſic vltra id, quod à Principe fuerat conſecu-
tus. Et ideo bona omnia poſita in regiſtro Ca-
ſtri cenſenda ſunt feudalia, quo caſu procede-
re non poteſt, quod dictum eſt, ſuccumbere pe-
titorem non probata identitate, quia id locum
habet, quando pars bonorum eſt feudalis, &
pars allodialis, non vero, quando, omnia bona
cenſentur feudalia, prout in caſu noſtro. Et ſa-
ne ſtante illa franchiſia de non acquirendo, &
eius obſeruantia ad Communitatis inſtantiam
ſubſecuta, habet Princeps pro ſe præſumptio-
nem, vt nihil à vaſſallis cenſeatur poſſeſſum
vltra bona Aymonetti, quæ à Principe fuerunt
in Oddonum tranſlata. Et ideo, ſi poſſeſſores
dicere velint, aliquid à vaſſallo fuiſſe acquiſi-
tum, id probare debent, quia præſumptio tranſ
fert onus probandi contrarium in aduerſarios,
66 † *l. generaliter 24. §. ſi petitum ff. de fideic. lib. latè
Men. de præſump. lib. 1. q. 33. nu. 2.*

Ad quartum reſpondeo Primo contra Prin
cipem vindicantem feudum ſine ſui conſenſu
alienatum nullam opponi poſſe præſcriptionẽ
67 † *cap. 1. § præterea de capit. Corr. cap. 1. in princ. de
prob. feu. alie. per Frid.* etiam longiſſimi tempo-
68 ris, † *vt contra gl. tenent Iſern. in d. §. præterea Soc.
Sen. conſ. 86. nu. 3. vol. 1. Soc. Iun. conſ. 76. nume. 19.
volum. 1. & alij paſſim,* niſi tale eſſet tempus, cu-
ius initij memoria non exiſteret, quale non eſt
id, à quo fieri cepeſit huiuſmodi alienationes.

Secundo reſpondeo præſcriptionem, ſi qua
currere potuiſſet, fuiſſe tunc temporis interru-
ptam, vt patet ex actis.

Tertio reſpon. dato citra veri præiudicium,
quod aliqua præſcriptio dici poſſit cucurriſſe
contra Principem, quia tamen alienationes, &
bonorum qualitatem ignorauit, aduerſus illã
præſcriptionem eſſe ex hoc capite in integrum
69 reſtituendum, † *vt tradant 32. DD. quos refert,
& ſequitur Men. conſ. 726. nu. 52. vbi teſtatur hanc
eſſe magis communem opinionem*: ſola enim tem-
poris immemorabilis præſcriptio talem exclu-
dit in integrum reſtitutionem.

Quarto reſpondeo dato (non tamen conceſ-
ſo) quod contra Principem tamquam Domi-
num directum irreuocabiliter dici poſſit præ-
ſcriptio cucurriſſe, tamen contra agnatos, qui
tempore alienationum nati non erant, vel age-
re non poterant, vti remotiores, & quorum ius
hodie Princeps eſt conſecutus, nullam ſine du-
70 bio præſcriptionem cucurriſſe, † *vt tradũt Iſer.
in cap. 1. §. quid ergo num. 7. verſic. item quid in feu
do de inu. de re alien. fact. Aluar. poſt Iſern. in cap. 1.
§ hoc quoque num. 6. de ſucceſ. feud. Pariſ. conſil. 23.
nu. 199. vol. 1. Soc. Iun. conſ. 76. nu. 27. vol. 1. Brun.
conſ. 67. nu. 10. Gabr. conſ. 163. nu. 15. vol. 1. Meno.
conſ. 701. nu. 100. & conſ. 1098. nu. 20. Surd. conſil.
577. num. 42.* Nam non valenti agere non currit
71 præſcriptio † *l. 1. § fin. C. de ann. exc. l. in rebus 30.
§ fin. C. de iur. dot.*

Ad quintum, & vltimum reſpondeo, edictũ
illud non pertinere ad bona, quæ conſtat eui-
denter eſſe feudalia, ſed tantum ad ea, quorum
qualitas eſt in incerto, vti Princeps publicè p-
feſſus eſt, & indicant præfationis verba. Vnde,
cum in caſu noſtro de horum bonorum feuda-
litate liquidò conſtet ex his, quæ ſupra latè di-
ximus, magis eſt, vt intentioni D. Patrimonialis
nullum poſſit ex hac verè noua lege præiudi-
cium generari. Et ita in hac prima dubitatione
iuris eſſe puto.

Quod autem attinet ad ſecundam dubitatio
nem (vt rem paruæ difficultatis breuiter expe-
diam) puto nullum in his bonis competere Cõ
munitati ius regiſtri, nec Principem contra
franchiſiarum Communitatis formam hęc bo
na in feudum conceſſiſſe, eaque ratione non
poſſe dici à regiſtro exemiſſe, quæ regiſtro non
erant ſubiecta.

Primo, quia in bonis, quæ ante acquiſitionẽ
poſſidebantur à D. Marchione Montisferrati,
& à Ciuitate Aſtenſi, ſine dubio nullum vnquã
potuit Communitas prætendere ius regiſtri, cũ
priuilegium, ſeu franchiſia Comitis Amedei
tribuerit Communitati, non ius augendi regi-
ſtri, ſed ius non diminuẽdi: Promiſit enim Prin
ceps ſe non diminuturum regiſtrum, ſed relictu
rum in ea quantitate, in qua erat tempore Do-
mini Marchionis Montisferrati. Vnde, quia
tunc temporis prædicta bona D. Marchionis,
& Ciuitatis Aſtenſis non erant in regiſtro, vt
patet ex ipſomet regiſtro Communitatis, non
poteſt Communitas virtute illius franchiſiæ p-
tendere talia bona debere regiſtrari. Quantitas
autem eorum bonorum videtur declarata per
ſentẽtiam arbitrorum fuiſſe 13. laboretiorum,
quæ dicunt, ſe reperiſſe libera, franca, & exem-
pta ab onere regiſtrandi.

Secundo verò, quoad bona, quæ erant pro-
pria Aymonetti, & contra formam prædictæ
franchiſiæ fuerant à Sereniſs. Comite Amedeo
exempta, & facta libera, non poteſt etiam præ-
tendere Communitas ius regiſtri, quia, licet fa-
cta non fuerint libera, niſi quandiu permanſiſ
ſent in manibus Aymonetti, & eius ſucceſſo-
rum, tamen eorum appellatione continentur
omnes ſucceſſores vniuerſales, ad quos feudum
peruenerit, vti apertè conſtat ex ipſius franchi-
ſiæ verbis. Itaque continetur, & Princeps, ſiue
72 fiſcus, qui & ipſe ſucceſſor vniuerſalis eſt † *l. fi-
ſcus 6. in princip. ff. de iur. fiſc. l. cum quidam 17. §.
fiſcus ff. de vſur. l. ſecunda C. ad leg. Iul. de vi l. 2. ff.
de fund. dot. l. actione 66. § publicatione ff. pro ſoc.*
Quo fit, vt virtute ſuperioris exemptionis, nec
Princeps debuerit prædicta bona regiſtrare,
maximè cum diminutionis regiſtri recompen
ſandæ gratia fuerint à Principe remiſsi Com-
munitati 50. Ducati annui ex 200. qui quotan-
nis feudo ſoluebantur, & quarta pars bannũ-

rum

Digitized by Google

rum campeſtrium:nam ea remiſſio,vtpote quę non ſolum vaſſallum afficit, ſed etiam ipſum Principem,qui ratione morum 50. Duc. priuatur iure directo,operatur,vt debeat etiam ad eius fauorem exemptio bonorum facta trahi,vt commodum ſentiat,qui ſentit, & incommo-
73 dum † l.is qui in poteſtate 15. §.vltim. ff.de legat. præſt. l.ſecundum naturam 10. ff.de regul. iur. & deterioris conditionis non ſit Princeps, quam vaſſallus.

Hinc apparet promiſſionem illam Columberij de bonis omnibus Aymonetti à Principe regiſtrandis exceptis ſex laborerijs fuiſſe iniuſtam,& contra formam pręcedentis exemptionis à Communitate obtentam ex iniuſta cauſa,ne ſcilicet cogeretur Columberius ferro, flāmisque Podiuarini locum ob contumaciam hominum deuaſtare, vt ipſamet promiſſionis verba docent, & ideo nullum in ea poſſe Communitatem ſuæ intentionis fundamentum cōſtituere,maximè cum illa promiſſio nunquam fuerit obſeruata,nec vnquam Communitas ipſa reclamarit,quinimo paſſa ſit ab Oddono Rotario,qui poſt 18.annum à die promiſſionis Columberij fuerat de eodem feudo contra prædictę promiſſionis formam inueſtitus,& loci poſſeſſionem acquiri, & franchiſiarum obſeruantiam ad eum tātum modum promitti,quo fuerāt à Principe obſeruatæ, quæ verba ſine dubio ſignificant vaſſallum noluiſſe regiſtrare bona, quæ Princeps nō obſtante Columberij promiſſione non regiſtrauerat.

Nec eſt, quod aliquis obijciat poſt Oddonis infeudationem laudum ab arbitrijs ſumptis prolatum eſſe, quod declarauit omnia prædia ſuppoſita regiſtro, exceptis 13.laborerijs, quia reſpondeo, primo laudum illud, tanquam erroneum, & inter alios prolatum non nocere Principi,& hoc non obſtante,quod fuerit ab eo confirmatum,quia vti ſupra dictum eſt, talis confirmatio facta fuit ſaluo iure ipſius Principis.

Secundo reſpondeo laudum illud fuiſſe reuocatum per ſubſequentem ſententiam Conſilij Ducalis, in qua declarata ſunt omnia bona libera in perpetuum; quinimo ſecutam eſſe trāſactionem,in qua Communitas declarauit bona futura libera non ſolum apud vaſſallos, & eorum ſucceſſores in Caſtro, ſed etiam apud alios omnes habentes cauſam ab eis. Itaque renunciauit illi franchiſiæ, quæ tribuebat ei ius reuocādi bona ad regiſtrum, ſi peruenissent ad alienas manus.

Ex quibus omnibus apparet Communitatem,neque ex Sereniſſimi Comitis Amedei ſētentia, neque ex Columberij promiſſione, neque ex arbitrorum laudo ius habere petēdi horum bonorum regiſtrationem, minus ex ea lege,quam nouam appellant,tum quia,vti ſupra diximus, non pertinet ad ea bona, quæ conſtat euidenter fuiſſe antiquitùs in feudum conceſſa, tum etiam quia loquitur de bonis priuatorum,non verò Principis, quem ad regiſtrādum compelli, maximè poſt retributam diminutionis regiſtri iuſtam compenſationem, nulla ratio permittit. Et ita in omnibus ſupradictis iuris eſſe cenſeo,ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Perill. D. Philippo Cambiano ex Dominis Roſſiæ.

CONSILIVM XLV.

ARGVMENTVM.

An,& quando conſortes feudi, qui ſunt eiuſdem cognominis, cenſeantur legitimi contradictores Principi, aut habenti cauſam ab eo, qui vult appræhendere poſseſsionem feudi, quaſi deuoluti ob lineam finitam, Et ex quibus coniecturis agnatio probetur, Et an, & quando feudum præſumatur antiquum, Et an, & quando tranſuerſales ſuccedant in feudo nouo conceſso iure antiqui, Et an, & quando Princeps teneatur inueſtire proximiores vltimi poſseſsoris,quoties feudū deuoluitur, quaſi finita linea.

SVMMARIVM.

1 *Princeps viuente adhuc vaſſallo poteſt transferre feudum ab eo poſſeſſum in alium, collata tamen in caſum deuolutionis conceſſione.*
2 *Princeps circa poſſeſſionem feudi apprabendendam poteſt omnem in alium transferre poteſtatem,quam ipſe babet.*
3 *Feudum deuoluitur ob lineam finitam.*
4 *Princeps poteſt authoritate propria appræhendere poſſeſſionem feudi deuoluti.*
5 *Princeps feudo deuoluto poteſt expellere occupatores,etiam per vim, & manu armata, necnon omiſſis quibuſcumque iuris ſolemnitatibus.*
6 *Poſſeſsio,quæ magiſtratus authoritate apprabenditur, iuſtior eſſe ſolet.*
7 *Dominus directus non impeditur ſola reſiſtentia verbali,quominus authoritate propria iure poſſit ingredi poſſeſſionem.*
8 *Miſſus in poſſeſſionem legitimè, & ex iuſta cauſa debet in ea manuteneri.*
9 *Feudi reductio per procuratorem Cæſaris facta, non poteſt ius tertio quæſitum auferre:maxime ſi is appellauerit ,aut reſcriptum inbibitorium obtinuerit nu.10.*
11 *Reſcriptum poſterius priori derogat.*
12 *Sequeſtratio non aufert poſſeſſionem ei,qui verè,& iuſte poſſidet.*
13 *Poſſeſſionem feudi animo retinens eſt in ea manutenendus.*
14 *Poſſeſſione feudi ſpoliatus in ea reſtitui debet.*
15 *Feudum,niſi babeatur a Principe,poſſideri non poteſt.*
16 *Titulus præſumptus,& coloratus in vaſſallo poſſidente ſufficit ad boc, vt legitimè poſſidere dicatur,& quæ videantur ſufficere ad colorandum titulum,nu.17.*
18 *Poſſeſſio alteri per alterum acquiri ſine mandato non poteſt.*
19 *Poſſidere ſe alterius nomine non ſufficit aliquem dicere,vt ei acquirat poſſeſſionem, niſi de mandato conſtet.*
20 *Mandatum non præſumitur.*
21 *Negotiator, ſiue geſtor negotiorum dicitur is, qui*

ſine mandato negotia gerit.

22 *Cauere nõ ſolet rem ratam dominum habiturum, niſi, qui mandato caret.*

23 *Delinquere velle nemo præſumitur.*

24 *Poſſeſſionis in adipiſcendæ remedio, qui non poſſidet, non eſt legitimus contradictor.*

25 *Feudum non præſumitur antiquum, non obſtante quod diutius fuerit in familia, nec agnatus præſumitur ab eodem ſtipite deſcendiſſe.*

26 *Poſſeſſio, vt acquiratur, ſufficit dominum apprehenſionem poſſeſſionis factam ſuo nomine ratam habuiſſe, licet mandatum non præcedat.*

27 *Præſentia ſola domini videtur ſufficiens ad acquirendam poſſeſſionem, etiam ſine expreſſa ratificatione.*

28 *Ratificatio facta poſtquam tertio eſt ius quæſitum nihil operatur.*

29 *Ratificatio debet fieri re integra, alioquin nihil operatur.*

30 *Poſſeſſio mihi per alium acquiſita amittitur contraria illius voluntate.*

31 *Poſſeſſio vitioſa alicui prodeſſe non debet, nec ob eam quis alicui poteſt legitimus contradictor.*

32 *Poſſeſſio contra Dominum directum ingredi eum volentem vaſſallo non prodeſt, quoties incontinenti conſtat eum nullum habere titulum, neque verum, neque præſumptum.*

33 *Feudo in antiquo tranſuerſales in infinitum admittuntur: Amplia, vt nu. 34.*

35 *Feudum præſumitur eſſe antiquum, Declara, vt num. 101. & 102.*

36 *Poſſeſſionis commodum, etiam in feudalibus tranſfert onus probandi in aduerſarium.*

37 *Feudum præſumitur antiquum, quoties conſtat ad id agentem iam habere partem in eo, Amplia vt num. 38.*

39 *Singula quæ non proſunt regulariter vnita iuuant.*

40 *Agnatio, quia difficilis probationis eſt, maximè in antiquis, probari poteſt coniecturis, & præſumptionibus.*

41 *Agnationis ſufficiens coniectura eſſe videtur identitas cognominis, & inſignium, maximè ſi habens talia habeat etiam partem in feudo, & iuriſdictionem cum alijs indiuiſam n. 42. Declara, vt num. 56. & 57.*

43 *Agnatio videtur in antiquis concludenter probari ex nominatione, & tractatu aſcendencium vtriuſque lineæ, qui ſe reputarunt pro agnatis, & deſcendentibus ab eodem ſtipite, Declara, vt num. 62.*

44 *Confeſſionem propriam nemo rectè impugnare videtur.*

45 *Dictio, proximus, videtur ad ius ſanguinis referri.*

46 *Comparatiuum nihil habet reſpectu naturæ, & qualitatis, quod non inſit poſitiuo.*

47 *Agnatio videtur probari teſtibus deponentibus de auditu, & fama.*

48 *Feudum conceſſum ea lege, vt habeat vim, robur, & effectum feudi antiqui auiti paterni, debet antiqui naturam aſſumere, & perinde haberi, atque ſi vere fuiſſet antiquum, & in eo ſuccedunt tranſuerſales primi acquiſitoris numer. 49. Amplia vt num. 50. Declara, vt numero 65. & 66.*

51 *Clauſula (quod dictum feudum antiquum auitum, & paternum in omnibus cenſeatur) complectitur omnes antiqui feudi qualitates.*

52 *Verba probibitiua acquiſitionis ſub quouis ingenio, & colore, prohibent etiam acquiſitionẽ, quæ fit lege.*

53 *Feudum, licet finita linea deuolutum cenſeatur, tenetur tamen Princeps de eo agnatis proximioribus facere inueſtituram ex Bartoli doctrina, quæ tamen eſt dubia, & in feudis non ſolet practicari, nu. 105. & 106.*

54 *Agnatus, qui vult in feudo ſuccedere debet concludenter probare qualitatem, in qua conſiſtit ſuæ intentionis fundamentum, nempe agnationem.*

55 *Cognomen idem quis habere poteſt, & eſſe de eadem domo, ſed non agnatus, vti quotidie videmus.*

58 *Coniecturis opus non eſt in claris.*

59 *Feudum prætendere iure ſucceſſionis tamdiu alius non poteſt, quamdiu eſt ſuperſtes aliquis ex deſcendentibus primi acquiſitoris.*

60 *Inſtrumento non creditur in alijs partibus, quando in vna conuincitur non eſſe verum.*

61 *Nominatio, qua quis vti agnatus nominatur ab aſcendentibus vtriuſque lineæ, non poteſt Principi tamquam tertio nocere.*

63 *Declarationi factæ in articulo mortis, & in exonerationem conſcientiæ potius, quam anterioribus ſtandum eſt.*

64 *Feudi ad ſucceſſionem admittendi non ſunt tranſuerſales non deſcendentes à primo acquiſitore.*

67 *Frater fratri non ſuccedit in feudo nouo, etiam ſi conceſſio ſimul facta ſit.*

68 *Feudum nouum efficitur, tam propter noua pacta, quam propter recognitionem factam a nouo domino, qui priori non ſucceſſit.*

69 *Laudimium de iure non debetur propter alienationem factam vni ex comprehenſis in inueſtitura.*

70 *Laudimium ſoluitur propter conſenſum, qui præſtatur a Domino, ſine cuius voluntate fieri non poteſt alienatio.*

71 *Feudum comprehenſis in inueſtitura ſine domini voluntate alienari poteſt.*

72 *Feudum reſtringitur ad deſcendentes hæredes per illa verba (per ſe, & ſucceſſores ſuos) & per illa (per ſe, & hæredes ſuos.)*

73 *Feudum reſtrictum ad deſcendentes hæredes non debet extendi ad agnatos, non obſtante clauſula in antiquum.*

74 *Cauſa limitata limitatum parit effectum.*

75 *Feudum hæreditarium denotatur ex eo, quod in conceſſione facta fuerit mentio hæredum, & ſucceſſorum.*

76 *Feudum hæreditarium prætendere non poſſunt, qui non ſunt hæredes, aut primi inueſtiti, aut vltimi defuncti.*

77 *Clauſula (iure antiqui auiti, & paterni) fingit communem parentem primum acquiſitorem.*

78 *Feudum ad hæreditarium non admittitur, qui non eſt hæres, aut primi acquiſitoris, aut vltimi poſſeſſoris, etiamſi ſit conceſſum iure antiqui.*

79 *Verba hæc (hæredes ſuos) poſita in inueſtitura verè non fictè ſunt accipienda.*

80 *Dictio ſuos, tamquam perſonaliſſima non poteſt verificari, niſi in hæredibus loquentium, & nominatorum.*

Hæredem ſanguinis, quem eſſe, ſatis non eſt, niſi probet ſe etiam hæredem bonorum.

81 *Hæreditate alicui non delata per eum ſtare non dicitur,*

Digitized by Google

citur, quo minus ſit hæres, Declara, vt numero 82.

83 *Hæreditas iure ciuili non defertur vltra decimum gradum.*

84 *Feudum, ſi primordialiter faciat tranſitum in tranſuerſales acquiſitoris ex pacto, vel alijs caſibus, poſſunt illi ſuccedere, vſque ad ſeptimum gradum, & numer. 87. ſecus, ſi primordialiter fecerit tranſitum in deſcendentes primi acquiſitoris.*

85 *Gradus in feudali ſucceſſione, an computentur ab vltimo poſſeſſore, an verò a primo inueſtito, & num. 86.*

88 *Tranſuerſalium ſucceſſio, an ſit conſtricta ad ſeptimum gradum, quando feudum eſt conceſſum iure antiqui, & num. 89. 90. & 94. & quid, ſi feudum ſit vere antiquum, nu. 96.*

91 *Feudum concedo etiam pro tranſuerſalibus, vel concedo iure antiqui, paria ſunt dicere.*

92 *Taciti, & expreſſi par eſt virtus.*

93 *Expreſſum potentius eſt, quam tacitum.*

95 *Feudum antiquum non eſt, niſi habeat originem ab aſcendente, & ab eo tranſitum fecerit in deſcendentes.*

97 *Tranſuerſalium ſucceſſio tunc, vſque ad ſeptimum gradum admittitur, cum primordialiter in eos fecit tranſitum, ſecus, cum primordialiter fecit tranſitum in deſcendentes, quia tunc verius videtur tranſuerſales eſſe in infinitum admittẽdos, Declara vt nu. 98.*

99 *Clauſula iure antiqui, &c. non mutat feudum nouum in antiquum, neque vocat tranſuerſales.*

100 *Inueſtiti ius agnatis acquirere non poſſunt.*

103 *Pactum quod dominus non poſſit aliquid acquirere in loco feudi conceſſi debet intelligi de titulo voluntario, non autem de deuolutione, quæ fit ex natura feudi.*

104 *Verba, ſaluo iure feudi, ſine dubio deuolutionem excipiunt, quæ ex iure feudi proficiſcitur.*

107 *Bart. doctrina in l. 1. §. permittitur ff. de aq. quot. & æſt. recipit plures limitationes, vt nu. 108. 109. 110. & 111.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

TOta vis huius conſultationis, conſiſtit in duobus. Primo in edocendo, & confirmando iure Do. Philippi. Secundò in demonſtrando defectu iuris DD. fratrum agentium.

Et quidem quod attinet ad ius Dom. Philippi conſtat id non eſſe in obſcuro, nec in difficili: Cùm certum ſit potuiſſe Principem adhuc viuente Dom. Iulio transferre feudi partem ab eo poſſeſſam in Do. Philippum, collata tamen
1 in caſum deuolutionis conceſſione. † *cap. 1. qui ſucc. feud. dar. ten. cap. 1. qui ſucc. tene. cap. 1. §. fina. vbi Iſern. Aluarot. & alij. de feud. dat. in vic. leg. comm. cap. 1. §. moribus, & ibi Aluarot. ſi de feud. def. cont. ſit int. dom. & agn. vaſſ. Socin. ſen. conſil. 53. nume. 3. volum. 3. aliàs eſt poſt conſil. 288. volum. 2. Afflict. deciſio. 292. num. 5. & 8. Socin. iun. conſil. 76. nume. 119. volum. 1. Clar. in §. feudum. quæſtio. 14. Rolland. conſil. 2. nume. 44. volum. 1. Andr. Gall. lib. 2. obſeruat. 155. numer. 2. Roſental. de feud. cap. 4. concluſio. 9. numer. 1. Andr. Fachin. lib. 7. contr. cap. 28.* & pari modo potuiſſe circa poſſeſſionem apprehendendam omnem in eum trans-
2 ferre poteſtatem, quam ipſe habuiſſet, † *vt tradit Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 52. numer. 138. circa fi.* Vnde, quia mortuo Domino Iulio ſine prole maſculina, & conſequenter ob lineam fi-
3 nitam deuoluto feudo. † *iuxta tradita per Menoch. conſil. 503. num. 0. & Peregr. conſil. 3. num. 5 & 7. volum. 1.* potuiſſet Princeps authoritate p-
4 pria poſſeſſionem eius apprehendere, † *vt tradunt Bald. in cap. quæ in eccleſiarum. nu. 31. de conſtit. Boſſ. in titu. de Principe, num. 331. vbi refert ita fuiſſe iudicatũ, & ita ſeruari de conſuetudine. Nat. conſil. 563. num. 36. Gabr. in tit. de acqu. poſſ. concluſio. 1. num. 106. Borgn. deciſio. 36. num. 336. & ſeqq. par. 2. Peregr. d. artic. 52. nume. 138. Collegium Patauinum inter conſil. eiuſdem Peregr. conſil. 2. num. 18. volum. 1. Idem Peregr. conſ. 17. nu. 4. volum. 2. & Sacc. conſil. 1. nume. 11. & ſeqq.* & occupatores etiam per vim, & manu armata, nec non omiſſis quibuſcumque iuris ſolemnibus expellere,
5 † *vt tradunt Colleg. Patau. inter d. conſil. Peregrin. conſil. 2. num. 18. vol. 1. Borgn. d. deciſ. 36. num. 337 par. 2.* non eſt dubitandum, quin Do. Philippus potuerit id ipſum facere, & multo magis cum authoritate magiſtratus appræhendere poſſeſ-
6 ſionem, quæ iuſtior eſſe ſolet. † *l. iuſtè. 11. ff. de acq. poſſeſſ. late Bec. conſil. 219. num. 14. lib. 2.* ſtante maxime, quod in tali appræhenſione nulla fuit facta reſiſtentia, aut, ſi qua facta dici poteſt, fuit ſolum verbalis, quæ non impedit, quominus authoritate propria iure poſſit Dominus dire-
7 ctus ingredi poſſeſſionem, † *vt in emphyteuſi tradunt Clar. in §. emphyteuſis. quæſt. 11. Ludo. deciſ. 17. num. 16. & Sacc. d. conſil. 1. num. 15.* Ex quo ſequitur Dominum Philippum, quia legitimè fuit, & ex iuſta cauſa in poſſeſſionem miſſus,
8 debere in ea manuteneri. † *l. 1. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſ. eſt.* non obſtante reductione feudi poſtea facta inſtante Domino Patrimoniali, quia talis reductio non potuit ius Domi-
9 no Philippo quæſitum auferre. † *l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. §. fina. Inſtitut. eodem. §. ſed hæc quidem. authent. de nupt. collatio. quarta.* Maximè cum à tali reductione appellauerit, & inhibitorium reſcriptum impetrauerit, ne vis ei fiat in poſſeſſione: nam eo modo integrum
10 ſibi ius ſuæ poſſeſſionis conſeruauit. † *l. prima, ff. nihil nou. appell. int. dict. l. prima. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſ. eſt.* Et, quamuis per aliud Principis reſcriptum poſſeſſio fuerit penes tertium repoſita, quaſi in vim ſequeſtri, non tamen hoc ei potuit aliquod præiudicium afferre, tum quia reſcriptum à Domino Philippo impetratum
11 eſt poſterius, ideoque priori derogauit. † *cap. cæterum 3. de reſcript. & not. in cap. primo eodem titulo, & tradit Iaſon. in l. pacta nouiſſima. 12. in numero tertio verſicu. ſeptimo, C. de pact.* tum etiam quia ſequeſtratio non aufert poſſeſſionem ei,
12 qui verè, & iuſtè poſſidet. † *l. intereſſe. 39. vbi Bartol. & alij. ff de acquirend. poſſeſſ. cap. examinata. 15. vbi Canoniſtæ de iudic. Sacc. d. conſil. primo, numero quinquageſimoſexto, verſicu. non enim.* Et ideo ea non obſtante Dom. Philippus debet in ſua poſſeſſione manuteneri: Circa quod non erit diutius inſiſtendum, quoniam, vti diximus, res caret dubio.

Circa verò ſecundum, opponunt DD. fratres non potuiſſe talem miſſionem fieri in ſui præiudicium, quippe, qui tunc temporis iam erant in poſſeſſione, vti cõſtare dicunt ex actis ipſis miſſionis in poſſeſſionem factæ fauore D. Philippi, & ex atteſtationibus productis, ideoq; vel dẽre ſe in poſſeſſione feudi manuteneri, qua-

13 tenus eam retinuerunt animo †*cap.1. §. ſi verò fuerit. ſi de inu. feud. cont. fin. cap. fin. quo temp. mil. inn pet. deb. [illegible] en. latè conſ. 503. nu. 20. Pereg. conſ. 57. num. [illegible] vol. 2.* vel in ea reſtitui, quatenus dici
14 poſſint ſpoliari,† *vt tradũt Iſern. in cap. Imperialem. § illud, nu. 68. de prob. feu. alien. per Frid. Men. de recup. poſ. remed. 1. nu. 107. & d. conſ. 503. nu. 36.*

Nec obſtare, quod poſſeſſio vaſſalli non ſufficiat, niſi probetur titulus, ſtãte quod vaſſallus habet contra ſe iuris præſumptionem, cum tractetur de feudo, quod, niſi habeatur a principe,
15 poſſideri non poteſt† *vt ſcribit Dedat. c. 17. prat. quæſt. nu. 6. verſ. primum. Menoc. de retin. poſ. rem. vlt. nu. 24. & de recup. rem. 15. n. 466. & 469.* quia reſpondent ſufficere titulum præſumptum, &
16 coloratum †*vt tradunt Boſſ. in tit. de principe, nu. 254. Beret. conſ. 21, num. 6. & ſeqq. Dedat. d. cap. 17. pract. quæſt. nu. 6. verſ. 2. Meno. de retin. d. rem. vlt. nu. 24. & Peregr. d. art. 52. nu. 142* qualis videtur ſubeſſe in caſu noſtro, cum feudum præſumatur antiquum ſtante identitate cognominis, eorũdem inſignium delatione, & communione iuriſdictionis, quæ ſemper inter eos, & eorum anteceſſores fuit indiuiſa, & iunctis alijs ſcripturarum & confeſſionum adminiculis, de quibus poſtea dicemus nam hæc omnia videntur ſufficere non ſolum ad colorãdum titulum in cauſa poſſeſſorij, ſed etiam ad obtinendum in peti-
17 torio † *vt in terminis tradunt Sola ſuper decr. rep. par. 2. glo. 4. num. 16. & Thel. libro 1. quæſt. forenſ. q. 61. nu. 8. & 9.*

Verum his non obſtantibus de iure verius arbitramur, repellendam eſſe DD. fratrum oppoſitionem, & ea non obſtante Do Philippum in poſſeſſione manutenendum eſſe.

Primò, quia legitimè non conſtat de eorũdẽ fratrum poſſeſſione tempore, quo D. Philippus in eam miſſus eſt: Nam, & ſi D. Broecchenus, q tunc temporis viſus eſt in caſtro cum quibuſdã militibus, ſeſe opponens D. Delegato proteſtatus ſit, ſe nomine prædictorum fratrum tale caſtrum tenere, & poſſidere, nõ tamen ex hoc remanet probata poſſeſſio prædictorum fratrũ, quia nõ conſtat fuiſſe appræhenſam poſſeſſionem de eorum mandato, ſine quo nõ poteſt alte-
18 ri per alterum poſſeſſio acquiri † *l. communis ſeruus 42. § ſi ff. de acq. poſſ. Alex. conſ. 110. num. 2 vol. 1. conſ. 153. nu. 2. conſ. 167. nu. 2. vol. 6. Roll. conſ. 19. nu. 3, vol. 1. conſ. 6. nu. 8. conſ. 46. num. 14. vol. 2. Maſc. de prob. concl. 1195. nu. 7.* Nec enim ſufficit Du. Broccherium dixiſſe, ſe poſſidere nomine prædictorum fratrum, niſi aliunde conſtet de
19 mandato † *vt tradunt Rol. d. conſ. 6. num. 7. vol. 2. & Maſc. d. concl. 1195. nu. 8. & 22.* quod ſine du-
20 bio non poteſt præſumi † *vt tradunt Bal. in l. 1. nu. 1. C. de reb. alie. non alien. & in l. 2. num. 2. C. ſi ex falſ. inſtr. Alex. in l. ſciendum. 30. nu. 20. ff. de verb. oblig. Decia. conſ. 13. num. 55. vol. 5. Capu. conſ. 240. nu. 3. Maſc. de prob. concl. 1007. nu. 8. Men. de præſump. lib. 2. præſ. 33. nu. 1. Surd. conſ. 28. nu. 80* Maximè in caſu noſtro, in quo non eſt veriſimile, tum quia comparens idem Broccherus, tanquam negotiator prædictorum fratrum promiſit eos rem ratam habituros, quibus verbis ſignificauit, ſe nõ habuiſſe mandatum, quippè cum negotiator, ſiue geſtor negotiorum dicatur is,
21 qui ſine mandato negotia gerit, † *l. 4. § ſi quis abſentis. ff. de actio. & oblig. § 1. in ſtit. de oblig. quæ quaſi ex contr. naſc. gl. in rub. ff. & C. de neg. geſt.* & rem ratam dominum habiturum nõ ſoleat ca-
22 uere, niſi, qui mandato caret † *l. qui proprio. 46. § qui alium. l. non videtur 53. ff. de procur. §. fin. autem per procuratorem, Inſt. de ſatiſd.* tum etiam, quia, cum prædicti fratres impetraſſent à Sereniſs. Duce reſcriptum, quod partibus omnem circa poſſeſſionis apprehenſionem inhibebat innouationem, non eſt veriſimile eos mandando militibus, vt poſſeſſionem apprehenderẽt, & eo modo contrauenienda Principis voluntati iuſtam eius indignationẽ incurrere voluiſſe: Nemo enim præſumitur velle delinquere.
23 †*l. merito 51. ff pro ſoc. latè Men. de præſum. lib. 5. præſ. 2. num. 1.* Cum igitur legitimè non conſtet eos poſſediſſe tempore, quo D. Philippus fuit in poſſeſſionem miſſus, Conſequens eſt, vt nõ ſit admittenda eorum oppoſitio, quia, qui non poſſidet nõ eſt legitimus contradictor in reme-
24 dio poſſeſſionis adipiſcendæ, † *vt tradunt omnes in l. fin. C. de edi. Diu. Adr. toll. Roll. conſ. 78. nu. 23. vol. 3.* &. quando vaſſallus non eſt in poſſeſſione, non poteſt impedire apprehenſionẽ poſſeſſionis, quæ fit à Domino directo quaſi finita linea, quia nec feudum præſumitur antiquum nõ obſtante, quod diutius fuerit in familia, nec agnatus præſumitur ab eodem ſtipite deſcẽdiſ-
25 ſe, †*vt tradunt Aluar. in cap. 1. §. fin. nu. 3. verſ. opponitur ab extra de grad. ſucced. in feu. Alex. cõſ. 10. nu. 2. vol. 3. Iaſ. in prælud. feu. nu. 97. Cepb. cõſ. 272. nu. 131. Menoc. de arbit. iud. caſ. 191. nu. 6. Maſc. de prob. concl. 771. nu. 7. Roſent. de feud. cap. 2. concl. 26. nu. 9. & concl. 27. nu. 5. vbi refert ita ſæpius fuiſſe iudicatum.*

Nec eſt, quòd aliquis obijciat, imò conſtare de eorum poſſeſſione, quia D. Thomas ſuperueniens ſequenti die ratam habuit apprehenſionem poſſeſſionis factam ſuo, fratriſq; nomine, quod ſufficit ad hoc, vt acquiratur poſſeſſio li-
26 cet mandatum nõ præcedat. † *d. l. communis ſeruus. 42. §. ſi. ff. de acq. poſſ.* Maximè, cũ fuerit præſens, quæ res ſola videretur ſufficiens ad acquirendam poſſeſſionem etiam ſine expreſſa rati-
27 ficatione, † *vt tradũt Alex. in l. quod meo. 18. nu. 4. verſ. item iſtud ff. de acq. poſſ. Dec. in l. contractus, 23. nu. 20. ff. de reg. in. Rol. conſ. 6. nu. 40. vol. 2. Maſcar. d. concl. 1195. nu. 12.* quia reſp. talem ratificationem nihil operari, quoniam fuit facta poſtea, quam D. Philippus fuit miſſus in poſſeſſio-
28 nem, & ſic poſtius illi quæſitum, † *vt in terminis tradũt Alex. in d. l. quod meo. 18. nu. 5. ff. de acq. poſſeſ. & conſ. 110. nu. 3. vol. 1 conſ. 167. nu. 2. vol. 6. Iaſ. in l. generaliter. 9. nu. 5. ff. de acq. poſſ. Dec. in d. l. contractus. 23. nu. 20. ff. de reg. iur. Ruin. conſil. 33. nu. 1. conſ. 39. nu. 1. vol. 4. conſ. 163. nu. 3. vol. 5. Rol. conſ. 19. nu. 12. vol. 1. conſil. 78. nu. 23. & ſeqq. vol. 3.* Ratificatio enim debet fieri re integra, alioqn
29 nihil operatur, † *l. bonorum. 24. ff. rem rat. hab.*

Quod verò de præſentia dictum eſt procederet, ſi D. Thomas fuiſſet præſens tempore, quo fuit eius nomine appræhenſa poſſeſſio: nam in his terminis loquuntur DD. allegati. Cœterùm, cũ tũc temporis eſſet abſens, nec ſuperuenerit, niſi poſt miſſionem factam in fauorem D. Philippi, non poteſt talis ſuperuenientia, tanquam tacita ratificatio quicquã ei pro[illegible]cere, quia nec prodeſſet expreſſa, vti ſupra dictum eſt.

Secundo verò, licet ex mandato prædictorũ fratrum fuiſſet a D. Broccherio, & alijs militibus apprehenſa poſſeſſio, eo tamen ipſo, quod obtulerunt ſe paratos eam remittere, quotieſcũque id eis præceptum fuiſſet, aut à Ser. Duce

aut

aut ab alio, qui talem iubendi poteſtatem ha-
beret, qualem habebat D. Delegatus, & paſſi
ſunt fieri miſſionem in poſſeſſionem, non eſt
dubitandum, quin poſſeſſionem, ſi quam habe-
rent, amiſerint, & conſequenter ob eorum cõ-
ſenſum deſierint prædicti DD. fratres poſſide-
re, quia poſſeſſio mihi per aliũ acquiſita, amit-
30 titur contraria illius voluntate, † *l. 3. §. quod ſi
ſeruus. ff. de acquir. poſſ.* Et hoc non obſtante
verbali reſiſtentia, quæ, vti ſupra dictum eſt,
non obeſt domino directo poſſeſſionem in-
gredienti.

Tertiò, licet cum mandato poſſeſſionem ap-
prehendiſſent, & eam retinuiſſent ſaltem ani-
mo, non tamen ex hoc ſequitur DD. fratres
eſſe legitimos contradictores, & in ſua poſſeſ-
ſione manutenendos, quia talis poſſeſſio eſt vi-
tioſa: nam fuit apprehenſa viuo adhuc ipſo
D. Iulio, non conſentiente, ſed conquerente,
quod nondum defunctus in ſua poſſeſſione tur-
baretur. Denique fuit apprehenſa cõtra expreſ-
ſam prohibitionem factam à Sereniſſimo Du-
ce. Quo fit, vt tanquam vitioſa non debeat eis
prodeſſe, nec ob eam dici poſſint legitimi con
31 tradictores, † *vt tradunt Bart. in l. filiam fratri-
bus. 56. ff. ad Treb. Dec. conſ. 424. num. 14. & Me-
noch. de adip. poſſ. rem. 4. num. 603.* & in ſpecie de
vaſſallo, qui vitioſè poſſeſſionem apprehen-
dit, vt non iuuetur contra Dominum directũ,
*tradunt Menoch. de arbitr. caſ. 191. num. 6. & de
præſ. lib. 3. præſ. 93. num. 11. Maſcar. d. concl. 771.
num. 10. Pereg. d. art. 52. num. 138. in fi. & conſ. 3.
num. 92. vol. 1. & Roſen. d. cap. 2. concl. 31. num. 3.*
Et magis in ſpecie de eo, qui apprehendit poſ-
ſeſſionem viuo vaſſallo, vt non ſit manutenen-
dus, ſed expellendus etiam per vim, ſi ſit opus,
*tradunt Boſſ. in tit. de princip. num. 299. Nat. conſ.
563. nu. 36. Borgn. d. deciſ. 36. num. 316. par. 2.*

Quintò dato citra veri præiudicium, quod
apprehendiſſent poſſeſſionẽ ſine vitio, non ta-
men in ea deberent manuteneri, cum ex nunc,
& incontinenti conſtet eos nullum habere ti-
tulum, neque verum, neque præſumptum, quo
caſu certum eſt poſſeſſionem contra Dominũ
directum eam ingredi volentem vaſſallo non
32 prodeſſe. † *vt tradunt omnes, quos retulimus, nu.
15. & 16. Et præter eos, Affl. deciſ. 187. vbi refert
ita fuiſſe deciſum. Brun. conſ. 19. num. 14. Boſſ. in
d. tit. de princip. num. 299. Nat. d. conſ. 563. nu. 36.
Luc. o. deciſ. 17. num. 19. & Sacc. d. conſ. 1. num. 58.*
Ipſique fratrum aduocati nominatim in actis
fatentur. Nullum autem eos habere titulum,
aut verum, aut præſumptum, vt liquidò con-
ſtet; videndum nobis erit, an feudum, quo de
agitur, aliquo iure poſſit ad DD. fratres oppo-
nentes pertinere.

Videretur autem prima facie dicẽdum per-
tinere: Primò, quia in feudo antiquo tranſuer-
33 ſales in infinitum admittuntur, † *cap. 1. de nat.
ſucc. feud. Iaſ. conſ. 114. num. 2. vol. 1. Brun. conſilio
137. col. 18. verſ. item debuit circa fin. Roll. conſ. 3.
num. 9. vol. 1. conſ. 10. num. 21. vol. 3. Natt. conſil.
504. num. 12. conſ. 634. num. 5. Andr. Gail. lib. 2.
obſ. 150. num. 5. Menoc. conſ. 378. num. 85. Pereg.
conſ. 14. num. 3. conſ. 23. nu. 4. conſ. 29. num. 1. vol.
1. conſ. 24. num. 3. & 17. volu. 2. & conſ. 21. num. 3.
vol. 3. Sacc. conſ. 50. nu. 93. Andr. Fach. lib. 7. contr.
cap. 28.* Nec ſolum, ſi feudum verè probetur an-
tiquum, ſed etiam ſi tale præſumatur: Nam hæc
præſumptio ſufficit ad hoc, vt tranſuerſales,
quaſi deſcendẽtes à primo acquiſitore, medio
ſaltem iuramento in infinitum admittantur.
34 † *ca. 1. §. ſi. de grad. ſucc. in feud.* Feudum autem,
quo de agitur, licet verè non probetur anti-
35 quum, præſumitur tamen eſſe tale, † *cap. 1. §. ſi
vero. & ibi not. de grad. ſucc. in feud. c. 1. vbi Alua.
ſi de feud. def. cont. ſit int. do. Alex. conſ. 10. num. 1.
conſ. 15. num. 7. vol. 1. Iaſ. in prælud. feud. num. 97.
& conſ. 114. num. 2. vol. 1. Alcia. de præſ. reg. 3. præſ.
28. num. 1. Roll. conſ. 3. num. 3. vol. 1. Menoch. de
præſ. lib. 3. præſ. 93. num. 1. & nu. 8. in fi. Maſcar.
de probat. concl. 771. num. 1. Roſen. d. cap. 2. conclu.
26. num. 1. Pereg. conſ. 23. nu. 1. vol. 1. Andr. Fach.
lib. 7. contr. cap. 59. vbi teſtatur eſſe communem.*
Et maximè quando agnati poſſident: nam cõ-
modũ poſſeſſionis eſt, vt inducat præſumptio-
ne pro agnatis, quaſi deſcendãt a primo acqui-
ſitore, & transfert onus probandi in aduerſa-
36 rium, † *cap. 1. in princip. vbi Iſern. & Aluar. ſi de
feud. def. cont. ſit. Aluar. in cap. 1. §. ſi vero, num. 3.
de grad. ſucc. in feud. Menoch. de arbitr. d. caſ. 191.
num 2. & de præſ. d. lib. 3. præſ. 93. num. 10. Maſca.
d. concl. 771. num. 6. & Roſent. d. cap. 2. conclu. 26.
num. 5. & concl. 31. num. 1. & cap. 7. concl. 59. num.
12.* Debent igitur DD. fratres tanquam deſcẽ-
dentes à primo acquiſitore, in huiuſmodi feu-
do ſuccedere.

Secundò verò multo magis hoc videtur di-
cendum in caſu noſtro, in quo conſtat eos iam
habere partem in feudo. nam hoc operatur, vt
37 feudum debeat præſumi antiquum. *cap. 1. &
ibi not. Iſern. Aluar. & alij de cont. int. me, & dom.
de port. frat. mei. Aluar. in d. cap. 1. §. ſi. nu. 3. verſ.
opponitur ab extra de grad. ſucc. in feud. Alcia. d.
præſump. 28. num. 1. Menoch. d. caſ. 191. num. 5.
& d. præſumpt. 93. num. 12. Sola ſuper decr. remp.
part. 2. glo. 4. num. 15. & 16. Maſcar. d. conclu. 771.
num. 6. in fin. Roſent. d. cap. 2. conclu. 30. num. 1.
Theſſ. d. q. foren. 61. num. 9.* etiam ſi agnati non
38 poſſideant partem vacantem. † *d. cap. 1. de cont.
int. me & dom. de port. fr. mei.* Quo fit, vt multo
magis tale præſumi debeat, ſi poſſideant: nam
quæ ſingula proſunt, multo magis vnita, cum
regulariter etiam ea, quæ non proſunt ſingula,
39 vnita iuuent, † *vt ait Rum. conſ. 142. n. 11. vol.
3. Soc. iun. conſ. 110. num. 29. vol. 3. Capy. conſ. 476.
nu. 15. Surd. conſ. 67. nu. 34.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, hæc procede-
re, dummodo probetur agnatio, quia videtur
poſſe reſponderi, imò probatam eſſe agnatio-
nem, ſi non verè, ſaltem præſumptiuè, ſufficien-
ter tamen: Nam agnatio, quia difficilis proba-
tionis eſt, maximè in antiquis, ideo probari po-
40 teſt coniecturis, & præſumptionibus. † *cap. licet
ex quadam. 47. de teſtib. l. Lucius. 82. ff. de cond. &
demonſtr. Menoch. conſ. 816. nu. 25. & 30. & conſ.
1171. num. 4. & ſeq. Maſcar. de probatio. concluſ.
409. num. 1. & 2. & concluſ. 512. num. 10. Theſſ. d.
quæſt. for. 61. num. 8.* In caſu autem noſtro mul-
tæ ſunt coniecturæ, ex quibus videtur ſufficien-
ter agnatio probari: etenim

In primis iſti fratres ſunt de eodem cogno-
mine Cambianorum, & vtuntur iiſdẽ inſigni-
bus, quibus vtebatur D. Iulius, quæ res videtur
præbere ſufficientem agnationis coniecturam,
41 † *vt tradunt Bart. in l. tutelas 7. num. 4. verſ. item
hæc videmus. ff. de cap. min. Capy. conſ. 90. num. 17.
& ſeq. Menoc. de præſ. lib. 6. præſ. 15. nu. 48. & conſ.
816. num. 35. & ſeqq. Sol. ſuper decr. Remp par. 2. gl.
4. num. 16. Theſ. d. quæſt. for. 61. num. 9.* Maximè
quando

quando ii, qui ſunt eiuſdem cognominis, &
vtuntur iiſdem inſignibus, habent partem in
feudo, & iuriſdictionem cum aliis indiuiſam,
prout habent in caſu noſtro: nam tunc res vi-
42 detur carere dubio, † *vt tradunt Sol. d. glo. 4. nu. 16. Theſ. d. q. 61. nu. 9.*

Secunda coniectura ſumitur ex nominatio-
ne, & tractatu aſcendentium vtriuſque lineæ,
qui ſe reputarunt pro agnatis, & deſcendenti-
bus ab eodem ſtipite nempè à quodam Iaco-
bo, quem ſupponunt fuiſſe patrem Nicolini,
& Adami, & à Nicolino D. Iulium deſcendiſ-
ſe, ab Adamo verò DD. fratres nunc agentes,
vt apparet ex ſcripturis, & arboribus productis,
ex quibus videtur in antiquis cõcludenter pro-
43 bari agnatio, † vt de ſcripturis etiam enuntia-
tiuè loquentibus, *tradunt Soc. iun. conſ. 138. nu. 3. vol. 2. Iaſ. conſ. 114. num. 5. vol. 1. Brun. conſ. 137. col. 18. verſ. item debuit, volum. 2. Cephal. conſ. 90. num. 24. & conſ. 137. num. 45. Maſcar. d. concl. 512. num. 4. & 5. Menoch. d. conſ. 816. num. 31. Theſ. d. q. 61. num. 8.* de nominatione verò, & tractatu, *Beret. conſ. 39. col. 3. verſ. poſt hæc. Et col. 4. verſ. his ſic ſtantibus. Pereg. de fideicom. art. 43. num. 65. Menoch. d. conſ. 816. num. 42. Theſ. d. q. 61. num. 8.* Et
maximè, cum id ipſum ſcripſerit D. Philippus,
ideoque non rectè videatur hodie propriam
44 confeſſionem impugnare, † *l. poſt mortem. 25. ff. d. adoptio. Menoc. conſi. 1. nu. 66.*

Et, ſi dixeris, ſcripturas illas nõ eſſe antiquas,
ſed nouas, & factas ab iis, qui rei veritatẽ igno-
rabant, videtur poſſe replicari, imo talem agna-
tionem probari etiam veteribus inſtrumentis
factis tempore primæ inueſtituræ. nam in in-
ſtrumentis venditionum vicemutua factarum
inter Iacobum, & Petrinum vnum ex primis
inueſtitis prędictus Iacobus ſemper nomina-
tur proximus conſors, quæ dictio, proximus vi
detur ad ius ſanguinis referri, & ſignificare eos
45 fuiſſe ſanguine coniunctos, † *l. 1. §. proximus, l. 4. ff. vnd. cogn. §. ſed quia ſanè. §. media. §. proximus inſt. de leg. agn. ſucc.* Maximè cum fuerit ex-
preſſa poſitiuè ad differentiam fratrum, qui in
iiſdem inſtrumentis dicuntur proximiores: nã
hoc videtur ſignificare Iacobum fuiſſe proxi-
mum eodem genere proximitatis, quo erant
fratres, licet hi proximiores eſſent, quia com-
paratiuum nihil habet reſpectu naturæ, & qua
46 litatis, quod non inſit poſitiuo, † *vt tradunt omnes præcipuè, Iaſ. in l. iubere. 4. num. 16. ff. de iuriſd. Surd conſ. 407. nu. 11.*

Tertia cõiectura ducitur ex atteſtationibus
quorundam deponentium ſe audiuiſſe maio-
res ſuos dicentes conſortes de Cambianis in
loco Roffię eſſe Agnatos, & deſcendentes ab
eodem ſtipite, & talem eſſe publicam vocem,
& famam. Ex quibus videtur agnatio probari,
47 † vt de teſtibus deponentibus de auditu, *conſtat ex cap. licet ex quadam 47. de teſtib. Et tradunt Soc. iun. d. conſ. 138. num. 3. vol. 2. Ceph. conſ. 137. num. 45. Menoc. de arbitr. caſ. 475. num. 11. & conſ. 816. num. 38. & ſeq. & conſ. 1171. num. 8. verſ. concurrit Maſcard. d. concl. 512. num. 8. Theſ. d. q. 61. num. 8.* de fama verò, *Soc. iun. d. conſ. 138. num. 3. vol. 2. Brun. d. conſ. 137. col. 18. verſ. item debuit, Ceph. d. conſ. 137. num. 45. Pereg. d. art. 43. nu. 65. Maſcar. d. concl. 512. num. 1. Menoch. d. conſ. 816. num. 33. & d. conſ. 1171. num. 7. Theſa. d. quæſt. 61. num. 4. & 8.*

Tertiò multo magis cenſeri debet antiquũ
feudum in caſu noſtro, in quo præter genera-
lem iuris præſumptionem, quæ ſtat pro agna-
to poſſidente, & conſorte, multa ſpecialiter cõ
currunt indicia, quæ denotare videntur feudũ
Roffię fuiſſe acquiſitum à communi ſtipite D.
Iulij, & DD. fratrum agentium: nam, & ante
inueſtituram factam Petrino, Conſtantio, &
Dominico conſtat D. Iacobum, à quo fratres
iſti prouenerunt, iam habuiſſe partem iuriſdi-
ctionis ex inſtrumento venditionis ab eo fa-
ctæ: & poſt prædictam inueſtituram conſtat
etiam eum diuiſiſſe bona feudalia cum Con-
ſtantio vno ex tribus fratribus inueſtitis, & in
omnibus inſtrumentis appellari conſueuiſſe
conſortem, ac in venditionibus etiam quæ ab
eo celebrabantur aliorum conſenſum interue-
niſſe, quę res omnes videntur ſignificare feudũ
in prędicta familia habuiſſe initum à commu
ni ſtipite, prout D. Iulius ſæpè confeſſus eſt:
Alioquin enim, ſi ab aſcendentibus ſolis Do.
Iulij fuiſſet acquiſitum, ſequeretur eum debuiſ
ſe habere totum feudum, cum alioquin certũ
ſit eum, non, niſi quartam partem poſſediſſe.

Quartò dato, quod verè feudũ fuiſſet acqui-
ſitum ab aſcendentibus D. Iulij, & non à com-
muni ſtipite adhuc tamen videntur prędicti
fratres ad eius ſucceſſionem admittendi, quia
cum fuerit conceſſum ea lege, vt habeat vim
robur, & effectum feudi antiqui, auiti, & pater-
ni, debet antiqui naturam aſſumere, & perinde
48 haberi, atque ſi verè fuiſſet antiquum, † *vt tradunt 34. DD. quos refert, & ſequitur Menoch. conſ. 1033. nu. 7. quibus addimus Iaſ. in præl. feud. num. 90. Ruin. conſ. 9. num. 16. volu. 1. Pariſ. conſ. 17. num. 1. vol. 1 Socin. ſen. inter conſilia Brun. conſ. 10. num. 16. Afflict. deciſ. 282. num. 10. Ceph. conſ. 152. num. 17. & 59. & conſ. 173. num. 8. Mynſ. cent. 4. obſeru. 84. num. 3. Andr. Gail. lib. 2. obſer. 50. nu. 1. Beret. conſ. 51. num. 4. & conſ. 132. num. 3. Surd. conſ. 15. num. 22. Sacc. conſ. 50. num. 29. Pereg. conſ. 18. num. 9. vol. 1. Theſ. deciſ. 146. num. 13:* & con-
ſequenter in eo ſuccedere debent etiam tranſ-
49 uerſales primi acquiſitoris, † *vt tradũt 13. DD. relati, & probati a Menoch. d. conſ. 1033. num. 10. quibus addimus Pariſ. d. conſ. 17. nu. 8. vol. 1. And. Gail. d. lib. 2. obſeru. 50. num. 13. Amed. a Pont. in tit. qui feud. dar. poſſ. num. 131. Vbi teſtatur hanc eſſe crebriorem ſententiam, & ab ea non eſſe in iudicando recedendum. Surd. conſilio 5. numero 5. conſ. 15. num 23. Sacc. d. conſ. 50. num. 105. Peregr. d. conſ. 18. num. 9. vol. 1. Theſ. d. deciſ. 146. num. 13. Roſen. de feud. c. 2. concl. 13. num. 1. & cap. 7. conclu. 59. num. 11.* Maximè, cum dictum ſit, *quod dictum feudum antiquum auitum, & paternum in omnibus cenſeatur:* nam, licet admittãtur tranſ-
uerſales etiam ſi non ſit dictum in omnibus,
50 † *vt tradit Roſent. d. cap. 2. concl. 13. num. 3.* mul-
to tamen faciliùs admittuntur, quando talis
clauſula fuit adiecta, quia cõplectitur omnes
51 antiqui feudi qualitates, † *vt in terminis tradũt Soc. ſen. conſ. 68. num. 21. volum. 1. conſ. 272. num. 4. vol. 2. Ruin. conſ. 45. num. 6. verſ. cum ergo. vol. 1. Clar. in §. feudum q. 8. num. 3. Roll. conſ. 60. num. 18. & 21. vol. 1 Amed. a Pont. in d. tit. qui feu. dar. poſſ. nu. 131. verſ. amplia 2.*

Quintò multo fortiùs hoc dicendum vide-
tur in caſu noſtro, in quo conſtat mentem con-
trahentium fuiſſe, vt proſpicerent etiam agna-
tis tranſuerſalibus: nam inter Principem, & in-
ueſtitos inita fuerunt quædam pacta, quæ de-
clarant

clarant voluiſſe eos etiam agnatis proſpicere,
vt eſt pactum illud, per quod Princeps promit-
tit ſe inueſtiturum gratis, & ſine ſolutione lau-
demij, ſi contigerit vnum ex inueſtitis partem
aliquam feudi alienare in aliquem de Cambia
nis, & illud, quod Princeps non poſſit aliquid
acquirere in loco Roſſiæ ſub quouis ingenio,
vel colore, & ſic etiam ſub prætextu caducita-
tis, cum ea verba prohibeant etiam acquiſitio-
52 nem, quæ fit lege, † *vt tradunt Bart. in l. ventre.*
83. num. 11. ff. de acquir. hæred. Iaſ. in l. ſi ita quis
promiſerit. 135. §. ea lege num. 47. ff. de verb. oblig.
Ruin. conſ. 89. num. 36. volum. 2. Fer. Loaz. in rep.
l. pluriſam. 117. §. Diui 2. num. 61. verſic. 2. ſingu-
lariter limita. ff. de leg. 1. Tiraquel. de retr. lign. §. 1.
gl. 9. nu. 167. & ſeqq. Surd. conſ. 103. nu. 7.

Sexto, & vltimo dato, quod iure ſucceſſio-
nis non eſſent prædicti DD. fratres ad hoc feu-
dum admittendi, ſed illud quaſi finita linea cē-
ſeretur ad Principem deuolutum, adhuc tamē
viderentur admittendi ſaltem ope renouatio-
nis inueſtituræ, quam Princeps illis tanquam
53 proximioribus agnatis facere teneretur † ex
doctr. Bart *in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quot. &*
æſt. qui ſubijcit iniuriam fieri agnatis, ſi talis
renouatio inueſtituræ denegetur, ideoq; poſſe
eos appellare, Et, quamuis loquatur de emphy-
teuſi, procedit tamen eius doctrina etiam in
feudo, *vt tradunt Alex. in l. ſi mihi, & Titio. 110.*
num. 19. ff. de verb. oblig. Iaſ. conſ. 227. colu. 6. verſ.
4. vol. 2. Ruin. conſ. 12. num. 18. conſ. 151. num. 16.
vol. 1. Pariſ. conſ. 22. num. 36. vol. 1. Clar. in §. feu-
dum. quæſt. 87. Gabr. in tit. de iur. emphyt. concluſ. 1.
num. 6. Mynſ. cent. 4. obſ. 16. num. 1. & cent. 6. obſ.
79. nu. 3. Ceph. conſ. 173. nu. 17. Roſent. cap. 7. concl.
24. num. 5. & in glo. ſi.

Verùm his non obſtantibus, prout verè non
obſtant, veriùs, eſt prædictos fratres nullo iure
poſſe ad huiuſce feudi partem aſpirare, ſed eā
quaſi finita linea cenſeri ad Principem deuolu
tam, & conſequenter factum eſſe ad fauorem
D. Philippi conceſſioni locum.

Primo, quia, qui tanquā agnatus vult in feu-
do ſuccedere, debet cōcludenter probare qua-
litatem, in qua conſiſtit ſuæ intentionis funda-
54 mentum, nempè agnationem, † *vt tradūt Soc.*
iun. conſ. 76. num. 65. vol. 1. Roll. conſ. 3. num. 41. &
conſ. 63. num. 11. vol. 1. Natt. conſ. 634. nu. 2. And.
Gail. lib. 2. obſ. 149. num. 1. Sol. ſuper decr. Rempu.
par. 2. glo. 4. num. 14. & ſuper decr. Yolant par. 2. gl.
3. num. 2. Maſcar. de prob. concl. 73. num. 1. Menoc.
de præſ. lib. 6. præſ. 15. num. 47. & conſ. 1191. nu. 11.
Peregr. de fideic. art. 43. nu. 60. Roſen. cap. 7. conclu.
59. num. 20. Surd. conſ. 5. nu. 15. Sed DD. fratres
agentes non probant cōcludenter, ſe eſſe agna-
tos D. Iulij vltimo loco defuncti, ſiue conſide
remus identitatem cognominis, & inſignium,
& conſortium iuriſdictionis, ſiue cōfeſſiones,
nominationes, & tractatus anteceſſorum, ſiue
depoſitiones atteſtātium: namq; quod attinet
ad identitatem cognominis, & inſignium, de-
notat quidem ea identitatem domus, & fami-
liæ in genere, ſed non probat in ſpecie, & con
cludenter agnationem, quia poteſt quis eſſe de
eadem domo, & de eodē cognomine, ſed non
55 agnatus, vti quotidie videmus, † *& in terminis*
tradunt Barbat. in l. cum acutiſſimi. 30. num. 140.
C. de fideic. Signor. conſ. 81. num. 5. Ozaſc. conſil. 8.
num. 36. Peregr. de fideicom. art. 43. num. 63. Andr.
Gail. lib. 2. obſ. 149. num. 1. Roſent. cap. 2. concl. 27.
in fin. Menoch. conſi. 1171. num. 19. Nec in caſu
noſtro vis eſt in eo facienda, quod iſti DD. fra-
tres prætereà, quod ſunt de eodem cognomi-
ne, & vtuntur iiſdem inſignibus, habent etiam
partem in feudo, & iuriſdictionem cum alijs
indiuiſam, quia primò, quando feudum eſt poſ
ſeſſum à diuerſis familijs, prout eſt feudū Roſ-
ſiæ, cuius iuriſdictio eſt etiam indiuiſa cum
DD. Falettis, non ſufficit communio iuriſdi-
ctionis etiam iuncta identitate cognominis, &
56 inſignium ad probandam agnationem, † *vti re-*
ctè declarat Alba, conſ. 61. num. 3. & 4. quem refert,
& ſequitur, Theſ. d. q. 61. num. 9. Deinde vero ēt
in caſibus, in quibus feudum non poſſidetur,
niſi ab vna familia, ita demum ij, qui ſunt de
eodem cognomine, vtūtur iiſdem inſignibus,
& habent iuriſdictionem communem, & indi-
uiſam agnati præſumuntur, & deſcendentes ab
eodem ſtipite, ſi dubium ſit, vnde habuerit ori-
ginem talis iuriſdictio in linea ſingulorum: nā
eo caſu ſtante temporis antiquitate facilè præ-
ſumere poſſumus, ideo eos omnes habere partē
in feudo, & iuriſdictionē indiuiſam, quia pro-
uenerunt ab eodem ſtipite acquiſitore, & con-
57 ſequenter in feudo ſucceſſerunt, † *Et in his ter-*
minis loquuntur Ceph. conſ. 90. num. 17. Sola ſuper
decr. remp. part. 2. glo. 4. num. 16. & Theſ. d. q. 61. nu.
9. Cæterum, quando conſtat eos habere partē
in feudo, non iure ſucceſſionis, nec quia proue-
niant à primo acquiſitore, ſed ex alijs cauſis, pu
ta ex cauſa emptionis, nemo rectè dixerit ex
eo, quod habent iuriſdictionem indiuiſam, eos
eſſe præſumendos agnatos, & deſcendentes ab
eodem ſtipite acquiſitore, quia in claris nō eſt
58 opus coniecturis, † *l. continuus. 137. §. cum ita, in*
fin. ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille. 25. §. cum in ver-
bis. ff. de leg. 3. In caſu autem noſtro certum, &
indubitatum eſt, iſtos DD. fratres, non ideo ha-
bere partem in feudo, quia prouenerint à pri-
mo acquiſitore, & ei ſucceſſerint, ſed, quia ſui
maiores à primis inueſtitis feudi partem, quam
ipſi poſſident, acquiſiuerunt, id quod vnica, &
inconuincibili ratione demonſtratur: nam ex
ſcripturis à parte productis clariſſimè conſtat
primum acquiſitorem feudi Roſſiæ fuiſſe Ni-
colinum Cambianum, cuius filij, Petrinus, Do
minicus, & Conſtantius primi fuerunt à Sere-
niſſimo Principe Achaiæ inueſtiti. Ex quo ſe-
quitur, vt quandiu fuit ſuperſtes aliquis ex de-
ſcendentibus prędicti Nicolini, tandiu non po
tuerit alius iure ſucceſſionis ad huiuſmodi feu-
59 dum aſpirare † *ex regula feudorum, quam eſſe cō-*
munem tradit Clar. in §. feudum, quæſt. 79. nu. 1.
Sed vſq; ad mortem D. Iulij ſemper fuit ſuper-
ſtes aliquis ex deſcendentibus D. Nicolini, &
eius linea viua. Non potuit igitur aliquis ex
deſcendentibus D. Iacobi, quem conſtat non
eſſe deſcendentem prædicti Nicolini, partem
aliquam feudi iure ſucceſſionis habuiſſe. Ergo
fatendum eſt, partes, quas habent iſti DD. fra-
tres, non iure ſucceſſionis habere, quaſi deſcen
dentes ab eodem ſtipite, ſed ex cauſis acquiſi-
tionum. Quo fit, vt ex hac communione iuriſ-
dictionis non poſſit ad agnationem, & deſcen
dentiam ab eodem ſtipite concludenter infer-
ri. Quod autem attinet ad ſcripturas, nomina-
tiones, & tractatus aſcendentium vtriuſque li-
neæ, non poteſt ex iis cenſeri probata agnatio
multis de cauſis: Primum enim, qui cēſent an-
tiquis ſcripturis agnationē probari, loquuntur
de publicis

de publicis inſtr̃is antiquis, in quibus enũtiatur aliquis, aut filius, aut frater, aut agnatus alicuius, *vt videre eſt apud omnes, quos num. 43. retulimus*, adeo, vt (ſecundũ eos) non ſufficiat vnicũ inſtr̃m ad probandos ſingulos gradus, ſed plura requirantur, ſicuti regulariter obſeruatur, quoties agitur de probatione rei antiquæ verbis enuntiatiuis facienda, *vt eſſe eũem atteſtant. Ozaſ. conſ. 8. nu. 10. & Pereg. art. 43. n. 84.* In caſu aũt noſtro nullũ profertur antiquũ inſtrumentum, imò nulla antiqua ſcriptura, nec priuata quidem, quæ referat, aut Nicolinum fuiſſe fratrem Adami, aut Iacobum Adami filium fuiſſe patruelem, vel agnatum filiorum Nicolini, tametſi tunc temporis multos inter ſe contractus inierint, & moris ſit, vt in inſtrumẽtis, quæ inter ſanguine coniunctos celebrantur, tales proximitates enuncientur. Non eſt igitur veriſimile eos fuiſſe agnatos. Et, quamuis in inſtrumentis venditionum, quæ vice mutua factæ ſunt inter Petrinum, & Iacobum, dicatur idem Iacobus proximus conſors, non tamen ex hoc poteſt ad agnationem probabiliter inferri. Nec enim ſequitur eſt proximus conſors, Eſt igitur proximus agnatus: nam & DD. Faletti ſunt proximi conſortes, quos tamen certũ eſt non eſſe agnatos. Proximi enim appellatio tunc demum ſanguinis arguit coniunctionẽ, quando ſimpliciter, & ſine adiuncto profertur, vt in allegatis locis. Cæterum adiecto ſubſtantiuo, debet ab eo determinari: Sed de hoc ſatis, imò nimis in re tam clara, niſi pars aduerſa tutiſſimum intentionis ſuæ præſidium collocaſſet, in his verbis, proximus conſors, quæ certum eſt ideo fuiſſe prolata, quia Dom. Iacobus tanquã emptor dimidiæ partis eius tertiæ, quæ ad Do. Conſtantium pertinebat, ſine dubio rem anebat eius proximus conſors, quemadmodum & Petrino, à quo poſtea totam eius tertiã partem acquiſiuit, ſed nõ erat proximus agnatus, quia nulla eſt antiqua ſcriptura, quæ talẽ agnationem enunciatiue demõſtret. Omnes enim quæ proferuntur ſcripturæ ſunt recentes, & ab iis confectæ, qui rei veritatem ignorabant. Cõtinent enim eiuſdem manu ſcriptum D. Iuliũ nouiſſimè defunctum, aut ſaltem eius patrem, vel auum: Itaq; fuerunt conſcriptę poſt ducentum annos, & vltra à die primæ acquiſitionis. Quo fit, vt eis nulla fides ſit adhibenda: nam, & Iaſ. *conſ. 81. volum. 1. quem refert, & ſequitur Sola ſuper d. decr. temp. part. 2 glo. 4. num. 16.* ſcribit aſſertionem, & nominationem agnatorũ, non probare cõſanguinitatem in antiquis, niſi excedat metam cẽtum annorũ, quod etiam docet *Ozaſc. d. conſ. 8. nu. 11. & ſeq. vbi teſtatur hãc eſſe communem ſententiam*, quam metam ſine dubio non excedunt ſcripturæ, quæ proferuntur. Deinde verò ex prima ſcripturarum, quæ proferũtur, inſpectione liquidò conſtat, eas omnes eſſe erroneas, & inter ſe contrarias, hiſtoriamq; falſam continere: nam præſupponunt, Iacobum, quem aiunt primum ex Germania ſuam in Pedemontium habitationem tranſtuliſſe fuiſſe tẽpore Beroldi Saxonici, quo nihil abſurdius dici poteſt: nam Beroldus deceſſit ante milleſimum ſalutis annum, cum alioquin Iacobus, ſi fuit pater Nicolini, & Adami, prout ſupponunt prædictæ ſcripturæ, fuerit circa finem anni 1220. quippè cum Nicolinus eius filius emerit feudum Roſſię de anno 1336. Deinde, ſi primus, qui Cambianorum familiam ex Germania tranſtulit in Pedemontium, fuit Iacobus, qui duos tantùm (vt aſſeritur) habuit filios, Nicolinum, & Adamum, ſequitur nullos alios de Cambianis in Pedemontio tunc temporis eſſe potuiſſe præter filios prædictorum Nicolini, & Adami. Atqui præter Petrinum, Dominicum, & Conſtantium filios Nicolini, & Iacobum filium Adami, conſtat tunc tẽporis fuiſſe multos alios de Cambianis, nempe Franciſcum Cambianũ de anno 1336. quo Nicolinus acquiſiuit feudum Roſſiæ, Petrum Cambianum de anno 1339. Thebaldum Cambianum de anno 1342. Manuelem Cambianum de anno 1358. omnes ante primam inueſtituram factam filiis Nicolini, Sigiſmundum Cambianum de anno 1359. nec non Ioannem Cambianum, & Ioannottum Cambianum de anno 1361. Non eſt igitur vera hiſtoria. Quamobrẽ nulla fides eſt adhibenda ſcripturis, quæ proferuntur: nam ne inſtrumento quidem creditur in aliis partibus, quando in vna conuincitur,
60 non eſſe verum, † *vt not. in cap. fraternitatis. 4. de hære. & tradũt Bald. in l. ſi ex falſis. 42. num. 14. & ibi Iaſ. num. 9. C. de tranſ. Natt. conſ. 162. num. 16. Menoch. conſ. 906. num. 40.* Pari ratione non probatur agnatio ex nominatione, & tractatu aſcendentium vtriuſque lineæ, qui ſe reputabant deſcendentes ab eodem ſtipite, quia præter id quod talis nominatio non poteſt noce-
61 re Principi, tanquam tertio, † *vt tradit Surd. d. conſ. 5. num. 39.* conſtat etiam ita demum ex ca quem cõſtitui in poſſeſſione agnationis, ſi fuit facta ab iis, qui notam ha[illegible] poterant verita-
62 tem rei, † *vt tradit Pereg. d. art. 43. num. 76.* quod eueniſſet in caſu noſtro, ſi aut Nicolinus, & Adam ſe nominaſſent fratres, aut Petrinus, Dominicus, & Conſtantius, nec non Iacobus ſe vocaſſent patrueles. Cæterum, quando talis nominatio fuit facta ab iis, qui veritatem ignorabant, vt in caſu noſtro, in quo facta fuit à Do. Io. Baptiſta patre DD. fratrum agentium, vel à Do. Iulio vltimo loco defuncto, qui fuerunt poſt 200. annos à die primæ inueſtituræ, & conſequenter notam habere non poterant rei veritatem, nulla ſuper tali nominatione vis eſt facienda, ſtante maximè, quod conſtat eos in multis eſſe deceptos, & præcipuè, dum putabãt, vtranque lineã à primo feudi acquiſitore proueniſſe, quod tamẽ hodiè apparet eſſe falſiſſimum. Deniq; licet ita ſæpius ſe nominaſſent, tamen D. Iulius poſtea, quam ſe melius inſtruxit, in articulo mortis conſtitutus declarauit in teſtamento, ſe nullos habere agnatos, & ideo feudum ad Principem pertinere, cui declarationi potiùs, quam anterioribus ideo ſtandum eſt, quia facta fuit in articulo mortis, & in exo-
63 nerationem conſcientiæ, † *iuxta not. in Auth. quod obtinet. C. de probat. & tradita ab Alciat. de præſ. reg. 3. præſ. 4. num. 2.* cum alioquin aliæ nominationes factæ fuerint ad finem obtinendi inueſtituram ſine ſolutione laudemii.

Nec obſtat, quod etiam Do. Philippus id ipſum ſcripſerit, quia reſpondemus eum non potuiſſe veritati, & Sereniſs. Principi præiudiciũ afferre, Maximè, cum tãquam iunior aliis, minus, quam illi, notam haberet veritatẽ, Et, quãuis dicat id conſtare ex publicis inſtrumentis, non tamen in eo vis eſt facienda, cum. inſtrumenta verè hoc non dicant, & ipſe ſecutus ſit

errorem

errorem D. Iulij,ex cuius ſcriptura ſibi commu
nicata talem deſcriptionem extraxit. Deniq;
quod attinet ad atteſtationes deponentium de
auditu, & fama publica, ſine dubio non pro-
bant talem agnationem, tum quia ſunt priua-
tæ, tum etiam, quia ducunt originem à D. Io.
Baptiſta, à D. Iulio, nec non eius patre, quorũ
nominationes, vt per ſe fidem facere nõ potue-
runt, vti ſupra dictum eſt, Ita & multo minus
potuerunt inducere opinionem communem
ſufficientem ad probandam agnationem. Nõ
probata igitur agnatione nõ eſt, quod hi DD.
fratres tractent de ſuccedendo in hac feudi par
te, D. Iulio vltimo defuncto.

Secundò verò dato citra veri præiudiciũ, q
ab eis qualiter qualiter dici poſſet ꝓbata agna-
tio, non tamen ob id eſſent ad huius feudi ſuc-
ceſſionem admittendi, quia conſtat ex ſcriptu-
ris ab eis productis nõ deſcendere eos à primo
acquiſitore. Quo fit, vt tanquam tranſuerſales
64 non ſint admittendi. † *cap. 1. §. ſin autem de ijs, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. fin. de ſucc. feud. cap. 1. §. ſi duo fratres de feud. march. cap. 1. de benef. fr. str.*
Et hoc non obſtante, quod feudum fuerit con-
ceſſum ea lege, vt habeat vim, robur, & effe-
ctum feudi antiqui, auiti, & paterni, quoniam
ea clauſula non ſolet operari ad fauorẽ agna-
torum, quando (prout in caſu noſtro) fuit ap-
poſita in cõceſſione de nouo facta duobus, aut
tribus fratribus: cenſetur enim appoſita fauo-
re ipſorum fratrum, & eorum deſcendentium,
ita vt alter alteri ſuccedat, non verò fauore re-
65 motiorum agnatorum, † *vt tradunt Cæph. cõſi. 333. post num. 25. Bero. conſi. 72. num. 35. Menoc. conſ. 523. num.* 8. Quinimo, quod plus eſt, *idem Menoch. in conſi. 400. num. 59. & conſ. 1041. num. 33.* vult clauſulam illam operari tantum quo-
ad deſcendẽtes ipſorum fratrum, non verò in-
ter ſe. Itaque multò magis cenſetur velle, non
operari, quoad remotiores agnatos, dato quod
operetur inter ipſos fratres, vti nos verius arbi-
tramur, *poſt Amed. a Pont. in titu. qui feu. dar. poſſ. num. 131. verſ. ſupradicta, vbi refert ita fuiſſe a Camera iudicatum*. Id ipſum cenſuerunt *Bec. conſ. 56. num. 26. Alexan. Raud. de Anal. cap. 34. & Collegium Patauinum inter conſ. Pereg. conſ. 2 nu. 44. volum.* 1. Et, quanquam contrarium conſul-
uerit *Cur. ſen. conſ. 49. num. 33. & 2. conſ. ſeqq.* ta-
men aduerſus eius opinionem iudicatum eſt
per Collegium Mediolanenſe, *vt ipſe refert in conſi.* 50. Et rectè: ceſſat enim in hoc caſu ra-
tio, propter quam tradunt omnes clauſulam il-
lam operari, vt tranſuerſales admittãtur: nam
hoc ideo fit, quia alioquin clauſula illa cen-
66 ſeretur inutiliter appoſita, † *vt tradunt Iaſ. cõſ. 1. col. pen. verſ. 2. & notabilius. vol. 3. Natt. conſilio 487. num. 23. Caph. conſi. 173. num. 26. verſ. nec reſiſtit, & Menoch. d. conſi. 1033. num.* 12. & ideo,
quotieſcunque apparet circa ſucceſſionem ali
quid eam poſſe operari citra remotiorũ agna-
torum admiſſionem, ita, vt alio reſpectu videa-
tur appoſita, verius eſt, non eſſe ob eam remo-
tiores admittendos, *vti DD. ſupra relati tradiderunt*. In caſu autem noſtro operatur illa clau
ſula; vt fratres inueſtiti, & ab eis deſcendentes
ſuccedant in portione alterius fratris, in qua
non ſuccederent ſine illa clauſula, quia in feu-
do nouo frater fratri non ſuccedit, etiamſi con
67 ceſſio ſimul facta ſit. † *d. cap. 1. §. ſi duo fratres de feud. March. d. cap. 1. de benef. frat.* Debet igitur
ad hunc finem cenſeri appoſita illá clauſula,
non vero, vt per eam agnati quoque remotio-
res cenſeantur vocati.

Nec eſt, quod aliquis obiiciat, ceſſare ſupe-
rius fundamentum in caſu noſtro, in quo feudũ
non à tribus fratribus fuit acquiſitum, ſed a Ni
colino eorum patre, ex cuius ſucceſſione per-
uenit poſtea ad Petrinum, Dominicum, & Cõ-
ſtantium, quia reſpondemus, licet acquiſitio
fuerit facta à patre tamen inueſtituram primã
fuiſſe conceſſam eius filijs de anno 1358 quia,
cum antea recognoſceretur à Marchionibus
Saluciarum, & poſtea iure belli captum fuerit
à Sereniſs. Principe Achaiæ, & ab eo conceſ-
ſum DD. Petrino, Dominico, & Conſtantio fi-
lijs Nicolini, non tanquam filijs, & hæredibus
patris, nec ſub commemoratione acquiſitio-
nis paternæ, aut alicuius inueſtituræ præceden-
tis, ſed tanquam benemeritis, & cum nouis, pa
ctis, de quibus in inueſtitura, ſequitur tale feu-
dum in eorum perſona nouum effectum eſſe,
tam propter noua pacta, quã propter recogni-
tionem factam à nouo Domino, qui priori nõ
68 ſucceſſit, † *vt tradunt Oldr. conſ. 178. nu. 2. Prapo. in prælud. feud. in ſexta diuiſione. nu. 43. Gozad. conſ. 84. num. 11. Roſent. c. 2. concl. 25. in gl. a, circa fin.* & talem inueſtituram eſſe primam, prout
fuit a Camera Regia, & Ducali, & ab anteceſ-
ſoribus D. Iulij, nec non horum fratrum agen-
tium reputata.

Tertiò multo minus admittendi ſunt tranſ-
uerſales inueſtitorum in caſu noſtro, in quo cõ
ſtat ex conuentionibus initis inter Principem,
& inueſtitum non ſenſiſſe contrahentes de re-
motioribus agnatis, ac potiſſimum ex illa, per
quam Princeps promiſit, ſe Inueſtiturum acqui
rentem ſine ſolutione laudemij, ſi vnus ex fra-
tribus inueſtitis alienauerit partem feudi in ali
quem de Cambianis: nam hæc conuentio de-
notat agnatos non fuiſſe comprehenſos in in-
ueſtitura, quia alioquin fuiſſet inutilis, & fru-
ſtratoria, cum de iure laudemium non debea-
tur propter alienationem factam vni ex com-
69 prehenſis in inueſtitura, † *vt tradunt Brun. conſ. 44. num. 12. Cæphal. conſ. 27. num. 19. & conſ. 699. num. 30. latè Amed. a Pont. q. 12. laud. per tot. Peregr. conſ. 21. num. 2. vol. 1.* Soluitur enim laude-
mium propter conſenſum, qui præſtatur à Do-
mino, ſine cuius voluntate fieri nõ poteſt alie-
70 natio, † *vt ſcribunt Alex. conſ. 123. num. 7. vol. 5. Cæph. d. conſ. 27. num. 22. Amed. a Pont. q. 1. laud.*
cum alioquin vni ex comprehenſis in inueſti-
tura feudum ſine Domini volũtate poſſit alie-
71 nari. † *ca. 1. de alien. feud. pat. cap. 1. §. Titius filios ſi de feud. def. cont. ſit cap. 1. §. 1 per quos fiat inu. & apertius, in cap. 1. §. etſi clientulus verſ. ſi vero. de alien. feud.* Et ideo, ſi diceremus agnatos eſſe cõ
prehenſos in inueſtitura propterea, quod con-
ceſſio fuit facta in antiquum, ſine dubio fuiſſet
inutilis, & ſuperuacua talis conuentio, cum &
ſine ea non poſſet Princeps exigere laudemiũ;
Ne igitur hoc dicamus, fatendum eſt, contra-
hentes per huiuſmodi conuentionem decla-
raſſe, tranſuerſales inueſtitorum non eſſe com
prehenſos in inueſtitura, non obſtante, quod
conceſſio facta ſit in antiquum.

Quartò feudum hoc fuit conceſſum pro de-
ſcendentibus hæredibus, & ad eos fuit reſtrictũ
per illa verba, *Per ſe, & ſucceſſores ſuos*, et per il-
72 la, *per ſe, & hæredes ſuos.* † *cap. 1. & §. ſi clientulus de alien.*

de alien. feud. & ideo nō debet extendi ad agna
73 tos non obſtante clauſula in antiquum,† *vt in*
*terminis tradūt Alex,conſ.*10.*nu.*5.*vol.*3. *Iaſ.conſ.*
*3 52.col.4.verſ.verum,vt nibil, & conſ.*180.*num* 4.
& 5.verſ.2. reſpondetur, vol.2. Soc.ſen.inter conſil.
*Brun.conſ.*10.*num.*17.*verſ.poſita prima opinione,*
*Ruin.conſ.*5.*num.*3.*conſ.*45.*num.*12.*in fin.vol.*1.
Gabr.in tit.de feud.concl 1.*num.*3.*Cæph.conſ.*133.
*num.*29.*& conſ.*302.*num.*50.*Ozaſ.conſ.*7.*nu.*17.
Amed. à Pont.in d.tit.qui feud. dar. poſſ.nu. 132.
*verſ.idem ſi ſacta. Menoc.conſ.*400.*num.*59.*& Col*
*legium Patauinum inter conſ. Pereg.conſ.*2.*num.*
44.*volu.*1. quia limitata cauſa limitatum parit
74 effectum. † *l.in agris.*16.*ff.de acq.rer.dom.*

Quintò conſiderādum eſt, feudum hoc eſſe
hæreditarium, ſi non ſimpliciter, & abſolutè,
ſaltem mixtum, quia in conceſſione facta eſt
mentio hæredum,& ſucceſſorum,quę denotat
75 feudum hæreditarium, † *vt tradunt Iſer.in cap.*
*1,§.hoc quoque nu.*2. *de ſucc.feud. Alex.in conſ.*55.
*num.*6.*volum.*4. *Affl.deciſ.*112.*num.*3. *Socin.ſen.*
*inter dicta conſilia Brun. conſ.*10.*num.*10. *Iaſ.in*
*l.*2.*num.*213.*C.de iur.emph.Dec conſ.*185.*num.*1.
*Pariſ. conſi.*1.*num.*5.*vol.*1.*Ruin.conſ.*1.*num.*13.
*vol.*1.*Brun.conſ.*80.*num.*15.*Cæph.conſ.*657.*num.*
15.*Decia.conſ.*5.*num.*118.*vol.*1. *Rol.conſi.*2 *num.*
39.*vol.*1 *Surd.conſ.*5.*num.*17.*Pereg. conſ.*9.*num.*
9.*volum.*1. & ideo ad illud non debent admitti
DD. fratres, quia non ſunt hæredes, aut primi
76 inueſtiti, aut vltimi defuncti, † *vt tradunt Soc.*
*iun.conſ.*114.*num.*11. *volum.*2. *Ozaſ.deciſ.*26.*nu.*
10.*& deciſ.* 161.*in fin. Rol.conſ.*3.*num.*77. *conſil.*
23.*num.*44.*vol.*1.*Cæph.conſ.*224.*num.*25. *& conſ.*
301.*num.* 140. *Menoch.conſ.* 400.*num.* 57. *Surd.*
*conſ.*5.*num.*19. *&* 51. *& conſ.*63.*num.*21. *Peregr.*
d.conſ 9.*num.*12.*vol.*1.

Nec eſt, quod aliquis obiiciat, imo ſufficere
quod ſint hæredes communis parētis, qui pro-
pter clauſulam iut antiqui, auiti, & paterni,
77 fingitur primus acquiſitor, † *vt tradunt Rollan.*
*conſ.*60.*num.*54.*vol.*1.*Cæph.conſ.*173.*num.*32.*&*
*ſeq.Natt.conſ.*468.*num.* 2.*& Menoch.conſ.*1033.
num. 19. Quia reſpondemus primò contrariā
opinionem eſſe veriorem,& receptiorem,non
ſufficere ſcilicet volentem ſuccedere virtute
clauſulæ, in antiquum,eſſe hæredem commu-
nis parentis, niſi ſit hæres, aut vltimi defuncti,
78 aut primi acquiſitoris, † *vti ſcribunt Alexan. d.*
*conſ.*10.*num.*8.*volum.*3.*Soc.ſen.inter d.conſi.Bru.*
*conſi.*10.*num.*17.*Iaſ.d.conſ.*180.*poſt num.*4.*volu.*
2.*Brun.conſi.*24.*num.*3.*Gabr.in d.tit.de feud.con*
*cluſ.*1.*num.*3.*Intrigl.de feud.* q.24.*num.*65. *Ozaſ.*
*conſ.*38.*num.*45.*& conſ.*52.*num.*9. *Amed.à Pont.*
*in d.tit.qui ſeu.dar.poſſ.nu.*132.*vbi refert ita fuiſſe*
iudicatum: Nam illa verba hæredes ſuos, verè,
79 non autem ficte ſunt accipienda. † *l.fi. C.de bo.*
qui ven.et. imp. maximè, cum illa dictio, ſuos,
tanquam perſonaliſſima non poſſit verificari,
niſi in hæredibus loquentium, ſiue nominato-
80 rum, † *vt tradūt Barto. in l.cum in teſtamento,*30.
*num.*3.*&* 4.*ff.de aur. & argen.leg. & in l. ex facto,*
17.*in prin.num.*2.*ff.ad treb.Mantic.de coniect.vlt.*
*volun.lib.*8.*tit.*12.*num.*31.*Decia.conſi.*21.*num.*2.
*vol.*3.*Roll.conſ.*70. *num.*78.*vol.*3. *Cæph.conſ.*333.
*num.*8. *Theſ.deciſ.* 64.*in fin.* Et eo magis debent
excludi in caſu noſtro, quo certum eſt, eos nō
probare, ſe eſſe hæredes illius communis parē-
tis, cuius nulla bona poſſident, cum ſatis nō ſit,
quem eſſe hæredem ſanguinis, niſi ſe probet et
hæredem bonorum, *vt late ſcribit Rollan. conſi.*
32.*num.*27.*verſ.plus dicitur. & num.ſeq.lib.*3.*vbi*
teſtatur de magis communi: Licet enim habeant
partem feudi, non tamen eam habent tanquā
hæredes illius ficti acquiſitoris, ſed tanquam
hæredes, & ſucceſſores Iacobi, qui primus ab in
ueſtitis feudi partem acquiſiuit, & quem non
conſtat fuiſſe hæredem illius, quem ſupponūt
ſtipitem communem.

Minus eſt, quod aliquis obiiciat, defectum
qualitatis hæreditariæ non poſſe illis nocere,
quia per eos non ſtat, quominus ſint hæredes,
81 cum ſibi non fuerit delata hæreditas, † *vt tra-*
*dunt Pariſ.conſ.*23.*num.*185.*volu.*1. *Capy. deciſ.*
64.*num.*8. *Rou.conſ.*57.*num.*77.*vol.*3. *Theſ.deciſ.*
99.*num.*24.*Menoc.conſ.*816.*nu.*24. *& conſ.*1033.
*num.*18. *& Peregr. conſi.*11.*num.*4.*volu.*1. Quia
reſpondemus primo, hoc intelligi reſpectu vl-
timi poſſeſſoris, non etiam reſpectu primi in-
ueſtiti: nam agnatus, qui eſt hæres primi inueſti
ti, ſi per eum nō ſtet, quominus ſit hæres etiam
vltimi poſſeſſoris, ſuccedere poteſt in feudo hæ
reditario; Et in his terminis loquuntur ferè om-
nes DD. in cōtrarium allegati. Cæterum, ſi nec
vltimi poſſeſſoris, nec primi inueſtiti ſit hæres,
verius eſt non eſſe admittendum, nec ſufficere,
quod per eum non ſtet, quia requiritur qualitas
82 hæreditaria, † *vt tradunt omnes, quos ſupra nu.*
76. *&* 78. *retulimus, & in ſpecie declarat Surd. d.*
*conſ.*5 *nu.*50.*Pereg.conſ.*7.*nu.*7.*vol.*1.

Secundo reſpondemus, eos, qui ſcribūt, ſuf-
ficere, quod per agnatū non ſtet, loqui de agna-
to, qui eſt in gradu ſuccedendi ab inteſtato, ſed
ideo non ſuccedit, quia, vel vaſſallus teſtando
eum excluſit, vel alius tanquam proximior co-
gnatus eum præceſſit, quo caſu, vel ſublato te-
ſtamēto, vel amoto cognato proximiore ſuc-
cederet agnatus vltimo vaſſallo, vti videre eſt
apud Peregr. & alios in contrarium allegatos.
Nos autem loquimur de iis, qui nullo modo
ſuccedere poſſunt ab inteſtato, quia, licet filia
defuncti non adeſſet, nec alius proximior co-
gnatus, non tamen hi DD. fratres (dato quod
ſe probaſſent agnatos) ſuccedere poſſent in bo
nis, & hæreditate Dom. Iulij, quoniam eſſent
vltra decimum gradum, vltra quem certum eſt
83 iure ciuili non deferri hæreditatem. † *§. vlt.in-*
*ſtit.de ſucc.cogna.& tradunt Iaſ.in l.certum,*5.*nu.*
3.*C.und.leg.& ibi Dec.num* 6.*Item Andr.Gail.lib.*
2.*obſ.*150.*nu.*1. *Intrigl.de feud.q.*46. *nu.*38. Itaq;
ceſſant in caſu noſtro eorum dicta.

Sextò non poſſe DD. fratres ad huius feudi
ſucceſſionem admitti clariſſimè demonſtrat
regula communi DD. omnium conſenſu tra-
dita, quæ eſt, quod, ſi feudum primordialiter fa
ciat tranſitum in tranſuerſales acquiſitoris ex
pacto, vel aliis caſibus, poſſint illi ſuccedere vſ
que ad ſeptimum gradum, ſi verò primordiali-
ter fecerit tranſitum in deſcēdentes acquiſito
ris, tunc admittantur quidem tranſuerſales ip-
ſorum deſcēdentium in infinitum, ſi modo, &
ipſi à primo acquiſitore deſcendant, tranſuer
ſales verò ipſius acquiſitoris nullo modo ad-
84 mittantur, † *vti videre eſt apud Aluar. in cap.* 1.
*§. & quia vidimus.num.*5.*de his qui feu. dar. poſſ.*
*& in cap.*1.*§. ſi Capitanei num.*2.*verſ. quero cum*
glo.de fin. Mareb. Laudenſ.inter conſ. Brun.conſi.
119.*num.*8.*Ruin.conſ.*12.*num.* 10.*volum.*1. *Gull.*
Ben.in rep.cap.Raynutius,in verb. & vxorem no
*mine Adelaſiam,num.*90.*de teſta. Papien.in form.*
lib.quo agitur ad reu.feud.in verb. Nec ſuperſti-
tibus,

tibus,num.16. Roll. conſ.3.nu.9.vol.1. conſ.10.nu. 21.conſ.32.num.22. & 27.volu.3. Natt.conſ.634. num.5. Ozaſ.conſ.7.num.15. Decia.conſ.24.num. 72.vol.1. Pereg. conſ.24.num.17.verſ. & eſt notandum, vol.2.Surd. conſ.5.num.25. & ſeq. Roſent.de feud.cap.7.concl.59. in glo.1. Nam, cum feudum, quo de agitur, fecerit de perſona DD. Petrini, Dominici, & Conſtantij, qui fuerunt primi inueſtiti, tranſitum primordialiter in eorum deſcendentes, & nunc primùm propter defectum lineæ maſculinæ dd. inueſtitorum debeat tranſire ad tranſuerſales, non poſſent illi admitti, tametſi eſſent intra ſeptimum gradum.

Septimò, vel eo fortiùs dicendũ eſt, non eſſe eos admittẽdos in caſu noſtro, quo certum eſt eos eſſe vltra ſeptimum gradum, ſiue conſide-
85 remus vltimum poſſeſſorem, † *vt voluit Surd. d.conſ.5.num.19. & ſeqq.* ſiue primos inueſtitos,
86 † *vt cenſuerũt Caph.conſ.173.nu.34. & Crau.conſ. 664.num.14. verſ. non obſtat.* quorum ſententiã veriorem arbitramur: nam vltra hunc gradum certum eſt, non poſſe tranſuerſales ſuccedere, quando ex pacto, vel aliis caſibus ad feudi ſuc-
87 ceſſionem vocantur, † *cap.1. § vos autem notandum de his, qui feud.dar.poſſ. & tradunt Alex.in l. certum 5.num.2. C.vnde leg. & ibi Iaſ. nu.3. verſ. 4.fallit, Natt.conſ.634.num.5. Roll.conſ.3.num. 9.volum.1.conſ.10.num.21.conſ.32.num.22.volu. 3.Caphal.conſ.133.num.26. Ozaſ.conſ.7.num.15. Andr. Gail.lib.2.obſ.150.nu.5. Menoc. conſ.400. num.58.Surd,conſ.5.num.25. Peregr.conſ.24.nu. 17.volum.2.& conſ.21.num.2.vol.3. Sola ad decr. antiq.Sab.ſuper decr. Yolant.2.par.glo.3.nu.4.* Et confirmat communis illa diſtinctio, quam retulimus in præcedenti fundamento.

Nec eſt, quod aliquis obiiciat, hæc procedere, quãdo inueſtitura fuit accepta nominatim pro tranſuerſalibus, ſecus verò, quando feudũ fuit conceſſum iure antiquo, quia tunc videtur tranſuerſales in infinitum admittendi, ideo, quia feudum in omnibus aſſumit naturam antiqui,
88 † *vt in terminis tradunt Caph. conſ.173. num.33. Sacc.conſ.50.num.99. & 105. Roſent. cap.2.concl. 13.num.10.* Nam, & hac ratione ſcribunt nonnulli, non eſſe probandam agnationem in ſpecie gradus, quando feudum eſt conceſſum iure antiqui, quoniam omnes in infinitum admit-
89 tuntur, † *vt Andr. Gail. lib.2. obſ.50. num.3. & obſ.149.num.11. Roſent.d.cap.2. concl.13.num.4. & videtur etiam ſentire Theſ.in d.q.61. numer.8. dum ait ad excluſionem Domini directi agnatos in infinitum eſſe admittendos:* Quia reſp. communẽ opinionem eſſe in contrarium, *vt ipſemet Roſent.d.c.7.concl.59.num.16.in fi. fatetur*: nam verius eſt, tranſuerſalium ſucceſſionem eſſe conſtrictam ad ſeptimum gradum, etiam quando
90 ſuccedunt ex clauſula iure antiqui, † vt *in ſpecie tradunt Caph.conſ.133 num.23. iuncto, num. 26.Crau.conſ.664.nu.14.verſ.non obſtat, & conſ. 913.num.9.Ozaſ.conſ.7.num.14. Peregr.conſ.24. num.17.vol.2.Roll.conſ.32.num.19.& 20.libro 3. Sola ad decret. antiqu. Sab. ſuper decret. Remp. 2.par.glo.4.num.14.Surd.conſ.5.num. 26. 32. 34. 49.56.68. Et* eſt de mente DD. omnium, quos retulimus in præcedenti fundamento, dũ aiunt tranſuerſales, quando vocantur ex pacto, vel aliis caſibus, non admitti vltra ſeptimum gradum: nam illa verba, vel aliis caſibus, complectuntur etiam hunc, quo tranſuerſales vocantur ex clauſula, iure antiqui. Quinimo, quãdo vocantur ex hac clauſula, ſine dubio vocantur ex pacto, ſi non expreſſo ſaltem tacito: pariá enim ſunt dicere, concedo feudum etiam pro
91 tranſuerſalibus, vel concedo iure antiqui, † *vt tradunt Natt.conſ.467.num.15.& conſ.468.num. 4.Caph.conſ.173.num.28. Menoc.conſ.1041.num. 8.verſ. reſpondetur negando.* Itaque, ſi reſtringitur ſucceſſio, quando vocantur ex pacto, debet etiam reſtringi, quando vocantur ex illa clauſula, quia alioquin plus poſſet tacitum, quam expreſſum contra notiſſimas iuris regulas, quibus dicimus, taciti, & expreſſi parem eſſe vir-
92 tutem, † *l.cum quid 3.ff.ſi cert.pet.* Imò potẽtius
93 eſſe expreſſum, quam tacitum. † *l. nonnunquã 51.ff.de cond.& demonſt.l.ſi quis Sempronium.63. ff.de hæred.inſt.l.expreſſa.136.& ibi Dec.num.5.ff. de reg.iur.* Et verò hanc eſſe communem DD. omnium traditionem, vel hac vna ratione, & quidem indiſſolubili conuincitur: nam Doct. qui ſcribunt communiter ſucceſſionem collateralium conſtringi ad ſeptimum gradum loquuntur de feudo antiquo, & aiunt, ſi id primordialiter faciat tranſitum in tranſuerſales non vocari, niſi ſint intra ſeptimum gradum,
94 † *vti videre eſt apud Gul. Ben.in rep.cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. nu.90. de teſta. Papien.in form.lib.quo agit.ad renoc.feud. in verb nec ſuperſtitibus.num.16. Mynſ.cent.2.obſ. 95.num.3.Roll.conſ.10.num.21.conſ.32.nu.22. vol.3.Ozaſ.conſ.7. num.15.* Et tamen nõ poſſunt intelligi de feudo antiquo verè, quia id non poteſt dici facere primordialiter tranſitum in tranſuerſales, cum antiquum non ſit feudum, niſi habeat originem ab aſcendente, & ab eo
95 tranſitum fecerit in deſcendentes, † *vt tradunt Alex.conſ.30.num.4.in fin. vol.1. Iaſ in prælud. feud.num.83.Clar.in § feudum.q.8.num.1. Natt. conſ.467.num.2. Menoch.conſ.815.num.87.Surd. conſ.5.nu.3.Roſent.cap.2.concl.10.nu.1.* Loquuntur ergo de feudo antiquo ficte, idest de eo, quod verè nouum eſt, ſed habet naturã antiqui propter clauſulam, in antiquum, & ſic communiter cenſent ad tale feudum ita demum admitti tranſuerſales, ſi primordialiter in eos faciat tranſitum, & prætereà ſint intra ſeptimum gradum: Et ita in terminis feudi noui conceſſi in antiquum communem illam diſtinctionem habere locum declarat Surd. *d.conſ.5.num.56. ſecundum quod conſilium fuiſſe a Senatu Montiſferrati iudicatum atteſtatur idem Surd. in conſilio 472. num. 6.* Quinimo, quod plus eſt, plerique cenſent etiam in feudis verè antiquis tranſuerſales deſcendentium non obſtante, quod ſint deſcendentes à primo acquiſitore, non admitti
96 vltra ſeptimum gradum, † *vt Bald.in Auth. defuncto num.2.verſ.ſed feudum. C.ad Tert. Iſer. in cap.1.§ hoc quoque.nu.23. Qui feud.dar.poſſ. Iaſ. conſ.114.num.3. volum.1. Soc. iun. conſ.76. num. 72.volum.1. Parіſ.conſ.23.num.261. vol.1.Caph. conſ.133.num.27.Decia.conſ.24.num.74. volu.1.* Et, quamuis non negemus quin horum opinio ſit communiter reprobata cum verius ſit tales deſcendentium tranſuerſales, ſed deſcendẽtes à primo acquiſitore in infinitum admitti, *vti diximus, num.3.* denotat tamen hoc, rem carere dubio, quando ſunt tranſuerſales etiam primi acquiſitoris, quia tũc verius eſt, eos, vel omnimodo non eſſe admittendos, ſi feudum primordialiter fecerit tranſitum in deſcendentes acquiſitorum, vel, ſi admittantur, non porrigi ſucceſſionem

Digitized by Google

ſucceſſionem vltra ſeptimum gradum. Nec cō-
trarium ſcripſit Theſau. *in d. q. 61.* quia, dum
ait agnatos in infinitum eſſe admittendos, lo-
quitur de feudo antiquo, in quo deſcendentes
à primo inueſtito in infinitum ſuccedunt, *vt
declarat num. 7. verſ. ego dico.* Nam in feudo no-
uo, & de recenti conceſſo etiam iure antiqui
ſcripſerat prius *num.* 4. agnationem in ſpecie
gradus eſſe probandam, ſcilicet, quia ſucceſſio
eſt ad certum gradum reſtricta.

Minus eſt, quod aliquis obijciat, tunc demū
vſq; ad ſeptimum gradum eſſe admittendos
tranſuerſales, cum feudū primordialiter in eos
fecit tranſitum, ſecus vero, cum primordialiter
fecit tranſitum in deſcendentes, quia tunc ve-
tius videtur tranſuerſales eſſe in infinitum ad-
97 mittendos, † *vt tradunt Gull. Ben. in d. rep. cap.
Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelaſiā
nu. 90. Dec. in l. certum. 5. nu. 8. C. vnde leg. Mynſ.
cent. 2. obſ. 95. num. 3. Andr. Gail lib. 2. obſer. 150.
nu. 5. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem. Ce-
phal. conſ. 173. nu. 33. Sacc. conſ. 10. num. 105.* quia
reſpondemus, illud eſſe intelligēdum de tranſ-
uerſalibus deſcendentium, qui tamen ſint de-
ſcendentes à primo acquiſitore, non etiam de
tranſuerſalibus ipſius acquiſitoris, quia illi nō
admittuntur poſt tranſitum factum in acquiſi-
torum deſcendentes, ſecundum receptiorem
ſententiam, vel, ſi admittantur, conſtringitur
98 ſucceſſio vſque ad ſeptimum gradum. † *vti vi-
dere eſt apud omnes quos retulimus, numero 84. &
num. 87. & in ſpecie declarant Ruin. conſi. 12. nu.
10. volum. 1. Thom. de Maren. tit. 2. num. 17. &
ſeq. de feud. ex pact. & prou. ant. Intigl. quæſt. 46.
num. 52. Io. Borchol. de feud. cap. 7. num. 93. & Ro-
ſent. d. cap. 7. conclu. 59. in littera L. circa fin.* nam
Cephal. & Sacc. opinio communi diſtinctio-
ni repugnat.

Octauò, & vltimo eo magis procedere de-
bent, quæ ſupra latè adduximus ad fauorem
D. Philippi, & contra ceſſare, quæ pro parte ad-
uerſa allegantur, quia, ſi hi DD. fratres ad hu-
ius feudi ſucceſſionem admitterentur, daretur
multiplicatio ſpecialiū contra regulam *l. 1. C.
de dot. prom.* quæ vult duo ſpecialia non poſſe
circa eandem rem, & perſonam concurrere:
namque primo clauſula, iure antiqui, mutaret
feudū nouum in antiquū, & vocaret tranſuer-
99 ſales † *contra ſententiā Aldr. conſ. 178. col. 1. Alex.
conſ. 10. nu. 4. vol. 3. Iaſ. conſ. 57. nu. 4. vol. 1. conſi.
152. num. 1. volum. 2. vbi teſtatur hanc eſſe magis
communem, & ab ea non eſſe in iudicando receden-
dum, & conſ. 180. poſt nu. 1. verſ. ſed iſtis non obſtā-
tibus, & nu. 5. eod. vol. Amed. a Ponte in q. 10. laud.
circa fi. Ceph. conſ. 133. num. 23. Menoc. conſi. 523.
nume. 9. & aliorum quos gratia breuitatis omitti-
mus.* Secundò potuiſſent inueſtiti ius agnatis
100 acquirere † *contra regulā. l. certi condictio, 9. §.
quoniā. ff. ſi cert. pet. l. ſtipulatio iſta 38. §. alteri. ff.
de verb. oblig. §. alteri inſt. de inut. ſtip. § ex his appa
ret inſt. per quas perſ. nob. acq. de qua Alex. cōſ. 10.
nu. 5. vol. 3. Iaſ. conſ. 152. num. 3. vol. 2. latè Roſen.
cap. 3. concl. 11.* Tertiò conceſſio facta duobus,
aut tribus fratribus operaretur ad fauorem re-
motiorum agnatorum *contra ea, quæ diximus
in ſecundo fundamento.* Quartò tranſuerſales
admitterentur non obſtante, quod feudum pri
mordialiter fecerit tranſitum in deſcenden-
tes, contra communem DD. opinionem, *de
qua diximus in ſexto fundamento.* Quintò ad-
mitterentur etiam vltra ſeptimum gradum cō-
tra notiſſimos feudalis ſucceſſionis fines, *pro-
ut oſtendimus in ſeptimo fundamento.* Sextò,
& vltimo admitterentur ad feudum hæredita-
rium, licet non ſint hæredes vltimi defuncti,
imo nec primorum inueſtitorum, contra ea
quæ dicta ſunt in quinto fundamento. Ne igi-
tur talis ſpecialium multiplicatio detur, de-
bent hi DD. fratres ab huius feudi ſucceſſione
repelli.

Neque obſtant contraria: Nam ad primū,
ſecundum, & tertium reſpondemus primo in
caſu noſtro fruſtra quæri, an feudum ſit anti-
quum, vel nouum, quia, ne ad antiquum qui-
dem feudum vocant, qui ſe non probant agna
tos, quales ſe non probarunt hi DD. fratres nō
obſtantibus coniecturis adductis, quæ nō ſunt
ſufficientes, & concludentes, *vti latè demon-
ſtrauimus in primo fundamento.* Secundò re-
ſpondemus dato, q̄ ſe probaſſent agnatos, nō
tamen hic eſſe diſputandum, an feudum, quo
de agitur debeat præſumi antiquum, quia con-
ſtat ex actis verè eſſe nouum, cum non fuerit
acquiſitum ab anteceſſoribus DD. fratrum
agentium, Et ideo ceſſant omnes contrariæ
præſumptiones, quia licet in dubio feudum
debeat præſumi antiquum, ſi poſſideat agna-
tus, vel in eo partem habeat; Ceſſat tamen ea
præſumptio, quando aduerſarius habet con-
101 iecturas, & præſumptiones vrgentiores, † *vt
tradunt Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.
93. num. 11. Maſcard. de probat. concluſ. 771.
numero 9. verſic. ex his igitur, & Roſent. d. capit.
2. concluſ. 31 in glo. C.* & ſine dubio, quando
verè, & plenè probat, id non eſſe antiquum,
102 ſed nouum, † *vt tradit Aluar. in cap. 1. §. fin.
num. 7. de grad. ſucc. in feud.* prout probauit D.
Philippus.

Et, quamuis hæc reſponſio ſufficere deberet
pro tollendis omnibus coniecturis adductis in
tertio fundamento contrario, ne tamē aliquid
intactum relinquatur, ad ſingulas reſponden-
do dicimus, ex iis non poſſe inferri ad antiqui-
tatem feudi: quia primo pars, quam Iacobus
vendidit Falcitis non eſt ex tribus, q̄ fuerunt à
Nicolino acquiſitæ, & quarum vna eſt ea, de
qua tractatur in hac controuerſia, ſed eſt quæ-
dam portio, quam Iacobus acquiſiuit ab agna
tis de Cenerijs, vti ſignificant ipſamet inſtru-
menti verba. Secundo diuiſio facta inter Ia-
cobum, & Conſtantium, non eam habuit cau-
ſam, quia bona iure ſucceſſionis eſſent inter
eos communia: nam hoc modo debuiſſet etiā
fieri diuiſio cum alijs fratribus Conſtantij, ſed
inde proceſſit, quia, cum idem Conſtantius
vendidiſſet prædicto Iacobo dimidiam ſuæ ter
tiæ partis, & ea ratione remaneret illa tertia
pars inter eos communis, præbuit ea res anſam
perueniendi ad diuiſionem, vt apparet ex in-
ſtrumento venditionis, quam idem Iacobus
poſtea fecit Petrino fratri eiuſdem Conſtan-
tij: nam in eo profitetur, ſe vendere dimidiam
tertiæ partis, quam emerat a Conſtantio, &
deſignat bona per ſitus, & cohærentias omni-
no ſimiles iis, quæ fuerant deſcriptæ in inſtru-
mento diuiſionis. Tertiò Iacobus nominatur
conſors propter partes à primis inueſtitis em-
ptas non verò, quia iure ſucceſſionis aliquam
partem in feudo poſſideret. Quartò Domini-
cus venditioni conſenſit, quia, tanquam vnus

ex tribus

ex tribus primis inueſtitis ius habebat retrahen
di partes à fratribus alienatas, non verò, quia
prouenisſet ab eodem ſtipite à quo venerat Ia-
cobus. Quintò, licet Dom. Iulius nõ, niſi quar-
tam partem haberet, non tamen ſequitur, de-
ſcendentes Dom. Iacobi habuiſſe alias partes
iure ſucceſſionis, quia nec poterant habere ſu-
perſtite adhuc, & viua linea fratrum inueſtito-
rum, *vti demonſtrauimus nu. 58. & ſequen.* ſed
eas habuerunt ex nouis cauſis, nempè ex cauſis
emptionũ, quæ fieri poterãt inter Cambianos,
ex vi pactorum primæ inueſtituræ, *vti conſtat
ex actis.* Sexto conſilio Dom. Iulij tanquam
erronea, & contraria notiſſimæ veritati, non
eſt attendenda maximè cũ ab eo fuerit in arti-
culo mortis reuocata, *vti ſupra demoſtrauimus.*

Ad quartum autem reſp. primò, illud pro-
cedere regulariter, & in ſimplicibus terminis
feudi noui conceſſi iure antiqui, ſed limitari,
quando, vel ex verbis, vel ex mente contrahen
tium apparet reſtrictam eſſe conceſſionem ad
certum genus perſonarum: nam tũc verius eſt,
talem conceſſionem non operari ad fauorem
aliorum, & in caſu noſtro reſtrictam eſſe con-
ceſſionem, tàm ex verbis, quàm ex mente con-
trahentium ad ipſos fratres inueſtitos, & eo-
rum deſcendentes, *ſecundum ea, quæ diximus in
ſecundo, tertio, & quarto fundamentis*, ideoque
non poſſe talem conceſſionem ad fauorum
agnatorum operari.

Secũdò reſpondemus, contrariũ procedere,
ſi ſuccedere volens ſit hæres, aut vltimi vaſſal-
li, aut primi inueſtiti, *vti demonſtrauimus in
quinto fundamento.*

Tertiò reſpon. clauſulam illam operari ad
fauorem agnatorum ita demum, ſi feudũ non
fecerit primordialiter tranſitum in deſcenden
tes inueſtitorum, & præterea tranſuerſales ſint
intra ſeptimum gradum, ideoque non poſſe
DD. fratres ſuccedere in hoc feudo, & quia
primordialiter fecit tranſitum in deſcendentes
inueſtitorum, & quia ſunt vltra ſeptimum gra
dum, ſiue ſpectemus vltimum defunctum, ſiue
primos inueſtitos, *vti latè oſtendimus in ſexto,
& ſeptimo fundamento.*

Ad quintum reſpon. imò nullam eſſe con-
uentionem, ex qua talis contrahentium inten-
tio colligi poſſit: nam pactum de non ſoluen-
do laudemio non ſolum non arguit agnato-
rum vocationem, ſed clariſſimè demonſtrat
eos non eſſe comprehenſos, *vti probauimus in
tertio fundamento.* Pactum verò de non acqui-
rendo debet intelligi de titulo voluntario, nõ
autem de deuolutione, quæ ſit ex natura feudi,
103 aliàs nimium detraheret naturæ feudi. † *con-
tra not. in cap. 1. §. filia de ſucc. feud. cap. 1. §. quin
etiam Epiſc. vel Abb. cap. 1. de feud. non hab. prop.
nat.* Idque non ſolum ſuadetur ex verbo acqui
rere, quod propriè non poteſt ad deuolutionẽ
referri, quæ magis eſt conſolidatio vtilis cum
directo dominio, quam acquiſitio, ſed etiam
ex illis verbis, quæ ſubiiciuntur, ſaluo iure feu-
di: nam ea ſine dubio deuolutionẽ excipiunt,
104 quæ ex iure feudi proficiſcitur. † *cap. 1. quib.
modis feu. amitt.* Et faciũt, q̃ de hac clauſula ſal-
uo iure feudi ſcribit *Menoc. conſi. 61. num. 18.
& poſt eũ. Ozaſ. deciſ. 164. nu. 7. & ſeq.* vbi ait eſſe
modificatiuã, & conſeruatiuam naturæ feudi.
Ad quod optimè facit textus *in capit. vnico de
feudo non habente prop. natu. feud.* quem in id
adducit *Ozaſ. ibi num. 10.* & text. *in l. ſi debitor. §.
1. ff. quib. mod pign. mod. vel hyp. ſol.* vbi creditor,
qui conſentit pignus poſſe alienari ſalua cauſa
pignoris, ſibi non præiudicat, ſed conſeruat ius
ſuum etiam ſecuta alienatione.

Ad ſextum, & vltimum reſpondemus pri-
105 mò doctr. illam Bar eſſe dubiam *vt ait Amed.
a Pont. q. laud. 12. num. 15.* & in feudis non ſole-
106 re practicari, † *vt ait ſtatur Clar. in §. feudum.
quæſt. 87.* vbi ait ſe nunquam vidiſſe ſeruari in
practica, quando tractatur de feudis, & durum
eſſe id obtinere, *& Andr. Gail. lib. 2. obſer. 148.
num. 3.* maximè in hac patria in qua quotidie
videmus contrarium obſeruari, vt nouiſſimè
in feudo Donati, quòd erat Illuſt. familiæ DD.
de aduocatis, & ob finitam lineam vaſſalli de-
uolutum fuit à Sereniſs. Principe noſtro con-
ceſſum D. Carolo Perrono, taliſque conceſſio
non obſtante agnatorum oppoſitione fuit ab
Illuſtriſs. Camera confirmata.

Secundo reſpon. prædictam doctr. tot reci-
107 pere limitationes, vt deſtruant regulam, † *vt
ait Amed. a Pont. d. q. 12. num. 15.* & inter eas
quatuor eſſe præcipuas, quæ militant in caſu
noſtro: Primum enim limitatur, quando res
108 non eſt integra, † *vt tradũt Alex. conſ. 10. num.
12. volu. 3. & alij quos referunt Gabr. in tit. de iur.
emphyt. concluſ. 1. num. 20. Mynſ. centur. 5. obſeru.
16. num. 3. & cent. 6. obſer. 79. num. 5. Borgnin. de-
ciſ. 36. poſt num. 413. part. 2. Roſent. cap. 7. concluſ.
24. num. 13. & in glo. 2.* Secundo, quando peten-
109 tes renouationem non ſunt hæredes, † *vt tra-
dunt Gabr. d. concluſ. 1. num. 18. Mynſ. d. obſer. 16.
num. 4. & d. obſer. 79. num. 6. Roſent. d. conclu. 24.
num. 15.* Tertiò, quando tractatur de Principe
ſupremo, qualis eſt Sereniſs. Princeps noſter,
qui habet iura Imperij: nec enim tenetur face-
110 re talem renouationem, † *vt ſcribũt Parſ. conſ.
23. num. 150. vol. 1. Gabr. d. concluſ. 1. num. 22. Ro-
ſent. d. conſ. 24. nu. 20.* Quartò, qñ Princeps al-
teri concedit propter benemerita, prout cõceſ-
111 ſit in caſu noſtro, † *vt ait Gabr. d. concl. 1. n. 22.*

Ex quibus omnibus, & alijs, quæ conſulto
omittimus, concludimus nullum in bonis, de
quibus agitur competere, aut in poſſeſſorio,
aut in petitorio ius DD. fratribus, ideoque reie
cta eorum oppoſitione Do. Philippum eſſe in
poſſeſſione manutenendum, ſaluo, &c.

Bernardinus Clericus.
Bartholomeus Maro.
Io. Iacobus Raſcher.
Io. Antonius Bellonus.

Pro admodum Reuer. PP. Societatis Ieſu Parmenſis.

CONSILIVM XLVI.

ARGVMENTVM.

Vſufructu omnium bonorum vxori relicto,
eodemq; Titio, & Mæuio legato hac lege, vt
duæ partes eiuſdem vſusfructus applicetur cõ-
ſtructioni alicuius Eccleſiæ, in quibus tamen
duabus partibus nullatenus comprehendatur
tertia pars vſusfructus vxori relicti, quantam
vxor conſtructione durante, quantamve fini-
ta vſusfructus partem habere debeat.

S SVM-

SVMMARIVM.

1 *Relatum eſt in referente.*
2 *Dictio, aliorum, eſt excluſiua expreſſorum.*
3 *Vſusfructus in re propria non conſiſtit.*
4 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*
5 *Coniunctiure concurſu faciunt partes.*
6 *Vocatio facta de pluribus intelligitur in dubio facta ſimul non ſucceſſiuè.*
7 *Verba vniuerſalia nullum caſum excludunt.*
8 *Coniunctus re eſt, qui habet ſolidum ex verbis.*
9 *Diſiuncti omnimodo dicuntur, qui vocantur ad rei partes factas in diuerſis orationibus, & cur*
10 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo diſiunctos in legato vſusfructus.*

FACTI SPECIES.

PErill. & Excellent. D. Ludouicus Zuncus Præſes conſilij iuſtitiæ Placentiæ condito teſtamento legauit vxori ſuæ tertiam partem bonorum mobilium, & præterea vſumfructum omnium aliorũ bonorum his verbis. *Item pariter eidem Do. vxori ſuæ legauit vſum, & vſumfructum, vel quaſi, reſpectiuè referendo, omnium aliorum bonorum, & hæreditatis prædicti D. teſtatoris, ſaluo ſemper, vt infra dicetur.*

Deinde inſtitutis hæredibus vniuerſalibus ſex nepotibus, quos ex duobus fratribus ſuperſtitibus habebat, in capita, nõ in ſtirpes, vſumfructũ eorundem bonorũ, & hæreditatis legauit fratribus ſuis, & ſic patribus hæredũ inſtitutorum his verbis. *Item legauit prędicto Illuſt. D. Hyeronimo eius fratri vſum, & vſumfructum, vel quaſi, reſpectiuè referendo, portionis bonorũ, & hęreditatis ipſius D. teſtatoris prędictis DD. Iuliano, & Antonio eius filijs iure inſtitutionis relictæ, vt ſupra, toto tempore vitę ipſius Do. Hyeronimi, ſaluo ſemper, vt infra, & non aliter.* Et paulo poſt, *Item legauit prędicto D. Flaminio eius fratri, vt ſupra, vſum, & vſumfructum portionis bonorũ, & hæreditatis ipſius Dom. teſtatoris prędictis eius nepotibus filijs ipſius Dom. Flaminij iure inſtitutionis relictę, vt ſupra, toto tempore ipſius Dom. Flaminij vitę, ſaluo ſemper, vt infra dicetur, & non aliter.* Vnde, quia ex vno fratre, nempè ex Dom, Hyeronimo duo tantum erant nepotes, ex altero verò, nempe ex Dom. Flaminio quatuor, cenſetur teſtator legaſſe vſumfructũ trientis omnium bonorũ D. Hyerouymo, beſſis verò D. Flaminio.

Poſtremò, quia in prædictis omnibus diſpoſitionibus aderant illa verba, *ſaluo ſemper, vt infra dicetur*, quibus teſtator ſignificabat, ſe poſtea declaraturum, ſiue, vt ita dixerim, modificaturum, & limitaturum prædictas vſufructus diſpoſitiones, ita diſpoſuit circa finem teſtamenti. *Et, quia enixę mentis, & intentionis prędicti Dom. teſtatoris fuit, & eſt, quod fabrica, Anguli, nuncupata iuxta exemplum iam factum perficiatur, voluit, iuſſit, & ordinauit, quod duę partes ex tribus omnium redditum bonorum, & hęreditatis prędicti Dom. teſtatoris (in quibus tamen duabus partibus ipſorum redditum nullatenus comprehendatur tertia pars vſusfructus bonorum, & hęreditatis, vt ſupra relicti Dom Marthę eius vxori) ſint, & eſſe cenſeantur prędictę fabricę applicatę, prout applicauit, & applicat, quouſque perfecta fuerit omni meliori modo*, quibus verbis magnam præbuit anſam dubitandi, quantam vxor fabrica durante, quantamve finita partem vſusfructus habere debeat, tertiamne, an dimidiam, an verò totum vſumfructum, prout totum ſibi deberi contendit, de quo, quid ex animi mei ſententia ſtatuendum putem, ſcribere rogatus, dicam liberè, quod ſentio.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PErplexitas rei me primùm cogitantem in eam trahebat ſententiam, vt exiſtimarem, tertiam tantum vſusfructus partem vxori deberi, non ſolum durante, ſed etiam finita fabrica, Quod, vt cenſerem, me maximè mouebat illud, quia, licet teſtator initio totũ vxori reliquerit vſumfructum, adiecit tamen illa verba, *ſaluo ſemper, vt infra dicetur*, quæ tanquam relatiua, operantur, vt declaratio ſubſequẽs perinde accipiatur, atque, ſi in ipſamet diſpoſitione facta fuiſſet: relatum enim eſt in
1 referente. † *l. aſſe toto 77. ff. de hered. inſti. & ſcribunt Natt. conſ. 403. num. 58. Crau. conſi. 45. nu. 4. Bec. conſi. 41. num. 22. Surd. conſ. 298. nume. 24.* Vnde, cum in ſubſequenti declaratione dixerit teſtator, partem vſusfructus vxori relicti eſſe tertiam, conſequens videtur, vt tertia tantum pars cenſeatur ei relicta. Nec ſolum fabrica durante, ſed etiam ea finita, quia ad hunc tantum finem videntur adiecta illa verba, *In quibus tamẽ duabus partibus ipſorum redditum, nullatenus comprehendatur tertia pars vſusfructus bonorum, & hęreditatis, vt ſupra relicti prędictę Dom. Marthę eius vxori*: nam, cum ſupra dictum fuerit, velle teſtatorem, *quod duę partes ex tribus omnium redditum bonorum, & hęreditatis prędicti Dom. teſtatoris ſint, & eſſe cenſeantur prędictę fabricę applicatę*, non erat opus aliqua declaratione, vt alia tertia pars cenſeretur ab hac diſpoſitione excluſa, quia, qui legat duas tertias redditum, ſine dubio non legat omnes redditus Itaque fruſtra poſtea videretur teſtator declaraſſe, nolle ſe in prædictis duabus partibus contineri tertiam partẽ vſusfructus vxori relicti, quæ iam ipſo iure videbatur excepta. Ne igitur dicamus, hæc verba fuiſſe perperam, & inutiliter appoſita, *contra l. ſi quando. 112. in prin. ff. de leg. 1.* debet potius teſtator cenſeri illa adieciſſe ad hunc tñ finẽ, vt declararet, & limitaret partem, q̃ intendebat cenſeri relictam vxori in prima diſpoſitione.

Verſi re poſtea diligenter perpenſa, & matura conſideratione examinata in aliam iui ſnīam, & deprehendi iuxta verba, mentemq; teſtatoris, vxorem fabrica durante debere tertiã vſusfructus partem integram habere, ea verò finita, quandiu concurrent DD. Hyeronimus, & Flaminius teſtatoris fratres, non niſi dimidiã debere conſequi, Quod, vt liquidò demonſtrẽ, & docti teſtatoris mentem in aperto conſtituam, conſidero.

Primò, hunc teſtatorem vxori ſuæ reliquiſſe totum vſumfructum, quia dixit, *vſumfructũ omnium aliorum bonorum, & hęreditatis*: licet enim dictio, aliorum, ſit quorundam excluſiua, eſt
2 tamen excluſiua expreſſorum, † *vt ſcribunt Bart. in l. ſi quis ſeruum. 8. §. fin. in fin. ff. de legat. 2. Dec. conſilio 653. numero 5. Pariſ. conſilio 79. numero 21. volum. 2. Socin. iun. conſilio 107. numero 45. & 47. vol. 3. Mago. deciſ. Flor. 38. nu. 15.*

Itaque

Itaque in propoſito ponitur ad excluſionem bonorum eidem vxori legatorũ, nempè tertię partis bonorũ mobiliũ, quæ fuerunt eidē pleno iure relicta, & neceſſario debuerũt excludi à legato vſusfructus, quippè, qui non conſiſtit
3 in re propria. † *l. vtifruꝰ. 5. in prin. ff. ſi vſusfr. pet.* non verò ad excluſionem aliorum. Itaq; reſpectu bonorum, in quibus conſiſtere põt vſusfructus, ſine dubio teſtator reliquit totum vſumfructum.

Et quamuis adiecerit, *ſaluo ſemper, vt infra dicetur*, quibus verbis cenſetur reſtrinxiſſe, & limitaſſe diſpoſitionem iuxta terminos ſubſequentis declarationis, adhuc tamen verum eſt, fabrica finita totum vſumfructum cenſeri relictum vxori, quia limitatio, & declaratio ſubſequens reſpicit tantum tempus fabricæ durantis, vt apparet ex illis verbis, *quouſque perfecta fuerit*; Itaque finita fabrica nulla ſubeſt reſtrictio, & limitatio præcedentis legati: Totus ergo vſusfructus cẽſetur ei finita fabrica relictus.

Nec obſtant illa verba, *nullatenus comprehendatur tertia pars vſusfructus bonorum, & hereditatis, vt ſupra relicti prędictę Dom. Marthę eius vxori*, quia, ſi diligenter perpendantur, non ſolum non officiunt, ſed perſpicuè probant hãc mentem teſtatoris: namq; his verbis declarat teſtator, ſe vxori reliquiſſe, non tertiam partẽ vſusfructus, ſed totum vſumfructum, quia nõ ait, *tertia pars relicta*, ſed, *tertia pars vſusfructus relicti*. Itaq; ſignificat, ſe reliquiſſe vſumfructũ, & ſic totum vſumfructum, cum indefinita
4 æquipolleat vniuerſali. † *l. ſi plures. 96. ff. de leg. 3.* Sed, quia durante fabrica vult duas partes ex tribus cenſeri prædictæ fabricæ applicatas, declarat, ſe nolle, vt in dictis duabus partibus (ſcilicet applicatis fabricæ, & ſic durante fabrica) contineatur tertia vſusfructus relicti vxori, quod, qua ratione motus teſtator adiecerit, paulo poſt demonſtrabo. Significat igitur extra cauſam fabricæ, ſe reliquiſſe totum vſumfructum vxori, ſed ea durante, ſe velle vxorem habere tertiam integram, alias verò duas tertias in fabricam conuerti.

Secundò conſidero teſtatorẽ reliquiſſe eundem vſumfructum, & quidem totum DD. Hyeronimo, & Flaminio fratribus ſuis: nam, cum ſex hæredes viriliter inſtituerit, & Dom. Hyeronimo legauerit vſumfructum portionum ad eius filios pertinentium, ideſt vſumfructum duarum portionum, Dom. vero Flaminio reliquerit vſumfructũ portionum pertinentium ad eius quoque filios, & ſic vſumfructum aliarum quatuor portionum, non poteſt non cenſeri reliquiſſe vſumfructum totius hæreditatis. Ergo totus vſusfructus eſt relictus vxori, totuſque DD. Hyeronimo, & Flaminio. Sunt igitur re coniuncti, & conſequenter con-
5 curſu debent facere partes. † *l. 1. §. interdum. ff. de vſufr. accr. l. vn. §. vbi autem legatarij. C. de cadu. tollen. §. ſi eadem inſtit. de legat. & ſcribunt glo. in l. re coniuncti. 87. in verb. ſeparatim, & ibi Barto. num. 1. Iaſ. num. 23. ff. de leg. 3. Bald. in l. ſi Portidianum. 7. in prin. & ibi Alexan. num. 1. C. de legat. Craſſ. in §. ius accreſcendi quęſtio. 5. nume. 1. Mantic. de coniec. vlt vol. lib. 10. titu. 3. num. 4. Peregr. de fideicomm. artic. 9. num. 7. & 12.* Quo fit, vt vxor debeat habere dimidiam, Dom. verò Hyeronimus tertiam alterius dimidiæ, & Do. Flaminius eiuſdem dimidiæ beſſem, itá, vt dimidiam quis conſequatur eius, quod ſibi fuerat relictum, vt eſt natura concurſus.

Nec eſt, quod aliquis cauſetur, totum vſumfructum intelligi debere relictum fratribus teſtatoris ſucceſſiuè, ideſt, post mortem vxoris, quia tallis interpretatio nullo modo fieri poteſt, non ſolum, quia nulla in teſtamento leguntur verba, ex quibus colligere poſſimus, talem fuiſſe mentem teſtatoris, & ideo debẽt cen-
6 ſeri ſimul vocati, non ſucceſſiuè, † *vt tradunt omnes in l. Gallus. 29. §. quidam recte. ff. de lib. & poſthu.* ſed etiam, quia verba teſtamenti contrarium declarant: nam teſtator ait, ſe legare vſumfructum Dom. Hyeronimo *toto tempore vitę ipſius*, & ſimili modo, Dom. Flaminio, *toto tempore ipſius Dom. Flaminij vitę*, quæ verba continent omne tempus à morte teſtatoris vſque ad mortem ipſorum fratrum nullo momento excluſo, cum ſint vniuerſalia, quæ nul-
7 lum caſum excludunt. † *l. Iulianus 66. in prin. ff. de leg. 3.* Non continerent autem omne tempus, ſi cenſeretur teſtator reliquiſſe vſumfructum poſt mortem vxoris, quia excluderetur tempus vitæ vxoris, quod poteſt eſſe longiſſimum. Ergo propter illa verba intelligimus, teſtatorem noluiſſe legare vſumfructum ſucceſſiuè, ſed ſtatim, ita, vt debeant fratres, & vxor concurſu ſibi facere partes, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Et hoc intelligo finita fabrica: nam ea durãte nihil debent conſequi DD. Hyeronymus, & Flaminius, non alia de cauſa, quam, quia teſtator ita ſpecialiter declarauit in illis verbis, *In quibus tamen duabus partibus ipſorum redditũum nullatenus comprehendatur tertia pars vſusfructus bonorum, & hæreditatis, vt ſupra relicti prædictæ Dom. Marthæ eius vxori*, quæ verba non aliam ob cauſam fuerunt à docto teſtatore appoſita, quam, vt euitaretur abſurdum, quod eueniſſet, ſi non fuiſſent adiecta: nam prudens teſtator animaduerterat, ſe reliquiſſe totum vſumfructum vxori, totumque fratribus ſuis, nempè DD. Hyeronymo, & Flaminio, & ſic eos re coniunxiſſe, ac ea ratione debere eos concurrere, & cõcurſu facere partes, Et, quamuis adiecerit in omnibus diſpoſitionibus illa verba limitatiua, *ſaluo ſemper, vt infra dicetur*, ea tñ intelligi, quatenus fuerit limitatũ, ideſt, quatenus idẽ redditus fuerit poſtea applicatus, fabricæ; Vnde, q̃a talis applicatio non eſt totalis, ſed reſtricta primò reſpectu tp̃is, nempè quouſq; fabrica perficiatur, ſecundò reſpectu partis, quia etiã durante fabrica non fuit totus redditus eidem aſſignatus, ſed duæ tñ partes, ideo animaduertit, finita fabrica remanere totaliter primas diſpoſitiones in ſuis terminis, q̃a tunc ceſſat omnino limitatio temporis, durante verò fabrica remanere ſimiliter primas diſpoſitiones in ſuis terminis ſaltem reſpectu tertiæ, quę non fuit applicata fabricæ, & ideo in illa tertia remanere adhuc vxorẽ, & fratres teſtatoris rè coniunctos, & ſic deberẽ facere partes concurſu, ita, vt vxor ſextam conſequatur, alteram verò ſextam fratres teſtatoris inter ſe diuidendam pro portionibus filiorũ ſuorũ hæreditariis, q͂, quia fuiſſet cõtra eiuſdẽ teſtatoris mentẽ, quippe, cuius intentio erat, vt omnimodo haberet vxor ſaltẽ tertiã, ideo, vt occurreret huic rei poſtea q̃ dixit, ſe duas partes ex tribus redditũum bonorum, & hæreditatis applicare

fabricæ, ſubiecit, *in quibus tamen duabus partibus ipſorum redditnum nullatenus comprehēdatur tertia pars vſuſfructus bonorum, & hæreditatis, vt ſupra relicti prædicta D. Marthæ eius vxori,* quæ tertia pars ſine his verbis fuiſſet ſaltem pro dimidia in duabus tertijs applicatis fabricę comprehenſa: nam, cum vxori fuerit relictus totus vſusfructus, idemque ſimiliter relictus fratribus teſtatoris, duarum tertiarũ applicatio facta fabricę aufert vxori totum vſumfructum exceptа dimidia tertiæ, & ſimiliter excepta tali dimidiã totũ aufert fratribus teſtatoris. Itaq; niſi teſtator aliter declaraſſet, verè in duabus tertiis contineretur aliqua portio etiam tertiæ partis vſusfructus relicti vxori, nempè dimidia tertiæ, quæ ſtante declaratione non cõtinetur, ſed integra debet ad vxorem pertinere. Itaque conſtat ex his, mentem teſtatoris eſſe, vt finita fabrica fratres ipſius concurrant cum vxore in vſufructu, ea verò durante non concurrant in tertia, quæ ſola rĕmanet nõ applicata fabricæ.

Planè, ſi finita fabrica deficeret vnus ex fratribus teſtatoris, eius portio non alteri fratri accreſceret, ſeu veriùs non decreſceret, ſed ſoli vxori, quia vxor eſt re coniuncta, cum ha-
8 beat ſolidum ex verbis. † *l. vn. §. ſin vero non omnes, C. de cad. tollen.* At verò fratres inter ſe ſunt omnimodo diſiuncti, quia vocati ſunt ad vſumfructum factis partibus in ſeparatis orationibus: nam Dom. Hyeronimus in vna oratione vocatus eſt ad duas partes, Do. vero Flaminius in alia oratione ad quatuor. Itaq; ſunt omnimodo diſiuncti, quia diuerſitas orationũ tollit verbalem coniunctionem diſtinctio, ve-
9 rò partium realem, † *vt ſcribunt Bart. in l. Lucius. 78. §. quæ vxbebat num. 3. ff. ad trebell. Roma. conſi. 185. num. 9. & 10. Curt. iun. conſi. 259. num. 2. Iaſ. in l. re coniuncti. 87. num. 112. ff. de leg. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 9. Peregr. de fideic. artic. 9. num. 2. & 8. verſ. ex prædictis.* Quo fit, vt portio fratris vacans non debeat alteri accreſcere, cum ius accreſcendi non habeat locum inter omnimodo diſiunctos in le-
10 gato vſusfructus. † *l. 1. in prin. vbi Bar. ff. de vſufru. acc. Aug. in l. 1. §. 1. ff. eod. & tradunt omnes in d. l. re coniuncti*, ſed debeat pertinere ad vxorem, tanquam re coniunctam. *d. l. 1. §. interdũ. ff. de vſufr. acc.* Ex quibus omnibus, quia ſimul remanet declarata intentio teſtatoris, & ſublata obiectio facta in contrarium, concludo fabrica durante vxorem tertiam vſusfructus partem, ea verò finita, & concurrentibus fratribus teſtatoris dimidiam habituram, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Domino Antonio Vietto.

CONSILIVM XLVII.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum, quando, & ex quibus verbis reſultet ad fauorem filiorum, & aliorum deſcendentium in conditione, poſitorum, Et an, & quando fideicommiſſum cenſeatur renunciatum per diuiſionem ſubſecutã, & quãdo bona reſtitutioni ſubiecta per grauatũ alienata poſſint à fideicommiſſario reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio reciproca coniuncta cum compendioſa, non ſolum directam, ſed etiam fideicommiſſariã ſubſtitutionem continet.*
2 *Verbum, ſuccedat, eſt commune.*
3 *Verbum, ſuccedat, in ſubſtitutione refertur etiam ad fideicommiſſariam.*
4 *Dictio, gradatim quoniam habet tractum tẽpis ſucceſſiuum, ideo ſolet ad fideicommiſſariam referri.*
5 *Bona trãſire nequeunt de vno ad aliũ ſine reſtõne.*
6 *Verba, & ita gradatim, vocant filios, & alios deſcendentes in conditione poſitos, & inducũt inter eos fideicommiſſum abſolutum, per quod alter alteri cenſetur grauatus reſtituere, & nu. 7.*
8 *Alienatio irreuocabiliter fieri poteſt a filio grauato vſq; ad quantitatem legitimæ, & trebellianicę.*
9 *Alienata in legitimam, & trebellianicam imputantur.*
10 *Filij in conditione poſitè cenſentur vocati, quoties apparet teſtatorem habuiſſe rationem domus, & agnationis conſeruandę, & nu. 14.*
11 *Trebellianica, quæ non legitur in teſtamento prohibita, poteſt ab extraneo grauato detrahi.*
12 *Fructus per extraneum grauatum in trebellianicam imputantur.*
13 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi teſtator fecerit mentionem maſculorum.*
15 *Fideicommiſſo non cenſetur renũciatum per diuiſionem cũ ſimplici clauſula, ad habendũ tenendũ.*
16 *Liberatio in diuiſione facta his verbis, d'ogni, & qualonque altra coſa penſata, o impenſata, ch'habbino hauuto a far inſieme ſino al preſenta, amnducat fideicommiſſi, cuius nondum extitit conditio, renuntiationem, & nu. 17.*
18 *Fideicommiſſores ſubiectæ poſſunt pendente conditione alienari, & interim valet alienatio, nec reuocari poteſt ante cõditionis euentum.*
19 *Grauatus pendente conditione eſt dominus.*
20 *Alienare rem ſuam nemo impedire debet.*
21 *Alienatio tunc ſtatim reuocari poteſt cum fuit expreſſe prohibita.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

TRia ſunt, de quibus dubitati contigit in præſenti cauſa, Primò, an ex teſtamentis, quæ proponuntur, reſultet aliquod fideicõmiſſum ad fauorẽ D. Antonij, vel filiorũ eius. Secundò, an tali fideicõmiſſo cẽſeatur renuntiatum per diuiſionem ſubſecutam; Tertiò, an alienata poſſint, aut à Do. Antonio, aut ab eius filijs reuocari.

Et ad primã quidem dubitationem breuiter agendo rñdeo, dimidiam partem bonorũ, quæ D. Bartolomeus tẽpore mortis reliquit, remanere ſuppoſitam fideicommiſſo, quod reſultat ex reciproca ſubſtitutione facta inter filios eiuſdem D. Bartolomei, quod patet ex duobus, &c.

Primò ex eo; quia reciproca in caſu noſtro eſt cõiuncta cũ compendioſa, cum teſtator ita ſcripſerit, *di modo, che morendo l'uno ſenza figliuoli legitimi, & naturali, gl'altri habbino da ſuccedere.* Quo fit, vt, non ſolum directam, ſed etiam fideicommiſſariam ſubſtitutionem contineat,
1 † *vt ſcribunt Bar. in l. Lucius. 45. in prin. nu. 5. & 20. ff. de vulg. Caſtr. in l. 2. nu. 2. & ibi Alex. num. 2. C. de impub. & al. ſubſtit. Dec. in l. in teſtamento, 6. num. 3. in fin. C. de teſtam. mil. Pariſ. conſil. 41. num. 3. vol. 2. Roll. conſ. 25. nu. 10. vol. 1. Menoc. de præſ. lib. 4. præſ. 60. num. 85. Craſſ. in §. ſubſtitutio q. 54. num. 6. verſic. declara tertio.* Maximè, cum

Digitized by Google

cùm facta ſit per verbum ſuccedat, qđ eſt com
2 mune. † *cap. Raynutius extr. de teſta. & ſcribunt*
Bart. in l. centurio. 15. num. 52. & ibi Iaſ. numero
71. verſic. tene ſententiam. ff. de vulg. Soc. iun. conſ.
92. num. 3. vol. 1. Natt. conſil. 551. num. 2. Craſſ. in
d. §. ſubſtitutio quæſt. 5. num. 20. Menoc. conſi. 275.
nu. 9. & conſ. 797. nu. 43. & ideo referri etiam
3 ad fideicommiſſariam, † *vt in ſpecie de ſubſtitu-*
tione facta per verbum, ſuccedat, ſcribunt Socin.
iun. d. conſ. 92. num. 3. & 4. vol. 1. Natt. d. conſ. 551.
nu. 2. Men. d. conſ. 797. nu. 43.

Secundò, quia teſtator ſubiecit, *& così grada*
tim, quæ dictio, quoniam tractum habet tem-
poris ſucceſſiuum, ideo ſolet ad fideicōmiſſa-
4 riam referri, † *vt ſcribunt Pariſ. conſ. 11. num. 38.*
vol. 3. Decia. conſ. 44. nu. 65. vol. 3. Peregr. de fideic.
arti. 18. num. 19. nam teſtator ita loquendo de-
clarat, ſe velle bona tranſire de vno in alium,
5 quæ res ſine reſtitutione fieri nequit. † *L. vlt. C.*
de verb. ſig. & late declarat Men. de præſ. lib. 4. præſ.
68 nu. 7. & præſ. 69. nu. 12. & conſ. 1051. nu. 5.

Per hanc autem fideicommiſſariā ſubſtitu-
tionem, non ſolū vocantur fratres, qui fuerunt
inuicem ſubſtituti, ſed etiam filii fratrum, ma-
ximè ex illis verbis, *& così gradatim*, quippè, q̄
vocant filios, & alios deſcendentes in condi-
6 tione poſitos. † *vt ait Decia. conſ. 44. nu. 64. & 65.*
volu. 3. & inducunt inter eos fideicommiſſum
abſolutum, per quod alter alteri cenſetur gra-
7 uatus reſtituere, † *vt ſcribunt Pariſ. conſ. 88. nu.*
18. vol. 2. Gozad. conſ. 52. nu. 3. & 6. Burſat. conſil.
157. nu. 65. Ancbar. q. fam. 72. num. 17. lib. 1. Anto.
Gabr. lib. 4. tit. de fideic. concl. 9. nu. 19. Et hoc in iu
re dubium non habet.

Alia verò dimidia prædictorum bonorū re-
manet apud grauatos iure legitimæ, & trebel-
lianicæ, quam filij à patre grauati detrahere
poſſunt *cap. Raynutius, & cap. Raynaldus. extr.*
de teſta. Itaque potuit vnuſquiſque diſponere
de ſeſcunce hęreditatis paternę, quoniam is ad
vnumquenque ſpectat iure ſuæ legitimæ, & tre
bellianica, & ideo, ſiue D. Petrus, ſiue D. An-
tonius alienauit, non poteſt talis alienatio re-
uocari pro portione legitimæ, & trebellianicæ
debitæ alienantibus, quoniam vſque ad eam
quantitatem irreuocabiliter fieri potuit alie-
8 natio, † *vt ſcribunt Grott. in l. filiusfam. 117. §.*
Diui. 2. num. 20. ff. de leg. 1. Socin. iun. conſ. 28. in
prin. & num. 1. volum. 2. Gabr. conſ. 46. num. 45. &
46. vol. 1. Natt. conſ. 528. num. 32. & ſeqq. Decian.
conſ. 55. num. 30. vol. 4. Cæph. conſ. 344. num. 10 &
conſ. 624. num. 6. Pereg. de fideic. art. 19. nu. 1. cum
alienata in huiuſmodi quartas imputentur,
9 † *l. Marcellus. 3. §. rei, quæ. ff. ad Treb. & ſcribunt*
Alex. conſ. 178. num. 4. volum. 5. Rum. conſi. 135.
num. 11. vol. 3. Soc. iun. in l. in quartam. 90. nu. 88.
& 89. ff. ad l. Falc. & conſ. 28. nu. 2. vol. 2. Roll. cōſ.
35. nu. 17. vol. 1. Decia. conſ. 27. nu. 8. & 41. vol. 3. et
conſ. 55. nu. 30. vol. 4. Pereg. conſ. 52. nu. 36 vol. 1.

Sanè ſeſcunx, qui iure legitimæ, & trebellia-
nicæ pertinebat ad D. Franciſcum, remanet, &
ipſe ſuppoſitus fideicommiſſo, quod reſultat
ex teſtamento eiuſdem Dom. Franciſci, tàm
fauore fratrum inſtitutorum, quàm deſcenden
tium ab eis, propter illa verba, *& così ſucceſſiua-*
mente, tanto, che reſti alli proſſimi della caſa: nam
illa dictio, ſucceſſiuè, tractum habet tempo-
ris ſucceſſiuum, ideoque inducit fideicom-
miſſum, *ſecundum ea, quæ ſupradiximus*, & ex il-
lis verbis, *tanto, che reſti alli proſſimi della caſa*,

apparet teſtatorem habuiſſe rationem domus,
& agnationis conſeruandæ, quæ res filiorum
in conditione poſitorum vocationē operatur,
10 † *vt ſcribunt Pariſ. conſ. 66. num. 46. vol. 3. Rum.*
conſ. 167. num. 13. vol. 3. Soc. iun. conſi. 119. nu. 35.
vol. 1. Cæph. conſ. 251. nu. 81. Decia. conſ. 34. n. 119.
vol. 3. Men. conſ. 393. nu. 32. conſ. 775. nu. 11. & de
præſ. lib. 4. præſ. 76. nu. 70. Toſ. deciſ. 96. nu. 20. Pe-
regr. conſ. 91. nu. 37. vol. 1.

De hoc autem ſeſcunce poſſunt ſine dubio
grauati detrahere trebellianicam, quæ non le-
11 gitur in teſtamento prohibita. † *§. ſed, quia he-*
redes inſt. de fideicom. hæred. l. 1. C. ad treb. l. quam-
quam 10. C. ad l. Falc. ſed in eam debent impu-
tare fructus ex dodrante illius ſeſcuncis perce-
ptos, quoniam ſunt fratres, & ſic extranei, qui
12 fructus imputant in trebellianicam, † *l. in fidei-*
commiſſaria. 18. in prin verſ. Plane, & l. mulier. 22.
§. ſi hęres. ff. ad treb.

Simili quoque ratione alter ſeſcunx, qui iu-
re legitimæ, & trebellianicæ ſpectabat ad Do.
Stephanum, remanet & ipſe ſuppoſitus fidei-
commiſſo ab eodem Do. Stephano conſtituto
fauore fratrum, & deſcendentium ab eis per il-
la verba, *A tali che mancando l'vno ſenza figliuo-*
li maſchi legitimi, & naturali l'altro ſucceda, &
così lo ſubſtituiſce, acciochè la caſa ſua de Vettis ſi
mantenga, & conſerui: nam per hæc verba,
non ſolum vocantur fratres, ſed etiam filij in
conditione poſiti, tùm quia teſtator fecit men
tionem maſculorum, quæ res filiorum in con-
13 ditione poſitorum vocationem operatur, † *vt*
ex doctr. Guidop. q. 184. conſueuerunt Dec. in l. 1. nu.
16. C. de pact. Pariſ. conſ. 37. nu. 35. vol. 2. Rum. cōſ.
142. nu. 13. vol. 3. Soc. iun. conſi. 151. nu. 12. vol. 2.
Cæph. conſ. 251. num. 77. Decia. conſ. 3. nu. 49. vol. 1.
Menoch. conſ. 395. num. 6. & de præſ. lib. 4. præſ. 76.
num. 27. Surd. conſ. 67. nu. 34. Mantic. de coniec. vlt.
vol. lib. 11. tit. 3. nu. 3. Toſ. deciſ. 96. nu. 21. Peregr.
conſ. 57. nu. 7. vol. 1. tum etiam, quia apparet ex
ſupradictis verbis habuiſſe etiā hunc teſtatorē
rationem domus conſeruandæ, quæ res, & ipſa
inducit filiorum in conditione poſitorum vo-
14 cationem, † *vt ſupra dictum eſt.*

De hoc aūt fideicommiſſo detrahetur ſimi-
liter quarta trebellianica cū imputatione fru-
ctuum eo modo, quem obſeruandum diximus
in ſeſcunce D. Franciſci. Ex quibus apparet, ſe-
miſſem hęreditatis D. Bartolomei primi teſta-
toris remanere ſuppoſitā fideicōmiſſo, quadrā
tē verò, qui iure legitimę, & trebellianica perti
net ad DD. Petrū, & Antonium, eſſe à fideicō-
miſſo exemptum, & potuiſſe alienari; Alterum
verò quadrantem, qui iure legitimæ, & trebel-
lianicę pertinebat ad DD. Franciſcum, & Ste-
phanum remanere & ipſum ſuppoſitum fidei-
cōmiſſo, ſalua tamen huiuſce quadrantis quar-
ta trebellianica, ſi, & quatenus per fructuū im-
putationem non eſt extincta, aut diminuta.

Quoad ſecundam dubitationē, puto ſine du
bio non cenſeri renunciatū fideicommiſſo per
diuiſionem factā inter DD. Petrū, & Antoniū
inuicē ſubſtitutos, quia diuiſio eſt ſimplex, cū
clauſula, ad habendū, & tenēdum; ſed non, ad
quicquid placuerit faciendum, per q̄ diuiſionē
cū tali clauſula non cēſeri renunciatum fidei-
cōmiſſo, receptiſſima eſt, & indubitata conclu-
15 ſio, † *apud ſcribētes in l. qui Romæ. 122. §. duo fra-*
tres. ff. de verb. oblig. vti videre eſt apud Ant. Gabr.
lib. 4. tit. de fideic. concl. 1. nu. 1. Craſſ. in §. fideicom-

miſſum.q.63.num,1. Men,de præſ.lib.3.præſ.115. nu.9. Perez.de fideic.art.52,nu.18.

Nec pôt elici renunciatio ex illis verbis, *& ambi inſieme ſi ſono liberati, & aſſolti da ogni, & qualonque altra coſa penſata, o impenſata, che hab-bino hauuto à far inſieme ſino al preſente,* quia, cũ hæc clauſula reſtringatur ad præſens, vel præteritum, vt apparet ex illis verbis, *ſino al preſente,* non poſſunt extendi ad remiſſionem fideicommiſſi, cuius nondum extiterat conditio,
16 † *vt in terminis tradunt Ruin.conſ.137.num.15. vol.2. Ant.Gabr. lib.4.concl.1.nu.24 Menoc.de præſ.d.lib.3.præſ.115.nu.30. Pereg. de fid. d.artic. 52.num.28, & 31.* Et hoc non obſtantibus illis verbis, *& qualonq; altra coſa penſata, o impenſata,* quia reſtringuntur ab illis ſequentibus, *che*
17 *habbino hauuto a far' inſieme ſino al preſente,* † *vt declarat Ruin.d.conſ.137.nu.15.vol.2.*

Circa tertiam, & vltimam dubitationem puto non poſſe alienata reuocari viuente grauato, qui diſtraxit (vtique autem de iis rebus loquor, quæ remanent ſubiectæ fideicommiſſo) nam res ſubiectę reſtitutioni poſſunt pendente conditione alienari, & interim valet alienatio, nec reuocari poteſt ante cõditionis euen-
18 tum, id eſt ante mortem grauati. † *l.ſeruo legato. 72,§.1.ff.de leg.1.l.vlt.§.ſiautem ſub conditione. C.comm.de legat.& ſcribunt glo. in Auth. de reſtit. & ea, quæ par.in prin. in verb.alienari,coll.4.Caſt. in l.filiusfam.117.§. Diui.2.nu.7.ff.de leg.1. Alex. conſil.61.num.1.& 2. volum.5. Ruin. conſ.89.nu. 38. volum.2. Caphal. conſil. 393. num. 31. Ozaſc. deciſ.177.num.5.verſ.nam, etſi, Odd.conſ.66.num. 48.Craſſ.in d.§.fideicommiſſum. quæſt.56.num.3. Sol.in tit.de alien.bon.feud.vel fid.ſub num.12. Peregr.de fideicomm.artic.14.num.8.& art.40.num. 6.* ſcilicet, quia grauatus pendente conditione
19 eſt dominus. † *l.ſi fur.14.ff.de vſuſ.uct.l.& poſt litem.12.§.vlt.ff. fam.erciſ.l.ſi ſub conditione.16.ff. quib. mod. vſufr. amit.l.1.§.ſerui.ff.ad Syllan.l.ſi ſeruus.14.in princip.ff.de condit.furt.l.generaliter. 29.§.vlt.ff.qui,& a quib.man.* & ideo non debet impediri, quominus rem ſuam interim aliena-
20 re poſſit. † *l.2.ff.ſi quis a par. ſuer. man.* Tunc enim ſtatim poteſt reuocari alienatio, cum ea
21 fuit expreſsè prohibita. † *l. filiusfa.117.§.cum pater.ff.de leg.1.l.peto.71.§.fratre.l.cum pater. 79.§.libertis.ff.de leg.2.& ſcribunt Caſtr. in d. §.Diui 2.num.7.Odd.d.conſil.66.num.48.Craſſ. in d.fideicommiſſum quæſtio.56.num.6. Peregr. de fideicom.d.artic.14.num,8.& d.artic.40.num. 6.* non etiam, cum prohibitio eſt tacita, & legalis, prout eſt in caſu noſtro: nam tunc expectanda eſt mors grauati, ſiue conditio ad hoc, vt poſſit alienatio reuocari, *vt ſupra dictum eſt.* Concludo igitur filiis Dom. Antonij competere ius reuocandi alienationes factas in fraudem fideicommiſſi, ſed debere eos expectare mortem alienantium ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro D. Antonio Hoſtero Pinarolienſi.

CONSILIVM XLVIII.

ARGVMENTVM.

An, & quã feudũ mixtum à patre alienatũ poſſit à filio hærede cum beneficio inuẽtarij reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus eſt hæreditarium, maxime, ſi dictum ſit, pro hæredibus, & ſucceſſoribus.nu,2.*
3 *Feudum hæreditarium, etiam antiquum alienatũ filij reuocare non poſſunt.*
4 *Filius non poteſt ſuccedere in feudo hæreditario, niſi ſit hæres patris.*
5 *Hæres non poteſt facto defuncti contrauenire.*
6 *Inuentarij beneficium non prodeſt hæredi ad reuocandam feudi hæreditarij alienationem.*
7 *Feudo de hæreditario idem iudicatur, quod de cæteris rebus hæreditarijs.*
8 *Inuentarij beneficium conſtituet hæredem in eo ſtatu, in quo eſſet, ſi hæreditatem non agnouiſſet.*
9 *Feudum etiam ex pacto, & prouidentia alienatũ non poteſt hæres ſimplex reuocare.*
10 *Feudũ merè hæreditarium dicitur, quod eſt tranſitorium in quoſcunq; hæredes etiam extraneos.*
11 *Feudum conceſſum pro quibuſcunque hæredibus eſt merè hæreditarium.*
12 *Hæredibus, verbum, in materia feudali accipitur pro filijs, & deſcendentibus.*
13 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, non eſt merè hæreditarium, ſed mixtum, ſeu, ſecũdum quid nu.15. Etiamſi dictum ſit pro hæredibus, & ſucceſſoribus, dummodo non ſit addita dictio vniuerſalis, quibuſcunque nu.16.*
14 *Feudum ad mixtum non admittuntur deſcendentes, niſi ſint hæredes.*
17 *Verba, pro hæredibus, & ſucceſſoribus, ita intelliguntur, pro deſcendentibus hæredibus de iure ciuili, & ſucceſſoribus de iure prætorio.*
18 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur ſeruare factum defuncti vltra vires hæreditarias.*
19 *Alienans tenetur de euictione.*
20 *Alienãs transfert obligationẽ de euictione in hærẽdẽ.*
21 *Hæres de euictione obligatus, ſi agat, repellitur.*
22 *Actio de euictione, quam tenet, eundem agentem repellit exceptio.*
23 *Hæres cũ beneficio inuentari non tenetur vltra vires hæreditarias.*
24 *Inuentarij beneficium conſeruat omnia iura pertinentia ad filium alio iure, quam hæreditario.*
25 *Filius non admittitur ad feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, niſi ſit hæres.*
26 *Feudum hæredetarium pertinet ad filiũ dummodo ſit hæres, ſed non pertinet ad eũ tanquã hæredem.*
27 *Feudum pertinet ad filium, vti hæredem trãſit in extraneos, & diuiditur, vti alia bona hæreditaria inter ipſos filios. 28.*
29 *Feudũ conceſſũ pro ſe, & hæredibus diuiditur viriliter inter filios, licet inæqualiter fuerint inſtituti.*
30 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus dicitur hæreditarium denominatiuè.*
31 *Filius, vbi nomen hæredis aſſumpſit, ſtatim conſequitur feudum.*
32 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus filius habet ex concedentis, & maiorum prouidentia, tanquam deſcendens a primo acquiſitore.*
33 *Operæ libertorum tranſeunt ad filios patroni ſi patris hæredes extiterint, non tanquam hæredes, ſed tanquam filios nu. 34.*
35 *Operæ libertorum non tranſeunt ad extraneos.*
36 *Operæ libertorum diuiduntur inter filios æqualiter licet inæqualiter fuerint inſtituti.*
37 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica diuiditur inter filios æqualiter licet fuerint inæqualiter inſtituti.*

Quæ-

Digitized by Google

38 *Querela inofficioſi non præparata diuiditur inter filios æqualiter.*
39 *Feudum mixtum, ſiue hæreditarium ſanguinis ex cepto nudo nomine hæredis, & nuda qualitate hæreditaria retinet in reliquis omnibus naturam & proprietatem feudi ex pacto, & prouidentia.*
40 *Feudũ ex pacto, & prouidẽtia à patre alienatũ pōt à filio hærede cum beneficio inuentarij reuocari.*
41 *Feudum hæreditariũ ſanguinis non poteſt contra votum maiorum, et Principis concedentis volun tatem alienari.*
43 *Feudum hæreditarium ſanguinis alienatum à pa tre poteſt filius hæres cum inuentarij beneficio re uocare, ſi nominatim ſit conceſſum pro deſcen dentibus hæredibus numer. 44. imo etiam ſi ſim pliciter pro hæredibus, ibidem, etiam ſi cum Prin cipis conſenſu fuiſſet alienatum nu. 46. Secus, ſi ſit merè hæreditarium nu. 55.*
45 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur.*
47 *Princeps conſentiens alienationi feudi cenſetur cō ſentire, quo ad ſui præiuditium, non alterius.*
48 *Hæres etiam ſimplex non cogitur ſeruare factum defuncti nullum, & inualidum, & nu. 50.*
49 *Alienatio facta non adhibitis ſolemnitatibus ex decretorum forma requiſitis eſt nulla.*
51 *Qualitas feudi, an ſit ex pacto, & prouidẽtia, an ve ro hæreditariũ eſt exprimẽda ĩ illius alienatione.*
52 *Feudum non poteſt alienari, niſi propter debita ne ceſſaria, non etiã propter voluntaria, nec extan tibus allodialibus, alioqn alienatio eſt nulla, etiã ſi facta ſit cum conſenſu Principis. nu. 53.*
54 *Feudum dicitur alienatum ſine licentia Principis, quando non eſt ſeruata forma decretorũ ſub qua alienatio fuit conceſſa.*
56 *Feudum merè hæreditarium non poteſt filius hæ res etiam cum beneficio inuentarij reuocare.*
57 *Inuentarij beneficiũ nō facit, vt qs nō dicatur hæ res, ſed, vt eius actiones, & iura non confundanť.*

FACTI SPECIES.

DOM. Io. Matheus Hoſterus I.C. anno 1576. die 13. Aprilis cum cōſenſu Principis vendidit ſeudum antiquum auitum, & paternum, ꝙ iuxta tenorem præcedentium inueſtiturarũ acceperat pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus.

Deinde decedens reliquit hæredem D. Antonium filiũ ſuum legitimum, & naturalẽ, qui hæreditatẽ eius adiuit cũ beneficio inuentarij: Facta autẽ hæreditatis diſcuſſione, & detractis creditis ipſius hæredis conſtitit, nihil in hæreditate remanere. Quamobrem nũc D. Antonius vult feudi alienationẽ à patre factã reuocare. Vnde quæritur, an poſſit.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DVbia mihi primũ cogitanti viſa eſt ꝓpoſita cōſultatio, adeo, vt primo aſpectu putarim, non poſſe D. Antonium huiuſmodi alienationẽ reuocare, & hoc ideo quia feudũ, quo de agitur, fuit cōceſſum pro ſe,
1 & hæredibus, & ſic eſt hæreditariũ, † *vt ſcribunt Iſern. in c. 1. §. hoc quoq; nu. 2. de ſucc. feud. & in c. 1. nu. 1. an agn. vel fil. Alex. conſ. 55. nu. 6. vol. 4. cōſ. 19. nu. 4. & 13. conſ. 26. nu. 4. & 6. & conſ. 28. n. 18. vol. 5. Affl. deciſ. 112. nu. 3. Soc. inter conſ. Bru. cōſ. 10. nu. 10. Iaſ. in l. 2. nu. 213. C. de iur. emph. conſ. 7. col. 3. verſ. quinto facit conſ. 56. nu. 1. vol. 3. Dec. cōſ. 185. nu. 3. conſ. 208. nu. 3. conſ. 395. num. 4. & conſ. 445. nu. 8. Pariſ. conſ. 1. n. 4. vol. 1. Ruin. conſ. 1. n. 13. col. 4. Brun. conſ. 80. nu. 15. Thom. de Marin. de feudis tit. 5. de feu. hered. n. 6. Cæph. conſ. 657. nu. 15. & conſ. 665. nu. 10. Decia. conſ. 5. nu. 118. conſ. 24. nu. 64. vol. 1. & conſ. 58. nu. 26. vol. 2. Roll. conſ. 2. n. 39. conſ. 3. nu. 76. & 115. conſ. 23. nu. 40. & conſ. 67. nu. 9. vol. 1. conſ. 10. nu. 18. vol. 3. Surd. conſ. 5. n. 17.* maximè, cũ dictũ ſit pro hæredib. & ſucceſſo-
2 ribus, † *vt tradit Roll. d. conſ. 10. nu. 18. vol. 3.* Quo fit, vt videať D. Io. Matheus illud potuiſſe alienare in præiuditiũ D. Antonij filij ſui: nã feudũ hæreditariũ, ẽt antiquũ alienari pōt in præiudiciũ filiorũ, qui huiuſmodi alienationẽ reuocare
3 re non poſſunt, † *vt ſcribunt Iſern. in c. 1. nu. 1. de alien. feu. pat. Alex. conſ. 28. nu. 1. & 18. col. 5. Affl. deciſ. 112 nu. 3. & 4. Iaſ. in l. 2. n. 213. C. de iur. emphy. & conſ. 7. col. 3. verſ. quinto facit volu. 3. Pariſ. conſ. 2. nu. 32. & conſ. 16. nu. 43. vol. 1. Rui. conſ. 1. nu. 13. vol. 1. Cæph. conſ. 3. nu. 14. & conſ. 152. n. 56. Decia. conſ. 58. nu. 28 vol. 2. & conſ. 55. nu. 89. vol. 3. Surd. conſ. 105. nu. 9.* ſcilicet, qa non pōt filius ad huiuſmodi ſeudũ admitti, niſi ſit patris hæ-
4 res, † *vt ſcribunt Iſern. c. 1. nu. 1. de alie. feud. pat. & in c. 1. nu. 1. an agn. vel fil. Bar. in l. vt iuriſiurandi 7. §. ſi liberi n. 4. ff. de ope. lib. Alex. conſ. 10. n. 8. vol. 3. Rui. conſ. 1. nu. 12. vol. 1. Pariſ. conſ. 3. nu. 17. & conſ. 23. nu. 167. vol. 1. Cæph. conſ. 665. nu. 12. Roll. conſ. 67. nu. 23. vol. 2. & conſ. 10. n. 19. vol. 3. Decia. conſ. 58. nu. 29. vol. 2. Men. conſ. 191. nu. 80. & conſ. 498. nu. 8. Surd. conſ. 5. nu. 19. Perez. conſ. 9. num. 9. vol. 1.* & vbi eſt hæres non pōt facto defuncti
5 contrauenire. † *l. cum a matre 14. C. de rei vind. l. venditrici 3. C. de reb. al. non al.*

Et, ſi quis obijciat, hæc procedere in hærede ſimplici, non verò in eo, qui fecit in uẽtarium, vť poſſe replicari, imo contrariũ eſſe verius, qa, qñ ſeudũ eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus, & ſic eſt hæreditariũ, cōfectio inuentarij nō prodeſt hæredi ad reuocandã ſeudi alienationem,
6 † *vt tradunt Alex. conſ. 19. nu. 13. & 14. & conſ. 28. nu. 18. vol. 5. Affl. deciſ. 112. nu. 3. Ruin. conſ. 176. nu. 15. vol. 1. Roll. in tract. de confec. inuen. verſ. nũquid hæres nu. 22. Decia. conſ. 23. n. 97. vol. 1. Men. conſ. 89. nu. 26. & Pereg. conſ. 9. nu. 9. & 14. vol. 1.* Nam, cũ huiuſmodi ſeudũ ſit res hæreditaria, & de eo idẽ iudiceť, ꝙ de cæteris corporib. &
7 rebus hæreditarijs; † *vt ſcribunt Alex. d. conſ. 19. nu. 9. & 13. & d. conſ. 28. nu. 18. volu. 5. Cæph. conſ. 665. nu. 16.* Conſequens eſt, vt, quemadmodũ in alijs rebus non prodeſt inuentarij confectio, ita etiam non proſit in hoc ſeudo.

Et ſanè vť impoſſibile D. Antoniũ, ẽt ſi fecerit inuentariũ poſſe reuocare huius ſeudi alienationẽ: nam, *vt arguit Men. d. conſ. 89. n. 27.* aut inuentariũ ei prodeſt, & non pōt ſuccedere in ſeudo, quia, qñ nihil eſt in hæreditate pp inuẽtarij beneficiũ, per ꝙ hæres conſtituiť in eo ſtatu in quo eſſet, ſi hæreditatem non agnouiſſet,
8 † *vt not. in l. vlt. §. in computatione. C. de iur. delib. & ſcribũt Iaſ. conſ. 136. nu. 5. vol. 4. Pariſ. conſ. 10. nu. 9. vol. 1. & conſ. 69. nu. 48. vol. 3. Roll. conſ. 97. nu. 50. vol. 1. conſ. 73. nu. 2. vol. 2.* filius nō cenſeť hæres, & conſequenter nō pōt in ſeudo hæreditario ſuccedere, *vti dictum eſt*, aut inuentariũ ei nō prodeſt, & cenſeť hæres ſimplex, qui ne ſeudũ quidem ex pacto, & prouidentia reuocare
9 pōt, † *vt tradunt Alex. conſ. 13. nu. 11. vol. 5. Surd. conſ. 108. nu. 31.* Omnimodo igitur debet ab huius ſeudi alienatione reuocanda repelli.

Verùm re diligentiùs perpenſa cenſeo con-
trarium eſſe verius, poſſe ſcilicet Dom. Anto-
nium hujuſmodi feudum à patre ſuo aliena-
tum reuocare: Nam feudũ, quo de agitur, non
eſt ſimpliciter, & merè hæreditariũ licet ſit cõ-
ceſſum pro hæredib. ſed eſt mixtũ: Mere.n. hrdi
tarium dicitur, quod eſt tranſitorium in omnes
30 hæredes, etiam extraneos, † *vt ſcribunt Pariſ.*
conſi.25.num 169. vol.1. conſ.65. num.10. volu.3.
Soc.iun.conſ.72.nu.22, vol.1. conſ.112 nu.5. vol.2,
& conſ.42.nu.1. vol.3. Cæph.conſ.665.nu.11. Clar.
in §. feudum q.9. num.2. Decia.conſ.177. num.25.
vol.3. Surd.conſ.63.num.11. & conſ.108, num.10.
Peregr.conſ.5.num.14.vol.3. quod tunc demum
euenit, cum feudum fuit conceſſum pro hære-
31 dibus quibuſcunque, † *vt tradunt Bald. in l.cum*
virum 16.nu.21. C. de fideic. Alex. in l. ſi patroni.
55.in prin.num.14.verſ. aliam limitationem. ff. ad
Trebel. Iaſ. in prælud. feud. nu. 46. Ruin. conſ.16.
num.5. vol.1. Pariſ. d.conſ.23. num.170. volum.1.
& d.conſ.65. num. 10. vol. 3. Soc.iun. d.conſ.72. nu.
22. vol.1. d.conſ.112. num.5. vol.2. & d.conſ.42. nu.
1. vol.3. Clar. in d. §. feudum. quæſt.9. num, 2. Roll.
conſ.10. num. 31, vol. 3. Decia. conſ.58. num.30. vol.
2. & conſ.117. num.25. vol.3. Pereg. conſ.5. num.8.
conſ.6. num.5. conſ.9. n.5. vol.1. Surd. conſ. 15, n. 9.
conſ.63. num.11, & conſ.108. num.10. Cæterum,
quando ſimpliciter eſt conceſſum pro hæredi-
bus, non poteſt in extraneos tranſire, quia ver-
bum, hæredibus, ſimpliciter prolatum in mate-
ria feudali accipitur de hæredibus ſanguinis,
32 ideſt de filijs, & deſcendentibus † *cap. 1. §. & ſi*
clientulus de alie. feud. & tradunt gloſ. in l. ex facto,
17. §. fina. in verbo ſine hærede, & ibi Barto. num.
2. ff. ad Treb. Bar. in l. Gallus 29. §. etiam nu. 4. ff. de
lib. & poſth. Bald. in l. etiam 19. ff. ſol. matr. Iaſ. in l.
pro hærede 20. § ſi quid tamen num, 9. ff. de acq. hæ-
red. Dec. conſ. 395. num. 9. Ruin, conſ. 16. num. 2.
vol.1. Pariſ. conſ. 21. num. 36. vol.1. Socin. iun. conſ.
112. num. 8. vol. 2. Clar. in d. § feudum. q. 83. num.
2. Cæph. conſ. 657. num. 11. Pereg. conſ. 9, nu. 1. vol.
1. conſ. 5. num. 16. vol. 3. Surd. conſ. 63, num, 10. &
11. & ideo non dicitur feudum ſimpliciter, &
33 merè hæreditarium, ſed Mixtum, † *vt ſcribunt*
Pariſ. conſ. 65. num. 10. & 30. vol. 3. Soc. iun. d. conſ.
112. num. 10, vol. 2. Ozaſ. deciſ. 161. num. 1. Surd.
conſ. 63. num. 11. & conſ. 108. nu. 13 & 15. Peregr.
conſ. 7. num. 6. vol. 1. & conſ. 5. num. 16. vol. 3. Par-
ticipat enim de natura feudi, ex pacto, & pro-
uidentia, & hæreditarii, ex pacto, & prouiden-
tia, quatenus ad illud non extranei, ſed ſoli de-
ſcẽdentes admittuntur, hæreditarij verò, qua-
tenus deſcendentes ad hoc vt ad huiuſmodi
34 feudum admittantur, debent eſſe hæredes, † *vt*
declarant Soc. iun. d. conſ. 112. num. 10. vol. 2. Clar.
in d. § feudum q. 9. num. 4. Surd. d. conſ. 63. nu. 12.
& d. conſ. 108. nu. 10. Pereg. d. conſ. 5. nu. 15. vol. 3.
& hac ratione dicitur feudum hæreditariũ, non
35 ſimpliciter, ſed ſecundum quid † *ſecundum Pa*
riſ. d. conſ. 23. num. 172. 175. & 182. volum. 1. & d.
conſ. 65. num. 10. & 30. vol. 3. Ozaſ. d. deciſ. 161. nu.
1. Pereg. de fideic. art. 32. num. 24. verſ. contrariam
Surd. d. conſ. 63. nume. 11. & d. conſ. 108. nume. 14.
quod procedit, etiam ſi dictum ſit, pro hæredi-
bus, & ſucceſſoribus, dummodo non ſit, vt in
caſu noſtro, addita dictio vniuerſalis, quibuſ-
cunque: adhuc enim feudum dicitur hæredi-
tarium ſanguinis, ſiue mixtum non autem me-
36 rè, & ſimpliciter hæreditarium, † *vt ſcribunt*
Pariſ. conſ. 106. num. 22. vol. 1. Pereg. d. conſ. 9. nu.
10. vol. 1. & d. conſ. 5. nu. 16. vol. 3. Surd. conſ. 5. nu.
16. Nam adiectio illa, & ſucceſſoribus, non ope
ratur, vt feudum cenſeatur acceptum etiã pro
ſucceſſoribus extraneis, ſed intelligitur adhuc
de ſucceſſoribus ſanguinis, hæredibus de iure
17 ciuili, & ſucceſſoribus de iure prætorio, † *vt de-*
clarant Alex. in l. quędam. 9. § nihil intereſt num,
2. ff. de ed. Cæph. conſ. 665, num. 14. Hoc poſito di-
co feudum hoc poſſe reuocari.

Primò, quia hæres, qui confecit inuentariũ,
non tenetur vltra vires hæreditarias ſeruare fa
18 ctum, & alienationem defuncti, † *vt in ſpecie*
& limitando regulam l. cum a matre. 14. C. de rei
vind. tradunt Gram. deciſ. 93. num. 10. Gabr. conſ.
125. num. 9. vol. 1. Pariſ. conſ. 65. num. 13. volu. 3.
Ceſſat enim in eo ratio dictæ legis: nã ideo nõ
poteſt hæres alienationem à defuncto factam
reuocare, quia defunctus alienando ſe ſe obli-
19 gauit de euictione. † *l. ex empto. 11. in prin. ff. de*
act. empt. l. non dubitatur 6. C. de euict. & huiuſ-
modi obligationem tranſtulit in hæredem ſuũ
20 † *l. ſi parentes. 20. l. cum ſucceſſores 23. C. eod. Gabr.*
conſ. 123, num. 4. vol. 1. Surd. conſ. 15. num. 1. Quo
fit, vt hæres, tanquam obligatus de euictione,
21 ſi agere velit, repellatur. † *l. ſi ob cauſã 13. l. ſine*
poſſeſſio. 14. C. eod. propter regulam, quem de eui
ctione tenet actio, eundem agentem repellit
22 exceptio. † *l. vindicantem 17. ff. eod. l. exceptione.*
11. C. eod. l. 1, in prin. ff. de excep. rei vend. Hæc au-
tem ratio ceſſat in hærede, qui fecit inuentariũ,
quippè, qui non eſt obligatus vltra vires hære-
23 ditarias. † *l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iur. delib. §.*
ſed noſtra inſtit. de hæred. qual. & diff. §. fiat igitur
inuentarium Auth. de hæred, & fal. coll. 1. & ideo,
ſi nihil habeat ex hæreditate defuncti, & agat,
non poterit exceptione repelli, quia verum nõ
eſt, eum, vtpotè non obligatum de euictione
teneri. Cum igitur D. Antonius de bonis, & hę
reditate patris ſolemne confecerit inuentariũ,
& facta hæreditatis diſcuſſione conſtet, nihil
apud eum remanere cõſequens eſt, vt nõ tenea
tur ſtare alienationi à patre factæ, ſed poſſit
eam ex perſona propria impugnare.

Secundò moueor, quia beneficium inuenta-
rij conſeruat filio, qui patris hæreditatẽ agno-
uit omnia iura, quæ pertinent ad eum, non tan
quam hæredem, & iure hæreditario, ſed tam
24 quam filium, & alio iure, † *vt not. in d. l. fin. § in*
computatione. C. de iur. delib. & tradunt Socin.
iun. d. conſ. 112. num. 12. vol. 2 Surd. d. conſ. 63. nu.
18. & d. conſ. 108. num. 24. Sed huiuſmodi feudũ
conceſſum pro ſe, & hæredibus non pertinet
ad D. Antonium, tanquam hæredem, ſed tam
quam filium non obſtante, quod ad illud non
25 potuerit admitti, niſi fuiſſet hæres, † *vt ſcribit*
Caſtr. in l. quoties 15 num. 4. C. de hæred. inſtitu. in
Auth. poſt fratres 2. num. 2. C. de leg. hæred. & in l. ſi
quis filium. 34. num. 3. C. de inoffic. teſtamen. Pariſ.
d. conſ. 23. num. 184. Soc. iun. d. conſ. 72. num. 30. &
31. vol. 1, & d. conſ. 42. num. 8. vol. 3. Surd. d. conſil.
63. num. 18. & d. conſ. 108. num. 11. Nam feudũ
hęreditarium pertinet ad filium, dummodo ſit
hæres, ſed non pertinet ad eum, tam quam hæ-
26 redem, † vt *declarant Caſtr. in d. l. quoties. num. 4.*
Pariſ. d. conſ. 23. num. 184. Soc. iun. d. conſ. 72. nu.
30. Pereg. de fideic. art. 6. nu. 31. & 37. Surd. d. conſ.
63. num. 19. & conſtat ex eo, quia, ſi pertineret
ad eum, tanquam ad hęredem, vtique trãſiret
27 in hæredes ẽt extraneos † *vt Caſtr. d. n. 4. & Surd.*
d. num. 19. tradiderunt, & tamen certum eſt, nõ
tranſire

Digitized by Google

tranſire, *vti ſupra demonſtrauimus.* Præterea, ſi
pertineret, tanquam ad hęredem, deberet diui
di inter plures fratres, non viriliter, ſed pro por
tione hæreditaria, quomodo diuiduntur om-
nia, quæ habent filij tanquam hæredes, & iure
28 hæreditario, † *vt ſcribunt Caſtr. in d. l. quoties 13.*
num. 4. Pereg. d. art. 6 num. 35. & tamen certum
eſt diuidi viriliter, & ęqualiter, licet in portio-
29 nibus inæqualibus fuerint inſtituti, † *vt tradũt*
Caſt. in d. l. quoties 13. num. 4. & in d. Auth. præter-
ea num. 2. Soc. iun. d. conſ. 72. num. 31. Sur. d. d. conſ.
63. num. 20. Verum igitur eſt, feudum hæredita
rium pertinere ad filium hæredẽ, ſed non tan-
quam hæredem, Quamobrem dicitur feudum
30 hæreditarium denominatiuè, † *vt ait Surd. d.*
conſ. 63. num. 20. quia citra nomen hæredis nõ
poteſt filius illud obtinere. Cęterum, vbi nomẽ
illud aſſumpſit, &, vt ita dixerim, induit illud
veſtimentum hæredis, ſtatim conſequitur feu-
31 dum, † *vt ait Pereg. de fid. art. 32. num. 24. verſic.*
contrariam, non, vt hæres patris, ſed, vt filius:
Nec enim illud habet à patre, & tanquam eius
hæres, ſed à concedentis, & maiorum prouide-
tia, tanquam deſcendens à primo acquiſitore,
32 † *vt ſcribunt Soc. iun. d. conſ. 72. num. 29. vol. 1. &*
d. conſ. 117. num. 10. vol. 2. & d. conſ. 42. nu. 8. vol.
3. Iaſ. conſ. 56. col. 6. verſ. quinto, & fortius volu. 3.
Pariſ. conſ. 65. num. 31. vol. 3. Surd. d. conſ. 63. nu.
18. Et, quemadmodum, ſi extraneus relinque-
ret aliquid filio Titij ſub cõditione, ſi fuerit pa
tris hæres, non diceretur filius relictum illud
habere a patre, ſed ab extraneo, quamuis non
poſſet illud conſequi, niſi patris eſſet hæres, ita
etiam in feudo antiquo mixto, quod datur à
Principe deſcendentibus inueſtiti ſub cõditio-
ne, ſi fuerint hæredes, dicendum eſt, ſtatim atq;
filij ſunt hæredes, & eo modo conditionem im
plent conſequi eos feudum non à patre, ſed à
conceſſione Principis, & prouidentia maiorũ:
Nec eſt nouum, vt aliquid filio deferatur, ſi ſit
hæres, ſed non, vt hæredi: nam, & operæ liber-
torum, ita demum tranſeunt ad filios patroni,
33 ſi patri hæredes extiterint, † *l. cum patronus 22.*
§. cum libertus. ff. de op. lib. ſed non tranſeant ad
34 eos, tanquam hæredes, ſed tanquam filios, † *vt*
ait Caſtr. in d. l. quoties 13. num. 4. Quamobrem,
35 nec tranſeunt ad extraneos. † *l. fauriles 6. ff. de*
ope. lib. nec diuiduntur pro portionibus hæredi
tarijs, ſed æqualiter, licet pro inæqualibus par-
36 tibus fuerint hæredes inſtituti. † *l. vt iuriſiuran-*
di 7. §. ſi liberi. ff. eod. & tradit Caſtr. in d. l. quoties
13. num. 4. quæ ſimiliter procedunt in emphy-
37 teuſi eccleſiaſtica, † *ſecundum eundem Caſtr. in*
d. l. quoties. num. 4. & in d. l. ſi quis filium nu. 3. Pe-
regr. d. art. 6. num 37. & in querela inofficioſi
38 non præparata, † *ſecundum eundem Caſtr. in d. l.*
ſi quis filium 34. num. 3. & Soc iun. d. conſ. 72. nu.
31. vol. 1. & in feudo conceſſo pro ſe, & hæredi-
bus, *ſecundum ea, quæ diximus,* Quo fit, vt ius
eius debeat per inuentarij beneficium integrũ,
& intactum filio conſeruari.

Tertio moueor, quia feudum mixtum, ſiue
hæreditarium ſanguinis excepto nomine hære
dis, & excepta illa nuda qualitate hæreditaria,
quæ requiritur ad illud obtinẽdum, in reliquis
omnibus retinet naturam, & proprietatem feu
di ex pacto, & prouidentia, & ſecundum eam
39 regulatur, † *vt tradunt Pariſ. d. conſ. 23. nu. 186.*
vol. 1. & d. conſ. 65. nu. 37. vol. 3. Soc. iun. d. conſ. 42.
nu. 8. vol. 3. Surd. d. conſ. 63. nu. 13. & d. conſ. 108.
num. 12. Sed feudum ex pacto, & prouidentia à
patre alienatum poteſt a filio hærede cum in-
40 uentarij beneficio reuocari, † *vt ſcribunt Iſern.*
in cap. 1. num. 1. de alien. feud. pat. in cap. 1. nu. 17.
qui ſucceſ. tenea. & in cap. 1. num. 4. an agn. vel fil.
Bald. in l. qui ſe patris 3. num. 11. C. vnd. lib. Alex.
conſ. 19. num. 13. & 14. & conſ. 28. nu. 18. volu. 5.
Iaſ. conſ. 156. nu. 5. vol. 4. Ozaſ. deciſ. 180. num. 11.
Ergo, & feudum mixtum.

Quartò moueor, quia, ſi fęuda hæreditaria
ſanguinis non poſſent à filijs hæredibus cum
inuentarii beneficio reuocari, præberetur anſa
parentibus fraudandi filios arbitrio ſuo, & eos
priuandi contra maiorum votum, & Principis
41 concedentis voluntatem, † *vti conſiderauit Pe-*
regr. de fideic. art. 32. num. 24. verſ. contrariam, &
art. 33. num. 14. Nam filius, qui non eſſet hæres
non poſſet ad feudum admitti, vbi vero eſſet
hæres, nõ poſſet feudum reuocare. Omnino-
do igitur arbitrio patris excluderetur, quod ab-
42 ſurdiſſimum eſſet, † *vt tradit Soc. iun. d. conſ. 72.*
num. 17. vol. 1. & d. conſ. 112. num. 2. vol. 2. Iuſtius
igitur eſt, & æquius, ſi dicamus admitti filium
ad feudi reuocationem, dummodo conficiat
inuentarium.

Quintò adducor ſpeciali authoritate DD.
qui frequentiori numero tradiderunt, filiũ hæ-
redem cum inuentarij beneficio poſſe reuoca-
re alienationem feudi mixti ſiue hæreditarij
43 ſanguinis factam à defuncto, † *Ita enim ſcripſe-*
runt Alex. conſ. 124. num. 8. vol. 4. Iaſ. conſ. 56. col.
6. verſ. 4. reſpondetur vol. 3. Pariſ. conſ. 10. num. 7.
vol. 1. & conſ. 65. num. 47. & 54. volu. 3. Roll. conſ.
97. num. 49. vol. 1. Ruin. conſ. 38 num. 18. & 21. &
conſ. 154. num. 11. vol. 1. Soc. iun. conſ. 112. nu. 12.
& 13. volu. 2. vbi teſtatur de communi, & conſ. 42.
num. 8. vol. 3. Clar. in d. §. feudum q. 42. num. 14. &
q. 43. num. 2. Ozaſ. deciſ. 180. num. 11. vbi refert ita
fuiſſe iudicatum Peregr. de fideic. art. 32. num. 24.
verſ. contrariam. Surd. conſ. 63. num. 18. & conſ. ſuo
108. num. 24. Ex quibus apparet, hanc eſſe fre-
quentiorem DD. ſententiam, à qua non eſt in
conſulendo, & iudicando recedendum.

Neque eſt, quod aliquis obiciat, loqui eos
de feudo mixto, quod nominatim conceſſum
eſt, pro deſcendentibus hæredibus, contrarium
vero eſſe ſeruandum in feudo ſimpliciter con-
ceſſo, pro hęredibus, ſine vlla metione libero-
44 rum, aut deſcendentium, † *ſecundum diſtinctio-*
nem Pereg. d. conſ. 9. nu. 14. vol. 1. quia reſpondeo
primo DD. ſupra relatos loqui etiam de feudo
ſimpliciter conceſſo pro hæredibus, *vti videre*
eſt apud Ruin. d. conſ. 38. num. 21. volu. 1. Roll. d.
conſ. 97. nu. 39. vol. 1. Surd. d. conſ. 63. nu. 14. Ozaſc.
d. deciſ. 180. num. 11. qui, quamquam loquatur ſim
pliciter de feudo mixto, loquitur tamen de eo, de quo
diſputationem inſtituerat in deciſ. 161. num. 1. vbi
mixtum declarat eſſe feudum, cum ita conceditur
pro ſe, & hæredibus.

Secundò reſpõdeo, diſtinctionem illam Pę-
regr. neque veram eſſe, neque approbatam, eſt
enim diſtinctio verbalis potiùs, quam funda-
mentalis, *vt in propoſito ait Ozaſ. d. deciſ. 161. nu.*
2. nam, vbi ſimpliciter dicitur, pro hæredibus,
ex natura feudi cenſetur cõceſſio facta pro de-
ſcendentibus hæredibus. Itaque, cum expreſsè
dicitur, pro liberis hæredibus, exprimitur id, quod
tacitè ineſt, quæ expreſſio nihil debet operari.
45 † *l. 3. ff. de leg. 1. l. 3. C. de fideiuſſ.* Quartò, ſi vis
aliqua in his verbis eſſet conſtituenda, certè
maior

maior eſſet ratio prohibendæ reuocationis in
eo caſu, quo dictum eſt, pro deſcendentibus hę
redibus, quam in eo, quo ſimpliciter, pro hære-
dibus, nam primo caſu adiectio illa, hæredibus
circa exprimendam qualitatem liberorum ni-
hil operatur, quippe cum de his iam fuerit ex-
preſſè facta mentio. Itaque tota vis eius debet
conſiſtere in addenda qualitate hæreditaria, &
quidem cum effectu, ne ſtet inutiliter. At vero
ſecundo caſu dictio, hæredibus, etiam ſi non o-
peraretur qualitatem hæreditariam, non tamē
ſtaret inutiliter, quia operaretur circa ſignifi-
candos liberos, de quibus nulla erat facta men
tio, & hac ratione plerique dixerunt feudum
conceſſum, pro hæredibus, eſſe ſimpliciter ex
pacto, & prouidētia, quia ſatis eſt, ſi illa dictio,
hæredibus, operetur ſignificādo liberos, etiam
ſi non adijciat qualitatem hereditariam, quam
uis contrarium ſit, quando dictum eſt, pro de-
ſcēdentibus hæredibus. Et quamquam illorum
opinio non ſit approbata, ſcilicet quia vtroque
caſu requiritur qualitas hereditaria ex commu
ni, tamen ex ea intelligimus maiorem eſſe vim
in hæreditaria qualitate ſignificanda illorum
verborum, pro deſcendentibus hæredibus, quā
illorum, pro hæredibus, cum facilius fuerit ad-
miſſa: Cum igitur fateatur Peregr. qualitatem
hæreditariam non impedire feudi reuocatio-
nem, ſi illud fuerit conceſſum pro deſcendenti-
bus hæredibus, conſequens eſt, vt multo minus
debeat impedire, cum fuit ſimpliciter conceſ-
ſum, pro hæredibus.

Minus eſt, quod aliquis obijciat, loqui ſupra-
ſcriptos DD. de reuocatione feudi alienati ſine
conſenſu Principis, contrarium autem eſſe ſer-
uandum, quando Principis authoritas, & con
ſenſus interuenit, quia reſpōdeo, imo loqui eos
de alienatione, quæ facta fuit cum conſenſu
46 Principis, † *vti videre eſt apud Pariſ. d. conſil. 10. num. 8. volum. 1. & d. conſil. 65. num. 49. volum. 3. Roll. d. conſil. 97. num. 46. volum. 1.* Nam Princeps
cenſetur conſentire, quo ad ſui præiudicium;
47 non, quo ad præiudicium alterius, † *l. 2. §. meri-
to, & §. ſi quis a Principe, ff. ne quid in loc. publ. & in ſpecie declarat Soc. Iun. d. conſil. 112. nu. 2. vol. 2.*
Alioquin enim, ſi Principis conſenſus non in-
teruenisset, non eſſet neceſſarium inuentarium
ad feudi reuocationem, quia alienatio eſſet ab
initio nulla, & hæres etiam ſimplex non cogi-
tur ſeruare factum defuncti nullum, & inuali-
48 dum, † *vt ſcribunt Gabr. conſil. 173. num. 6. vol. 1. Soc. Sen. conſil. 79. num. 47. volum. 4. Soc. Iun. conſil. 77. num. 134. volum. 1. Peregr. conſil. 7. nu. 31. vol. 3 Men. conſ. 559. nu. 4. & in ſpecie de feudi alienat. inualida, & nulla, Gram. deciſio. 95. num. 8. Oſaſ. deciſ. 108. num. 1.*

Sexto, & vltimo multo magis eſt permitten-
da reuocatio feudi in caſu noſtro, in quo facta
fuit alienatio non adhibitis ſolemnitatibus ex
decretorum forma requiſitis, & ideo eſt inuali-
49 da, & nulla, † *vt latè tradit Oſaſ. deciſ. 165. num. 4.*
Quo fit, vt eam poſſit reuocare Do. Antonius,
50 etiam ſi non confeciſſet inuentarium, † *vti ſu-
pra diximus; & in ſpecie tradit Oſaſc. d. deciſio. 180. numer. 4.* Non eſſe autem ſeruatas ſolemnitates
ex multis intelligimus, & primo, quia non fuit
expreſſa qualitas feudi, vtrum eſſet ex pacto, &
prouidentia, an merè hæreditarium, an verò
51 mixtum, quæ tamen erat exprimenda, † *vt do-
cet Oſaſ. deciſ. 166. nu. 2.* Et, licet dictum ſit in pre-
cibus, feudum eſſe antiquum, non tamen ex eo
cenſetur expreſſa qualitas ſuperior, quia feu-
dum antiquum poteſt eſſe, vel ex pacto, vel hæ
reditarium, vel mixtum. Secundo nulla fuit ex-
preſſa, & probata cauſa iuſta alienandi, nam in
precibus narratum eſt, ideo peti licentiam alie
nandi pedagium, quia venditori in remoto lo-
co habitāti incommoda erat eius exactio, quæ
non eſt iuſta alienationis cauſa: nam ex forma
decretorum feuda non poſſunt alienari, niſi
propter debita neceſſaria, adeo, vt voluntaria
52 non ſufficiant, † *vt late tradit Oſaſ. deciſ. 167. cum 3. ſeqq.* Tertio non fuit expreſſum, neque proba
tum, venditorem nō habuiſſe bona allodialia,
quod tamen erat neceſſarium ad validitatem
alienationis, etiam cum conſenſu Principis fa-
53 ctæ, † *vt docet Oſaſ. deciſ. 174.* Quarto, & vltimo
non fuit facta oblatio agnatis, quæ ſimiliter e-
rat neceſſaria, *vt per Oſaſ. deciſ. 175.* Cum igitur
ex his appareat alienationem fuiſſe factam nō
ſeruatis ſeruandis, conſequens eſt, vt ſit ipſo iu-
re nulla, nec proſit licentia Principis, quippe
quę data eſt cum ſolita clauſula (ſeruata forma
decretorum) & ideo, cum forma nōn fuerit ſer-
uata, ſequitur alienationem dici factam ſine li-
54 centia, & conſenſu Principis, † *vt tradit idem Oſaſ. deciſ. 176. nu. 6.*

Neque obſtāt contraria: Namque in primis
ad id, quod dicitur, feudum conceſſum pro ſe,
& hæredibus eſſe hæreditarium reſpondeo, id
eſſe verum ſecundum quid, non ſimpliciter, &
merè, quia, cum reſtringatur ad deſcendentes,
mixtum potius eſt, quam merè hæreditarium,
vti latè demonſtrauimus in præmiſſo.

Quod verò dicitur, inuentarij confectionem
nihil operari in feudo hæreditario, verum eſt, ſi
feudum ſit merè hæreditarium, & in extraneos
hæredes tranſitorium, non etiam, ſi ſit hæredi-
tarium ſanguinis, vti conſtat ex authoritate Do
ctorum, quos retulimus in quinto fundamēto,
55 † *& in ſpecie declarant Pariſ. d. conſil. 65. num. 54. & 55. volum. 3. Soc. Iun. d. conſil. 112. num. 14. vol. 2 & Surd. d. conſil. 63. nu. 18.* Et, quamquam multi
ex DD. in contrarium allegatis loquantur de
feudo ſimpliciter conceſſo pro ſe, & hæredibus
& conſequenter videantur loqui de feudo mix
to, tamen illi non obſtant, tum, quia contraria
opinio eſt verior, & frequētior, tum etiam, quia
ſunt ex numero DD. tenentium feudum acce-
ptum pro ſe, & hæredibus non eſſe mixtum, ſed
merè hæreditarium, & tranſitorium in extra-
neos hæredes, *vt animaduertit Surd. d. conſ. 108. nu. 21. verſ. non obſtat.* Vnde, cum eorum opinio
communiter ſit reprobata, ſcilicet, quia recep-
tius eſt, feudum huiuſmodi reſtringi ad deſcen-
dentes hæredes, & conſequenter eſſe mixtum,
conſtat, non eſſe faciendam vim in eorum di-
ctis, quippe quorum veritas pendet ex ſupradi-
cta deciſione: nam, ſi feudum ſub ea formula
conceſſum eſſet merè hæreditarium, non poſ-
ſet hæres, etiam cum beneficio inuentarij alie-
nationem eius reuocare, & procederent eorum
56 dicta, † *vt in ſpecie declarat Soc. Iun. d. conſil. 72. nu. 26. vol. 1. & d. conſ. 42. nu. 4. vol. 3.* ſcilicet quia
tale feudum eſſet res hereditaria, & de eo idem
iudicaretur, quod de cæteris rebus hæreditarijs
allodialibus. At verò, quoniam feudum non
eſt merè hęreditarium, ſed mixtum, cōtrarium
dicendum eſt, quia nō conſideratur, tamquam
res hæreditaria, neque pertinet ad filium tam-
quam

quam hæredem, ſed ex pacto, & prouidentia maiorum, *vt latè demonſtrauimus in ſecundo fundamento*.

Denique non obſtat, quod, ſi beneficium inuentarij filio prodeſset, non poſset feudum obtinere, quaſi non eſset hæres, quia reſpondeo, hoc perſpicuè falſum eſse: nam inuentarij beneficium non facit, vt hæres habeatur pro non herede, ſed, vt eius actiones, & iura non confun-
17 dantur, † *vt tradunt glo. Bart. & alij communiter in d. l. vltim. § in computatione, C. de iure deliber. & Gabr. conſ. 125. num. 12. volum. 1.* Itaque non obſtante inuentarij beneficio retinet nomen hæredis, quod ſufficit ad obtinendum feudum hæreditarium ſanguinis, *vti diximus in ſecundo fundamento*, Et ita iuris eſse cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Perill. D. Valentia Malaſpina Marchioniſſa Sanazari.

CONSILIVM XLIX.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & ex quibus coniecturis inter filios in conditione poſitos cenſeatur inductum reciprocum fideicommiſſum: Et an, & quando reformatio ſtatutorum ex defectu poteſtatis, voluntatis, formæ probationis, & cauſæ nullius ſit momenti.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſaria reciproca tribus concurrẽtibus reſultat, Declara, vt nu. 10.*
2 *Coniectura complures efficaces ad inducendam filiorum in conditione poſitorum vocationem.*
3 *Fideicommiſſum reciprocum, vt inducatur, ſufficit filios in conditione poſitos eſſe tacitè, & ex coniecturis vocatos, Sed contra nu. 40.*
4 *Verba, ſine liberis, priuationem, & defectum indicant.*
5 *Subſtitutio facta in defectum liberorum æquipollet illi, quæ fit poſt liberorum mortem. Sed contra num. 46. verſ. Non obſtat.*
6 *Subſtitutio facta poſt mortem liberorum intelligitur facta vltimo morienti, maximè cum tractatur de deſcendentibus teſtatoris, nu. 7. Sed contra num. 44.*
8 *Subſtitutio, vt cenſeatur facta in tota hæreditate, ſufficit quod tacitè, & ex coniectura voluntatis teſtatoris colligatur.*
9 *Subſtitutio ſtatim ſubſequens inſtitutionem factã in omnibus bonis cenſetur ob vim continuati ſermonis in tota hæreditate facta, Declara, vt nume. 46.*
11 *Teſtatoris nudam voluntatem in fideicommiſſis ſpectamus.*
12 *Fideicommiſſa inducuntur etiam coniecturis.*
13 *Coniectura nulla maior videtur ad inducendum reciprocum fideicommiſſum illa, quæ ſumitur ab affectione paterna in ſuos deſcendentes, Declara, vt num. 48.*
14 *Teſtator, qui reciprocè grauauit filios, quos magis diligebat, multo facilius debet cenſeri voluiſſe grauare nepotes, quos, tamquam remotiores, & fortaſſis ſibi incognitos minus diligebat.*
15 *Agnatio per maſculos conſeruari ſolet.*
16 *Agnationis ad conſeruationem colligitur teſtatorem reſpexiſſe a propriarum filiarum excluſione, Sed contra nu. 34.*
17 *Coniecturam validam præbet ad inducendum inter deſcendentes poſitos in conditione reciprocum fideicommiſſum, ſi teſtator habuerit rationem conſeruandæ agnationis.*
18 *Teſtatorem progreſſum fuiſſe ad plures gradus ſubſtitutionum ſufficiens coniectura eſt ad inducendum inter deſcendentes reciprocum fideicommiſſum, Declara, vt nu. 28. & nu. 29.*
19 *Coniecturis qui vocatus cenſetur, ex iiſdem & grauatus cenſeri debet.*
20 *Conditionis melioris eſſe non debet minus dilectus, quam magis dilectus.*
21 *Fideicommiſſum reciprocum, an reſultet inter eos, poſt quorum mortem teſtator aliquem ſubſtituit, rectè dubitatur, non autem, quando ſubſtitutio non fuit facta poſt eorum mortem, ſed tantum poſt mortem inſtitutorum decedentium ſine liberis, & nu. 22. & 23.*
24 *Fideicommiſſum reciprocum non inducitur, niſi verborum vis illud importet, aut aliqua vrgens, & neceſſaria coniectura, quæ ab antecedente, vel conſequente neceſſario deducatur.*
25 *Fideicommiſſum reciprocum, vt cenſeatur inter duos, aut plures inductum, tria omnimodo requiruntur, adeo vt vnius defectus ſufficiat ad eius excluſionem, & quæ, ibidem.*
26 *Fideicommiſſum reciprocum inter eos inductum non cenſetur, qui non ſunt vocati, ſed tantum poſitis in conditione ad ſubſtitutorum excluſionem, Amplia vt nu. 27.*
30 *Gradu primo caducato cenſentur quoque per conſequentias caducati omnes ſequentes.*
31 *Hæredum appellatione, tam maſculi, quam fœminæ continentur.*
32 *Liberorum appellatione deſcendentes vtriuſque ſexus continentur.*
33 *Agnationis conſeruandæ rationem non cenſetur habuiſſe teſtator, quoties aliquo caſu fœminas vocauit.*
35 *Propinquiorum appellatione non ſolum maſculi, ſed etiam fœminæ continentur.*
36 *Teſtatorem poſuiſſe liberos legitimè procreatos in conditione non eſt ſufficiens coniectura ad inducendam eorum vocationem.*
37 *Multiplicatio inutilium nihil operatur.*
38 *Filiorum in cõditione poſitorum vocatio arguitur ex conditionis geminatione.*
39 *Clauſula adiecta in executiuis non debet principalem diſpoſitionem alterare.*
42 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
43 *Fideicommiſſum, vt cenſeatur ab vltimo moriente relictum, non ſufficit, grauamen eſſe relictum poſt mortem duorum, aut plurium, ſed neceſſarium eſt, teſtatorem nominatim vltimum grauaſſe, & num. 44.*
45 *Fideicommiſſum licet poſt aliquorum mortem relictum ſit, intelligitur tamen a ſingulis relictum in portione ſua, non verò in tota hæreditate.*
46 *Inſtitutio debet neceſſario continere totam hæreditatem, ſubſtitutio verò poteſt fieri etiam in parte.*
49 *Subſtitutio reciproca facta inter filios non arguit, quod etiam facta cenſeatur inter nepotes.*
50 *Subſtitutio reciproca facta inter certas perſonas*

non

non infert ad reciprocam inter alias.

51 *Fideicommiſſa,licet extendantur de caſu ad caſū, nunq̃ tamen extenditur de perſona ad perſonā.*

52 *Filio grauato non cenſetur grauatus nepos in conditione poſitus, & ſi filius moriatur relicto filio, extinguitur ſubſtitutio, quicquid de illo poſtea contingat.*

53 *Grauatum quem eſſe non ſequitur ex eo,quod ſit vocatus.*

54 *Filij in conditione poſiti, quando ex coniecturis cē ſentur vocati,intelliguntur vocati ad partem patris ſui,non ad partem patrui.*

55 *Diſpoſitionis principalis alteratio declarationis,& interpretationis verbo non continetur.*

56 *Procuratoris, arbitri,& iudicis delegati geſta nullius ſunt momenti,quando poteſtatis ſibi datæ fines exceſſerunt.*

57 *Poteſtas data pluribus non poteſt ſine omnium pręſentia exerceri.*

58 *Poteſtas ad certum tempus limitata facit poſt illud tempus geſta nullius eſſe momenti.*

59 *Vniuerſitas iuriſdictione carens poteſt quidem condere ſtatuta circa ea,quæ reſpiciunt adminiſtrationem bonorum ſine Principis authoritate, ſed non circa ea, quæ talem adminiſtrationem non reſpiciunt,niſi Principis authoritas interueniat, maximè cum tractatur de ſtatutis, quæ à Principe confirmari debent num.60.Declara, vt nume.63.& 64.*

61 *Statuta à Principe confirmata leges Principis dicuntur.*

62 *Confirmatio actum tribuit confirmanti.*

65 *Teſtamentum dicitur imperfectum ratione voluntatis,ſi teſtator poſtea,quam coram teſtibus declarauit ſuam voluntatem,dicat ſe velle teſtamentum ſcribi a Notario.*

66 *Statuta, aut eorum reformatio, quoties continent mutationem iuris communis,debent fieri per conſilium generale, & per citationem totius populi, non per conſilium particulare.*

67 *Publicatio neceſſaria eſt in ſtatutis condendis, & eorū reformatione, Limita,vt nu.68. Sublimita, vt num.69.*

70 *Scriptura priuata, & plena interlineaturis, cancellationibus, & mutationibus factis a diuerſis non probat.*

71 *Scriptura ex hoc ſolo,quod ſit reperta in archiuio, in quo ſoleant reponi ſcripturæ; etiam priuata non facit fidem.*

FACTI SPECIES.

PErilluſ.D. Ioſeph Rabbia Cunienſis ex Marchionibus Cœuæ condidit anno 1562.die 17.Septembris teſtamentum, in quo dotibus filiabus relictis hæredes vniuerſales inſtituit DD. Ludouicum, & Bernardinum filios ſuos legitimos, & naturales,& eis ſubſtituit in hæc verba. *Ordinando eſſo Sig. Teſtatore, che à caſo, che l'uno di loro duoi fratelli mancaſſe della preſente vita ſenza heredi legitimamente dal ſuo corpo procreati, l'altro fratello ſucceda. Et morendo tutti duoi ſenza figliuolanza legitima, il più propinquo della linea del padre ſucceda, & coſi ſucceſſiuamente ſino al quarto grado.*

Mortuo Teſtatore deceſſit D.Ludouicus relicto D.Ioſepho filio ſuo legitimo,& naturali, deinde deceſſit D. Bernardinus relicta Dom. Rabbina vnica filia legitima, & naturali, quæ tandem nullis relictis liberis, ſolaque Domina Valentia matre ſuperſtite ab inteſtato deceſſit:

Domina Valentia tamquam hæres filiæ, tam de iure communi quàm de iure municipali apprehendit poſſeſſionem omnium bonorum, quæ D.Rabbina tempore mortis poſſidebat.

Verùm D.Ioſeph Rabbia patruelis dictę D. Rabbinæ litem aduerſus Do. Valentiam inſtituit,& ab ea petiit prædicta bona tamquam ad ſe pertinentia,& iure fideicommiſſi,& iure municipali, iure fideicommiſſi,quia (vt idem ait) in ſupradicto teſtamēto D.Ioſephi ſenioris ipſe cenſetur ſaltem tacitè per fideicommiſſum ſubſtitutus prædictæ D. Rabbinę. Iure verò municipali,quia(vt idem ſupponit)extat ſtatutum in loco Cunij,quo cauetur, vt extantibus agnatis vſque ad quartum gradum incluſiuè mater non ſuccedat,niſi in legitima filij poſtremo loco defuncti.

Cuius rei cōprobandę cauſa produxit quandam ſcripturam repertam in Archiuio prædicti loci,quę continet reformationem antiquorum ſtatutorum in multis capitibus,& inter cætera in hoc, quod, cum in antiquis ſtatutis mater non excluderetur à ſucceſſione filij, niſi,vbi adeſſent alij filij,vel filiæ, fuit hoc caput reformatum his verbis. *Et,cum verba ſtatuti trahantur ſolum in caſum,vbi ſunt filij,vel filiæ, & ſic propter eos excludatur mater,corrigendo ſtatutum ſupradictum,vbi dicit,quod mater ſuccedere poſſit vltimo filio cuiuslibet ſui mariti decedenti, volentes conſulere agnationi, & familiæ, propterea declararunt, & ſtatuerunt, quod decedentibus omnibus filijs, & filiabus extantibus fratribus maſculis conſanguineis,vel agnatis de familia ex linea paterna, vſque ad quartum gradum incluſiue ſecundum computationem iuris ciuilis, quod mater ſuccedat ſolum in legitima vltimi filij defuncti.*

Domina Valentia reſpondit nullum in prædictis bonis ius actori competere, non ius fideicommiſſi,quia,licet DD. Ludouicus, & Bernardinus fuerint inuicem ſubſtituti, non tamē eodem modo cenſentur ſubſtituti eorum filij in conditione poſiti, inter quos nullum conſiderari poteſt reciprocum fideicommiſſum,ſtātibus verbis,quæ in prædicto teſtamento legūtur: Neque ius ſtatuti,quia ſcriptura ab actore prolata, tamquam merè priuata, nullam vim legis municipalis habet.

Eſſe autem merè priuatam ait ex eo conſtare, quia innumeros patitur defectus, de quibus in actis, ideoque, licet in Archiuio fuerit inuenta, non tamen publicam vim habere poteſt.

Super hac controuerſia diu fuit inter eos diſceptatum, tandem ab Ordinario fuit lata ſententia ſub 19.Aprilis 1589.quę Do.Valentiam ab actoris petitionibus abſoluit,eademque ſententia ſub 20.Decembris eiuſdem anni fuit ab Excellentiſſimo Senatu,ad quem actor appellarat,confirmata.

Quibus ſententijs nō acquieſcens actor perſiſtit adhuc hodie in ſuis petitionibus, & ſententiam Senatoriam reuideri,ac reparari poſtulat. Vnde videndum eſt, An ius aliquod ei cōpetat,aut ex capite fideicommiſſi, aut ex capite ſtatuti.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

VIſis, ac diligenter perpenſis teſtamenti verbis, & conſideratis iis omnibus, quæ ab vtraque parte fuerũt in actis deducta, puto nullum, aut ex capite fideicommiſſi, aut ex capite ſtatuti Ius actori competere in bonis D. Rabbinæ nouiſſimè defunctæ, Quod, vt liquido demonſtrem, duæ mihi dubitationes erunt excutiendæ: Vna, an inter filios D. Ludouici, & filios D. Bernardini poſitos in conditione reſultet aliquod reciprocum fideicommiſſum, per quod Do. Rabbina cenſeri poſſit grauata hæreditatem auitam D. Ioſepho patrueli ſuo reſtituere. Altera verò, an ſtatuti reformatio, qua nititur actor ſit valida ita, vt effectũ excluſionis operari poſſit in perſona D. Valentiæ, quæ non ſolum à iure communi, ſed etiam ab antiquo ſtatuto ad filiæ ſuę ſucceſſionem vocabatur.

Et in prima quidẽ dubitatione videretur primo aſpectu dicendum ex teſtamento, quo de agitur, reſultare fideicommiſſum reciprocum inter filios D. Ludouici, & filios D. Bernardini, non quidem ex illis verbis. *Ordinando eſſo Sign. teſtatore, che, à caſo, che l'vno di loro duoi fratelli mancaſſe della preſente vita ſenza heredi legitimamente dal ſuo corpo procreati, l'altro fratello reſtante ſucceda*, quoniam hęc non ſubſtituunt inuicẽ, niſi filios ipſius teſtatoris, nempe DD. Ludouicum, & Bernardinum, ſed virtute illorum verborum: *Et morendo tutti duoi ſenza figliuolanza legitima, il piu propinquo della linea del padre ſucceda, & così ſucceſſiuamente fino al quarto grado:* Nam, cum per ea propinquiores de linea paterna videantur ſubſtituti in defectum filiorũ D. Ludouici, & D. Bernardini, ex tali ſubſtitutione tacitè, & per neceſſarium quoddam antecedens videtur inter ipſos filios reſultare reciproca fideicommiſſaria.

Primò, quia receptiſſima eſt DD. concluſio, quod, quando poſt m rtem duorum, aut pluriũ teſtator aliquem ſubſtituit, inter illos duos, aut plures reſultat fideicommiſſaria reciproca tribus concurrentibus, videlicet, quod iſti ſint vocati, quod grauamen ſit relictum ab vltimo
1 moriente, & quod in tota hæreditate, † *l. Titia Seio. 89. §. Seia libertis, ff. de leg. 2. & latius infra dicetur.* Cum igitur in caſu noſtro videantur hæc omnia interueniſſe, Conſequens eſt, vt inter illos cenſeatur inductum reciprocum fideicommiſſum. Interueniſſe autem hæc omnia facilè ex eorum diſcuſſione colligi videtur.

Primum enim filii, DD. Ludouici, & Bernardini in conditione poſiti videntur à teſtatore vocati, non quidem expreſsè, ſed tacitè, & ex coniecturis, ſcilicet, quia teſtator progreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, rationem habuit agnationis conſeruandæ, vocando propinquiores de linea paterna, & proprias filias excludendo, poſuit in conditione filios legitimè procreatos ad excluſionem legitimatorũ, & quidem bis, demum adiecit clauſulam, omni meliori modo, quæ omnes coniecturæ ſingulæ, ac multò magis vnitę cenſentur efficaces ad inducendam filiorum in cõditione poſitorum
2 vocationem, † *vt late videre eſt apud Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. Thes. deciſ. 96. Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſ. 76. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 14. & Viu. deciſ. 262. à quibus coniecturæ vocantes filios in conditione poſitos referuntur.* Debet igitur de huiuſmodi filiis idem iudicari, quod iudicaretur, ſi nominatim fuiſſent à teſtatore vocati, & per conſequentias debet huiuſmodi tacita vocatio eundem habere effectum circa inductionem reciproci fideicommiſſi, quem haberet expreſſa. Et ita in terminis filiorum in cõditione poſitorum, vt ad inducendum reciprocum fideicommiſſum ſufficiat eos eſſe tacitè,
3 & ex coniecturis vocatos ſcripſerunt. † *Soc. ſen. conſ. 249. nu. 10. vol. 2. Ruin. conſ. 140. num. 9. conſ. 142. nu. 13. & conſ. 197. nu. 13. vol. 3. Curt. iun. conſil. 43. nu. 6. Alciat. in l. vel ſingulis 37. num. 19. verſ. vnde in caſibus. ff. de vulg. Soc. iun. conſ. 151. nu. 11. vol. 2. & conſ. 110. nu. 20. vol. 3. Crau. conſ. 130. nu. 6. Decia. conſ. 3. nu. 46. & ſeqq. vol. 1. conſil. 162. nu. 33. vol. 2. & conſ 44. nu. 73. verſ. poſtremo, & conſil. 101. num. 3. & 4. vol. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. nu. 2. verſ. & quidem Ant. Gabr. lib. 4. tit. de ſubſtit. concl. 1. nu. 28. Men. conſ. 85. nu. 43. conſ. 397. nu. 12. & de præſumpt. lib. 4. præſ. 62. nu. 57. Pereg. conſ. 54. nu. 7. vol. 1.*

Secundo verò grauamẽ videtur relictum ab vltimo moriente, licet hoc teſtator expreſsè non dixerit: Nam ſubſtitutio propinquorum facta illis verbis, *Morendo tutti duoi ſenza figliuolanza*, cenſetur facta in defectum liberorũ, quoniam illa verba, ſine liberis, priuationem, & de-
4 fectum indicant. † *l. ex facto 17. §. ſi quis autem ſuſceperit, ff. ad Treb. l. non eſt ſine liberis 148. ff. de verb. ſign.* Subſtitutio autem facta in defectum liberorum æquipollet illi, quæ fit poſt liberorũ mortem, quia deficere nõ ſolum dicuntur, qui non extant, ſed etiam, qui poſtea moriuntur,
5 † *vt declarant Alex. conſil. 101. nu. 13. vol. 7. Ruin. conſ. 9. nu. 8. vol. 1. Pariſ. conſil. 18. num. 13. vol. 2. & conſ. 20. nu. 21. vol. 3. Decia. conſ. 28. num. 25. vol. 2. Capb. conſ. 529. nu. 34. Odd. conſ. 66. num. 69. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 33. num. 5. Andr. Gail. lib. 2. obſeru. 136. nu. 3. Peregr. de fideicom. art. 18. nu. 16.* Ergo, quemadmodum ſubſtitutio facta poſt mortem liberorum intelligitur facta vltimo
6 morienti. † *l. codicillis 34. in prin. & ibi Bar. nu. 1. ff. de vſufr. leg. Caſtr. in l. pen. num. 2. in fin. C. de impub. & al. ſubſt. & conſ. 403. num. 2. verſ. 3. vol. 1. & conſ. 271. num. 2. vol. 2. Alex. in l. ſi pater impuberes 25. num. 3. verſ. tamen ſuſtinendo. ff. de vulg. Soc. ſen. conſ. 249. nu. 10. vol. 2. Dec. conſ. 427. num. 6. Pariſ. conſ. 43. nu. 26. vol. 2. Curt. iun. conſ. 41. nu. 5. verſ. ſecundo principaliter, & conſ. 43. nu. 1. verſ. ſecundo præmitto. Soc. iun. conſ. 145. nu. 40. vol. 3. Decia. conſil. 1. nu. 275. conſ. 3. nu. 57. vol. 1. & conſ. 44. nu. 61. vol. 3.* maximè, cum tractatur de deſcendentibus Teſtatoris, in quibus id videtur procedere
7 ſine dubio. † *ſecundum Soc. iun. d. conſ. 110. nu. 35. verſ. & quamuis, & Decia. d. conſ. 44. nu. 61. vol. 3.* ita etiam debet cenſeri vltimo morienti facta, quæ in eorum defectum concepta fuit, & per conſequentias in caſu noſtro facta ambobus decedentibus ſine liberis, & ſic in defectum liberorum cenſebitur facta vltimo ex liberis decedenti.

Tertio demum videtur grauamẽ iniunctum in tota hæreditate, non quidem expreſsè, ſed tacitè, & ex coniectura voluntatis teſtatoris, quę ſufficit ad hoc, vt ſubſtitutio cenſeatur facta in
8 tota hæreditate. † *d. l. Titia Seio 89. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. & ſcribunt Curt. iun. conſ. 43. nu. 2. verſ. ego tamen, & conſ. 139. num. 8. Soc. iun. d. conſ. 110. num.*

*num.30.& d.conſ.145.num.41.vol.3. Decia.conſ.
103.nu.32.vol.2. Peregr.de fideicomm art.13.nu.
14.verſ. An autem.* Coniectura autem ſumitur
ex eo, quia teſtator poſtea, quam filios inſtituit
in omnibus bonis, ſtatim eis, ſi ambo deceſſe-
rint ſine filiis, ſubſtituit propinquiores: Et ideo,
licet expreſsè non ſubſtituerit in tota hæredita-
te, cenſetur tamen in tota ſubſtituiſſe, tum ob
9 vim cõtinuati ſermonis, † *vt in ſpecie ſcripſerunt
Decia.d.conſ.3.num.70.vol.1. & Peregr.d.art.13.
num.14.* tum etiam, quia ſubſtitutio ab inſtitu-
tione declaratur, & qualitates in inſtitutione
expreſſæ cenſentur in ſubſtitutione repetitæ, *l.1
C.de impub.& al.ſubſt.*

Secundo vero dato, quod illa tria requiſita
non interuenerint, adhuc tamen idem videtur
dicendum, quia, quod dicimus non induci reci
procum fideicommiſſum, niſi concurrant illa
tria, declaratur non procedere, ſi in teſtamento
ſubſint aliquæ coniecturæ, ex quibus colligere
poſſimus teſtatorem voluiſſe tale fideicom-
miſſum conſtituere: tunc enim id inducitur, li-
10 cet illa requiſita ceſſent, † *vt in terminis decla-
rant Cran.conſ.113.nu.1. Soc.iun.d.conſ.110.nu.
36.vol.3. Mantic.de coniect.vlt.volun.lib.7.tit.5.
nu.15.verſ.ex coniecturis. Menoc.de præſump.lib.
4.præſumpt.62.nu 34. & Peregr.conſ.54.num.13.
verſ.ad tertium vol.1.* Nam, cum in fideicommiſ
ſis nudam ſpectemus teſtatoris voluntatem.
11 † *l.pen.ff.de leg.1.l.fideicommiſſa 11.§.item ſi quis.
l.quiſquis.93.ff.de leg.3.l.hæredes mei.57.§.cum ita
ff.ad Trebell.* & potius voluntatem, quam ver-
ba. *l.cum virum.16.C.de fideicomm.* ideo fit, vt fi-
deicommiſſa inducantur etiam coniecturis,
12 † *l.cum proponebatur.69.ff.de leg.2. & in ſpecie fi-
deicommiſſi reciproci tradunt Decia.d.conſ.44.nu.
67.verſ.3.vol.3. & Peregr.d.conſ.54.nu.11.vol.1.*
Multæ autem in caſu noſtro videntur ſubeſſe
coniecturę denotantes teſtatorem voluiſſe in-
ter huiuſmodi filios in conditione poſitos reci-
procum fideicommiſſum conſtituere.

Prima enim coniectura ſumitur à qualitate
illorum, qui ſunt in cõditione poſiti: ſunt enim
deſcendentes teſtatoris, quibus per conſequen-
tias cenſetur teſtator voluiſſe proſpicere, & cu-
rare, vt bona ſua potius ad eos, quàm ad extra-
neos peruenirent. *l.cum acutiſſimi 30. C.de fidei-
comm.l.ſcripto 6.in fin.ff.vnd.lib.l.vn. C.de his, qui
ant.ap.tab.* ob naturalem, qua tenentur homi-
nes in ſuos deſcendentes affectionem. *l.vltim.in
princ. C.de cura.furio. l.iſti quidem 8. ff.quod met.
cau.l.liberorum 220.in fin.ff.de verb.ſign.* Quam-
obrem dici ſolet, ad inducendum reciprocum
fideicommiſſum nullam videri maiorem con-
iecturam illa, quæ ſumitur ab affectione pater-
13 na in ſuos deſcendentes. † *Ita enim ſcribit Socin.
iun.d.conſ.110.nu.37.vol.3.*

Secunda verò coniectura ſumitur à recipro
ca facta inter DD. Ludouicum, & Bernardinũ:
Nam, ſi reciprocè grauauit filios, quos magis
diligebat, quanto faciliùs debet cenſeri voluiſ-
ſe grauare nepotes, quos tamquam remotiores,
& forsaſſis ſibi incognitos minus diligebat?
14 † *Ita arguunt Ruin.conſ.140.num.10.verſ.ſi ergo
vol.3. Crau.conſ.113.nu.3.& conſil.130.nu.6.ver-
ſic.3. Soc.iun.d.conſ.110.num.39. verſic.qui etiam
volum.3.*

Tertia coniectura ſumitur ab eo, quod te-
ſtator in caſu noſtro videtur habuiſſe rationem
agnationis cõſeruandæ: nam excluſit proprias
filias, quæ res non ſolet fieri, niſi fauore maſcu-
15 lorum, per quos agnatio conſeruari ſolet. † *l.nõ
facile 4.§.1.l.Iuriſconſultus 10.§.nomen.ff.de gra.
& affin.§.1.Inſt.de leg.agn.tut. §.1. §.cæterum, &
§.media. Inſtit.de leg.agn.ſucc.* & ideo ab hac ex-
cluſione colligimus teſtatorem reſpexiſſe ad
16 conſeruationem agnationis, † *vt ſcribunt Ceph.
conſ.137.nu.12. Mantic.de coniect.vlt.volun.lib.
11.tit.3.nu.15. Menoc.conſ.357.nu.1. Surd.conſil.
96.nu.31.verſ.Accedat, & conſ.241.nu.12.* Maxi-
mè, cum morientibus ambobus filijs ſuis ſine
liberis vocarit propinquiores de ſua linea, quæ
verba, quia videntur accipienda de proximio-
ribus agnatis, ideo denotant teſtatorẽ ad agna-
tionis, & familiæ conſeruationem reſpexiſſe, &
per conſequentias præbent validam coniectu-
ram ad inducendum inter deſcendentes poſi-
tos in cõditione reciprocum fideicommiſſum,
17 † *vt in ſpecie de teſtatore, qui rationem habuit con-
ſeruandæ agnationis ſcripſerunt Crau.d.conſ.113.
nu.2.& d.conſ.130.nu.9 Soc.Iun.conſ.110.nu.39.
vol.3. Gabr.d.lib.4.tit.de ſubſtit.concl.1.nu.29. De-
cia.conſ.3.nu.67.vol.1.conſ.44.num.67.verſ.tertio,
& conſ.89.nu.25.verſic.non obſtat quintum vol.3.
Mantic.d.lib.7.tit.5.num.15. verſ.ex coniecturis.
Peregr.de fideicomm.art.13.nu.39. Menoch.conſ.
397.num.10.*

Quarta coniectura ſumitur ab eo, quod Te-
ſtator eſt progreſſus ad plures gradus ſubſtitu-
tionum, quàm coniecturam eſſe ſufficientem
ad inducendum inter deſcẽdentes reciprocum
18 fideicommiſſum, † *ſcripſit Decia.conſ.1.nu.267.
vol 1.*

Quinta demum coniectura videtur ſumi ex
illis verbis. *Et coſe ſucceſſiuamente ſino al quarto
grado:* Nam, licet hæc verba referantur ad tranſ
uerſales, non ad filios in conditione poſitos, &
hunc habeant ſenſum, vt ſi ambo filij teſtato-
ris, nempe DD. Ludouicus, & Bernardinus de-
ceſſerint ſine liberis, & eo modo ſuccedant p-
pinquiores de linea paterna, cenſeantur illi p-
pinquiores in tali caſu ſucceſſiuè grauati reſti-
tuere ſequentibus, ita vt bona tranſeant de pro-
pinquiore in propinquiorem, vſque ad quartũ
gradum, vt verus, & planus indicat verborum
ſenſus, non verò, vt filij DD. Ludouici, & Ber-
nardini cenſeantur ſucceſſiuè grauati reſtitue-
re ſuis deſcendentibus; Tamen ex eis videtur
elici coniectura ſufficiens ad inducendum fi-
deicommiſſum reciprocum inter ipſoſmet fi-
liorum filios: Nam, ſi teſtator voluit proſpice-
re tranſuerſalibus conſtituendo inter ipſos fi-
deicommiſſum ſimplex, & abſolutũ caſu, quo
bona pertineant ad eos ob defectum deſcendẽ
tiæ teſtatoris, quanto magis cenſeri debet vo-
luiſſe proſpicere ipſiſmet deſcendentibus ſuis,
& inter eos ſucceſſiuum fideicommiſſum con
ſtituere, ſecundum ea, quæ referemus in ſequen
ti fundamento?

Tertio principaliter id ipſum videtur ea ra-
tione comprobari, quia filij DD. Ludouici, &
Bernardini poſiti in conditione, cenſentur ex
coniecturis vocati, *vt ſupra dictum eſt:* Ergo cen
19 ſentur etiam ex iiſdem cõiecturis grauati. † *Ita
ſcribunt Guidop.deciſ.531. Decia.conſ.28.num.25
vol.2.& conſ.84.nu.26.vol.3. Menoc.conſ.333.nu.
46.& conſil.347.nu.39.& alij, quos refert.& ſequi-
tur Theſ.deciſ.96.nu.34.*

Et, ſi dixeris cẽſeri quidem grauatos reſtitue-
re, ſed propinquioribus de linea paterna, qui-
bus

bus erant grauati reſtituere eorundem patres,
non verò inter ſe, videtur poſſe replicari, Imò
etiam inter ſe, & ſic reciprocè cenſeri grauatos,
quia, ſi teſtator grauauit eos fauore propin-
quiorum de linea paterna, qui ſunt minus dile-
cti, tum quia tranſuerſales, cum alioquin ipſi fi-
lij ſint deſcẽdentes teſtatoris, tum etiam, quia
teſtator ponendo filios in conditione ad pro-
pinquiorum excluſionem cenſetur illos magis
diligere, cum dicatur hiſ illos præferre. *l. Lucius*
85. *ff. de hæred. inſtit.* multo magis cenſeri debet
eos grauaſſe inter ſe, ne alioquin incipiant mi-
nus dilecti eſſe melioris conditionis, quam ma
gis dilecti, *contra l. Publius. 36. ff. de cond. & de-*
20 *mon.* † *Quo argumenti genere in quæſtione recipro*
cæ vſi ſunt Ruin. conſ. 108. num. 11. vol. 2. Soc. iun.
d. conſ. 110. num. 17. & 28. verſ. hoc etiam volum. 3.
Decian. d. conſ. 3. nu. 53. vol. 1. & d. conſil. 89. nu. 20.
volum. 3.

His tamen non obſtantibus contrarium de
iure verius arbitror, non cenſeri ſcilicet ex te-
ſtamento, quo de agitur, inductum aliquod re-
ciprocum fideicommiſſum inter filios D. Lu-
douici, & filios D. Bernardini in cõditione po-
ſitos, Et quidem ſine dubio, ſi quis diligenter
attendat ad verba teſtamenti: Nam ex iis faci-
limè cognoſcet, nos hic eſſe poſitos extra ter-
minos quæſtionis à DD. propoſitæ: Quæſtio e-
nim eſt, An inter eos, poſt quorum mortem te-
ſtator aliquem ſubſtituit, reſultet fideicommiſ-
ſum reciprocum. Itaque termini queſtionis ſup
ponunt, ſubſtitutionem fuiſſe factam poſt mor
tem illorum, de quibus quæritur, an inter eos
21 inductum ſit reciprocum fideicommiſſum, *vt*
in ſpecie declarat Crauet. conſil. 161. numer. 7. puta,
ſi dubitetur, an fideicommiſſum ſit inductum
inter filios teſtatoris, ſupponunt fuiſſe factam
ſubſtitutionem poſt mortem ipſorum filiorum
vt euenit, cum teſtator ita ſcripſit. Si Titius, &
Caius filii mei deceſſerint ſine liberis ſubſtituo
piam cauſam, vel, ſi dubitetur, an ſit inductum
inter filios filiorum teſtatoris poſitos in con-
ditione, ſupponunt factam fuiſſe ſubſtitutio-
nem poſt mortem ipſorum poſitorum in con-
ditione, puta dixiſſe teſtatorem, ſi filij mei, vel
filiorum filij deceſſerint ſine liberis, vel, poſt
mortem omnium meorũ deſcendentium ſub-
ſtituo Tunc enim rectè dubitatur, An inter hu
iuſmodi filiorum filios in conditione poſitos,
poſt quorum mortem alius eſt ſubſtitutus, cen-
ſeatur inductum reciprocum fideicommiſſum.
Cæterum quando ſubſtitutio non fuit facta
poſt mortem ipſorum poſitorum in conditio-
ne, ſed tantum poſt mortem inſtitutorum dece
dentium ſine liberis, nemo vnquam dubita-
uit, an inter huiuſmodi filios in conditione po
ſitos reſultet aliquod fideicommiſſum recipro-
cum, adeo vt ſi quis de hoc dubitet, malè dubi-
22 tet, † *vt in ſpecie declarant Crauet. conſil. 306. nu-*
mer. 2. verſicu præterea. Menoch. de præſumptio. lib.
4. præſumptio. 62. nume. 55. Et, ſi diligenter inſpi-
ciantur omnes, qui tractant hanc quæſtionem
in perſona filiorum poſitorum in conditione,
apparebit; in eorum ſpecie fideicommiſſum
fuiſſe relictum poſt mortem ipſorummet filio-
23 rum in conditione poſitorum, † *vti videre eſt*
apud Alexand. conſil. 91. numer. 5. verſic. modo ſic,
& conſil. 105. numer. 4. volum. 1. conſil. 13. num. 11.
& Ioan. Baptiſt. de Sancto Seuerin. in conſil. ſequen.
numer. 17. volum. 4. Alexand. conſil. 202. numer. 3.
volum. 7. Socin. ſen. conſil. 113. in fin. volum. 1. con-
ſil. 249. numer. 1. & 5. volum. 2. & conſil. 69. num. 7.
verſicu. ex quibus concluditur, & conſil. 104. num. 9
verſicu. ad ſecundum volum. 3. Ruin. conſil. 140.
numer. 8. verſicu. & dato, conſil. 142. num. 3. & con-
ſil. 167. numer. 12. verſicu. Non obſtat igitur vo-
lum. 3. Curt. iun. conſil. 43. numer. 1. conſil. 139. nu-
mer. 18. in fin. & ſequentibus. Crauet. conſil. 130. nu
mer. 1. Socin. iun. conſil. 151. numer. 6. verſicu. item
facta, & conſil. 176. numer. 15. volum. 2. & conſil.
110. numer. 20. verſicu. prima eſt volum. 3. Decian.
conſil. 3. numer. 41. verſicu. ad primum, & num. 54.
volum. 1. conſil. 26. numer. 56. volum. 2. & conſ. 44.
numer. 57. verſicu. 3. volum. 3. Roland. conſil. 34. nu
mer. 59. & 60. volum. 4. Gozad. conſil. 67. nume. 14.
Gabr. lib. 4. titu. de ſubſtitut. concluſio. 1. numer. 24.
Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 7. tit. 5. nu
mer. 2. Menoch. conſil. 85. in princip. & latius de præ
ſumptio. lib. 4. præſumptio. 62. numer. 55. & ſequen-
tibus. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 13. nume. 70.
& conſil. 54. in princip. volum. 1. & alios omnes.
Cum igitur in caſu noſtro grauamen ſucceſſi-
ni fideicommiſſi non fuerit à teſtatore reli-
ctum poſt mortem filiorum Domini Ludoui-
ci, & Domini Bernardini poſitorum in condi-
tione, ſed tantum poſt mortem ipſorummet
Dominorum Ludouici, & Bernardini, cum te-
ſtator ita ſimpliciter dixerit: *Et morendo tutti*
duoi ſenza figliuolanza legitima il più propinquo
della linea del padre ſucceda. Conſequens eſt, vt
termini queſtionis à Doctoribus propoſitę non
poſſint adaptari ad filios Dominorum Ludo-
uici, & Bernardini, ſed tantum ad ipſos Domi-
nos Ludouicum, & Bernardinum, ſi teſta-
tor eos inuicem expreſsè nõ ſubſtituiſſet. Quo
poſito non eſſet mihi laborandum in hac con-
trouerſia diſcurienda, vtpotè, quæ probabilem
dubitationem non habet. Sed, ne videar labo-
rem reſpuere, demonſtrabo, dato etiam, quod
eſſemus in terminis quæſtionis, & ſic, quod te-
ſtator, ita locutus eſſet. *Et morendo tutti duoi, ò*
loro figliuoli ſenza figliuolanza legitima, quo caſu
fideicommiſſum poſt mortem filiorum in cõ-
ditione poſitorum reliquiſſet, non tamen cen-
ſeri poſſe inter huiuſmodi filiorum filios indu-
ctum fideicommiſſum reciprocum; Nam certi
iuris eſt reciprocum fideicommiſſum non in-
duci, niſi verborum vis illud importet, aut ali-
qua vrgens, & neceſſaria coniectura, quæ ab
antecedente, vel conſequente neceſſario dedu-
24 catur, † *vt in ſpecie ſcripſerunt Iaſ. in l. poteſt 36.*
numer. 9. verſicu. ſed ſtrictius. ff. de vulg. Menoc. con
ſil. 35. num. 65. & conſil. 328. numer. 29. Peregrin. de
fideicommiſſ. artic. 13. numer. 4. 11. & 7. In caſu
autem noſtro, nec vis verborum ſubeſt, nec
coniectura neceſſaria, Non vis verborum, quia
nulla legitur ſubſtitutio, quæ poſſit etiam vir-
tualiter ad huiuſmodi filiorum filios in condi-
tione poſitos applicari; Nam Teſtator tres fe-
cit ſubſtitutiones, vnam reciprocam inter DD.
Ludouicum, & Bernardinũ, ſi alteruter ſine li-
beris deceſſerit, alterã vero ſimplicem, ſi ambo
deceſſerint ſine liberis, quo caſu vocauit ꝓpin-
quiores de linea paterna, tertiam demum, per
quam illos propinquiores grauauit ſucceſſiuè
de reſtituẽdo ſequẽtibus vſq; ad quartũ gradũ.
Ex his ſubſtitutionibus nulla poteſt ad filiorũ
filios in conditione poſitos applicari, quoniã
omnes fuerunt conceptæ in caſum quo DD.
Ludouicus, & Bernardinus decederent ſine li-
beris.

beris. In caſum verò, quo cum filiis morerentur, & eorũ aliqui ſine liberis decederent (qui eſt caſus noſter) nulla fuit concepta. Itaq; non ſubeſt vis verborum. Neque ſubeſt neceſſaria coniectura, quia, vt ſupra dictum eſt, ad hoc, vt per neceſſariam conſequentiam cenſeatur inter duos, aut plures inductum reciprocum fideicommiſſum omnimodo tria requiruntur, adeo, vt vnius defectus ſufficiat ad eius excluſionem. Primum enim requiritur, vt illi duo, vel plures ſint à teſtatore vocati. Secundò, vt fideicommiſſum nominatim ſit relictum ab vltimo moriente. Tertiò, vt ſit factum in tota
25 hæreditate, † *vt eſt tex. notiſſimus in d. l. Titia Seio. 89. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. & in ſpecie declarat Grau. conſi. 161. num. 7. Soc. iun. d. conſi. 151. num. 5. volum. 2. Roll. conſi. 34. num. 57. & ſeqq. volu. 4. Mantic. d. lib. 7. titu. 5. num. 15. Menoch. d. con. 83. num. 41. & ſeqq. conſi. 274. num. 5. conſ. 328. num. 27. & conſ. 397. num. 1. & ſeqq. Peregr. de fideicom. d. art. 13. num. 14. & conſi. 54. num. 3. vol. 1. & conſ. 33. num. 3. vol. 3.* In caſu autem noſtro tantum abeſt, vt interuenerint hæc tria, vt imò nullum ex his dici poſſit interueniſſe.

Primùm enim deficit huiuſmodi filiorum vocatio, quia teſtator eos in nulla teſtamenti parte ad hæreditatem ſuam vocauit, ſed tantũ in conditione poſuit ad ſubſtitutorum excluſionem, quo caſu receptiſſima eſt DD. concluſio non cenſeri inter eos inductum reciprocũ
26 fideicommiſſum, † *vti videre eſt apud Alexan. conſi. 91. num. 5. verſ. modo ſic, & conſ. 105. num. 4. volum. 1. conſ. 13. num. 11. & Io. Bapt. à San. Sener. in conſ. ſeq. num. 17. volu. 4. Alex. conſ. 202. num. 3. volum. 7. Soc. ſen. conſ. 113. in fi. vol. 1. conſ. 249. nu. 6. verſ. aliquando & ſecundo vol. 2. & conſ. 69. nu. 7. verſ. ex quibus concluditur, & conſ. 104. num. 9. verſ. ad ſecundum volu. 3. Ruin. conſi. 108. num. 2. & conſ. 140. num. 12. volum. 2. Pariſ. conſ. 44. nu. 29. volum. 2. Socin. iun. conſ. 176. num. 15. volum. 2. Gozad. conſi. 67. num. 14. Rollan. conſi. 34. num. 59. & 60 volum. 4. Decian. conſi. 26. num. 56. volu. 2. Gabr. lib. 4. tit. de ſubſtit. concluſ. 1. num. 24. Menoch. conſ. 85. num. 43. & conſ. 274. nu. 5. verſ. tertio. Pereg. de fideicom. art. 13. num. 70. & conſi. 33. nu. 10. volum. 3.* Et hoc poſito, quod eſſemus in veris terminis quæſtionis, quod ſcilicet ſubſtitutio fuiſſet facta poſt mortem ipſorum poſitorũ in conditione, in quibus terminis loquuntur omnes DD. ſupra allegati, & dato etiam, quod
27 alia duo requiſita interuenirent, † *vt ſcribunt Pariſ. d. conſi. 44. num. 29. vol. 2. Socin. iun. d. conſil. 176. num. 15. volum. 2. Rollan. d. conſi. 34. num. 60. volum. 4. Decian. d. conſi. 26. num. 58. volum. 2. & Peregr. d. artic. 13. nume. 70. & d. conſ. 33. num. 10. volum. 3.* Vnde multo faciliùs procedit in caſu noſtro, in quo ſumus extra terminos quæſtionis, & deficiunt etiam alia requiſita, vt mox oſtendam

Et, ſi dixeris, huiuſmodi filios non eſſe quidem vocatos expreſsè, ſed tacitè ex coniecturis, quas conſiderauimus in primo fundamento contrario, reſpondeo imò, nec quidem tacitè cenſeri vocatos, & dato etiam, quod eſſent tacitè vocati, hoc tamen non ſufficere ad hoc, vt etiam concurrentibus alijs requiſitis poſſit inter eos cenſeri inductum reciprocum fideicommiſſum, & multo minus iis deficientibus. Non eſſe autem in caſu noſtro tacitè vocatos intelligimus ex eo, quia nulla ſubeſt coniectura, quæ poſſit cenſeri valida ad inducendam talem vocationem, id, quod facilè eſt intelligere, ſi perpendantur ſingulæ coniecturæ, quas in primo fundamento contrario conſiderauimus.

Prima enim coiectura deducta ab eo, quod teſtator ſit progreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, non cenſetur efficax ad inducendam filiorum in conditione poſitorum vocationẽ, quando (prout in caſu noſtro) non eſt coniuncta cum aliis vrgentibus coniecturis, puta, quia teſtator non fecit mentionem maſculorum, nec habuit rationem agnationis conſeruandę,
28 † *vt ſcripſerunt Soc. ſen. conſi. 62. num. 10. verſ. non omitto conſi. 69. num. 7 verſ. non obſtat ſecunda ratio, & num. 8. verſicu. ſecundo oſtenditur, conſ. 104. num. 8. verſic. & ad confirmationem, & conſ. 116. num. 8. vol. 5. Ruin. conſ. 128. num. 19. verſ. non obſtat etiam, conſi. 134. num. 7. conſi. 136. nu. 16. verſ. non obſtat poſtremo, & conſi. 141. in fin. volum. 3. Pariſ. conſ. 31. num. 29. conſi. 44. num. 21. conſi. 87. num. 35. vol. 2. & conſi. 14. num. 25. volu. 2. Curt. iun. conſ. 11. num. 6. & conſ. 43. num. 9. Alciat. conſ. 89. num. 5. verſ. præterea, & conſi. 117. nu. 12. verſ. tertia lib. 9. Rollan. conſi. 51. num. 9. verſ. non obſtat vol. 3. Ciar. in §. teſtamentum. q. 79. num. 3. verſic. quarta colligitur coniectura. Beret. conſi. 74. nn. 13.* Et fateri quoque videntur iidem ipſi, qui vim faciunt in hac coniectura: nam, dum maximũ fundamentum in eo conſtituunt, quod ea ſit
29 cum aliis vrgentibus coniuncta, † *vti videre eſt apud Soc. iun. conſ. 119. num. 28. volum. 1. Decian. conſ. 3. num. 53. volum. 1. & conſ. 102. num. 17. in fin. volum. 2. & conſi. 34. num. 119. volum. 3. Surd. conſ. 344. num. 8. Theſ. deciſ. 96. num. 17. Viu. deciſ. 262. num. 15.* non obſcurè ſignificant, ſi ſit ſola, nullam, aut certè leuem vim eius futuram; Id, quod etiam ratione ſuadetur: Nam, ſi a ſubſtitutionum pluralitate, & graduum multiplicatione poſſet ſumi coniectura, quaſi teſtator voluiſſet proſpicere, etiam in eum caſum, de quo non eſt locutus, non eſſet probabilis conſequentia, Caſus primæ ſubſtitutionis non venit, Ergo cenſentur extinctæ omnes ſubſtitutiones ſequentes, quia, licet is caſus non veniſſet, poſſemus tamen à multiplicatione graduũ ſequentium ſumere cõiecturam, quaſi teſtator voluiſſet proſpicere etiã in caſum, qui euenit. Atqui conſequentia eſt probabilis, quia caducato primo gradu, cenſentur quoque per con-
30 ſequentias caducati omnes ſequentes, † *vt ſcribunt Bar. in l. quandiu 68. num. 10. ff. de acq. hære. Alex. conſ. 1. num. 14 verſ. reſtat vol. 1. Ruin. conſ. 99. num. 14. vol. 2. Soc. ſen. conſi. 52. num. 15. vol. 2 Peregr. de fideicom. art. 15. num. 20. Menoch. conſil. 200. num. 95.* Ergo à graduum pluralitate, & multiplicatione non poteſt ſumi coniectura, quaſi teſtator voluerit conſtituere fideicõmiſſum etiam in caſum, de quo non eſt locutus: ideſt in caſum, quo filij deceſſerint cũ liberis.

Secunda verò coniectura, quæ ſumitur ab eo, quod teſtator habuerit rationem agnationis conſeruandæ, eſt uera in ſe, ſed non poteſt ad caſum noſtrum adaptari: quia falſum eſt in propoſita ſpecie teſtatorem ad agnationis conſeruationem reſpexiſſe, quod patet ex eo, quia non tantum maſculos in cõditione poſuit, ſed etiam feminas: nam ita ſubſtituit, ſi ambo deceſſerint ſine hæredibus, quorum appellatione, tàm fœminæ, quàm maſculi continentur,

vt ſcri-

31 † *vt ſcribunt Alex. in l. ſed ſi hac 10. §. liberos nu. 3.*
ff. de in ius voc. Ceph. conſ. 1. nu. 5. Decia. conſ. 38.
nu. 12. vol. 2. Surd. conſ. 140. nu. 22. & in alia ſub-
ſtitutione ita locutus eſt, ſi deceſſerint ſine libe-
ris, quorum etiam appellatione deſcendentes
32 vtriuſque ſexus continentur. † *l. non eſt ſine li-*
beris 148. ff. de verb. ſign. l. ſed ſi hac 10. §. liberos ff.
de in ius voc. l. 2. §. quod ait prætor ff. qui ſatiſd. cog.
Ideoque non poteſt teſtator cenſeri reſpexiſſe
ad conſeruationem agnationis, quia non exclu
dendo fœminas à bonis ſuis permittit, vt eæ poſ
ſint exire de familia, prout exeunt, quoties trã
ſeunt in fœminas, quæ ſunt finis agnationis, *l.*
pronunciatio 195. ff. de verb. ſign. Qua ratione di-
cimus, teſtatorem non cenſeri habuiſſe ratio-
nem agnationis conſeruandæ, quoties aliquo
33 caſu fœminas vocauit, † *vti videre eſt apud A-*
xan. conſ. 115. num. 10. vol. 2. Soc. ſen. conſ. 28. num.
26. vol. 4. Dec. conſ. 370. nu. 3. Ceph. conſil. 600. num.
35. Crau. conſ. 306. num. 5. verſ. ex alio, & conſ. 466
num. 2. verſ. euidens. Nec ex eo, quod proprias fi-
lias excluſerit, & maſculos inſtituerit, poteſt
inferri. Ergo rationem habuit agnationis con-
ſeruandæ, quia à tali excluſione arguitur qui-
dem maior dilectio maſculorum, quàm fœmi-
34 narum, ſed non conſeruatio agnationis, † *vt in*
ſpecie declarat Mantic. de coniectu. vlt. volunt. lib. 6.
tit. 15. num. 7. Denique ex eo, quod vocauit pro-
pinquiores de ſua linea, non ſequitur, eum ad
agnationis cõſeruationem reſpexiſſe, quoniam
huiuſmodi propinquiorum appellatione, non
ſolùm maſculi, ſed etiam fœminæ continen-
35 tur, † *vt in terminis ſcripſerunt Dec. conſ. 466. nu-*
me. 11. Pariſ. conſ. 20. nu. 30. vol. 2. Crau. conſ. 161.
num. 2. & conſ. 250. num. 4. Peregr. de fideicom. art.
22. num. 36.

Tertia quoque coniectura ſumpta ab eo, qđ
teſtator in cõditione poſuerit liberos legitimè
procreatos, non eſt valida ad inducendam eo-
36 rum vocationem, † *vt latè oſtendit Zanch. in l.*
hæredes mei 57. §. cum ita nu. 764. ff. ad Treb. quem
referunt, & ſequuntur Beret. conſ. 74. num. 12. Rol.
conſ. 34. num. 63. in fin. vol. 4. quia, licet, noluerit
ſubſtitutos à legitimatis excludi, non tamen ex
hoc ſequitur neceſſariò, voluiſſe eum filios le-
gitimè natos patribus ſuis per fideicommiſsũ
ſubſtituere: Vtrumque enim ſtare poteſt, vt nõ
à legitimatis ſolis, ſed à legitimè natis excluda
tur ſubſtitutus, nec tamen eo caſu filij cenſean
tur ſubſtitui, ſed ab inteſtato patri ſuo ſucce-
dant. Et, quamuis eo modo ſuccedant etiam le-
gitimati, non tamen id officit, quia non eſt no-
uum, vt alterius beneficio quis conſequatur id,
quod per ſe conſequi non poſſet. *l. æquiſſimum.*
5. §. 1. ff. ad Tertul.

Quarta etiã coniectura deducta ab eo, quod
filij bis fuerunt in conditione poſiti, nullius eſt
momenti, quia multiplicatio inutilium nihil
37 operatur. † *l. 1. & ibi Bald. num. 3. C. de legit. hære.*
Et prætetea filij in caſu noſtro non poſſunt dici
bis poſiti in conditione eo ſenſu, quo dicuntur
à DD. qui vim faciunt in hac geminatione: Nã
DD. loquuntur de conditione ita concepta, Si
filij mei deceſſerint ſine liberis, aut filij filiorũ
ſine liberis deceſſerint, ſubſtituo, quo caſu, quia
filij bis fuerunt in conditione nominati, ideo
DD. ex hac geminatione cõditionis arguũt ad
38 eorundem filiorum vocationem, † *vt declarãt*
Gabr. lib. 4. titu. de fideicomm. concluſ. 4. numer. 13.
Clar. in §. teſtamentum q. 79. nume. 3. Graſſ. in §. fi-
deicommiſſum. q. 14. num. 3. & omnes, quos adduxi-
mus ſupra num. 28. Cœterum, quando ſimplici-
ter dictum eſt, ſi filij mei deceſſerint ſine libe-
ris, nec fuit facta repetitio in caſum, quo filij in
conditione poſiti ſine filijs moriantur, qui no-
ſter caſus eſt, non poſſunt filij dici bis poſiti in
conditione, ſed ſemel tantum, quia conditio
nõ eſt niſi vna, licet eam teſtator bis, aut ſæpiùs
expreſſerit.

Quinta demum coniectura ſumpta à clauſu
la, omni meliori modo, non poteſt non eſſe in-
ualida, quia, cum hæc clauſula fuerit adiecta in
executiuis, non debet principalem diſpoſitio-
39 nem alterare. † *clem. 1. de præb. & ſcribunt Alex.*
in l. more 5. num. 17. ff. de iuriſd. Iaſ. in l. ius ciuile 6.
num. 8. ff. de iuſt. & iur. Dec. in l. non omnis 19. nu-
me. 11. ff. ſi cert. pet. Nat. conſ. 263. num. 3. Oſaſc. de-
ciſio. 164. num. 2. Menoch. conſ. 388. numer. 29. Pe-
regr. conſ. 44. num. 14. vol. 3. Surd. conſil. 45. num. 6.
Et ita in terminis filiorum in conditione poſitorum
ſcribit Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 76. nu-
me. 82. Ex his igitur omnibus apparet, veriſſimũ
eſſe, quod ſupra diximus, huiuſmodi filios non
ſolum non expreſsè, ſed ne quidem tacitè cen-
ſeri vocatos.

Sed demus, quod fuiſſent tacitè vocati, puta
quia ſubeſſent coniecturæ ſufficientes ad indu-
cendam vocationem, non tñ hæc tacita voca-
tio ſufficeret ad hoc, vt inter eos cenſeri poſſet
inductum reciprocum fideicommiſſum: Nã, ꝙ
dicimus, eſſe neceſſariũ, vt illi duo, vel plures
ſint à teſtatore vocati, intelligitur de vocatio-
ne expreſſa, adeo, vt non ſufficiat tacita, quæ
40 reſultat ex poſitione in conditione, † *vt in ſpe-*
cie ſcripſerunt Ruin. conſi. 141. num. 13. verſ. Po-
ſtremo volum. 3. Crau. conſ. 306. num. 2. verſ. præ-
terea. Menoc. conſ. 327. num. 28. & Pereg. de fideic.
d. art. 13. num. 70. & d. conſ. 33. num. 10. volum. 3.
Et hoc etiam ſi cætera interueniſſent requiſita,
quæ; cum non interuenerint in caſu noſtro, vt
mox oſtendam, conſequens eſt, vt res ſit extra
omnem dubitationem poſita, ſcilicet, quia ẽt
illi, qui putant ſufficere tacitam vocationem,
declarant id procedere, ſi interuenerint alia re-
41 quiſita, † *vti videre eſt apud Menoch. ita ex aliorũ*
mente declarantem. d. lib. 4. præſumpt. 62. nu. 59. in
prin. & verſ. ex prædictis.

Non interueniſſe autem alia requiſita patet
ex eo, quia grauamen non fuit relictum ab vlti
mo moriente nominatim, vt erat neceſſarium.
d. §. Seia libertis. Et quidem ſine dubio ſtantibus
teſtamenti verbis: quia, cum grauamen non
fuerit relictum poſt mortem horum filiorum
in conditione poſitorum, ſed tantum poſt mor
tem DD. Ludouici, & Bernardini, nec per con-
ſequentias dici poteſt relictum ab vltimo ex
42 huiuſmodi filijs decedente, † cum non entis
nullæ ſint qualitates. *l. eius qui 41. ff. ſi cert. pet.*
Et in terminis noſtris conſiderant Crau. d. conſilio
161. num. 7. & d. conſ. 306. num. 2. verſ. præterea, &
Menoc. d. lib. 4. præſumpt. 62. nu. 55. Quinimo, li-
cet nominatim fuiſſet relictum poſt mortem
filiorum in conditione poſitorum, ſecundum
terminos quæſtionis à DD. propoſitæ, adhuc
tamen non cenſeretur teſtator huiuſmodi fi-
deicommiſſum ab vltimo moriente reliquiſ-
ſe, quia non ſufficit grauamen eſſe relictum
poſt mortem duorum, aut plurium, vt cenſea-
tur ab vltimo moriente relictum, ſed neceſ-
ſarium eſt, teſtatorem nominatim vltimum

Verùm re diligentiùs perpenſa cenſeo, con-
trarium eſſe verius, poſſe ſcilicet Dom. Anto-
nium hujuſmodi feudum à patre ſuo aliena-
tum reuocare: Nam feudũ, quo de agitur, non
eſt ſimpliciter, & merè hæreditariũ licet ſit cõ-
ceſſum pro hæredib. ſed eſt mixtũ: Merè n. hẽdi
tarium dicitur, quod eſt tranſitorium in omnes
30 hæredes, etiam extraneos, † *vt ſcribunt Pariſ.*
conſi. 25. num 169. vol. 3. conſ. 65. num. 10. volu. 3.
Soc. iun. conſ. 72. nu. 22. vol. 1. conſ. 112. nu. 5. vol. 2.
& conſ. 42. nu. 1. vol. 3. Cæph. conſ. 665. nu. 11. Clar.
in §. feudum q. 9. num. 2. Decia. conſ. 177. num. 25.
vol. 3. Surd. conſ. 63. num. 11. & conſ. 108. num. 10.
Peregr. conſ. 5. num. 14. vol. 3. quod tunc demum
euenit, cum feudum fuit conceſſum pro hære-
31 dibus quibuſcunque, † *vt tradunt Bald. in l. cum*
virum 16. nu. 21. C. de fideic. Alex. in l. ſi patroni.
55. in prin. num. 14. verſ. aliam limitationem. ff. ad
Trebel. Iaſ. in prælud. feud. nu. 46. Rum. conſ. 16.
num. 5. vol. 1. Pariſ. d. conſ. 23. num. 170. volum. 1.
& d. conſ. 65. num. 10. vol. 3. Soc. iun. d. conſ. 72. nu.
22. vol. 1. d. conſ. 112. num. 5. vol. 2. & d. conſ. 42. nu.
1. vol. 3. Clar. in d. § feudum. quæſt. 9. num. 2. Roll.
conſ. 10. num. 31. vol. 3. Decia. conſ. 58. num. 30. vol.
2. & conſ. 117. num. 25. vol. 3. Pereg. conſ. 5. num. 8.
conſ. 6. num. 5. conſ. 9. n. 5. vol. 1. Surd. conſ. 15. n. 9.
conſ. 63. num. 11, & conſ. 108. num. 10. Cæterum,
quando ſimpliciter eſt conceſſum pro hæredi-
bus, non poteſt in extraneos tranſire, quia ver-
bum, hæredibus, ſimpliciter prolatum in mate-
ria feudali accipitur de hæredibus ſanguinis,
32 ideſt de filijs, & deſcendentibus † *cap. 1. §. & ſi*
clientulus de alie. feud & tradunt gloſ. in l. ex facto.
17. §. fina. in verbo ſine hærede, & ibi Barto. num.
2. ff. ad Treb. Bar. in l. Gallus 29. § etiam nu. 4. ff. de
lib. & poſth. Bald. in l. etiam 19. ff. ſol. matr. Iaſ. in l.
pro hærede 20. §. ſi quid tamen num. 9. ff. de acq. hæ-
red. Dec. conſ. 395. num. 9. Rum. conſ. 16. num. 2.
vol. 1. Pariſ. conſ. 21. num. 36. vol. 1. Socin. iun. conſ.
112. num. 8. vol. 2. Clar. in d. § feudum. q. 83. num.
2. Caph. conſ. 657. num. 11. Pereg. conſ. 9. nu. 1. vol.
3. conſ. 5. num. 16. vol. 3. Surd. conſ. 63. num. 10. &
11. & ideo non dicitur feudum ſimpliciter, &
33 merè hæreditarium, ſed Mixtum, † *vt ſcribunt*
Pariſ. conſ. 65. num. 10. & 30. vol. 3. Soc. iun. d. conſ.
112. num. 10. vol. 2. Ozaſ. deciſ. 161. num. 1. Surd.
conſ. 63. num. 11. & conſ. 108. nu. 13 & 15. Peregr.
conſ. 7. num. 6. vol. 1. & conſ. 5. num. 16. vol. 3. Par-
ticipat enim de natura feudi, ex pacto, & pro-
uidentia, & hæreditarij, ex pacto, & prouiden-
tia, quatenus ad illud non extranei, ſed ſoli de-
ſcẽdentes admittuntur, hæreditarij verò, qua-
tenus deſcendentes ad hoc vt ad huiuſmodi
34 feudum admittantur, debent eſſe hæredes, † *vt*
declarant Soc. iun. d. conſ. 112. num. 10. vol. 2. Clar.
in d. § feudum q. 9. num. 4. Surd. d. conſ. 63. nu. 12.
& d. conſ. 108. nu. 10. Pereg. d. conſ. 5. nu. 15. vol. 3.
& hac ratione dicitur feudum hæreditariũ, non
35 ſimpliciter, ſed ſecundum quid † *ſecundum Pa-*
riſ. d. conſ. 23. num. 172. 175. & 182. volum. 1. & d.
conſ. 65. num. 10. & 30. vol. 3. Ozaſ. d. deciſ. 161. nn.
1. Pereg. de fideic. art. 32. num. 24. verſ. contrariam
Surd. d. conſ. 63. nume. 11. & d. conſ. 108. nume. 14.
quod procedit, etiam ſi dictum ſit, pro hæredi-
bus, & ſucceſſoribus, dummodo non ſit, vt in
caſu noſtro, addita dictio vniuerſalis, quibuſ-
cunque: adhuc enim feudum dicitur hæredi-
tarium ſanguinis, ſiue mixtum non autem me-
36 rè, & ſimpliciter hæreditarium, † *vt ſcribunt*
Pariſ. conſ. 106. num. 22. vol. 1. Pereg. d. conſ. 9. nu.
10. vol. 1. & d. conſ. 5. nu. 16. vol. 3. Surd. conſ. 5. nu.
16. Nam adiectio illa, & ſucceſſoribus, non ope
ratur, vt feudum cenſeatur acceptum etiã pro
ſucceſſoribus extraneis, ſed intelligitur adhuc
de ſucceſſoribus ſanguinis, hæredibus de iure
37 ciuili, & ſucceſſoribus de iure prætorio, † *vt de-*
clarant Alex. in l. quædam. 9. § nihil intereſt num.
2. ff. de ed. Cæph. conſ. 665. num. 14. Hoc poſito di-
co feudum hoc poſſe reuocari.

Primò, quia hæres, qui confecit inuentariũ,
non tenetur vltra vires hæreditarias ſeruare fa
38 ctum, & alienationem defuncti, † *vt in ſpecie*
& limitando regulam l. cum a matre, 14. C. de rei
vind, tradunt Gram. deciſ. 93. num. 10. Gabr. conſ.
125. num. 9. vol. 1. Pariſ. conſ. 65. num. 13. volu. 3.
Ceſſat enim in eo ratio dictæ legis: nã ideo nõ
poteſt hæres alienationem à defuncto factam
reuocare, quia defunctus alienando ſe ſe obli-
39 gauit de euictione. † *l. ex empto. 11. in prin. ff. de*
act. empt. l. non dubitatur 6. C. de euict. & huiuſ-
modi obligationem tranſtulit in hæredem ſuũ
40 † *l. ſi parentes. 20. l. cum ſucceſſores 23. C. eod. Gabr.*
conſ. 123. num. 4. vol. 1. Surd. conſ. 15. num. 1. Quo
fit, vt hæres, tanquam obligatus de euictione,
41 ſi agere velit, repellatur. † *l. ſi ob cauſã 13. l. ſine*
poſſeſſio. 14. C. eod. propter regulam, quem de eui
ctione tenet actio, eundem agentem repellit
42 exceptio. † *l. vindicantem 17. ff. eod. l. exceptione.*
11. C. eod. l. 1, in prin. ff. de excep. rei vend. Hæc au-
tem ratio ceſſat in hærede, qui fecit inuentariũ,
quippè, qui non eſt obligatus vltra vires hære-
43 ditarias. † *l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iur. delib. §.*
ſed noſtra inſtit. de hæred. qual. & diff. §. fiat igitur
inuentarium Auth. de hæred, & fal. coll. 1. & ideo,
ſi nihil habeat ex hæreditate defuncti, & agat,
non poterit exceptione repelli, quia verum nõ
eſt, eum, vtpote non obligatum de euictione
teneri. Cum igitur D. Antonius de bonis, & hæ
reditate patris ſolemne confecerit inuentariũ,
& facta hæreditatis diſcuſſione conſtet, nihil
apud eum remanere cõſequens eſt, vt nõ tenea
tur ſtare alienationi à patre factæ, ſed poſſit
eam ex perſona propria impugnare.

Secundò moueor, quia beneficium inuenta-
rij conſeruat filio, qui patris hæreditatẽ agno-
uit, omnia iura, quæ pertinent ad eum, non tan
quam hæredem & iure hæreditario, ſed tam
44 quam filium, & alio iure, † *vt not. in d. l. fin. § in*
computatione. C. de iur. deliber. & tradunt Socin.
iun. d. conſ. 112. num. 12. vol. 2 Surd. d. conſ. 63. nu.
18. & d. conſ. 108. num. 24. Sed huiuſmodi feudũ
conceſſum pro ſe, & hæredibus non pertinet
ad D. Antonium, tanquam hæredem, ſed tam
quam filium non obſtante, quod ad illud non
45 potuerit admitti, niſi fuiſſet hæres, † *vt ſcribit*
Caſtr. in l. quoties 15 num. 4. C. de hæred. inſtitu. in
Auth. poſt fratres 2. num. 2. C. de leg. hæred. & in l. ſi
quis filium. 34. num. 3. C. de inoffic. teſtamen. Pariſ.
d. conſ. 23. num. 184 Soc. iun. d. conſ. 72. num. 30. &
31. vol. 1. & d. conſ. 42. num. 8. vol. 3. Surd. d. conſil.
63. num. 18. & d. conſ. 108. num. 11. Nam feudũ
hæreditarium pertinet ad filium, dummodo ſit
hæres, ſed non pertinet ad eum, tam quam hæ-
46 redem, † vt *declarant Caſtr. in d. l. quoties, num 4.*
Pariſ. d. conſ. 23. num. 184. Soc. iun. d. conſ. 72. nu.
30. Pereg. de fideic. art. 6. nu. 31. & 37. Surd. d. conſ.
63. num. 19. & conſtat ex eo, quia, ſi pertineret
ad eum, tanquam ad heredem, vtique trãſiret
47 in hæredes ẽt extraneos † *vt Caſtr. d. n. 4. & Surd.*
d. num. 19. tradiderunt, & tamen certum eſt, nõ

tranſire, *vti ſupra demonſtrauimus*. Præterea, ſi
pertineret, tanquam ad heredem, deberet diui
di inter plures fratres, non viriliter, ſed pro por
tione hæreditaria, quomodo diuiduntur om-
nia, quæ habent filij tanquam hæredes, & iure
28 hæreditario, † *vt ſcribunt Caſtr. in d. l. quoties 13. num. 4. Pereg. d. art. 6. num. 35.* & tamen certum
eſt diuidi viriliter, & æqualiter, licet in portio-
29 nibus inæqualibus fuerint inſtituti, † *vt tradūt Caſt. in d. l. quoties 13. num. 4. & in d. Auth. præter-ea num. 2. Soc. iun. d. conſ. 72. num. 31. Surd. d. conſ. 63. num.* 20. Verum igitur eſt, feudum hæredita
rium pertinere ad filium hæredē, ſed non tan-
quam hæredem, Quamobrem dicitur feudum
30 hæreditarium denominatiuè, † *vt ait Surd. d. conſ. 63. num. 20.* quia citra nomen hæredis nō
poteſt filius illud obtinere. Cæterum, vbi nomē
illud aſſumpſit, &, vt ita dixerim, induit illud
veſtimentum hæredis, ſtatim conſequitur feu-
31 dum, † *vt ait Pereg. de fid. art. 32. num. 24. verſic. contrariam*, non, vt hæres patris, ſed, vt filius:
Nec enim illud habet à patre, & tanquam eius
hæres, ſed à concedentis, & maiorum prouide-
tia, tanquam deſcendens à primo acquiſitore,
32 † *vt ſcribunt Soc. iun. d. conſ. 72. num. 29. vol. 1. & d. conſ. 117. num. 10. vol. 2. & d. conſ. 42. nu. 8. vol. 3. Iaſ. conſ. 56. col. 6. verſ. quinto, & fortius volu. 3. Pariſ. conſ. 65. num. 31. vol. 3. Surd. d. conſ. 63. nu. 18.* Et, quemadmodum, ſi extraneus relinque-
ret aliquid filio Titij ſub cōditione, ſi fuerit pa
tris hæres, non diceretur filius relictum illud
habere à patre, ſed ab extraneo, quamuis non
poſſet illud conſequi, niſi patris eſſet hæres, ita
etiam in feudo antiquo mixto, quod datur à
Principe deſcendentibus inueſtiti ſub cōditio-
ne, ſi fuerint hæredes, dicēdum eſt, ſtatim atq;
filij ſunt hæredes, & eo modo conditionem im
plent, conſequi eos feudum non à patre, ſed à
conceſſione Principis, & prouidentia maiorū:
Nec eſt nouum, vt aliquid filio deferatur, ſi ſit
hæres, ſed non, vt hæredi: nam, & operæ liber-
torum, ita demum tranſeunt ad filios patroni,
33 ſi patri hæredes extiterint, † *l. cum patronus 22. §. cum libertus. ff. de op. lib.* ſed non tranſeant ad
34 eos, tanquam hæredes, ſed tanquam filios, † *vt ait Caſtr. in d. l. quoties 13. num. 4.* Quamobrem,
35 nec tranſeunt ad extraneos. † *l. ſi vriles 6. ff. de ope. lib.* nec diuiduntur pro portionibus hæredi
tarijs, ſed æqualiter, licet pro inæqualibus par-
36 tibus fuerint hæredes inſtituti. † *l. vt iuriſiuran-di 7. §. ſi liberi. ff. eod. & tradit Caſtr. in d. l. quoties 13. num. 4.* quæ ſimiliter procedunt in emphy-
37 teuſi eccleſiaſtica, † *ſecundum eundem Caſtr. in d. l. quoties. num. 4. & in d. l. ſi quis filium nu. 3. Peregr. d. art. 6. num 37.* & in querela inofficioſi
38 non præparata, † *ſecundum eundem Caſtr. in d. l. ſi quis filium 34. num. 3. & Soc. iun. d. conſ. 72. nu. 31. vol. 1.* & in feudo conceſſo pro ſe, & hæredi-
bus, *ſecundum ea, quæ diximus*, Quo fit, vt ius
eius debeat per inuentarij beneficium integrū,
& intactum filio conſeruari.

Tertiò moueor, quia feudum mixtum, ſiue
hæreditarium ſanguinis excepto nomine hære
dis, & excepta illa nuda qualitate hæreditaria,
quæ requiritur ad illud obtinēdum, in reliquis
omnibus retinet naturam, & proprietatem feu
di ex pacto, & prouidentia, & ſecundum eam
39 regulatur, † *vt tradunt Pariſ. d. conſ. 23. nu. 186. vol. 1. & d. conſ. 65. nu. 37. vol. 3. Soc. iun. d. conſ. 42. nu. 8. vol. 3. Surd. d. conſ. 63. nu. 13. & d. conſ. 108. num. 12.* Sed feudum ex pacto, & prouidentia à
patre alienatum poteſt à filio hærede cum in-
40 uentarij beneficio reuocari, † *vt ſcribunt Iſern. in cap. 1. num. 1. de alien. feud. pat. in cap. 1. nu. 17. qui ſucceſ. tenea. & in cap. 1. num. 4. an agn. vel fil. Bald. in l. qui ſe patris 3. num. 11. C. vnd. lib. Alex. conſ. 19. num. 13. & 14. & conſ. 28. nu. 18. volu. 5. Iaſ. conſ. 156. nu. 5. vol. 4. Ozaſ. deciſ. 180. num. 11.*
Ergo, & feudum mixtum.

Quartò moueor, quia, ſi feuda hæreditaria
ſanguinis non poſſent à filijs hæredibus cum
inuentarij beneficio reuocari, præberetur anſa
parentibus fraudandi filios arbitrio ſuo, & eos
priuandi contra maiorum votum, & Principis
41 concedentis voluntatem, † *vti conſiderauit Peregr. de fideic. art. 32. num. 24. verſ. contrariam, & art. 33. num. 14.* Nam filius, qui non eſſet hæres
non poſſet ad feudum admitti, vbi verò eſſet
hæres, nō poſſet feudum reuocare. Omnimo-
do igitur arbitrio patris excluderetur, quod ab-
42 ſurdiſſimum eſſet, † *vt tradit Soc. iun. d. conſ. 72. num. 17. vol. 1. & d. conſ. 112. num. 2. vol. 2.* Iuſtius
igitur eſt, & æquius, ſi dicamus admitti filium
ad feudi reuocationem, dummodo conficiat
inuentarium.

Quintò adducor ſpeciali authoritate DD.
qui frequentiori numero tradiderunt, filiū hæ-
redem cum inuentarij beneficio poſſe reuoca-
re alienationem feudi mixti ſiue hæreditarij
43 ſanguinis factam à defuncto, † *Ita enim ſcripſe-runt Alex. conſ. 124. num. 8. vol. 4. Iaſ. conſ. 56. col. 6. verſ. 4. reſpondetur vol. 3. Pariſ. conſ. 10. num. 7. vol. 1. & conſ. 65. num. 47. & 54. volu. 3. Roll. conſ. 97. num. 49. vol. 1. Ruin. conſ. 38 num. 18. & 21. & conſ. 154. num. 11. vol. 1. Soc. iun. conſ. 112. nu. 12. & 13. volu. 2. vbi teſtatur de communi, & conſ. 42. num. 8. vol. 3. Clar. in d. § feudum q. 42. num. 14. & q. 43. num. 2. Ozaſ. deciſ. 180. num. 11. vbi refert ita fuiſſe iudicatum Peregr. de fideic. art. 32. num. 24. verſ. contrariam. Surd. conſ. 63. num. 18. & conſilio 108. num. 24.* Ex quibus apparet, hanc eſſe fre-
quentiorem DD. ſententiam, à qua non eſt in
conſulendo, & iudicando recedendum.

Neque eſt, quod aliquis obijciat, loqui eos
de feudo mixto, quod nominatim conceſſum
eſt, pro deſcendentibus hæredibus, contrarium
verò eſſe ſeruandum in feudo ſimpliciter con-
ceſſo, pro hęredibus, ſine vlla mentione libero-
44 rum, aut deſcendentium, † *ſecundum diſtinctio-nem Pereg. d. conſ. 9. nu. 14. vol. 1.* quia reſpondeo
primo DD. ſupra relatos loqui etiam de feudo
ſimpliciter conceſſo pro hæredibus, *vti videre eſt apud Ruin. d. conſ. 38. num. 21. volu. 1. Roll. d. conſ. 97. nu. 39. vol. 1. Surd. d. conſ. 63. nu. 14. Ozaſc. d. deciſ. 180. num. 11. qui, quamquam loquatur ſimpliciter de feudo mixto, loquitur tamen de eo, de quo diſputationem inſtituerat in deciſ. 161. num. 1. vbi mixtum declarat eſſe feudum, cum ita conceditur pro ſe, & hæredibus.*

Secundò reſpōdeo, diſtinctionem illam Pe-
regr. neque veram eſſe, neque approbatam, eſt
enim diſtinctio verbalis potiùs, quàm funda-
mentalis, *vt in propoſito ait Ozaſ. d. deciſ. 161. nu. 2.* nam, vbi ſimpliciter dicitur, pro hæredibus,
ex natura feudi cenſetur cōceſſio facta pro de-
ſcendentibus hæredibus. Itaque, cum expreſsè
dicitur, pro liberis hæredibus, exprimitur id, quod
tacitè ineſt, quæ expreſſio nihil debet operari.
45 † *l. 3. ff. de leg. 1. l. 1. C. de fideiuſſ.* Quinimò, ſi vis
aliqua in his verbis eſſet conſtituenda, certè
maior

maior eſſet ratio prohibendæ reuocationis in eo caſu, quo dictum eſt, pro deſcendentibus hæredibus, quam in eo, quo ſimpliciter, pro hæredibus, nam primo caſu adiectio illa, hæredibus circa exprimendam qualitatem liberorum nihil operatur, quippe cum de his iam fuerit expreſsè facta mentio. Itaque tota vis eius debet conſiſtere in addenda qualitate hæreditaria, & quidem cum effectu, ne ſtet inutiliter. At vero ſecundo caſu dictio, hæredibus, etiam ſi non operaretur qualitatem hæreditariam, non tamē ſtaret inutiliter, quia operaretur circa ſignificandos liberos, de quibus nulla erat facta mentio, & hac ratione plerique dixerunt feudum conceſſum, pro hæredibus, eſſe ſimpliciter ex pacto, & prouidētia, quia ſatis eſt, ſi illa dictio, hæredibus, operetur ſignificādo liberos, etiam ſi non adijciat qualitatem hęreditariam, quamuis contrarium ſit, quando dictum eſt, pro deſcēdentibus hæredibus. Et quamquam illorum opinio non ſit approbata, ſcilicet quia vtroque caſu requiritur qualitas hęreditaria ex communi, tamen ex ea intelligimus maiorem eſſe vim in hæreditaria qualitate ſignificanda illorum verborum, pro deſcendentibus hæredibus, quā illorum, pro hæredibus, cum facilius fuerit admiſſa: Cum igitur fateatur Peregr. qualitatem hæreditariam non impedire feudi reuocationem, ſi illud fuerit conceſſum pro deſcendentibus hæredibus, conſequens eſt, vt multo minus debeat impedire, cum fuit ſimpliciter conceſſum, pro hæredibus.

Minus eſt, quod aliquis obijciat, loqui ſupraſcriptos DD. de reuocatione feudi alienati ſine conſenſu Principis, contrarium autem eſſe ſeruandum, quando Principis authoritas, & conſenſus interuenit, quia reſpōdeo, imo loqui eos de alienatione, quæ facta fuit cum conſenſu
46 Principis, † *vti videre eſt apud Pariſ. d. conſil. 10. num. 8. volum. 1. & d. conſil. 65. num. 49. volum. 3. Roll. d. conſil. 97. num. 46. volum. 1.* Nam Princeps cenſetur conſentire, quo ad ſui præiudicium,
47 non, quo ad præiudicium alterius, † *l. 2. §. merito, & §. ſi quis a Principe, ff. ne quid in loc. publ. & in ſpecie declarat Soc. Iun. d. conſil. 112. nu. 2. vol. 2.* Alioquin enim, ſi Principis conſenſus non interueniſſet, non eſſet neceſſarium inuentarium ad feudi reuocationem, quia alienatio eſſet ab initio nulla, & hæres etiam ſimplex non cogitur ſeruare factum defuncti nullum, & inuali-
48 dum, † *vt ſcribunt Gabr. conſil. 173. num. 6. vol. 1. Soc. Sen. conſil. 79. num. 47. volum. 4. Soc. Iun. conſil. 77. num. 134. volum. 1. Peregr. conſil. 7. nu. 31. vol. 3 Men. conſ. 559. nu. 4. & in ſpecie de feudi alienat. inualida, & nulla, Gram. deciſio. 93. num. 8. Oſaſ. deciſ. 108. num. 1.*

Sexto, & vltimo multo magis eſt permittenda reuocatio feudi in caſu noſtro, in quo facta fuit alienatio non adhibitis ſolemnitatibus ex decretorum forma requiſitis, & ideo eſt inuali-
49 da, & nulla, † *vt latè tradit Oſaſ. deciſ. 165. num. 4.* Quo fit, vt eam poſſit reuocare Do. Antonius,
50 etiam ſi non confeciſſet inuentarium, † *vti ſupra diximus; & in ſpecie tradit Oſaſc. d. deciſio. 180. numer. 4.* Non eſſe autem ſeruatas ſolemnitates ex multis intelligimus, & primo, quia non fuit expreſſa qualitas feudi, vtrum eſſet ex pacto, & prouidentia, an merè hæreditarium, an verò
51 mixtum, quæ tamen erat exprimenda, † *vt docet Oſaſ. deciſ. 166. nu. 2.* Et, licet dictum ſit in precibus, feudum eſſe antiquum, non tamen ex eo cenſetur expreſſa qualitas ſuperior, quia feudum antiquum poteſt eſſe, vel ex pacto, vel hæreditarium, vel mixtum. Secundo nulla fuit expreſſa, & probata cauſa iuſta alienandi, nam in precibus narratum eſt, ideo peti licentiam alienandi pedagium, quia venditori in remoto loco habitāti incommoda erat eius exactio, quæ non eſt iuſta alienationis cauſa: nam ex forma decretorum feuda non poſſunt alienari, niſi propter debita neceſſaria, adeo, vt voluntaria
52 non ſufficiant, † *vt late tradit Oſaſ. deciſ. 167. cum 3. ſeqq.* Tertio non fuit expreſſum, neque probatum, venditorem nō habuiſſe bona allodialia, quod tamen erat neceſſarium ad validitatem alienationis, etiam cum conſenſu Principis fa-
53 ctæ, † *vt docet Oſaſ. deciſ. 174.* Quarto, & vltimo non fuit facta oblatio agnatis, quæ ſimiliter erat neceſſaria, *vt per Oſaſ. deciſ. 175.* Cum igitur ex his appareat alienationem fuiſſe factam nō ſeruatis ſeruandis, conſequens eſt, vt ſit ipſo iure nulla, nec proſit licentia Principis, quippe quę data eſt cum ſolita clauſula (ſeruata forma decretorum) & ideo, cum forma nōn fuerit ſeruata, ſequitur alienationem dici factam ſine li-
54 centia, & conſenſu Principis, † *vt tradit idem Oſaſ. deciſ. 176. nu. 6.*

Neque obſtāt contraria: Namque in primis ad id, quod dicitur, feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus eſſe hæreditarium reſpondeo, id eſſe verum ſecundum quid, non ſimpliciter, & merè, quia, cum reſtringatur ad deſcendentes, mixtum potius eſt, quam merè hæreditarium, *vti latè demonſtrauimus in præmiſſo.*

Quod verò dicitur, inuentarij confectionem nihil operari in feudo hæreditario, verum eſt, ſi feudum ſit merè hæreditarium, & in extraneos hæredes tranſitorium, non etiam, ſi ſit hæreditarium ſanguinis, vti conſtat ex authoritate Doctorum, quos retulimus in quinto fundamēto,
55 † *& in ſpecie declarant Pariſ. d. conſil. 65. num. 54. & 55. volum. 3 Soc. Iun. d. conſil. 112. num. 14. vol. 2 & Surd. d. conſil. 63. nu. 18.* Et, quamquam multi ex DD. in contrarium allegatis loquantur de feudo ſimpliciter conceſſo pro ſe, & hæredibus & conſequenter videantur loqui de feudo mixto, tamen illi non obſtant, tum, quia contraria opinio eſt verior, & frequētior, tum etiam, quia ſunt ex numero DD. tenentium feudum acceptum pro ſe, & hæredibus non eſſe mixtum, ſed merè hæreditarium, & tranſitorium in extraneos hæredes, *vt animaduertit Surd. d. conſ. 108. nu. 21. verſ. non obſtat.* Vnde, cum eorum opinio communiter ſit reprobata, ſcilicet, quia receptius eſt, feudum huiuſmodi reſtringi ad deſcendentes hæredes, & conſequenter eſſe mixtum, conſtat, non eſſe faciendam vim in eorum dictis, quippe quorum veritas pendet ex ſupradicta deciſione: nam, ſi feudum ſub ea formula conceſsum eſset merè hæreditarium, non poſſet hæres, etiam cum beneficio inuentarij alienationem eius reuocare, & procederent eorum
56 dicta, † *vt in ſpecie declarat Soc. Iun. d. conſil. 72. nu. 26. vol. 1. & d. conſ. 42. nu. 4. vol. 3.* ſcilicet quia tale feudum eſset res hereditaria, & de eo idem iudicaretur, quod de cæteris rebus hæreditariis allodialibus. At verò, quoniam feudum non eſt merè hęreditarium, ſed mixtum, cōtrarium dicendum eſt, quia nō conſideratur, tamquam res hæreditaria, neque pertinet ad filium tam-

quam

quam hæredem, ſed ex pacto, & prouidentia maiorum, *vt latè demonſtrauimus in ſecundo fundamento*.

Denique non obſtat, quod, ſi beneficium inuentarij filio prodeſſet, non poſſet feudum obtinere, quaſi non eſſet hæres, quia reſpondeo, hoc perſpicuè falſum eſſe: nam inuentarij beneficium non facit, vt hæres habeatur pro non herede, ſed, vt eius actiones, & iura non confun
17 dantur, † *vt tradunt glo. Bart. & alij communiter in d. l. vlt. § in computatione, C. de iure deliber. & Gabr. conſ. 125. num. 12. volum. 1.* Itaque non obſtante inuentarij beneficio retinet nomen hæredis, quod ſufficit ad obtinendum feudum hæreditarium ſanguinis, *vti diximus in ſecundo fundamento*, Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Perill. D. Valentia Malaſpina Marchioniſſa Sanazari.

CONSILIVM XLIX.

ARGVMENTVM.

An, & quando, & ex quibus coniecturis inter filios in conditione poſitos cenſeatur inductum reciprocum fideicommiſſum: Et an, & quando reformatio ſtatutorum ex defectu poteſtatis, voluntatis, formæ probationis, & cauſæ nullius ſit momenti.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſaria reciproca tribus concurrentibus reſultat, Declara, vt nu. 10.*
2 *Coniectura complures efficaces ad inducendam filiorum in conditione poſitorum vocationem.*
3 *Fideicommiſſum reciprocum, vt inducatur, ſufficit filios in conditione poſitos eſſe tacitè, & ex coniecturis vocatos, Sed contra nu. 40.*
4 *Verba, ſine liberis priuationem, & defectum indicant.*
5 *Subſtitutio facta in defectum liberorum æquipollet illi, quæ fit poſt liberorum mortem. Sed contra num. 46. verſ. Non obſtat.*
6 *Subſtitutio facta poſt mortem liberorum intelligitur facta vltimo morienti, maximè cum tractatur de deſcendentibus teſtatoris, nu. 7. Sed contra num. 44.*
8 *Subſtitutio, vt cenſeatur facta in tota hæreditate, ſufficit quod tacitè, & ex coniectura voluntatis teſtatoris colligatur.*
9 *Subſtitutio ſtatim ſubſequens inſtitutionem factã in omnibus bonis cenſetur ob vim continuati ſermonis in tota hæreditate facta, Declara, vt nume. 46.*
11 *Teſtatoris nudam voluntatem in fideicommiſſis ſpectamus.*
12 *Fideicommiſſa inducuntur etiam coniecturis.*
13 *Coniectura nulla maior videtur ad inducendum reciprocum fideicommiſſum illa, quæ ſumitur ab affectione paterna in ſuos deſcendentes, Declara, vt num. 48.*
14 *Teſtator, qui reciprocè grauauit filios, quos magis diligebat, multo facilius debet cenſeri voluiſſe grauare nepotes, quos, tamquam remotiores, & fortaſſis ſibi incognitos minus diligebat.*
15 *Agnatio per maſculos conſeruari ſolet.*
16 *Agnationis ad conſeruationem colligitur teſtatorem reſpexiſſe a propriarum filiarum excluſione, Sed contra nu. 34.*
17 *Coniecturam validam præbet ad inducendum inter deſcendentes poſitos in conditione reciprocum fideicommiſſum, ſi teſtator habuerit rationem conſeruandæ agnationis.*
18 *Teſtatorem progreſſum fuiſſe ad plures gradus ſubſtitutionum ſufficiens coniectura eſt ad inducendum inter deſcendentes reciprocum fideicommiſſum, Declara, vt nu. 28. & nu. 29.*
19 *Coniecturis qui vocatus cenſetur, ex iiſdem & grauatus cenſeri debet.*
20 *Conditionis melioris eſſe non debet minus dilectus, quam magis dilectus.*
21 *Fideicommiſſum reciprocum, an reſultet inter eos, poſt quorum mortem teſtator aliquem ſubſtituit, rectè dubitatur, non autem, quando ſubſtitutio non fuit facta poſt eorum mortem, ſed tantum poſt mortem inſtitutorum decedentium ſine liberis, & nu. 22. & 23.*
24 *Fideicommiſſum reciprocum non inducitur, niſi verborum vis illud importet, aut aliqua vrgens, & neceſſaria coniectura, quæ ab antecedente, vel conſequente neceſſario deducatur.*
25 *Fideicommiſſum reciprocum, vt cenſeatur inter duos, aut plures inductum, tria omnimodò requiruntur, adeo vt vnius defectus ſufficiat ad eius excluſionem, & quæ, ibidem.*
26 *Fideicommiſſum reciprocum inter eos inductum non cenſetur, qui non ſunt vocati, ſed tantum poſiti in conditione ad ſubſtitutorum excluſionem, Amplia vt nu. 27.*
30 *Gradu primo caducato cenſentur quoque per conſequentias caducati omnes ſequentes.*
31 *Hæredum appellatione, tam maſculi, quàm fœminæ continentur.*
32 *Liberorum appellatione deſcendentes vtriuſque ſexus continentur.*
33 *Agnationis conſeruandæ rationem non cenſetur habuiſſe teſtator, quoties aliquo caſu fœminas vocauit.*
35 *Propinquiorum appellatione non ſolùm maſculi, ſed etiam fœminæ continentur.*
36 *Teſtatorem poſuiſſe liberos legitimè procreatos in conditione non eſt ſufficiens coniectura ad inducendam eorum vocationem.*
37 *Multiplicatio inutilium nihil operatur.*
38 *Filiorum in conditione poſitorum vocatio arguitur ex conditionis geminatione.*
39 *Clauſula adiecta in executiuis non debet principalem diſpoſitionem alterare.*
42 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
43 *Fideicommiſſum, vt cenſeatur ab vltimo moriente relictum, non ſufficit, grauamen eſſe relictum poſt mortem duorum, aut plurium, ſed neceſſarium eſt, teſtatorem nominatim vltimum grauaſſe, & num. 44.*
45 *Fideicommiſſum licet poſt aliquorum mortem relictum ſit, intelligitur tamen a ſingulis relictum in portione ſua, non vero in tota hæreditate.*
46 *Inſtitutio debet neceſſario continere totam hæreditatem, ſubſtitutio verò poteſt fieri etiam in parte.*
49 *Subſtitutio reciproca facta inter filios non arguit, quod etiam facta cenſeatur inter nepotes.*
50 *Subſtitutio reciproca facta inter certas perſonas*

non

Digitized by Google

non infert ad reciprocam inter alias.

51 *Fideicommiſſa, licet extendantur de caſu ad caſũ, nunquã tamen extenditur de perſona ad perſonã.*

52 *Filio grauato non cenſetur grauatus nepos in conditione poſitus, & ſi filius moriatur relicto filio, extinguitur ſubſtitutio, quicquid de illo poſtea contingat.*

53 *Grauatum quem eſſe non ſequitur ex eo, quod ſit vocatus.*

54 *Filij in conditione poſiti, quando ex coniecturis cẽſentur vocati, intelliguntur vocati ad partem patris ſui, non ad partem patrui.*

55 *Diſpoſitionis principalis alteratio declarationis, & interpretationis verbo non continetur.*

56 *Procuratoris, arbitri, & iudicis delegati geſta nullius ſunt momenti, quando poteſtatis ſibi datæ fines exceſſerunt.*

57 *Poteſtas data pluribus non poteſt ſine omnium præſentia exerceri.*

58 *Poteſtas ad certum tempus limitata facit poſt illud tempus geſta nullius eſſe momenti.*

59 *Vniuerſitas iuriſdictione carens poteſt quidem condere ſtatuta circa ea, quæ reſpiciunt adminiſtrationem bonorum ſine Principis authoritate, ſed non circa ea, quæ talem adminiſtrationem non reſpiciunt, niſi Principis authoritas interueniat, maximè cum tractatur de ſtatutis, quæ à Principe confirmari debent num. 60. Declara, vt nume. 63. & 64.*

61 *Statuta à Principe confirmata leges Principis dicuntur.*

62 *Confirmatio actuum tribuit confirmanti.*

65 *Teſtamentum dicitur imperfectum ratione voluntatis, ſi teſtator poſtea, quam coram teſtibus declarauit ſuam voluntatem, dicat ſe velle teſtamentum ſcribi à Notario.*

66 *Statuta, aut eorum reformatio, quoties continent mutationem iuris communis, debent fieri per conſilium generale, & per citationem totius populi, non per conſilium particulare.*

67 *Publicatio neceſſaria eſt in ſtatutis condendis, & eorũ reformatione, Limita, vt nu. 68. Sublimita, vt num. 69.*

70 *Scriptura priuata, & plena interlineaturis, cancellationibus, & mutationibus factis à diuerſis non probat.*

71 *Scriptura ex hoc ſolo, quod ſit reperta in archiuio, in quo ſoleant reponi ſcripturæ, etiam priuata non facit fidem.*

FACTI SPECIES.

PErilluſ. D. Ioſeph Rabbia Cunienſis ex Marchionibus Cœuæ condidit anno 1562. die 17. Septembris teſtamentum, in quo duobus filiabus relictis hæredes vniuerſales inſtituit DD. Ludouicum, & Bernardinum filios ſuos legitimos, & naturales, & eis ſubſtituit in hæc verba. *Ordinando eſſo Sig. Teſtatore, che a caſo, che l'uno di loro duoi fratelli mancaſſe della preſente vita ſenza heredi legitimamente dal ſuo corpo procreati, l'altro fratello ſuo ceda. Et morendo tutti duoi ſenza figliuolanza legitima, il più propinquo della linea del padre ſucceda, & coſi ſucceſſiuamente fino al quarto grado.*

Mortuo Teſtatore deceſſit D. Ludouicus relicto D. Ioſepho filio ſuo legitimo, & naturali, deinde deceſſit D. Bernardinus relicta Dom. Rabbina vnica filia legitima, & naturali, quæ tandem nullis relictis liberis, ſolaque Domina Valentia matre ſuperſtite ab inteſtato deceſſit.

Domina Valentia tamquam hæres filiæ, tam de iure communi quàm de iure municipali apprehendit poſſeſſionem omnium bonorum, quæ D. Rabbina tempore mortis poſſidebat.

Verùm D. Ioſeph Rabbia patruelis dictæ D. Rabbinæ litem aduerſus Do. Valentiam inſtituit, & ab ea petiit prædicta bona tamquam ad ſe pertinentia, & iure fideicommiſſi, & iure municipali, iure fideicommiſſi, quia (vt idem ait) in ſupradicto teſtamẽto D. Ioſephi ſenioris ipſe cenſetur ſaltem tacitè per fideicommiſſum ſubſtitutus prædictæ D. Rabbinæ. Iure verò municipali, quia (vt idem ſupponit) extat ſtatutum in loco Cunij, quo cauetur, vt extantibus agnatis vſque ad quartum gradum incluſiuè mater non ſuccedat, niſi in legitima filij poſtremo loco defuncti.

Cuius rei cõprobandæ cauſa produxit quandam ſcripturam repertam in Archiuio prædicti loci, quæ continet reformationem antiquorum ſtatutorum in multis capitibus, & inter cætera in hoc, quod, cum in antiquis ſtatutis mater non excluderetur à ſucceſſione filij, niſi, vbi adeſſent alij filij, vel filiæ, fuit hoc caput reformatum his verbis. *Et, cum verba ſtatuti trahantur ſolum in caſum, vbi ſunt filij, vel filiæ, & ſit propter eos excludatur mater, corrigendo ſtatutum ſupradictum, vbi dicit, quod mater ſuccedere poſſit vltimo filio cuiuslibet ſui mariti decedenti, volentes conſulere agnationi, & familiæ, propterea declararunt, & ſtatuerunt, quod decedentibus omnibus filijs, & filiabus extantibus fratribus maſculis conſanguineis, vel agnatis de familia ex linea paterna, vſque ad quartum gradum incluſiuè ſecundum computationem iuris ciuilis, quod mater ſuccedat ſolum in legitima vltimi filij defuncti.*

Domina Valentia reſpondit nullum in prædictis bonis ius actori competere, non ius fideicommiſſi, quia, licet DD. Ludouicus, & Bernardinus fuerint inuicem ſubſtituti, non tamẽ eodem modo cẽſentur ſubſtituti eorum filij in conditione poſiti, inter quos nullum conſiderari poteſt reciprocum fideicommiſſum, ſtãtibus verbis, quæ in prædicto teſtamento legũtur: Neque ius ſtatuti, quia ſcriptura ab actore prolata, tamquam merè priuata, nullam vim legis municipalis habet.

Eſſe autem merè priuatam ait ex eo conſtare, quia innumeros patitur defectus, de quibus in actis, ideoque, licet in Archiuio fuerit inuenta, non tamen publicam vim habere poteſt.

Super hac controuerſia diu fuit inter eos diſceptatum, tandem ab Ordinario fuit lata ſententia ſub 19. Aprilis 1589. quæ Do. Valentiam ab actoris petitionibus abſoluit, eademque ſententia ſub 20. Decembris eiuſdem anni fuit ab Excellentiſſimo Senatu, ad quem actor appellarat, confirmata.

Quibus ſententijs nõ acquieſcens actor perſiſtit adhuc hodie in ſuis petitionibus, & ſententiam Senatoriam reuideri, ac reparari poſtulat. Vnde videndum eſt, An ius aliquod ei cõpetat, aut ex capite fideicommiſſi, aut ex capite ſtatuti.

Digitized by Google

LVX VERA LVGEAT IN TENEBRIS.

VIſis, ac diligenter perpenſis teſtamenti verbis, & conſideratis ijs omnibus, quæ ab vtraque parte fuerũt in actis deducta, puto nullum, aut ex capite fideicommiſſi, aut ex capite ſtatuti Ius actori competere in bonis D. Rabbinæ nouiſſimè defunctæ, Quod, vt liquido demonſtrem, duæ mihi dubitationes erunt excutiendæ: Vna, an inter filios D. Ludouici, & filios D. Bernardini poſitos in conditione reſultet aliquod reciprocum fideicommiſſum, per quod Do. Rabbina cenſeri poſſit grauata hæreditatem auitam D. Ioſepho patrueli ſuo reſtituere. Altera verò, an ſtatuti reformatio, qua nititur actor ſit valida ita, vt effectũ excluſionis operari poſſit in perſona D. Valentiæ, quæ non ſolum à iure communi, ſed etiam ab antiquo ſtatuto ad filiæ ſuę ſucceſſionem vocabatur.

Et in prima quidẽ dubitatione videretur primo aſpectu dicendum ex teſtamento, quo de agitur, reſultare fideicommiſſum reciprocum inter filios D. Ludouici, & filios D. Bernardini, non quidem ex illis verbis. *Ordinando eſſo Sign. teſtatore, che, à caſo, che l'vno di loro duoi fratelli mancaſſe della preſente vita ſenza heredi legitimamente dal ſuo corpo procreati, l'altro fratello reſtante ſucceda*, quoniam hęc non ſubſtituunt inuicẽ, niſi filios ipſius teſtatoris, nempe DD. Ludouicum, & Bernardinum, ſed virtute illorum verborum: *Et morendo tutti duoi ſenza figliuolanza legitima, il piu propinquo della linea del padre ſucceda, & cosi ſucceſſiuamente ſino al quarto grado;* Nam, cum per ea propinquiores de linea paterna videantur ſubſtituti in defectum filiorũ D. Ludouici, & D. Bernardini, ex tali ſubſtitutione tacitè, & per neceſſarium quoddam antecedens videtur inter ipſos filios reſultare reciproca fideicommiſſaria.

Primò, quia receptiſſima eſt DD. concluſio, quod, quando poſt mortem duorum, aut plurũ teſtator aliquem ſubſtituit, inter illos duos, aut plures reſultat fideicommiſſaria reciproca tribus concurrentibus, videlicet, quod iſti ſint vocati, quod grauamen ſit relictum ab vltimo
1 moriente, & quod in tota hæreditate, † *l. Titia Seio. 89. §. Seia libertis, ff. de leg. 2. & latius infra dicetur.* Cum igitur in caſu noſtro videantur hæc omnia interueniſſe, Conſequens eſt, vt inter illos cenſeatur inductum reciprocum fideicommiſſum. Interueniſſe autem hæc omnia facilè ex eorum diſcuſſione colligi videtur.

Primum enim filij DD. Ludouici, & Bernardini in conditione poſiti videntur à teſtatore vocati, non quidem expreſsè, ſed tacitè, & ex coniecturis, ſcilicet, quia teſtator progreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, rationem habuit agnationis conſeruandæ, vocando propinquiores de linea paterna, & proprias filias excludendo, poſuit in conditione filios legitimè procreatos ad excluſionem legitimatorũ, & quidem bis, demum adiecit clauſulam, omni meliori modo, quæ omnes coniecturæ ſingulæ, ac multò magis vnitę cenſentur efficaces ad inducendam filiorum in cõditione poſitorum
2 vocationem, † *vt late videre eſt apud Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. Theſ. deciſ. 96. Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſ. 76. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 14. & Vin. deciſ. 262. à quibus coniecturæ vocantes filios in conditione poſitos referuntur.* Debet igitur de huiuſmodi filijs idem iudicari, quod iudicaretur, ſi nominatim fuiſſent à teſtatore vocati, & per conſequentias debet huiuſmodi tacita vocatio eundem habere effectum circa inductionem reciproci fideicommiſſi, quem haberet expreſſa. Et ita in terminis filiorum in cõditione poſitorum, vt ad inducendum reciprocum fideicommiſſum ſufficiat eos eſſe tacitè,
3 & ex coniecturis vocatos ſcripſerunt. † *Soc. ſen. conſ. 249. nu. 16. vol. 2. Rum. conſ. 140. num. 9. conſ. 142. nu. 13. & conſ. 197. nu. 13. vol. 3. Curt. iun. conſil. 43. nu. 6. Alciat. in l. vel ſingulis 37. num. 19. verſ. vnde in caſibus. ff. de vulg. Soc. iun. conſ. 151. nu. 21. vol. 2. & conſ. 110. nu. 20. vol. 3. Crau. conſ. 130. nu. 6. Decia. conſ. 3. nu. 46. & ſeqq. vol. 1. conſil. 162. nu. 33. vol. 2. & conſ. 44. nu. 73. verſ. poſtremo, & conſil. 101. num. 3. & 4. vol. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 5. nu. 2. verſ. & quidem Ant. Gabr. lib. 4. tit. de ſubſtit. concl. 1. nu. 28. Men. conſ. 85. nu. 43. conſ. 397. nu. 12. & de præſumpt. lib. 4. præſ. 62. nu. 57. Pereg. conſ. 54. nu. 7. vol. 1.*

Secundo verò grauamẽ videtur relictum ab vltimo moriente, licet hoc teſtator expreſsè non dixerit: Nam ſubſtitutio propinquorum facta illis verbis, *Morendo tutti duoi ſenza figliuolanza*, cenſetur facta in defectum liberorũ, quoniam illa verba, ſine liberis, priuationem, & de-
4 fectum indicant. † *l. ex facto 17. §. ſi quis autem ſuſceperit, ff. ad Treb. l. non eſt ſine liberis 148. ff. de verb. ſign.* Subſtitutio autem facta in defectum liberorum æquipollet illi, quæ fit poſt liberorũ mortem, quia deficere nõ ſolum dicuntur, qui non extant, ſed etiam, qui poſtea moriuntur,
5 † *vt declarauit Alex. conſil. 101. nu. 13. vol. 7. Rum. conſ. 9. nu. 8. vol. 1. Pariſ. conſil. 18. num. 13. vol. 2. & conſ. 20. nu. 21. vol. 3. Decia. conſ. 28. num. 25. vol. 2. Cepb. conſ. 529. nu. 34. Odd. conſ. 66. num. 69. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 33. num. 5. Andr. Gail. lib. 2. obſeru. 136. nu. 3. Peregr. de fideicom. art. 18. nu. 16.* Ergo, quemadmodum ſubſtitutio facta poſt mortem liberorum intelligitur facta vltimo
filij morerentur ſine filijs, in caſum verò, quo
cum filiis decederent, non proſpexit teſtator.

Ad tertium denique principale fundamen-
tum contrarium reſpondeo primo negando in
caſu noſtro filios in conditione poſitos fuiſſe
vocatos, ſicuti latè ſupra demonſtrauimus.

Secundo reſpondeo, non ſequi Sunt vocati,
53 Ergo ſunt grauati, † *vt ſcribunt Crau conſil.98.
num.14.verſ.ſecundo reſpondeo. Od.l.conſil.66.nu-
me.32.63.& 97. Peregr.de fideicomm.art.29.nu n.
26. Surd.conſil.448.num.13.* quia ab honore non
poteſt ad oneris poſitionem inferri, ſed tantum
ad potentiam. Sequitur enim, Teſtator cum vo
cauit, Ergo potuit grauare. *l.1.§.ſciendum.ff.de
legat.3.* Sed non ſequitur, Vocauit, Ergo graua-
uit, quoniam hoc non ſolum à potentia pen-
det, ſed etiam à voluntate, & diſpoſitione te-
ſtatoris, quæ ceſſat in caſu noſtro, *Ita reſpondet
Crauet. d.conſil.98. numer.14. verſicu.ſecundo re-
ſpondeo.*

Tertio reſpondeo filios in conditione poſi-
tos, quando ex coniecturis ſunt vocati, ſi ex iiſ-
dem cenſeantur grauati, cenſeri grauatos reſti-
tuere portionem patris ſui, non patrui, quia cē-
ſentur grauati reſtituere portionem, ad quam
vocantur, & quando ex coniecturis cenſentur
vocati, intelliguntur vocati ad partem patris
54 ſui, non ad partem patrui, † *vt ſcribunt Ruin.
conſil.144.num.8.& conſil.181.num.7.volum.2.&
conſil.142.num.5.volum.3. Pariſ.conſil.18.numer.
61.volum.2. Alciat.conſil.147.lib.9. Nat.conſ.551.
num.7. Gabr.conſil.2.numer.6.10.& 13.volum.2.
Beret.conſil.74.num.27 Theſſ.deciſio.248.num.16.
Peregr.de fideicommiſſ.artic 28.num.19.& conſil.
36.nume.19.volum.3. Menoch.de præſumptio.lib.
4.præſumptio.76.num.86. Viu.deciſio.393.num.1.*
Et ideo nulla ſubeſt neceſſitas, quæ nos cogat
fateri, eos eſſe inter ſe reciprocè ſubſtitutos,
quia talis neceſſitas tunc dicitur ſubeſſe, cum
fuerunt grauati reſtituere totam hæreditatem.
Nam, quia totam reſtituere non poſſunt, niſi
vocentur etiam ad partem ſui patrui, & voca-
ri non poſſunt, niſi per fideicommiſſariam, I-
deo neceſſitas ipſa nos cogit fateri, teſtatorem

T 2 voluiſſe

voluiſſe inter eos conſtituere reciprocum fi-
deicommiſſum *dict. §. Seia libertis*. Cæterum,
quando nõ ſunt grauati reſtituere, niſi portio-
nem patris ſui, ceſſat prædicta neceſſitas, ideo-
que non poteſt inter eos cenſeri inductum re-
ciprocum fideicommiſſum.

Quartò, & vltimo reſpõdeo, quod dicimus,
filios in conditione poſitos cenſeri quoq; gra-
uatos, ſi ex coniecturis cenſeantur vocati, pro-
cedere, quoad hoc, vt cenſeantur grauati reſti-
tuere illis ipſis, quibus erat grauatus eorum pa-
ter, ſed non inter ſe, quia, vt ſæpè dictum eſt, vt
inter ſe grauati intelligantur, debet aliqua ſub-
eſſe neceſſaria conſequentia, quæ ſine dubio
ceſſat in caſu noſtro, *vt latè demonſtrauimus ſu-
pra num. 24.*

Nec obſtat, quod, ſi teſtator voluit eos reſti-
tuere tranſuerſalibus, qui ſunt minus dilecti,
multo magis cẽſeri debet voluiſſe eos reſtitue-
re cæteris deſcendentibus ipſius teſtatoris, qui
ſunt magis dilecti, quia reſponſio patet ex iis,
quæ diximus *ſupra num. 52.* quæque proinde
non eſt neceſſe hic iterum repetere. Quamob-
rem ex his omnibus puto ſatis apertè conſtare
nullum actori competere ius ex capite fidei-
commiſſi.

Secunda ſuccedit dubitatio, an ſaltem ei cõ-
petat aliquod ius ex capite ſtatuti, cuius dubi-
tationis reſolutio pendet ex eo, nunquid ſtatu-
ti reformatio, qua nititur actor, ſit valida, nec
ne. Et, quanquam Menochius plenè de facti
veritate non inſtructus, vti conſtat ex themate
ab eo relato, & leuibus motus fundamentis, cã
eſſe validam cenſuerit *in conſ. 548. quod in hac
ipſa cauſa pro actore reddidit*, mihi tamen rei ve
ritatem, & ea, quæ ex actis reſultant, diligenter
perpendenti, ita certa, & clara viſa eſt eius in-
ualiditas, vt non putarim mihi laborandum
in re fuſiùs excutienda, cum ſatis, ſuperque me
facturum crediderim, ſi breuiter, ac velut per
indicem ſingulos eius defectus attigero. Quin-
que autem in hac reformatione principales
reperio defectus, quorum ſinguli ſufficerent
ad eius validitatem excludendam, ac multo
magis vniti.

Primus eſt defectus poteſtatis, quem multi-
pliciter conſidero: Namque primùm electis
data fuerat poteſtas declarandi, & interpretãdi
vetera ſtatuta, ideoque non poterant ea muta-
re, & eis in aliquo derogare, quoniam hęc con-
tinent principalis diſpoſitionis alterationem,
quæ declarationis, & interpretationis verbo
55 non continetur. † *l. hæredes palam 21. §. ſi quid
poſt, & ibi Bar. Caſtr. & alij. ff. de teſtam.* & ideo,
quia mutando poteſtatem ſibi datam exceſſe-
runt, debent per conſequentias eorum geſta
nullius eſſe momenti, ſicuti dicimus de pro-
curatore, de arbitro, & de iudice delegato, qui
56 poteſtatis ſibi datæ fines exceſſerunt, † *vt de
procuratore conſtat ex l. diligenter. 5. ff. mand. l. cum
mandati 12. C. eodem. l. ſi itaque 19. ff. de iureiur.
De arbitris ex l. non diſtinguemus. 37. §. de officio.
ff. De arbitr. de delegato ex l. 1. C. ſi a non compet.
iudi.* Secundò verò fuit hæc poteſtas data plu-
ribus, & inter cæteros Doctori de Ferrariis,
qui nunquam fuit à cæteris vocatus, ideoque
reliqui non potuerunt ſine ipſius præſentia ta-
lem reformationem definire, & terminare.
57 † *l. ſi in tres. 20. cum l. ſequen. ff. de arbitr. l. duo ex
tribus. 39. ff. de re iudic.* Tertiò poteſtas fuerat
limitata ad certum tempus, vnde reformatiõ
poſt illud facta nullius debuit eſſe momenti.
58 † *l. arbiter ex compromiſſo 55. ff. de arbitr.* Quar-
tò non poterat conſilium talem eis præbere
facultatem, quia cum Communitas Cunei ſi-
ne Principis authoritate non poſſet vetera ſta-
tuta reformare, nec per conſequentias talem
poteſtatem alijs committere potuit. *l. nemo plus
iuris. ff. de regu. iur.* Non potuiſſe autem refor-
mare antiqua ſtatuta patet ex eo, quia vniuer-
ſitas iuriſdictione carens poteſt quidem con-
dere ſtatuta circa ea, quæ reſpiciunt admini-
ſtrationem bonorum, etiam ſine authoritate
Principis, ſed non circa ea, quæ talem admi-
niſtrationem non reſpiciunt, niſi Principis au-
59 thoritas interueniat, † *vt ſcribunt Barto. in l.
omnes populi 9. nume. 3. ff. de iuſtit. & iur. Cæph.
conſilio 38. numero 15. Rollan. conſil. 86. numero
29. volum. 1. Menoch. conſi. 351. num. 16.* Nec
igitur ſine tali authoritate poterit vetera ſtatu
ta reformare *. l. hæredes palam. 21. §. ſi quid poſt,
cum ibi not. ff. de teſtam.* Maximè cum tractatur,
(prout in caſu noſtro) de reformatione ſtatu-
torum, quæ fuerant à Principe confirmata, &
confirmari debuerant, vt dictum eſt, quo caſu
ſine dubio neceſſaria eſt Principis authoritas
60 in eorum reformatione, † *vt ſcribunt Bartol.
in d. l. omnes populi. 9. numero 33. & Decia. conſ.
32. numero 49. volum. 2.* quia talia ſtatuta di-
61 cuntur leges Principis, † *vt ſcribunt Ruin. conſ.
130. numero 8. volum. 5. Rollan conſil. 88. nume.
28. & 29. volum. 1.* ob vim confirmationis, quę
62 actum attribuit confirmanti. † *l. 1. §. ſed neque
verſi. omnia. C. de vet. iur. enuc. l. vnic. C. de Iuſtit.
Cod. confir.* ideoque non poſſunt ab inferiori-
bus alterari *c. cum inferior. de maio. & obed. l. nam
Magiſtratus. 4. ff. de arbitr.*

Nec obſtat, quod etiam hæc ſtatuta reſpi-
ciant bona ipſorum ciuium, ideoque non ſit in
eis neceſſaria Principis authoritas, aut in con-
dendo, aut in reformando, *vt ſupponit Menoc.
d. conſilio 548. numero 1.* quia reſpondeo, quod
dicimus, non eſſe neceſſariam Principis autho
ritatem in iis, quæ reſpiciunt bona, procedere,
63 ſi bona ſint ipſius vniuerſitatis, † *vt declarant
Bald. in cap. cum acceſſiſſent. num. 10. de conſtitu.
Alexan. in l. 1. numero 11. ff. de iuriſdict. Iaſ. in
repet. d. l. omnes populi num. 34. verſic. Item adde,*
& tractetur de eorum adminiſtratione, puta, ſi
tractetur, quomodo debeant redditus Ciuita-
tis expendi, *vt Barto. in d. l. omnes populi numero
3. exemplificat.* Cæterum, ſi reſpiciant bona pri-
uatorum, vt reſpiciunt illa, quæ fiunt ſuper le-
gitima ſucceſſione, magis eſt, vt in his neceſſa-
ria ſit Principis authoritas, quoniam hæc, ſi nõ
directò, ſaltem per indirectum reſpiciunt deci-
ſionem cauſarum, & per conſequentias iuriſ-
dictionem, quo caſu ſine dubio neceſſaria eſt
Principis authoritas, vt ſupra dictum eſt. Et
DD. qui dicunt, talem authoritatem non eſſe
neceſſariam, non loquuntur ſimpliciter de
ſtatutis reſpicientibus bona, ſed de reſpicien-
64 tibus bonorum adminiſtrationem, † *vti vide-
re eſt apud Bartol. in d. l. omnes populi. numero 3.
& ibi Iaſ. numero 35. Rollan. conſilio 99. numero
3. & 14. volum. 2. Cæphal. d. conſilio 38. numero
15. Surd. conſilio 59. num. 14. & 15.* qui termini,
quia longè inter ſe diſtant, ideo malè fuerunt
à D. Menoch. in ſuo conſilio confuſi.

Secundus verò defectus, qui in hac reforma-

tione

tione continetur, eſt defectus voluntatis; Nec
enim ea fuit habita pro perfecta; Nam ex depo
ſitione teſtium conſtat cœpiſſe electos ſcriptu
ram reformationem continentem legere, ſed
non perfeciſſe, Imò, quia varijs in locis erat cã-
cellata, & multorum additionibus, & emenda-
tionibus commutata, fuiſſe dictum in conſilio
vt redigeretur in mundum, & imprimeretur,
deinde peteretur eius confirmatio à Sereniſſi-
mo Duce, quæ res omnes declarant, eam non
fuiſſe habitam pro perfecta, & per conſequen-
tias eſſe nullam, vt dicimus de teſtamẽto, quod
cenſetur imperfectum ratione voluntatis, ſi te-
ſtator poſtea, quam coram teſtibus declarauit
ſuam voluntatem, dicat, ſe velle teſtamentum
65 ſcribi à notario, † *ut ſcribunt Iaſ. conſil. 196. col.
4. verſicu. ad idem volum. 2. Dec conſil. 159. num. 3.
& 5. Ruin. conſil. 1. num. 7. & conſil. 7. numer. 7. vo-
lum. 3. Pariſ. conſil. 24. num. 1 t. volum. 3. Mantic.
de coniectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 4. numer. 6. Me-
noch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 5. num. 6. verſic.
quartus.*

Tertius eſt defectus formæ, quia, cum conti-
neret mutationem iuris communis, & anti-
quorum ſtatutorum, debebat fieri per conſi-
lium generale, & cum citatione totius populi,
non verò per conſilium particulare, idque non
66 ſolum de iure communi, † *uti uidere eſt apud
Bar. in d. l. omnes populi. nu. 16. et alios ibi poſt eum,*
ſed etiam ex forma præſcripta in ordine Purpu
rati de modo congregandi conſilium, vbi hoc
expreſsè dicitur. Deinde neceſſaria erat publi-
67 catio, vt omnibus innoteſceret. † *§. 1. Authent.
ut nou. fact. conſit. collat. 5. latè Socin. iun. conſ. 10.
nume. 14. volum. 1.* Nec obſtat, quod talis publi-
catio non ſit neceſſaria, quoties aliquid fit in
68 conſilio, † *ut ex authoritate Angel. & Alexand.
probat Menoch. d. conſil. 548. num. 2.* quia reſpon-
deo primo id procedere, quoties fit in conſilio
generali: nam, quia veriſimile eſt, omnia ferè
capita domorum in eo interueniſſe, ideo fru-
ſtra requireretur alia publicatio. Cœterum,
quoties fit in conſilio particulari, magis eſt, vt
publicationem requirat, vt potè cum ab omni-
bus ſciri non præſumatur. Secundo reſpondeo
contrarium procedere, niſi de ſtilo, & conſue-
tudine loci contrarium ſeruetur, prout ſeruari
69 in loco Cunij probatum eſt. † *Ita Angel. in §. ul-
tim. in fin. Authen. de non elig. ſec. nub. collat. 1. Ale-
xan. conſil. 39. num. 4. volum. 3. & Socin. iun. d. con
ſil. 30. num. 15. volum. 1.* & fatetur etiam Menoc.
in ſuo conſilio, quamuis ſupponat, in propoſi-
ta facti ſpecie de tali ſtilo non conſtare, cuius
tamen contrarium verius eſt.

Quartus eſt defectus probationis: nam de
hac reformatione legitimè non conſtat, quia
ſcriptura, quæ profertur, eſt merè priuata, & ple
na interlineaturis, cancellationibus, & muta-
tionibus factis à diuerſis, ideoque non probat.
70 † *cap. 2. & ibi DD. de fide inſtrum. l. ult. C. de edic.
Diu. Adr. toll.* Et hoc non obſtante, quod ſit in-
uenta in archiuio Communitatis. Primo, quia
probatum eſt, in prædicto archiuio ſolere re-
poni etiam ſcripturas priuatas, ideoque ex hoc
ſolo, quod huiuſmodi ſcriptura reperta ſit in
71 archiuio, non facit fidem, † *ut ſcribunt Socin.
ſen. conſil. 258. numer. 4. verſicu. quinimo volum. 2.
Dec. conſil. 458. num. 5. latè Gabr. lib. 1. tit. de proba-
tio. concluſ. 5. num. 13.* Secundo, quia probatum
eſt, huiuſmodi ſcripturam fuiſſe repertam in
archiuio, non de mandato conſilij, & ſuperio-
rum, ſed opera actoris, qui curauit hoc fieri, vt
in ea fundamentum aliquod poſſet conſtitue-
re, ideoque nulla in hoc vis eſt facienda.

Quintus, & vltimus eſt defectus cauſæ: nam
teſtibus probatum eſt, hanc reformationem
non fuiſſe principaliter factam ob aliam cau-
ſam, quam, vt excluderetur Domina Valentia
à ſucceſſione filiæ ſuæ, & ſic in ipſius odium, &
actorem fuiſſe illum, qui talem reformationẽ
fieri curauit, Imò, quia debebat adhuc ad mun-
dum redigi, imprimi, & à Principe confirmari,
voluiſſe eum facere omnes impenſas neceſſa-
rias ad hæc omnia perficienda. Quo fit, vt quia
decretum fuit ambitioſum, debeat omnimo-
do reſcindi *l. ambitioſa. 4. ff. de decr. ab ord. fac.*
dato etiam, quod alij omnes defectus ceſſa-
rent.

Ex his igitur omnibus, & alijs, quæ conſultò
omitto, concludo, nullum etiam ex hoc capite
ius actori competere, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro D. Io. Thoma de Aduocatis.

CONSILIVM L.

ARGVMENTVM.

Filiorum vocatio facta non exiſtente patre, quæ non coniunctim cum patre, ſed ordine ſucceſſiuo intelligitur, an, & quando cenſeatur facta per vulgarem, an verò etiam per fideicommiſſariam. Et an, & quando, & ex quibus coniecturis filij in conditione politi cenſeantur per fideicommiſſum vocati; & an filius hæres cum beneficio inuentarij teneatur ſtare renuntiationi fideicommiſſi factæ à patre in ſui præiudicium.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.*
2 *Filij filiorum vocati per hæc verba (ipſis filijs non exiſtentibus) non cenſentur cum patribus coniunctim vocati, ſed ordine ſucceſſiuo,*
3 *Filij filiorum vocati per illa verba (ipſis. filijs non exiſtentibus) cenſentur patribus ſuis ſubſtituti, ideoque cum eis concurrere non debent, & numero 4.*
5 *Teſtatoris mens ex alijs teſtamenti partibus declarari ſolet.*
6 *Filij, aut nepotes vocati per diſiunctiuam, cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo.*
7 *Dictio, ſemper, omnem omnino caſum includit.*
8 *Clauſula multiplicatio magis enixam teſtatoris voluntatem oſtendit.*
9 *Filiorum vocatio facta non exiſtente patre intelligitur per vulgarem non etiam per fideicommiſſariam, Declara, vt nu. 43.*
10 *Subſtitutionem vulgarem in fideicommiſſis etiam fieri nouum non eſt.*
11 *Filij in cõditione poſiti, quoties in aliquo caſu ſunt expreſſe vocati, nunquam cenſentur extra eum caſum vocati ad fideicommiſſum. Declara vt numero 44.*
12 *Verba hæc [ipſis filijs non exiſtentibus.] duplicem*

poſſunt habere ſenſum. Vt & verba [ipſis deficientibus] & num. 13.

14 *Verbum, ſubſtituo, eſt commune.*

15 *Verbū, ſubſtituo, iunctum verbo mortis, aut æquipollenti importat compendioſam.*

16 *Compendioſe natura eſt, vt etiam fideicommiſſariam contineat.*

17 *Subſtitutio filiorum facta non exiſtente patre continet etiam fideicommiſſariam, & filij per eam cenſentur etiam per fideicommiſſum ſubſtituti.*

18 *Subſtitutio facta aliquo deficiente continet etiam fideicommiſſariam.*

19 *Subſtitutio filiorum facta non exiſtente patre continet etiam fideicommiſſariam, ſi fuerit adiecta clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*

20 *Clauſula ſequens debet ad omnes orationes præcedentes referri.*

21 *Filij in conditione poſiti, an cenſeantur vocati, veriorem, & crebriorem eſſe affirmatiuam ſententiam plerique ſcripſerunt.*

22 *Filij in conditione poſiti haud dubiè cenſentur vocati, quando ex coniecturis colligimus talem fuiſſe mentem teſtatoris.*

23 *Filij in conditione poſiti cenſentur per fideicommiſſum vocati, ſi teſtator habuerit rationem maſculorum excluſis fœminis, maximè cū qualitas maſculinitatis ſæpius eſt repetita nu. 24.*

25 *Filij in conditione poſiti tunc eo magis cenſentur vocati, quando qualitas maſculinitatis eſt coniuncta cum alijs coniecturis.*

26 *Teſtatorem reſpexiſſe ad conſeruationem familiæ, & agnationis nepotum ex filia inconueniens non eſt.*

27 *Grauatus qui eſt, per neceſſarium antecedēs etiam vocatus intelligitur.*

28 *Filij in conditione poſiti cenſentur per fideicommiſſum vocati, quando teſtator progreſſus eſt ad plures ſubſtitutionum gradus, maximè quando concurrunt etiam aliæ coniecturæ num. 29.*

30 *Teſtator vocans ſubſtitutorum filios, ac deſcendentes multo magis cenſetur vocaſſe filios, ac deſcendentes ipſius grauati.*

31 *Teſtator, ſi voluit aliquos vocare ad bona relicta, alteri lineæ minus eis debita, multo magis cenſetur eos voluiſſe vocare ad bona relicta ſuis aſcendentibus, quæ magis eis debentur.*

32 *Filij poſiti in conditione per ablatiuum abſolutum cenſentur per fideicommiſſum vocati.*

33 *Coniecturæ, quibus filij in conditione poſiti cenſentur per fideicommiſſum vocati, licet per ſe conſideratæ ſuos habeant contradictores, ſimul tamē iunctæ procedunt ſine dubio.*

34 *Coniecturæ leuiores ſufficiunt ad hoc, vt filij in conditione poſiti cenſeantur per fideicommiſſum vocati, quādo agitur de deſcendentibus teſtatoris.*

35 *Vocatio ex ſola poſitione in conditione inducitur; ſecundum aliquos in deſcendentibus teſtatoris.*

36 *Filij in conditione poſiti facilius cenſentur vocati in fideicommiſſis particularibus, quam in vniuerſalibus.*

37 *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, per quod pater cenſetur grauatus reſtituere filio, & frater fratri, reſultat ex ſubſtitutione facta vnius lineæ alteri, & contra.*

38 *Linea effectiua alicuius continet omnes ab eo deſcendentes.*

39 *Subſtituens unam lineam alteri cenſetur grauaſſe ultimum de tali linea decedentem ſine maſculis, ut reſtituat ſubſtitutis bona ipſius teſtatoris.*

40 *Verbum, deſcendentibus, refertur ad omnes deſcendentes in infinitum.*

41 *Fideicommiſſum abſolutum inter Titium, & omnes eius deſcendentes inductum cenſetur, ſi teſtator ita dixerit, ſi Titius deceſſerit ſine deſcendentibus ſubſtituo.*

42 *Dictio, proles, habet tractum tēporis ſucceſſiuum, & continet omnes deſcendentes in infinitum.*

45 *Fideicommiſſo grauatus non poteſt per actum voluntarium fideicommiſſario præiudicare.*

46 *Hæres cum beneficio inuentarij ſine dubio non tenetur ſtare facto defuncti, niſi quatenus uires hæreditariæ patiuntur.*

47 *Inuentarij beneficium conſeruat hæredi omnia iura ſua, perinde ac ſi hæreditatem non adiſſet.*

48 *Fideicommiſſi renunciatio facta a patre non nocet filio hæredi cum beneficio inuentarij.*

FACTI SPECIES.

DOm. Io. Stephanus de Lanceis anno 1553. duabus filiabus ſuis, nempè D. Anna, & D. Magdalena particulariter inſtitutis ſcripſit in teſtamento D. Catarinam vxorem ſuam hæredem vniuerſalem, eique prohibuit omnium quartarum detractionem, & omnium immobilium alienationem ſubiiciendo, *quoniam ipſe D. teſtator uoluit, & uult, omnia, & ſingula eius bona immobilia poſt mortem præfatę D. Catarinę totaliter peruenire in nob. Franciſcum eius abiatiuum filium magn. D. Auguſtini quondam magn. D. Franciſci de Aduocatis, & ex Dominis Valdengi, & prædictæ quondam D. Margaritę ipſius D. teſtatoris filiæ, in ipſiuſque nob. Franciſci pupilli filios maſculos legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio procreādos, ordine tamen ſucceſſiuo, quem, & quos idem D. teſtator exinde, prout ex tunc, & econtra hæredem ſuum, & hęredes ſuos, ut ſupra inſtituit, & nominauit, & inuicem ipſos ſubſtituit, uulgariter, & per fideicommiſſum, & eoſdem præfatę D. Catherinæ ſubſtituit in bonis antedictis uulgariter, & per fideicommiſſum.* Et paulo poſt *Et ipſi nob. Franciſco, ac dictis ſuis filijs maſculis procreandis, ut ſupra, decedentibus omnibus, quandocunque ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, eiſdem ſubſtituit poſt mortem omnium prędictas nobiles DD. Annam, & Magdalenam eius filias, ut ſupra, & earum filios maſculos, ac filios dictorum filiorum legitimos, & naturales ipſis filijs non exiſtentibus, æqualibus portionibus per ſtirpes, & non per capita, uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum; & deficiente linea maſculina in filijs, aut nepotibus unius prędictarū nob. DD. Annę, & Magdalenę eius filiarum eidem linea ſic deficienti ſubſtituit uulgariter, & per fideicommiſſum alteram filiam ſuperſtitem, vel eius filios, aut nepotes maſculos legitimos, & naturales ordine ſemper ſucceſſiuo, nec non prędictum nob. Franciſcum, aut eius filios maſculos legitimos, & naturales per ſtirpes, & non per capita, ut ſupra, & ſemper ordine ſucceſſiuo, ut ſupra. Quia ipſe D. teſtator uoluit, & uult, ac intendit, quod huiuſmodi ſubſtitutio ſit, & eſſe debeat reciproca in prędictis inſtitutis, & prole maſculina ipſarum nob. DD. Annę, & Magdalenę eius filiarum, & prędicti nob. Franciſci ſui nepotis, re hęredis uniuerſalis ſubſtituti, ut ſupra.*

Poſt mortem teſtatoris deceſſit D. Magdalē na relicto D. Auguſtino filio legitimo, & naturali, deinde deceſſit D. Anna relicto D. Euſe-

Google

bio filio pariter legitimo, & naturali. Poſtmo-
dum obiit D. Auguſtinus ſine liberis, viuo ad-
huc D. Franciſco ad quem omnia bona immo-
bilia peruenerant iuxta diſpoſitionem teſtato-
ris, & pariter viuo D. Euſebio, qui intendentes
vindicare bona dicti D. Auguſtini ſubiecta fi-
deicommiſſo, quod ipſorum fauore teſtator or
dinauerat, inter ſe tranſegerunt anno 1584. &
inter cœtera pro ſe, & deſcendentibus ſuis re-
nunciarunt fideicommiſſo reciproco, qđ auus
maternus inter ipſos tranſigentes viciſſim con
ſtituerat.

Deinde deceſſit ſine liberis D. Franciſcus ſu
perſtite D. Euſebio, qui iam fideicommiſſo re-
nunciauerat. Poſtremo deceſſit D. Euſebius re-
licto D. Io. Thoma filio legitimo, & naturali,
qui poſt agnitam cum inuentarij beneficio pa
ternam hæreditatem vult hodie proaui mater-
ni bona vindicare virtute fideicommiſſi ab eo
conſtituti, vnde quæritur an poſſit.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

EX ſupra relatis teſtamenti verbis ſatis a-
perte conſtare puto D. Io. Thomam, qui
& ipſe fuit D. Franciſco ſine liberis de-
cedenti ſubſtitutus per illa verba, *ac filios
dictorum filiorum*, non cenſeri cum D. Euſebio
patre ſuo coniunctim vocatum, ſed ordine tan
tum ſucceſſiuo, quia filiorum filij non ſimpli-
citer cum ipſis filiis ſubſtituti ſunt, ſed, cum hac
adiectione, *ipſis filijs non exiſtentibus*, quæ verba
perinde ſunt accipienda, atque ſi teſtator dixiſ-
ſet, ſubſtituo filios dictorum filiorum, ſi ipſi fi-
lij non exiſtant, cum ablatiui abſoluti reſoluan
1 tur in conditionē † *l. a teſtatore. 108. vbi Bart. &
alij not. ff. de cond. & demon. & tradunt Ruin. conſ.
121. nu. 3. vol. 3. Pariſ. conſ. 81. nu. 7. vol. 1. Rol. con
ſil. 82. nu. 4. vol. 1. Pereg. conſ. 90. nu. 20. vol. 1 Surd.
conſ. 236 nu. 3. & in terminis huius conditionis de-
clarat Soc. iun. conſ. 180. nu. 38. vol.* . . Et ideo ope-
rantur, vt tales filiorum filij non cenſeantur cū
patribus coniunctim vocati, ſed ordine tantum
2 ſucceſſiuo † *l. cum in teſtamento. 37. in princ. ff. de
hær. inſt.* Cenſentur enim per illa verba patribus
3 ſuis ſubſtituti, † *vt tradunt Pariſ. conſ. 74. num. 17
vol. 2. Abb. conſ. 40. ante nu. 1. vol. 1. Soc. iun. conſil.
180 nu. 6 . vol. 2. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 71. nu. 2
Pereg. de fid. art. 18. nu. 17.* Ideoque non debent
4 cum patribus concurrere † *l. Lucius. 85. verſ. re-
ſpondi ff. de hær. inſt. l. verbis ciuilibus. 7. ff. de vulg.
Pereg. de fidei d. art. 18. nu. 1. & conſ. 80. nu. 48. vol.
1. conſ. 63. nu. 5. vol. 2.* Maximè cum ex aliis teſta-
menti partibus, ex quibus mens teſtatoris decla
5 rari ſolet † *l. ſi ſeruus plurium 53. §. vlt. ff. de leg. 1.*
Conſtet teſtatorem vbi vocat filios deſcenden
tium cum parentibus, ſemper eos vocare ordi-
ne ſucceſſiuo, vt cum D. Catherinæ ſubſtituit
D. Franciſcum, & eius filios. ſubiecit enim *ordi
ne tamen ſucceſſiuo*. Et cum reciproce ſubſtituit
DD. Annam, & Magdalenam, & earum deſcē-
dentes ait enim, *vel eius filios, aut nepotes*, & ſic di
6 ſiunctim, & ordine ſucceſſiuo. † *l. cum pater. 79.
§. à te peto ff. de leg. 2. Soc. ſen. conſil. 113. nu. 1. vol. 1.
latè Men. de præſ. lib. 4. præſ. 70. num. 30.* Et paulo
poſt, *ordine ſemper ſucceſſiuo*. Denique poſtea ꝗ
etiam reciproce ſubſtituit eiſdē filiabus, & de-
ſcendentibus D. Franciſcum, & eius filios ſubij
cit, *et ſemper ordine ſucceſſiuo*. Itaque conſiderata
dictione ſemper, quæ omnem omnino caſū in-
7 cludit † *l. 1. ff. ſol. matr. l. ſemper. 5. ff. de iur. immun.
Pariſ. conſ. 92. nu. 3 . vol. 2. Rol. conſil. 23. nu. 19. &
39. vol. 4. latè Boer deciſ. 158. nu. 4.* & multiplica-
tione illius clauſulæ ordine ſucceſſiuo, quæ in
hoc magis enixam teſtatoris mentem oſtēdit,
8 † *vt not. in l. Balliſta. 32. ff. ad Treb. & tradit Decia.
conſ. 42. nu. 30. vol. 1. & conſ. . nu 136. vol. 2.* Non
eſt dubitandum, quin & in hac vocatione Do.
Euſebij, & eius filiorum idem ordo ſucceſſiuus
intelligi debeat repetitus.

Quo poſito duæ potiſſimū dubitationes ex-
cutiendæ proponuntur, vna an hic ordo ſucceſ
ſiuus intelligi debeat per vulgarem tantum, an
vero etiam per fideicommiſſariam. altera vero
dato quod etiam per fideicommiſſum cēſeatur
D. Io Thomas patri ſuo ſubſtitutꝰ, an poſſit bo-
na teſtatoris à poſſeſſoribus vindicare non ob-
ſtante renunciatione fideicommiſſi facta à pa-
tre ſuo, cuius extitit hæres cum inuentarij be-
neficio.

Et in prima quidem dubitatione videretur
dicendum ordinem hunc ſucceſſiuum intelligi
debere per vulgarem tantum, non etiam per fi-
deicommiſſariam, & conſequenter D. Io. Tho-
mam cenſeri quidem vocatum in caſu, quo tē-
pore aduenientis conditionis pater eius non ex
titiſſet puta quia fuiſſet præmortuus, qui eſt ca-
ſus vulgaris ſubſtitutionis, ſed non cum eo tem
pore pater fuit ſuperſtes, & poſtea deceſſit, quia
nō cenſetur per fideicommiſſum grauatus filio
ſuo reſtituere, idque videtur probari ex illis ver
bis, *ipſis filijs non exiſtentibus*, quæ, vti ſupra dictū
eſt, vocāt filiorum filios ita demum, ſi ipſi filij
non exiſtant, & ſic in caſum vulgarem. Si igitur
filij exiſtant, non cenſebuntur filiorum filii vo
cati, & ita in terminis vocationis filiorū factæ
non exiſtente patre, vt intelligatur per vulgarē
9 non etiam per fideicommiſſariam, † *tradunt
Abb. conſ. 40. in prin. vol. 1. Soc. iun. conſ. 180. nu. 65.
vol. 2. Pariſ. conſ. 74. nu. 17. vol. 2. Decia. conſ. 41. nu
me. 69. verſ. neque obſtat vol. 1. Menoc. conſ. 496. nu.
10. verſ. comprobatur. & de præſump. lib. 4. præſ. 71.
nu. 10. Pereg. conſ. 52. nu. 5. & 12. vol. 1.*

Nec obſtare videntur illa verba, quæ ſubij-
ciūtur, *vulgariter, & per fideicommiſſum*, quia per-
tinent non ſolum ad filios DD. Annæ, & Mag-
dalenæ, ſed etiam ad filiorum filios, qui proin-
de videntur vtroque modo ſubſtituti, quia vide
tur poſſe reſponderi ea verba non eſſe referēda
ad ſubſtitutionē factam ipſis filiis DD. Annæ,
& Magdalenæ, & ſic D. Euſebio, ſed ad eā, quæ
facta fuit Do. Franciſco; nam teſtator ei ſine li-
beris decedenti ſubſtituit vulgariter, & per fi-
deicommiſſum DD. Annam, & Magdalenam,
& earum filios, ac filiorum filios ipſis filiis non
exiſtentibus: Itaque filij filiorum DD. Annæ, &
Magdalenæ ſunt, & ipſi ſubſtituti per fideicom
miſſum D. Franciſco caſu quo filij non exiſtāt.
Cœterum quatenus ſubſtituti ſunt ipſis filiis, &
ſic patribus ſuis non poſſunt cenſeri vocati per
fideicommiſſum, ſed tātum vulgariter, quia vo
cati ſunt ipſis filiis non exiſtentibus, quæ verba
vti ſupra dictum eſt ad vulgarem ſubſtitutionē
referuntur: Nec enim eſt nouum, vt etiam in fi-
10 deicommiſſis fiat vulgaris ſubſtitutio † *l. vn. §.
ſin autem aliquid ſub conditione C. de cadu. toll. l. vt
hæredibus 51. ff. de leg. 2. & ita in ſpecie declarat Io.
Bapt. a S. Seu. inter conſ. Alex. conſ. 14. nu. 12. verſic.
non enim vol. 4.*

Denique non videtur obſtare, quod tales fi-

liorum filij, licet non videantur expreſsè ſubſti
tuti patribus ſuis per fideicommiſſum, cenſen-
tur tamen ſubſtituti tacitè ex coniecturis, quia
contrarium videtur eſſe verius: nam, quoties fi-
lij in conditione poſiti in aliquo caſu ſunt ex-
preſsè vocati, etiamſi ſolummodo in caſu vul-
gari, numquam cenſentur extra eum caſum vo
11 cati ad fideicommiſſum, † *vt tradunt Socin. ſen.*
conſil. 116. num. 1. verſ. addo etiam, & num. 2. & 5.
verſic. præterea volum. 3. Menoch. de præſumpt. lib.
4. præſumptio. 76. num. 89. & Surd. conſil. 434. nu-
mero 5.

Verum his non obſtantibus contrariam ſen
tentiam de iure veriorem arbitror, cenſeri ſcili-
cet D. Io. Thomam etiam per fideicommiſſum
D. Euſebio patri ſuo ſubſtitutum, quod, vt exi-
ſtimem me

Primum mouet illud, quod hæc verba, *ipſis*
filijs non exiſtentibus, duplicem poſſint habere
ſenſum: nam poſſunt intelligi, vt filij filiorum
cenſeantur ſubſtituti ipſis filijs non exiſtenti-
bus tempore euenientis conditionis, & ſic tem
pore mortis D. Franciſci ſine liberis, quo caſu
tales filij cenſentur ſubrogati in locum patrum
non exiſtentium per vulgarem, vel poſſunt in-
telligi, vt cenſeantur ſubſtituti ipſis filijs, etiam
poſtea non exiſtentibus, quam per mortem D.
Franciſci purificatum eſſet fideicommiſſum,
& ab eis agnitum, & hoc caſu cenſentur ſubſti-
tuti per fideicommiſſum, per quod patres cen-
ſentur grauati filijs ſuis reſtituere bona teſtato-
12 ris, † *vt in terminis declarãt Andr. Gail. lib. 2. obſer.*
136. nu. 3. Pereg. de fideic. art. 18 nu. 17. Nam & ſi-
mili modo deficere quis dicitur, vel, ſi non ex-
tet tempore aduenientis conditionis, vel, ſi po-
13 ſtea moriatur, † *vt declarant Alex. conſ. 101. nu.*
13. vol. 7. Ruin. conſ. 9. num. 8. vol. 1. Pariſ. conſ. 18.
nu. 13. vol. 2. conſ. 20. nu. 21. vol. 3. Decia. conſil. 28.
nu. 25. vol. 2. Ceph. conſ. 529. nu. 34. Pereg. de fid. ar.
18. nu. 16. Odd. conſ. 66. nu. 69. Craſſ. in §. fideicom-
miſſum. q. 33. nu. 5. Andr. Gail. lib. 2. obſ. cap. 136.
nu. 3. Cum igitur hæc verba, *ipſis filijs non exiſten*
tibus, apta ſint comprehendere etiam fideicõ-
miſſariam, & fuerint prolata in ſubſtitutione
compẽdioſa, nempe in ſubſtitutione facta per
14 verbum ſubſtituo, quod eſt commune † *l. iam*
hoc iure 4. ff. de vulg. & tradunt Bar. in l. Centurio.
15. nu. 47. ff. eo. & ibi Iaſ. nu. 52. Pariſ. conſ. 37. nu.
14. vol. 2. Decia. conſ. 41. nu. 9. vol. 1. Craſſ. in §. ſub-
ſtitutio q. 5. nu. 18. Men. conſ. 797. nu. 42. Surd. cõſ.
554. nu. 26. &, quod iunctum verbo mortis, aut
æquipollenti (quale eſt verbum non exiſtere)
15 importat compendioſam † *vt not. omnes in d. l.*
Centurio 15. ff. de vulg. & in l. precib. 8. C. de impub.
Pariſ. conſ. 92. nu. 17. vol. 2. Soc. Iun. conſ. 180. n. 18
vol. 2. Rol. conſ. 25. nu. 15. vol. 1. Nat. conſ. 68. nu. 7.
Decia. conſ. 41. nu. 5. & 69. vol. 1. Craſſ. in d. §. ſubſti
tutio q. 60. nu. 8. Meno. conſ. 797. nu. 41. Surd. conſ.
347. nu. 12. & conſ. 362. nu. 26. conſequens eſt, vt
per ea verba cenſeantur filiorum filij patribus
ſuis, etiam per fideicommiſſum ſubſtituti: na-
tura enim compendioſæ eſt, vt etiam fideicom
16 miſſariam contineat, † *vt tradunt omnes in d. l.*
Centurio. 15. ff. de vulg. & in d. l. precib. 8. C. de im-
pub. Soc. Iun. conſ. 180. nu. 19. vol. 2. Decia. d. cõſ. 45.
nu. 1. vol. 1. Craſſ. in d. § ſubſtitutio. q. 61. n. 6. Surd.
conſ. 347. nu. 12. Pereg. de fid. art. 34. nu. 67. Et ita
in terminis ſubſtitutionis filiorum factæ nõ exi
ſtente patre, vt contineat etiam fideicommiſ-
ſariam, & filij cenſeantur patri, etiam per fidei-
17 commiſſum ſubſtituti † *tradunt Rom. conſ. 56. p*
tot. Alex. conſ. 101. nu. 13. & ſeqq. vol. 7. Calca. conſ.
102. & 5. conſ. ſeqq. Ceph. conſ. 476. nu. 8. verſ. 3. Pe-
reg. de fid. art. 18. nu. 17. Et hoc ad ſimilitudinem
ſubſtitutionis factæ aliquo deficiente, quã cer-
tum eſt continere etiam fideicommiſſariam,
18 † *vti tradit Pereg. d. art. 18. num. 16.*

Secundo vero multo magis hoc eſt admittẽ
dũ in caſu noſtro, in quo ſubiecta fuit illa clau
ſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſ-
ſum: nam ea debet referri ad omnes ſubſtitutio
nes in oratione præcedenti comprehẽſas, & ſic
etiam ad eam, per quam filiorum filij patribus
ſuis ſunt ſubſtituti, vt cenſeantur vocati, nõ ſo-
lum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſ-
19 ſariam, † vt in terminis ſubſtitutionis factæ pa
tribus non exiſtentibus cum illius clauſulæ ſu-
biectione *tradit Roman. d. conſil. 56. nec diſſentit*
Soc. Iun. d. conſ. 180. nu. 75. Nam clauſula ſequẽs
debet ad omnes orationes præcedentes referri,
20 † *l. talis ſcriptura. 30. §. vlt. vbi Bar. nu. 3. ff. de leg.*
1. Alex. conſ. 48. nu. 1. vol. 1. Soc. iun. conſ. 139. nu. 4
vol. 1. Beret. conſ. 141. nu. 1. Surd. conſ. 242. nu. 10.
& vna determinatio reſpiciens plura determi-
nabilia debet ea æqualiter determinare *l. iam*
hoc iure. 4. ff. de vulg. l. quamuis. 4. C. de impub.

Tertio dato citra veri præiudicium, quod p
illa verba, *ipſis filijs non exiſtentibus*, regulariter
non poſſent filij cenſeri patribus ſubſtituti, niſi
vulgariter, vt receptior videtur opinio, adhuc
tamen cenſeri debent vocati per fideicommiſ-
ſum ex eo, quod poſiti ſunt in cõditione: nam,
licet dubia ſit quæſtio, an filij poſiti in cõditio-
ne cenſeantur vocati, & plerique ſcripſerint af-
21 firmatiuam eſſe veriorem, & crebriorem, † *vt*
Pariſ. conſ. 50. nu. 37. conſ. 66. nu. 16. vol. 3. Soc. iun.
conſ. 145. nu. 35. vol. 3. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib.
11. tit. 2. nu. 17. Ceph. conſ. 251. nu. 72. Decia. conſ. 3.
nu. 47. conſ. 41. nu. 23. vol. 1. conſ. 102. nu. 37. vol. 2.
& conſ. 44. nu. 5. vol. 3. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 76
nu. 2. & conſ. 152. nu. 13. conſ. 775. nu. 11. Pereg. con
ſil. 91. nu. 28. vol. 1. Circumſcripto tamen in præ-
ſentiarum articulo ſimplici, cõſtat haud dubiè
cenſeri vocatos quando ex coniecturis colligi-
22 mus talem fuiſſe mentem teſtatoris, † *vt tradũt*
Cagn. in l. 1. nu. 47. C. de pact. Pariſ. conſ. 76. num. 9
conſ. 77. nu. 25. conſ. 78. nu. 7. vol. 2. conſ. 68. nu. 21.
vol. 3. Ruin. conſ. 111. nu. 14. conſ. 122. num. 4. conſ.
158. nu. 13. conſ. 160. nu. 24. conſ 181. nu. 10. vol. 2.
conſ. 139. nu. 21. conſ. 142. nu. 10. vol. 3. Mantic. d.
tit. 2. nu. 2. & 19. Ceph. d. conſ. 251. nu. 73. Decia. d.
conſ. 3. nu. 48. conſ. 41. nu. 23. vol. 1. conſ. 26. nu. 12.
vol. 2. conſ. 44. num. 8. vol. 3. vbi ait eſſe communem,
Theſ. deciſ. 96. num. 8. vbi ait hanc eſſe ferè omnium
DD. applauſu receptam declarationem. Viu. deciſio.
262. nu. 3. Peregr. conſ. 91. nu. 30. vol. 1. Surd. conſil.
336. nu. 3. In caſu autem noſtro multæ ſunt con
iecturæ, quæ declarant mentem teſtatoris fuiſ-
ſe, vt filij filiorum cenſeantur patribus ſuis, e-
tiam per fideicommiſſum ſubſtituti.

Prima enim coniectura ſumitur ex eo, quod
teſtator in omni ſubſtitutione, tã ex parte gra-
uatorum, quam ex parte vocatorum ſemper ha
buit rationem maſculorum excluſis fœminis,
& in fine adiecit ſe velle, vt ſubſtitutio ſit, & eſ
ſe debeat reciproca in inſtitutis, & prole maſcu
lina DD. Annæ, & Magdalenæ, quæ res operaſ,
vt filij poſiti in conditione cenſeantur p fidei-
23 cõmiſſũ vocari, † *vti ex doctr. Guido Pap. q. 184.*
tradunt Dec. in l. 1. nu. 16. C. de pact. Pariſ. conſ. 37.
nu. 35.

num.35.vol.2.conſ.50. num.38. conſ.66. num.50. volum.3. Ruin.conſ.142.num. 13.volu.3.Soc.iun. conſ.151.num.12.volu.2.conſ.114. num.16.conſil. 119.num.29. volu.1.conſ.110.num.23.conſ. 145. num.37.vol.3. Cæph. conſ.251. num.77.conſ.476. num.13. Decia.conſ. 3.num.49.conſ.41. num. 27. vol.1.conſ.102. num.11.vol.2. conſ.44.nu.13.vol. 3.Menoch.conſ.152.num.3.conſ.1072.nu.10.verſ. 2.& de præſ.lib.4. præſ.76. num.27. Surd.conſ.67. num.34.conſ.96.num.30.conſ.336.nu. 3.conſ.344. num.4 conſ.434.nu.18.verſ.& ne ſingulas, & deciſ. 162.nu.10. Pereg.conſ.57.num.7. volu.1.conſ.46. num.2.vol.3. Mantic.d.lib.11.tit.3.num.3.Theſ.d. deciſ.96.nu.21. maximè, cum illa qualitas ma-
24 ſculinitatis ſæpiùs fuerit repetita, † *vt in his terminis conſiderant Pariſ.conſ. 66. nu.36. volum.3. Decia.conſ.3.num.50.conſ.41.nu.28. vol.1.conſil. 102.num.14.vol.2.conſ.44. num.15.vol.3.Menoc. conſ.393.num.14. & d.præſ.76.nu.33. Cæph.conſ. 476.num.14.Mantic.d.tit.3.num.3.Surd.d.conſil. 96.num.31. & d.conſ.344.num.5. & Theſ.d.deciſ. 96.num.27. vbi ait talem repetitionem ſæpius factã ponere rem extra dubitationem*, & multo magis quando eſt coniuncta cum alijs coniecturis,
25 † *vt tradit Decia.d.conſ.102.nu.12.in fi.volum.2. vbi ait neminem hoc negare, & Theſau. d.deciſ.96. num.23.*

Et, ſi dixeris, hic tractari de prole maſculina fœminarum, in qua non poteſt teſtator cenſeri habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ, ideoque non videri coniecturam maſculinitatis efficacem reſpon. imo contrarium eſſe verius, quando, vt in caſu noſtro, tractatur de maſculis deſcendentibus à filiabus teſtatoris: nam adhuc illa coniectura eſt ſufficiens ad inducendam filiorum in conditione poſitorum vocationem, quia non eſt inconueniens, vt teſtator reſpexerit ad conſeruationem familiæ, & agna-
26 tionis nepotum ex filia, † *vt in terminis tradũt Decia.d.conſ.102.num.15.& ſeq.vol.2.& Theſ.d. deciſ.96.nu.24.*

Secunda verò coniectura ſumitur ex eo, q teſtator nõ ſolum filios DD. Annæ, & Magdalenæ grauauit, ſed etiã filiorũ filios, imo, & eorum deſcendentes in infinitum: nam ait, *& deficiete linea maſculina in filijs, aut nepotibus vnius prædictarum nob. DD. Annæ, & Magdalenæ eius filiarum, eidem lineæ ſic decedenti ſubſtituit.* Itaque grauauit lineam, & ſic omnes deſcendentes DD Annæ, & Magdalenæ, Ergo voca-
27 uit, † *vt poſt Bart. in l. centurio.15. num.37.ff.de vulg.tradunt Guidopap. d.q.184.nu.2.in fi. Deci. in d.l.1.num.15. in fin. C.de pact. Ruin.conſ.111. num.7.vol.2.conſ.140.nu.9.conſ.142.nu.11.volu. 3.Pariſ.conſ.37.nu.36.vol.2.Soc.iun.conſ.110.nu. 21.conſ.145.num.36.verſ.prout 1.volum.3.Decia. conſ.3.num.54.conſ.41. num.46.volum.1.conſ.44. nu.49.verſ.nem pondero.& num.51.volu.3.Cæph. conſ.93.per tot.conſ.476.num.12.Mantic.de conie. vlt.vol.lib.11.tit.3.num.2.verſ.verum. Menoch.de præſ.lib.4.præſ.76.num.39. Surd.conſ.336.num.3. Pereg conſ.55.num.6.vol.1.& Theſ.d.deciſ.96.nu. 14.vbi teſtatur hanc eſſe magis communem, & concurrentibus alijs coniecturis, quæ concurrunt in caſu noſtro, ſecundum eam iudicatum ab Excellen. Senatu.*

Tertia eſt coniectura, quia teſtator eſt progreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, quæ res filiorum in cõditione poſitorum vocatio-
28 nem operatur, † *vt tradunt Alex.conſ.64.num. 5.volum.5. Pariſ.conſ. 37.num. 37.conſ.77.num. 27 volum.2.& conſ.66. num.52.volum.3.Soc.iun. conſ.119.num 28. vol.1.conſ.168. num.75.volu.2. & conſ.110.num.28.vol.3. Purp.conſ.351.nu.20. Cæph.conſ.251.num.79.conſ.252.nu.17. conſ.476. num 25. Decia.conſ. 3.num.52.vol.1. conſ.26.nu. 14.conſ.28.num. 15.conſ.102.num.17. vol.2.conſ. 34.num.119.& conſ.44.num.57.vol.3. Surd.conſ. 67.num.34. conſ.336.num.3. conſ.344.nu.8.conſi. 434.num.18.verſ.& ne ſingulas. Menoch.conſ.85. num.22.conſ.135.num.5. Mantic.de conie.vlt.vol. lib.11.tit.3.num.13.Gabr.tit.de fideic.concl.4. nu. 13.Craſſ.in §.fideicommiſſum. q.14.num.3. Men. d.præſ.76.num.53. Boer.deciſ.155.num. 21. Theſ. d.deciſ.96.num.17.& 19.verſic.ſupraſcripta. Viu. deciſ.262.nume 13.& 14. vbi hanc eſſe veriorem, & receptiorem, & ſecundum eam fuiſſe iudicatum.* & maximè, quando, vt in caſu noſtro, huiuſmodi coniectura adiuuatur alijs: nam tunc caret
29 omni difficultate, † *vt tradunt Soc. iun. d.conſi. 119.num.28.vol.1.Decia.d. conſ.3.num.53.vol.1. & d.conſ.102.num.17.in fi.vol.2.& d.conſ.34.nu. 119.vol.3.Surd.d.conſ.344.nu.8. Theſ.d.deciſ.96. num.17.Viu.d.deciſ.262.num.15.* licet in ſimplicibus terminis nonnulli contrariam ſententiã amplectantur.

Quarta coniectura eſt, quia teſtator D. Euſebio ſine filiis maſculis decedenti ſubſtituit nõ ſolum D. Magdalenam, ſed etiam eius filios, & nepotes ordine ſucceſſiuo. Itaque vocauit ſubſtitutorum filios, ac deſcendentes. Multo igitur magis cenſetur vocaſſe filios, ac deſcen-
30 dentes ipſius D. Euſebij grauati, † *vt tradunt Ruin.conſ.158. num.13.volu.2. & conſ.142.num. 11.verſ.& iſtud.vol.3.Decia d.conſ.44. nu.24.vol. 3.Cæph.conſ.476.num.22. Menoc.d.præſ.76.num. 56.& conſ. 152.num.11. conſ.393. num.28. Surd. conſ.344.nu.7.*

Quinta cõiectura eſt, quia in reciproca ſubſtitutione facta inter lineam D. Annæ, & lineã D. Magdalenæ teſtator expreſsè vocauit etiã filiorum filios ad fideicommiſſum: ex hoc enim ſumitur efficax coniectura voluntatis teſtatoris, vt cenſeatur eos vocaſſe etiam in ea parte, in qua poſuit eos in conditione: nam, ſi voluit eos vocare ad bona relicta alteri lineæ, minus eis debita, multo magis cenſetur eos voluiſſe vocare ad bona relicta ſuis aſcenden-
31 ribus, quæ magis eis debentur, † *vt in terminis tradunt Decian.conſ.28.num.11. verſ.6.volu.2.& conſ.44.num.20.verſ.2.vol.3.vbi ait hanc coniecturam eſſe efficacem Menoch.conſ.135.num.7.verſ.5. Theſ.d.deciſ.96.nu.31.*

Sexta coniectura ſumitur ex eo, quod deſcẽdentes Dominæ Annæ fuerunt poſiti in conditione per ablatiuum abſolutum, in illis verbis, *& deficiente linea maſculina*, quo caſu filij cen-
32 ſentur per fideicommiſſum vocati, † *vt tradũt Pariſ.conſ.66.num.19.vol.3. Soc.iun.conſ.4.num. 7.vol.1.Decia.conſ.41.nu.48. vol.1.conſ.44.num. 59.vol.3.Menoc.d.præſ.76.num.63. & conſ.393. num.22.*

Et, quamuis aliquæ ex ſupradictis coniecturis, ſi per ſe conſiderentur, ſuos habeant contradictores, ſimul tamen iunctæ procedũt ſine
33 dubio, † *vt tradunt Ruin.conſ.142. num.11.vol. 3.Soc.iun.conſ.110.num.29.vol.3.Cæph.conſ.476. numer.15.Mantic.d. lib.11.tit.3.num.26. Surd.d. conſ.67.num.34. conſ.336. num.4. verſic.2.ite in fin.conſ.344.nu.8.conſ.434.num.19. Pereg. conſil.*

91.num.

91.*num.38.vol.1. Theſ.d. deciſ.96 nu.19. verſ ſu-
praſcriptæ*: Nam,quę non proſint ſingula mul-
ta iuuant, *vt ait Ouid. lib.2. de remed. Am.*

Et, maximè cum hic tractetur de deſcenden
tibus teſtatoris, in quibus leuiores coniecturæ
34 ſufficiunt; † *vt tradunt Theſ. d. deciſ. 96. num.7.
verſ.non erit Craſſ. in §. fideicommiſſum. q. 13.in
fi.Pereg.d.conſ.91. num.34.vol.1.Surd.d.conſ.67.
num.34.conſ.424.num.19.* Quinimo ſine conie-
cturis inducitur vocatio ex ſola poſitione in
35 conditione, † *ſecundum Boer.deciſ.155.num.21.
Soc.iun.conſ.158.num.57. & 69.vol.2. Mantic.d.
lib.11.tit.3.num.1.Craſſ.d.q.13.in fi. Decia.conſil.
28.num.1. vol.2.conſ.9.nu.1.vol.3. Cephal.conſi.
476.num.7.* quod tamen non affirmo, ſed tan-
tum dico concurrentibus coniecturis id proce-
dere ſine dubio.

Et, maximè, quando tractatur de fideicom-
miſſis particularibus prout, videtur tractari in
caſu noſtro: nam in ijs facilius, cenſentur voca
ti filij in conditione poſiti, quam in vniuerſa-
36 libus, † *vt tradunt Iaſ.in l.1.nu. 11.C. de pact. &
in l.pecuniam.35.nu.2.verſ.aduerte tamen.ff.ſi cer.
pet.& conſ.4.nu.5.vol.1. Soc.iun. conſ.158. nu.76.
vol.2.Decia.conſ.41.nu.45.vol.1.*

Quartò principaliter quatenus ſuperiora nō
ſufficerent, adhuc tamen cenſeretur Do. Euſe-
bius grauatus reſtituere filijs ſuis ex alia parte
teſtamenti, in qua teſtator poſtea, quam D. Frā
ciſco ſine liberis decedenti ſubſtituit DD. An-
nam,& Magdalenam, & earum filios, ac filio-
rum filios, aliam fecit ſubſtitutionem his ver-
bis. *Et deficiente linea maſculina in filijs, aut nepo-
tibus vnius prædictarum nob. DD. Annæ, & Mag
dalenæ eius filiarum, eodem lineæ ſic decedenti ſub-
ſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum alte-
ram filiam ſuperſtitem, vel eius filios, aut nepo-
tes maſculos.* Itaque per hæc verba ſubſtituit
lineam D.Magdalenæ, lineæ D. Annæ, & con-
tra. Ex qua ſubſtitutione reſultat inter eos, qui
ſunt de linea grauata reciprocum, & abſolutū
fideicommiſſum, per quod pater cenſetur gra-
37 uatus reſtituere filio, & frater fratri, † *vt in ter-
minis tradunt Ruin.conſ.140.num.9.verſ.cum er-
go.& num.16.verſ.& perinde vol.3.Decia.conſ.28.
nu.16.& ſeqq.vol.2. Surd.conſ.344. nu.16. verſic.
quinimo. Menoc.conſi.1072.nu.13.* nam teſtator
qui tale fecit ſubſtitutionem cēſetur reſpexiſſe
ad omnes deſcendentes D. Annæ,(quippè cu-
ius effectiua linea continet omnes ab ea deſcē-
38 dentes, † *vt tradunt Soc.ſen.in l.Gallus.29.§. quæ
de lege.nu.1.ff.de lib.& poſthu. Ruin.conſ.98.num.
1.vol.1. Roll.conſ.23.num.39.& ſeq.vol.4. Decia.
conſ.28.num.17.vol.2. Menoc. de præſ.lib 4.præſ.
88.num.11.& conſ.785.nu.30. Surd.d. conſ.344.
num.14.* & cenſetur grauaſſe vltimum de tali
linea decedentem ſine maſculis, vt reſtituat
39 ſubſtitutis bona ipſius teſtatoris, † *vt tradunt
Ruin.d.conſ.140.nu.9. verſi.ſi enim.vol.3. Ozaſ.
conſ.74.num.27.in fi.Surd.d.conſ.344. nu.17. cir-
ca med.& Menoc.conſ.1062.nu.4.* Eaque ratione
cenſetur voluiſſe bona ſua peruenire de gradu
in gradum vſque ad vltimum de linea, ad hoc,
vt is poſſit bona ſubſtituto reſtituere iuxta ſuā
diſpoſitionem: alioquin enim niſi tale fidei-
commiſſum inter eos de linea reſultaret, non
poſſet vltimus bona fideicommiſſario reſtitue
re, quia præcedentes tanquam non grauati nō
cogerentur ea ſuis deſcendentibus relinquere,
ſed de ijs poſſint liberè diſponere, & eo modo
voluntas, & diſpoſitio teſtatoris ſui non poſ-
ſet effectum ſortiri. Omnimodo igitur grauan-
do lineam cenſetur in ea fideicommiſſum ab-
ſolutum in caſum mortis cōſtituiſſe, per quod
alter alteri reſtituere rogatus intelligitur. *l.vlt.
C.de verb.ſign.l. cum ita 33.§. in fideicommiſſo.ff.
de leg.2.*

Quintò confirmatur hoc ex eo, quod quan-
do teſtatoris grauamen reſpicit tractum tem-
poris ſucceſſiuum, tunc inter grauatum, & eius
deſcendentes cenſetur inductum fideicōmiſ-
ſum per quod pater filio, & frater fratri cenſe-
tur grauatus reſtituere, vt cum teſtator ait, ſi
Titius deceſſerit ſine deſcēdentibus, ſubſtituo:
nam, quia tale grauamen reſpicit tractum tem
poris ſucceſſiuum propter verbum deſcenden-
tibus, quod refertur ad omnes deſcendentes in
40 infinitum. † *l.liberorum 220.ff.de verb. ſign.l.fin.
C.de ſuis & leg.& tradunt Alex.conſ.160.num.2.
vol.2.Soc.ſen.conſ.51.num.2.vol.4. Decia.conſ.41.
num.1.conſ.102 num.24. vol.2.conſ.44. nu.34. &
49.vol.3.Menoc.conſ.327.num.14.conſ.585.num.
29.Pereg.de fideic.art.19.num.11.* Ideo cenſetur
inter Titium,& omnes eius deſcendentes indu
41 ctum fideicommiſſum abſolutum, † *vt tradūt
Ruin.conſ.108.num.11.vol.2. Pariſ.conſ.37.num.
38.vol 2. Soc. iun.conſ.151. num.6.verſ. item facta
vol.2.conſ.110.num.16. & 35.vol.3. Gabr. conſi.
123.num.20.vol.2. Decia.d. conſ.102. nu.25. vol.
2.d.conſ.44.num.34.verſ.3.vol.3. Men. conſi.904.
num.8. & de præſ. lib.4. præſ. 69.num.11.* In caſu
autem noſtro grauamen teſtatoris ſine dubio
tractum habet temporis ſucceſſiuum, quia te-
ſtator grauauit lineam D. Annæ, cuius nomen
tractum habet ſucceſſiuum,& continet omnes
deſcendentes in infinitum, *vt ſupra dictum eſt*.
Et prætereà adiecit velle ſe, quod huiuſmodi
ſubſtitutio ſit,& eſſe debeat reciproca in prædi
ctis inſtitutis, & prole maſculina DD. Annæ,
& Magdalenæ quæ dictio, proles,& ipſa tractū
habet temporis ſucceſſiuum, & continet om-
42 nes deſcendentes in infinitum. † *l.humanitatis.
9.C.de impub.& al.ſubſt.l.liberorum.220.ff.de ver
bor.ſign.late.Boer.deciſ.356.num.1. Menoc.conſil.
904.num.7.Pereg.conſ.24.num.30. vol.2.* Omni-
modo igitur cenſeri debet inter Annam,& om
nes eius deſcendentes inductum ſimplex, &
abſolutum fideicommiſſum.

Ex his autem facilè eſt reſpondere ad con-
traria. namque ad id, quod dicitur ea verba,
ipſis filijs non exiſtentibus vocare filiorū filios
ad vulgarem non etiam ad fideicommiſſariā
reſpon. Primò rem non carere dubio, quia cō-
trariam ſententiam amplexi ſunt plerique gra
uiſſimi viri, maximè ſtante clauſula, vulgari-
ter, pupillariter,& per fideicommiſſum, *ut oſten
dimus in primo, & ſecundo fundamento.*

Secundò reſpon. poſita etiam contraria ſen
tentia, quæ (vt dixi) receptior eſt, &, meo iudi-
cio verior, filiorum filios vulgariter tantum eſ
ſe ſubſtitutos, quatenus veniunt ex ſubſtitutio-
ne expreſſa. Cæterum quatenus ex tacita reſul-
tante ex coniecturis, & alijs partibus, ac diſpo-
ſitionibus teſtamentarijs, cenſeri ſubſtitutos &
43 per fideicommiſſum, † *ut in ſimilibus terminis
reſpondet Soc.iun.conſ.114.nu.28. verſ. 3. dico vol.
1.& conſ.151.num.8.in fin.vol.2. Decian. conſ.41.
num.57.vol.1.*

Neque obſtat, quod vbi filij in cōditione po-
ſiti ſunt in aliquo caſu expreſsè vocari, etiamſi
per vul-

per vulgarem non cenſentur vocati in ea parte, in qua ſunt poſiti in conditione, quia reſpondeo hoc procedere, niſi in contrarium adſint vehementes, & vrgentes coniecturæ voluntatis teſtatoris, prout adſunt in caſu noſtro: nam tunc verius eſt cenſeri vocatos etiam per fideicommiſſum, cum eo ipſo, quod ſunt ſubſtituti vulgariter, & in alia parte vocati multo facilius cenſeantur ex coniecturis vocati ad fideicommiſſum in ea parte in qua ſunt poſiti
44 in conditione, † *vt tradunt Decian.conſ.44.nume.20.verſic.2.volum.3.& Caphal conſ.476 num. 11.& latius intelligi poteſt ex iis, quæ diximus in tertio fundamento principali in quarta, & quinta coniectura.*

Quod attinet ad ſecundam dubitationem, quia res non eſt difficilis, ideo breuiter cenſeo, non obſtante remiſſione, & renuntiatione facta à patre poſſe D. Io. Thomam bona ſubiecta fideicommiſſo vindicare, quia, cum D. Euſebius eſſet grauatus per fideicommiſſum filio ſuo reſtituere, *vti late demonſtrauimus in præcedenti dubitatione*, non potuit per contractum tranſactionis, & ſic per actum voluntarium fi-
45 deicommiſſario præiudicare. † *l.3. in prin.ff.ad l.falc.l.3.in prin.ff.de tranſ.l.ſi ſuſpecta.29.§.pen.ff. de inoffic.l.a ſententia.5.§.ſi hæres.ff.de appell. Bar. in l.in diem.9.nu.1.ff.de aq.plu.arcen.Alex. in l.ſæpe.63.nu.129.ff.de re iud. Ruin.conſ.19.nu.9.vol. 2.Pariſ.conſ.2.nu.15.vol.3.Pereg.de fideic.art.52. num.81.* Et hoc non obſtante, quod D. Io. Thomas ſit hæres patris, quia, cum ſit hæres cum beneficio inuentarij, ſine dubio non tenetur ſtare facto defuncti, niſi quatenus vires hæredi-
46 tariæ patiuntur, † *vt in ſpecie tradunt Gram.deciſ. 93.nu.10.Gabr.conſ.125.nu.9.vol.1.Pariſ. conſil. 6[illegible].nu.53.vol.3. Men.conſ.89.nu.25.& conſ.203. nu.25.verſ.hanc difficultatem*, & ideo, ſi nihil ſit in hæreditate (quomodo in facto præſupponitur) poterit non obſtante tali renuntiatione bona fideicommiſſo ſubiecta vindicare, quia inuentarij beneficium conſeruat hæredi omnia iura ſua perinde atque ſi hæreditatem non
47 adiſſet, † *vt tradunt glo.& DD.in l.fi.§. in computatione.C.de iur.delib.Soc.iun.conſ.112. nu.12. vol.2. Roll.conſ.63.nu.55.vol.4. Menoc.conſ.203. nu.27.Surd.conſ.63.num.18.conſ.103.num.24.* Et ita in terminis renuntiationis fideicommiſſi factæ à patre, vt non noceat filio hæredi cum be-
48 neficio inuentarij, † *tradit Pereg.de fideic. artic. 52.num.97.*

Concludo igitur D. Io. Thomam tanquam vocatum ex teſtamento D. Io. Stephani poſſe vindicare bona ſubiecta fideicommiſſo, non obſtante patris renuntiatione, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro D. Ioanne Purpurato.

CONSILIVM LI.

ARGVMENTVM.

Seruitutis viæ conceſſio, quando perſonalis, & quando realis ſit, & ad hæredes, & ſucceſſores tranſitoria, Et, an poſſit augeri.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus viæ eſt realis.*
2 *Seruitutes reales ſunt tranſitoriæ ad quoſcunq; rei poſſeſſores.*
3 *Hæres, & ſucceſſor cenſetur nominatus in contractu, præcipuè in ſeruitutibus.* 4. *Declara, vt n.19.*
5 *Seruitus acquiritur prædio non obſtante expreſſione certæ perſonæ, quia cenſetur facta demonſtratiuè.nu.6. Declara, vt nu.12.*
7 *Verba conceſſionis ſeruitutis, vt quis poſſit, vti via referuntur ad factum.*
8 *Seruitus cenſetur perſonalis, ſi conceſſio referatur ad factum, ſi verò referatur ad ius, tunc cenſetur realis.*
9 *Seruitus perſonalis cum perſona extinguitur.*
11 *Facta, quæ ſunt, non tranſeunt ad hæredes.*
13 *Domino ædificij licet facere, quod vult pro ſuo arbitrio, dummodo in alieno nihil faciat inuito domino.num.18.*
14 *Seruitus poteſt augeri intrinſecè ex parte prædij dominantis.*
15 *Seruitutis conſtitutæ modus eſt ſeruandus.*
16 *Seruitus limitata non debet extendi.*
17 *Verba præſentia non extenduntur ad futura in ſingularibus.*
19 *Conceſſio limitata ad præſens non extenditur ad futura.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Viſis, ac diligenter cōſideratis verbis inſtrumenti, quoad primam dubitationem videretur prima facie dicendum, ſeruitutem, qua de agitur, eſſe realem, non perſonalem, quia fuit impoſita ſeruitus viæ, quæ
1 ſui natura eſt realis. † *l.1 ff. de ſeru.l.1.ff. de ſeru. ruſti.prædio.Bar.in l.pater.6.ff.de ſeru.leg.* & conſequenter tranſitoria ad quoſcunque rei poſſeſ-
2 ſores, vt ſunt omnes reales ſeruitutes. † *l.traditio 20.in prin.ff. de acq.rer. dom.l. pecoris. 4.l.cum fundo.36.ff.de ſeru.ruſtic.prædio.l.ſi aquæductus. 47.ff.de contr.empt.& ſcribunt Pariſ.conſ.127.nu. 12.vol.4.Cæpoll.de ſeru.cap.2.nu.13. Surd. conſil. 17. num.14.* Et, quamuis in inſtrumento nō ſit facta mentio hæredum, & ſucceſſorum, ſed ſimpliciter Gaſpardi, non tamen videtur ſequi, ſeruitutem eſſe perſonalem, quia nominato Gaſpardo nominatus quoque cenſetur eius hæ-
3 res, & ſucceſſor. † *l.ſtipulatio iſta habere licere 38. §.ſicut.ff.de verb.obli.l.ſi neceſſarias.8.§. de vendendo.ff.de pign.actio. Bald.in l.1. num.3.C. quor.leg. Dec.conſ.26.nu.2.in fi.& conſ.280.num.[illegible]. Purp.*
4 *conſ.512.nu.2.* præcipuè in ſeruitutibus, † *vt in terminis videtur tex.in l. cum fundo.36.ff. de ſeru. ruſt.prædio.* Nam mens contrahentium videtur
5 fuiſſe, vt ſeruitus acquireretur prædio, † *ſecundū glo. in d.l.cum fundo, in verb.relata eſt*, & perſona cenſetur nominata, vt demonſtraretur, cū quo
6 conuentio fiebat. † *l. iuriſgentium. 7.§. pactorū. ff.de pact.*

Verùm his non obſtantibus puto de iure verius in propoſita ſpecie ſeruitutem eſſe perſonalem, & conſequenter extinctam cum perſona: Pondero enim illa verba inſtrumenti, quibus fuit impoſita ſeruitus, *Hanno accordato, che detto Gaſpardo non poſſi, ne debbi paſſar per la predetta porta, o ſia entrata, & terreno d'eſſo Gioanni Purpurato, etiamdio per quello, che detto Gaſpardo*

pardo hà rimeſſo, & ceduto al detto Gioanni, ſaluo
quando occorrerà, al predetto Gaſpardo vender
qualche vini, & fargli vſcir per l'vſcio fatto &c.
& paulo poſt, *Parimente puotra detto Gaſpardo*
Fornero vſar di detto paſſaggio, &c. quæ verba
conceſſionis referuntur ad factum, non ad ius,
7 vt ſcilicet Gaſpardus poſſit ire. † *l. ſtipulatio iſta.*
38. §. hi qui verſ. cum vero. ff. de verb. obli. §. ſed etiã
factum inſt. de ſtipul. ſeru. quo caſu ſuccedit do-
ctrina *Bar. in l. Lucius 37. nu. 1. ff. de ſeru. ruſt. præ-*
dio. quod vbi verba conceſſionis referuntur ad
factum, vt concedo tibi ire agere licere, ſerui-
tus cenſetur perſonalis, ſecus verò, quando re-
8 feruntur ad ius, vt cõcedo tibi ius eundi, † *Quã*
doctr. ſequuntur idemmet Bar. in l. pater. 6. num. 7.
ff. de ſer. leg. & in d. l. ſtipulatio iſta. 38. §. ſi quis ita.
nu. 5. ff. de verb. oblig. Caſtr. in d. l. Lucius. 37. num.
2. ff. de ſeru. ruſt. prædio. Cæpoll. de ſeruit. vrb. præ-
dio. d. cap. 2. num. 5. per tex. in l. apud Iulianum. 40.
alias eſt l. idem Iulianus 41. §. ſi quis alicui, & ibi
Bart. not. ff. de leg. 1. Cenſetur enim facultas eun-
di conceſſa contemplatione perſonæ, non præ-
dij, quo caſu conceſſio eſt perſonalis, & cum
9 perſona extinguitur. † *l. Mela. 14. §. quidam. ff. de*
alimen. leg. l. pater. 6. ff. de ſeru. leg. l. Lucius. 37. ff. de
ſeru. ruſt. prædio.

Neque obſtat, quod ſeruitus viæ ſit realis, &
tranſitoria, quia reſpondeo in hoc caſu nõ eſſe
conſtitutam ſeruitutem viæ, ſed facultatis eun
di, & tranſeundi, quæ differt à ſeruitute viæ. *d. l.*
pater. 6. Nam tũc dicitur impoſita ſeruitus viæ,
quando verba conceſſionis referuntur ad ius,
non, cum ad factum, *vt declarauit Bar. Caſtr. &*
Cæpoll. in locis præallegatis.

Minus obſtat, quod nominato Gaſpardo cẽ
ſeatur quoq; ſe nominantis eius ſucceſſor, quia
reſpondeo ſimiliter, hoc verum eſſe, quando
verba contractus, & cõceſſionis reſpiciunt ius,
& ſic rem tranſitoriam ad hæredes, ſecus verò,
quando reſpiciunt factum, & ſic rem non tran
10 ſitoriam, † *vt eſt tex. in d. l. ſtipulatio iſta 38. §. hi,*
qui, & ibi Bart. ff. de verb. oblig. quæ enim facti
ſunt non tranſeunt ad hæredes, vel alios ſucceſ
11 ſores. † *l. legatum. 10. ff. de cap. minu. l. cum hæredes.*
23. in prin. ff. de acq. poſſ. l. qui hæredi 44. in prin. ff.
de condi. & demon.

Denique non obſtat. *l. cum fundo,* quia reſpõ
12 deo, ideo † in ſpecie eius legis nominationem
perſonæ non efficere ſeruitutem perſonalem,
quia perſona non fuit nominata in conceſſio-
ne ſeruitutis, ſed in pœnæ appoſitione, *vt ibi*
Bar. declarat: nam ſimpliciter fuit impoſita
ſeruitus aquæducendę, deinde, ſi ſtipulatori nõ
licuiſſet, fuit promiſſa pœna, quo caſu ſtipula-
tio pœnalis tanquam acceſſoria non debet mu
tare principalem conceſſionem. Et ita puto de
iure dicendum in hac prima dubitatione.

Succedit ſecunda, num ſcilicet, dato, quod
ſeruitus eſſet realis, & trãſitoria poſſint ſucceſ
ſores prædicti Gaſpardi aperire nouum hoſtiũ
in ædibus ſuis præter antiquum, ita, vt ad idem
hoſtium habeant eandem ſeruitutem, quam
habent ad vetus, Et videretur dicendum poſſe,
quia, cum ædificium ſit proprium poſſeſſorũ,
13 debet eis licere in ſuo facere pro arbitrio. † *l. ſi-*
cuti. 8. §. Ariſto. ff. ſi ſeru. vind. l. altius. 8. C. de ſeru.
& aq. l. cum eo. 8. l. Imperatores. 13. ff. de ſeru. vrba.
prædio. l. Proculus. 26. ff. de damn. infect. Et, quã-
uis per huiuſmodi aperturam augeatur ſerui-
tus impoſita non tamen eius eſt habenda ra-
tio, cum augmentum ſit intrinſecum non ex-
trinſecum, & ex parte prædij dominantis, non
14 ex parte prædii ſeruientis. † *l. ſi ſeruitus. 22. in*
prin. ff. de ſeru. vrb. præd. & in ſpecie videtur conſuluiſ
ſe Cephal. conſ. 273. nu. 8. & 11.

Verùm his non obſtantibus verius eſt non poſ-
ſe aliud hoſtium aperiri, ita, vt ad id per aream,
& ianuam ſeruientẽ pateat aditus: nam in ſer-
uitutibus ſemper eſt ſpectandus, & ſeruandus
15 modus ſeruitutis conſtitutæ † *l. non modus. 12.*
iuncta glo. de ſeru. & aq. l. ſeruitutes. 4. §. modum. ff.
de ſeru. & ſeruitus limitata non debet extendi,
16 † *vt ſcribit Bald. in d. l. non modus. 12. num. 1. C.*
de ſeruit. In hac autem conceſſione fuit modus
definit, & facta limitatio, in illis verbis, *ſal-*
uo, quando occorrerà al prædetto Gaſpardo ven-
der qualche vini, & fargli vſcir per l'vſcio fatto nel-
l'edificio fatto: nam hæc verba concedunt facul
tatem vẽdi ſeruitute per hoſtium factum, Nõ
igitur per alia, quæ poſtea fient, ad quod pon-
dero *l. ſi ſeruitus. 22. in prin. ff. de ſeru. urb. prædio.*
vbi, ſi ſeruitus ita conſtituatur, *lumina, quæ nũc*
ſunt, vt ita ſint, non pertinet ad lumina futura,
quia verba illa, *ut nunc ſunt,* referuntur ad tem
pus præſens. Simili igitur ratione hæc verba,
per l'uſcio fatto, quia reſpiciunt tempus præſens
non debent extendi ad hoſtia futura: Nam, &
generaliter verba præſentia non extenduntur
17 ad futura in ſingularibus. † *l. ſi ſtipulatus fuerim*
76. §. 1. ubi Bar. not. ff. de uerb. obli. Bar. in l. ult. nu.
3. C. quæ res pign. obl. poſſ.

Neque obſtat, quod liceat vnicuique facere
in ſuo, quia reſpondeo hoc verum eſſe, dum-
modo in alieno nihil faciat inuito domino.
18 † *d. l. ſicuti. 8. §. Ariſto. ff. ſi ſeru. uind.* & hũc vel-
le facere in alieno; quia vult tranſire per ianuã,
& aream alienam ad hoſtium nouum ſine ſer-
uitute: nam, quia ſeruitus impoſita fuit limita-
ta, ideo, quo ad noua hoſtia nulla dicitur eſſe
ſeruitus. *d. l. ſi ſeruitus.*

Minus obſtat *Cephal. conſ. 273.* quia loqui-
tur de conceſſione non limitata, quæ extendi-
tur etiam ad augmentum rei dominantis futu
rum, In caſu autem noſtro conceſſionem fuiſſe
limitatam ad præſens hoſtium, ideoq; non de-
19 bet extendi ad futura. † *Ita diſtinguunt Bald. in*
d. l. non modus. 12. nu. 1. C. de ſeru. & aq. & Ceph. d.
conſ. 273. nu. 15. verſ. quintum. Et ſanè, ſi conceſ-
ſio ita facta fuiſſet, vt liceret Gaſpardo tranſire
per ianuam, & aream ſeruientem ad cellam vi
nariam nõ expreſſis illis verbis, *per l'uſcio fatto,*
quia conceſſio eſſet indefinita, verum eſſet ſer-
uitutem porrigi potuiſſe ad hoſtia futura, ſed,
quia dictum eſt, *per l'uſcio fatto,* non poſſunt
non excludi hoſtia facienda, *ſecundum diſtin-*
ctionem Bald. in d. l. non modus, Et ita iuris eſſe
cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro D. Ioanetta Nicienſi.

CONSILIVM LII.

ARGVMENTVM.

An, & quando tranſactio propter læſionem re-
ſcindi poſſit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Læſio enormiſſima dicitur, quando quis habuit minus triente.*

2 *Remedium l. 2. C. de reſc. vend. locu habet in tranſactione inſpecto dubio litis euentu.*

3 *Dubius litis euentus conſiderari non poteſt in claris verbis teſtamenti.*

4 *Remedium l. 2. C. de reſc. vend. non habere locum in tranſactione plerique cenſuerunt.*

5 *Læſio vltra dimidiam, quando eſt in magno exceſſu fatentur omnes tranſactionem reſcindi.*

6 *Tranſactio reſcinditur propter læſionem enormiſſimam.*

7 *Læſio enormiſſima continet dolum re ipſa.*

8 *Tranſactio reſcinditur propter dolum re ipſa.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

SEcundum ea, quæ proponuntur, puto trāſactionem, qua de agitur, ex capite læſionis poſſe reſcindi: nam etſi teſtator filias ſecundi matrimonij magis, quam primi matrimonij filiam dilexerit, eaq; ratione æqualitatem inter eas ſeruari noluerit contra Iuſtiniani conſilium *in §. illud Auth. de nupt. coll. 4.* tamen ſeruata etiam eius voluntate grauiſſimè læſa fuit in hac tranſactione D. Ioannetta: Nam, cum eſſent numero decem filiæ, & ex iis voluerit teſtator nouem, quas ex ſecundo matrimonio ſuſceperat, 500. florenos monetæ Nicienſis ſingulas præcipere, Ioanettam verò ex priore matrimonio ſuſceptam 80. tantum florenos præcipuos habere, & in ijs perinde haberi, ac ſi 500. percepiſſet, reliquam verò ſubſtantiam inter eas æqualiter diuidi, cōſtat omnem pecuniam, quæ præcipienda fuit aſcendere ad ſummam florenorum 4580. Contra verò vniuerſa hęreditas pręſupponitur fuiſſe valoris florenorum 11500. ex qua ſumma detractis florenis 4580. præcipiendis, æqualiter remanebant inter eas diuidēdi floreni 6920. Itaque ad Ioanettam pertinebant iure teſtamēti floreni 692. Quo fit, vt, cum in tranſactione non habuerit, niſi florenos 200. ſit læſa in florenis 492. & conſequenter enormiſſimè: nam enormiſſima di-
1 citur læſio, cū quis habuit minus triente, † *iuxta doctr. Caſſad. deciſ. 1. num. 1. tit. de empt. & vend. Couar. lib. 2. varia. reſol. c. 4. num. 5. Ant. de Gamm. deciſ. 95. num. 3.* quæ, cum ita ſint, non poteſt, nō eſſe locus reſciſioni: nam, & in contractu tranſactionis locus eſt remedio *l. 2. C. de reſcin. v. n.*
2 ſaltem habita ratione dubij litis euentus, † *ſecundum Bar. in l. ſi quis cum aliter. 36. num. 5. ff. de verb. oblig. & in l. 2. nu. 7. & ibi Cagn. nu. 80. C. de reſc. vend. Fabia. de Mont. de empt. & vend. quęſt. 8. prin. num. 13. Purpu. conſ. 503. num. 1. Beret. conſi. 79. num. 12 ſecundum quam fuiſſe iudicatum atteſtatur Valaſc. deciſ. 18. nu. 7. & eſſe magis communem Ant. de Gamm. deciſ. 110. nu. 15.* qui dubius litis euentus non videbatur in caſu noſtro poſſe conſiderari, quia, cum verba teſtatoris eſſent clara, nullus poterat eſſe dubitationi locus. *l. il-*
3 *le aut ille. 25. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.* † *& in ſimili ſpecie ſcripſit Purp. d. conſ. 503. nu. 1.* Et, quāquam ſupradicta opinio videatur eſſe dubia,
4 cum habeat multos contradictores, † *& in ſpecie Bald. & Alex. in d. l. 2. nu. 3. C. de reſcin. vend. Iaſ. in d. l. ſi quis cum aliter. 36. num. 15. ff. de verbo. oblig. Alcia. in l. quamuis 39. num. 6. C. de tranſact. Ruin. conſ. 132. num. 3. vol. 1. Pariſ. conſ. 96. num. 61. volum. 1. Roll. conſ. 28. num. 25. volum. 4. Affl. deciſ. 220. num. 3. Gramm. deciſ. 66. num. 20. And. Gail. lib. 2. obſ. 70.* tamen in caſu noſtro videtur extra omnem dubitationem, quia, quādo lęſio vltra dimidiam non eſt in modico exceſſu, ſed magno, fatentur omnes reſcindi trāſactionem,
5 † *vti videre eſt apud Cagn. in d. l. 2. num. 80. C. de reſc. vend. Purpur. conſi. 21. num. 7. Beret. conſ. 79. num. 12. Gabr. conſ. 154. num. 48. vol. 1. Ceph. conſ. 648. num. 21. Lud. omnino videndum deciſ. 18. nu. 62. vbi ait cum hac diſtinctione tranſire magis communiter DD. & Surd. conſ. 451. nu. 9. & conſ. 480. num. 13.* Eſt enim læſio hæc enormiſſima, propter quam fatentur omnes eſſe locum reſci-
6 ſioni, † *vt Ceph. conſ. 415. num. 4. & conſ. 643. nu. 17. Beret. conſi. 134. nu. 11. Cauall. in tract. comm. contra comm. q. 72. num. 1. Gramm. deciſ. 66. num. 47. Surd. d. conſ. 451. nu. 9. & d. conſ. 480. num. 13. Mantic. deciſ. 102. num. 1. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem,* ſcilicet, quia læſio enormiſſima
7 continet dolum re ipſa. † *d. l. ſi quis cū aliter. 36. ff. de verb. oblig. l. 2. § circa ff. de dol. exc. Cagn. in d. l. 2. nu. 98. C. de reſc. vend. Beret. d. conſ. 134. nu. 11.*
8 qui tranſactionem omnino reſcindit. † *l. ſi ſuperſtite. 5. C. de dolo.* Et ita iuris eſſe cenſeo, ſalno, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Illuſtriſs. DD. Comitibus Ludouico, & Alexandro Cribellis.

CONSILIVM LIII.

ARGVMENTVM.

AEſtimario bonorum, quomodo hic facienda, & quæ ſint ad eam neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *AEſtimatio bonorum per expertos debet fieri omnium bonorum ſimul, & non ſeparatim, nec debet fieri de ędificis ſeparatim à prædijs, quamuis iudex ſic ſtatuerit num. 2. Sed contra num. 7. & 17.*

3 *AEſtimationi facta per expertos diſcordantes nō eſt ſtandum, ſed nouis expertis res denuo ex officio eſt committenda.*

4 *Expertorum electio fieri debet parte citata aliàs non valet licet fuerit intimata domeſtico, vel colono, cum clauſula decernentes. nu. 5.*

6 *Intimatio facta extra iuriſdictionem delegati non valet.*

7 *AEſtimatio facta ex decreto Senatus, licet experti fuerint a delegato eiuſdem nominati valet.*

8 *Superflua non ſolent, nec debent fieri.*

9 *AEſtimatio facta ab expertis deputatis partibus præſentibus valet abſque citatione.*

10 *Citatio nulla conualeſcit, ſi peruenerit ad notitiā citati, & conſtituit eum verum contumacem. numero 11.*

12 *Citatus nulliter, qui malitiosè, & d ita opera receſſit, ne actus deueniat ad ſui notitiam, non excuſatur.*

Commodum

13 *Commodum ex ſua malitia quis conſequi non debet.*

14 *Æſtimatio iuſta deducitur ex reditibus.*

15 *Æſtimatio, & valor rei iuſtus poteſt teſtibus notas habentibus rei qualitates. probari.*

16 *Æſtimatio probatur inſtrumentis emptionum factarum de recenti de rebus vicinis, & ſimilibus.*

18 *Æſtimatio ſingularum partium ſit minor ſi res conſideretur diuiſa, quam ſi vnita.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

ET ſi res, de qua conſulor, adeo clara ſit, vt non videatur opera mea indigere, ne tamen iuſta petenti meas partes denegare videar, dicam, quam potero, breuiſſimè, quid ſentiam de bonorũ æſtimationibus, de quibus ambigitur.

Dubitatur autẽ, an ſtandum ſit æſtimationi bonorum hæreditariorum Illuſtriſs. Do. Marchionis Ambroſij Antonij factæ ab electis parte Illuſtriſs. DD. Comitum, vel ſaltem ab electis ex officio, an verò ſit procedendum ad nouam æſtimationem.

Videretur autem dicendum eſſe faciendam nouam æſtimationem.

Primò, quia prior æſtimatio non videtur ritè facta, cum experti, tàm à partibus electi, quã ex officio deputati per partes æſtimauerint prædia ſeparando ædificia ab agris, & prata à campis, ac vineis contra expreſſam diſpoſitionem
1 † *l. Meuius 53. §. vlt. ff. fam. ercif.* vbi Bart. not. rem eſſe æſtimandam prout valet vnita, non, prout valet diuiſa, & tradit ẽt *glo. in l. 1. in verb. parte pretij. C. commun. diuid.* vbi ait totũ fundũ debere æſtimari, nõ ſingulas eius partes, *ſequũtur Bar. nu. 3. Bald. nu. 3. Roll. conſ. 71. nu. 16. volu. 3. Surd. conſ. 217, num. 13.* Ideoque non videtur ei ſtandum, maximè cum repugnet conſuetudini, vti probare intendit Do. Marchio: Moris enim eſt, vt habitatione ædificij, & qualitatis poſſeſſionum totius prædij fiat iugerũ æſtimatio, non verò ſeparatim à prædijs æſtimentur ædificia, quippe, quæ prædiorum cauſa con-
2 ſtruuntur. † *l. fundi 8. ff. quib. mod. vſ. amit. l. ſi ita teſtamento. 1 . §. vlt. ff. de fund. inſtr.* & à prædijs ſeparata cenſeantur inutilia.

Et, ſi quis reſpondeat, electos ſecutos eſſe formam ſibi præſcriptam à Perilluſt. D. Delegato, qui ordinauit, vt ſeparatim fieret æſtimatio, videtur poſſe replicari, non idcirco ſtandum eſſe eorum relationi, quia D. Delegatus in hoc grauauit Do. Marchionem, *vt apparet ex d. l. Meuius.* & ideo non malè videtur D. Marchio ad Excellen. Senatum appellaſſe.

Secundo verò multo magis hoc videtur dicẽdum in caſu noſtro, in quo D. Marchio vult probare per teſtes æſtimationem factam ab expertis DD. Comitum, & ab electis ex officio eſſe nimis exceſſiuam, & bona multo minoris eſſe pretij, quam ſit illud, quod ab ijs ſtatutum eſt, adeo vt tali pretio nemo vnquam prædicta bona ſit empturus, quę res, quoniam vergeret in euidens creditorum detrimentum, non videtur admittenda, ne alioquin creditores cogantur iniuſto pretio res hæreditarias in ſolutum accipere contra certiſſimas regulas iuris ciuilis.

Tertiò, cum omnes experti fuerint inter ſe diſcordes, vt apparet ex eorum relationibus, non videtur eorum æſtimationi ſtandum, ſed potius ex officio committendum ab Excellen. Senatu nouis expertis, vt qualitate prædiorum diligenter conſiderata verum, & iuſtum eorũ
3 valorem definiant, † *iuxta tradita per Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 5. num. 16. Hier. Gabr. conſil. 168. q. 8. num. 100. vol. 1. Maſcar. de prob. conclu. 654. num. 16.*

Nec obſtare videtur, quòd iam fuerit hoc ſeruatum à Perilluſt. D. Delegato, qui ex officio deputauit alios æſtimatores, quia videtur poſſe reſponderi talem electionem non eſſe attendendam. Primò, quia nulliter facta fuit, cũ D. Delegatus parte non citata talem fecerit expertorum electionem contra id, quod facere
4 debuerat, † *vt tradunt Bald. in l. hac edictali. 6. §. his illud. num. 4. verſ. ſed nunquid. C. de ſec. nupt. Cagn. in l. 2. num. 260. C. de reſcin. vend. Gabr. d. conſ. 168. quæſt. 8. num. 101. vol. 1.* Et, quamuis fictabili D. Marchionis fuerit facta intimatio, ea tamen nullius videtur fuiſſe momenti, quia fieri non potuit ei, qui nõ erat procurator, nec videtur prodeſſe clauſula, quæ declarat executionem faciendam in perſona fictabilis validam, quia Delegatus à Magiſtratu talem de-
5 clarationem facere non poteſt, † *vt tradit Sola in tit. de citat. gl. vlt. num. 2.* Denique non obſtat, quod fuerit poſtea intimata ipſimet Do. Marchioni, quia cum talis intimatio fuerit facta extra iuriſdictionem Delegati, nempe extra ſtatum Sereniſs. Ducis Sabandiæ, non videtur
6 attendenda. † *l. vlt. ff. de iuriſdict.* Secundò verò, non ſolum electio expertorum fuit ipſo iure nulla, ſed etiam ipſorum æſtimatio multos videtur exceſſus continere: nam, & ipſi ſeparatim à prædijs æſtimarunt ædificia, & ea quidẽ etiam vetera non vno pretio, ſed ad menſurã contra notiſſimam omnium conſuetudinem. Denique, non ſolum æſtimarunt ea, in quibus à partibus electi inter ſe diſſentiebant, ſed etiã ea, in quibus concordabant, quo fit, vt talis æſtimatio non videatur attendenda, ſed iterum potius videatur committendum alijs expertis, vt nouam faciant æſtimationem.

Verùm his non obſtantibus veriùs eſt non eſſe faciendam nouam æſtimationem, ſed eſſe ſtandum relationi, & æſtimationi factæ ab electis ex officio.

Primò, quia talis æſtimatio fuit facta ex decreto Excellentiſs. Senatus, quanquam experti
7 fuerint à D. Delegato nominati. † *l. item eorum 6. §. 1. ff. quod cuiuſque vniu.* nam, cum D. Marchio multas propoſuiſſet querelas contra Do. Delegatum, Senatus Excellẽtiſs. re pleniùs diſcuſſa, & omnibus diligenter examinatis mandauit D. Delegato, vt quibuſcunq; non obſtantibus procederet ad complementum æſtimationis bonorum hæreditariorum, &, ſi à partibus electi inter ſe diſſentirent, alios deputaret ex officio, quorũ ſtaretur relationi, vt apparet ex reſcripto, quod ipſemet Do. Marchio præſentauit, vnde, cum hoc ſeruauerit D. Delegatus, non eſt, quod iterum tractetur de facienda noua æſtimatione, quia alioquin res protenderet in infinitum, & Senatus vteretur actibus ſuperfluis contra id, quod facere ſolet, & debet,
8 † *l. hæc ſtipulatio. 14. §. diuus. ff. vt leg. no. cau. Nat. conſ. 353. num. 2.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, hoc procedere, ſi de-

tè, ſi deputatio fuiſſet facta ſeruatis ſeruandis,
non verò, ſi in ea defectus aliquis conſideretur,
prout videtur conſiderari in caſu noſtro, quia
reſpon. imo factam eſſe ſeruatis ſeruandis: Nã
vnicus, qui allegatur, citationis defectus, non
obeſt in caſu noſtro vti facilè eſt ex iis, quæ ge-
ſta ſunt, intelligere Primum enim D. Marchio
præſentauit D. Delegato reſcriptum Excellen.
Senatus, in quo mandabatur ei, vt diſcordanti-
bus partium expertis alios ipſe nominaret ex
officio, & petijt eius reſcripti obſeruantiam.
Itaq; nõ potuit prætendere iuſtam ignorantiã
eius, quod faciendũ erat. Deinde in executio-
nem eius reſcripti præſente ipſomet Do. Mar-
chione, & eius procuratore ordinauit D. De-
legatus, vt partes ederent nomina ſuſpectorũ
ad hoc, vt non ſuſpectos nominare poſſet, quæ
res ſine dubio excludit neceſſitatem citatio-
nis, quia ſufficit ad validitatem deputationis
9 expertorum ſi partes ſint præſentes, † *vt tradũt
Bart. in l. Theopompus 15. num. 11. ff. de dot. præl.
Bald. in l. hac edictali. 6. § his illud. num. 4. verſ. ſed
nunquid. C. de ſecun. nupt. Felin. in cap. veniens. 1.
col. fin. verſ. 4. extr. de teſtib. Cagn. in l. 2. num. 250.
C. de reſcind. vend. Gabr. conſ. 168. num. 101. vol. 1.*
Præterea, quia D. Marchio ſtatim, atque Do.
Delegatus ordinauit, vt darentur nomina ſu-
ſpectorum, conſulto receſſit, & in aliud domi-
nium cum aduocato, procuratore, & omnibus
domeſticis profectus eſt ad hoc, ne quicquam
ſe abſente peragi poſſet, D. Delegatus non cõ-
tentus prima ordinatione, iterum aſſignauit
partes ad edenda nomina ſuſpectorum infra
diem, & eam aſſignationem intimari iuſſit fi-
ctabili D. Marchionis, qui ſolus ex eius dome-
ſticis in ſtatu Sereniſs Ducis reperiebatur. De-
nique ad tollendam omnem dubitationem ſe
cretarium tranſmiſit ad ipſummet D. Marchio
nem, vt ei notam faceret aſſignationẽ, & hoc
non per modum intimationis, ſed per modum
certiorationis, quæ res, & ipſa ſufficit ad conſti
tuendum eum in vera cõtumacia, etiam ſi in-
timatio facta in perſona fictabilis fuiſſet nul-
la: nam, & citatio nulla conualeſcit, ſi perue-
10 nerit ad notitiam citati, † *vt ſcribunt Boer. q.
235. col. 4. verſ. vnde talis, & Menoch. conſil. 100.
num. 112.* Et verus contumax cenſetur is, qui
11 habuit notitiam citationis. † *clem. cauſam. in
fin. de elect. l. ex conſenſu. 23. § fin. ff. de appell. & ibi
not. Bart num. 1. Idem Bar. in l. 1. § ſi aduerſus in
prin. ff. quand. app. ſit, & in l. fin. num. 11. verſ. qui-
dam eſt fictus. ff. de in int. reſt. Alex. in l. properan-
dum. 11. § ſin autem reus. num. 10. C. de iud. Roll.
conſ. 47. num. 22. & ſeqq. vol. 2. Theſ. decif. 265. nu.
5. Viu. decif. 138. num. 41.* Non eſt igitur, quod
citationis defectus allegetur ſtante ſcientia D.
Marchionis, & multiplicata notificatione, ma
xime cum appareat eum data opera receſſiſſe,
ne D. Delegatus poſſet exequi, quod in reſcri-
pto fuerat ei commiſſum, & ea ratione non de-
12 beat excuſari. † *l. 3. C. fin. reg. & in terminis Gab.
in tit. de citat. concl. 1. num. 299.* ne alioquin ſen-
13 tiat commodum ex ſua malitia † *contra. l. 1. in
prin. ff. de dol. l. ſed etſi. 11. § interdum. ff. ad exhib.*

Secundò verò multo magis ſtãdum eſt æſti-
mationi factæ ab electis ex officio, quod ea cõ
gruit redditibus bonorum æſtimatorũ, ex qui-
bus iuſtum prædiorum pretium deduci ſolet.
14 † *l. ſi fundum per fideicommiſſum. 94. ff. de leg. 1. l.
ſi quos 16. & ibi glo. in verb. æſtimetur, & Bar. nu.
1. C. de reſcin. vend. Marc. q. 48. num. 2. & 8. Gab.
conſi. 168. q. 8. num. 114. vol. 1. Maſcard. de probat.
conclu. 652. num. 1. Caph. conſi. 196. nu. 44. & conſ.
719. num. 15.* Nam, ſi hæc bona, vt potè immu-
nia æſtimentur habita ratione quatuor pro cẽ-
tum, prout eſſe æſtimanda conſtat ex conuen-
tione partium facta in inſtrumẽto tranſactio-
nis, eorum pretium, vel erit ſimile, vel maius
eo, quod ab æſtimatoribus definitum eſt, cum
alioquin ſecundum intentionem D. Marchio
nis, & æſtimationem factam ab eius experto
ratio ſit habita octo, vel decem pro quolibet
centenario.

Tertiò, vel eo magis hoc eſt dicendum in ca
ſu noſtro, in quo talis æſtimatio corroboratur
dictis teſtium de valore bonorum deponen-
tium, & inſtrumentis emptionum aliorum præ
diorum, quæ ſunt iis, de quibus agitur vicina, &
oneribus ſuppoſita, cum alioquin hæreditaria
ſint immunia, & tamen fuerunt vendita recen
ter maiore pretio, quam ſit valor ab electis ex
officio definitus. Quo fit, vt eorum æſtimatio
non debeat cenſeri exceſſiua, quomodo arbi-
tratur D. Marchio, quia iuſtus rei valor poteſt
etiam probari teſtibus notas habentibus rei
15 qualitates, † *vt tradunt late Cagn. in d. l. 2. num.
225. C. de reſc. vend. & Maſcard. concl. 657.* & in-
ſtrumẽtis emptionum factarum de recenti de
16 rebus vicinis, & ſimilib. † *vt poſt glo. in d. l. 2. in
verb. iudicis verſ. dic ergo. C. de reſc. vend. tradunt
ibi Bar. num. 19. Cagn. num. 233. & alij communi-
ter Natt. conſ. 353. num. 3. Decia. conſ. 47. num. 52.
vol. 4. Caph. conſ. 261. num. 16. Surd. conſ. 181. nu.
21. Marc. decif. 484. num. 2. & 25. Borgn. decif. 462.
num. 186. & ſeqq. part 3. Viu. decif. 70. num. 6. &
8. in fin.*

Quartò, & vltimò, ideo non eſt iterum ordi-
nanda noua æſtimatio, quia, cum iam fuerint
publicatæ, & diduſcitæ atteſtationes eorum, à
quibus D. Delegatus ex officio ſe ſe informa-
uit, & ferè omnes illi ſint ſubditi D. Marchio-
nis, ſubeſt maximus ſubornationis timor, qui
magnum afferre poſſet DD. Comitibus detri-
mentum.

Neque obſtant contraria, & primò non ob-
ſtat, quod æſtimatio facta ſit ſeparatim, & ſic mi
nus legitimè, quia primo reſpondeo, imò po-
tuiſſe ita fieri: nam prædiorum æſtimatio non
ſolum vniuerſaliter fieri poteſt, ſed etiam par-
17 ticulariter, † *vt tradunt Bart. in l. ſi ex falſis. 42.
num. 11. C. de tranſ. Natt. conſ. 480. num. 4.* quia,
ſiue vno modo, ſiue alio fiat, reincidit res in
idem: nam, quando fit particulariter ſolent
æſtimatores ſeparatim habere rationem cuiuſ-
libet partis rei ſecundum ſuam bonitatem, quæ
in vno, eodemque prædio poteſt eſſe varia pro
varietate partium. Itaque, verbi gratia, partium
ſterilium iugera minus æſtimabunt, quam iuge
ra partium fertilium, ſi verò vniuerſaliter fiat
æſtimatio, tunc fertilium iugera minus iuſto,
ſterilium plus æſtimabunt, vt illorum vbertas
cum horum ſterilitate compenſetur. Et ſimili
ratione, ſi ſeparatim ab agris æſtiment ædifi-
cium, iuſtum definient ſingulorum iugerum
valorem, quod ſi includant ædificium iugera
plus æſtimabũt: Debet enim valor ædificij cõ-
prehendi in iugerum taxatione, cum vniuer-
ſaliter fit æſtimatio.

Neque obſtat *l. Mænius*. quia reſpon. non
hunc eſſe ſenſum eius legis, quaſi dicat prædiſi.
non

non poſſe æſtimari per ſingulas partes: nam verius eſt, id fieri poſſe, dummodo æſtimentur omnes partes, & ſic totum prædium, ſed hoc dicere, eas partes non eſſe æſtimandas, quatenus valent diuiſæ, ſed, quatenus vnitæ, vt puta, ſi prædium habeat prata, campos, & vineas, debent prata æſtimari, quantum valent vnita, & coniuncta cum cæteris partibus eius prædij, non, quantum valerent, ſi eſſent ſola, & ſeparata: nã minor fit æſtimatio ſingularum partium, ſi cõ-
18 ſiderentur diuiſæ, quã, ſi vnitæ, † *vt not. in l. Mæuius. 60. § in fundo. ff. de leg. 2. & declarat gl. in d. l. 1 in verb. parte pretij, quam ibi ait eſſe mentis tenendam Bar. nu. 3. & probant etiam Bald. nu. 3. Roll. conſ. 71. num. 17. vol. 3.* Quinimo arguẽdo à ceſſante ratione, ſi per partes ideo fieri nõ poteſt æſtimatio, quia minus valet pars à toto ſeparata, quam vnita, ſequitur in caſu noſtro nõ procedere diſpoſitionem *l. Mæuius*, quia per ſeparationem minor non fit æſtimatio, ſed potius (ſi credimus D. Marchioni) maior. quanquam verè ſit eadem, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Secundò reſpon. dato citra veri præiudiciũ, quòd regulariter eſſet facienda æſtimatio coniunctim, non ſeparatim, debere tamẽ limitari in caſu noſtro, in quo multa ſunt, quæ ſuadent contrarium: Primum enim, cum ex creditoribus hæreditarijs multi ſint, quibus leues ſummæ debentur, & quorum ſingulorum creditũ, non, niſi valorem vnius, aut duorum iugerum abſorbere poteſt, niſi ſeparatim facta eſſet ſingulorum iugerum æſtimatio habita ratione qualitatis cuiuſq; partis, neceſſariò debuiſſent in ſatisfactione quotidie fieri nouæ ęſtimationes cum magno hęreditatis diſpendio, cui ſine dubio occurritur per ſingularem rerum, & partium omnium ęſtimationem. Deinde verò, cũ in ædificijs multa facta ſint à defuncto melioramenta, quæ ſunt hęreditaria, non ſuppoſita primogenituræ, ſed ęqualiter inter fratres diuidenda, niſi ſeparatim, & ſingulariter, eſſet facta ædificiorum æſtimatio, cogerentur iterum hæredes cum magno ſumptu eorundem ęſtimationem repetere. Deniq; poſtulat id ipſum paupertas loci, in quo ſita ſunt p̃dia: nec enim reperietur, qui prędium integrũ ſit emptutus, vti ex varijs notariorum protocollis facilè potuit D. Delegatus intelligere.

Tertiò, & vltimò reſp. formam hanc ęſtimationis ſeparatim faciendæ fuiſſe à D. Marchione probatam, quia, licet initio proteſtatus eſſet, ſe non conſentire, verè tamẽ poſtea conſenſit, maximè eo ipſo, quod nouiſſimè petijt confirmari ęſtimationem factam à ſuo experto, qui & ipſe ſeparatim ęſtimauit. Nec ei prodeſt declaratio, ſiue, vt verius loquar, reuocatio poſtea facta, quia, cum prius fuerit in hac parte à D. Comite acceptata talis petitio, non potuit deinde reuocari.

Secundò non obſtat, quod ęſtimatio ſit nimium exceſſiua, & creditoribus damnoſa, quia reſpon. negando exceſſum, cum verius ſit, cõtinere verum, & iuſtum rei valorem, vti ex his, quæ dicta ſunt in ſecundo, & tertio fundamento intelligitur. Et, quod attinet ad intereſſe creditorum, præter id, quod verè non poſſunt dici grauari per talem ęſtimationem, tanquam iniuſtam; occurſum eſt etiam huic rei per oblationem factam à D. Comite, qui obtulit ſe paratum intra congruum tempus ſatisfacere quibuſcunque creditoribus hæreditarijs, dummodo dentur ei bona in ſolutum iuxta æſtimationem factam ab expertis electis ex officio.

Tertiò non obſtat, quod experti ſint inter ſe diſcordes, & ideo ſit iterum alijs ex officio cõmittenda æſtimatio, quia reſpon. iam ex decreto Senatus Excellentiſs. hoc factum eſſe, ideoque non eſſe iterum faciendum, ſecundum ea, quæ diximus in primo fundamento, vbi demõſtrauimus deputationem expertorum non eſſe nulliter factam, & abundè ſatisfecimus ijs, quę in contrarium allegantur.

Neque obſtat, quod tales ex officio deputati multos commiſerint exceſſus, quia negatur hoc in facto. nec enim exceſſus eſt in eo, quod & ipſi bona ſeparatim æſtimarint, ſecundum ea, quæ ſupradicta ſunt, minus in eo, quod ad menſuram æſtimauerint ædificia, quia id factũ eſt propter melioramenta, quæ remanẽt in hęreditate, & quorum pretium ſciri non poſſet, niſi eo modo facta fuiſſet æſtimatio. Denique non continetur exceſſus in eo, quod æſtimarũt etiam ea, in quibus à partibus electi concordabant, quia, & id ſumma cum ratione factum eſt: nam, cum D. Marchio diceret talem ęſtimationem etiam concordi voto factam eſſe nimis exceſſiuam, & ideo ſe nolle ei ſtare, neceſſariò debuerunt electi ex officio declarare, vtrum eſſet exceſſiua, nec ne, & ideo rectè votum ſuum etiam ſuper hac parte protulerunt.

Ex quibus omnibus concludo ſtandum eſſe æſtimationi factæ ab electis ex officio, non verò procedendum ad nouam æſtimationem, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Domina Hyeronima Comba Pinarolienſi.

CONSILIVM LIIII.

ARGVMENTVM.

Renunciatio an, & quando excludat filiam à legitima, & eius ſupplemento.

SVMMARIVM.

1 *Legitima eſt pars ſucceſſionis ab inteſtato.*
2 *Legitima non debetur ei, qui ab inteſtato ſuccedere non poteſt.*
3 *Renunciatio viuo patre cum iuramento facta filiam ab inteſtati ſucceſſione excludit, & per conſequẽtias a legitima, & eius ſupplemento, & nu. 4.*
5 *Diſpoſitio l. ſi quando 35. §. & generaliter. C. de inoffic. teſt. procedit, quando renunciatio fit poſt mortem patris, non vero, quando eo viuo cum iuramento.*
6 *Renunciatio facta à filia viuo patre, & cum iuramento, reſcindi poteſt ob enormiſſimam læſionem. Limita, vt nu. 7.*
8 *Filia, quæ renunciationem impugnat, id facit eo prætextu, quod renunciatio facta ſit mediante dote, quæ non erat congrua, cũ in ea fuerit enormiſſime læſa.*

9 *Læſio*

lib. 7 tit. 2. num. 12. Odd. conſi. 60. num. 24. Deinde mouentur, quia fauorabilior eſt falcidia, quam trebellianica, quod argumentum, quam ſit leue, nemo eſt, qui non videat: nam, vbi de extẽſione à falcidia ad trebellianicam diſputatur, non poteſt fieri argumentũ etiam ex maioritate rationis, vt tradunt omnes, qui negant filiũ amittere trebellianicam propter non confectum inuentariũ; Alioquin enim ſequeretẽ illud abſurdum, ꝙ filius, qui non obſtante ommiſſione inuentarii poteſt detrahere trebellianicam, poſſit etiam detrahere falcidiam tanquã fauorabiliorẽ contra receptiſſimam DD. ſententiam; de qua diximus in quarto fundamento.

Deniq; mouentur, quia alioquin daretur patri occaſio fraudandi filiũ relinquẽdo fideicõmiſſa particularia. Sed, qui facultate ſibi à lege
48 data vtitur, non dicitur facere fraudem. † *l. cũ pater, 79. §. 11. 10, ff. de leg. 2.* Et, ſi pater põt, relicta filio legitima, totũ patrimonium in extra-
49 neum conferre. *l. parentib. 8. C. de inoff.* cur dicetur facere fraudem, ſi relinquat multa fideicõmiſſa particularia, & prohibeat falcidiam?

Præter hæc Odd. qui in contrarium allegatur, ideo cenſet, non poſſe falcidiam prohiberi, quia ſequitur opinionẽ exiſtimantiũ non poſſe ſimul detrahere, & legitimã, & falcidiã, qua poſita rectè vr̃ loqui: nam, ſi pater prohiberet falcidiam, videretur prohibere legitimã, quod iniquiſſimum eſſet. Cæterũ poſito, quòd duas detrahat quartas contrarium innuit eſſe verius, *vti videre eſt apud eum in d. conſil. 8. num. 15. & 16.*

Tertiò reſpondeo dato, ꝙ falcidiã, vel non eſſet prohibita, vel prohiberi nõ poſſet, adhuc tamen cenſeri amiſſam propter ommiſſionem inuentarii, *ſecundum ea, quæ diximus in quarto fundamento.*

Neque obſtat, quod factum ſit inuentarium tutelare quod videtur ſufficere, quia reſpõdeo imò requiri inuentarium legale, vt falcidia nõ
50 amittatur. † *d. §. ſi vero non fecerint, & tradunt Bart. Alex. & alij in l. ratione. 11. §. quod vulgo. ff. ad l. falc.*

Neque obſtat authoritas eorum, qui tradunt ſufficere ſimplicem bonorum deſcriptionem, vt quis non amittat quartam, quia reſpondeo, loqui eos de quarta trebellianica, quæ ſecundum receptiorem ſententiã non amittitur non confecto inuentario: Et dato, quod amitteretẽ, id tamen procederet, ſi nulla prorſus eſſet facta deſcriptio bonorum. Cæterum in falcidia ſecus eſt, quia, quoad creditores, legatarios, & fideicommiſſarios particulares, ad quos pertinet falcidia, non ſufficit talis deſcriptio, ſed re-
51 quiritur inuentarium legale: † *vt in terminis diſtinguendo declarat Pereg. d. art. 3. nu. 75.*

Neque obſtat, quod hoc inuentarium fuerit factum ab vno ex fideicommiſſarijs, quia reſpondeo, nil inde ſequi: nam hoc inuẽtarium probat, quid fuerit in hæreditate, ſed nõ tribuit hæredi iura inuentarij legalis, ideſt falcidiam,
52 & ne teneatur vltra vires hæreditarias, † *vt tradunt DD. in d. §. quod vulgo:* Nam pœnæ ommittentis inuentarij legalis confectionem locum habent, etiamſi conſtet de quantitate bo-
53 norum defuncti, † *vti tradit Peregr. in d. art. 3. num. 75.*

Non obſtat, quod huius inuentarij legalis omiſſio prouenerit ex culpa tutoris, eiuſdemque fideicommiſſarii, quia reſpondeo primo, nullam in hoc poſſe tutoris culpam conſiderari, quia, cum tutor ſciret ampliſſimum eſſe patrimonium defuncti, non debuit onerare pupillum impenſis inuentarij legalis, quæ non po-
54 terant non eſſe magnæ, † *vt in ſpecie de tutore ſcribit Alexand. in dict. §. quod vulgo, numero decimoſeptimo.*

Secundo reſpondeo dato citra veri præiudicium, quod aliqua tutoris culpa conſiderari poſſet, eam tamen fuiſſe ſublatam per poſteriorem culpam ipſius heredis, qui poſtea quam peruenit ad legitimam ætatem, & declarauit, ſe velle eſſe hæredem patris, non fecit inuentarium, quod facere debebat, & poterat: Itaque poſterior hæc culpa nocere ei debet, & per eam cenſeri debet ſublata præcedens culpa tutoris; maximè cum talis tutoris culpa veniret in actionem tutelæ, quæ per ſubſecutam quittationem fuit extincta, ideoque de ea non ſit amplius in hac potiſſimum fideicommiſſi cauſa ſeparata, atque diſtincta diſputandum.

Minus obſtat, quod inuentarii omiſſio non excludat filium à legitima, quia, præter id, quod hoc videtur intelligendum reſpectu fideicommiſſarii vniuerſalis, non particularis, *vti diximus in primo fundamento legitimæ*, reſpondeo primo legitimam cenſeri amiſſam propter approbationem factam à filio, quæ in hoc caſu dici debet ſpecialis, non generalis, aut ſaltem debet cenſeri iure ſpecialis approbationis, *ſecundum ea, quæ diximus in ſecundo fundamento.*

Secundo reſpondeo dato etiam, quod non ſufficeret hæc approbatio, adhuc tamen ceſſare legitimam propter fructus ex reliquis bonis perceptos, & percipiendos, quos ex communiori ſententia, vel reſtituere debet, vel imputare, *vti dictum eſt in tertio fundamento.*

Denique non obſtat, quod de particularibus fideicommiſſis, ſaltem in ſubſidium legitima detrahatur, quia reſpondeo id procedere dato, quod detrahi poſſet: nam adhuc prius eſſet facienda detractio de fideicommiſſo vni-
55 uerſali, & in ſubſidium de particularibus † *vt declarat Soc. iun. conſ. 40. nu. 22. verſi. ſed illud volum. 3.* Cæterum poſito, quod eam detrahere non poſſit, prout verius eſſe ſupra demonſtrauimus, non erit diſputandum, an principaliter, an vero in ſubſidium de particularibus eam detrahere poſſit. Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Illuſtr. D. Auditore Oddono Boſchi.

CONSILIVM LVIII.

ARGVMENTVM

An, & quando verba enuntiatiua inducant diſpoſitionem, Et, an, & quando annua prouiſſio cenſeatur realis, & ad hæredes tranſitoria, Et, an, & quando iuramentum ſuppleat defectum inſinuationis.

non poſſe æſtimari per ſingulas partes: nam verius eſt, id fieri poſſe, dummodo æſtimentur omnes partes, & ſic totum prædium, ſed hoc dicere, eas partes non eſſe æſtimandas, quatenus valent diuiſæ, ſed, quatenus vnitæ, vt puta, ſi prædium habeat prata, campos, & vineas, debent prata æſtimari, quantum valent vnita, & coniuncta cum cæteris partibus eius prædij, non, quantum valerent, ſi eſſent ſola, & ſeparata: nã minor fit æſtimatio ſingularum partium, ſi cõ-
18 ſiderentur diuiſæ, quã, ſi vnitæ, † *vt not. in l. Meuius. 64. § in fundo. ff. de leg. 2. & declarat gl. in d. l. in verb. parte pretij, quam ibi ait eſſe mẽtis tenendam Bar. nu. 3. & probant etiam Bald. nu. 3. Roll. conſ. 71. num. 17. vol. 3.* Quinimo arguẽdo à ceſſante ratione, ſi per partes ideo fieri nõ poteſt æſtimatio, quia minus valet pars à toto ſeparata, quam vnita, ſequitur in caſu noſtro nõ procedere diſpoſitionem *l. Meuius*, quia per ſeparationem minor non fit æſtimatio, ſed potius (ſi credimus D. Marchioni) maior, quanquam verè ſit eadem, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Secundò reſpon. dato citra veri præiudiciũ, quòd regulariter eſſet facienda æſtimatio coniunctim, non ſeparatim, debere tamẽ limitari in caſu noſtro, in quo multa ſunt, quæ ſuadent contrarium: Primum enim, cum ex creditoribus hæreditarijs multi ſint, quibus leues ſummæ debentur, & quorum ſingulorum creditũ, non, niſi valorem vnius, aut duorum iugerum abſorbere poteſt, niſi ſeparatim facta eſſet ſingulorum iugerum æſtimatio habita ratione qualitatis cuiuſq; partis, neceſſario debuiſſent in ſatisfactione quotidie fieri nouæ ęſtimationes cum magno hęreditatis diſpendio, cui ſine dubio occurritur per ſingularem rerum, & partium omnium ęſtimationem. Deinde verò, cũ in ædificijs multa facta ſint à defuncto melioramenta, quæ ſunt hęreditaria, non ſuppoſita primogenituræ, ſed ęqualiter inter fratres diuidenda, niſi ſeparatim, & ſingulatiter, eſſet facta ædificiorum æſtimatio, cogerentur iterum hæredes cum magno ſumptu eorundem ęſtimationem repetere. Deniq; poſtulat id ipſum paupertas loci, in quo ſita ſunt p̃dia: nec enim reperietur, qui pręedium integrũ ſit empturus, vti ex varijs notariorum protocollis facilè potuit D. Delegatus intelligere.

Tertiò, & vltimo reſp. formam hanc ęſtimationis ſeparatim faciendæ fuiſſe à D. Marchione probatam, quia, licet initio proteſtatus eſſet, ſe non conſentire, verè tamẽ poſtea conſenſit, maximè eo ipſo, quod nouiſſimè petijt confirmari ęſtimationem factam à ſuo experto, qui & ipſe ſeparatim ęſtimauit. Nec ei prodeſt declaratio, ſiue, vt verius loquar, reuocatio poſtea facta, quia, cum prius fuerit in hac parte à Do. Comite acceptata talis petitio, non potuit deinde reuocari.

Secundò non obſtat, quod ęſtimatio ſit nimium exceſſiua, & creditoribus damnoſa, qa reſpon. negando exceſſum, cum verius ſit, cõtinere verum, & iuſtum rei valorem, vti ex his, quæ dicta ſunt in ſecundo, & tertio fundamento intelligitur, Et, quod attinet ad intereſſe creditorum, præter id, quod verè non poſſunt dici grauati per talem ęſtimationem, tanquam iniuſtam, occurſum eſt etiam huic rei per oblationem factam à D. Comite, qui obtulit ſe paratum intra congruum tempus ſatisfacere quibuſcunque creditoribus hæreditarijs, dummodo dentur ei bona in ſolutum iuxta æſtimationem factam ab expertis electis ex officio.

Tertiò non obſtat, quod experti ſint inter ſe diſcordes, & ideo ſit iterum alijs ex officio cõmittenda æſtimatio, quia reſpon. iam ex decreto Senatus Excellentiſs. hoc factum eſſe, ideoque non eſſe iterum faciendum, ſecundum ea, quæ diximus in primo fundamento, vbi demõſtrauimus deputationem expertorum non eſſe nulliter factam, & abundè ſatisfecimus iis, quę in contrarium allegantur.

Neque obſtat, quod tales ex officio deputati multos commiſerint exceſſus, quia negatur hoc in facto: nec enim exceſſus eſt in eo, quod & ipſi bona ſeparatim æſtimarint, ſecundum ea, quæ ſupradicta ſunt, minus in eo, quod ad menſuram æſtimauerint ædificia, quia id factũ eſt propter melioramenta, quæ remanẽt in hęreditate, & quorum pretium ſciri non poſſet, niſi eo modo facta fuiſſet æſtimatio. Denique non continetur exceſſus in eo, quod æſtimarũt etiam ea, in quibus à partibus electi concordabant, quia, & id ſumma cum ratione factum eſt: nam, cum D. Marchio diceret talem ęſtimationem etiam concordi voto factam eſſe nimis exceſſiuam, & ideo ſe nolle ei ſtare, neceſſariò debuerunt electi ex officio declarare, vtrum eſſet exceſſiua, nec ne, & ideo rectè votum ſuum etiam ſuper hac parte protulerunt.

Ex quibus omnibus concludo ſtandum eſſe æſtimationi factæ ab electis ex officio, non verò procedendum ad nouam æſtimationem, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Domina Hyeronima Comba Pinarolienſi.

CONSILIVM LIIII.

ARGVMENTVM.

Renunciatio an, & quando excludat filiam à legitima, & eius ſupplemento.

SVMMARIVM.

1 *Legitima eſt pars ſucceſſionis ab inteſtato.*
2 *Legitima non debetur ei, qui abinteſtato ſuccedere non poteſt.*
3 *Renunciatio viuo patre cum iuramento facta filiam abinteſtati ſucceſſione excludit, & per conſequẽtias a legitima, & eius ſupplemento, & nu. 4.*
5 *Diſpoſitio l. ſi quando 35. §. & generaliter. C. de inoffic. teſt. procedit, quando renunciatio fit poſt mortem patris, non vero, quando eo viuo cum iuramento.*
6 *Renunciatio facta à filia viuo patre, & cum iuramento, reſcindi poteſt ob enormiſſimam læſionem. Limita, vt nu. 7.*
8 *Filia, quæ renunciationem impugnat, id facit eo prætextu, quod renunciatio facta ſit mediante dote, quæ non erat congrua, cũ in ea fuerit enormiſſime læſa.*

lib. 7 tit. 2. num. 12. Odd. conſi. 60. num. 24. Deinde
mouentur, quia fauorabilior eſt falcidia, quam
trebellianica, quod argumentum, quam ſit le-
ue, nemo eſt, qui non videat: nam, vbi de extē
ſione à falcidia ad trebellianicam diſputatur,
non poteſt fieri argumentū etiam ex maiorita
te rationis, vt tradunt omnes, qui negant filiū
amittere trebellianicam propter non confe-
ctum inuentariū; Alioquin enim ſequeretᷣ il-
lud abſurdum, ꝙ filius, qui non obſtante om-
miſſione inuentarij poteſt detrahere trebellia-
nicam, poſſit etiam detrahere falcidiam tan-
quã fauorabiliorē contra receptiſſimam DD.
ſententiam; de qua diximus in quarto funda-
mento.

Deniq; mouentur, quia alioquin daretur pa
tri occaſio fraudandi filiū relinquẽdo fideicō-
miſſa particularia. Sed, qui facultate ſibi à lege
48 data vtitur, non dicitur facere fraudem. † *l. cū
pater, 79. §. 1. 1. 10, ff. de leg. 2.* Et, ſi pater pōt, reli-
cta filio legitima, totū patrimonium in extra-
49 neum conferre. *l. parentib. 8. C. de inoff.* cur dice-
tur facere fraudem, ſi relinquat multa fideicō-
miſſa particularia, & prohibeat falcidiam?

Præter hæc Odd. qui in contrarium allega-
gatur, ideo cenſet, non poſſe falcidiam prohi-
beri, quia ſequitur opinionē exiſtimantiū non
poſſe ſimul detrahere, & legitimā, & falcidiā,
qua poſita rectè vī loqui: nam, ſi pater prohi-
beret falcidiam, videretur prohibere legitimā,
quod iniquiſſimum eſſet. Cæterū poſito, quòd
duas detrahat quartas contrarium innuit eſſe
verius, *vti videre eſt apud eum in d. conſil. 8. num.
15. & 16.*

Tertiò reſpondeo dato, ꝙ falcidià, vel non
eſſet prohibita, vel prohiberi nō poſſet, adhuc
tamen cenſeri amiſſam propter ommiſſionem
inuentarij, *ſecundum ea, quæ diximus in quarto
fundamento.*

Neque obſtat, quod factum ſit inuentarium
tutelare quod videtur ſufficere, quia reſpōdeo
imò requiri inuentarium legale, vt falcidia nō
50 amittatur. † *d. §. ſi vero non fecerint, & tradunt
Bart. Alex. & alij in l. ratione. 11. §. quod vulgo.
ff. ad l. falc.*

Neque obſtat authoritas eorum, qui tradunt
ſufficere ſimplicem bonorum deſcriptionem,
vt quis non amittat quartam, quia reſpondeo,
loqui eos de quarta trebellianica, quæ ſecun-
dum receptiorem ſententiā non amittitur non
confecto inuentario: Et dato, quod amitteretᷣ,
id tamen procederet, ſi nulla prorſus eſſet facta
deſcriptio bonorum. Cæterum in falcidia ſe-
cus eſt, quia, quoad creditores, legatarios, & fi-
deicommiſſarios particulares, ad quos perti-
net falcidia, non ſufficit talis deſcriptio, ſed re-
51 quiritur inuentarium legale: † *vt in terminis
diſtinguendo declarat Pereg. d. art. 3. nu. 75.*

Neque obſtat, quod hoc inuentarium fuerit
factum ab vno ex fideicommiſſarijs, quia re-
ſpondeo, nil inde ſequi: nam hoc inuētarium
probat, quid fuerit in hæreditate, ſed nō tribuit
hæredi iura inuentarij legalis, ideſt falcidiam,
52 & ne teneatur vltra vires hæreditarias, † *vt tra
dunt DD. in d. §. quod vulgo:* Nam pœnæ om-
mittentis inuentarij legalis confectionem lo-
cum habent, etiamſi conſtet de quantitate bo-
53 norum defuncti, † *vti tradit Peregr. in d. art. 3.
num. 75.*

Non obſtat, quod huius inuentarij legalis
omiſſio prouenerit ex culpa tutoris, eiuſdem-
que fideicommiſſarij, quia reſpondeo primo,
nullam in hoc poſſe tutoris culpam conſiderari,
quia, cum tutor ſciret ampliſſimum eſſe pa-
trimonium defuncti, non debuit onerare pu-
pillum impenſis inuentarij legalis, quæ non po
54 terant non eſſe magnæ, † *vt in ſpecie de tutore
ſcribit Alexand. in dict. § quod vulgo, numero deci-
moſeptimo.*

Secundo reſpondeo dato citra veri præiudi-
cium, quod aliqua tutoris culpa conſiderari
poſſet, eam tamen fuiſſe ſublatam per poſte-
riorem culpam ipſius heredis, qui poſtea quam
peruenit ad legitimam ætatem, & declarauit,
ſe velle eſſe hæredem patris, non fecit inuenta-
rium, quod facere debebat, & poterat: Itaque
poſterior hæc culpa nocere ei debet, & per eam
cenſeri debet ſublata præcedens culpa tutoris;
maximè cum talis tutoris culpa veniret in a-
ctionem tutelæ, quæ per ſubſecutam quittatio-
nem fuit extincta, ideoque de ea non ſit am-
plius in hac potiſſimum fideicommiſſi cauſa
ſeparata, atque diſtincta diſputandum.

Minus obſtat, quod inuentarij omiſſio non
excludat filium à legitima, quia, præter id, quod
hoc videtur intelligendum reſpectu fideicom-
miſſarij vniuerſalis, non particularis, *vti dixi-
mus in primo fundamento legitimæ*, reſpondeo
primo legitimam cenſeri amiſſam propter ap-
probationem factam à filio, quæ in hoc caſu
dici debet ſpecialis, non generalis, aut ſaltem
debet cenſeri iure ſpecialis approbationis, *ſe-
cundum ea, quæ diximus in ſecundo fundamento.*

Secundo reſpondeo dato etiam, quod non
ſufficeret hæc approbatio, adhuc tamen ceſſa-
te legitimam propter fructus ex reliquis bonis
perceptos, & percipiendos, quos ex communio
ri ſententia, vel reſtituere debet, vel imputare,
vti dictum eſt in tertio fundamento.

Denique non obſtat, quod de particulari-
bus fideicommiſſis, ſaltem in ſubſidium legi-
tima detrahatur, quia reſpondeo id procedere
120 *Iuramentum refertur ad omnia præcedentia, ſiue principaliter, ſiue incidenter, ſiue acceſſoriè narrata ſint propter illam clauſulam, quæ omnia, & ſingula, &c.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

MVlta ſunt, de quibus dubitari contigit in cã, quæ vertitur inter Illuſtriſs. D. Raconiſij, & Illuſt. D. Auditorẽ Boichi, ac in primis, numquid inſtrumẽtum, quòd proponitur, donationem cõtineat, an verò ſolam locationem. Et prima quidem fronte dicendum videretur, non continere donationem.

Primo, quia hæc inſtrumenti verba, *Hauendole fatto donatione,* ſunt enuntiatiua, quæ nõ in-
1 ducunt diſpoſitionem † *l. Publia. 26. §. vlt. ff. depoſ. l. Epiſtola. 53. in princ. ff. depoſ. l. ex his verbis. 7. C. de teſtam. mil. l. ex facto. 19. ff. de hær. inſt. l. Titia. 35. in prin. ff. de leg. 2. Bart. in l. ex hac ſcriptura 16. nu. 2. ff. de donat. Pariſ. conſ. 104. nu. 5. vol. 1. & conſ. 61. nu. 23. vol. 4. Purp. conſ. 374. nu. 29. Ceph. conſ. 28. nu. 13. & conſ. 729. nu. 42.*

Secundo, quia verba inſtrumenti referuntur ad effectum, & executionẽ donationis antea factæ, vt conſtat ex illis verbis, *Per farle gratia di eſſa ſua liberalità,* quæ reſpiciunt implementum donationis, & ideo fieri non poteſt, vt hoc inſtrumentum dicatur donationem continere, cum longè aliud ſit contractus, aliud eius im-
2 plementum † *l. ſi quis argentum. 35. §. pen. C. de donat. l. ex empto. 11. in prin. ff. de act. empt. §. 1. §. cum autem. Inſt. de empt. & vend.* ſicut aliud eſt cauſa,
3 aliud effectus † *l. & an eadem. 14. in princ. ff. de except. rei iudic. l. licet. 42. §. ea obligatio. ff. de procurat.*

Tertio videtur hoc ipſum ex eo ſuaderi, quod partes nominatim hunc locationis contractum appellarunt, vti conſtat ex his verbis, *Dà, cede, & rimette li redditi d'eſſo à egerone in titolo di locatione,* & ex his, *il qual affittamento;* Et ideo debet locationis non donationis contractus cenſeri, qui in inſtrumento continetur: Contractus enim talis iudicandus eſt, qualem verba demon-
4 ſtrant † *l. qui fundum 40. §. fundi. ff. de contrahend. empt. l. 1. §. ſi is, qui nauem. ff. de exerc. l. fideiuſſores magiſtratuum 69. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſ. Bartol. in l. Cotem. 11. §. qui maximos. num. 11. ff. de publica. Alexan. conſil. 3. num. 1. volum. 1. Natt. conſil. 194. num. 1. Crauet. conſil. 20. num. 4. Roll. conſil. 96 nu. 15. volum. 2.* & qualis in prima ſui figura ap-
5 paret † *vt ſcribunt Dec. conſil. 167. num. 1. Roll. conſil. 40. num. 3. & conſil. 96. num. 14. volum. 2. Natt. conſil. 194. numer. 1. Decian. conſil. 21. numer. 8. volum. 2.*

Verùm his non obſtantibus puto non tantũ locationem, verum etiam donationem in hoc inſtrumento contineri; Moueor autem, vt hoc exiſtimem.

Primo, quia ad iudicandum, quis contractus initus cenſeatur, non debemus ſpectare verba, & nominationem contrahentium, ſed princi-
6 palem eorum intentionem † *l. ſi quis nec cauſam 4. in prin. l. rogaſti 11. in prin. ff. ſi cer. pet. Pariſ. conſil. 32. nu. 60. vol. 1* & cauſam finalem, *vt ſcribunt Dec. conſ. 350. nu. 4. & conſ. 351. nu. 5. Pariſ. d. con-*
7 *ſil. 32. nu. 42. vol. 1.* & effectum, ac rem ipſam, † *l. inſulam. 6. ff. de præſcr. verb. l. ſed ſi poſſeſſori. 41. §. item ſi iurauero. ff. de iureiur. l. ſi vno 17. in princ. ff. locat. Bald. in l. 2. nu. 2. C. commo. Dec. conſ. 305. nume. 2. Pariſ. conſ. 20. nu. 62. conſ. 18. nu. 11. vol. 1. & conſ. 12. nu. 5. vol. 2. Natt. conſ. 49. nu. 13. & conſil. 403. nu. 4. Purp. conſ. 40. num. 8. conſ. 357. num. 49.*

& conſ.402.nu.60. Rol,conſ.96,nu.1.vol.2.& conſil.69.nu.40.vol.3. Principalis autem contrahentium intentio, & cauſa finalis, ac effectus huius contractus fuit, vt D. Boſchi titulo donationis haberet 100. annua, vt colligitur ex verbis narratiuis, ſeu proemij, quæ indicant cauſam fina-
8 lem, † *l.vlt.ff.de hære.inſt.l.1.ff.ad Maced.l.regula 9.§.& licet,ff.de iuris,& fact.ignor. Pariſ.conſ.21. nu.78.& conſ.92.nu.1.vol.1.Crau.conſ.192.num. 21.Oſaſc.conſ.7.nu.47.* & principalem intentio-
9 nem contrahentium, *ſecundum Purp.conſi.510. nu.26.* cuiuſmodi ſunt illa, *Per farli gioir di eſſa*
10 *ſua liberalità*, & illa præcipuè, *Per queſto, ſecundum Crau.d.conſ.192.num.21.* Neceſſario igitur qualitas contractus, qui fuit in hoc inſtrumento initus, æſtimanda potius eſt ex donatione, quam ex locatione.

Neque eſt, quod aliquis reſpõdeat, principalem intentionẽ contrahentium non eſſe, vt fiat donatio, ſed, vt facta ſuum ſortiatur effectum, ideoq; non poſſe ex eo inferri, donationem ipſam in hoc inſtrumento contineri, quia reſpondeo, eo; qd non conſtat de donatione ante hoc inſtrumentum facta, & tamen conſtat de principali intentione contrahentium, neceſſariò dicendum eſſe, per huiuſmodi verba enunnatiua cenſeri factam donationẽ: Hoc enim eſt, quod dici ſolet, verba enunnatiua diſponere in ſuo neceſſario antecedenti, quod pendet ex volun-
11 tate proferentis, † *vt docent Bart.in l.ex hac ſcriptura 16.nu.3.ff.de donat. Rum.conſ.27.nu.3.vol. 1.* quod clarius apparebit ex ſequenti fundamẽto.

Secundo igitur probo in hoc inſtrumento factam eſſe donationem, quia, quamuis verba ad donationem pertinentia videantur eſſe enunniatiua, inducunt tamen in hoc loco diſpoſitionem.

Primò, quia verba ſunt prolata inter præſentes circa actum, de quo poterant tunc temporis
12 diſponere, & ideo inducunt diſpoſitionẽ, † *iuxta docte, Bar.& alios in l.optimam 14.C.de contr. & comm.ſtip. Alex.conſ.46.num.2.vol.1. Angel.de Gamb.conſ.41.nu.12.Pariſ.conſ.26.nu.127.vol.2. & conſ.5.num.216.vol.4.*

Secundo, quia ſunt prolata per modum cauſæ, *Hauendole fatto donatione*, quæ verba accipiẽda ſũt pro his, *Per hauerle fatto donatione*, & ideò
13 inducunt diſpoſitionem, † *l.vlt.§.1.ff.de dol.exc. Bar.in l.cum tabernam.34.§.idem quæſijt.nu.3.ff. de pign.& in l.qui volebat.61.nu.3.ff.de hære.inſti. & in l.ex hac ſcriptura.16.nu.5.ff.de donat, Alex. conſ.46.nu.2.lib.1.Dec.conſ.218.nu.15.Pariſ.conſil.26,nu.125.vol.2.& conſ.77.nu.36.vol.3.& conſil.5,nu.215.vol.4. Rum.conſ.110.num.7.& conſ. 116.nu.1.vol.2.Nat.conſ.118.num.4.Crau.conſil. 217.num.7.Ceph.conſ.192.num.34.& conſil.468. num.49.*

Tertio, quia fuerunt prolata principaliter, & propter ſe, non propter aliud; Non enim aliam ob cauſam enunciatur donatio, quam, vt liceat D. Boſchi ſibi retinere 100. annua. Ex quo ſeq-
14 tur, inducere diſpoſitionem, † *l.qui volebat.61. vbi Bart.nu.1.ff.de hær.inſti.l.ex hac ſcriptura.16. vbi etiam Bar.nu.2.ff.de donat.Pariſ.conſ.127.nu. 45.vol.1.& conſ.5.num.214.vol.4.* Quarto, quia fuit appoſitum iuramentum, vti poſtea demonſtrabo, quod operatur, vt verba enunciatiua in-
15 ducant diſpoſitionem, † ſecundum crebriorem ſententiam *teſte Ceph.conſ.192.nu.35.*

Tertio principaliter moueor, quia in hoc inſtrumento donatio non ſolum enunciatur, verum etiam manifeſtè repetitur: Nam poſtea, quàm dictum eſt, Illuſtr. D. Philibertum donaſſe 100. aureos annuos D. Boſchi, &, quo faciliùs fruatur hac liberalitate, locare ei Tegeronum, ita, vt ex penſione ſibi retineat 100. aureos donatos, ſubijciuntur hæc verba, *Perche coſi gli è piacciuto, & piace di fare, ancorche all'auuenir poteſſero valer d'auantaggio.* Põdero ea verba, *Gli è piacciuto*, quæ neceſſario ſunt referenda ad donationẽ factam, non ad locationem, cum notius ſit tabellionum, vt diſpoſitiones præſentibus verbis referant ſcilicet, quia non tractatus, ſed contractus ipſos, qui perficiuntur, notarij referre ſolẽt, ex quo ſequitur, & ea verba, *e piace*, eſſe ad eandem donationem referendã, propter regulam vna determinatio, &c. *l.iam hoc iure 4.ff.de vulg. l.quãuis.4.C.de impub:* Si igitur, & antea placuit, & tunc placet, ſequitur eſſe repetitam in hoc inſtrumento donationem.

Et, ſi dixeris, non eſſe hunc verborum ſẽſum, quoniam ſunt referẽda ad locationem propter ſequentia verba, *Ancorche all'auuenire poteſſero valer d'auantaggio*, adhuc fieri non põteſt, quin cenſeatur repetita in inſtrumento donatio. Ita enim concipitur inſtrumentum, Illuſt. D. Philibertum locare Tegeronum D. Boſchi mercede 370. aureorum, & velle, vt ex his ſibi retineat in annos ſingulos centum: Suntne, quæſo, hæc verba diſpoſitiua? Quid aliud eſt, velle Do. Boſchi ſingulis annis ſibi retinere centum, niſi repetere donationem? Demus non conſtare de donatione extra inſtrumentum, prout verè non conſtat, nonne vi ſolius huius inſtrumenti licebit D. Boſchi ſibi retinere 100. annua: quæ res quid aliud eſt, quam donatio? Neceſſario igitur fatẽdum eſt, in hoc inſtrumento donationem repetitam contineri.

Quarto probo intentionem partium fuiſſe, vt in hoc inſtrumento fieret donatio; Nam intentio contrahentium colligitur ex verbis, &
16 ex clauſulis inſtrumenti, † *l.Labeo.7.§.idem Tubero.ff.de ſuppel.leg.l.fideiuſſores magiſtratuum 69. §.pro Aurelio.ff.de fideiuſſ. Cephal.conſil.253.numero 29.*

Neque eſt, quod obijcias apponi clauſulas, ex conſuetudine potiùs notariorum, quam ex
17 voluntate contrahentium, † *clem.1.de præbend. Barto.in l.1.nu.10.ff.de ner.cod. Ia. Viſ.conſ.20.nu. 87.vol.1. Natt.conſ.103.num.10. Crau.conſ.880. nu.17.Decia.conſ.39.num.36.vol.2.* quia reſpondeo, imò verius eſſe, & receptius præſumi appoſitas ex voluntate partium, cùm notarius cenſeatur à partibus rogatus apponere clauſulas
18 conſuetas, † *vt ſcribunt Alex.conſ.1.nu.22.lib.5. Pariſ.conſ.45.nu.42.lib.1.Purpu.conſ.407.nu.20 Crau.conſ.71.n.4.Roll.conſ.7.nu.27.vol.4.* Vnde, quicquid ſcriptum reperitur in inſtrumento, cẽſetur ſcriptum de voluntate, & mandato par-
19 tium, † *l.cum precibus.13.C.de probat.l.optimam. 14.C.de contr.& comm.ſtip. Bald.in l.errore.7.nu. 2.C.de teſta.Purpu.conſ.30.nu.32.conſ.42.nu.24. & conſ.510.nu.7. Roll.d.conſ.7.num.28,volum.4. vbi addit rationem*, quia ſolet inſtrumentum publicè coram partibus, & teſtibus legi, & ideò omnia cenſentur appoſita ſecundum partium voluntatem: Inter cæteras autem clauſulas inſtrumenti hæc legitur, *Renuntiando ad ogni eccettione, & aiuto di leggi, & di ragione, & altre clauſule, & ſolennità in cio neceſſarie, & opportune.*

Pondero

Pondero ea verba, *Et ſolennitã in eio neceſſarie*,
quæ nullo modo poſſunt ad locationem refer-
ri, quippè cum locatio nullam requirat ſolem-
20 nitatem, ſed perficiatur nudo conſenſu, † *l. 2. ff. de obli. & act. §. 1. Inſt. de oblig. ex conſ.* Neceſſariò
igitur ſunt referenda ad donationẽ, quæ requi-
21 rit ſolemnitatem inſinuationis † *l. ſancimus 34. in prin. C. de don.* Alioquin enim eſſent ſuperflua,
& inutilia, quod vtique abſurdum eſt. *l. ſi quãdo 112. in princ. ff. de leg. 1.* Et ſanè ea verba, *Renun ciantes omni ſolemnitati*, eſſe referenda ad dona-
22 tionem, † ſcribit nominatim *Alcia. conſ. 54. nu. 5*
Quo fit, vt declarent contrahentes his verbis, ſe
cõtrahere in hoc inſtrumento non ſolum loca-
tionem, verum etiam donationem: Cur. n. quæ-
ſo, facta fuit ſolemnitatis mentio, niſi de dona-
tione ſenſiſſent contrahentes?

Quinto, & vltimo fieri non poteſt, quin hoc
ſit donationis inſtrumẽtum, etiam ſi fateamur
in eo non contineri promiſſionem, ſed eius tã-
tum implementum Nam implementum dona
tionis eſt etiam donatio, quippè quæ nõ ſolum
23 promiſſione fit, verum etiam traditione † *vt ait Bal. in l. ſi donationis. 3. n. 2. C. de contr. empt.* Quin-
imò, ſi verum ſpectare voluerimus, fateamur,
oportet, tunc demum propriè, & verè fieri do-
nationem, cum impletur. Connumeratur enim
etiam hodie inter eos contractus, qui nominã-
24 tur, & perficiuntur implemento, † *vt docet Bart. in l. iurigentium 7. in prin. nu. 2. ff. de pact. et ſequũ tur Alex. in rubr. ff. ſol. matr. nu. 27. & Conna. lib. 5. comm. cap. 9. nu. 1.* ſcilicet, quia donatio dicitur,
quaſi doni datio. *l. Senat⁹. 35. §. donatio. ff. de mor. cau. don.* Vnde, quę in promiſſione, verius eſt pa
25 ctum donationis, quam donatio † *l. 1. ff. de tranſ. glo. in §. alia. in verb. manifeſtauerit. Inſt. de donat. Bart. in l. iuriſgentium 7. in prin. num. 2. ff. de pact.*
Quod quidem, vel ex eo cõfirmari poteſt, quia
donatio patris in filium, vel inter virum, & v-
xorem, quamuis ſtatim non valeat, morte ta-
26 men confirmatur, † *l. donationes quas parentes. 25. C. de don. int. vir. & vxo.* Sed hoc ita demum
locum habet, ſi traditio facta ſit. Cæterum ſola
promiſſione interueniente non ſolet confirma
ri, quia non donatio, ſed ſtipulatio eſt, ad quam
non pertinet oratio Diui Antonini de donatio
27 nibus morte confirmandis † *l. Papinianus 24. ff. de don. int. vir. & vxo. l. ſiue emancipatis 17. vbi Bal. C. de dona.* Non eſt igitur vera donatio, cum pro
miſſione ſit, ſed potius cauſa promiſſionis, *l. cum donationis. 34. C. de tranſ. l. 1. & ibi Cuiac. ff. eodem.*

Neque obſtat, quòd dici ſolet, hodie perfici
28 donationem etiam nudo pacto, † *l. ſi quis argentum 35. §. pen. C. de dona. §. perficiuntur. Inſt. eo. & tradunt Boer. conſ. 41. nu. 2. Purp. conſ. 353. nu. 17.*
quia reſpondeo, hoc eſſe intelligendum, vt pa-
riat obligationem, nõ, vt verè dicatur perfecta:
nam vera donationis perfectio conſiſtit in tra-
29 ditione, † *vt explicat Rim. iun. in §. alia. nu. 10. & 11. inſt. de donat.* Sic & venditio perficitur nudo
30 conſenſu † *l. 1. §. vlt. ff. de contr. empt.* Sed quoad
31 obligationem † *l. 2. ff. de oblig. & act.* Nam quoad
veram perfectionem venditionis requiritur tra
32 ditio † *arg. l. ſi quis alienam 47. ff. de act. empt. & tradit gloſſ. in l. 1. in verb. poſt perfectam. C. de per. & comm. rei vend. & in princ. tit. inſt. de empt. & vend. in verb. contrahitur, & ſequũtur Bal. in l. ab emptione 59. nu. 1. ff. de pact. Afflict. deciſ. 280. nu. 4.* Et ge-
neraliter contractus ante traditionem non di-
33 cuntur perfecti, † *vt conſtat ex l. metum 9. §. ſed quod Prætor ait. ff. quod met. cau. & ait Decia. conſ. 7. nu. 65. vol. 1.* Hinc igitur conſequitur, id quod
proponitur eſſe donationis inſtrumẽtum, quia
continet rei præſtationem. Et verò, ſi diligen-
ter, ac vti oportet, rem perpẽderimus, facilè in-
telligemus, in hoc iamnum inſtrumento factam
eſſe veram, & realem donationem; Nam, cum
Illuſtr. D Philibertus verbotenus declaraſſet, ſe
velle D. Boſchi 100 aureos annuos donare, quę
res vulgari ſermone ſolet donatio nuncupari,
cum verius ſit pactum donationis, huiuſmodi
promiſſionẽ ad effectum perducturus, ideſt ve-
ram, & realem donationem facturus excogita-
uit modum, quo donatarius ſibi poſſet autho-
ritate propria ſatisfacere, & locauit locum Te-
geroni ſub pẽſione 370. aureorum, ita, vt ex hac
ſumma ſibi retineret ſingulis annis centum au-
reos donatos. Itaque hoc inſtrumentum conti-
net duos contractus, vnum locationis, alterum
donationis, locatio eſt Tegeroni, donatio verò
partis penſionis, locatio eſt medium, per quod
peruenitur ad donationem, donatio verò eſt
negotium, quod principaliter geritur in hoc in
ſtrumento, ſcilicet, quia principalis contrahen-
tium intentio fuit, vt D. Boſchi conſequeretur
100. aureos donatos, ad cuius rei faciliorem e-
xitum fuit inita locatio. Non video igitur, vt
ingenuè fatear, cur hoc non ſit donationis in-
ſtrumentum cenſendum.

Neque me mouent ea, quæ ſupra ſunt in con
trarium adducta: namq; ad primum reſpondeo
dupliciter, primo verba enuntiatiua non indu-
cere diſpoſitionem, quando conditionaliter, &
propter aliud fuerunt prolata, ſecus verò quan
do propter ſe & p modũ cauſæ, pręcipuè appo-
ſito iuramento, *vti late demonſtraui in ſecũdo fundamento.* Secundo reſpondeo non ſolũ contine
ri verba enunciatiua in hoc inſtrumẽto, verum
etiam diſpoſitiua, tam ratione repetitionis, quã
ratione principalis intentionis contrahẽtium,
vti dixi in primo, & tertio fundamento.

Ad ſecundum verò reſpondeo primo, imple
mentum diſtingui à contractu in iis, qui nomi-
nantur à conuentione. Cæterum in iis, qui no-
minantur ab implemento, cuiuſmodi eſt dona-
tio, non diſtingui implementum ab ipſo con-
34 tractu, † *vt explicat Bart. in d. l. iuriſgentium. 7. in princ. num. 2. ff. de pact.* Ineſt enim implemento
contractus.

Secundo reſpondeo in hoc inſtrumento nõ
ſolum implementum contineri, verum etiam
donationem ipſam, tam propter verba enũtia-
tiua, quæ hic diſponunt, quam propter repetitio
nem, *vt ſupra dictum eſt.*

Ad tertium quoque dupliciter reſpõderi po-
teſt. Primo contractus non eſſe æſtimandos ex
verbis, & nominatione contrahentium, ſed ex
principali eorum intẽtione, & à cauſa finali, &
principalem intentionem contrahentium eſſe,
vt D. Boſchi percipiat 100. aureos donatos.

Secundo reſpondeo contrahentes nominaſ-
ſe locationem, cum de loco Tegeroni loquebã
tur: Malè. n. vocaſſent donationem Tegeroni,
ſcilicet, quia donatio eſt 100. aureorũ, locatio
verò Tegeroni; Cũ enim intentio donatoris eſ
ſet, vt D. Boſchi caperet hæc 100. annua manu
propria, neq; haberet locum commodiorẽ Te-
gerono, cuius tamen reditus longè excedebat
valorem 100. aureorũ, nõ potuit alio remedio

Digitized by Google

huic rei proſpicere, quã inita locatione. Duos
igitur facit contractus, Primo locat Tegeronũ,
deinde de penſione remittit titulo donationis
100. annua D. Boſchi. Ex quo intelligimus, non
obeſſe mentionem locationis, quin inſtrumen
tum ſit donationis, ſcilicet quia locationis mẽ-
tio ad Tegeronum referenda eſt, donationis ve
ro ad 100. donata.

Ex his igitur puto conſtare, hoc, quod propo
nitur, non ſolius locationis, ſed etiam donatio-
nis inſtrumentum eſſe.

Secunda proponitur dubitatio, num hæc an-
nua donatio ꝑpetua ſit, an vero donatarij mor-
te debeat extingui. Et multa ſunt, quæ primùm
cogitanti videntur ſuadere, non eſſe perpetuam
donationem, ac

In primis, quia hæc eſt annuæ ſtipulationis
natura, vt, quamuis ipſo iure tranſeat ad hære-
dem, ope tamen exceptionis, ſi petat hæres re-
35 pellatur † *l. cum qui ita 56. §. qui ita, ff. de verb. obl.
§. at ſi ita, Inſt. eo.* quod videtur locum obtinere,
etiamſi fuerit ſtipulatio ſimpliciter concepta,
36 id eſt, non adiecta donatarij vita, † *vt cẽſuit gl.
in l. ſi Stichum 16. §. ſtipulatio. in verb. ſtipul. ff. de
verb. oblig. quam ibi ſequitur Bart. nu. 2. per l. ſanci-
mus 34. §. vlt. C. de donat. Sequitur, & Io. de Imo. vt
euitetur inſpietas, & Paul. de Caſtr. nu. 2.* qui ſubij
cit quamuis iure ſtricto contraria ſententia vi-
deatur eſſe receptior, hanc tamen æquiorem,
& veriorem eſſe.

Secundo verò dato, quod regulariter annua
donatio ſit perpetua, hoc tamen in caſu noſtro
locum habere non poteſt, quia facta fuit D. Bo
ſchi, qui tunc temporis præſupponĩ fuiſſe pau-
per, & ideo cenſetur facta pro alimentis, exem
37 plo annui legati, † *vt not. per glo. & alios in l. lega
tum 10. ff. de cap. min. in l. ſi cui annuum 14. l. codi-
cillis 18. in prin. ff. de ann. leg. in l. cum hi 8. §. ſi in ſin
gulos ff. de tranſ.* Quo fit, vt donatarij morte de-
38 beat extingui, cum alimenta morte finiãtur, † *l.
cum hi 8. § modus. ff. de tranſ. glo. in l. ſi quis argen-
tum 34. §. ſin autem donator, in verb. præſtet. C. de
donat.* Et ita in ſpecie annuam promiſſionem
39 factã pauperi extingui morte ſtipulatoris † *tra-
dit Bart. in d. l. ſi Stichum 16. §. ſtipulatio. nu. 2. ff.
de verb. obl. quem ibi ſequitur Ang. nu. 2. Caſtr. nu.
2. Alex. nu. 5. Iaſ. nu. 15. vbi ait eſſe magis commu-
nem, & Ruin. conſ. 124. nu. 9. vol. 1. qui etiam fate-
tur eſſe communem, vt, & Men. de præſ. lib. 3. præſ.
8. nu. 11.*

Tertio, & vltimo, quamuis nõ fuiſſe pauper,
alia tamen ex cauſa donatio cenſetur eſſe tem-
poralis, quia facta fuit ob cauſam futurã, id eſt,
vt Do. Boſchi perſeueraret in ſeruitijs eiuſdem
Illuſt. D. Philiberti, & in officio Secretarij, quo
tunc temporis fungebatur, vt cõſtat ex illis ver-
bis, *che da eſſo M. Boſchi ſpera per l'auuenire per
mãtenerlo nell'affettione dimoſtrata gli, &c.* & ideo
cum ſeruitia, vtpote merè perſonalia, morte D.
40 Philiberti finita ſint † *l. operæ 9. ff. de oper. lib.* Cõ
ſequens eſt, vt etiã donatio debeat eſſe finita:
Nam finita cauſa donationis, & ipſa donatio
41 finitur, † *vt ſcribit Ruin. conſ. 124. nu. 3. vol. 1.* &
generaliter ceſſante cauſa contractus ceſſat, &
42 ipſe contractus, † *l. 1. vbi glo. & alij. C. de cond. ob
cauſ.* Confirmatur hoc ex eo, quia promiſſiones
factæ alicui propter officium, quo fungitur, in-
43 telliguntur durante officio † *ex doctr. Bar. in l.
cõtinuus 137. §. ſi ab eo. n. 2. ff. de verb. obl.* vbi vult,
ſi quis concedat alicui aduocato feudũ, vel em

phyteuſim, morte aduocati finiri conceſſionẽ,
quia videtẽ facta ratione officij. Et generaliter
omnia beneficia in aliquem collata ratione of
44 ficij, intelliguntur durãte officio † *l. ſemper 5. §.
negotiatores. ff. de iure immu. Tiraq. late in regul. ceſſan
te cauſa in princ. nu. 215.* Et ideo ceſſante officio,
45 ceſſare debet & beneficium. † *Alex. conſ. 10. nu.
2. vol. 5.* Cum igitur & hæc donatio fuerit facta
D. Boſchi contemplatione officij, quo tũc fun-
gebatur, debet per conſequentias extingui fini-
to officio, vt cenſeatur potius conſtitutio ſala-
rij, & ſtipendij, quam perpetua donatio

Verum re diligenter perpenſa mihi verius vi
ſum eſt, hanc donationem eſſe perpetuam. Mo
ueor autem.

Primo, quia in hoc inſtrumento nominatim
de hæredibus facta eſt mentio. ibi *conſtituito eſſo
Sign. Filiberto per ſe, ſuoi heredi & ſucceſſori,* & ibi
*M. Boſchi preſente, ſtipulante, & accettante per lui,
ſuoi heredi, & ſucceſſori,* & ibi *ha promeſſo, & pro-
mette per lui, & ſuoi ſudetti,* ac potiſſimùm ibi, *cõ-
ſtituendoſi di tener, & poſſieder a nome, & vece di eſſo
M. Boſchi, & de ſuoi predetti.* Et ideo non eſt dubi
46 tandum, quin donatio ſit perpetua, † *vt aperte
ſcribitur in l. ſancimus 34. §. vlt. C. de donat. & tra-
dit Capyc. deciſ. 203. nu. 1.* Nam vbi fit hæredum
mentio, non ſolum ſtipulatio, & alij contractus
47 tranſeunt, verum etiam annua legata † *l. in an-
nalib. 22. C. de legat.* quæ tamen ſui natura morte
48 legatarij extinguuntur † *d. l. ſi Stichũ 16. §. ſtipu-
latio. ff. de verb. obl. l. legatũ 10. ff. de cap. min. l. ſi in
ſingulos 4. l. in ſingulos annos 8. ff. de ann. leg.* Quin-
imo ſimplex mentio hæredum, etiã in annuis
legatis facit, vt admittantur hæredes hæredum
49 in infinitum, † *d. l. in annalib. & ibi not. Bald. Sal.
& Alex.* Quo fit, vt hoc multò magis ſit admit-
tendum in contractibus.

Neque obſtat, ſi quis dixerit heredũ mentio-
nem non eſſe factam in donatione, ſed in loca-
tione, quia reſpondeo imò ea verba, *conſtituito,*
&c. tamquam generalia, & initio diſpoſitionis
adiecta eſſe referẽda ad ea omnia, quæ in diſpo
ſitione continẽtur, vt eorum omnium ratione
cẽſeatᵗ facta acceptatio: Clauſula enim in prin
cipio poſita refertur ad omnia ſequentiã, cũ ra-
tio diuerſitatis aſſerti non poteſt, cur potius ad
50 vnum, quam ad aliud ſit referenda † *l. ſi quis ex
argentarijs 6. §. ſi initium. ff. de edend. l. 3. §. filius. ff.
de lib. & poſth. Bar. in l. alia ſcriptura 30. §. fin. nu.
3. ff. de leg. 1. & in l. 1. nu. 2. C. de lib. præter.* Cum igi-
tur in diſpoſitione duo contineantur, primo lo
catio, ſecundo, vt ex penſione retineantur 100.
annua, neceſſario ea generalis acceptatio pro
ſe, & hæredibus, cenſetur etiam facta pro 100.
aureis donatis.

Quinimo debet ea generalis acceptatio re-
ferri potius ad donationem, quam ad locatio-
nem, quia verba ſunt referenda ad id potius,
51 quod principaliter agitur, quam ad aliud, † *l. 1.
in princip. ff. de author. tut. l. ſi quis nec cauſam 4. in
princip. l. rogaſti 11. in princ. ff. ſi cert. pet.* Et prin-
cipaliter agitur, vt donatarius percipiat cen-
tum annua, *vti latè demonſtrauimus præcedenti du-
bitatione.*

Secundò verò poſito, quod hæredum mẽtio
ſit tantum in locatione facta, idem tamen dicẽ
dum eſt. Nam, ſi donatio non tranſiret ad here-
des, neque locatio deberet trãſire: locatio enim
fuit facta ad hunc tantum finem, vt de penſio-
ne deducatur pecunia donata, & conſequenter

donatio

donatio eſt cauſa finalis locationis, vt conſtat
ex illis verbis pœmij, *Per farli gratia di eſſa ſua
liberalita*, & ex illis, *Per quello*, quæ, vt dixi in p̄-
cedenti dubit. ſignificant cauſam finalē. Tādiu
igitur debet cōſiſtere locatio, quamdiu locum
habebit donatio, quia finita cauſa diſpoſitio-
52 nis, & ipſa diſpoſitio debet extingui † *l. ſicut 10.
§. quæ mancipiorum. ff. ſi quis caut. Rum. d. conſil. 124.
nu. 3. vol 1. Tiraqu. in regula ceſſante cauſa, nu. 58.
& ſeqq.* Quinimo videtur hoc in inſtrumēto ex
preſſum his verbis, *Il qual affittamento durera ſin
a tanto, che eſſo Signor Liberto prouedera per detta
ſomma de ſcu. 100. annuali in meglio.* Si enim vult
finiri locationem ſtatim, atque in melius p̄ſpe-
xerit ratione dictorum 100 aureorū, multo ma
gis cenſebitur voluiſſe finiri locationem extin
cta donatione, quæ ſola eſt in cauſa, cūr conſi-
ſtat locatio. Atqui conſtat locationem ex volū
tate partium tranſire ad hæredes. Ergo & p ne-
ceſſarium antecedens cēſentur etiam voluiſſe,
53 vt ad eos tranſiret donatio, † *l. 2. ff. de iuriſd. om.
iud. l. ad rem mobilem 30. l. ad legatum 62. ff. de pro-
cur.* Et verò, q fieri poteſt, vt ſeruetur forma lo-
cationis, id eſt, vt de penſione 370 aureorum de
ducantur, 100. annua, ſi locatio tranſit ad hære-
des, donatio verò non tranſit? Tum quo modo
poteſt conſiſtere locatio, vſq; quo fuerit in me-
lius proſpectum pro 100. aureis, ſi durat etiam
poſt mortem donatarij, quo tempore extincta
donatione non poteſt in melius prouideri ra-
tione 100. aureorum? Neceſſariò igitur fatendū
eſt, ob hoc vnum, quod locatio tranſit ad hære-
des, debere & donationem ex voluntate contra
hentium eſſe perpetuam.

Nec eſt, quòd reſpondeas, voluiſſe contrahē
tes tranſire locationē ad hæredes ad hunc tan-
tum finem, vt ſi fortè cœptus eſſet annus, perfi-
ceretur locationis tempus, ne cum magno di-
ſpendio hęredum conductoris diuideret, quia,
præter id, quod tacitè hoc continetur in omni
locatione, & ideo eius expreſſio inutilis eſſet,
conſtat etiam ſenſiſſe contrahentes de perpe-
tua tranſmiſſione huius contractus ex illis ver-
bis, *Promettendo ogn' un di loro di attenderle, & of-
ſeruarle per ſempre*, & paulo poſt, *di non mai con-
trauenirli*, mox ſubijcitur, *per l'intiera, et perpetua
oſſeruanza*, quæ verba ſignificant tempus infini
54 tum, & ſine vlla præfinitione, † *vt tradunt Pa-
riſ. conſ. 37. nu. 24. vol. 2. & Rol. conſ. 23. num. 18. &
nu. 39. vol 4.* Et in ſpecie verbū, perpetuò, in con
ceſſionibus declarare diſpoſitionem eſſe realē,
55 † *tradit Men. de præſ. lib. 3. præſ. 103. nu. 38.*

Tertio, licet nullibi facta eſſet hæredum mē
tio, non tamen debet eſſe temporalis donatio,
quia annua ſtipulatio etiamſi ſimpliciter con-
56 cipiatur, ſolet tamen eſſe perpetua † *l. Stichum
16. §. ſtipulatio. ff. de uerb. obl.* quod quidem proce
dit, non ſolum ipſo iure, ſed etiam efficaciter. i.
57 nulla exceptione obſtante, † *vt ibi rectè cenſuit,
crebrior interpretum opinio Dini, Petri, Bal. Raph.
Rom. quos ſequuntur Alex. nu. 4. Iaſ. nu. 9. & Ca
py decіſ. 203. nu. 1. vbi ſubijcit, ita tenere omnes reie-
cta opinione glo. & Bart. quæ communiter eſt repro
bata.* Et ſanè probatur communis opinio *l. ſanci-
mus 34. §. vlt. C. de donat.* ſiue vulgari modo le-
58 gatur, ſiue vera lectio reſtituatur. † Namque ſe
cundum vulgarem lectionem Iuſtinianus ait.
*Sin autem etiam hæredum ex vtraque parte fuerit
mentio, vel adijciatur tempus vitæ, vel donatoris, vel
eius, qui donationem accepit, tunc quaſi perpetuata
donatione*, &c. qbus verbis ſignificat perpetuam
donationem, ſiue hæredum ex vtraq; parte fue
rit facta mētio, ſiue fuerit adiectum tempus vi-
tæ alterutrius. Hoc autem non poteſt intelligi,
vt ſit perpetua ex parte eius, cuius vitæ tempus
adiectum eſt, ſcilicet quia hoc eſſet contra id,
quod in donatione fuiſſet expreſsū, Neceſſariò
igitur eſt intelligendum de altera parte, in cu-
ius perſona fuit ſimpliciter concepta donatio,
Ex quo intelligimus, vbi donatio ſimpliciter
concipitur, eſſe perpetuam, *Et ita legem hanc in-
telligit Alex. in d. §. ſtipulatio, nu. 4. & Capy d. deciſ.
203. nu. 2.* Sed & hoc apertiùs probatur ex vera,
& reſtituta lectione: namque Iuſtinianus in q.
an annua donatio debeat inſinuari, hanc diui-
ſionem conſtituit, *Vt ſi huiuſmodi quidem fuerit
donatio, vt intra vitam perſonarum ſtet, vel dantis,
vel accipientis, & multæ intelligantur donationes, &
liberæ a monimentorum obſeruatione*; nam, quia in
certus eſt huius donationis exitus, & fieri pōt,
vt alteruter, vel intra annum moriatur, æquum
viſum eſt, multas cenſeri donationes. Deinde
ſubijcit, *Sin autem etiam hæredum ex vtraq; [illegible]
fuerit mentio, vel adijciatur tempus vitæ, vel dona-
toris, vel eius, qui donationem accepit, tunc quaſi per
petuata donatione*, monimentorum obſeruatio-
ne opus eſſe. Si ita legat̄ textus, omnimodo cō-
trarius eſt primæ parti diuiſionis: Nāq; in ea cē
ſet Iuſtinianus, ſi donatio finiatur cūm vita al-
terutrius, eam eſſe multiplicem, & nō egere in-
ſinuatione. In ſecundo verò caſu ait, ſi adiciat̄
tempus vitę alterutrius, donationem eſſe perpe
tuam, & egere inſinuatione. Hæc omnino con-
traria ſunt. Neceſſario igitur reſtituenda eſt le-
ctio, & vbi legitur, *vel adijciatur tempus vitæ*, le-
gendum eſt, *vel non adijciatur tempus vitæ*, vti
reſtituit *Cuiac. lib. 15. obſeru. cap. 22.* Et legitur in
Baſilicis. Qua lectione poſita p̄bat h. l. apertiſ-
ſimè, perpetuam eſſe donationem ex vtraque
parte. ſiue hæredum mentio fiat, ſiue non, adij-
ciatur tēpus vitæ alterutrius. Et ſanè hęc eſt om
nium cōtractuum natura, vt, etiamſi hæredum
mentio non fiat, ad hæredes tamen tranſmittā-
59 tur † *l. veteris 13. C. de contrah. & comm. ſtip. l. iuriſ
gentium 7. §. pactorum. ff. de pact. l. ſtipulatio iſta ha
bere licere 38. §. ſicut autem. ff. de verb. oblig. Rum.
conſ. 115. nu. 8. vol. 1. Purp. conſ. 512. num. 2. Crau.
conſ. 875. nu. 3.* ſcilicet, quia vnuſquiſque cenſe-
tur nō modo ſibi, verum etiam ſuis hęredibus
60 proſpicere † *l. ſi pactum 9. ff. de probat. Menoc. de
præſ. lib. 3. præſ. 47. nu. 1. & ſeqq.* Et hoc adeo ve-
rum eſt, vt adiectio hæredum, quæ ſolet fieri à
61 notarijs in inſtrumentis ſit ſuperuacua † *vt ſcri-
bunt Caſtr. in l. eum qui ita 56. §. 1. nu. 1. ff. de verb.
oblig. Purp. d. conſ. 512. nu. 2. vol. 2.* Nominato e-
nim Titio cenſentur quoque nominati eius hæ
62 redes, † *l. ſi neceſſarias 8. §. de vendendo. ff. de pign.
act. Bald. in l. 1. num. 3. C. quor. lega. Dec. conſil. 263.
num. 2. in fin. & conſil. 280. num. 5. verſicu. & ideo
hæredi.*

Quarto multò magis hoc eſt admittendū in
caſu noſtro, in quo tractatur de donatione re-
muneratoria, quæ latiſſimam recipit interpreta
63 tionē, † *vt ſcribunt Abb. conſ. 30. nu. 1. lib. 2. Dec.
conſ. 193. nu. 2. & conſ. 413. num. 6.* adeo, vt in du-
bio præſumatur potius realis, & tranſmiſſibilis
64 ad hæredes, quam perſonalis, † *vt docet Ancha.
conſ. 327. num. 3. quem refert, & ſequitur Tiraquel.
in repet. l. ſi vnquam 8. in verb. donatione largitus,
num. 58. C. de reuoc. donat. Menoch. de præſumpt.*

lib. 3. preſumpt. 103. *num.* 13. quippè cum ea, quæ
bene merentibus concedunt, efficacius ſoleant
65 concedi. † *l. 3. §. in quoq; ff. ad Sylla. Tiraq. ibi nu-*
me. 48. Quod quidem multo fortius procedit in
donatione facta à viro illuſtriſſimo, quæ fauo-
66 rabilis eſt, & latiſſimè interpretanda, † *l. 1. C. ſi*
liber impet. ſoc. lib. 10. l. prohibere 3. §. plane. ff quod
vi, aut clam. Tiraqu. late in tract. de nobilit. cap. 37.
num. 42. quippè cum nobilitatis propria, & pe-
67 culiaris ſit liberalitas. † *cap. 1. extr. de donat. l. fi-*
liusfam. 7. in princip. ff. de donat. Et ideo beneficia
nobilium, & illuſtrium perſonarum in dubio
ſunt præſumenda potius realia, quam perſona-
68 lia, † *ut ſcribunt Bart. in l. pater. 6. nu. .. ff. de ſeru.*
leg. Bald. in l. uni. §. excepto, num. 6. C. de cadac. tol-
len. Iaſ. conſ. 27. nu. 3. vol. 1. Tiraq. d. cap. 3 . nu. 59.
præcipuè quando conceduntur in remunera-
tionem, quia nobiles ſolent in referenda gratia
69 eſſe liberaliores, † *ut tradit Tiraq. in d. l. ſi unquā*
in verb. donatione largitus, nu. 84.

Neq; obſtat, ſi dicatur non conſtare de meri
tis, niſi per ſimplicem aſſertionem donantis,
quæ non ſufficit, vt donatio dicatur remunera-
toria, *iuxta tradita per Bartol. & alios in l. frater à*
fratre 38. ff. de cond. indeb. quia reſpondeo in hac
qõne tranſmiſſionis nos non eſſe in prohibitis,
& ideo, vt donatio cenſeatur remuneratoria
ſufficere ſimplicem aſſertionem donantis, præ-
71 cipuè cum iuramento † *ex doct. Bart. in l. ſi fortè*
8. ff. de caſtr pecul. quem ſequitur Caſtr. in l. per di-
uerſas 22. C. mand. Iaſ. conſ. 154. vol. 2. Dec. conſ. ..0
per tot. Deinde merita probari extra aſſertio-
nem factam in inſtrumẽto, Quo fit, vt res ſit ex-
tra omnem dubitationem polita.

Quinto moueor, quia, aut hæc donatio ex v-
traque parte debet eſſe perſonalis, aut ex vtraq;
perpetua; Quod enim dicitur, nõ eſſe inconue-
niens, vt contractus ex parte vnius tranſmitta-
tur ad hæredes, ex parte verò alterius finiatur
72 morte, † *d. l. ſancimus 34. §. vlt. C. de donat. Rum.*
conſ. 115. *nu.* 9. *vol.* 1. ita demum verum eſt, ſi di-
uerſa ſit inter eos ratio, non ſi eadem, vt in ca-
ſu noſtro: nam, ſi hæc donatio eſſet facta pro-
pter ſeruitia futura, prout cenſent aduocati Illu
ſtriſs. D. Raconiſij, ita extingueretur morte do-
nantis, vt morte donatarij, ſcilicet quia ceſſaret
cauſa donationis: Neq; enim poſſent amplius
præſtari ſeruitia, cum operæ extinguãtur etiam
cum perſona eius, cui præſtantur, *l. opera 9. ff. de*
oper. libert. Sed ſic eſt, quod morte donantis non
fuit extincta; Neque igitur extinguetur morte
donatarij.

Nõ eſſe autem extinctam morte donatoris,
apertè conſtat ex obſeruantia donationis facta
ab Illuſtriſſimo D. Raconiſij hærede Illuſtriſſi-
mi D. Philiberti, quæ obſeruantia ſolet decla-
rare contractum, vtrum ſit trãſmiſſibilis, necne
73 † *ut ſcribunt Dec. conſ. 262. nu. 8. Men. de præſ. lib.*
3. præſ. 103. *num.* 36.

Neque obſtat, ſi quis dixerit, hoc non proce-
74 dere in eo, qui errat, † *vt ex ſententia Alci. ſubij-*
cit ibi Men nu. 37. quia reſpondeo, tunc demum
obſeruantiam nihil operari, quando erratur in
facto; vt quia tractetur de vniuerſitate, in qua
quotannis ſolent mutari adminiſtratores, qui
facilè poſſunt ignorare factum, ſecus vero in p-
ſona priuata, & quæ facti ſciens eſt, *vt ibi decla-*
rat Men. tunc enim [illegible] per errorem obſeruet
(quod tamen in caſu noſtro non admitto, quip
pe cum iure tranſmittatur, vt latè ſupra demõ-
ſtraui,) quia tamen errat in iure, ſolet obſeruan-
tia ſuum habere effectum, cum iuris ignorãtia
nõ excuſet *l. 2. 3. & 4. & tot. tit. ff. de iu. & fact. ign.*
Et regulariter tunc ad obſeruantiam recurren-
dum eſt, cum dubitatur de iure: Si enim ius cer
tum eſſet, non eſſet neceſſe haberi rationem ob
ſeruantiæ. Et eò magis hoc admittendum eſt in
caſu noſtro, quo proponitur Ill. D. Raconiſij cõ-
ſuluiſſe viros huius Ciuitatis conſultiſſimos, nẽ
pè Excell. D. Præſidem à Ponte, & Perill. D. So-
lam, à quibus fuit reſponſum debere eum ſerua
re donationem, & vi huius reſponſi dicitur ſol
uiſſe 100. annua per longum tempus.

Vltimo moueor, quia conſtat hanc fuiſſe mẽ
tẽ donãtis, vt hæc donatio eſſet perpetua: Col-
ligitur enim hæc mens, non ſolum ex verbis in-
ſtrumenti, ſecũdum ea quæ ſupra dicta ſunt, ve
rum etiam ex alijs: Namque in primis Illuſ. D.
Philibertus ſtatim confecto inſtrumento, hæc
aut ſimilia verba protulit, *Queſto è puoco riſpetto à*
quello, ch'io voglio far in ſeruitio di voi, & de voſtri
figliuoli, prout conſtat ex atteſtatione notarij,
confirmata ab Excell. D. Præſide Olaſco, Itaq;
declarauit his verbis, ſe de liberis quoq; D. Bo-
ſchi cogitaſſe. Secundo hanc fuiſſe mentẽ vide
tur fateri Ill. D. Raconiſij, qui in actis confeſſus
eſt, ſi Ill. D. Philibertus vixiſſet, ſe eſſe certũ, fuiſ
ſe illum, non modo reſectururum huiuſmodi an-
nuum redditũ, verum etiam liberè donaturum
locũ Tegeroni. Tertio colligitur ex atteſtatio-
ne D. Vernoni, qui atteſtatur Illuſt. D. Philiber-
tum ad hanc donationem faciendam deſcẽdiſ
ſe, quia, cum non potuiſſet à Sereniſs. Duce Sa-
baudiæ impetrare pro eo quoddam molendi-
num, cuius reditus erat 100. aureorum, voluit in
eius locum de ſuo patrimonio donare hæc 100
annua. Ex quo infertur, quemadmodũ reditus
molendini fuiſſet perpetuus, ita etiam voluiſſe
eſſe perpetuum hunc reditum, qui ſubrogatus
eſt, quippè cum ſubrogatum ſapiat naturã eius,
75 in cuius locum ſubrogatur † *l. ſi eum 10. § qui in-*
iuriarum. ff. ſi quis caut. §. fuerat. inſtit. de actio. Ex
quibus omnibus ſatis apertè conſtare puto do-
nationem hanc, tam ex verbis, tam ex mente
donantis debere eſſe perpetuam.

Neque aduerſantur ea, quæ in cõtrarium ad-
76 ducta ſunt: Namque ad primũ reſpondeo tunc
demum hæredem exceptione repelli, cum in
ſtipulatione fuit adiecta hæc clauſula, Quoad
viuam, *vt in ſpecie d. §. at ſi ita ſtipuleris. Et d. §. qui*
ita. Cœterum, ſi ſimpliciter concipiatur, verius
eſſe, & receptius, ſtipulationem ad hæredes, etiã
cum effectu tranſmitti, quicquid glo. & Bart.
cenſuerunt; Horum enim opinio, vt potè minus
iuri conſona rectè fuit communiter improba-
ta, *vt ſupra demonſtrauimus.* Neque verũ eſt glo.
ſententiam probari, *d. l. ſancimus 34. §. vlt,* quia
imo ea probat contrariam ſententiam, ſiue vul
gari modo legatur, ſiue emendatiore, *vt ſuſius*
ſupra demonſtratum eſt.

Ad ſecundum reſpondeo primo, id non pro-
cedere, quando conſtat de contraria voluntate
donantis, & hic conſtare de mente Illuſt. Dom.
Philiberti, tam ex verbis inſtrumenti, quàm ex
alijs coniecturis, quas ſupra proſecuti ſumus.
Secundo reſpondeo illud non procedere, vbi
donatio ſit propter merita, quia tunc cenſetur
77 genus quoddam permutationis. † *l. ſed & ſi le-*
ge, 28. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit. & ideo
tamquam contractus regulariter debet tranſ

mitti

mitti ad hæredes, *vt probat Menoc. de præſ. lib. 3. præſ. 103. num. 13.* Tertiò reſpondeo, negando Do. Boſchi tunc fuiſſe pauperem: nam tunc tẽporis eadem, quæ nunc bona poſſidebat, & ex ſuis redditibus viuebat, vti ex multis ipſe demonſtrat,

Ad tertium, & vltimum dupliciter reſponderi poteſt primò, donationem hanc fuiſſe factam principaliter propter merita præterita, vt conſtat ex verbis procmij, quibus non, niſi præterita merita referuntur, ibi *di riconoſcer 'li grati ſeruitij riceuuti*, &c. In conſequentiam verò donaſſe etiam propter merita futura: nã ſubijcit, *in conſideratione di tali ſeruitij, & che da eſſo M. Boſchi ſpera per l'auenire per mantenerlo nell'affettione demonſtratagli.* Et ideo ſpectandã eſſe cauſam principalem etiamſi deficiat cauſa, quæ
78 venit in conſequentiam. † *l. 1. in prin. ff. de auth. tut. late Tiraq. in regula ceſſante cauſa, in 22. limit. num. 22.*

Secundo reſpondeo, cauſam etiam futuram fuiſſe impletam a donatario: Fuit enim facta donatio *per mantenerlo nell'affettione dimoſtrata gli*, & D. Boſchi vſq; ad mortẽ perſeuerauit in ſeruitijs eiuſdem Illuſt. Do. Philiberti, & quicquid potuit, in eius vtilitatem operatus eſt: Cum igitur nunc mortuo donatore per eũ non ſtet, nihil eſt, quod ei poſſit imputari. Non põt igitur non cenſeri impleta cauſa. Et verò, vt alij eleganter animaduerterunt, notandum eſt, non dixiſſe donatorem, *per mantenerlo nella ſeruitù*, ſed, *per mantenerlo nell'affettione*, quæ cauſa longè differt à præcedenti: Hæc enim omnimodo fuit impleta, quia Dom. Boſchi ſemper Illuſt. Do. Philibertum affectione ſumma fuit proſecutus.

Minus obſtat, quod de promiſſione facta officiali objicitur, quoniam id tunc demum verum eſt, quando aliquid promittitur officiali ſimpliciter ratione officij, non verò, quando propter alia merita, vt in caſu noſtro. Et ſanè nullo modo poteſt admitti, quod ab aduocatis Illuſtriſs. Dom. Raconiſij obijcitur, fuiſſe, ſcilicet hanc ſtipendij conſtitutionem: Primò, quia ſtipendia futuram tantum, non etiam præteritam cauſam reſpiciunt, cum alioquin hæc donatio principaliter propter præterita merita facta ſit, de quibus ſolummodo fit in narratione mentio. Deinde vero ex epiſtola, quam D. Boſchi ad Illuſt. D. Philibertum ſcripſit, idemque D. Philibertus reſcribendo approbauit, cõſtat D. Boſchi ſeſe ad eius ſeruitia cõtuliſſe nõ ſub ſpe mercedis, ſed, vt eius beneficio poſſet ad aliquem dignitatis gradum aſcendere. Tertiò demum ſtipendia non ſolẽt regulariter in ſtrumentis, & cum tanto verborum apparatu aſſignari, minus in ijs fieri ſolet hæredum mentio, cavè adduntur, quę in tota huius inſtrumẽti diſpoſitione circa donationis perpetuitatem continentur.

Ex qbus omnibus liquere puto, donationẽ hanc non perſonalem, ſed realem, & perpetuam eſſe.

Tertium dubitationis caput in eo verti ẽ, qa poſito, quod hæc annua donatio ſit perpetua, videtur tamen propter inſinuationis defectum
79 eſſe nulla. † *l. ſancimus 34. §. vlt. C. de donat.* nõ
obſtante iuramento, quod adiectum proponitur in inſtrumento, quo de agitur, idque varijs rationibus videtur ſuaderi, ac

In primis, quia, quanquam valdè ſit controuerſum, an iuramentum ſuppleat inſinuationis defectum, adeo, vt plerique dubitent, vtra ſit receptior ſententia, in hoc tamen videntur omnes conſenſiſſe, vt ita demum iuramentũ vim habeat inſinuationis, ſi ſpeciatiter, aut inſinuationi, aut legibus de inſinuatione loquentibus
80 renuntiatum ſit, † *vti tradiderunt Soc. iun. conſ. 8. num. 17. volum. 4. Caph. conſ. 208. num. 16. vol. 1. & alij quos referunt, & ſequuntur Clar. in §. donatio. quæſt. 18. num. 2. & Magon. deciſ. Flor. 64. nu. 23. & deciſ. 65. num. 41. qui teſtatur hanc eſſe magis communem tam Legiſtarum, quam Canoniſtarum ſententiam, & ab ea non eſſe in conſulendo, & iudicando recedendum.*

Neque eſt, quod aliquis contendat illi fuiſſe
renunciatum his verbis, *Renontiando ad ogni eccettione, & aggiuto di leggi*, quia generalis hæc re
81 nuntiatio non ſufficit, † *vt ait idem Magon. d.*
deciſ. 65. num. 67. Vbi enim ſpecialis renuntia
tio requiritur, vt in caſu noſtro, non ſufficit ſi ge
82 neraliter rẽnũtictur omni legum auxilio, † *vt*
tradit Pariſ. conſ. 110. num. 98. volu. 1. præcipuè
cum hæc clauſula non ſit magni facienda, vt
poté, quæ inſeritur inter clauſulas acceſſorias,
83 & de more tabellionum, † *clemen. 1 de præben.*
Bart. in l. 1. num. 10. ff. de iur. cod. Pariſ. conſil. 20.
num. 87. volu. 1. Natt. conſ. 103. nu. 10. Crau. conſ.
880. nu. 17. Decia. conſ. 39. nu. 36. vol. 2.

Secũdò verò poſito, quod hæc clauſula vim
habeat ſpecialis renuntiationis, non tamẽ in
ſpecie noſtra defectum inſinuationis ſupplere
poteſt, quia, vt iuramentum vim habeat inſi-
nuationis, non ſolum ſpecialis renuntiatio vi-
detur requiri, verum etiam ea debet eſſe iura-
ta, alioquin ſimplex non prodeſt, vti frequen-
84 tius receptum eſt † *teſte Tiraq. in præfat. ad l. ſi*
vnquam, num. 143. Gabr. lib. 1. tit. de donat. conclu.
1. num. 9. Caph. conſil. 208. nu. 11. & Mago. d. deciſ.
65. num. 41. In ſpecie autem noſtra generalis
hæc renunciatio ſimpliciter fuit interpoſita,
quia, vt ex verbis inſtrumenti colligitur, primũ
præſtatur iuramentum ſuper obſeruantia corũ
omnium, quæ dicta ſunt, deinde apponitur ge-
neralis renuntiatio ſine iuriſiurãdi repetitione.
Tãquam igitur ſimplex non debet inſinuatio-
nis defectum ſupplere.

Tertiò augetur dubitatio ex eo, quia in inſtrumento, quod proponitur, non ſolum renuntiatio non fuit iurata, ſed nec contractus quidẽ principalis: namque poſt mutuas promiſſiones ait inſtrumentum, *Interuenendo il giuramento di eſſo Illuſtriſſimo Signor Feliberto in fede di Caualiero, gentilhuomo, & amoreuole Sign. & patrone, & di detto M. Boſchi in fede d'huomo da bene, humile, & fedele, & obligatiſſimo ſeruitore di tener,* &c. *toccate corporalmente le ſcritture.* Hęc verba, tactis corporaliter ſcripturis, referri debent ad donatarium, de quo proximè tractatũ eſt. Promiſit enim cum iuramento, ſe diligenter rem locatam culturum. Promiſſio autem donantis fuit nuda, quia, quanquam dicat notarius interueniſſe eius iuramẽtum, videtur tamen hoc accipiendum ſecundum communem vſum loquendi, quo ſolent primates promittere, *in fede di Caualiero, & gentilhuomo.* Tanquam igitur nuda, & ſimplex donatio erit inutilis propter omiſſam inſinuationem.

Quartò, & vltimo poſito, quod donator verè, & tactis ſcripturis iurauerit, hoc tamen iu-

ramentum

ramentum non videtur in caſu noſtro poſſe ha
bere vim inſinuationis, ſcilicet quia DD. om-
nes, qui de iuramenti vi in ſupplendo inſinua-
tionis defectu diſputant, loquuntur de iuramē-
to præſtito in ipſo contractu donationis, cum
alioquin in ſpecie noſtra iuramentum non fue
rit interpoſitum ſuper donatione, ſed ſuper lo-
catione, ſeu executione donationis antea fa-
ctæ: Quo fit, vt circa donationem nihil poſſit
operari. Neque enim iuramentum debet refer-
ri ad verba enunciatiua, ſed tantum ad princi-
85 palia, † *vt not. in c. cum venerabilis. de excep. & tra
dit Lar. in l. vlt. §. ſ itta ff. de lib. leg. quem ſequun-
tur Ruin. conſ. 192. num. 3. volum. 1. & Seraph. de
priuil. iur. priu. 92. num. 8. Crau. conſ. 805. num. 9.*
Et igitur ſimplex donatio, & conſequenter in
eo, quod excedit legitimam ſummam debet eſ
ſe nulla.

Verùm re diligenter perpenſa, mihi verius,
& probabilius viſum eſt, donationi, quæ propo
nitur, inſinuationis defectum nō obeſſe, quod,
vt exiſtimem, moueor varijs ex cauſis, ac

In primis, moueor, quia donatio hæc fuit iu
rata, & ideo ex frequentiori DD. ſententia in-
86 ſinuatione non indiget, † *vti de magis communi
atteſtantur Roll. conſ. 39. nu. 38. vol. 1. Clar. in §.
donatio. q. 18. num. 1. Gabr. lib. 3. tit. de donat. con-
cluſ. 1. num. 66. Seraph. de priuil. iur. priu. 73. num.
4. Andr. Gail. lib. 2. obſer. 39. num. 12. Peregr. conſil.
76. nu. 40. vol. 1. Surd. conſ. 450. nu. 41. Men. conſ.
2. num. 377. Burſ. conſi. 183. num. 7. vol. 2. Ludou.
deciſ. Peruſ. 66. num. 6. Morot. conſil. 52. num. 11.*
Quod vtique locum habet, etiamſi ſpecialiter
inſinuationi non fuerit renunciatum: Sufficit
enim donationem eſſe iuratam, & promiſiſſe
donatorem, ſe non eſſe contrauenturum dona
tioni ſecundum veriorem, & receptiorem ſen-
tentiam, vti conſtat, nō ſolum ex eo, quod om-
nes, qui tradunt donationem iuratam non ege-
re inſinuatione (quam opinionem hodie fre-
quentiorem eſſe indubitati iuris eſt) illud cen-
ſent, ſufficere, ſi interueniat iuramentum de nō
87 contraueniendo ſine vlla renuntiatione, † *vti
videre eſt apud Rimin. iun. in §. 1. nume. 698. &
num. 703. inſtit. de donat. & Ruin. conſi. 182. num.
13. vol. 1. & declarat Capy. deciſ. 159. num. 31* ſci-
licet, quia longè aliud eſt quærere, an inſinua-
tioni cum iuramento renuntiari poſſit, aliud
verò, an iuramentum suppleat defectum inſi-
nuationis, non inquam ex hoc ſolum colligi-
tur, verumetiam, quia hoc nominatim tradi-
88 derunt. † *Ang. conſi. 94. num. 8. Soc. ſen. conſi. 77.
num. 19. volum. 1. Bald. nou. inter conſ. Socin. ſen.
conſi. 78. num. 2. vol. 1. Caccialup. inter conſi. eiuſd.
Socin. ſen. conſi. 80. num. 11. eod. volum. Alex. conſil.
4. num. 10. vol. 1. & conſi. 21. num. 14. volu. 3. Dec.
conſi. 432. num. 17. & num. 20. Rmin. conſi. 51. nu.
18. & num. 19. volum. 1. Natt. conſi. 110 num. 16.
Socin. iun. conſi. 120. num. 19. vol. 3. vbi ait eſſe ma-
gis communem. Crau conſi. 118. num. 1. Addit. ad
Rom. conſ. 26. num. 4. vbi teſtatur de magis commu-
ni Rimin. iun. in §. 1. num. 698. & 703. & 711. vbi
ait hanc eſſe magis communiter receptam ſententiā
inſti. de donat. Rol. conſ. 70. num. 38. vol. 2. Seraph.
de priuil. iur. priu. 73. num. 49. Capyc. deciſ. 156. nu.
31. Viuius deciſ. 433. num. 1. iuncto num. 5. Andr.
Gail. lib. 2. obſer. 39. num. 4. coniuncto num. 13. Ber-
taz. conſi 115. num. 11. & ſeqq. vbi ait communem
ſententiam eſſe contra Clarum, Borgnin. deciſ. 22.
num. 34. part. 4. Barz. deciſ. 25. num. 49. vbi ait hāc
eſſe veriorem, & magis communem ſentētiam, quic-
quid ſcripſerit Magon.* Neque eſt, quod aliquis
contendat Barz. in Mag. ſententiam iuiſſe, quod
ſe adſcripta per eum remittat, *num.* 56. quia
non hoc vult in eo loco Barz. namque primū
ait, magis communem, & veram eſſe ſentētiā,
non requiri ſpecialem renunciationem *nu.* 49.
Deinde *num.* 52. ſubijcit, dato, quod opinio cō-
traria eſſet tenenda, quæ negari nō poteſt, quin
multos etiam habeat ſectatores, & qui eam te-
ſtētur communem, vt videre eſt apud Magon.
tamen in caſu ſuo non habere locum propter
decretum Tribunorum plebis. Quibus ſtanti-
bus concludit, *num.* 56. non obſtare defectum
inſinuationis propter iuramentum, & illud de-
cretum, quicquid ſit, inquit, de illa controuerſa
quæſtione, an requiratur ſpecialis renunciatio,
cum iuramento, an verò ſufficiat ſimplex pro-
miſſio de non contraueniendo cum iuramen-
to, de qua q. ait latè videri poſſe per Magon. d.
deciſ. vbi latè recenſentur, & pertractant DD,
pro vna, & altera parte. Itaque ſe remittit non
pro opinione, ſed pro quæſtione: Adducit enim
ſedem materiæ. Ex quo intelligitur adhuc ei
adhærere ſententiæ, quam communem pro-
feſſus eſt.

Et ſanè probabiliorem hanc eſſe ſentētiam
vel ex eo conſtat, quia inſinuatio non deſidera
tur à iure propter vtilitatem publicam princi-
paliter, ſed ſecundariò, & per conſequentias,
89 † *vti docent Abb. conſ. 107. num. 1. par. 2. Rollan.
conſi. 19. num. 48. volum. 1. & conſi. 25. nu. 13. vol.
2. Guidop. q. 350. num. 2. & 4. Ruin. conſi. 121. nu.
1. & conſ. 180. num. 15. volum. 1. Et alij magis com-
muniter, vt atteſtatur idem Barz. d. deciſ. 25. num.*
52. Alioquin enim, ſi publicam vtilitatem re-
ſpiceret principaliter, nō poſſet ei pactionibus
90 priuatorum derogari. † *l. ius publicum 30. ff. de
pact. l. quidam decedens 6. in prin. ff. de admin. tut. l.*
91 *3. ff. de teſtam.* etiam cum iureiurando. † *l. iuriſ-
gentium 7. §. & generaliter. ff. de pact. l. non dubiū.
5. C. de legib.* Et tamen fatentur magis commu-
niter, poſſe quem cum iuramento inſinuationi
renunciare, *vt Mago. teſte* Eſt igitur principa-
liter introducta fauore priuato, per conſequen
tias verò ob publicam vtilitatem, ne ſcilicet re
92 ſua quis abutatur. † *§. vlt. inſt. de ijs, qui ſunt ſui,*
93 *vel al. iur.* & vt fraudes euitentur. † *l. data 27. C.
de don.* Hinc ſequitur, debere iuramento firmari,
quamuis ſpecialis renunciatio non interuene-
94 rit, † ex regula, *quam tradunt omnes in cap. cum
contingat, extr. de iureiu. poſt Barto. & alios in l. ſi
quis pro eo. 57. in prin. ff. de fideiuſſ.* quod, quando
forma requiritur principaliter propter vtilita-
tem priuatam, iuramentum ſupplet eius defe-
ctum, etiam ſine ſpeciali renunciatione, Sic, &
alienatio prædij minoris ſine decreto iudicis,
quod tamen ad euitandas fraudes, quibus mi-
nores ſuppoſiti ſunt, deſideratur. *l. 1. ff. de minor.*
quoniam hæc ſolemnitas principaliter reſpi-
cit priuatam vtilitatem, firmatur iuramento,
quamuis non ſit huic ſolemnitati renunciatū,
95 † *vt tradunt omnes in auth. ſacramenta puberum.
C. ſi adu. vend. & Capyc. d. deciſ. 159. num. 31.* Sic
& alienatio fundi dotalis firmatur iuramento
etiam ſine ſpeciali renunciatione legis Iuliæ,
96 † *vt not. in d. c. cum contingat. extr. de iureiur.* Sic
igitur, & donatio confirmabitur iuramento,
tametſi ſpecialiter non fuerit inſinuationi re-
nunciatum. *Et hoc argumento moti ſunt ad hanc*
opinionem

Digitized by Google

opinionem comprobandam Roll. d. conſ. 90. nu. 38. vol. 2. & Barz. d. deciſ. 25. nu. 50.

Secundò dato, quod iuramentum non ſup-
pleat defectum inſinuationis ſine renũciatio-
ne, conſtat tñ ex verbis inſtrumẽti fuiſſe renũ-
ciatum omni legum auxilio, quibus verbis cẽ-
ſetur renunciatum inſinuationi, ita, vt donatio
97 ſine dubio ſuſtineatur. † *vt ſcribunt Gozad. cõſ.
87. num. 13. Socin. iun. conſ. 130. num. 19. vol. 3. Se-
raph. de priuil. iur. priu. 71. nu. 48. Gabr. lib. 3. titu.
de donat. concl. 1. nu. 10. Bertaz. conſ. 115. num. 13.
Ruin. conſ. 180. nu. 15. lib. 1. Cran. conſ. 852. nu. 3.
vol. 5. Rimin. iun. in §. 1. nu. 670. & num. 683. inſt.
de donat. Viuius deciſ. 433. num. 5. part. 3. Borgn.
deciſ. 22. nu. 36. part. 3. vbi ait huic opinioni ſtandũ
eſſe tanquam veriori*, & probatur, quia hæc clau-
ſula, *Renuncians omni legum auxilio*, inducit
renunciationem cuiuſcunque rei etiam, quæ
98 requirit ſpecialem renunciationem. † *Rollan.
conſi. 99. num. 45. vol. 4. Capyc. d. deciſ. 159. nu. 35.*
præcipuè cum iuramento, quod habet vim ſpe-
99 cialis renunciationis. † *Crau. conſi. 485. nu. 2.*

Tertiò non ſolùm fuit renunciatum omni
legum auxilio, ſed etiam omni ſolemnitati,
quæ verba non poſſunt referri, niſi ad inſinua-
100 tionem, † *vt docet Alcia. conſi. 4. nu. 5.* quippè
cum locatio nullam requirat ſolemnitatem.
101 † *l. 2. ff. de oblig. & act.* Et ideo perinde eſt, ac ſi
ſpecialiter inſinuationi renunciatũ eſſet, quia,
vbi verba non poſſunt referri, niſi ad vnum ca-
102 ſum, cenſetur is ſpecialiter expreſſus. † *l. 2. ff.
de libe. & poſthum. l. ſi Eroſ. 11. ff. de opt. leg. l. fundus
qui locatus. 24. ff. de fund. inſtr. Dec. conſ. 389. nu.
11. Crau. conſi. 961. nu. 7. & conſ. 974. nu. 19.*

Quartò fuit in inſtrumento adiecta clauſu-
la, vt inſtrumentum fiat, ſi fuerit opus, ad di-
ctamen ſapientis, quæ clauſula operatur, vt ẽt
hodie poſſit addi hæc renunciatio inſinuatio-
nis, quippè cum dictamen ſapientis in iis ver-
ſetur, quæ pertinent ad ſolemnitatem, ita vt
103 actus efficax de iure fiat, † *ſecundum Bald. in l.
cum quid 3. col. 2. verſ. item ex vi conſuetudinis. ff. ſi
cert. pet. Iaſ. in l. ex ea parte 121. in prin. nu. 4. ff. de
verb. oblig. Crau. conſi. 612. num. 9. verſ. 9.* Et ſanè
fuit ea clauſula omiſſa errore, & imperitia no-
104 tarij, quæ partibus non debet obeſſe. † *l. vlti.
C. de fideiuſſ. vbi glo. in verb. ſimplicitas. l. cum pro-
ponebatur. 66. ff. de leg. 2. l. ſi librarius 93. ff. de reg.
iur. Cran. conſ. 147. nu. 5. & conſi. 630. nu. 1.*

Quintò cum ſit annua donatio, vtrum ea le-
gitimam ſummam excedat, ita, vt egeat inſi-
nuatione, non videtur æſtimandum ex coacer-
uatione annorum, ſed ex ſumma principali, ex
qua is redditus poteſt prouenire, ſcilicet, quia eſ-
105 fectu videtur donata ſumma principalis. † *l. ſi
quis argentum 35. §. ſi vero reditum. C. de donat.*
quod quidem meo iudicio ſcribitur apertè *in
l. ſancimus 34. §. vlt. C. de donat.* ibi, *Ex totius ſti-
pulationis fundamento, & fonte eius, ex qua annuæ
donationes profluxerunt*, quo poſito ſequitũ hãc
donationem non excedere legitimam ſum-
mam, quũ centum aureorum reditus percipi-
tur ex ſumma 73. aureorum ſolis, intra quam
106 fieri poteſt donatio ſine inſinuatione. † *d. l. ſi
quis argentum. 35. in prin. d. l. ſancimus 34. in prin.
C. de donat.* Imò, ſecundũ nonnullos, vſque ad
107 ſummam mille aureorũ, † *vti videre eſt apud
Clar. in d. §. donatio. q. 18.*

Sextò, & vltimò, ſi conſideremus qualitates
perſonarum, quæ in hoc inſtrumento interue-
nerunt, nullus relinquetur dubitationi locus,
Primum enim facta eſt donatio à viro Illuſtriſ-
ſimo, qui habebat merum, & mixtum imperium, cuius perſona facit, vt ſuſtineatur dona-
108 tio etiam ſine alia inſinuatione, † *ſecundum
Bal. in d. l. ſancimus 34. in prin. num. 5. C. de donat.
quem ſequuntur Alex. conſi. 157. num. 7. & 8. vol. 2.
& Capyc. deciſ. 203. nu. 13.* Nam, cum inſinuatio
ſit voluntariæ iuriſdictionis, nil poteſt eſſe im-
pedimento, quominus fiat à Magiſtratu apud
109 ſeipſum, † *ex ſententia Bar. in l. ſi conſul 3. num.
3. ff. de adopt. Bald. in d. l. ſancimus 34. in princ. nu.
5. Alex. d. conſ. 157. num. 7. vol. 2. Gabr. d. conclu. 1.
num. 26.* exemplo aliorum actuum voluntariæ
110 iuriſdictionis. † *l. ſi conſul 3. l. Magiſtratum 4. ff.
de adopt. l. 2. ff. de offi. præſid.* Quo fit, vt eo ipſo, quòd
is, qui habet merum, & mixtum imperium, do-
nat, & donatio in eius præſentia redigitur in
111 publicam ſcripturam, videatur inſinuari, † *ſe-
cundum Bald. & Alex. ſup. relatos.* Quid enim
aliud ad inſinuationem requiritur præter pu-
112 blicam ſcripturam, & iudicis præſentiam, † *vt
docent Barto. in l. donatio 25. C. de donat. Bertaz.
conſi. 115. nu. 4. Clar. in d. §. donatio. q. 15. num. 5.*
præcipuè cum nulla ſubeſt tempore donatio-
113 nis controuerſia, † *ſecundum diſtinctionem Bal.
in l. ne quicquam 9. §. vbi decretum. ff. de offic. proc.
quem refert, & ſequitur Gabr. d. conclu. 1. num. 50.*
Deinde vero dato quod non cenſeatur inſinua-
ta ſine ſpeciali declaratione, quia tamen facta
eſt à viro Illuſtriſſimo, nõ debet retractari præ-
textu omiſſæ inſinuationis. Neque enim ho-
neſtum eſt nobiliores ſuum beneficium reuo-
114 care. † *l. vlt. C. de annon. et tri. lib. 10. & §. illud. Aut h.
conſtit. quæ dign. Tiraq. de nobil. cap. 37. num. 56.* &
ideo ob nobilitatem dantis ſuſtinetur donatio,
115 quæ aliàs eſſet inutilis. † *l. filius fam. 7. ff. de do-
nat. Iaſ. in l. contra iuris 29. §. ſi filius, num. 7. ff. de
pact. Tiraq. de nobil. d. cap. 37. num. 41.* Quam in
rem ſcribit Capyc. *d. deciſ. 203. nu. 17.* fuiſſe per
Concilium Neapolitanum deciſum donatio-
nem quandam annuam factam ab Illuſtriſſi-
mo Dom. Sanſeuerino, ſuſtinendam, non ob-
ſtante defectu inſinuationis, eo ſolo, quod fa-
cta eſſet à viro Illuſtriſſimo, Et quamuis iure
ſtricto aliquid poſſit opponi contra donatio-
nes factas a viris Illuſtr. in eo tamen regno nõ
ſolere reduci in controuerſia propter omiſſam
inſinuationem. Quanto igitur magis debet ſu-
ſtineri in caſu noſtro, in quo præter ea omnia,
quæ ibi conſiderantur, ſubeſt; & iuramentum,
& renunciatio omni legum auxilio, & iuris ſo-
lemnitati, Accedit, & perſona donatarii, qui
tunc temporis erat Secretarius Illuſtriſſimi D.
Philiberti, in quo proinde nulla ſuberat ſuſpi-
cio fraudis, vtpotè in longè inferiore. Addo
perſonas teſtium: fuit enim facta donatio co-
ram Excellentiſs. D. Præſide Ozaſco, viro etiã
tunc temporis in dignitate conſtituto, & cum
donatore affinitate coniuncto, quæ res ſimul
iunctæ omnem prorſus tollunt fraudis ſuſpi-
cionem, propter quam requiritur inſinuatio. *l.
data 27. C. de donat.*

Ex quibus omnibus puto clariſſimè conſta-
re, non obeſſe intentioni D. Botchi inſinuatio-
nis defectum.

Neque obſtant contraria: Ad primũ enim
variè reſponderi poteſt, ac primò quoniam to-
ta vis conſiſtit in authoritate Clari, & Mago-
nij, reſpondeo, quanquam hi ſimpliciter profi-
teantur,

teantur, magis eſſe communem Doctorũ ſententiam, iuramentum ita demum ſupplere defectum inſinuationis, ſi ſpecialiter fuerit inſinuationi renunciatum, ſi tamen res diligenter perpendatur, conſtare, eos malè, & perperam hoc aſſeruiſſe: Nam eorum, quos præfati au-
116 thores retulerunt, maior pars † duos caſus diſtinguit, quorum primus eſt, quando adeſt aliquod ſtatutum, quo cauetur, vt, niſi donatio intra certum tempus inſinuetur, ſit nulla, Et tunc cenſuerunt frequentiùs, iuramentum non aliter ſupplere defectum inſinuationis, quàm ſi ſpecialiter ei ſit renuntiatum. Secundus caſus eſt, quando ſumus in puris terminis iuris communis, prout in caſu noſtro, & tunc fatentur, nõ requiri ſpecialem renuntiationem, ſed ſufficere, ſi donans iuret, ſe ſeruaturum donationem: *Ita enim nominatim diſtinguunt Feder. de Sen. cõſ. 281. Caccialup. inter conſ. Soc. ſen. conſ. 80. num. 11. volum. 1. Natt. conſi. 110. num. 16. Et Soc. ſen. conſ. 77. num. 19. vol. 1. Bald. Nou. inter conſi. Socin. ſen. conſi. 78. num. 2. volum. 1. Alcia. conſ. 107. num. 17. Seraph. de priuil. iur. priu. 73. num. 4. & num. 49. & 76. Rim. iun. in §. 1. num. 663. & ſeqq. Inſt. de dona. vbi num. 703. & 711. ait eſſe magis communem ſententiam. Gabr. d. conclu. 1. num. 66. 67. & 69. Crau. conſi. 128. num. 1. Ruin. conſ. 51. nu. 18. & 19. vol. 1. Barz. d. deciſ. 25. num. 53.* Alij vero, ſi etiam diligenter videantur, non officiunt noſtræ ſententiæ: Adducit enim Mago. Ruin. *conſil. 159. nu. 15. vol. 4.* qui ait ſimpliciter in ſuo caſu non nocere defectum inſinuationis, quia fuerat renuntiatum inſinuationi, cum iuramento. Idq; ait tranſire ſine difficultate, verum nõ ſubijcit, quid ſentiat de alio caſu, quanquam ſignificet his verbis, in eo aliquam ſubeſſe difficultatem. Adducit præterea Gozad. *conſi. 87. num. 13.* qui primùm ait, iuramentum ſupplere defectum inſinuationis, deinde ſubijcit, Et, ſi velimus dicere contrariam eſſe veriorem, limitari, ſi fuerit renuntiatum inſinuationi: cenſeri autem renuntiatũ illis verbis, *omni legum auxilio.* Itaq; primùm ſequitur affirmatiuam, deinde retenta etiam contraria, vbi fuit renuntiatum omni legum auxilio, cenſet rem eſſe indubitatam. Omnimodo igitur eſt contra Mago. Adducit inſuper Capyc. *deciſ. 159. num. 31.* qui non ſolũ non eſt pro Mago. vt imo ſit in contraria ſententia: Poſtquam enim retulit opinionem eorum, qui tradunt requiri ſpecialem renuntiationem, ſubijcit, contrariam ſententiam ſecutos eſſe varios DD. cum qua perficit. Itaq; videtur in ea reſidere. Adducit, & Clar. qui primùm fallitur, dum ait hanc eſſe communem: nam ex his, quæ diximus, facilè licet intelligere, magis communem eſſe contra Clarum, *vt atteſtatur nominatim Bertaz. conſil. 115. num. 11.* Deinde ſubijcit, hanc opinionem in puncto iuris non tranſire ſine difficultate, quia ſubeſt idẽ fauor animæ, ſuper quo ſe fundant DD. Adducit item Socin. iun. *conſ. 8. num. 17. volum. 4* qui primò conſuluit contra communem opinionem, *vt ipſimet profitetur nu. 16.* Deinde loquitur de caſu ſtatuti, de cæteris verò nihil ſtatuit: Ait enim *num. 18.* Et ita pro nunc firmo, quicquid in alijs caſibus ſit dicendum. Ex quib. conſtat, quanta fides in hac re ſit adhibenda Claro & Magonio: nam, vti dixi, omnes ferè DD. ab eis adducti, aut diſtinguunt, aut nullo modo aduerſantur noſtræ opinioni, &, ſi qui ſunt alij, qui contrarium nominatim affirment, contra frequentiorem, & veriorem DD. ſententiam loquuntur, vt ex his, quæ in primo fundamento diximus, facilè eſt intelligere, vt proinde nulla ſit in eorum authoritate vis facienda.

Secundò verò reſpondeo, dato, quod requiratur ſpecialis renuntiatio, ſufficere tamen, ſi renuntietur omni legum auxilio: Nam, vti ſupra demonſtraui, hæc eſt magis communis opinio eorum ferè omnium, quos etiam adducit in ſuperiore argumẽto Mago. Neque verũ eſt, ſpernendam eſſe hanc clauſulam, quia verius eſt cenſeri appoſitam ex mente contrahentium, *vti latè probaui in prima dubitatione.*

Tertiò reſpondeo fuiſſe etiam ſpecialiter renuntiatum ſub illis verbis, *& ſolennita,* quæ referuntur ad ſolemnitatem inſinuationis, vti latè ſupra demonſtraui.

Ad ſecundum reſpondeo, quod dici ſolet, renuntiationem ſine iuramento non ſufficere, non ita eſſe intelligendum, quaſi bis iurandum ſit, primo dum promittitur de non contrauenendo, ſecundo dum renuntiatur: Hoc enim eſſet abſurdum, & contra mentem ſcribentiũ, ſed ita intelligitur, vt niſi contractus ſit iuratus, renuntiatio inſinuationis nihil opere-
117 tur, † *vti videre eſt apud Bar. in l. Modeſtinus 23. nu. 9. & nu. 11. ff. de donat. & Gabr. d. conclu. 1. nu. 9. & Tiraq. in præfa. ad d. l. ſi vnquam, nu. 143.*

Ad tertium reſpondeo, imo interueniſſe iuramentum, vt conſtat ex illis verbis inſtrumenti, *interuenendo il giuramento di eſſo Illuſt. Sig. Filiberto.* Neque obſt. quod non videatur præſtitum tactis corporaliter ſcripturis, ſed tantum *in fede di Cauagliero*, quia reſpondeo primò, non eſſe neceſſarium tactum ſcripturarum ſecundum veriorem, & magis communem ſententiam, præcipuè in viris Illuſtr. quorum ſolæ promiſſiones ſub fide ſua factæ idem operantur,
118 quod iuramenti appoſitio, † *vti docent Andr. Gail. lib. 2 obſeru. 59. num. 3. & num. 6. & Theſau. deciſ. 47. nu. 11.*

Secundò reſpondeo, imo verò interueniſſe iuramentum tactis ſcripturis. nam notarius poſt ſtipulationem enarratam relaturus iuramentum vtriuſque partis appoſuit quædã verba, quæ ſolent exprimi à contrahentibus, præcipuè quando vnus eſt ſuperior, & alter inferior, & ait interueniſſe iuramentum donatoris ſub fide Equitis, donatarij verò ſub fide humilis, & obligati ſerui, deinde ſubijcit, tactis corporaliter ſcripturis, quæ verba referenda ſunt ad vtrumque caſum, cum vna determinatio, &c. *l. iam hoc iure 4. ff. de vulg. l. quãuis 4. C. de impub.* & clauſula in fine poſita debeat ad omnia præcedentia referri, cum ratio diuerſitatis non poteſt afferri, cur potius ad vnum, quam ad aliud
119 ſit referenda. † *l. talis ſcriptura 30. §. vlt. ff. de leg. 1. l. 3. §. filius. ff. de lib. & poſthu. Crau. conſ. 808. nu. 11.* Et verò non eſt facienda vis in illis verbis, *in fede di Cauagliero*, quaſi excludant tactũ ſcripturarum, quia & D. Boſchi iurauit, *in fede d'huomo*, &c. & tamen verba ſequentia, tactis corporaliter ſcripturis ad eum ſine dubio referuntur, Erunt igitur, & ad donantem referenda non obſtantibus illis verbis, *in fede di Cauagliero.*

Ad quartum, & vltimum reſpondeo dupliciter, & primo hoc eſſe inſtrumentum donationis, *vti latè demonſtraui in prima dubitatione.*

Et verba

Et verba inſtrumenti, quamuis videatur enunciatiua, quia tamen propter ſe, & principaliter, ac per modum cauſæ prolata ſunt, inducere diſpoſitionem, & ideo ad ea tanquam diſpoſitiua vim iuramenti pertinere.

Secundo reſpondeo iuramentum referri ad omnia præcedentia ſiue principaliter, ſiue incidenter, ſiue acceſſoriè narrata ſint propter
12 eam clauſulam, quæ omnia, & ſingula. † *vt tradit Bart. in l. ſi cui ſerui 55. §. ſi a filio, num. 1. ff. de leg. 1. quem ſequuntur Alexan. conſ. 57. num. 2. volum. 3. & Borgn. deciſ. 22. nu. 33. par. 3. Crau. conſ. 366. nu. 19.*

Ex quibus omnib. concludo non obeſſe D. Boſchi defectum inſinuationis, quominus poſſit donationem plenam, & abſolutam conſequi, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Illuſtr. D. Margarita Molina.

CONSILIVM LIX.

ARGVMENTVM.

An mater, quæ filio primi matrimonij ſucceſſit poſtea, quam ſecundas contraxit nuptias, cogatur alijs eiuſdem matrimonij filijs conſeruare bona, quæ defunctus non à patre, ſed aliunde fuerat conſecutus.

SVMMARIVM.

1 *Mater tranſiens ad ſecunda vota qualiter filio primi matrimonij ſuccedat extantibus alijs eiuſdem matrimonij filijs, tria iura proponuntur, & explicantur, & nu. 21.*

2 *Mater, quæ tempore mortis filij primi matrimonij iam contraxerat ſecundas nuptias, non ſuccedit etiam in aduentitijs, niſi in vſufructu, Sed contra nu. 7. & 21.*

3 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias filios afficit iniuria.*

4 *Mater, quæ tranſit ad ſecunda vota, debet conſeruare filijs primi matrimonij, quæcunque ex eorundem filiorum ſucceſſione conſequitur, omni prorſus alienatione, & diſpoſitione ceſſante Declara, vt nu. 24.*

5 *Declaratur. §. hinc nos Auth. de nupt. coll. 4.*

6 *Bona filij aduentitia deferuntur matri tranſeunti ad ſecunda vota pleno iure.*

8 *Matri, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, cenſetur filius iniuriam remiſiſſe, ſi non fuerit conqueſtus, nec condiderit teſtamentum, & nu. 23. Declara, vt nu. 9.*

10 *Bona, quæ filijs ſunt conſeruanda, non acquiruntur matri pleno iure, ſed iure tantũ vſusfructus.*

11 *Verba, pleno iure, in materia ſucceſſionis, quæ defertur matri tranſeunti ad ſecunda vota, intelliguntur ſine onere conſeruationis, & reſtitutionis.*

12 *Pleno iure deferri, & filijs debere conſeruari opponuntur.*

13 *Pleno iure pertinere dicitur id, quod nulli ſubiacet reſtitutioni, &, quod alienari poteſt. nu. 14.*

15 *Plenum ius ſignificat plenum dominium, & plenam proprietatem.*

16 *Plena proprietas dicitur, quæ eſt coniuncta cum vſufructu, & poteſtate alienandi.*

17 *Pleno iure, ſi bona propria fiant, ſequitur de ijs poſſe quem liberè diſponere.*

18 *Mater ſuccedens filio primi matrimonij, ſi ſolum habet vſumfructum, non poteſt de bonis diſponere, etiamſi cæteri omnes filij præmorirentur, ſecus ſi habeat etiam proprietatem, Sed contra. nu. 19. Idque procedit etiam in lucris nuptialibus numero 20.*

22 *Iniuria, quam mater infert filijs primi matrimonij, non habetur ratio in bonis aduentitijs.*

LVX VERA LVGEAT IN TENEBRIS.

IN quæſtione, quæ mihi diſcutienda proponitur, num Illuſtriſs. D. Molina, quæ iam ſecundis erat copulata nuptijs, quo tempore filio primi matrimonij ſucceſſit, cogatur bona, quæ defuncto non ex paterna ſubſtantia, ſed extrinſecus obuenerant, eiuſdẽ matrimonij ſuperſtiti filiæ conſeruare, an verò liberam de ijs habeat diſponendi facultatem, Prima fronte dicendum videretur, cogi conſeruare:

Primò, quia, licet dicamus aduẽtitia filii bona pleno iure matri deferri. *l. mater. 5. C. ad Ter.* hoc tamen ita videtur accipiendum, ſi tempore ſucceſſionis nondum erat ſecundis nuptijs implicita, aliàs videtur etiam aduentitiorum proprietatem amittere, ſolumque viuens vſumfructum retinere, quod ea ratione probatur, quia §. *hinc nos. Auth. de nuptijs coll. 4.* vnde fuit *Auth. ex teſtamento. C. de ſec. nupt.* deſumpta, reſtituit iura ſucceſſionis, quæ matri ad ſecundas nuptias conuolanti defertur, ad iura Codicis: nã, *vt docet Bart. in d. §. hinc nos. num. 1. & conſil. 54. num. 7. lib. 1. quem Nico. Bello. conſil. 51. num. 6. & ſeqq. Menoch. conſi. 237. num. 11. & alij paſſim ſe-*
1 *quuntur*, tria potiſſimum reperiuntur † ad hoc pertinentia iura: Primum eſt ius Codicis, quo diſtinguitur mater, quæ tempore ſucceſſionis iam erat ſecundis nuptijs alligata, ab ea, quæ poſtea, quàm filio ſucceſſit, ſecundas contraxit nuptias, quod illa ſine bonorum diſtinctione ſolum conſequatur vſumfructum. *l. fœminæ. 3. §. illud. C. de ſec. nupt.* hæc verò in profectitijs ſimiliter vſumfructum ſolum habeat, in aduentitijs verò plenum ius. *d. l. mater. 5. C. ad Tert.* Secundum verò eſt ius. §. *cum igitur Auth. de non elig. ſec. nub. coll. 1.* vbi Iuſtinianus ſimpliciter ſtatuit, mulieri ad ſecunda vota tranſeunti pleno iure bona deferri, ſiue ante filij mortem, ſiue poſt ſecundas nuptias contraxerit. Tertium denique eſt ius. *§. hinc nos Auth. de nupt. coll. 4.* in quo Iuſtinianus iterum redijt ad diſtinctionem legum Codicis, *vt ſcribunt glo. in d. l. mater 5. in verb. connubium, & ibi Bart. & Ang. num. 1. Ruin. conſ. 113. num. 7. volu. 2.* Ex quo ſequitur, hodiè *poſt* §. *hinc nos*, manere incorrectas leges Codicis. Cum igitur eo iure, mater, quæ tẽpore ſucceſſionis iã ſecundis nuptijs ſe implicauit, ſine bonorum diſtinctione ſolum habeat vſumfructum, Conſequens eſt, vt hoc etiam hodiè ſit
2 admittendum. † Et ita in ſpecie cenſuerunt. *Ang. in d. l. mater. 5. in prim. lect. nu. 3. & ibi Caſtr. num. 2.* dicentes, in ea, quæ poſt contractas ſecundas nuptias filio ſuccedit, non eſſe faciendam bonorum diſtinctionem, ſed indiſtinctè ſolum

ſolum ei vſumfructum deferendum.

Secundò facit, quia eadem videtur ſubeſſe ratio in bonis aduentitijs inſpecta perſona filij, quæ & in profectitijs inſpecta perſona patris: Etenim profectitiorum ideo proprietatẽ amittit, quoniam hæc præſumitur fuiſſe voluntas mariti, qui fuit iniuria affectus, quæ ratio ſubeſt, & in aduentitijs inſpecta perſona filiorum, qui tempore nuptiarum ſunt ſuperſtites: nam,
3 & ipſi iniuria afficiuntur, † §. *Gregoria verſ. proſpeximus Auth. de non elig. ſec. nub. coll.* 1. & contriſtantur ob tranſitum matris ad ſecundas nuptias. §. *ſoluto Auth. de nupt. coll.* 4. ſcilicet, quia vxor tranſeundo ad ſecũda vota dicitur filios primi matrimonij negligere, & eos exhonorare. §. *ſi vero expectet d. Auth. de nupt. coll.* 4. Quẽadmodum igitur priuatur proprietate profectitiorum propter iniuriam illatam marito, ita etiam debet priuari proprietate aduẽtitiorum propter iniuriam, qua filium affecit, *vt conſiderat Caſtr. in d. l. mater.* 5. *nu.* 2.

Tertiò poſito, quod in aduentitijs non ſolũ vſumfructum, ſed etiam proprietatem fuerit conſecuta, non tamen ex eo ſequitur, liberam eſſe matrem ab onere conſeruandæ proprietatis ſuperſtiti filiæ; quia mulier, quæ tranſit ad ſecunda vota, quæcunque ex filiorum primi matrimonij ſucceſſione conſequitur, fratribus eorum conſeruare debet omni prorſus aliena-
4 tione, & diſpoſitione ceſſante, † *vt ſcribũt Dec. conſ.* 87. *num.* 3. *& conſ.* 205. *ante nu.* 1. *Gabr. tit. de ſec. nupt. concl.* 3. *num.* 1. *Burſat. conſ.* 12. *nu.* 1. *And. Gail lib.* 2. *obſ.* 98. *num.* 1. *Gomez. in* 14. *leg. Taur. num.* 1. apud quos pondero illa verba, omnia, vel quæcunque & ſimilia, quæ videntur non ſolum profectitia, ſed etiam aduentitia complecti, Quod etiam confirmatur ex ijs, quæ tradit *Ruin. conſ.* 11. *num.* 7. *vol.* 2. vbi ait, dato, ꝙ mater bonorum proprietate non priuetur, debere tamen illam filijs primi matrimonij conſeruare.

Verùm his non obſtantibus puto verius aduentitia filij bona pleno iure matri deferri, licet iam ſecundo marito ſit copulata, & eorum proprietatem non eſſe filiæ neceſſariò conſeruandam, ac

In primis hæc bona pleno iure deferri conſtat ex eo quia, §. *hinc nos*, cui, tanquam nouiſſimo, &, vt aiunt, correctorio ſtandum eſt, *ſecundum Bart. in d. l. mater.* 5. *& ibi Ang. num.* 8. non renouauit diſtinctionem Codicis in tempore, vt ſcilicet aliud ſit dicendum, quãdo mulier tempore ſucceſſionis iam ſecũdas contraxit nuptias, aliud, cum poſtea, quam ſucceſſit, ſecundo nubit, ſed tantum repetijt diſtinctionem bonorum, vt aduentitia pleno iure, profectitia verò iure tantum vſusfructus conſequa-
5 tur, † *vt ſcribunt Bart. in d. §. cum igitur. num.* 8. *& in d. §. hinc nos nu.* 1. *& d. conſ.* 54. *num.* 1. *lib.* 1. *Bald. in d. l. mater.* 5. *num.* 4. *& in d. Auth. ex teſtamento nu.* 1. *Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab int. part.* 2. *nu.* 9. *Men. d. conſ.* 237. *nu.* 11. *& probatur d. §. hinc nos verſic. ſi autem intellatur, ibi, tam ad ſecundas veniente matre nuptias, aut poſtea veniente*, & ibi, *ad ſecundas omnino ſiue prius, ſiue poſt veniens nuptias*, ex quibus verbis intelligimus, ſiue ante ſecundas nuptias, ſiue poſt moriatur filius, matrem in aduentitijs plenum ius habere, ſcilicet, quia ſola bonorum diſtinctio, non etiam temporis repetita fuit a Iuſtiniano *in d. §. hinc nos.* Quamobrem hodiè ſimpliciter dici ſolet, aduentitia pleno iure matri deferri,
6 † *vt videre eſt apud Roma. conſ.* 405. *nu.* 8. *Bolog. in add. ad Matheſil. de ſucc. ab inteſt. art.* 2. *princ. memb.* 1. *num.* 3. *Boer. deciſ.* 185. *num.* 5. *Cephal. conſi.* 5. *num.* 67. *Crau. conſi.* 37. *num.* 2. *Burſa. conſ.* 12. *num.* 46. *Gomez. in* 14. *leg. Taur. num.* 2. *Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato q.* 25. *num.* 4. *vbi teſtatur hanc eſſe communem*, Quinimo ſpecialiter hoc etiam ad eam pertinere, quæ tempore ſucceſſionis iã
7 erat ſecundis nuptiis implicita † tradiderunt. *Bart. in d. §. cum igitur num.* 8. *& in d. §. hinc nos. num.* 1. *Bald. in d. Auth. ex teſtamento ante num.* 1. *Angel. in d. l. mater.* 5. *num.* 8. *Matheſil. d. artic.* 2. *memb.* 1. *numero* 18. *Boer. d. deciſ.* 185. *nu.* 6. *Nico. Bello. d. conſil.* 31. *num.* 7. *Peregr. conſil.* 78. *num.* 1. *volum.* 1.

Secundò probatur hoc ipſum ratione: nam, ſi mulier admittitur pleno iure ad bona aduentitia, cum tempore ſucceſſionis nondum eſt ſecundo viro copulata, quamquam poſtea ſecũdas contrahat nuptias, multo magis videtur admittenda, ſi ante obitum filij ad nuptias deſcẽdat quoniam filius, quo viuente mater ſecundum contraxit matrimonium, ſi de ea non ſit conqueſtus, neque teſtamentum condiderit, tacitè cenſetur iniuriam, ſi qua fuit, matri remi-
8 ſiſſe. † *arg. l. vlt. C. de reuo. don. & in ſpecie ſcribunt Bald. in d. Auth. ex teſtamento num.* 8. *Alex. conſil.* 63. *num.* 2. *vol.* 5. *Dec. in rub. C. de ſec. nupt. num.* 8. *& conſi.* 205. *num.* 4. *&* 5. *Pariſ. conſ.* 29. *num.* 84. *volum.* 3. *Rip. in d. l. fœminæ.* 3. *in prin. num.* 30. *C. de ſec. nupt. Roll. conſ.* 95. *num.* 24. *volum.* 1. *& conſ.* 81. *num.* 15. *&* 18. *volum.* 3. *Menoc. de adip. poſſ. remed.* 2. *num.* 34. *& conſ.* 15. *num.* 16. *& conſ.* 237. *num.* 4. *Surd. deciſ.* 99. *num.* 14. quæ res in ea, quæ poſtea ad ſecundum virum conuolauit, non poteſt conſiderari: Neque enim potuit filius iniuriam nondum illatam, &, de qua non cogitauit, remittere; qua ratione dicimus, ſi filius matrem hæredem inſtituat, vel ei quicquam teſtamento relinquat, ſi quidem poſt contractas ſecundas nuptias moriatur filius, omnimodo matrem, & pleno iure ad ſucceſſionem admittendam eſſe, quoniam filius iniuriam remiſiſſe cenſetur. Cæterum, ſi poſt obitum filij mater ad ſecundas venerit nuptias, non ſuccedere pleno iure, quoniam non poteſt filius cenſeri iniu-
9 riam remiſiſſe, quæ nondum erat illata. † *Ita Bald. in d. Auth. ex teſtamento nu.* 3. *C. de ſec. nupt.*

Tertiò non eſſe hęc bona ſorori defuncti cõſeruanda patet ex eo, quia, cum dicimus bona aduentitia pleno iure matri deferri, intelligimus liberè, ita, vt de iis poſſit tam inter viuos, quàm mortis cauſa diſponere: nam, quæ filijs conſeruanda ſunt, non dicuntur pleno iure per-
10 tinere, ſed iure tantum vſusfructus. † *d. l. fœminæ.* 3. *§. illud. C. de ſec. nupt. d. l. mater.* 5. *C. ad Tert. d. §. hinc nos Auth. de nupt. coll.* 4. Et ita hæc verba, pleno iure, accipiuntur in vniuerſa mate-
11 ria ſucceſſionis, quæ matri defertur, † *vt explicant Bald. in d. Auth. ex teſtamento in antiq. lect. Ang. in d. l. mater* 5. *num.* 2. *& ibi Caſtr. nu.* 1. *Rui. conſ.* 58. *num.* 7. *verſ. nec etiam obſtat volu.* 5. *Boer. deciſ.* 191. *num.* 2. *Roll. conſ.* 81. *num.* 8. *&* 9. *volu.* 3. *Gabr. tit. de ſec. nupt. concl.* 3. *num.* 17. Quamobrẽ opponuntur hæc, pleno iure deferri, vel liberis
12 eſſe conſeruanda, † *a Bart. d. conſ.* 54. *num.* 7. *lib.* 1. *Menoch. d. conſ.* 237. *num.* 11. *Gomez. in* 34. *leg. Taur. num.* 3. quoniam illud dicitur ad aliquẽ

pleno

Digitized by Google

pleno iure pertinere, quod nulli ſubiacet reſti-
13 tutioni, † *vt declarant Ang. in d. l. mater 5. num. 2. Soc. ſen. conſ. 43. num. 11. vol. 4. Menoc. conſ. 323.*
14 *num.* 18. &, quod alienari poteſt. † *l. ſi ancillam 11. C. de act. empt. l. generaliter. 29. ff. qui, & a quib. man.* Cum enim plenum ius ſignificet plenum
15 dominium, & plenam proprietatem, *vt explicat Caſtr. in d. l. mater 5. num. 1.* Conſequens eſt, vt ei, quæ plenum ius habet, libera ſit de bonis diſponendi facultas, quippè, cum plena proprietas ea dicatur, in qua quis habet, & proprietatem, & vſumfructum cum poteſtate alienan-
16 di, † *vt not. Bald. in d. l. fœminæ. 3. §. illud num. 1. & ſcribunt Soc. ſen. d. conſ. 43. num. 10. vol. 4. Men. d. conſ. 323. num. 17.* Eſt enim probabilis conſequenter, Bona pleno iure propria fiunt, † ergo de ijs datur alienandi tàm inter viuos, quàm
17 mortis cauſa licentia, † vt conſtat *ex §. ſoluto verſ. percipiunt Auth. de nupt. coll. 4.* ibi, *Vnde donec vixerit*; illa enim dictio, vnde, illationem, & conſequentiam ſignificat. Cũ igitur aduentitia pleno iure, & iure proprietatis matri deferantur *d. §. hinc nos*, conſequẽs eſt, vt de ijs pro arbitrio diſponendi libertatem habeat.

Quartò comprobãtur ſupradicta *ex Epit. Nouell. Iulia. 22. cap. 30.* vbi leguntur hæc verba, *Liceat matri in ijs rebus, quæ non ex paterna linea ad filium ſuum defunctum peruenerunt, ſi hæres ei extiterit, & teſtari, & alienare, & quo voluerit modo diſponere*, quæ ita clarè, & dilucidè totam hanc controuerſiam dirimunt, vt nullus cenſeri poſſit relictus dubitationi locus.

Quintò, & vltimò facit, quia, ſi non ſolum bona profectitia, ſed etiam aduentitia filijs primi matrimonij eſſent conſeruanda, nulla eſſet vtilitas eius diſtinctionis, quam Iuſtinianus repetijt *in d. §. hinc nos*, vt aduentitia pleno iure, profectitia vero iure tantum vſusfructus mater conſequatur. Vtroque enim caſu non amplius haberet, quam, vt viuens frueretur, adempta ſcilicet ei de aduentitijs diſponendi facultate, quo nihil abſurdius dici poteſt. Magis igitur eſt, vt aduentitia pleno iure, id eſt liberè matri quærantur.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, hanc vtilitatẽ ſubeſſe quoniam, ſi proprietatẽ habeat ſimul cum vſufructu, debet quidem eam conſeruare, ſed hoc ita verum eſt, ſi tempore mortis filij ſint ſuperſtites. Cæterum, ſi omnes præmoriantur, poterit de ea diſponere, quod, ſi habeat ſolum vſumfructum, non poterit, tametſi nulli ex primo matrimonio liberi fuerint ſuperſtites: ad eorum enim hæredes bona pertinebũt,
18 † *vt cenſuerunt Soc. ſen. conſ. 34. num. 11. vol. 1. & Ruin. d. conſ. 113. num. 7. vol. 2.* quia reſpondeo, horum ſententiam eſſe communiter reprobatam nam etiam in bonis profectitijs, in quibus mater amiſſa proprietate propter tranſitum ad ſecundas nuptias ſolum retinet vſumfructum, ſi omnes filij prioris matrimonij præmoriantur ſine deſcendentibus, recuperat mater proprie-
19 tatem, deque ea poteſt diſponere † *d. l. fœminæ. 3. §. illud C. de ſec. nupt. quæ non eſt hodie correcta, vt ſcribunt Bar. in d. Auth. ex teſtamento num. 1. & ibi Bald. num. 5. Matheſil. de ſucc. ab inteſt. art. 2. prin. memb. 1. num. 22. & ibi Bologn. in addit. nu. 19. & 22. Nicol. de Vbald. de ſucc. ab int. part. 2. nu. 11. Boer. deciſ. 185. num. 17. vbi ait hanc eſſe veriorem, & frequentiorem, Craſ. conſ. 513. nu. 1. Gabr. in tit. de ſec. nupt. concl. 3. num. 29. vbi ait hanc eſſe magis communem, & Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato q. 25. num. 3.* vt dicimus etiam de lucris nuptialibus, quorum proprietatem mulier conſequitur, ſi omnes filij præmoriãtur, cũ alioqum illis exiſtentibus ſolum habeat vſumfructum.
20 † *§. hoc autem Auth. de non elig. ſec. nub. coll. 1.* Nil igitur impedit, quominus recuperetur proprietas omnibus filijs defunctis, quamuis interim ſolum habeat vſumfructum, Ex quo ſequitur, niſi dicamus, poſſe matrem de aduentitijs filij bonis diſponere, inutilem omnino reddi bonorum diſtinctionem, ſcilicet, quia omnium interim effectu haberet vſumfructũ, quod vtique abſurdum eſt.

Neque obſtãt contraria: Ad primum enim reſpondeo, redire Iuſtinianum ad diſtinctionẽ Codicis, quoad bona, nõ quoad tempora. Neque enim hodiè diſtinguitur, vtrum mater ante, vel poſt nuptias ſuccedat, ſed, vtrum bona ſint aduentitia, an verò profectitia. Itaq; quoad bona, leges Codicis ſunt incorrectæ, quoad tempora vero correctæ, & in tempore §. *hinc*
21 *nos*, concordat *cum §. cum igitur.* † *Ita declarãt Bar. in d. §. cum igitur num. 7. & in d. §. hinc nos. num. 1. Bald. in d. Auth. ex teſtamento nu. 1. & alij relati ſupra num. 5.* Neque obſtat Authoritas Ang. & Caſtr. quia reſpondeo, loqui eos contra manifeſta verba *d. §. hinc nos*, ideoque eorũ opinionem eſſe communiter improbatam, vt *atteſtatur Gomez. in 14 leg. Taur. nu. 2.* & ex aliorum dictis facilè poteſt intelligi.

Ad ſecundum verò reſpondeo primùm in aduentitijs non haberi rationem huius iniuriæ; quod ex eo colligitur, quia eorum proprietatẽ lex matri deferr, etiamſi ad ſecunda vota fecerit tranſitum prius, quam filio ſuccederet. *d. §.*
22 *hinc nos.* † *Ita reſpondet Ceph. conſ. 5. nu. 67.*

Secundò reſpõdeo dato, quod iniuriæ ſit habenda ratio, eã tamen tacitè cenſeri remiſſam à filio, qui poſtea, quam mater ſecundas nuptias contraxit, nulla querela vſus eſt, nullumque
23 teſtamentum condidit, † *vt ſcribunt Bald. in d. Auth. ex teſtamento nu. 8. & Alex. d. conſ. 63. nu. 2. vol. 5. & alij, quos ſupra retuli.*

Ad tertium denique reſpondeo, DD. in contrarium allegatos, licet ſimpliciter loquantur, neceſſariò tamen eſſe intelligendos de bonis
24 profectitijs, † ne videantur loqui contra verba manifeſta. *d. § hinc nos*, Quinimò (ſi diligenter eorum dicta perpendantur) ferè omnes declarant, ſe loqui de profectitijs, vt Bart. quem de profectitijs loqui conſtat *ex num. 1. in fin. verſic. cum igitur*, & Gabr. vt colligitur *ex num. 2.* vbi declarat, ea bona, quæ ſcribit debere conſeruari, non acquiri matri, niſi iure vſusfructus, Ex quo intelligimus, eum loqui de profectitijs, quoniam aduentitia acquiruntur etiam iure proprietatis. *d. § hinc nos*, & rurſus *nu. 16. & 32.* aperte declarat, id nõ procedere in bonis aliunde quæſitis; Similiter, & Andr. Gail de iiſdem profectitijs loquitur, quoniam ait, matrem in ijs ſolum habere vſumfructum, quæ res de aduentitijs dici nõ poteſt, *vt ſupra dictum eſt.* Denique Ruinus, ſi rectè perpendatur, non loquitur generaliter, dum ait, dato quod mater non ſit proprietate priuata in ſubſtantia, illam tamen debere ſeruare filijs prioris matrimonij, ſed loquitur de bonis, quę filius habuit à patre: nam, cum ſupra dixiſſet, in bonis, de quibus diſputabatur, quoniam erant profectitia, ma-

trem

trem non, niſi vſumfructum habuiſſe, ſecundū veriorem ſententiam, ſubiicit, Et, quamuis Maria. Socin. videatur dubitare, num ſcilicet in illis bonis ſuccedat etiam in proprietate, ſed eā debeat ſeruare filiis, tam DD. contrarium ſentiunt. Deinde addit, Et dato, quod mater ſuccedat etiam in proprietate, illa in tamen debet ſeruare filiis primi matrimonii, Et hoc ipſe Socin. non negat. Verba igitur hæc referuntur ad dictū Socini, qui loquitur de profectitiis: Hæc enim non potuit negare, quin eſſent conſeruāda, ſed exiſtimabat nihilominus interim acquiri etiam iure proprietatis, quod tamen communiter reprobatum eſt. De aduentitijs autem ne verbum quidem, aut apud Socinū, aut apud Ruinum. Ex quibus ſatis apertè, meo iudicio, conſtat, aduentitia filij bona matri liberè deferri, ita, vt nulla neceſſitate conſtringatur ad ea filiæ conſeruanda, prout iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

In eadem cauſa.

CONSILIVM LX.

ARGVMENTVM.

An bona, quæ nepos poſt mortem patris conſecutus eſt iure fideicōmiſſi ab auo paterno relicti, cenſeantur profectitia, an verò aduentitia, Et an, & quando id, quod ab auo relinquitur, aut datur nepoti cenſeatur relinqui, ſeu dari cōtemplatione filij, vel ipſius nepotis, Et an mater, quæ poſt tranſitum ad ſecunda vota ſucceſſit filio primi matrimonii, teneatur aliis eiuſdē matrimonii fi ijs conſeruare, bona, q̄ prædicto filio obuenerant ex diſpoſitione aui paterni.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quæ patris contemplatione, & affectione filio relinquuntur, cenſentur profectitia non aduentitia.*

2 *Contemplatione vnius, quæ alteri tribuūtur, perinde habentur, ac, ſi fuiſſent ab illo profecta.*

3 *Paternis, ſeu profectitijs de bonis, quæ dicuntur, eadem dicenda ſunt de ijs, quæ patris contemplatione filio relinquuntur.*

4 *Mater, quæ poſt contractas ſecundas nuptias ſuccedit filio primi matrimonij, non conſequitur in bonis paternis, niſi vſumfructum.*

5 *Vxor quæ fecit tranſitum ad ſecunda vota, tenetur conſeruare filijs primi matrimonij non ſolū bona, quæ habuit a primo marito, ſed etiam ea, quæ contemplatione illius fuerūt illi donata, Sed contra num. 59.*

6 *Bona, quæ nepos conſequitur ex aui teſtamento, ſeu diſpoſitione, cenſentur ei relicta contemplatione filij, Declara, vt nu. 66. & ſeqq.*

7 *Affectio patris maior eſt in filium, quam in nepotem præcipuè, ſi nondum ſit natus tempore teſtamenti.*

8 *Affectio non cadit in eum, qui nondum eſt in rerum natura.*

9 *Demerita non poſſunt conſiderari in eo, qui nondum natus eſt, vt nec merita. num. 10*

11 *Auus, quod relinquit, aut donat nepoti nondum nato, cenſetur relinquere, ſeu donare contemplatione filij, Declara, vt nu. 72.*

12 *Profectitia dicuntur bona, quæ filius conſequitur ex ſubſtantia, & bonis paternis.*

13 *Dominium rerum hæreditarium tranſit in hæredem.*

14 *Hæreditate adita bona, tanquam confuſa cum patrimonio hæredis non poſſunt ab eo ſeparari, Declara, vt nu. 73. & ſeqq.*

15 *Aditione hæreditatis confunduntur actiones hæredi competentes ex cauſa fideicommiſſi.*

16 *Separatio bonorum non fit, niſi beneficio inuentarij legalis, Declara, vt nu. 76. & 77.*

17 *Patris appellatione venit etiam auus, & quæ de patre dicuntur, eadem dicenda ſunt, & de auo nu. 18. Declara, vt nu. 78.*

19 *Bonorum paternorum appellatione veniunt etiam auita.*

20 *Frater conſanguineus tantum excludit in bonis paternis vterinum, & vero etiam in bonis auitis. num. 21.*

22 *Diſpoſitio. §. hinc nos Auth. de nupt. coll. 4. non eſt correctoria, neque odioſa, Sed contra num. 49. & 51.*

23 *Declaratur. §. hinc nos Auth. de nupt. coll. 4.*

24 *Diſpoſitio l. mater. 5. C. ad Tert. eſt introducta fauore filiorum primi matrimonij, Declara, vt nu. 78 verſ. minus obſtat.*

25 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota afficit iniuria defunctum, & eius liberos.*

26 *Aui deſiderium cenſetur eſſe, vt bona ſua trāſeant in nepotes.*

27 *Mater tranſiens ad ſecunda vota tenetur conſeruare bona primi viri, non ſolum filijs, ſed etiam nepotibus, Declara, vt nu. 79.*

28 *Mater, quæ poſt tranſitum ad ſecundas nuptias ſucceſſit filio primi matrimonij, tenetur alijs eiuſdem matrimonij filijs conſeruare bona, quæ defunctus habuit ex fideicommiſſo relicto ab auo paterno, Sed contra nu. 54. & 80.*

29 *Declaratur Bart. in Auth. ex teſtamento num. 2. C de ſec. nupt. & nu. 81.*

30 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, ita demum in ſucceſſione filij priuatur proprietate bonorum, ſi ea prouenerint ex ſubſtantia paterna.*

31 *Bona, quæ nepos ab auo conſequitur, reſpectu patris cenſentur aduentitia, non profectitia.*

32 *Profectitia bona dicuntur ea tantum, quæ filius habuit ex re patris, vel eius contemplatione.*

33 *Bona, quæ auus relinquit nepoti, in dubio cenſentur relicta contemplatione nepotis, non filij.*

34 *Bona, quæ auus dat nepoti, cenſentur relictā contemplatione ipſius nepotis, ſi datio pendeat ex mera voluntate aui, non ex aliqua obligatione.*

35 *Dotare neptem non tenetur auus, ſi filius ſit diues.*

36 *Dos ab auo data nepti, cum filius eſt diues, cenſetur data contemplatione neptis, non filij.*

37 *Dos ab auo relicta nepti in teſtamento non cenſetur relicta contemplatione filij, ſed neptis.*

38 *Contemplatione alicuius relictum cenſeri non poteſt, quod reſpicit illius odium, & grauamen.*

39 *Fideicommiſſum continet onus, & grauamen.*

40 *Fideicommiſſum aufert grauato liberam de bonis diſponendi facultatem.*

41 *Homini ingenuo liberam non eſſe rerum ſuarum alienationem odioſum eſt.*

42 *Imputantur in legitimā omnia bona profectitia, & quæ filius habuit contemplation. patris n. 43.*

44 Dos

9 Læſio in omnibus contractibus æſtimatur inſpecto tempore contractus.
10 Dos ita demũ congrua dr̄, ſi ſit æqualis legitimæ.
11 Mortis tempus in legitima ſpectari ſolet.
12 Renunciatio non iurata, & inualida filiam à ſupplemento legitimæ non excludit, & nu. 13.
14 Renunciatio hæreditatis viuentis ſine iuramento facta nulla eſt, Niſi additum ſit pactum de nõ petendo, nu. 15. Sed contra nu. 20.
16 Ius de futuro, licet ſimplici renunciatione remitti nõ poſſit, poteſt tñ remitti pacto, Limita, vt n. 26.
17 Pactum de non petendo continet quandam ſpeciem donationis.
18 Læſio in donatione conſiderari nõ poteſt, cum mera liberalitate fiat. Limita, vt nu. 29. & 30.
19 Renunciatio hæreditatis viuentis non excludit renunciantem a ſucceſſione, Amplia, vt nu. 20.
21 Hæreditas legitima iure publico, ideſt lege deferł.
22 Ius publicum non, niſi contrario iure publico, ideſt contraria lege poteſt adimi.
23 Pactum de non petendo factum à priuato non cenſetur legis authoritate.
24 Stipulatio iuris publici mutãdi poteſtatẽ non hẽt.
25 Notariorum conſuetudine potius, quam voluntate partium appoſita non ſunt magni facienda.
27 Nullum, quod eſt, reſcindi non poteſt.
28 Renunciatio iurata, quamuis ei adiectum ſit pactum de non petendo, tamen ob enormiſſimam læſionem poteſt reſcindi.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

SI renunciatio, de qua conſulor, valeret,
forte, quia iurata, nõ eſſet dubitandum,
quin excluderet D. Hyeronimam, etiam
à ſupplemento legitimæ, quia, cum legi-
1 ma, tanquam pars ſucceſſionis ab inteſtato. † l.
pen. C. de collat. l. parentibus. 8. l. qua nuper. 31. C.
de inoffic. teſtam. l. Papinianus. 8. §. ſi quis mortis
§. quoniam autem quarta. ff. eod. § ſed hæc ita Inſti.
eo § ſin vero filios Auth. de Monach. coll. 1. non
debeatur ei, qui ab inteſtato ſuccedere non po
2 teſt. † arg. l. poſthumus. 6. § ſi quis ex iſt. ff. de inoff.
& tradunt Bald. in l. maximum vitium. 4. nu. 22.
verſ. in contrarium. C. de lib. præt. Alex. in l. Gallus
29. §. & quid ſi tantum. num. 17. verſ. nec obſtat 3.
ff. de lib. & poſth. Ruin. conſ. 27. nu. 3. vol. 3. Tiraq.
de iure primog. q. 55. num. 9. Menoch. conſ. 153. nu.
8. conſ. 280. num. 2. & 4. conſ. 502. nume. 24. Surd.
conſ. 45. num. 2. conſ. 185. nu. 1. conſ. 357. nu. 44. &
conſ. 565. num. 2. Pereg. conſ. 79. num. 1. vol. 1. conſ.
5. num. 11. vol. 2. conſequens eſt, vt renunciatio
viuo patre cum iuramento facta, quæ filiam
3 ab inteſtati ſucceſſione excludit. † cap. quamuis
de pact. in 6. cenſeatur etiam excludere a legiti-
4 ma, & eius ſupplemento, † vt in terminis tradi-
derunt Bald. in l. ſi quando. 35. § illud. num. 2. C. de
inoffi. teſta. & in l. quamuis. 15. num. 8. C. de fideic.
Caſtr. in l. in ratione. 30. in prin. num. 5. ff. ad l. falc.
& ibi Alex. num. 7. Idem Alex. conſ. 181. nu. 3. vol.
5. Ruin. conſ. 97. num. 4. vol. 1. conſ. 27. num. 8. vol.
4. Rip. lib. 1. reſp. cap. 6. num. 13. vbi teſtatur eſſe com
munem. Tiraq. d. q. 55. num. 14. Couar. in cap. quã-
uis part. 3. §. 3. num. 3. in fi. de pact. in 6. Decia. conſ.
6. num. 45. vol. 1. Sola in tit. de alien. bon. min. glo. 2.
num. 12. verſ. 1. Menoc. conſ. 6. num. 9. conſ. 71. nu.
5. & ſeqq. conſ. 831. num. 5. & conſ. 918. nu. 17. Pe-
regr. de fideicom. art. 36. num. 78. Idque procedit
etiamſi ſpecialiter non fuerit legitimæ renun-
tiatum, quia diſpoſitio l. ſi quando. 35. §. & gene-
raliter. C. de inoffi. teſt. procedit, quando renun-
tiatio fit poſt mortem patris, non verò, quando
5 eo viuo cum iuramento, † vt declarant Ruin.
conſ. 97. num. 7. vol. 1. Tiraq. d. q. 55. nu. 14. Gabr.
in tit. de legitima concl. 8. nu. 17.
Et, quamuis talis renuntiatio reſcindi poſſit
6 ob enormiſſimam læſionem, † ſecundum opinio
nem Dec. in l. pactum dotali. 3. num. 7. verſ. ad hoc
facit. C. de collat. Couar. in d. cap. quamuis. par. 3. §.
5. nu. 5. de pact. in 6. Sol. in d. tit. de alien. bon. min.
glo. 2. num. 4. Pariſ. conſ. 12. num. 80. volu. 1. Ceph.
conſ. 137. num. 64. Gabr. in tit. de iur. dot. conclu. 1.
num. 11. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem.
de cuius tamen rei veritate inquirere non eſt neceſſe.
id tamen verum eſſet, ſi talis læſio interueniſ-
7 ſet inſpecto tempore renuntiationis, † vt tra-
dunt Caſtr. in d. l. in ratione. 30. in prin. num. 5. ff.
ad l. falc. & ibi Alex. num. 7. Idem Alex. conſ. 180.
num. 1. vol. 5. Pariſ. conſ. 26. num. 89. vol. 3. Gram.
deciſ. 57. num. 30. & ſeqq. Couar. in cap. Raynutius
§. 1. num. 8. de teſtam. Decia. d. conſ. 6. nu. 78. vol. 1.
Sol. d. glo. 2. nu. 7. verſ. inſpecto, & num. 12. verſ. 1.
Menoch. conſ. 6. num. 21. conſ. 71. num. 28. Surd.
conſ. 488. num. 36. in fi. Nec enim ſpectandũ eſt
tempus mortis, quia in tali reſciſione non tra-
ctatur de legitima, in qua ſpectatur tẽpus mor-
tis, ſed tractatur de dote congrua. filia enim im
pugnat renunciationem eo prætextu, quod fa-
cta ſit mediante dote, quæ non erat congrua,
8 cum in ea fuerit enormiſſime læſa, † vt declarat
Ceph. conſ. 467. num. 56. & ideo debet talis con-
gruitas æſtimari conſiderato tempore ipſius do
tationis, quomodo fit in alijs contractibus, in
quibus læſio æſtimatur inſpecto tempore con-
9 tractus. † l. ſi voluntate. 8. C. de reſc. vend. & tradũt
Menoc. conſ. 147. num. 22. Surd. conſ. 488. nu. 29.
&, quamuis dos ita demum congrua dicatur, ſi
10 ſit æqualis legitimæ, † vt ſcribit Dec. conſ. 180.
alias 181. num. 5. Theſ. deciſ. 192. num. 2. Menoch.
de arbitr. caſ. 149. per tot. Sol. d. glo. 2. nu. 12. non
tamen æſtimatur, vt legitima, ſed, vt dos, nec,
quæ de legitima dicuntur, de tali dote cum le-
gitima commenſurata dici poſſunt. Ideoq; nõ
eſt in ea ſpectandum tempus mortis, ſed tem-
pus dotationis, & videndum, an tunc tempo-
ris tanta dos fuerit aſſignata, quanta fuiſſet le-
gitima filiæ, ſi tunc pater deceſſiſſet.
Contra vero data renuntiationis inualidita-
te, & nullitate, non eſt etiam dubitãdum, quin
& legitima debeatur D. Hyeronimæ, &, ſi dos
data cum teſtamentario relicto non contineat
integram legitimam, petere poſſit eius ſupple-
mentum, & quidem inſpecto tempore mortis,
11 quippe, quod ſpectari ſolet in legitima. † l. cum
quæritur. 6. & Auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam.
de qua tractatur in hoc caſu. Et ita in ſpecie re
nuntiationis non iuratæ, & inualidæ, vt filiam
à ſupplemento legitimæ non excludat inſpe-
12 cto tempore mortis † probat tex. in l. ſi quando.
35. § illud. C. de inoff. teſta. & tradunt Bald. in l. pa-
ctum dotali 3. in 6. opp. C. de collat. & in l. quamuis
15. num. 8. C. de fideicom. Caſtr. in l. in ratione 30.
in prin. num. 5. & ibi Alex. num. 7. ff. ad l. falc. Iaſ.
in l. ſi quando 35. § illud. num. 2. & in Auth. nouiſ-
ſima. num. 9. C. de inoffic. teſtam. vbi ait contrariam
opinionem eſſe falſam, & communiter reprobari.
Pariſ. conſ. 26. nu. 92. vol. 3. Couar. in d. cap. quam-
uis part. 3. §. 1. nu. 2. de pact. in 6. vbi teſtatur hanc
eſſe communem, & in cap. Raynutius. §. 1. nu. 8. de
teſtam. Graſſ. in §. legitima q. 13. in prin. & verſic.
contraria in fi. vbi ait, hãc eſſe veriorem, æquiorem,
& receptionem, ideoque tenendam. Id ipſum cen-

fuerunt *Sol. d. gl. 2. num. 12. verſ. cum ſi pater, & alij*, in ſuperiore caſu allegati, qui, dum aiunt ſpectandum eſſe tempus renunciationis, apertè loquuntur de renunciatione iurata, & valida, ideoq; tacitè innuunt aliud eſſe ſeruandum in renunciatione ſimplici, & inualida. Et rectè, quicquid cenſuerint *Alex. conſ. 29. num. 6. vol. 3. conſ. 180. num. 1. & conſ. 181. num. 5. vol. 5. Bald. in l. 2. nu. 2. C. de reu. ijs, quæ in fraud. cred. & in l. vlt. §. 1. nu. 7. verſ. quid ergo. C. de vſur. rei iud. Decia. conſ. 6. nu. 78. vol. 1. &* alij: nam eorũ opinio non eſt vera, quia data renunciationis inualiditate non poteſt filia cenſeri excluſa a ſucceſſione inteſtati, neq; per cõſequẽtias a legitima, cuius quantitas æſtimatur inſpecto tempore mortis, vti dictum eſt. Quinimo plerique ex iis, qui cõtrariam opinionẽ ſequuntur, præter id, quod alibi contrarium tenuerunt, dubitant etiam de veritate ſuæ ſententiæ, *vt Alex. d. conſ. 180. nu. 1. & d. conſ. 181. nu. 5. vol. 5. & Decia. qui nu. 79. circa fin. fatetur, ſe potiſſimum fundamentum in iuramento conſtituere.*

Hoc addit, quod dictũ eſt, multo faciliùs procedit, qñ id, quod filiæ datũ eſt, non cõtinet integrã legitimã, etiam inſpecto tpe renunciationis: nam tunc ſine dubio debetur ſupplementũ
13 legitimæ inſpecto tpe mortis, † *vt ait Iaſ. in d. l. ſi quando. 75. § illud. nu. 2. C. de inoff. teſta. Vaſq. de ſucc. cre. §. 20. nu. 29. quem refert, & ſequitur Craſſ. in d. § legitima. q. 13. in fin. vbi ſubijcit hoc procedere ſine dubio.*

Tota igitur dubitatio pñtis conſultationis vertitur in eo, an renunciatio facta a D. Hyeronima fuerit valida non obſtante defectũ iuri, quod ab ea tanq̃ minore 20. annis, nec iuri præſtatũ, nec ex forma decretorũ præſtari potuit.

Videretur aũt dicendum valere, quia, licet renunciatio hæreditatis viuentis ſine iuramen
14 to facta nulla ſit. † *l. pactum dotali. 3. C. de collat. l. vlt. ff. de ſuis, & leg. cap. quamuis de pact. in 6.* Id tamen nõ procedit, qñ renunciationi ſubiectũ eſt pactũ de non petendo: nam tale pactũ videtur operari, vt renunciatio valeat etiam non
15 iurata, † *vt poſt Bal. Cæpoll. & Rimin. tradit Sol. in d. gl. 2. nu. 24. & 25.* nam ius de futuro, licet renunciatione ſimplici remitti non poſſit, poteſt
16 tñ remitti pacto, † *vt tradunt omnes in l. 1. C. de pact.* Quod adeo verum eſt, vt talis renunciatio non videatur etiam prætextu læſionis poſſe reuocari, ſcilicet, quia pactũ de non petendo cõ
17 tinet quandam ſpeciem donationis. † *l. contra iuris 29. §. vlt. ff. de pact.* in qua læſio considera
18 ri non poteſt, cũ mera liberalitate fiat, † *vt tradunt Dec. conſ. 180. alias conſ. 181. num. 4. Socin. iun. conſ. 67. nu. 23. vol. 2. Purp. conſ. 310. nu. 4. & 6. Gabr. conſ. 127. nu. 29. vol. 1. Cæph. conſ. 137. nu. 52. & conſ. 467. nu. 57.*

Verùm his non obſtantibus re diligẽter perpenſa puto renunciationem eſſe nullam, & cõſequenter non impedire, quominus debita ſit D. Hyeronimæ legitima, ſiue eius ſupplementum: nã certi iuris eſt, ceſſante iuramento ceſſare diſpoſitionem. *d. cap. quamuis de pact. in 6.* & ſic rem eſſe decidendam ſecundũ terminos iuris ciuilis, & cõis, quo renũciatio hæreditatis viuentis non excludit renunciantẽ à legitima
19 ſucceſſione. † *d. l. vlt. ff. de ſuis, & leg. d. l. pactum dotali. 3. C. de coll.* Idq; procedit etiamſi talis renunciatio fuerit facta cũ pacto de non petẽdo,
20 quicq̃ ex bonis paternis, † *vt eſt tex. in l. ſi quando. 35. § illud vbi DD. not. C. de inoff. teſt. & tradũt Dec. in d. l. pactum dotali. 3. nu. 2. verſ. & per iſtum C. de collat. & poſt alios Couar. in d. cap. Rayn. §. 1. nu. 8. verſ. 1. vero opinio de teſta.* Quinimo probatur hoc apertiùs *d. l. pactũ dotali*: nã in eius ſpẽ, fuerat factũ pactũ, vt filia contenta dote nullũ ad bona paterna regreſſũ haberet, quod nihil aliud eſt, q̃ pactum de non petendo, & tñ filia per tale pactũ non fuit a patris ſucceſſione excluſa. Et merito: nam cũ hæreditas legitima
21 iure publico ſiue lege deferatur. † *l. lege obuenire 130. ff. de verb. ſign.* conſequens ex, vt non, niſi contrario iure publico, ideſt contraria lege
22 poſſit adimi. † *l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. l. prout. 80. ff. de ſolut.* Pactum aũt de non petẽdo factũ à priuato non cenſetur legis authori
23 tate, † *d. l. vlt. ff. de ſuis & leg.* Non poteſt igitur tali pacto ius legitimę ſucceſſionis auferri. Nec ſolũ pacto, ſed ne ſtipulatione quidem: nã nec ſtipulatio iuris publici mutandi authoritatem
24 habet. † *l. iuriſgentiũ. 7. §. & generaliter. ff. de pact.* quemadmodũ, nec donatio, cuius ſpeciẽ, quandam continet pactũ de non petendo, vt ſupra dictum eſt.

Et ſanè, ſi vera eſſet contraria ſñia, fruſtratoria redderetur diſpoſitio. *cap. quamuis de pact. in 6.* quia oĩs renunciatio hæreditatis viuentis et ſine iuřo facta valeret, cũ ex conſuetudine notariorũ ſemper addant illa verba, promittẽs non petere aliquid de bonis paternis, ꝙ vtique abſurdũ eſſet, & cõtra cõem traditionem DD. qui ſe fundant in diſpõne. *cap. q̃uis*, ad ſuſtinendas renunciationes, maximè, cũ tale pactũ ſoleat potius ex conſuetudine notariorũ apponi, q̃ ex voluntate contrahentiũ, ideoq; non fit in
25 eo magna vis facienda, † *clem. 1. de præb. Bar. in l. 1. nu. 10. ff. de iur. cod. Pariſ. conſ. 20. nu. 87. vol. 1. Natt. conſ. 103. num. 10. Decian. conſ. 39. num. 36. volum. 2.*

Neq; obſt. authoritas eorũ, quos ſupra in cõtrariũ allegauimus, quia reſp. eorũ opinionem non eſſe veram, nec receptam, vtpote, quæ manifeſtè repugnat *d. l. pactum dotali.*

Minùs obſt. ꝙ, licet iuri de futuro, non poſſit renunciari, põt tñ tale ius pacto remitti, quia reſp. id verũ eſſe, dummodo non tractetur de ſucceſſione viuentis: nam tunc, nec renuncia
26 tione, nec pacto ius illud remitti poteſt, † *vt declarãt Iaſ. in l. ſi qñ. 75. § illud nu. 1. C. de inoff. teſt. Dec. in d. l. pactũ dotali. 3. nu. 3. verſ. præterea. C. de collat. Et eſt de mente oĩum dicentium pactũ de non ſuccedendo non iuratũ, nõ valere, vt Crau. conſ. 52. nu. 1. Gull. Ben. in c. Rayn. in verb. duas habens filias. nu. 237. de teſta.*

Ad id verò, ꝙ dr̃, pactũ de non petendo non poſſe retractari pr̃extu læſionis reſp. Primo non pertinere hoc ad caſum noſtrũ, quia ſtante renunciationis, & pacti nullitate, nõ eſt, de reſciſione ex capite læſionis diſputandũ, cum id, ꝙ
27 nullũ eſt, reſcindi non poſſit. † *l. nam etſi ſub conditione. 5. verſ. poſt defectum. ff. de iniu. rupt.*

Secundò reſp. etiamſi renunciatio eſſet iurata, & conſequenter valida, & ei fuiſſet adiectũ pactũ de non petendo, verius eſſe, talẽ renũciationẽ ob enormiſſimam læſionẽ poſſe reſcindi,
28 † *vt tradunt multi, quos refert, & ſequit Men. cõſi. 412. nu. 91.* Quod. n. dr̃, in donatione non poſſe cõſiderari læſionẽ, pcedit primò in donatione pura, & ſimplici, nõ verò ĩ ea, q̃ fit aliqua re mediante, vt eſt renunciatio, quę fit mediãte dote,
29 † *vt ſcribũt Cæpo. conſ. 142. n. 51. verſ. alter Men. d. conſ. 412. nu. 82. Morot. conſ. 28. nu. 18.* Secũdò

procedit

procedit in donatione, quæ fit per ſe. & principaliter, non verò in ea, quæ incidenter, & acceſſoriè ad alium contractũ, qui geritur: nam ſūc etiam in tali donatione læſio conſiderari põt, quemadmodũ conſideratur in ipſo contractu
30 principali, † *vt ſcribunt Capb. d. conſ. 142. nu. 51. & Morot. d. conſ. 28. nu. 19.*

Itaq; concludo non obſtante renuntiatione & pacto appoſito poſſe D. Hyeronimam petere ſupplementum legitimæ inſpecto tempore mortis, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Perill. D. Paula Prouana Comitiſſa Alteſſani.

CONSILIVM LV.

ARGVMENTVM.

Feudũm nouum erectũ in primogeniturã, an, & quãdo poſſit a primo acquiſitore alienari, vel onus ſuper eo conſtitui in præiudicium primogeniti, Et, an, & quando hęres poſſit contrauenire facto defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Primogenituram, qui reuocare non poteſt, neque primogenitum grauare poterit.*
2 *Grauari non poteſt non honoratus.*
3 *Primogenituram, qui poteſt reuocare, poteſt heredi pecuniæ præſtationem iniungere.*
4 *Grauari poteſt honoratus.*
5 *Donationem factam vxori, ſi non reuocat maritus, cenſetur per vltimã voluntatẽ eam conferre.*
6 *Maritus, qui non reuocauit donationem vxori factam, poteſt eam grauare.*
7 *Feudũ nouũ dicitur, quod fuit de nouo acquiſitũ.*
8 *Feudo de nouo poteſt primus acquiſitor diſponere in præiudicium filiorũ, maxime ſi ſit acquiſitum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus. nu. 9.*
10 *Filij non admittuntur ad feudum acquiſitum pro ſe, & hæredibus, niſi ſint patris hęredes.*
11 *Hæredes non poſſunt facto defuncti cõtrauenire.*
12 *Feudũ emptitium poteſt alienari a patre in præiudicium filiorum, et ſi ſit ex pacto, & prouidentia.*
13 *Feudum emptitiũ non cenſetur prouenire ex prouidentia concedentis, ſed ex beneficio patris.*
14 *Donatio patris in filiũ põt arbitrio pr̃is reuocari.*
15 *Primogenitura non alterat feudi naturam, ſed ſecundum eam regulatur.*
16 *Ius, ꝙ in ſpe filijs cõpetit ex beneficio patris, põt illis ex eiuſdẽ diſpõne, quaſi profectitium auferri.*
17 *Ius, quod quæritur alicui ex meo contractu inito, cũ alio, poſſũ arbitrio meo quãdocunq; reuocare.*
18 *Bal. doctr. in l. 1. num. 13. C. per quas perſon. nobis acquiritur approbatur.*
19 *Contemplatione mei quæcunq; tribuuntur, perinde habentur, ac ſi fuiſſent a me tributa.*
20 *Profectitia dicuntur omnia, quæ patris contemplatione filio quæruntur.*
21 *Primogenitura conſtituta in bonis parentum põt eorum arbitrio quandocunque reuocari.*
22 *Primogenitura in feudo nouo, vel alijs parentum bonis cum auctoritate Principis conſtituta, non poteſt a parentibus reuocari, nec primogenitis per diſpoſitionem paternã in ea præiudiciũ afferri.*
23 *Ius alicui quæſitum ex diſpoſitione, & facto alterius, etiam ſi competat in ſpe, non poteſt ei ſine voluntate ipſius auferri.*
24 *Primogenituræ ius ſtatim, & ab initio acquiritur primogenitis in ſpe firma, & irreuocabili.*
25 *Primogenituræ ius per primi acceptationẽ acquiritur ſequẽtib. ſtatim, & irreuocabiliter, etiam ſi pro eis nemo fuerit ſtipulatus.*
26 *Primogenituræ erectionem acceptat, qui eſt præſens erectioni, & tacet.*
27 *Præſens, & tacens conſentire videtur.*
28 *Feudũ acceptat, qui nome, et inſignia feudi defert.*
29 *Primogenitura ſi a Principe ſit ex mera eius gratia, & liberalitate cõſtituta, filij non habet ius ex diſpone paterna, ſed & ſpãli beneficio Principis.*
30 *Primogenituram a Principe conſtitutam non poteſt pater primogenitis auferre.*
31 *Feudũ nouũ, ſi ſit ex pacto, & prouidentia, & gratis conceſſum, non põt pater in præiudiciũ filiorũ de eo diſponere, quia filij non habet illud ex diſpoſitione patris, ſed ex beneficio Principis cõcedẽtis.*
32 *Feudũ emptũ, ſi poſtea a Principe fuerit in Comitatum, & primogeniturã erectum, mutat priſtinam ſui naturam.*
33 *Allodialis licet ſit res paterna, ſi tamen fuerit erecta in primogenituram, & Comitatũ a Principe, ab eo non a patre ius habent primogeniti.*
34 *Feudũ ſi ſit eius natura, vt in eo non poſſint plures ſuccedere, ſed tantum primogenitus, et ſi ſit nouũ non poteſt pater in præiudiciũ primogeniti de eo diſponere, & nu. 45.*
35 *Feudum erectum in Comitatum, dicitur feudum dignitatis, & eam habet naturã, vt primogenitus ſolus ſuccedere poſſit.*
36 *Primogenitura conſtituta in paternis bonis cum Principis auctoritate reuocari non poteſt ſine auctoritate Principis.*
37 *Primogenituræ in conſtitutione, ſicuti requiritur principis auctoritas, ita etiam in deſtructione ipſius interuenire debet.*
38 *Primogenitura regulatur ſecundũ naturã feudi.*
39 *Primogenitura conſtituta in feudo nouo regulatur ſecundum naturam feudi antiqui, & ideo, ſicut de feudo antiquo non põt pr̃ diſponere, ita neq; de primogenitura cõſtituta cũ auctoritate Prĩcipis*
40 *Bar. opinio in l. qui Romæ 122. §. Flauius nu. 1. ff. de verb. obli. declaratur, & nu. 42. & 43.*
41 *Ius alicui quæſitum ex contractu tertij, non poteſt ei tolli ſine conſenſu eius, qui contraxit.*
44 *Donatio facta filijs ſuum non ſortitur effectum, niſi poſt mortem patris.*
46 *Primogenitura, ſi ſit cõſtituta ex auctoritate Principis, eius reuocatio non debet ex voluntate, & arbitrio parentum dependere.*
47 *Pactum de ſucceſſione viuentis initum in contractu matrimonij fauore primogenitorum regulariter improbatur, & quatenus ſuſtinetur fauore liberorum, intelligitur valere in vim vltimæ voluntatis, & ſic reuocabiliter. nu. 48.*
49 *Primogenitura in feudo conſtituta, quæ non continet pactum de ſucceſſione viuentis improbatũ, eſt valida, & ſuſtinetur in vim contractus.*
50 *Hæres hæredis non poteſt contrauenire facto ſui anteceſſoris, ſed tenetur illud ſeruare.*
51 *Hęres hęredis eſt hęres teſtatoris.*
52 *Hęres non poteſt factum defuncti improbare.*
53 *Teſtator legando, vel per fideicomiſſum relinquendo, põt diſponere de re hæredis, aut hęredis hędis.*
54 *Hęres adeundo confirmat omnes teſtatoris diſpoſitiones pro ſua portione hæreditaria. nu. 55.*
56 *Obligatio traſit ad hęredes pro portione hrditaria.*
57 *Onus hæreditarium eſt diuidendũ inter hæredes pro portionabiliter, niſi vni hæredum fuerit onus iniunctum nu. 58.*
59 *Venditio rei alienæ valet in præiudiciũ vendentis.*

60 *Actio de euictione quem tenet eundem agentem repellit exceptio.*

61 *Hæres tenetur ſaltem ad æſtimationem rei alienæ legatæ, quando defunctus communiter de re aliena diſpoſuit legando, vel fideicommittendo.*

62 *Hæres adeundo hæreditatē ſe ſe obligat legatarijs, & fideicommiſſarijs, & huiuſmodi obligationem in ſuum hæredem tranſmittit. nu. 63.*

64 *Teſtōr, ſi legauerit rē alienā ab hærede hæredis, nō ſub noīe proprio, ſed ſub noīe hæredis, valet diſpō.*

65 *Teſtator non pōt grauare eū, qui non ex eius iudicio, ſed fortuito conſequitur hæreditatem, & hoc caſu hæres hæredis poteſt venire contra factū anteceſſoris, quippè cum illud non teneatur ſeruare tanquam non obligatorium. nu. 66.*

67 *Grauare non poſſum, quem non honoro.*

68 *Grauari nominatim non poteſt, qui fortuito, non ex iudicio teſtatoris conſequitur eius hæreditatē.*

69 *Hæres hæredis non conſequitur hæreditatem teſtatoris ex eius iudicio, ſed fortuito.*

70 *Teſtator arbitrio ſuo pōt inſtituere alios hæredes vniuerſales in teſtō, quam filios, extra legitimā.*

71 *Hæredis hæres non cogitur præſtare illud, quod ab eo nominatim eſt relictum ſub conditione, ſi hæreditas hæredis ad eum peruenerit.*

72 *Grauamen impoſitum alicui ſub conditione, ſi hæreditas hæredis ad eū peruenerit, facilius debet ſuſtineri, vti collatum in tempus habile, quam, ſi ſimpliciter fuiſſet impoſitum.*

73 *Hæres poteſt venire cōtra factum, quod defunctus ipſe poterat impugnare.*

74 *Hæres hæredis nō tenetur præſtare, niſi ea onera, q̄ proueniunt ex hr̄ditate ſui defuncti immediatè.*

75 *Grauari qs nō pōt ratione rei propriæ maximè, qñ nō honorat⁹ grauat̄ ī pecunia, vel re ꝓpria. n. 76.*

77 *Grauatus reſtituere rem hæreditariam poteſt interdum per neceſſarium antecedēs intelligi vocatus.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DE proferenda in pręſenti cōſultatione mea ſententia requiſitus anceps diu ſteti, dubius, q̄ in partem inclinare deberem propterea, ꝙ, & eorū, qui laudum protulerunt, authoritas, quæ apud me multū poteſt, & rationū quibus laudi deciſiones inniti videntur, vis me primū cogitantem impellebant ad idem ſentiendum, quod arbitris ipſis iuſtum, & æquū viſum eſt. Verum re poſteà diligenter, atq; maturo conſilio perpenſa, & cognito Perill. D. Comitiſſæ Alteſſani iure, cenſui non eſſe meas partes inſtæ eius petitioni denegandas. Quamobrem ſuſcepi defendendam eius querelā inſtitutā contra primū deciſionis caput, in quo fuit condemnata ad aureos 4000. ſororibus ſuis de proprio perſoluendos iuxta teſtamentariam Perill. D. Comitis Nicolai diſpoſitionē, & pro eius veritate, atq; iuſtitia indaganda duo mihi propoſui diſcutienda.

Primò, an D. Comitiſſa tanq̄ primogenita potuerit à pr̄e ſuo tali pecuniæ p̄ſtatione grauari.

Secundò dato, ꝙ non potuerit, an ex eo, qđ ſucceſſit Perill. D. Comiti Octauio fratri ſuo, qui fuit hæres patris, eiuſdemq; teſtatoris, cenſeatur ſibi in hoc præiudicaſſe, vt ad eius pecuniæ ſolutionem, quaſi hæredis hęres teneatur.

Et quidē, an potuerit, tanq̄ primogenita grauari, quæſtio, meo iudicio, pendet ex eo, num D. Comes Nicolaus habuerit poteſtatem reuocandi primogenituram, & de ea diſponendi in præiudiciū primogenitorū: nam, ſi non potuit reuocare, non potuit per conſequentias onera-

1 re primogenitā, † *vt ait Aufrer. in add. ad deciſ.*
453. Capell. Thol. quia, cū non eſſet Comitatum
ex ſupremo patris iudicio conſecutura, tanquā
2 non honorata, grauari non potuit. † *l. ab eo. 9. C.*
de fideic. l. ſed & ſi ſic. 6. §. 1. ff. de leg. 3. Quod, ſi habebat reuocandi facultatem, ſine dubio potuit
3 ei talē pecuniæ præſtationē iniungere, † *vt tradit Capell. Thol. d. deciſ. 453.* quia non reuocādo
cenſetur pater per vltimā voluntatē huiuſmodi primogeniturā filiæ ſuę reliquiſſe, quæ pro-
4 inde tanq̄ honorata grauari potuit. † *l. 1. §. ſciendum. ff. de leg. 3.* vt dicimus de marito, qui donauit vxori: nam, quia talem donationē reuocare pōt, ſi non reuocet, cenſetur per vltimā volū-
5 tatem cā conferre. † *l. in donationibus. 12. C. ad l.*
Falc. l. cum hic ſtatus. 33. §. ait oratio. ff. de don. int.
vir. & vx. & ideò vxorem tanq̄ honoratā gra-
6 uare pōt. † *l. ſequēt. 70. ff. de leg. 2. & declarat Caſt.*
in l. ſi mulier. 3. in prin. ff. de leg. 3.

Videretur aūt prima facie dicendū potuiſſe D. Comitem Nicolaum, ſi voluiſſet, huiuſmodi primogenituram in teſtamento reuocare, & de ea diſponere in præiudicium filiorum.

Primò, quia feudum Alteſſani, ꝙ fuit in primogeniturā erectum reſpectu Comitis Nicolai nouum eſt, vtpotè ab eo primum acquiſitū.
7 † *c. 1. Quot teſt. ſint nec. c. 1. de grad. ſucc. in feud. Aluar. in prælud. feud. in 6. diuiſione. Iaſ. conſil. 1. in prin. vol. 3. Pariſ. conſ. 2. nu. 8. & conſ. 3. nu. 15. vol. 1. Iacob. de Leon. inter conſ. Brun. conſ. 114. n. 139. Roll. conſ. 60. nu. 4. vol. 1. Pereg. conſ. 8. nu. 24. vol. 1.* Et de feudo nouo pōt primus acquiſitor di-
8 ſponere in præiudiciū filiorū, † *vt eſt doctr. Iſer. in c. 1. §. quid ergo. nu. 8. de inu. de re al. fact. & in c. 1. nu. 9. de alien. feud. pat. quam probarūt Aluar. ibi nu. 8. Rui. conſ. 7. nu. 23. vol. 1. Tiraq. de retra. lign. §. 32. gl. vn. nu. 2. Affl. deciſ. 112. nu. 6. Natt. conſil. 475. nu. 14. & conſ. 401. nu. 17. Caph. conſ. 3. nu. 12. Men. conſ. 504. num. 3. & eſſe magis cōiter receptam teſtantur. Clar. in §. feudum. q. 41. num. 2. Pereg. de fideic. art. 6. nu. 19. & Surd. conſ. 305. nu. 32. & cōſ. 351. nu. 24.* maximè qñ, vt in caſu noſtro, feudū nouū eſt acquiſitū pro ſe, hæredibus, & ſucceſ-
9 ſoribus, † *vt tradunt Alex. conſ. 18. nu. 8. vol. 5. Iaſ. in l. 2. nu. 213. C. de iur. emph. Men. conſ. 161. nu. 2. & conſ. 401. nu. 13. et conſ. 504. nu. 4. Pereg. conſ. 8. nu. 26. vol. 1.* nam, cum ad huiuſmodi feudum non admittantur filij, niſi ſint patris hæredes,
10 † *vt ſcribunt Bar. in l. vt iuriſiurandi. 7. §. ſi liberi. nu. 4. ff. de oper. lib. Pariſ. conſ. 3. nu. 17. vol. 1. Caph. conſ. 665. n. 12. Rol. conſ. 67. n. 23. vol. 2. Men. conſ. 191. nu. 80. & conſ. 498. nu. 8. Pereg. conſ. 9. n. 9. & 16. vol. 1.* ſequit̄, vt tanq̄ hr̄des nō poſſint eius fa-
11 cto contrauenire. † *l. cū a matre. 14. C. de rei vin.*

Secundò multo magis hoc vr̄ admittēdum in caſu noſtro, in quo tractatur de feudo empticio, de quo nulla eſt dubitatio, quin poſſit pater in præiudicium filiorū diſponere, etiamſi ſit ex
12 pacto, & prouidentia, † *vt tradunt Bald. in l. 1. nu. 17. C. per quas perſ. nob. acq. Nat. conſ. 475. nu. 5. conſ. 503. nu. 3. & conſ. 644. nu. 3. Men. conſ. 158. nu. 70. & conſ. 161. nu. 6. Surd. conſ. 305. nu. 36. & conſ. 351. nu. 27. Pereg. conſ. 8. nu. 32. vol. 1. vbi ait rem eſſe indubitatam.* nam huiuſmodi feudum non cenſetur prouenire ex prouidentia conce-
13 dentis, ſed ex beneficio patris, † *vt ſcribunt Bal. in d. l. 1. nu. 17. C. per quas perſ. Alex. in l. etiam 19. in prin. nu. 6. ff. ſol. mat. Iſer. in c. 1. §. quid ergo. nu. 8. de inu. de re al. fact. Men. d. conſ. 158. nu. 70. & d. conſ. 161. nu. 10.* & ex quadam eius donatione,
14 quæ poteſt eiuſdem arbitrio reuocari. † *l. donationes,*

tionet quas parentes 25.C.de don.int.vir.& vx. & in terminis tradit Surd.d.conſ.351.nu.28.

Et, ſi quis obiiciat, hæc procedere in feudo
ſimplici non verò in eo, quod fuit in primoge
nituram erectum replicari poteſt, imò contra-
rium veriùs videri, quia primogenitura non
alterat feudi naturam, ſed ſecundum eam regu
15 latur, † *vt tradunt Bald. in l. cum in antiquiorib.
39.num.11.C.de iur. delib.Soc.ſen.conſ.47.num.4.
& ſeq.volum.3.Pariſ.conſ.72.num.74.volu.4. Ti-
raquell. de iure primogen. q.33. num.10.& q.40.
num.99.Io.le Cirier.lib.3.de primog.q.4. num.10.
Capb.conſ.251.nu.40. & 70. & conſi.252.n.18.et
conſ.664.nu.3.Roll.conſ.10.n.38.vol.2.Coua.lib.
3.var.reſol.c.5.n.5. verſ.5. Ant.de Gamm.deciſ.Luſit.51.n.5. Surd. conſ. 241.nu.15.& conſ.403.n.7.*

Tertiò dubium facit, quia ius, quod in ſpe
competit filiis ex beneficio patris, poteſt illis
ex eiuſdem diſpoſitione quaſi profectitium au
16 ferri, † *vt tradunt Bald.in d.l.1.nu.17.C.per quas
perſ.Soc.ſen.conſ.25.num.14.vol.1.Menoch.d.conſ.
165.num.9.Surd.d.conſ.351.num.27.* nam, & ge
neraliter, quando ius quæritur alicui ex meo
contractu inito cum alio, poſſum id arbitrio
16 meo quandocunque reuocare, † *vt eſt doctr.
Bart. in l. qui Romæ. 122. §. Flauius. num.1.ff.de
verbor. obligat. quam probarunt Bald. in l. cum à
ſocero. 7. num. 5. C. de iur. dot. & alij magis com-
muniter, vt teſtantur Socin ſen.conſ.115. num.12.
volum.4.Alex.conſ.204. num.4. volum.7. Iaſ.in l.
2.numero 66. C.de iur.emphyt.Clar.in §.donatio.
quæſt.13.num 5.Molin.de primogen.Hiſpa.lib.4.
cap. 2. num. 74.* Sed hoc ius primogenituræ in
feudo Alteſſani conſtitutæ competebat filijs
ex beneficio patris, non ſolum, quia fuit con-
ſtituta in feudo empto à patre, & conſequen-
ter in re profectitia, & ex paterno contractu
18 acquiſita, † *iuxta doctr. Bald. in d.l.1. num. 17.
C.per quas perſo. nob. acq.* ſed etiam, quia fuit
erecta contemplatione patris, vt indicant illa
verba, *Et, acciocue eſſo Monſignor di Cremiu
maggiormente ſenta la ſolita bonta, & liberalità
di S. A.* & ideò perinde habetur, atque ſi fuiſ-
ſet erecta à p tre, quia, quæcunque mei contē-
platione alicui tribuuntur, perinde habentur,
19 atque, ſi fuiſſent a me tributa. † *l.facta.63.§.ſi
hæres ante.ff.ad l rebel.l.ſed & ſi quid.25.ff. de vſu-
fru.l.ex morte.9. verſic. ſimilique modo. C. de pact.
con.l.tunc quæritur 20. §.poteſt.ff.de pecul.l.aditio.
45. verſic.&,quod a quibuſdam.ff.de acqui.hæred.*
& profectitia dicuntur omnia, quæ patris con-
20 templatione filio quæruntur. † *l.ſed ſi plures.10.
§.in arrogato.ff.de vulg.l. profectitia.5. in princip.
verſic. quod ſi is.ff. de iur dot. l. dotem dedit. 6.ff.de
coll. bon.* Poterat igitur hoc ius primogenituræ
ex patris diſpoſitione primogenitis auferri.

Quartò, & vltimò videtur hæc pars cōpro-
bari authoritate multorum, qui in ſpecie tradi
derunt primogenituram in bonis parentū con-
ſtitutam poſſe eorum arbitrio quandocunque
21 reuocari: † *Ita enim cenſuerunt Capell. Thol. de-
ciſ.453.& ibi. Aufr in addit. Boer.deciſ.204.num.
22.Tiraq.de iure primogen.quæſtio.68.per tot. Co-
uar.in rub. de teſtam.part.2. num.8. Surd. conſilio
351.num. 26. Peregr. conſ.69. num.13. volum.1.*
Ex quib. Tiraq.Surd.& Peregr.loquuntur etiā
de primogenitura, quæ cum authoritate Prin-
cipis conſtituta fuit, vt proinde res videatur ex
tra omnem dubitationem poſita.

Verùm his nō obſtantib. contrariū puto de
iure veriùs, non habuiſſe.ſ.D.Comitē Nicolaū
facultatē reuocandi primogeniturā, & conſe-
quenter non potuiſſe grauare primogeniturā
iniuncta pecuniæ preſtatione. Moueor autem

Primò authoritate DD.qui in ſpecie de pri-
mogenitura in feudo nouo, vel alijs parentum
bonis cum authoritate Principis conſtituta lo-
quentes tradiderunt, non poſſe à parentibus re-
uocari, aut primogenitis per diſpoſitionem pa
22 ternam in ea præiudiciū afferri. † *Ita enim cen-
ſuerunt Caſtr. conſic.164. num.6.verſ. applicando
igitur.volum.2.Iaſ.in l.nemo poteſt. 58. in 1. lectu.
num.3.ff.de leg.3.Martin.Laud.de primog.quæſt.
3.num.5. Io.le Cirier de primog. q.3.nu.5.& q.7.
num.1.Dec.conſ.468.num.28.& conſ.498.nu.19.
Bologn.conſ.62.per tot. Purpu. conſ.500.num.21.
verſ.2.Tiraq.de iure primogen.quæſt.8.nu.7. Nat.
conſ.502.num.42.Roll.conſ.10.num.37. volum.3.
Capb.conſ.12.num.34.Iſern.in cap:Imperialem.§.
præterea.num.38.verſ.ſed ſi dicatur.de prob.feud.
al.per Frid. Guliel. Pern.conſ.12.num.18.& 38.
Tho.Marin.de feud.tit.13.de feud.iur.Franc.nu.
15. Gomez.in 40.l.Taur.nu.71.Pereg.de fideicom.
art.51.num.47. Menoch. conſ.161.num. 14.& ita
fuiſſe decifum, & ſeruari a Parlamentis Franciæ
teſtatur Aufrer. in add.ad d.deciſ.453.Cap.Thol.*

Secundo moueor ratione: nā ius alicui quæ-
ſitum ex diſpoſitione, & facto alterius etiam ſi
competat in ſpe, non poteſt ei ſine voluntate
23 ipſius auferri. † *l. fin. ff. de pact. Bald. in l. ſi con-
ſtante. 19.circa fin.C.de donat.ante nupt.Caſtr. in
l.in inſulam.43.§.fin.num. 2.ff. ſol.matr. Iaſ.in l.
vlt.num.2.ff.de pact. Ruin.conſ. 186.nu.2.volum.
1.Caphal.d.conſ.12.num.33.& conſ.302.num.28.
Roll.d.conſ.10. num.37.volum.3.* Sed ex conſti-
tutione primogenituræ ius ſtatim, & ab initio
fuit acquiſitum primogenitis in ſpe firma, &
24 irreuocabili, † *vt tradunt Abb.conſil.85. num.1.
lib.1.Caſt .d.conſ.164.colum.7.volum.2. Natt.d.
conſil.502.num.42.Tiraq.de iure primogen.quæſt.
21.nu.7.Caphal.d.conſi.12.nu.33. Roll.d.conſ.10.
nu 37.Purp.d.conſ.500.nu.25.*Non poterat igitē
illis auferri ſine eorū conſenſu, & voluntate.

Neque eſt, quod aliquis obiiciat, imo nullū
fuiſſe ius primogenitis acquiſitum, propterea,
quod nemo pro eis fuit ſtipulatus, aut primoge
nituræ erectionem acceptauit, quia reſpon. in
primogenituris hæc non eſſe neceſſaria, quia
ſufficit primi acceptatio ad hoc, vt ſequenti-
bus ſtatim, & irreuocabiliter ius acquiratur,
25 † *vt tradunt Gomez.in 40.l.Tauri.nu.34.& Mo-
lin.de primogen. Hiſp.lib.4. cap.2.nu.75. verſ.in ſe-
cundo.* Et, ſi replicetur non conſtare Do Comi-
tem Nicolaum acceptaſſe primogenituræ con
ſtitutionem, reſpon. imò conſtare ex multis, &
primò, qa erat præſens erectioni, & tacuit, quæ
26 res inducit primogenituræ acceptationem, † *vt
tradunt Couar. in rub. de teſtam. part. 3.num.13.
verſi.verum, ſi donatarius,& Molin. d.lib.4.capit.
2.num.76.* ſcilicet, quia præſens, & tacens con-
27 ſentire videt. † *l. qui patitur, 13.ff.mand.* Secun-
dò, quia Comitatus nomen, & inſignia ſuſce-
pit, & detulit vſque ad extremum vitæ ſpiritū,
quod facere non potuiſſet ſine acceptatione
illius erectionis in Comitatum, & primogeni-
turam à Principe factæ, & ideò per neceſſariū
antecedens cenſetur erectionem acceptaſſe,
28 † *vt docuit Molin.d.c.2.nu.76.*

Tertiò moueor, quia in caſu noſtro primo-
genitura non fuit conſtituta à patre, ſed à Prin
cipe ex mera eius gratia, & liberalitate, vti con
ſtat ex verbis erectionis. Et ideò filij non ha-

 bent

bent ius ex diſpoſitione paterna, ſed ex ſpecia-
29 li beneficio Principis, † *vt tradunt Abb. conſil.*
83. num. 1. libro 1. Caſt. d. conſilio 164. volum. 7.
volum. 2. Natt. d. conſi. 502. nu. 42. Tiraq. d. q. 21.
num. 7. Roll. d. conſ. 10. num. 40. volum. 3. Quo fit,
30 vt pater non potuerit id eis auferre, † *vt in ſpe-*
cie Abb. Tiraq. & Rol. in præfatis locis tradiderũt,
& idem Tiraq. q. 8. num. 5. & 7. Nam, & de feu-
do nouo ex pacto, & prouidentia non poteſt
pater in præiudicium filiorum diſponere. ſi gra
tis ſit conceſſum, quia filij non habent illud ex
prouiſione patris, ſed ex beneficio Principis
31 concedentis, † *vt tradunt Bald. in l. 1. num. 17.*
C. per quas perſ. nob. acq. Cephal. conſ. 617. num. 61.
late Menoch. conſil. 161. nu. 15. Surd. conſ. 351. nu.
28. Pereg. conſ. 8. nu. 37. vol. 1.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, imò primoge
nituram hanc ex beneficio patris effectu proue
nire, quia fuit conſtituta in feudo emptitio,
quod ſine dubio profectitium eſt, vtpotè ex
prouiſione, & contractu patris comparatum,
quia reſpondeo, ſi feudũ fuiſſet relictum in ſim
plicibus terminis emptionis, & in priſtina ſui
natura, vtique negari non poſſe; quin cenſere-
tur à patre prouenisſe, & de eo tanquam profe-
ctitio, & acquiſito ex paterna prouidentia po-
tuiſſet pater diſponere in præiudicium filiorũ,
verum poſtea, quàm à Principe fuit erectum
in Comitatum, & primogenituram, & eo mo-
32 do mutauit priſtinam naturam, † *vt ait Ozaſc.*
deciſ. 23. nu. 24. quia quod erat improprium, &
mere hæreditarium, factum eſt feudum digni-
tatis, & ex pacto, & prouidentia, verius eſſe, nõ
poſſe (quatenus eſt feudum Comitatus) dici
profectum à Principe; Neque enim pater eſt,
qui Comitatus dignitatem tribuit feudo, quia
nec poterat, ſed Princeps ex mera gratia, & li-
beralitate. Nec quicquam facit, quod ipſum-
met feudum eſſet emptitium, quia nõ res, quæ
in Comitatum erigitur, ſed ipſamet erectio cõ
ſiderari debet, vt dicatur ab aliquo proficiſci.
Itaque, licet res eſſet paterna, imò allodialis,
quia tamen fuit erecta in primogenituram, &
Comitatum à Principe, ideò ab eo non à patre
33 dñr primogeniti ius habere, † *vt Abb. Tiraqu.*
& Roll. in præfatis locis tradiderũt, et in ſpecie feudi
Comitatus Men. conſ. 401. n. 19. & conſ. 504. n. 10.

Quartò facit, quia, quando feudum eſt eius
naturæ, vt in eo non poſſint plures ſuccedere,
ſed tantum primogenitus, veluti ſi ſit iuris Frã
corum, vel alteream naturam habeat, etiam ſi
ſit nouum, non poteſt pater in præiudicium pri
34 mogeniti de eo diſponere, † *vt tradunt Iſern.*
in cap. Imperialem §. præterea. nu. 38. verſ. ſed ſi di-
catur. de prob. feud. alie. per Frid. Perna. coſ. 12. nu.
18. & 38. Thom. Marin. de feud. tit. 13 de feud. iur.
Fran. nu. 15. Menoc. d. conſ. 161. nu. 14 Sed hoc
feudum Alteſſani poſtea, quam fuit erectum
in Comitatum, & factum eſt feudum dignita-
tis, cœpit habere naturam, vt in eo primogeni-
tus ſolus ſuccedere poſſit, quippè cum hæc ſit
35 feudorum dignitatis natura, † *vt tradunt Abb.*
conſ. 3. num. 2. vol. 2. Ruin. conſ. 29. num. 14. vol. 1.
Pariſ. conſ. 23. nu. 137. vol. 1. Cephal. conſ. 12. nu. 13.
Men. conſ. 158. nu. 71. & conſ. 401. num. 18. & conſ.
504. num. 9. Ergo, licet feudum eſſet nouum,
non tamen de eo poterat in præiudicium pri-
mogenitorum pater diſponere, & conſequẽter
non poterat primogenituram reuocare.

Quintò & vltimò moueor, quia dato etiam
citra veri præiudicium, ꝙ primogenitura in pa
ternis bonis cum authoritate Principis conſti-
tuta poſſet reuocari, hoc tñ procederet interue-
niente Principis conſenſu. Cæterum ſine eius
authoritate (quæ nõ interuenit in caſu noſtro)
36 magis eſt, vt non poſſit reuocari, † *vt in termi-*
nis tradunt Caſtr. d. conſ. 164. col. 7. vol. 2. Dec. conſ.
468. nu. 28. & conſ. 498. nu. 19. Purp. d. conſ. 500.
num. 13. verſ. ex quib. Bologn. d. conſ. 62. in 1. dub.
Tiraq. d. q. 8. nu. 7. Crau. conſ. 135. num. 10. & conſ.
749. nu. 10. Ceph. d. conſ. 12. nu. 35. & 37. & Roll.
d. conſ. 10. num. 41. vol. 3. Nam, quemadmodum
Principis authoritas interuenit in conſtitutio-
ne primogenituræ, ita etiam debet interuenire
37 in eius deſtructione, † *vt Ceph. & Roll. in præfa*
tis locis tradiderunt. Quinimò DD. ſupra relati
loquuntur in fortiorib. terminis primogenitu-
ræ, non à Principe, ſed à patre, vel à matre con-
ſtitutæ, & ad parentis requiſitionem à Princi-
pe confirmatæ, quo caſu maior ſubeſt dubita-
tio: nam, quia principalis ipſa diſpoſitio, & ere
ctio primogenituræ prouenit ex facto parẽtis,
faciliùs ei videretur permittenda reuocatio, ꝙ
in caſu noſtro, in quo primogenitura fuit ere-
cta à Principe motu proprio, cum adiectione
dignitatis, & mutatione priſtinæ feudi naturæ.
Quo fit, vt multò magis ſit neceſſarius Princi-
pis conſenſus in reuocatione, quam in ſuperio
re caſu propterea quod Comitatus, & primoge
nitura ex mero Principis beneficio proficiſci-
tur, vti ſupra demonſtrauimus.

Neque aduerſantur contraria: Ad primum
enim, & ſecundum reſpondeo, ſi feudũ in ſim-
plicis emptionis finibus permanſiſſet, rem nul-
lam fuiſſe dubitationem habiturã, quia pater
potuiſſet de eo diſponere pro arbitrio, tũ quia
feudum erat nouum, & hæreditariũ, tùm etiã,
quia erat emptitium, ſed, quoniam poſt vendi
tionem Princeps motu proprio, & ex mera li-
beralitate feudum erexit in Comitatum, & pri
mogenituram, ac eo modo alterauit, & muta-
uit eius naturã, fecitq; feudũ dignitatis, & ex pa
cto & prouidentia, non poſſe amplius conſide
rari tanquã emptitium, & à patre profectum, ſed
tñ quaſi datum à Principe, quia, quatenus eſt
Comitatus ex mero Principis beneficio profi-
ciſcitur, *ſecundum ea, quæ diximus in tertio fun-*
damento. Quo fit, vt non potuerit Do. Comes
Nicolaus de eo ſine Principis authoritate di-
ſponendo primogenitis præiudicare *ſecundum*
tradita in quinto, & vltimo fundamento.

Neq; obſtat, ꝙ primogenitura reguletur ſe-
cundum naturam feudi, quia retorquentur hoc
atque nã regulatur ſecundum naturã feudi an-
38 tiqui, † *vt ait Io. de Cir. lib. 3. de primog. q. 4. nu. 10.*
tametſi primogenitura ſit conſtituta in feudo
nouo; & ideò, quemadmodũ de feudo antiquo
non põt pater diſponere, ita neq; de primogeni
39 tura cum authoritate Principis cõſtituta, † *vti*
videre eſt apud Tiraq. d. q. 23. nu. 10. & Rol. d. cõſi.
10. nu. 38. vol. 3 in contrarium allegatos, qui hoc ar
gumento vtuntur ad confirmandam non ad impu-
gnandam noſtram ſententiam.

Ad tertium verò reſpondeo, imò Comitatũ
hunc, & primogenituram non proficiſci ex
beneficio patris, ſed ex diſpoſitione Principis,
nõ obſtante, quòd ſit cõſtituta in feudo empti
tio, *vti latè demonſtrauimus in tertio fundameto.*

Neq; obſt. doctr. Bar. *in d. §. Flauius,* quia, præ
ter id, quod eius opinio non vĩ tuta, imo videt̃
40 communiter reprobata, † *ſecundum Men. conſ.*
92. nu. 75. & conſ. 161. n. 53. Gram. deciſ. 23. n. 16.
reſpon-

reſpondeo dupliciter, & primò Bar. doct. pro-
cedere, quando ex illo contractu tertij filijs ius
non acquiritur: nam, ſi acquiratur, verùs eſt,
ſine comm conſenſu non poſſe contractum
41 reuocari. † *l. fina. ff. de pact. cum alijs adductis*
in ſecundo fundamento, vt in terminis decla-
rat Bald. in d. l. cum a ſocero. 7. numero 7. verſic.
tunc. C. de iur. dot. Vnde, cum ex primogeni-
tura cum authoritate Principis conſtituta ius
filijs acquiratur, *vt tradunt Abb. Tiraq. Natt.*
Cæpual. & Rolan. in ſecundo fundamento relati,
conſequens eſt, vt Bart. doctr. locum non ha-
42 beat in primogenitura; † *vt tradunt Gomez. in*
40. l. Taur. nu. 34. & Molin. d. lib. 4. cap. 2. nume.
71. verſic. in ſecundo caſu.

Secundò reſpondeo dato, quod etiam in pri
mogenitura locum habeat doctr. Bart. eã pro-
cedere, dummodo reuocatio fiat ab his omni-
43 bus, à quibus liberalitas proficiſcitur, † *vt tra-*
dunt Bald. in d. l. cum a ſocero. 7. num. 7. verſic. ſed
quando. C. de iur. dot. Alexan. conſ. 204. numero 4.
vol. 7. Menoch. conſ. 92. nu. 77. Vnde, cum in caſu
noſtro primogenituræ ius proficiſcatur ex au-
thoritate Principis, conſequens eſt, vt ſine ea
non potuerit reuocari.

Denique non obſt. quod hæc erectio videa-
tur facta contemplatione patris, quia reſpon.
hoc perſpicuè falſum eſſe: nam, cum id, quòd
filijs datur, non ſortitur effectum, niſi poſt pa-
tris mortem, non poteſt dici datum contempla
44 tione patris, † *vt docent Bart. in l. ſi filiusfam. 23.*
num. 2. ff. de mort. cauſ. don. Cæph. conſ. 485. num.
47. Mantic. de conie. vlt vol. lib. 8. tit. 16. nume. 10.
Cùm igitur hæc erectio Comitatus, & primo-
genituræ à Principe facta non deberet in perſo
na filiorum effectum ſortiri, niſi poſt patris
mortem, ſcilicet, quia debet tranſire de primo-
genito in primogenitum, conſequens eſt, vt
non videatur facta contemplatione patris.

Ad quartum, & vltimum reſpondeo primò,
quicquid illi cenſuerint, contrariam opinionẽ,
45 & veriorem, & receptiorem eſſe, † *vt ex num.*
DD. facile eſt intelligere. Quamobrem, & Aufr.
in Addit. ad d. deciſ. 453. Capell. Tholoſ. teſtatur
contrarium deciſum eſſe, & ſeruari de conſue-
tudine.

Secundò reſpondeo, loqui maiorem partem
DD. in contrarium allegatorum de primoge-
nitura ex authoritate priuata conſtituta, veluti
de ea, quæ a viro, & vxore in contractu matri-
monij, vel à teſtatore in ſuprema voluntate
46 conſtituta fuit, † *vti videre eſt apud Capell. Thol.*
Aufr. Boer. Couar. & Pereg. nos verò loqui de
primogenitura conſtituta ex authoritate Prin
cipis, cuius reuocatio non debet ex voluntate,
& arbitrio parentum dependere. Quinimò Ca-
pell. Tholoſ. Aufr. Boer. & Couar. loquuntur
de pacto de ſucceſſione viuentis inito in con-
tractu matrimonij fauore primogenitorum,
47 quòd, quia regulariter improbatum eſt. † *l. pa-*
ctum quod dotali. 15. C. de pact. Capell. Tholoſ.
deciſ. 452. Tiraquell. de iure primogen. quæſtio 6.
Viu. deciſ. 507. num. 4. Peregr. conſ. 69. nume. 14.
volum. 1. dato, quod qualiter qualiter ſuſtine-
ri poſſit fauore liberorum, intelligitur tamen
valere in vim vltimæ voluntatis, & ſic reuoca-
48 biliter, † *vt tradunt Bar. in l. tale pactum 40. §. pa*
ter. nu. 3. ff. de pact. & ibi. Iaſ. nu. 10. Alex. in l. licet.
19. nu. 6. C. eo. & ibi Iaſ. nu. 8. Capell. Thol. d. deciſ.
453. Theſ. deciſ. 224. nu. 9. Marc. deciſ. 132. num. 7.
par. 2. Viu. d. deciſ. 507. nu. 9. Boer. d. deciſ. 204. nu.
22. At nos loquimur de primogenitura in re
certa, ideſt in feudo conſtituta, quæ non conti-
net pactũ de ſucceſſione viuentis improbatũ,
ſed eſt valida, & ſuſtinetur in vim contractus,
49 † *vt tradunt Abb. d. conſ. 85. nu. 1. lib. 1. Tiraq. d.*
q. 21. nu. 7. Rol. d. conſ. 10. nu. 40. vol. 3. Quo fit, vt
non poſſit reuocari.

Et quanquam Peregr. videatur etiam loqui
de primogenitura feudali, tñ non decidit, quid
in ea ſentiat, ſed poſtea quam dixit opinionem
Bologn. non videri tutam, ſubijcit, quicquid
ſit in primogenitura feudali, in ea tñ, de qua lo
quitur, opinionem, quæ reuocationi fauet, eſſe
veriorem; Itaq; de illa nihil certi ſtatuit.

Ad Tiraq. & Surd. reſpondeo, pręter id, quod
eorum opinio eſt reprobata magis cõiter in ca-
ſu primogenituræ, quæ Principis authoritatem
habet, *vt ex his, quæ diximus in quinto, & vltimo*
fundamento licet intelligere, &, quod Tiraq. con-
trarium tenuit *in d. q. 8. nu. 7.* reſpondeo, inquã,
loqui eos de primogenitura conſtituta ab ipſis
parentibus, ſed à Principe cõfirmata, quo caſu
faciliùs tolerari poſſet eius reuocatio, quippè
cum ipſa principalis diſpoſitio proficiſcatur à
parentib. At verò nos loquimur de primogeni
tura ab ipſo Principe conſtituta, quæ, quia vim
omnem, naturã, & dignitatem ab eius mera li-
beralitate, & cõceſſione metitur, ideò non põt
ab alio, quam à Principe reuocari, *ſecundũ ea,*
quæ diximus in tertio, & quinto fundamento;
Ex his igitur concludo non habuiſſe D. Comi-
tem Nicolaum facultatem reuocandi primo-
genturã, & conſequenter non potuiſſe graua-
re primogenitam tali præſtatione pecuniæ.

Quo poſito ſuccedit ſecũda inſpectio, an ex
eo, quod Perill. D. Comitiſſa ſucceſſit Perill. D.
Comiti Octauio, qui fuit hæres D. Comitis Ni
colai, & conſequenter ipſa fuit hæres hęredis,
cenſeatur ſibi præiudicaſſe, ita, vt tanquam hæ-
redis hęres teneatur ad eius pecuniæ pręſtationẽ.

Videretur autem primo aſpectu dicendum
teneri, quia hęres hæredis non poteſt contraue
nire facto ſui anteceſſoris, ſed tenetur illud ſer-
50 uare, † *vt tradunt Alex. conſ. 12. nu. 3. volu. 5. Soc.*
iun. conſ. 108. nu. 41. vol. 2. Cæpo. conſ. 392. nu. 37.
& conſ. 393. nu. 58. Pereg. de fideic. art. 33. num. 15.
Menoc. conſ. 81. nu. 9. conſ. 89. nu. 127. conſ. 115.
nu. 63. conſ. 443. nu. 86. conſ. 504. nu. 18. & 19. &
conſ. 801. nu. 54. Surd. conſ. 353. nu. 4. Nam hęres
51 hæredis eſt hæres teſtatoris. † *l. 3. §. 1. ff. de acqu.*
hæred. l. vlt. C. de hæred. inſt. l. ſi quis filiumf. 7. §.
fi. ff. de acq. hæred. l. ſi defenſor. 10. §. illud quæritur.
ff. de inter. act. qui non poteſt facto defuncti cõ-
52 trauenire. † *l. cũ a matre. 14. C. de rei vind.* Et ve-
rò, cum teſtator poſſit diſponere de re hęredis,
aut hæredis hęredis legando, vel per fideicom-
53 miſſum relinquendo. † *l. hæredum. 25. C. de fidei*
com. l. vnum ex familia. 69. §. ſi rem. ff. de leg. 2. §.
non ſolum. in ſti. de legat. & hęres adeundo con-
54 firmet omnes teſtatoris diſpoſitiones. † *l. ſi pa-*
troni. 55. §. qui fideicommiſſariam. verſic. cum
enim. ff. ad l. reb. ſibique præiudicet etiam in re
propria. *Socin. iun. conſil. 107. num. 56. volum. 3.*
Pariſ. conſi. 33. num. 79. vol. 3. Roll. conſi. 71. nu. 69.
vol. 2. Peregr. conſi. 101. num. 1. volum. 1. nulla
ratio videtur prohibere, quin potuerit D. Co-
mes Nicolaus imponere hoc onus primoge-

 nituræ,

nituræ, ſaltem in odium Do. Comitis Octauij tanquam hæredis ſui, aut in odium D. Comitiſſæ Paulæ, tanquam hæredis hæredis.

Et, ſi quis obijciat, hæc procedere non inſolidum, ſed pro portione hæreditaria, pro qua tantum cenſetur hæres, aut hæredis hæres ſibi præ-
55 iudicare. *d. l. cum a matre* 14. *C. de rei vindicat.* ideoque D. Comitiſſam Paulam, quæ pro tertia tantum parte fuit hæres D. Comitis Octauij, malè videri condemnatam ad ſolutionem totius ſummæ, cum tertiam tantum partē ſoluere deberet, videtur poſſe reſponderi, hoc potuiſſe obtinere, ſi grauamen fuiſſet impoſitum Do. Comiti Octauio, quo caſu eius obligatio ad omnes hæredes eius pro portione hæredi-
56 taria tranſiuiſſet, *l. pro hæredit.* *rijs.* 2. *C. de hæred. actio.* vel etiam, ſi fuiſſet impoſitum ſimpliciter hæredi Dom. Comitis Octauij: nam & hoc caſu onus illud, tanquam hæreditari iniunctum inter omnes cohæredes eſſet pro
57 portione hæreditaria diuidendum. † *l. ſi nominatim.* 127. *ff. de leg.* 1. Cæterum, cum fuerit nominatim iniunctum D. Comitiſſæ Paulæ, & ſic vni tantum ex hæredibus hæredis, non videntur alij cohæredes obligari ad illud onus pro aliqua parte ſubeundum, ſed totum ad D. Co-
58 mitiſſam debet pertinere. † *l. Celſus.* 29. *§. quod alicuius.* & *§. fin. ff. de leg.* 2.

Verùm his non obſtantibus verius eſt, nec quaſi hæredem hæredis teneri D. Comitiſſam ad huius pecuniæ præſtationem, ne quidē pro parte hæreditaria, Quod, vt liquidò cōſtet, animaduertendum eſt, in eo, quod dicitur, hæredē hæredis non poſſe venire cōtra factum ſui anteceſſoris, ſed teneri illud ſeruare, varios caſus poſſe conſiderari, quorum

Primus eſt, quando factum anteceſſoris erat obligatorium in perſona ipſius facientis, vt puta, quando anteceſſor vendidit rem alienam, quo caſu valet venditio quoad præiudicium
59 ipſius vendentis, † *l. rem alienam.* 28. *ff. de contr. empt.* vel, quando de re aliena diſpoſuit inter viuos contrahendo, & ſe obligando, Et in hoc caſu, ſi dominus rei ſucceſſerit hæredi illius anteceſſoris obligati, certum eſt, non poſſe eum tanquam hæredem hæredis facto ſui anteceſſoris cōtrauenire, ſed teneri illud ſeruare, quia, cum illa anteceſſoris obligatio tranſlata ſit in primum hæredem, & à primo in ſecundum, fit, vt is tanquam obligatus ex perſona ſui anteceſſoris non poſſit reuocare rem ab illo alienatam propter regulam, quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exce-
60 ptio. † *l. vindicantem.* 17. *ff. de euictio.* & *in terminis conſiderarunt Cephal. d. conſil.* 392. *nume.* 39. & *d. conſil.* 393. *num.* 67. *Menoch. d. conſilio* 504. *num.* 19. Itaque, ſi Dom. Comes Nicolaus de huiuſmodi feudo, & primogenitura inter viuos diſpoſuiſſet, faterer non poſſe D. Comitiſſam Paulam eius facto pro portione hæreditaria contrauenire. Sed hic non eſt caſus noſter, quia, non inter viuos, ſed cauſa mortis diſpoſuit grauando D. Comitiſſam Paulam.

Secundus caſus eſt, quando factum anteceſſoris validū eſt, non quoad ipſius facientis, ſed quo ad hæredis obligationem, vt, quando anteceſſor ſcienter de re aliena diſponit legādo, vel fideicommittendo, quo caſu valet diſpoſitio in præiudicium hæredis, qui tenetur ſaltem
61 ad æſtimationem. † *l. cum alienam.* 10. *C. de legat.* *§. non ſolum, inſti. eo.* Et in hoc caſu ſimiliter, ſi dominus rei ſucceſſerit hæredi illius diſponētis, verum eſt, non poſſe eum tanquam hæredem hæredis huiuſmodi facto contrauenire, ſed teneri illud ſeruare, quia, cum heres adeundo hæreditatem teſtatoris ſe ſe obligauerit le-
62 gatarijs, & fideicommiſſarijs. † *l. ex maleficijs.* 4. *§. hæres quoque. ff. de act.* & *oblig.* *§. hæres. inſti. de oblig. quæ quaſi ex con. naſ.* & huiuſmodi obliga-
63 tionem in ſuum hæredem tranſtulerit. † *l. quāuis.* 40. *§.* 1. *l. ſi etus pupilli* 64. *§. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel.* fit, vt hic hæredis heres, tanquam obligatus non poſſit rem ſuam reuocare propter ſuperiorem regulam, quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio. Sed hic etiam non eſt caſus noſter, quia onus hoc non fuit iniunctū hæredi, nempè Perill. D. Comiti, ſed primogenitæ, quæ non erat inſtituta.

Tertius caſus eſt, quando factum anteceſſoris validum fuit, non quoad obligationē ipſius facientis, vel eius hæredis immediati, ſed quoad obligationem hæredis mediari, vt quando legat, vel per fideicommiſſum relinquit rem alienam ab hærede hæredis, non ſub nomine proprio, ſed ſub nomine hæredis, quo caſu va-
64 let diſpoſitio. † *l. ſi fuerit.* 5. *§. fin. ff. de leg.* 3. *Bar.* & *alij in l. cum filiofam.* 11. *ff. de legat.* 1. *Craß. in §. legatum. quæſt.* 13. *num.* 3. & *in §. fideicommiſſum. quæſt.* 6. *num.* 2. *Pereg. de fideicom. art.* 1. *nu.* 18. & *art.* 13. *num.* 7. *Odd. conſ.* 63. *num.* 22. Et tunc similiter, ſi dominus illius rei ſucceſſerit hæredi, verum eſt, non poſſe eum tanquam hæredem hæredis venire contra factum ſui anteceſſoris, ſed teneri illud ſeruare. *d. l. ſi fuerit.* 5. Sed nos non ſumus in hoc caſu, quia teſtator nō grauauit hæredem D. Comitis Octauij, ſed D. Paulam, tanquam primogenitam.

Quartus caſus eſt, quando teſtator grauauit hæredem hæredis ſub nomine proprio, & ſub conditione, ſi hæreditas hæredis ſui ad eū peruenerit, quo caſu certum eſt grauamen illud eſſe inualidum, nec cogi grauatum, etiam ſi extiterit hæres hæredis, & conſequenter habuerit hæreditatem teſtatoris, onus, & grauamen illud præſtare, quia non potuit teſtator grauare eum, qui non ex eius iudicio, ſed fortuitò con-
65 ſecutus eſt hæreditatem, † *vt eſt text. in l. ſed & ſi ſic.* 6. *§.* 1. *ff. de leg.* 3. & *ibi not. Barto. Idem tradit Barto. in l. cum filiofam.* 11. *num.* 1. *ff. de leg.* 1. & *ibi Socin. Alexan. Iaſ.* & *alij omnes. Caſtr. in l. ſi fuerit.* 5. *§. fin. num.* 2. *ff. de leg.* 3. *vbi ait hoc eſſe mirabile. Peregr. de fideicomm. artic.* 1. *num.* 18. & *eſt communis opinio, vt teſtantur Iaſ. in d. l. cum filiofam.* 11. *num.* 53. *Craſſ. in §. legatum. quæſtio.* 13. *num.* 3. *Odd. conſilio* 63. *num* 22. Et in hoc caſu non eſt dubium, quin poſſit hæres hæredis venire contra factum anteceſſoris, quippè cum illud non teneatur ſeruare tanquam non
66 obligatorium. † *d. l. ſed & ſi ſic.* 6. *§.* 1. Sed hic caſus, licet poſſit adaptari ad propoſitum noſtrū, ſcilicet, quia teſtator grauauit Perilluſt. Dom. Paulam nominatim, tamen non eſt adhuc propriè caſus noſter, quia non grauauit eam tanquam hæredem hæredis, ſed tanquam primogenitam, Itaque voluit eam grauare, etiam ſi non fuiſſet hæres Perilluſt. Dom. Comitis Octauij.

Quintus igitur, & vltimus caſus eſt, quando teſtator nominatim grauauit aliquem à ſe nō honoratum, non ſub conditione, ſi hæreditas

hæredis

Google

hæredis ad eum peruenerit, ſed ſimpliciter, vel ſub alia conditione, puta ſi res aliqua, quæ debetur ex alterius diſpoſitione, vel etiam ex contractu ipſius teſtatoris, ad eum peruenerit, quo caſu grauamen illud ſine dubio nullum eſt ab initio, quia, quem non honoro grauare nõ poſ-
67 ſum. † *d.l.ab eo.9.C.de fideicomm.* Et in hoc caſu, licet ille grauatus poſtea ſuccedat hæredi teſtatoris, & conſequenter fiat hæres hæredis, & habeat vniuerſum teſtatoris patrimonium, non tamen cogitur præſtare grauamen ſibi iniunctum, ſed poteſt illud recuſare, & contra factũ, ac diſpoſitionem teſtatoris venire, vti mox demonſtrabo. Et hic eſt propriè caſus noſter: nam teſtator grauauit Perilluſ. D. Paulam nominatim, non ſub conditione, ſi fuerit hæres D. Comitis Octauij, ſed ſub alia conditione nempè, ſi ad eam peruenerit primogenitura, quæ debebatur ei ex diſpoſitione Principis, & ex contractu inito cum patre. Quo fit, vt grauamen tamquam ei iniunctum, quę non habuit aliquid ex iudicio teſtatoris, nullum fuerit initio, vti demonſtrauimus in prima inſpectione, & ideò, licet poſtea ſucceſſerit Perilluſ. D. Comiti fratri ſuo, non tamen tenetur illud onus ſubire, quod ex multis comprobari poteſt, &

Primò, quia, qui fortuitò non ex iudicio teſtatoris conſequitur eius hæreditatem, non po-
68 teſt nominatim onerari. † *d.l.& ſi ſic.6.§.1.ff.de leg.3.* Sed Perill. D. Paula tamquam hæredis hæres non eſt conſecuta hæreditatem patris ſui
69 ex eius iudicio, ſed fortuitò. † *l.qui liberis.8.§. hæc verba.ff.de vulg.l.1.§.non ſolum.ff.vt leg.nom. cau.d.l.ſed & ſi ſic.6.§.1.* Poterat enim D. Comes Octauius arbitrio ſuo ſibi facere alios hæredes
70 in teſtamento, † *vt in terminis declarat Peregr. conſ.30.num.9.volum.2.* Non potuit igitur onerari.

Secundò, quia, ſi hæredis hæres non cogitur præſtare illud, quod à ſe nominatim eſt relictum, ſub conditione tamen, ſi hæreditas hære-
71 dis ad eum peruenerit. † *d.l.ſed & ſi ſic 6.§.1.& late diximus in præcedenti caſu*, quanto minus cogetur præſtare relictum nominatim, ſed non ſub ea conditione? faciliùs enim videretur ſuſtinendum grauamen impoſitum ſub illa conditione, quaſi expreſsè collatum in tempus habile, quam illud, quod ſimpliciter imponitur.
72 † *arg.l.in tempus.62.ff.de her.inſt.*

Tertiò, quia hæres hæredis poteſt venire cõtra factum anteceſſoris, quòd primus hæres ſeruare non cogebatur, quemadmodum, & hæres poteſt venire contra factum, quod defunctus
73 ipſe poterat impugnare; † *vt ſcribunt Socin.ſen. conſ.39.num.47.volum.4. Pariſ.conſ.33.num.96. volum.3.Soc.iun.conſ.77.num.134.vol.1.Gramm. deciſ.93.num.8.Oſaſc.deciſ.180.num.1.Menoc.conſil.11.num.25.& conſ.89.num.19.* Sed Perill. D. Comes Octauius non cogebatur præſtare hoc onus iniunctum Perill. D. Paulæ, ſed poterat illud impugnare. Poterit igitur, & eius hæres.

Quartò confirmatur, quia hæres hæredis nõ tenetur præſtare, niſi ea onera, quæ proueniunt ex hæreditate ſui defuncti immediatè, quod patet ex eo, quia ſuſcipit commoda, & incommoda ſui anteceſſoris ex neceſſitate ſucceſſionis,
74 quoniam illa ſunt in hæreditate hæredis. † *l.1. §.non ſolum.& ibi glo.ff.vt leg.nom.cau.l.ultim.in prin.& §.fin.ff.de leg.3.* Sed hoc onus impoſitũ primogenituræ nõ prouenit ex hæreditate Perilluſt. D. Comitis Octauij, quia teſtator illud non iniunxit D. Comiti, neque eius hæreditati, ſed D. Comitiſſæ Paulæ: Alioquin enim, ſi fuiſſet iniunctum hæreditati, potuiſſet tranſire in quoſcumque hæredes ipſius D. Comitis, & tamen certum eſt, ſi D. Comes alios inſtituiſſet hæredes, excluſa D. Paula, in eos non fuiſſe trãſiturum hoc onus, tamquam nominatim Do. Paulæ impoſitum. Non tenetur igitur D. Paula tamquam hæres hæredis illud onus ſubire.

Quintò multo magis hoc eſt admittendum in caſu noſtro, in quo grauata fuit D. Comitiſſa in pecunia, & ratione rei propriæ, nempè primogenituræ, quæ ad eam pertinere debebat ex
75 prouiſione Principis: nam regula. † *l.ab eo.9.C. de fideicom.* Maximè locum habet, quando non honoratus grauatur in pecunia, vel re propria,
76 † *vt in terminis ſcribunt Ruin.conſ.111.nu.9.vol. 2.Mantic.de coniect.ult.volun.lib.8.tit.1.nu.33.& lib.11.tit.3.nu.2.verſ.Verum*, quia, ſi grauaretur preſtare rem hęreditariam, poſſet interdum per
77 neceſſarium antecedens intelligi vocatus † *iuxta doctr.Bart.in l.Centurio 15.ff.de vulg.vt Ruin. & Mantic.in præfatis locis tradiderunt.*

Ex quibus intelligimus non obeſſe cõtraria: nam, quod dicitur hæredem hæredis non poſſe contrauenire facto ſui anteceſſoris, procedit in facto obligatorio, vel facientis, vel hæredis, vel hæredis hæredis. Vnde, cùm in caſu noſtro factum, & diſpoſitio teſtatoris tamquam inualida nullius obligationem contineat, verius eſt ei poſſe per hæredis hæredem contrauenire, ſecũdũ ea quæ diximus in quarto, & quinto caſu.

Quòd verò dicitur teſtatorem poſſe diſponere de re hæredis, aut hæredis hæredis, & vtrumque grauare, verum eſt, ſi grauet hæredem hæredis ſub nomine appellatiuo: nam, ſi ſub proprio, conſtat non valere diſpoſitionem, etiam ſi poſtea grauatus ſuccedat. *d.l.ſed & ſi ſic.6.*

Vnde apparet fruſtra diſputari, an inſolidũ, an verò pro portione hæreditaria teneatur Perilluſt. D. Comitiſſa, quia certum eſt in nihilo teneri *ex d.l.ſed & ſi ſic.* Quod enim dicitur de onere nominatim vni iniuncto, procedit in primo hærede, qui nominatim grauari poteſt, non in hærede hæredis, qui, ſi nominatim grauetur, nõ tenetur grauamen præſtare, ſi verò ſub nomine hæredis, non niſi pro portione hæreditaria obligatur.

Quamobrem concludo Perill. D Comitiſſã, neque vt primogenitam, neque vt hæredem hęredis ad huius pecuniæ præſtationem teneri, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Perill. DD. Hercule, & Thoma fratribus de Rotarijs.

CONSILIVM LVI.

ARGVMENTVM.

An diſtributio rerum particularium facta à teſtatore fauore quorundam ex ſubſtitutis inducat fideicommiſſum particulare diſtinctum ab vniuerſali.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa particularia debent ab hærede ſimplici præſtari integra, etiam vltra vires hæreditarias.*

2 *Hæres ſimplex grauatus in re propria tenetur eã inſolidum præſtare, etiamſi eius æſtimatio excedat valorem totius hæreditatis.*

3 *Fideicommiſſum particulare dicitur, quod non cõtinet iura, & actiones, ſed certa corpora, certiue loci facultates.*

4 *Fideicommiſſum conſtitutum in reſiduo bonorum complectitur vniuerſum patrimonium, exceptis rebus antea expreſſis.*

5 *Dictio, ideſt, declarando reſtringit.*

6 *Dictio, ſcilicet, reſtringit.*

7 *Dictio, videlicet, ſtat reſtrictiuè.*

8 *Hæres ex parte inſtitutus poteſt repudiata hæreditate conſequi legatum.*

9 *Voluntas teſtatoris eſt indiuidua.*

10 *Voluntas teſtatoris non poteſt pro parte acceptari, & pro parte repudiari, Declara vt num. 11.*

11 *Legatarius poteſt ex pluribus legatis vnum acceptare, & aliud repudiare.*

12 *Diuiſio bonorum facta poſt ſubſtitutionem vniuerſalem nõ conſtituit fideicommiſſum diuerſum à primo, Declara, vt nu. 13. & 14.*

13 *Fideicommiſſum vniuerſale conſtituitur etiam in quota.*

15 *Fideicommiſſarius effectu eſt hæres.*

16 *Succeſſorum appellatione in materia indifferenti continentur etiam ſucceſſores ſingulares.*

17 *Fideicommiſſarij vniuerſales debent æqualiter iura, & actiones partiri, licet inter eos teſtator bona particularia diſtribuerit.*

18 *Hæreditatis nomen ſæpè accipitur pro bonis, & ſic impropriè.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

QVia de re iam à doctiſſimis viris plenè diſcuſſa conſulor, & intra anguſtiſſimos temporis fines conſtringor, non poſſum non breuiſſimè proferre, quæ de propoſita dubitatione ſentio.

Diligenter igitur perpenſis teſtamenti verbis puro Perill. D. Comitem Caloni non poſſe detrahere legitimam, & trebellianicam de bonis, aut in prima, aut in ſecunda primogenitura comprehenſis, ſed ea debere iuxta paternam diſpoſitionem integra conſeruare, & reſtituerè filiis ſuis, ſi quos habuerit, vel ſequentibus fideicommiſſariis, quos teſtator ad plures gradus digreſſus vocauit.

Quod vt exiſtimem, præter ea, quæ doctè iam à præſtantiſſimis viris dicta ſunt, me maximè mouet illud, quia grauatus fideicommiſſis particularibus, ſi non confecit inuentarium, tenetur ea præſtare integra, non diminuta etiã
1 vltra vires hæreditarias. † *§. ſi verò non fecerit. Auth. de hæred. & falcid. coll. 1. & tradunt Soc. iun. conſ. 7. nu. 15. vol. 4. Craſſ. in §. falcid. q. 12. Pereg. de fideicomm. art. 3. nu. 76. & art. 33. num. 13. verſ. cum autem, & magis in terminis conſ. 64. nu. 28. volum. 3. Menoc. conſ. 207. nu. 18. Ludercb. conſ. 141. nu. 5. Marc. deciſ. 433. num. 2. par. 1. Oſaſ. deciſ. 147. nu. 6. Magon. deciſ. Flor. 130. nu. 4. Velaſ. deciſ. 52. nu. 35.* adeo, vt, quamuis ſit grauatus in re propria, cuius æſtimatio excedat valorem totius hæreditatis, nihilominus cogatur eam inſoli-
2 dum præſtare, † *vt tradunt Pariſ. conſ. 33. nu. 99. vol. 3. Soc. iun. conſ. 68. num. 12. vol. 4. Rol. conſ. 50. nu. 40. vol. 4. Peregr. d. art. 33. num. 17.* Sed in caſu noſtro filius fuit grauatus reſtituere bona comprehenſa in primogenituris non per fideicommiſſum vniuerſale, ſed per particulare, quia teſtator fecit tria fideicommiſſa, tam fauore deſcendentium, quam fauore cœterorum, qui ſubſtituti ſunt: Primum enim fecit fideicommiſſum vniuerſale fauore deſcẽdentium, dum ait. *Al qual vuole, & commanda, che doppò morte d'eſſo Sig. Conreno ſiano ſubſtituiti nelli detti beni, & hereditta tutti li ſuoi figliuoli maſchi, &c.* quibus verbis, non ſolum vocantur duo primogeniti, ſed etiam omnes alii filii maſculi D. Contreni, quoniam ait *tutti li ſuoi figliuoli:* & vocantur ad fideicommiſſum vniuerſale, ſub quo continentur iura, & actiones, nec non cœtera bona, tã mobilia, quàm immobilia, quæ poſtea non exprimuntur, nec ſubiiciuntur primogenituris. Deinde fecit duo fideicommiſſa particularia, vnum fauore primogeniti, dum ait, *vuole però, &c. che il primogenito maſchio, &c. ſuccedi nel Caſtello, feudo, giuriſdittione, homaggio, & in tutti gli altri beni, mobili, ſe mouenti, & immobili del luogo di Calozzo, nella Caſa della Citta d' Aſti, nelle poſſeſſioni, & Terre di Vuiglie, nelli dinari laſciatigli, &c.* quæ verba ſine dubio continent fideicommiſſum particulare, quia non complectuntur iura, & actiones, ſed certa corpora, certiue loci fa-
3 cultates. † *l. ſi fideicommiſſum. 50. §. tractatum, ff. de iudic. l. cogi. 16. §. & generaliter, ff. ad trebellia. & tradunt Soc. iun. conſ. 136. num. 1. vol. 1. & conſ. 49. nu. 18. vol. 3. Mantic. de coniec. vlt. volunt. lib. 7. tit. 2. nu. 9. Ludou. deciſ. 29. nu. 14. Peregr. de fideicom. art. 5. nu. 43. Magon. deciſ. Flor. 35. nu. 1.* Alterum verò fideicommiſſum particulare fecit fauore ſecundo geniti, dum ait, *Il ſecondo genito, &c. vuole, che ſuccedi nel reſto de ſuoi beni, cioè di Sommariua di Perno, di Monteu, di San Steſano, di Caſtagnito, Cornigliano, Mont' Alto, delli Molini, & giuriſdittione di Magliano, & delle poſſeſſioni, & Caſſina di Neiue:* Nam, & ſi dicat, *nel reſto de ſuoi beni*, ac ita videatur prima facie complecti patrimonium vniuerſum exceptis bonis, & rebus ex-
4 preſſis in primogenituris † *vt tradit Peregr. de fideicomm. art. 5. nu. 31.* tamen ſe poſtea declarando reſtringit, dũ ſubiicit, *cioè di Sommariua*, &c. dictio enim, *cioè*, quę latinè ſonat, ideſt, ſcilicet, videlicet, eius eſt naturæ, vt declarando reſtrin-
5 gat, † vt de dictione, ideſt *tradunt Bartol. in l. 2. nu. 2. ff. ad l. Aquil. Iaſ. in l. 3. §. ſaltus, nu. 2. verſ. breuiter, ff. de acq. poſſ. & in l. ſi emancipati 13. num. 31.*
6 *C. de collat.* de dictione ſcilicet, † *Bart. in l. quaeſitum. 12. §. ſi quis fundum, nu. 15. verſ. aut fuit facta enumeratio, ff. de fund. inſtru. Iaſ. in d. §. ſaltus, nu. 2. verſ. breuiter, Pariſ. conſ. 92. num. 33. vol. 1. &*
7 *conſ. 47. nu. 71. vol. 3.* de dictione videlicet † *Bar. in d. §. ſi quis fundum, num. 15. Iaſ. in l. ſi pluribus. 33. nu. 11. ff. de leg. 1. Pariſ. conſ. 6. nu. 21. vol. 1. conſil. 17. nu. 38. vol. 3. Decia. conſ. 34. num. 89. & conſ. 56. nu. 6. vol. 3. Menoch. conſ. 21. num. 27. & conſ. 243. nu. 43. & 44.* Itaque teſtator ſub his primogenituris noluit complecti vniuerſitatem bonorum, & iurium, ſed tantum res expreſſas, & ſpecificatas, vti clariſſimè conſtat ex multis clauſulis ſequentibus, ac primum ex illis verbis. *Et queſto vuole ha ordinato, & commanda, perche eſſo Sig. teſtatore deliberatamente dice voler, che*

il detto

il detto ſtudo & e.con gli altri beni ſopra ſpecificati reſtino, & peru ghino indiuiſi, & inſolidum al detto primogenito maſchio, & al primogenito del primogenito, vſque in infinitum, & finalmente che il luogo di Sommariua con gli altri di ſopra ſpecificati reſpettiuamente reſtino indiuiſi, & inſolidum in primogenitura al ſecondogenito. Itaque declarat in primogenituris non contineri, niſi bona ſpecificata, & ſecundam primogenituram nō complecti omnia bona hæreditaria, licet dixerit *nel reſto de ſuoi beni*, ſed tantum *il luogo di Sommariua con gli altri di ſopra ſpecificati*. Secundo id ipſum clariùs oſtendunt illa verba. *Piu il predetto teſtatore ha ordinato, & vuole, che neſſuno delli ſuoi ſucceſſori, & heredi inſtituiti, & ſubſtituiti, à quali perueranno in qualche modo, & tempo li ſudetti beni ſtabili, & immobili, Caſtelli, &c. cioe del luogo di Calozzo, &c. li poſſa, ne in tutto, ne in parte vender, &c.* Et paulo poſt: *In modo tale, che detti beni ſtabili, &c. & altri ſopra nominati reſtino, & peruenghino ſempre, & in perpetuo nelli heredi, & ſucceſſori ſubſtituiti, & chiamati per le diſpoſitioni ſudette*, quibus verbis prohibēdo alienationem bonorum, quæ ſuppoſuit primogenituris, ſe ſe reſtringit ad bona ſupra nominata, de cæteris verò, vt potè, quæ non continentur in primogeniturıs, ſed in fideicommiſſo vniuerſali ſubijcit: *Concede pero licenza, &c. che delli altri beni, tanto feudali, come allodiali, eccetto che delli luoghi ſopra ſpecificati ne poſſano permutar, & anco vender, & alienar in tutto, o in parte, mentre pero, che in luogo delli venduti, & alienati, o permutati ſi rimettano, & acquiſtino altri tanti beni ſtabili di ſimile, ò maggior vtilità, & commodita all'heredità delli venduti, &c.* Itaque permittit alienationem dummodo ſubrogentur alia, quæ remaneant ſuppoſita hæreditati, ſeu fideicommiſſo vniuerſali. Denique teſtatorem diſtinxiſſe bona, quæ ſuppoſuit primogeniturıs, & ſic fideicōmiſſis particularibus, à cœteris, quæ ſub vniuerſali continentur, conſtat ex ea teſtamenti parte, in qua de inuentarij confectione loquitur: nam ait, *Et, acciochè reſti perpetua memoria di eſſi beni ſtabili, & immobili, Caſtelli, feudi, giuriſdittioni, homagij, & pertinenze, vuole, & commanda, che di tutti ſe ne faccia inuentarò per nome, miſura, ſiti, & coherenze*, quod inuentarium pertinet ad bona ſuppoſita primogeniturıs; nam de ijs ſolis loquitur, dum ait, *di eſſi beni*, ideſt, de bonis ſupra ſpecificatis, De cœteris verò, quæ ſub vniuerſali continentur ſeparatim cauit his verbis, *Et inſieme, che ſi faccia inuentaro delli beni mobili, & immobili, & brancheria, & parimente delle veſti, &c.* Ex quibus omnibus teſtamēti partibus conſtat teſtatorem ſub primogeniturıs non, niſi ſpecificata bona voluiſſe complecti, cœtera verò reliquiſſe ſub vniuerſali fideicōmmiſſo, idq; ſeruaſſe, nō ſolum reſpectu deſcendentium ipſius teſtatoris, quos primo gradu vocauit, ſed etiam reſpectu cœterorum omnium, quos per varios gradus in teſtamento ſubſtituit: nam in eorum perſona eandem perpetuò fecit diſtinctionem, quam in perſona deſcendentium: Itaque DD. Herculem, & Thomam, quos ſecundo gradu vocauit, primò ſubſtituit vniuerſaliter in tota hæreditate cum prohibitione detractionis legitimæ, & trebellianicæ, *in verſ. Et ſe il detto*. Deinde ſubſtituit etiam particulariter in bonis ſupra ſpecificatis vocādo D. Herculem, & eius deſcendentes ad primam primogenituram, & D. Thomam ad ſecundam, *in verſ. con conditione però*, Quod ipſum, & in tertio ſeruauit gradu ſubſtituendo primo vniuerſaliter DD. Philibertum, & Hieronymum, *in verſ. Et ſe ambi*. Deinde vocando particulariter ad primam primogenituram D. Philibertum, ad ſecundam verò D. Hieronymum. Et ſic deinceps ſeruari voluit in cœteris ſubſtitutionum gradibus, ſubſtituendo, *con il modo, & ordine di ſuccedere ſopradetti*. Ex quibus ſequitur, vt, quāuis D. Comes Calotij diceretur poſſe (quod controuerſum eſt) de fideicommiſſo vniuerſali facere ſuas detractiones, non tamen eas detrahere poſſit de primogeniturıs, tamquam de fideicommiſſis particularibus, vt potè quæ debet integra, & ſine diminutione præſtare etiam vltra vires hæreditarias.

Idq́ue, vel eo magis dicendum eſt, quod in arbitrio eſt fideicommiſſariorum, qui vocantur, & ad vniuerſale fideicommiſſum, & ad particulare, vel vtrumque conſequi, vel ſolū particulare, quomodo poteſt is, qui fuit hæres inſtitutus, repudiata hæreditate conſequi legatum,
8 quod in eodem teſtamento meruit. † *l. qui filiabus. 17. §. vlt. cum l. ſeq. & l. filio pater. 39. cum 2. ll. ſeqq. ff. de leg. 1. l. apud Celſum. 4. §. ſi quis ex vncia. ff. de dol. except.* Et, ſi caſus euenerit, veriſimile eſt (vti facere ſuadentur, imò ſe facturos profitentur) DD. Herculem, & Thomam ſolas primogenituras omiſſo fideicommiſſo vniuerſali petituros, Et, licet voluntas teſtatoris dicatur indi
9 uidua, † *l. eum qui tacitum 18. §. vlt. ff. de ijs, quæ vt ind.* ideoque pro parte tantum acceptari non
10 poſſit † *l. legatarius 38. ff. de leg. 1. l. neminem. 4. ff. de leg. 2. l. 2. l. ſi ex aſſe. 10. ff. de acq. hær.* procedit tamen hoc reſpectu vnius, eiuſdemque diſpoſitionis, non reſpectu diuerſarum: nam qui ad plura legata, vel fideicommiſſa vocatur, poteſt
11 vnum acceptare, & aliud repudiare. † *l. ſed duobus 5. ff. de leg. 2. & tradunt Bart. in d. l. neminem 4. nu. 1. & alij communiter ff. eod.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, imò non eſſe diuerſas diſpoſitiones, ſed vnam, atque eādem ſubſtitutionem vniuerſalem, quæ complectitur omnia bona teſtatoris etiam poſteà ſpecificata, cum talis ſpecificatio non conſtituat diuerſam diſpoſitionem, & fideicommiſſum, ſed reſpiciat bonorum diuiſionem, quæ non alterat precedentem ſubſtitutionem, nec conſti
12 tuit particulare fideicommiſſum, † *vt docent Bart. in l. centurio. 15. nu. 36. ff. de vulg. in l. quid ergo 92. nu. 1. ff. de leg. 1. & in l. 3. §. quidam liberis nu. 1. ff. ad 1 reb. Bald. in l. filio pater. 39. verſ. in tex. plene, & ibi Caſtr. nu. 5. Iaſ. nu. 26. ff. de leg. 1. Caſtr. in l. cum virum. 16. num. 6. C. de fideicomm. Pariſ. conſ. 94. nu. 25. vol. 1. & conſ. 43. nu. 63. vol. 3. Beret. conſ. 122. nu. 6. Roll. conſ. 34. num. 21. & 22. vol. 4. Decia. conſ. 106. nu. 22. vol. 3. Andr. Gail. lib. 2. obſe. 135. nu. 2. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 47. num. 6. Menoc. de præſump. lib. 4. præſump. 194. num. 46. Peregr. de fideicomm. art. 5. num. 28. & 39. & art. 7 nu. 7. & 61. & conſ. 59. num. 2. vol. 2. Surd. conſ. 434 nu. 25.* Quia reſpondeo in hac re quatuor caſus poſſe conſiderari, quorum

Primus eſt, quando diuiſio bonorum fit per quotas, non per deſignationem rerum, & corporum, & in hoc caſu verum eſt, ſubſequentem diuiſionem non mutare diſpoſitionem præcedentem, nec conſtituere fideicommiſſum particulare, ſed vniuerſale: nam & in quota conſtituitur

tuitur

13 tuitur vniuerſale fideicommiſſum. † *§. nihil autem, Inſt. de fideicom. hæred. late Pereg. de fideic. art. 5. nu. 4. & 27. & in his terminis procedit doctr. Bart. in d. l. centurio.*

Secundus caſus eſt, quando diuiſio fit, nõ per quotas, ſed per deſignationem omnium rerum ſingularum, ita, vt exceptis bonis diuiſis nihil ſuperſit in hæreditate, Et in caſu loquuntur *Pariſ. & Peregr. in contrarium allegati*, qui tradunt fideicommiſſum cenſeri vniuerſale.

Tertius caſus eſt, quando diuiſio ſubſequens fit per deſignationem rerum ſingularum, ſed non complectitur vniuerſum patrimonium, Et in hoc caſu verius eſt, cõſtituere fideicommiſ-
14 ſum particulare, † *vti docet Pariſ. in contrarium alegatus in d. conſil. 43. in reſolutione motiuorum, quæ aduerſus eius opinionem facta fuerant a iudice num. 99.* Et hic caſus poteſt ad noſtrum adaptari, licet nos verſemur in fortioribus terminis: nam teſtator primogenituris non ſubiecit omnes res hæreditarias, ſed tantum ſpecificatas, *vti ſupra oſtendimus*. Itaque nec prædia, quæ ſunt in territorio Aſtenſi, nec mobilia, nec iura, & actiones ſub his primogenituris continentur. Quo fit, vt primogenituræ cenſeri debeant conſtitutæ per fideicommiſſum particulare, nõ per vniuerſale.

Quartus, & vltimus caſus eſt, quando teſtator poſt ſubſtitutionem vniuerſalem ſpecialiter diſpoſuit de quibuſdam rebus hæreditarijs non in perſona omnium vocatorum ad fideicommiſſum vniuerſale, ſed tantum in perſona vnius, aut duorum, Et in hoc caſu nemo rectè dixerit, illam ſubſequentem diſpoſitionem, ſiue declarationem eſſe idem fideicommiſſum vniuerſale, quia ad id vocantur omnes ſubſtituti, cum alioquin ad ſubſequentem diſpoſitionem vocentur illi ſoli, qui nominati ſunt; Et qui nõ, vt hæredes fideicommiſſarij, ſed, vt particulariter vocati cęteris in ijs rebus pręferuntur. Et hic propriè noſter caſus eſt: nam teſtator primò fecit ſubſtitutionem vniuerſalem fauore omnium filiorum D. Contreni, deinde diſpoſuit particulariter de quibuſdam rebus fauore duorum ex ſubſtitutis vocando primogenitum ad quaſdam res particulares, & ſecũdogenitum ad alias, quę exprimuntur. Non poteſt igitur hęc ſubſequens diſpoſitio, & declaratio cenſeri eadem cum fideicommiſſo vniuerſali, ad quod omnes vocantur, ſed debet cenſeri particularis, Et, cum particularis ſit in perſona deſcẽdentiũ, debet etiam cenſeri particularis in perſona cœterorum, qui ſubſtituti ſunt iuxta modum, & formam pręcedentis diſpoſitionis.

Minus obſtat, quod teſtator, vbi de ſubſtitutis loquitur, ſemper eos vocet hęredes ſuos, ac eo modo videatur declarare, ſę non, niſi de ſubſtitutione vniuerſali, per quam ſubſtituti effe-
15 ctu fiant hęredes. † *l. filiusfam. 5. §. fin. ff. quod cũ eo.* ſenſiſſe, quia reſpõdeo primo teſtatorem nõ ſimpliciter eos hęredes vocaſſe, ſed heredes, & ſucceſſores, quibus verbis ſimul iunctis in hac materia indifferenti ſingulares etiam ſucceſſo-
16 res continentur, † *l. fluminum 24. §. adijcitur, ff. de dam. inf. & tradunt Alex. conſ. 193. nu. 1. vol. 1. Menoc. conſ. 191. nu. 10.*

Deinde reſpondeo rectè teſtatorem ſubſtitutos omnes vocaſſe hęredes, quia iidem, qui vocantur ad primogenituras, vocantur etiam ad fideicommiſſum vniuerſale, vt apparet ex ſupra relatis teſtamenti clauſulis, ſed vocantur ex diuerſis diſpoſitionibus, & cum diuerſo iure, tã reſpectu perſonarum, quàm reſpectu rerum; nã reſpectu perſonarũ ad fideicommiſſum vniuerſale, non ſolum vocantur duo primogeniti, ſed etiam omnes filij, *vti ſupra dictum eſt*, &, ſi vnus ex deſcendentibus primogenitis, vel ex trãſuerſalibus nominatim ſubſtitutis, puta D. Hercules deceſſerit pluribus relictis, omnes ſimul ad vniuerſale fideicommiſſum admittentur, cũ alioquin ad fideicõmiſſa particularia ſoli primogeniti, & primogenitorum primogeniti in infinitum ſint admittendi.

Reſpectu vero rerum diuerſo cenſentur iure, quia, tam commoda, quam incommoda, quæ ſub fideicommiſſo vniuerſali continentur ęquis inter eos portionibus diuidenda ſunt, tametſi primogenitus, aut is, qui in eius locũ ſubſtitutus eſt, ampliorem habeat patrimonij quãtitatem iure primogenituræ: Nam & ſimili ratione, cum teſtator duos hęredes inſtituit, & inter eos bona partitur, ſunt iidem, & vniuerſales, & ſingulares ſucceſſores, Hęreditatem enim habent ex inſtitutione vniuerſali, bona verò diuiſa ex particulari diſpoſitione, ſeu prælegato, Et, quamuis alter altero maiorem patrimonij quantitatem ſit conſecutus, æqualiter tamen debet cum cohærede iura, & actiones partiri.
17 † *l. ex facto 35. verſ. & refert, ff. de hæred. inſt.* Denique non eſt contrarium, quod poſt primogenituras in perſona deſcendentium conſtitutas hęc verba legantur. *Et hauendo eſſo Sig. Contreno maggior numero de figliuoli maſchi generati, & nati nel modo ſopraſcritto, vuole, ordina, & commanda, che li ſudetti primo, & ſecondogenito ſiano tenuti, & obligati ſecundo la rata, ò ſia portione dell' heredita, che ſucceideranno dar il modo di viuere, & mãtenere fuori di caſa gli altri figliuoli durando loro vita*, quæ verba dupliciter videntur obſtare noſtrę ſententię, primo quia eo ipſo, quod alijs filijs D. Contreni mandat teſtator alimenta præſtari à primo, & ſecundo genitis, videtur apertè ſignificare, non vocari eos ad vniuerſale fideicommiſſum, ſed vocari tantum primo, & ſecundo genitos. Secundo, quia, dum iubet ab ijs alimenta præſtari pro rata, ſeu portione hæreditatis, in qua ſuccedent, videtur etiam innuere iure primogenituræ ſuccedere eos in hæreditate, & conſequenter in fideicommiſſo vniuerſali, & ſuccedere inæqualiter, vt denotant illa verba, *ſecondo la rata, o ſia portione*, quia primogeniti maiorem bonorum quantitatem, quam ſecundogeniti ex diſpoſitione teſtatoris conſequentur. Quo fit, vt primogenituræ videantur conſtitutæ per fideicommiſſum vniuerſale, nõ per particulare contra ea quæ diximus, quia ad hoc, quod certè obijcient contrariæ partis aduocati reſpondeo primo, quoad onus alimentorum non poſſe ex eo inferri, tertio, vel quartogenitos non eſſe ad vniuerſale fideicommiſſum vocatos: nam teſtator vniuerſaliter ſubſtituit omnes filios D. Contreni, nec poſtea diſpoſitionis huius reſpectu hæreditatis legitur aliqua reſtrictio, ſed tantum reſpectu bonorũ ſpecificatorum, quæ voluit ad primo, & ſecundogenitos pertinere.

Nec eſt facienda vis in præcepto alimentorum, quia teſtator ſciens bona non expreſſa, quæ ſola cum iuribus, & actionibus continentur ſub fideicommiſſo vniuerſali, non eſſe tam

egregiæ

Digitized by Google

egregiæ quantitatis, vt, ſi plures ſint filij Dom. Conrem factis inter eos æquis partibus, tãtum ſit quiſque habiturus, quantum ad alimenta iuxta qualitatem perſonarum videtur eſſe neceſſarium, ideo mandauit primogenitus, qui ef fectu virtute fideicommiſſorum particularium ferè totam abſorbent hæreditatem, vt cæteris iuſta præſtent alimenta.

Ad id vero, quod dictum eſt inæqualitatem conſiderari reſpectu hęreditatis, & eam non, niſi ex primogeniturts prouenire, reſpondeo hæreditatis verbum ibi pro bonis, & rebus à no-
18 tario poſitum eſſe, & ſic impropriè, † *vti frequentius accidere conſtat, ex l. cogi. 6. y unde quæritur. ff. ad l. rebel. & tradunt Gabr. conſ. 137. nu. 21. vol. 1. Soc. iun. conſ. 143. nu. 22. vol. 1.* Significat enim notarius teſtatorem voluiſſe, vt primogenitus, qui maiorem, quam ſecundogenitus partem habet non hæreditatis, ſed bonorum grauetur in maiore portione alimentorum: nam maiorem partem hæreditatis non æſtimamus ex rebus, ſed ex quota, vt, ſi primogenitus fuiſſet ſubſtitutus pro dodrante, ſecundo vero genitus pro quadrante: Cœterum quando ſimplicitèr inſtituuntur, & ſubſtituuntur, deinde reſpectu rei fit inter eos inæqualis diuiſio non dicuntur habere portionem inæqualem hæreditatis: nam adhuc ſunt hæredes ex æquis parti-
19 bus, ſed tantum rerum, ſeu bonorum, † *d. l. ex facto. 35. verſ. ita igitur, ff. de her. inſt.*

Quamobrem concludo de bonis, quæ primogenituris ſubiecta ſunt, vt porè de fideicommiſſis particularibus non eſſe legitimam, & trebellianicam deducendam, ſed ea integra debere reſtitui, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

In eadem cauſa.

CONSILIVM LVII.

ARGVMENTVM.

An filius grauatus fideicommiſſo particulari poſſit detrahere legitimam, & falcidiam, Et, an falcidia poſſit prohiberi filiis primi gradus, Et, an ab iis amittatur propter non confectum inuentarium, Et, an legitima detrahi poſſit, non obſtante prohibitione patris, ſi filius approbauerit teſtamentum patris, Et, quæ approbatio requiratur, vt filius eam detrahere non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſis de particularibus non detrahitur Trebellianica, ſed falcidia.*
2 *Filius grauatus fideicommiſſis particularibus detrahit legitimam, & falcidiam, Sed contra numero 13.*
3 *Legitimæ detractio non poteſt prohiberi.*
4 *Falcidiæ detractio non poteſt filijs primi gradus prohiberi, Sed contra nu. 15.*
5 *Inuentarium tutelare ſufficit ad hoc, ne amittatur trebellianica, maxime, ſi tutor ſit etiam fideicommiſſarius numer. 6. Secus in falcidia numero 50. & 51.*
7 *Turpitudinem propriam alligans non eſt audiendus.*
8 *Culpa vnius non debet alteri nocere.*
9 *Inuentarij omiſſio non excludit filium à detractione trebellianicæ.*
10 *Falcidia propter non confectum inuentarium non amittitur a filio primi gradus, Sed contra nu. 22 25. & 27.*
11 *Legitima non amittitur propter non confectum inuentarium, licet nonnulli contrarium ſentiant, vt nu. 38. Declara, vt nu. 39.*
12 *Legitima ſaltem in ſubſidium poteſt detrahi de fideicommiſſis particularibus. Declara, vt numero 55.*
14 *Filius grauatus fideicommiſſo vniuerſali de iure ciuili non poterat detrahere duas quartas.*
16 *Trebellianicæ detractionem etiam filijs primi gradus poſſe prohiberi, receptior hodie videtur opinio.*
17 *Lex permittens Falcidię prohibitionem, tamquam correctoria non debet extendi ad Trebellianicam.*
18 *Fideicommiſſum impersonaliter relictum cenſetur potius relictum ab hærede filijs, quam a filio.*
19 *Trebellianicæ detractio poteſt prohiberi hæredibus filiorum primi gradus, ſi fideicommiſſum ab eis relinquatur, nu. 20.*
23 *Sui dicuntur ſe immiſcere.*
24 *Falcidia amittitur propter non confectum inuentarium.*
26 *Filius non conficiens inuentarium tenetur ſatisfacere legatarijs, & fideicommiſſarijs, etiam de proprio, & vltra vires hæreditarias, & nu. 37.*
28 *Trebellianicæ detractio ceſſat etiam in filijs primi gradus, ſi fuerit a teſtatore prohibita, et filius non confecerit inuentarium.*
29 *Duo vincula ſunt fortiora vno.*
30 *Singula quæ non proſunt, multa iuuant.*
31 *Hæres adeundo hæreditatem cenſetur omnes teſtatoris diſpoſitiones approbare, & confirmare.*
32 *Approbatio teſtamenti, quæ fit per ſimplicem aditionem, ſecundum multos ſufficit, ne filius poſſit detrahere Trebellianicam, quam teſtator prohibuit.*
33 *Trebellianica non poteſt detrahi, ſi filius in iudicio produxerit teſtamentum patris, in quo fuit prohibita.*
34 *Trebellianica eſt minus priuilegiata, quam legitima, & ideo facilius amittitur nu. 35.*
36 *Geminata productio teſtamenti habet vim ſpecialis approbationis.*
40 *Prohibitionem legitimæ ſpecialiter dicitur filius approbaſſe, quando approbauit capitulũ illud, in quo facta fuit prohibitio, puta cum vtitur illo capitulo ad ſui commodum, num. 41.*
42 *Approbatio ſpecialis dicitur etiam, quæ colligitur ex coniecturis.*
43 *Geminatio vim ſpecialis approbationis habet.*
44 *Approbatio ſpecialis, vel quæ vicem ſpecialis obtinet, excludit filium à legitima.*
45 *Iuramentum habet vim ſpecialis approbationis.*
46 *Filius inſtitutus in maiori portione, quam ſit legitima, poteſt etiam in legitima grauari, quatenus patiuntur fructus ex alijs bonis percepti.*
47 *Diſpoſitio l. iubemus. 6. in prin. C. ad Treb. non procedit in Falcidia.*
48 *Fraudem facere non dicitur, qui vtitur facultate ſibi a lege data.*
49 *Frater poteſt relinquere hæreditatem, cui voluerit.*

Inuen-

52 *Inuentarium tutelare probat quantitatem bonorum, ſed non prodeſt, quoad ea, quæ requirunt inuentarium legale, & cur nu. 53.*
54 *Tutor non debet onerare pupillum impenſis inuentarij legalis, ſi ſciat hæreditatem eſſe opulentam.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

QVæ pro temporis breuitate curſim adduximus ad fauorem Perill. DD. fratrum de Rotarijs, nondum videntur dubitationem ſuſtuliſſe, quia dato quod primogenituræ fuerint conſtitutæ per fideicommiſſa particularia, vti veriſſimum eſſe oſtendimus, non tamen ob id cenſeri debet filius à ſuis detractionibus excluſus: Nam de fideicommiſſis particularibus, licet non detrahatur Trebellianica, detrahitur tamen Falcidia,
1 † *vt ſcribunt Iaſ. in rub. ff. ad Treb. num. 6. Ang. de Gambel. conſ. 83. nu. 7. Soc. iun. conſ. 136. nu. 4. vol. 1. conſ. 49. nu. 16. iuncto nu. 21. verſic. & ſi tunc vol. 3. Ceph. conſ. 153. nu. 61. Craſſ. in § falcidia quæſt. 3. nu. 2. & in § Trebellianica q. 5. num. 1. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 2. nu. 6. Caro. Anto. Put. in ſuo conſ. poſito in fin. 1. vol. conſ. Odd. num. 88. Peregr. de fideicomm. art. 3. nu. 14. Surd. conſ. 229. nu. 5. & conſ. 265. nu. 25. Mago. deciſ. Flor. 35. num. 3.* Et, quemadmodum filius grauatus fideicommiſſo vniuerſali detrahit duas quartas, nempè legitimam, & Trebellianicam, ita etiam grauatus fideicommiſſis particularibus detrahit legi-
2 timam, & falcidiam, † *vt tradunt Bal. in l. quamquam. 10. nu. 2. C. ad l. falc. Alex. conſ. 139. num. 1. vol. 1. Soc. ſen. conſ. 93. nu. 8. verſ. his tamen, & verſ. ad ſecundam rationem vol. 1. Pariſ. conſ. 43. nu. 71. vol. 3. Gabr. conſ. 16. nu. 29. vol. 1. Laderch. conſ. 26. nu. 18. & Peregr. de fideicomm. art. 3. num. 55. verſ. contrarium, & conſ. 59. nu. 5. vol. 2.* Idque videtur procedere, etiamſi teſtator huiuſmodi detractiones prohibeat, quia nec legitimæ detractio
3 prohiberi poteſt. † *l. quoniam in prioribus 32. C. de inoff. teſtam.* nec detractio falcidiæ filijs pri-
4 mi gradus † *ſecundum Pariſ. conſ. 43. nu. 26. vol. 3. Crauet. conſil. 171. num. 23. & 24. Laderc. conſ. 26 num. 18. Odd. conſil. 8. nu. 15. Peregr. d. art. 3. num. 109. & ſeq. & d. conſ. 59. nu. 12. vol. 2.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, ſuperiora procedere, niſi filius omiſerit inuentarij confectionem, quia videtur poſſe replicari, Primo factam eſſe bonorum omnium deſcriptionem in inuentario tutelari, quæ videtur ſufficere, vt quis non
5 amittat quartæ detractionem, † *vt tradunt Caſt. in l. cum tale. 71. § ſtatus. num. 3. ff. de condit. & demonſ. Alex. in l. in ratione. 11. § quod vulgo. num. 14. ff. ad l. falc. Pariſ. conſ. 25. nu. 51. & 52. vol. 2. & conſ. 43. nu. 79. vol. 3. Soc. iun. conſ. 132. nu. 4. & 5. vol. 1. & Peregr. d. art. 3. nu. 75.* Maximè cum facta fuerit ab vno ex fideicommiſſarijs, qui erat
6 tutor, † *vt ait Pariſ. d. conſ. 27. num. 31. vol. 2.* Nec enim cauſari poteſt non fuiſſe in eo deſcripta omnia bona, & iura hæreditaria, ne videatur
7 propriam turpitudinem allegare † *contra l. ſi ereditoribus 5. C. de ſeru. pign. dat. man. l. tranſactione finita. 30. C. de tranſactio. l. cum profitearis. 4. C. de reuoc. don. l. 2. C. de cond. ob turp. cauſ. l. ſi ſeruus plurium. 53. § 1. ff. de leg. 1.* Secundo videtur poſſe replicari dato, quod non ſufficiat tale inuentarium, hoc tamen prouenire ex ipſius tutoris, eiuſdemque fideicommiſſarij culpa, quæ non
8 debet alij nocere. † *l. paterfam. 44. ff. de her. inſt.*

Tertio videtur poſſe replicari, imo inuentarij omiſſionem, quemadmodum non excludit fi-
9 lium à detractione Trebellianicæ, † *ſecundum receptiorem ſententiam, de qua per Oſaſ. deciſio. 147.* ita etiam non excludere à detractione Falcidiæ, quia § *ſi vero non fecerit. Authen. de hæred. & falcid. coll. 1.* non videtur pertinere ad filios pri-
10 mi gradus † *teſte Odd. in conſ. 8. nu. 37.* Multoque minus excludere à detractione legitimæ, quæ ſecundum receptiorem ſententiam non amit-
11 titur ob non confectum inuentarium, † *vt tradunt Barto. in auth. ſed cum teſtator nu. 11. C. ad l. falc. Alex. in conſ. 139. nu. 1. vol. 1. Cagn. in l. Papinianus. 8. § meminiſſe nu. 15. ff. de inoff. Ruin. conſil. 135. num. 9. vol. 3. Ang. de Gamb. conſ. 83. num. 9. Oſaſ. deciſ. 148. in fin. Craſſ. in § legitima quæſt. 45. nu. 1. Andr. Gail. lib. 2. obſeru. 138. num. 14. Gabr. in tit. de legit. concluſ. 7. nu. 1. Peregr. conſ. 64. num. 16. & 17. vol. 3.* Itaque, licet filius, qui non confecit inuentarium, teneatur præſtare ſolida legata, & fideicommiſſa particularia, etiam vltra vires hæreditarias, hoc tamen intelligitur facta prius detractione legitimæ, vt ita reſiduũ præſtetur, etiamſi excedat vires hæreditarias, vti DD. ſupra relati docuerunt.

Denique non eſt, quod aliquis obijciat, de fideicommiſſis particularibus non poſſe detrahi legitimam, ſed tantum de alijs bonis hæreditarijs, quia videtur poſſe replicari, id procedere, ſi ſuperſint alia bona, ex quibus talis detractio fieri poſſit. Cæterum in ſubſidium, quin etiam de particularibus detrahi poſſit legitima
12 non videri dubitandum, † *vti tradunt Rol. conſil. 12. num. 1. volum. 1. Odd. conſ. 65. num. 79. Surd. conſ. 148. num. 11. & Peregr. conſil. 42. num. 25. volum. 1.*

Verum his non obſtantibus adhuc perſiſto in priore ſententia, tamquam de iure veriore, vt ſcilicet de huiuſmodi primogenituris per particularia fideicommiſſa conſtitutis, nec falcidia, nec legitima detrahi poſſit. Nam, vt de falcidia, de qua minor eſt dubitatio, primo loco dicam, multa ſunt, quæ in caſu noſtro detractionem eius excludunt, &

In primis illud, quia, non, vt filius grauatus fideicommiſſo vniuerſali poteſt detrahere duas quartas, ita, & grauatus fideicommiſſo particu-
13 lari, † *ſecundum veriorem ſententiam gloſ. in § ſi quis autem non implens, in verb. auferri. Authen. de hæred. & falc. col. 1. Bart. in l. Papinianus. 8. § quarta in 1. not. ff. de inoff. Alexan. in l. in ratione 11. § quod vulgo. nu. 12. verſic. puto verius. ff. ad l. falc. & conſ. 163. nu. 8. vol. 6. Ruin. conſ. 89. nu. 6. vol. 3. Socin. iun. conſ. 136. num. 12. volum. 1. Ceph. conſ. 153. nume. 62. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 7. titu. 2. num. 11. Odd. conſ. 8. num. 16.* Nam, cum diſpoſitio *cap. Raynutius, & cap. Raynaldus extr. de teſtam.* ſit exorbitans, cum fuerint illæ decretales promulgatæ propter erroneam ſententiam antiquorum exiſtimantium de iure ciuili filium grauatum fideicommiſſo vniuerſali poſſe detrahere duas quartas, quod tamen de iure fal-
14 ſum eſt, † *vti fatentur Bald. in l. iubemus. 6. nu. 6. C. ad Trebell. Alex. in l. in ratione 11. § quod vulgo num. 10. verſ. poſſent etiam. ff. ad l. falc. Ruin. conſil. 59. num. 5. volum. 2. Gabr. conſil. 93. num. 9. in fin. volum. 1. Laderch. conſ. 26. poſt num. 4. & num. 6. & 7. Et conſtat ex l. filium quem. 24. C. famil. erciſc. l. iubemus 6. C. ad Trebell. l. quamquam 10. C. ad l. falc. § quamobrem præſentem. Auth. de reſtit. & ea quæ*

parit.

parit. Ideo DD. earum decretalium diſpoſitio-
nem, quam maximè fieri poteſt, reſtringunt, vt
ſcilicet procedat in filio ſub conditione graua
to, de quo dictæ decretales loquuntur, non in
grauato purè, & vt procedat in Trebellianica,
de qua ſimiliter illæ loquuntur, non etiam in
Falcidia.

Secundo verò dato citra veri præiudicium,
quod filius poſſit detrahere legitimam, & fal-
cidiam, id tamen procedit, niſi falcidia, ſit ei
nominatim prohibita, prout eſt prohibita in
caſu noſtro: nam talis prohibitio valet etiam
15 in filijs primi gradus, † vt in ſpecie tradunt Ruin,
conſ. 163. num. 16. volum. 2 conſ. 147. num. 1. & con
ſil. 149. num. 4. volum. 3. Soc. iun. conſ. 136. num. 10.
volum. 1. & conſ. 49. num. 21. verſic. & præterea vo-
lum. 3. Couar. in cap. Raynutius. §. 11. num. 7. de te-
ſtam. Gabr. conſil. 93 num. 12. volum. 1. Vbi ait hoc
neminem negare. Roll. conſil. 63. num. 26. volum. 1.
Menoch. conſ. 272. num. 5. Viu. deciſ. 3. num. 1. verſ.
quibus. Id, quod, non ſolum ex eo intelligimus
quia § ſi vero expreſſim. Auth de hæred. & falcid
col. 1. qui teſtatori falcidiæ prohibendæ faculta
tem permiſit, pertinet ad eos omnes, de quibus
in ſuperioribus locutus fuerat Imperator, &
conſequenter etiam ad filios, de quibus ſupra
tractatum erat, vti communiter omnes faten-
tur, ſed etiam ex eo, quia, niſi DD. communiter
haberent in confeſſo patrem poſſe filijs primi
gradus prohibere falcidiam, fruſtratoria fuiſſet
illa quæſtio, an eiſdem poſſit prohibere detra-
ctionem trebellianicę, cum & ij, qui ſuſtinent
affirmatiuam, quę hodie videtur magis com-
munis, & in omnibus ferè Tribunalibus Italiæ
16 comprobata, † vti videre eſt apud Franch. deciſ.
11. num. 19. Borgnin. in repert. prima part. deciſ. in
verb. trebell. num. 3. & ſeqq. Viu. deciſ. 3. num. 1. ver-
ſic. quibus, & pleniſſime apud M. Anton. de Amat.
deciſio. 11. per totum, quibus addo Andr. Gail. lib. 2.
obſeru. 138. num. 16. in fin. & Menoch. conſ. 1141.
per totum. Mantic. deciſ. 348. num. 1. non mouean
tur alia principali ratione, quam quia poteſt
eis prohiberi falcidia, ideo & trebellianica.
Quinimo ijdem ipſi, qui cõtrariam opinionem
ſequuntur, non negant poſſe prohiberi falci-
diam, ſed aiunt diſpoſitionem d. § ſi vero expreſ
ſim, tanquam correctoriam iuris antiqui non
eſſe à falcidia ad Trebellianicam extendendã,
17 † vti videre eſt apud Ruin. conſ. 163. num. 17. vol. 2
Soc. iun. d. conſil. 136. num. 10. volum. 1. & Gabr. d.
conſ. 93. num. 12. volum. 1. quę reſponſio ſine du-
bio eſſet inepta, niſi ſentirent DD. poſſe prohi-
beri falcidiam etiam filijs primi gradus. Satis
enim fuiſſet reſpondere, d. §. ſi vero expreſſim,
pertinere ad extraneos, non etiam ad filios pri-
mi gradus.

Tertiò multo magis valere debet prohibi-
tio falcidię in caſu noſtro, quia, cum fideicom-
miſſum relictum ſit impersonaliter, non vide-
18 tur relictum à filio, ſed ab eius hęrede, † ſecun-
dum magis communem DD. opinionem, de qua te-
ſtantur Cephal. conſ. 188. num. 23. Odd. conſ. 63. nu
me. 12. & ſeq. Craſſ. in §. fideicommiſſum. quæſtio. 9.
nu. 1. verſ. contrarium, & ideo valet prohibitio,
non ſolum falcidiæ, ſed etiam trebellianicę,
19 † vt in ſpecie tradunt Alex. conſ. 67. num. 2. volum.
1. Ruin. conſ. 173. nume. 21. volum. 2. conſ. 115. nu-
me. 25. conſ. 147. num. 3. verſ. ſed dato, & conſil. 149.
num. 6. volum. 3. Cephal. conſil. 153. num. 67. Gabr.
tit. ad trebel. concluſ. 1. num. 13. Craſſ. in § teſtamen
tum, quæſt. 62. num. 7. verſ. ſcias. Nam, quando fi-
deicommiſſum ab hęrede filij relinquitur, po-
teſt ei tanquam extraneo etiam trebellianica
20 prohiberi, † vt ſcribunt Alex. conſ. 67. num. 1. ver-
ſic. ſed reſpondeo volum. 1. Pariſ. conſ. 21. nu. 50. vo-
lum. 3. Gabr. lib. 4. tit. ad Treb. concl. 1. num. 13. Ce-
phal. conſil. 153. num. 67. Surd. conſ. 570. nu. 9.

Quarto ceſſare debet detractio falcidię in ca
ſu noſtro, & alia ratione: nam, quia Do. Comes
Caloti agnouit paternam hęreditatem ſine in
uentarij legalis confectione, ideo non poteſt
non cenſeri amiſiſſe falcidiam, etiam ſi nõ fuiſ
21 ſet prohibita, aut prohiberi non potuiſſet. † l. vl
tim. §. ſin vero poſtquam, iuncto §. & ſi præfatam.
C. de iur. delib. § ſi vero non fecerint Auth. de hęred.
& falc. col. 1. cap. Raynaldus, de teſtam. Procedit
enim hoc ius etiam in filijs primi gradus, vt a-
22 pertè probat † d. l. vlt. § ſin vero poſtquam, qui
dum loquitur de ijs, qui ſe immiſcent, ſine du-
bio pertinet ad ſuos, vt ibi glo. docet in verb. ſe ſe,
23 quippe quorum proprium eſt ſe immiſcere. † §.
extraneis inſt. de hęr. qual. & diff. Et eſt de mente
DD. qui de falcidia loquentes, ſimpliciter aiũt
eam amitti propter non confectum inuenta-
24 rium, † vti videre eſt apud Craſſ. in §. falcidia. q.
12. num. 1. & Peregr. d. art. 3. nu. 73. Nam, ſi intel-
ligerent tantum de extraneis, ſine dubio perpe
ram ita ſimpliciter eſſent locuti.

25 Quinimo id expreſſè ſcripſerunt † glo. in §. ſi
quis autem non implens, in verb. auferri, Authen. de
hęred. & falc. col. 1. Ang. de Gamb. conſ. 83. num. 8.
Alex. conſ. 139. num. 1. uolum. 11. Pariſ. conſ. 16. nu-
me. 65. uolum. 2. Soc. iun. conſ. 49. num. 21. uerſic. &
pręterea uolum. 3. Oſaſc. deciſ. 148. num. 11. uerſicu.
non obſtat ultimo. Craſſ. in § legitima q. 45. num. 2.
Peregr. conſ. 64. nu. 17. uolum. 3. Et ſanè, cum pro-
pter inuentarij omiſſionem etiam filius tenea-
tur vltra vires hęreditarias, & de proprio ſatiſ-
facere legatarijs, & fideicommiſſarijs particu-
26 laribus, † d. §. ſi uero non fecerint, & in ſpecie de fi-
lio tradit Peregr. conſ. 64. nu. 28. uolum. 3. non eſt,
quod tractet de detractione falcidię, quę per
neceſſariam conſequentiam non poteſt non
27 cenſeri amiſſa, † ut ait Peregr. d. art. 3 nu. 78.

Quinto multo magis cenſeri debet amiſſa
in caſu noſtro in quo concurrit vtrumque, nem
pe prohibitio teſtatoris, & omiſſio inuentarij:
nam, quãdo hęc duo concurrunt fatentur om-
nes ceſſare, etiam Trebellianicam, licet velint,
non ceſſare, ſi ſimpliciter fuerit prohibita, vel
ſi ſimpliciter fuerit omiſſum inuentarium à fi-
28 lio primi gradus, † ut tradunt Curt. iun. Pariſ.
Grat. Crau. Gabr. Marzar. & Thob. Non. quos re
fert, & ſequitur Beret. conſ. 122. num. 7. ubi teſtatur
hanc abſque dubio eſſe receptiorem ſententiam:
29 Nam duo vincula ſunt fortiora vno, † §. ſed ho-
die inſt. de adop. l. pen in prin. C. eodem. &, quę non
30 proſunt ſingula, multa iuuant, † ut ait Ouid. lib.
2. de rem. amo.

Sexto, vel eo fortiùs ceſſare debet falcidia
(ſtante expreſſa prohibitione teſtatoris,) quod fi-
lius, non ſolum agnouit ex teſtamento paterno
hęreditatem, ac eo modo diſpoſitionem eius
31 tacitè confirmauit, & approbauit. † l. ſi patroni.
55. §. qui fideicommiſſariam uerſic. cum enim ff. ad
Trebell. l. ſi ſeruus communis 18. in princ. ff. de ſti-
pul. ſer. l. ex duobus. 14. §. quod ſi is. ff. de contrat.
quam ſolam approbationem, tametſi tacitam
ſufficere ad excluſionem falcidię, & Trebellia-
nicę, quę nominatim fuit prohibita cenſuerũt
† Ceph.

Digitized by Google

44 *Dos ab auo data nepti contemplatione filij imputatur in ptis eu legitimam.*
45 *Feudum, & emphyteuſis ſi proueniant ex aui prouidentia, non imputantur nepoti in legitimam ei debitam in bonis patris.*
46 *Filio relictum poſt mortem patris nunquam cenſetur huius contemplatione relictum.*
47 *Mater ſuccedens filio primi matrimonij conſequitur plenium ius in omnibus bonis, exceptis ijs, quæ prouenerunt ex ſucceſſione patris.*
48 *Succeſſionis verbum maiorem habet vim, quã verbum ſubſtantiæ, in materia l.mater. 5. C. ad Tert.*
49 *Diſpoſitio priuans matrem ad ſecunda vota tranſeuntem proprietate bonorum paternorum eſt iuris communis correctoria, & odioſa nu. 51. & pœnalis nu. 52.*
50 *Extenſio non permittitur in ijs, quæ ſunt correctoria iuris communis.*
53 *Pœnalis diſpoſitio ſtricte eſt accipienda, & in caſibus tantum expreſſis, ac legibus comprehenſis.*
55 *Emphyteuſis, quæ ex aui prouidentia peruenit ad nepotem, tametſi mediante perſona patris, cenſetur aduentitia, non profectitia.*
56 *Origo bonorum ſpectatur in materia l.mater. 5. C. ad Tert. Declara, ut nu. 57.*
58 *Mater ſuccedens filio primi matrimonij non priuatur proprietate bonorũ, quæ filius habuit contemplatione patris.*
60 *Bona relicta filio contemplatione patris nõ cenſentur profectitia verè, ſed fictè, & interpretatiuè.*
61 *Verbum, intelligitur, & verbum, videtur, denotãt fictionem.*
62 *Pœnalis diſpoſitio loquens ſimpliciter non extenditur ad caſum fictum.*
63 *Declaratur Auth. in donatione. C. de ſec. nupt. & nu. 64. & 65.*
66 *Declaratur l.dotem dedit. 6. ff. de coll. bon. & num. 67. & 68.*
70 *Filij contemplatione, vt auus cenſeatur nepoti reliquiſſe, non ſufficit maior erga filium affectio, & eur num. 71.*
75 *Declaratur l.generaliter. 6. in princ. C. de inſtit. & ſubſtit.*
76 *Separatio bonorum, vbi ſit, perinde eſt, acſi hæreditas non fuiſſet adita.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Licet poſt rem plenè diſcuſſam, & varijs
concertationibus agitatam, tandè fateantur
aduerſarij, non teneri matrem,
quæ poſt contractas ſecundas nuptias
filio primi matrimonij ſucceſſit, conſeruare cęteris
eiuſdem matrimonij filijs bona illius aduentitia,
ſed tñ profectitia, adhuc tñ contendunt,
debere ſaltē ea conſeruare, quę filius poſt
mortē patris fuit conſecutus iure fideicõmiſſi
ab auo paterno ſibi relicti, q̃ hæc non ſint cenſenda
aduentitia, ſed profectitia, & per conſequentias
nõ pleno iure, ſed iure tñ vſusfructus
ad matrē pertineant. Horũ aũt ſententia videtur
his potiſſimum inniti fundamentis, &

Primo, quia, quæ patris contemplatione, &
affectione filio relinquuntur, non aduentitia
1 cenſentur, ſed profectitia. † *l. ſed ſi plures. 10. §.
in arrogato. ff. de vulg. l. profectitia. 5. in prin. verſ.
quod, ſi is, ff. de iur. dot. l. dotem dedit. 6. ff. de collat.
bon.* ſcilicet, quia generale eſt, vt, quæ alterius
contemplatione cuiquam tribuuntur, perinde
2 accipiantur, ac, ſi fuiſſent ab illo profecta. † *l. ſi
ita. 63. §. ſi hæres ante. ff. ad Treb. l. ſed etſi quid 25.
ff. de vſufr. l. ex morte. 9. verſ. ſimilique modo. C. de
pact. conu. l. hinc quæritur 20. §. poteſt. ff. de pecul. l.
aditio. 45. verſ. &, quod à quibuſdam. ff. de acquir.
hæred.* Qua ratione fit, vt, quæ de paternis, ſeu
profectitijs bonis iure ſtatuuntur, locum etiam
in iis habeant, quæ patris contemplatione fi-
3 lio relinquuntur. † *l. qui tutelam. 28. in prin. ff. de
de teſt. tut.* & per conſequentias, vt, quemadmodum
in paternis bonis mater, quæ poſt contractas
ſecundas nuptias ſucceſſit filio, ſolum con
4 ſequitur vſumfructum. † *l. mater. 5. C. ad Tert. §.
hinc nos Auth. de nupt. coll. 4. Auth. ex teſtamento.
C. de ſec. nupt.* ita etiam ad ſolum vſumfructum
admitti debeat in iis, quæ contemplatione patris
ad filium peruenerunt: Nam, & ſimili ratione
mulier, quæ ſecundo viro nupſit, tenetur
filiis primi matrimonij conſeruare, non ſolum
ea bona, quæ à marito eſt conſecuta, ſed etiam
5 ea, quæ contemplatione illius acquiſiuit. † *Authen.
in donatione. C. de ſec. nupt. §. ſi vero expectet
Auth. de nupt. coll. 4. & ſcribunt Gomez. in 14. leg.
Taur. num. 7. Valaſ. deciſ. 16. num. 2. Surd. deciſ.
118. num. 9.* Atqui bona, quæ nepos ex aui teſtamento,
& diſpoſitione conſequitur, cenſen-
6 tur ei contemplatione patris relinqui, † *l. dotem
dedit 6. & ibi Bart. not. ff. de collat. bon. Ruin. conſ.
30. num. 9. & conſ. 158. num. 11. volum. 2. Cephal.
conſ. 485. num. 1.* quia, cum nepos diligatur propter
filium, vtpotè in quem maior eſt, quam in
7 nepotem affectio. † *l. liberorum. 220. §. vlt. ff. de
verb. ſignif. l. ſi viua matre. 3. C. de bon. mater. l. vlt.
C. de verb. ſignif. & ſcribunt Soc. ſen. conſil. 73. nu.
21. vol. 4. Roll. conſ. 82. nu. 13. vol. 3. Burſat. conſ.
208. num. 7. Ceph. conſ. 484. num. 12. conſ. 485. nu.
5. & conſ. 607. num. 10.* maximè, cum tempore
teſtamenti nondum eſt in rerum natura, quo
8 caſu non poteſt in eum cadere affectio, † *vt not.
glo. in l. qui filiabus. 17. in prin. in verb. fecit, & ibi
Bald. num. 1. Imol. num. 2. ff. de leg. 1. & ſcribunt
Barto. conſilio 131. num. 1. lib. 1. Angel. conſil. 78.
num. 2. Burſat. conſil. 128. num. 19.* ſcilicet, quia
illius, qui nondum natus eſt, vt non demerita,
9 † *l. ſi quis in ſuo. 33. §. legis. C. de inoffic. teſtam.* ita
10 nec mèrita conſiderari poſſunt, † *ſecundum
Bartol. in l. Gallus. 29. §. quid, ſi is num. 3. ff. de
lib. & poſthum. Ceph. d. conſil. 485. num. 63. Bero.
quæſtio. 127. num. 2.* Conſequens videtur, vt bona,
quæ auus donat, aut relinquit nepoti nondum
nato, cenſeantur ei relinqui contempla-
11 tione patris, † *vt ſcribunt Bart. d. conſi. 131. num.
2. lib. 1. Ang. d. conſ. 78. num. 2. Ruin. conſ. 118. nu.
11. vol. 2. Natt. conſ. 501. nu. 15. & 16. Ceph. conſ.
105. nu. 23. & conſ. 405. num. 62. & 63. Gabr. tit.
de iur. dot. concl. 5. nu. 5. & 21.* Debent igitur cenſeri
profectitia, non aduentitia, & per conſequentias
ad matrem, non pleno iure, ſed iure
tantum vſusfructus pertinere.

Secundò vr̃ hoc ipſum ea ratione comprobari,
quia profectitia dicuntur, quæ filius conſe
12 quitur ex ſubſtantia, & bonis paternis. † *l. cum
oportet. 6. in prin. C. de bon. quæ lib. d. l. profectitia.
5. in princ. ff. de iur. dot. §. 1. inſtit. per quas perſo.
nob. acq.* Sed ea, quæ nepos capit iure fideicommiſſi
ab auo paterno relicti, cenſentur capi ex
ſubſtantia, & bonis paternis, vti probare videtur.
l. generaliter. 6. in princ. C. de inſtit. & ſubſti.
vbi nepos dicitur fraudari fructa paterno, ſi
non conſequatur bona, quæ auus ſubiecit fideicommiſſo,
ſcilicet quia, cum per immu-

Digitized by Google

tionem à patre factam tranſierint in eius do-
13 minium. † *l. ſi ager 54. ff. de rei vind. l. cum hære-dem 22. in prin. ff. de acq. poſſ. l. hæres 37. ff. de acquir. hæred.* & eius patrimonio ita ſint confuſa, vt
14 ab eo ſeparari nequeant. † *l. ſed ſi plures. 10. §. filio ff. de vulg. §. 3. verſ. verum mater. Auth. de non elig. ſec. nub. coll. 1.* fit, vt illa non poſſint tranſire ad nepotem, quin capiantur ex ſubſtantia, & patrimonio patris. Ergo huiuſmodi bona debent cenſeri profectitia, non aduentitia.

Tertiò grauiter vrgere videtur illud, quia, cum hic nepos patri hæres extiterit, & hoc modo effecerit, vt actiones, ſi quas habebat ex
15 cauſa fideicommiſſi, cenſeantur confuſæ. † *l. debitori 7. C. de pact. l. debitor. 59. in princip. l. matrem. 80. ff. ad Treb.* non videntur hodie bona auita, & fideicommiſſo ſubiecta poſſe à paternis ſeparari, cum nullum ſit confectum inuentarium legale, cuius ſolius beneficio talis
16 ſeparatio fieri poſſet, † *vt ſcribunt Bald. in l. 1. numero 2. Cod. de bon. auth. iud. poſſ. Ruin. conſilio 57. numero 27. volum. 2. Pariſ. conſil. 69. num. 43. volum. 2. Rollan. de inuen. vtilit. 10. num. 6.* Ergo debent omnia, quæ nepos in hæreditate patris inuenit, cenſeri paterna, & per conſequentias in iis mater ſolum habere vſumfructum.

Quartò, licet hæc bona non poſſent cenſeri paterna, & profectitia, adhuc tamen in iis mater ſolum videretur habere vſumfructū, quia, cum appellatione patris veniat etiam auus,
17 † *l. iuſta 201. ff. de verbo. ſignific.* adeo, vt, quæcunque in iure dicuntur de patre, eadem di-
18 cenda ſint, & de auo, † *vt pro regula tradit glo. in d. l. iuſta,* fit, vt appellatione bonorum pater-
19 norum veniant etiam auita. † *cap. 1. §. paternum de nat. ſucc. feud.* Quamobrem, vt frater conſanguineus tantum excludit in paternis bo-
20 nis vterinum, † *ſecundum glo. in Auth. Itaque, in verb. vtroque parente. C. comm. de ſucceſ. cuius opinionem iſſe communiter approbatam teſtantur Cyn. in tract. de ſucc. ab inteſt. part. 3. num. 9. Angel. in §. ſi plures num. 2. inſt. de leg. agn. ſucc. Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 32. nu. 1.* ita etiam
21 excludit in bonis auitis, † *ſecundum eundem Angel. in d. §. ſi plures num. 3.* Quamquam igitur leges, quæ matrem ad ſecunda vota tranſeuntem bonorum proprietate priuant, de paternis tantum bonis loquantur, debent tamen, & in auitis habere locum.

Nec obſtat, ſi dicatur, hoc non procedere in correctoriis, & odioſis, in quibus non debet fieri extenſio, quia verius videtur, quod alij tradiderunt, hanc ſcilicet materiam, neque corre-
22 ctoriam eſſe, neque odioſam: † Nam nō eſſe correctoriam conſtat ex eo, quia *§. hinc nos. Authen. de nupt. coll. 4.* confirmat ius Codicis, quod erat mutatum *in §. cum igitur Auth. de non elig. ſec. nub. coll. 1.* Iuſtinianus enim *in d. §. hinc nos,* reuertitur ad diſtinctionem bonorū, quæ iure
23 Codicis obtinebat, † *vt declarant glo. in d. l. mater 5. in verb. coniugium & ibi Bal. nu. 4. Ang. nu. 1. C. ad Tert. Bar. in d. §. cum igitur nu. 8. & in d. §. hinc nos nu. 1. & conſ. 54. nu. 7. lib. 1. Rui. conſ. 113. nu. 7. vol. 2. Menoc. conſ. 237. nu. 11.* Itaq; eſt potius iuris antiqui cōfirmatorius, q̄ correctorius. Non eſſe verò odioſam materiam patet ex eo, quia diſpoſitio *d. l. mater.* fuit introducta fauore filiorum primi matrimonij, quibus bona eō
24 ſeruanda ſunt, † *vt ſcribunt Soc. ſen. conſ. 34. nu. 9. volum. 1. Pariſ. conſ. 29. num. 89. volum. 3. Dec. in rub. C. de ſec. nupt. num. 6. & conſ. 205. numero 7. Rip. in l. fœmina. 3. in prin. num. 20. C. de ſecun. nupt. Rollan. conſ. 97. num. 14. volum. 1. & conſil. 81. num. 8. volum. 3. And. Gail. lib. 2. obſ. 98. num. 8.* Debet igitur in hac materia, tanquam confirmatoria iuris antiqui, & fauorabili, eſſe extenſio de patre ad auum; quod argumentum ſufficere ad tuendam hanc opinionē ſcripſit *Odd. conſ. 37. num. 30.*

Quintò idem facit, quia ratio diſpoſitionis huius videtur ſubeſſe & in bonis auitis: nā ideo mater priuatur proprietate bonorū paternorum, quā hæc obueniunt filiis occaſione primi matrimonij, cui ſimul cum liberis fit per ſe-
25 cundas nuptias iniuria. † *§. ſi vero expectat, in prin. Auth. de nupt. coll. 4. §. Gregoria, verſ. proſpeximus. Auth. de non elig. ſec. nub. coll. 1.* At hæc ratio militat etiam in auitis, quā hæc etiam conſequuntur nepotes occaſione primi coniugij. Ergo ēt in iis debet habere locum prædicta diſpoſitio: Alioquin enim, mater plenum in iis ius haberet contra mariti deſiderium, & verò
26 etiam contra deſiderium auitū. † *l. vn. C. de his, qui ant. aper. tab. l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideic.* cum auus cēſeatur eodē modo velle bona ſua conſeruari nepotibus ab ea, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, vt vult pater ſua cōſeruari filiis ab vxore, quæ contrahit ſecundas nuptias. Qua ratione dicimus matrē ad ſecunda vota tranſeuntem, non ſolum filiis cogi cōſeruare bona, ſed etiam nepotibus ob eandem aui voluntatem.
27 † *l. in quibus 7. C. de ſec. nupt. & ſcribunt Rip. in d. l. fœmina. 3. in prin. quæſt. 6. num. 9. C. de ſec. nupt. Gabr. tit. de ſec. nupt. concl. 1. nu. 8. Burſat. conſ. 12. nu. 9. Surd. deciſ. 73. nu. 9.*

Sextò, & vltimo videtur hoc ipſum compro-
28 bari authoritate † *Odd. d. conſ. 37. nu. 26.* qui in terminis fideicommiſſi ab auo paterno relicti cenſuit, ētiā eo locum habere diſpoſitionem. *Auth. ex teſtamento. C. de ſec. nupt.* & hāc opinionē ait eſſe veriorem, & tutiorem. Quinimo (*ſecundum Alex. in l. ius in aliena 6. §. interdum nu. 4. & ibi Iaſ. num. 28. ff. de acq. hære. Ruin. conſ. 58. num. 7. vol. 5. Gabr. d. tit. de ſec. nupt. concl. 3. nu. 16. & eundem Odd. d. conſ. 37. num. 40.*) videtur hoc idem voluiſſe Bar. *in d. Auth. ex teſtamento,* vbi
29 quærit, † an in iis, quæ ad filium perueniunt ex ſubſtantia aui paterni, mater habeat ſolū vſumfructum, & ait primum, hanc non dici ſubſtantiam paternam, neq; eſſe profectitiam, ſed aduentitiam, ideoq; ad eam non extendi diſpoſitionem. *d. Auth. ex teſtamento,* quæ eſt correctoria, deinde ſubiicit, in contrariū videri caſum *in l. dedit dotem. 6. ff. de coll. bon.* nam auus videt velle, q̄ pertineat ad nepotē, ideo, q̄a nolebat pertinere ad filiū: poſtea ſubiicit, *contraria loquuntur, quā conſtat, q̄ auus dedit contemplatione nepotis magis, quam contemplatione filij, ideo hic ſuccedit nepos, quia in locū filij ſuccedit,* quibus verbis videtur apertè ſequi poſteriorem opinionē, ſecundum præfatos authores: nam, dum ait, *ideo hic,* ſignificat in propoſita materia ideo ſuccedere nepotem, quia ſuccedit in locum filij, & eius contemplatione bona conſequitur.

Verum, etſi videantur hæc facilè poſſe quē in affirmatiuam ſententiam trahere, mihi tñ diu, multumq; cogitanti verior viſa eſt ſententia exiſtimantiū, hæc bona tanquā aduentitia nō eſſe filiis conſeruanda, ſed ad matrem pleno iure pertinere.

Primo,

Primò, quia mater, quæ ad ſecundas nuptias
conuolauit, ita demũ in ſucceſſione filij bono
rũ proprietate priuatur, ſi ea proueniant ex ſub
30 ſtantia paterna. † *d.l.mater.5. C. ad Tertul. §.1.*
verſ.& non ſolum Auth. de non elig.ſec.nub.coll.1.
d.§.hinc nos Auth.de nupt. coll.4.d. Auth.ex teſta-
mento. C.de ſec. nupt. Quamobrem dicimus, eã
non priuari, niſi proprietate bonorum profecti
tiorum *d.l.mater, d. Auth. ex teſtamento, & ibi tra-*
dunt omnes communiter. Sed bona, quæ nepos
conſequitur ex fideicommiſſo ſibi ab auo reli-
cto, non proueniunt ex ſubſtantia paterna, ſed
ex ſubſtantia auita, neque ſunt profectitia, ſed
31 aduentitia. † *vt docent gl. in d.l.qui in aliena 6 §.*
interdum, in verb. faciet hæredem, & ibi Bald. nu.2.
Imol. num.10. & Iaſ. num.27. vbi teſtatur hanc eſſe
communem. ff. de acq. hæred. Bart. in l. quæſitum.
93. in prin. num.2. & ibi Ang. num.1. Imol. num.2.
ff. de leg.1. Alex. conſ.182. num.11. & conſ. 199. nu.
7. volum.2. conſ. 8. num.7. vol.3. conſ.89. nu 6. vol.
4. & conſ.138. num.1. vol.5. Rum. conſ.162. nu.5.
vol.1. Ceph. conſ 485. nu.8. & 11. Gabr. tit. de iur.
dot. concl.5 num.20. vbi ait hanc eſſe magis commu
nem, & Pereg. de fideic. art.45. num.7. Non debet
igitur eorum proprietate priuari.

Secundò confirmatur hoc ea ratione, quia
profectitia bona dicuntur ea tñ, quæ filius ex
re patris, vel eius occaſione, & cõtemplatione
32 conſequitur. *d. l. profectitia. 5. in princ. ff. de iur.*
dot. d. §.1. inſt. per quas perſo. nob. acq. Sed huiuſ-
modi bona, neq; ex re patris ad nepotem perue
nerunt, neq; eius occaſione, & cõtemplatione.
Non ſunt igitur profectitia, ſed aduentitia. Nõ
perueniſſe autem ex re patris, manifeſtum eſt,
quippè, cum aui patrimoniũ patris ſubſtantia,
& patrimonium dici nõ poſſit. Non obueniſſe
verò patris contemplatione probatur.

Primò, quia, quę auus nepoti relinquit, in du
bio præſumitur propter ſe, & contemplatione
nepotis, non contemplatione filij relinquere,
& ideo cenſentur aduentitia, non profectitia,
33 † *vt ſcribunt Bar. in l. Gallus.29 §. quid, ſi is num.*
3. ff. de lib. & poſth. Bald. in l. certum 13. num.12. C.
fam. erciſ. Alex. conſ.185. nu.11. conſ.199. nu.7. vol.
2. conſ.8. nu.7. vol.3. conſ.89. num.6. vol.4. conſ.29.
nu.4. & conſ 138. nu.1. vol.5.

Secundò, quia quoties id, quod auus dat ne-
poti, pendet ex mera eius voluntate, non verò
ex aliqua obligatione, non cenſetur datum cõ
templatione filij, ſed potius contemplatione
34 nepotis, † *vt tradunt Alex. in d. l. qui in aliena.6.*
§. interdum num 4. & ibi Iaſ. nu.28. ff. de acq. hær.
Alex. d. conſ.8. num.8. vol.3. & d. conſ.138. num.3.
vol.5. Ceph. d. conſ.485. nu.8. & 11. Craſſ. in §. legi
tima q. 25. nu.2. vbi teſtatur hanc eſſe communem.
Vnde, ſi filius ſit diues, quo caſu ſecundũ com
munem DD. ſententiam auus non tenetur ne-
pti dotem conſtituere, cum hoc onus ad filium
35 ſpectet, † *vt ſcribunt Bald. in Auth. res, quæ nu.*
13. C. comm. de legat. Alex. in l. in quartam 90. nu.
26. ff. ad l. Falc. & d. conſ.138. nu.3. vol.5. Soc. ſen.
conſ.33. nu.16. vol.3. Rum. conſ. 30. num.9. vol.2.
Gabr. de iur. dot. d. concl.5. nu.9. Ceph. d. conſ.485.
nu.18. & 31. vbi ait hanc eſſe crebriorem ſententiã,
ſi auus dotem nepti conſtituat, quoniam hæc
dotis conſtitutio ex mera eius voluntate depẽ-
det, non cenſetur dos data contemplatione fi-
36 lij, ſed neptis, † *vt de communi teſtantur Gabr. d.*
concl.5. nu.15. & Craſſ. in d. §. legitima q. 25. nu.2.
Et ſimili modo, ſi auus relinquat in teſtamen-
to dotem nepti, quia dotis cõſtitutio confertur
in id tempus, quo dotãdi onus non pertinet ad
auum, ſed ad patrem, & conſequenter dos con-
ſtituitur ex mera voluntate aui, cenſetur data
37 contemplatione neptis, non filij, † *ſecundum*
Gabr. d. concl.5. nu.16. & Ceph. d. conſ.485. nu.48.
& ſeqq. Cum igitur, & hoc fideicõmiſſum nul-
lam in auo relinquendi neceſſitatẽ, & obliga-
tionem habuerit, ſed mera eius voluntate, &
arbitrio fuerit conſtitutũ, conſequens eſt, vt nõ
cenſeatur relictum contemplatione filij.

Tertiò, & fortius probatur, quia contempla-
tione alterius relinqui dicuntur ea, quæ fauorẽ
illius reſpiciunt, vt, quæ commodum aliquod
ei poſſunt afferre, puta, cũ releuant eũ ab onere
dotandi filiam. Cæterum, quæ reſpiciunt eius
onus, & odiũ, nullo modo poſſunt eiuſdẽ con-
38 templatione cenſeri relicta. † Hoc enim cen-
ſuerunt *Imol. in d. l. qui in aliena 6. §. interdũ nu.*
10. & ibi Iaſ. nu.25. ff. de acq. hæred. dicentes, bo-
na, quæ nepos habet ab auo reſpectu patris cen
ſeri aduentitia, præcipuè in caſu *d. §. interdum,*
quoniã auus exhæredato filio nepotem inſti-
tuit, ideoq; non poteſt dici eum inſtituiſſe con
templatione filij, ſed potiùs eius odio. Idipſum
cenſuit *Ceph. d. conſ.485. nu.35.* dum ait, auum,
qui grauauit filium, vt certam pecuniarũ ſum-
mam præſtaret nepti, non cenſeri reliquiſſe cõ-
templatione filij, ſed potiùs contemplatione
neptis, quia legando voluit filium onerare, nõ
honorare. Cum igitur fideicõmiſſum ab auo
relictum, nõ reſpiciat fauorem filij, ſed potiùs
39 odium, & grauamen. † *l. vlt. §. emptor. C. comm.*
de leg. & not. omnes in l. cohæredi 41. §. cum filio. ff.
de vulg. & ſcribunt Alex. conſ.119. num.42. vol.6.
Burſat. conſ.51. num.9. Roll. conſ.36. num.15. vol.
3. Menoch. conſ 326. num.6. Aufert enim ei li-
40 beram de bonis diſponendi facultatem † *Au-*
then. res, quæ C. comm. de leg. quæ res ingenuis
41 hominibus eſt odioſa. † *l.2. ff. ſi quis a par. fuer.*
ma. Conſequens eſt, vt non poſſit cenſeri datũ
contemplatione filij, ſed potius contemplatio-
nẽ nepotis.

Quartò probatur argumento, quod, meo iu-
dicio, peremptoriũ eſt: nam, ſi huiuſmodi fidei-
commiſſum cenſeretur relictũ contemplatio-
ne filij, ſequeretur, id eſſe nepoti imputandum
in legitimã, quæ ei debetur in bonis patris ſui,
cum in eã imputari debeant omnia bona pro-
42 fectitia. † *l. omnimodo. 30. in prin. & l. ſcimus. 36.*
in prin. C. de inoff. teſtam. §. vlt. Inſtit. eo. & con-
ſequenter omnia, quæ patris contemplatione
43 filius eſt conſecutus, † *vt ſcribunt Rip. in d. l. in*
quartam 90. num. 139. ff. ad l. Falc. & Craſſ. in d.
§. legitima quæſtio. 20. num.6. vbi teſtatur hoc eſſe
communiter receptum, veluti dotem ab auo da-
44 tam nepti contemplatione ipſius filij, † *vt ſcri-*
bunt Ang. d. conſil.78. num.2. & in d. l. in quartam
num.10. & ibi Imol. num.8. in fin. Alex. num.26.
Rip. num. 206. & alij communiter, vt atteſtantur
Gabr. de iur. dot. d. concl. 5. nu.8. & Craſſ. in d. §.
legitima quæſt.20. nu.7. verſ. contrarium: At qui
in legitimam non imputatur, vt nec feudum,
nec emphyteuſis, nec id genus alia, quæ ne-
pos ex aui diſpoſitione, & prouidentia conſe-
quitur, tametſi mediante perſona patris ad eũ
45 perueniant, † *vt tradunt oẽs in d. l. in quartã, &*
præcipue Rip. nu.179. & eſſe communem atteſtatur
Craſſ. in d. § legitima q.22. nu.5. Non cenſetur er
go patris contemplatione relictum.

Quintò probatur, quia, cũ quid filio relinquitur poſt mortem patris, nunq̃ cenſetur relictũ
46 contemplatione patris, † *vt ſcribunt Bar. in l. ſi filiof. 23. num. 2. ff. de mort. cauſ. don. Caph. d. conſ. 485. num. 47. Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 8. tit. 10. num. 10.* ſcilicet, quia teſtator ad nullam patris vtilitatem reſpexit, ſed ſolus habuit rationem filij, cui bona relinquendo conſultum voluit. Cum igitur hoc fideicommiſſum fuerit ab auo relictum poſt mortem filij, conſequens eſt, vt non poſſit cenſeri relictũ cõtemplatione filij, ſed potius contemplatione nepotum, & aliorũ deſcendentiũ, vt ſcilicet eis proſpiceret prohibendo alienationes bonorũ, quibus maiorum ſubſtantiæ plerunque exinaniri ſolent.

Tertiò moueor principaliter, qa mater ſuccedendo vni ex filijs primi matrimonij conſequitur plenũ ius in omnibus bonis, præterquã in iis, quæ ad filium peruenerũt ex ſucceſſione
47 paterna, † *d. §. hinc nos Auth. de nupt. coll. 4.* vbi diligenter ſunt ponderanda illa verba, *præter ſucceſſionem paternam*, cum dictio, ſucceſſionẽ maiorẽ in propoſito vim habeat, quam dictio,
48 ſubſtantiã, † *vt in his terminis conſiderat Bologn. in addit. ad Matheſ. de ſucc. ab int. art. 2. prin. mēb. 1. nu. 21.* Sed bona, quæ nepos habuit ex fideicommiſſo ab auo relicto, non dicuntur ad eũ perueniſſe ex ſucceſſione paterna, cũ per fideicommiſſum non ſuccedatur grauato, ſed teſtatori. *d. l. cohæredi. 41. §. cum filio. ff. de vulg.* Ergo in iis mater plenum ius habebit.

Quartò diſpoſitio, quæ matrem bonorũ proprietate priuat, eſt iuris cõmunis correctoria, & odioſa, ſecundum veriorem, & receptiorem
49 ſniam: nam eſſe correctoriam † *tradunt Bar. in d. Auth. ex teſtamento nu. 2. Ang. in d. §. ſi plures, nu. 3. inſt. de leg. agn. ſucc. Ruin. conſ. 58. nu. 1. & 4. vol. 5. & ſecundum eos* probatur, quia *§. hinc nos*, corrigit *§. cum igitur Auth. de nõ elig. ſec. nub. coll. 1.* in quo generaliter ſancitum erat, vt in bonis vndecunq; prouenientibus mater ius plenũ haberet. Ego verò probo argumento ducto, non à correctione *§. cum igitur*, ſed à correctione iuris cõis: nam, etſi verum ſit, diſpoſitionem *§. hinc nos*, ſaltem in bonorum diſtinctione repetere iura Codicis, non tñ ex hoc ſequitur, huiuſmodi marciani non eſſe iuris cõis correctoriã: Cum enim iure cõi mater admittatur ad filij inteſtato defuncti ſucceſſionem. *l. 1. & tot. tit. ff. & C. ad Tert.* & ex diſpoſitione *l. fœminæ, & l. mater*, priuetur proprietate bonorum, quæ filius ex paterna ſubſtantia conſecutus eſt, nõ poteſt earum diſpoſitio non dici correctoria iuris cõmunis, Et hoc, meo iudicio, probat apertè textus *in §. optimum verſ. ſin autem Auth. de non elig. ſec. nub. coll. 1.* vbi Iuſtinianus corrigens diſpoſitionem *l. mater*, & de ea, quæ ſecundas contraxit nuptias, loquens, *non eſt*, inquit, *torquenda propter hoc, nec interdicenda ſunt ei communes leges, ſed ad viri alterius veniat nuptias honeſtè, & omni luxuria abſtineat, & fruatur ſucceſſione filiorum*: Infero enim ex illis verbis, *nec interdicenda ſunt ei communes leges*, per illam diſpoſitionem, quæ matrem ad ſecunda vota tranſeuntem bonorũ proprietate priuat, & ſic per diſpoſitionem legum Codicis matri interdici communibus legibus; Cum igitur Iuſtinianus *per d. §. hinc nos*, iterum reuertatur ad diſtinctionẽ legum Codicis, conſequens eſt, vt diſpoſitio *prædicti* §. & quatenus repetit iura Codicis, cenſeatur eſſe contra leges communes, & ſic iuris communis correctoria. Quo fit, vt in ea non ſit facienda extenſio: Quod enim dicimus, in correctorijs non eſſe permiſſam extenſionem, intelligitur de iis, quæ ſunt correctoria iuris communis,
50 † *vt tradunt omnes in Auth. Caſſa, & Auth. quas actiones. C. de ſacroſan. Eccl. & ſcribunt Alex. conſ. 29. num. 11. volum. 1. Socin. ſen. conſ. 30. num. 21. volum. 1. Burſat. conſil. 164. num. 9. Cephal. conſil. 377. num. 42.* Eſſe verò materiã odioſam adeo manifeſtum eſt, vt mirer, hac de re dubitari:
51 Scribunt enim hoc apertè. † *in §. Gregoria verſic. mater quidem, & d. §. cum igitur verſic. nec enim Auth. de non elig. ſecun. nub. collat. 1. & traditur etiam a Roman. conſil. 405. num. 2. Rip. in d. l. fœminæ. 3 in prin. num. 3. & 34. C. de ſecun. nupt. Ioan. de Garro. in d. Auth. ex teſtamento num. 29. C. eod. Andr. Gail. lib. 2. obſer. 98. num. 2. Menoch. conſil. 155. num. 7.* Et verò, cum ſit materia pœ-
52 nalis. † *§. quia vero contra binubos, & d. §. cum igitur verſi. nec enim & d. §. optimum verſ. ſic enim Auth. de non elig. ſecun. nub. coll. 1. §. ſi vero expectet Auth. de nupt. coll. 4.* ſcilicet, quia matrem priuat filij ſui ſucceſſione contra iuris communis, ideſt S. C. Tertulliani diſpoſitionem, conſequens eſt, vt ſit odioſa, ac proinde ſtrictè, & in caſu tantum expreſſo, ac legibus compre-
53 henſo intelligenda. † *l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. factum cuique 198. §. vlt. ff. de reg. iur.* Hoc enim probat apertiſſimè text. de hac materia loquens *in d. §. optimum Auth. de non elig. ſecun. nub. coll. 1.* in illis verbis, *nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens*: nam ex iis ſequitur, non habere locum diſpoſitionem legum de hac materia loquentium, niſi in caſibus, de quibus leges expreſsè loquuntur. Cum igitur leges de ſolis bonis, quæ filius habet ex ſubſtantia paterna, loquantur, Conſequens eſt, vt in auitis nõ poſſit earum diſpoſitio habere locum.

Quintò, & vltimo confirmantur ſupradicta authoritate multorum, qui ſpecialiter de bonis auitis loquentes tradiderunt, ea, tanquam aduentitia pertinere ad matrem filio ſuccedentem
54 tem pleno iure: † *Ita enim ſcripſerunt Ang. in d. §. ſi plures. num. 3. inſt. de leg. agn. ſucc. in §. præferuntur num. 5. inſt. de S. C. Tertul. & in tract. de teſtam. verſ. nolens inteſtatus decedere num. 9. Matheſil. in tractat. de ſucceſ. ab inteſt. artic. 2. princip. membr. 1. num. 21. & ibi Bologn. in addit. Ioan. de Garro ubi in d. Auth. ex teſtamento num. 27. Ruin. conſil. 58. num. 1. volum. 5. Gabr. tit. de ſecun. nupt. conclu. 3. num. 16. qui, quamuis dicat, ſibi videri Bart. contrarium velle, non tamen eius probat opinionem, idipſum ſcripſit Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato quæſ. 25. num. 4. vbi teſtatur hanc eſſe communem, ſequitur Peregr. conſil. 78. numero tertio volum. 1.*

Nec obſtat, ſi dicatur, horum opinionem eſſe intelligendam de bonis, quæ nepos immediatè conſequitur ab auo, vtpotè de quibus, nominatim loquuntur *Angel. in d. §. præferuntur numero 5. & Matheſil. d. artic. 2. numero 21.* Aliud verò dicendum eſſe de iis bonis auitis, quæ mediante perſona patris ad filium peruenerunt, vt in caſu noſtro, quia veriùs eſt, imo procedere etiam in iis, quæ mediatè peruenerunt ad nepotem, dummodo ex aui diſpoſitione nepos ea conſequatur; vt patet ex feudo, vel emphyteuſi, quam auus pro ſe, filijs, & nepotibus acquiſiuit: nam, licet priùs tranſeat

in filium,

in filium, deinde in nepotem, & ſic ad eū per-
niat mediante perſona patris, tamen, quo ad
ipſum nepotem cenſetur aduentitia, nō profe-
ctitia; quia nepos eā conſequitur, nō ex patris,
55 ſed ex aui prouidentia, † *vt ſcribunt Alex. Rip.
& alij in l. in quartā 90. ff. ad l. Falc. Alex. conſ. 3.
nu. 4. vol. 3. conſ. 89. nu. 6. vol. 4. & conſ. 29. num. 4.
vol. 5.* Idq; potiſſimū in hac materia locū ha-
bet, vtpote in qua non refert, vtrū bona media
tè, an verò immediatè peruenerint ad filium,
56 cū ſpectet̃ bonorum origo, † *vt ſcribunt Bal. in
d. Auth. ex teſtamento nu. 4. Bologn. in add. ad Ma-
theſil. d. art. 2. nu. 21. Boer. deciſ. 192. nu. 3. Ruin. d.
conſ. 58. nu. 7. vol. 5* Quod patet ex eo, quia alio-
quin in ſucceſſione filij non poſſent dici pater
na bona, quæ filius à patre conſecutus eſt, cum
fuerint in eius patrimonio confuſa. *§. 1. verſ. ve
rum mater Auth. de non elig. ſec. nub. coll. 1.* ſed di-
cuntur paterna inſpecta origine; Sic igitur, &
in caſu noſtro, quamuis bona translata ſint in
filium, ſi tñ ea nepos conſequatur ex diſpoſi-
tione aui, dicentur auita, inſpecta origine, non
paterna, perinde ac ſi immediatè ad nepotem
perueniſſent.

Nec eſt, ꝙ obijcias, ſi origo bonorū ſpectare
tur, inde ſequi, bona, quæ filius habuit à patre,
& moriens reliquit nepoti iure ſucceſſionis, di
ci auita, & conſequenter aduentitia, ac in iis
matrē debere plenum ius nanciſci, ꝙ perquam
abſurdum eſt, quia reſpondeo, quod dicimus,
ſpectari originem bonorū aui, debere intelligi,
57 † qñ auus de iis bonis diſpoſuit, puta conſtituit
fideicommiſſum; tunc enim vr̃ ea eximere
à ſucceſſione filij ſui; Cæterum, qñ non diſpo-
ſuit, ſed ea reliqt in libera filij poteſtate, verius
eſt, talia bona propriè, & verè cēſeri paterna,
non auita, ſiue filius nepotem heredem in teſta
mento inſtituerit, ſiue ab inteſtato deceſſerit,
& de iis idem eſſe dicendum, quod de cæteris
eius bonis.

Neq. obſtant contraria; Ad primum enim
rñdeo id ꝓcedere regulariter, ſed limitari, quo-
ties agitur de priuatione proprietatis, qua pu-
nitur mulier tranſiens ad ſecunda vota: nā, etſi
priuet̃ proprietate bonorū, quę filius habuit ex
ſubſtantia paterna, non tñ priuari debet ꝓprie-
tate eorū, quæ habuit contemplatione patris,
58 † ſecundū veriorem, & receptiorem ſententiā;
*vti videre eſt apud Io. de Garro. in d. Auth. ex te-
ſtamento nu. 29. & Gabr. tit. de ſec. nupt. concl. 3. nu.
32.* vt, nec vxor amittit proprietatem illorum,
59 quæ mariti contemplatione eſt conſecuta, † *ſe-
cundum Roma. conſ. 405. num. 1. & 8. Dec. in cap.
Eccleſia S. Mariæ nu. 125. de conſtit. Rip. in d. l. fœ
minæ. in prin. nu. 35. C. de ſec. nupt. & Gabr. d. tit.
de ſec. nupt. concl. 1. nu. 38.* Cum enim hæc diſpoſi-
tio ſit pœnalis, *vt ſupra dictum eſt*, conſequens
eſt, vt in ea ſtrictè ſit facienda interpretatio, &
ideo, cum leges de ſolis bonis, quę filius habuit
ex paterna ſubſtantia, loquantur, non erunt ad
bona, quæ patris contemplatione eſt conſecu-
tus, extendendæ, quia, vt hæc dicantur profecti
tia, & à patris ſubſtantia prouenire, non proce-
dit inſpecta veritate, ſed potius inſpecta fictio-
60 ne, & interpretatione iuris, † *vt docet Bald. in d.
l. profectitia. 5. §. ſi pater pro filia, in antiq. lect. nu.
1. ff. de iur. dot.* & conſtat ex verbis, *intelligitur,
& videtur*, quæ legūtur *in d. l. aditio. 45. ff. de acq.
hered. & d. l. ex morte 9. C. de pact. conu.* quippe,
61 quæ fictionem denotant. † *l. heres quandocum-
que. 54. ff. de acq. her. l. ſingularia. 15. ff. ſi cert. pet.*
Et diſpoſitio pœnalis loquens ſimpliciter non
62 debet ad caſum fictum extendi, † *vt conſide-
rant Roma. d. conſ. 405. nu. 1. & Rip. in d. l. fœmi-
næ num. 34.*

Nec dicas, hoc procedere, niſi extenſio fiat
à lege, & in propoſita materia extenſionē pri-
uationis et ad bona, quæ quis alterius contem-
platione eſt conſecutus, fuiſſe nominatim fa-
63 ctā à lege, † *in d. §. ſi vero expectet Auth. de nupt.
coll. 4. & Auth. in donatione. C. de ſec. nupt. quomo-
do reſpondet Gome. in d. l. 14. Tau. nu. 7.* quia ve
rius eſt, extēſionem illam non eſſe generalem,
ſed conſtrictā ad donationē propter nuptias,
64 de qua prædicti loci loquuntur: nam, † cum
prius dictum eſſet, mulierem propter tranſitū
ad ſecunda vota amittere proprietatem oīum
bonorū, quæ habuit à marito, ſtatim ſubijcitur,
hoc procedere in oībus bonis, quæ vxor, quo-
nis titulo, vel inter viuos, vel cā mortis ex mari
ti liberalitate eſt conſecuta. Mox additur, in do
te, vel donatione propter nuptias non referre,
vtrum ipſi cōtrahentes eam dederint, an verò
pro eis alius. Ergo (arguendo ab incluſione
vnius ad excluſionē alterius. *l. cum prætor. 12.
in prin. ff. de iudic.*) in alijs bonis, quæ coniuges
non conſequuntur titulo dotis, vel donationis
propter nuptias, ſed alio, magna erit in propo-
ſito differentia, vtrū ea coniuges a coniugibus,
65 an verò ab alijs fuerint conſecuti; † Et ita in
ſpecie animaduerterunt *Roma. d. conſ. 405. num.
3. & Rip. in d. l. fœminæ. nu. 34.* vbi hanc ſubij-
ciunt diuerſitatis rationem, quia lucrum dona
tionis propter nuptias præſumitur magis ex
cauſa filiorum acquiſitum, quam cætera lucra.
§. ſoluto Auth. de nupt. coll. 4. ideoq; non eſt eadē
oīum rerum ratio, vt ex varijs differentiis, quas
ijdē *in præfatis locis* recenſent, licet intelligere.

Secundò rñdeo, negando ea, q̃ nepos iure fi-
deicōmiſſi ab auo conſtituti eſt conſecutus, cē
ſeri relicta cōtemplatione filij, & conſeqūter e
profectitia, *vt pluribus oſtendi fundamentis, quæ
hic non eſt neceſſe repetere.*

Neq; obſtat *l. dotem dedit*, quia rñdeo primo,
66 hanc legē intelligi, † qñ conſtat auum dediſſe
nepoti contemplatione filij; tunc enim verū
eſt, id, ꝙ fuit donatum, cenſeri profectitium. Et
in his terminis loquitur *d. l. dotem dedit*, vt appa
ret ex illis verbis, *quod pater meus propter me*,
quippè, quæ ſignificāt auum dediſſe noīe filij.
Cęterū, ſi de hoc nō cōſtet, verius eſt, in dubio
cenſeri relictū contemplatione nepotis, maxi
mè concurrentibus iis, quæ concurrunt in caſu
noſtro, *ſicuti demonſtrauimus in tertio fundamen
67 to. † Ita rñdent Imol. in l. quæſitū 93. in prin. nu. 2.
ff. de leg. 1. Alex. in d. l. in quartā 90. num. 26. ff. ad l.
Falc. & cōſ. 8. nu. 7. vol. 3. conſ. 31. nu. 5. vol. 4. et cōſ.
138. nu. 2. vol. 5. Soc. ſen. conſ. 33. nu. 16. vol. 1.*
63 Secundò rñdeo *l. dotem dedit*, procedere, † qñ
auus dat nepoti aliquid, ad ꝙ erat obligatus ex
perſona filij, vt, cū dotē nepti conſtituit: nā, qa
pater tenet̃ dotare filiā, & dotare nequit ob ſu-
perexiſtentiā aui, in cuius eſt poteſtate cōſtitu-
tus, ideo fit, vt auus, qui ēt neptem in poteſtate
habet, teneatur ex perſona patris eā dotare, *l. &
ideo. 7. §. vlt. ff. de in rem verſ.* vt, qui commodum
poteſtatis habet, ſentiat ēt alendi, & dotādi in-
cōmodum. Si igitur dotem conſtituat, cenſebi-
tur id facere contemplatione filij, cuius per-
ſonam in obligatione ſuſtinet, non contem-

platione neptis, quod ſignificat Celſus *in d. l. do*
tem dedit, dum ſcribit, dotem ab auo datam ne-
pti ideo cenſeri à patre profectã, quia *officium*
aui circa neptem ex officio patris erga filiam pendet,
& quia pater filiæ, ideo auus propter filium nepti
dotem dare debet. Cæterum, ſi quod auus donat,
non pendeat ex aliqua obligatione, ſed ex me-
ra eius voluntate, vt pendet fideicommiſſi cõ-
ſtitutio, magis eſt, vt non cenſeatur datũ contẽ-
platione filij, ſed potius contemplatione ne-
69 potis. † *Ita reſpondent Alex. in d. l. qui in aliena*
6 §. interdũ nu. 4. & ibi Iaſ. nu. 28. & 29. ff. de acq.
hered. Alex. d. conſ. 8. num. 8. vol. 3. & d. conſil. 138.
num. 3. vol. 5. Caph. d. conſ. 485. num. 8. & 11. & alij
communiter, vt atteſtatur Craſ. in d. §. legitima. q.
25. num. 2.

Nec obſtat, quod nepos diligatur propter fi-
lium: quia reſpondeo, hoc nõ ſufficere, vt auus
70 dicatur cõtemplatione filij reliquiſſe, † *vt ſcri-*
bunt Bar. in d. l. Gallus. 29. § quid ſit nu. 3. ff. de
lib. & poſth. Alex. d. conſ. 8. nu. 10. vol. 3. & conſ. 89.
nu. 6. vol. 4. Nam alterius contemplatione tunc
relinqui dicitur, cum is aliquam ex relicto vti-
litatem eſt percepturus, vt, cum ei relictum ac-
quiritur, vel, cum is liberatur ab aliqua obliga
tione. Cæterum, cum eius nulla ſubeſt vtilitas,
quamuis is, cui relinquitur, à teſtatore diligatur
alterius occaſione, non tamen res dicitur illius
contẽplatione relicta: Eſt enim is potius occa-
ſio remota, quam proxima relinquendi cauſa,
71 † *vt declarat Bar. in d. § quid ſit nu. 3.*

Neq; obſtat, quod filius nondum eſſet natus
tempore teſtamenti, ideoq; neceſſariò videatur
dicendum, patris potius contemplatione cenſe
ri relictũ fideicommiſſum, q contemplatione
ipſius nepotis, quia reſpondeo, quod dicimus,
relictũ non nato cenſeri relictum contempla-
72 tione patris, † intelligi ſolummodo de relicto
noĩe dotis, de quo ſpecialiter loquuntur DD.
in contrariũ allegati: Hoc enim caſu veriſimile
eſt, auũ reliquiſſe contemplatione filij, vt eum
liberaret ab onere dotandi neptẽ. Cæterum in
alijs diſpoſitionibus, præcipuè iis, quæ non, niſi
poſt mortem filij locum habẽt, procedere nul-
lo modo poteſt, *vt ait Ang. d. conſ. 78. nu. 2.* velu
ti in emphyteuſi, feudo, fideicommiſſo relicto
deſcendentibus, & id genus alijs diſpoſitioni-
bus maiorum: nam in iis cenſetur quis ſangui-
nis potius, & deſcendentiæ, q̃ filij rationem ha
buiſſe. Et ideo, licet ex huiuſmodi cauſis bona
plerunque pertineant ad eos, quos vidiſſe non
potuit is, qui feudum, aut emphyteuſim acqui-
ſiuit, fideiue commiſſum conſtituit, non tamẽ
illa dicentur profectitia, hoc eſt relicta contem
platione filij, ſed potius aduentitia, ſeu relicta
contemplatione ſanguinis, & totius deſcẽden-
tiæ, *vt tradunt omnes in d. l. in quartam.*

Ad ſecundum reſpondeo primo, hæredita-
tem teſtatoris, quamuis aditione confunda-
tur, adhuc tamen illius dici hæreditatem, & bo
na inſpecta origine, & habita ratione eius, qđ
73 fuit ante aditionem. † *Ita Bald. in d. Auth. ex*
teſtamento num. 4. C. de ſec. nupt. Iaſ. & alij in l. 1.
§. veteres. ff. de acq poſſ. Alcia. in l. nihil aliud. 24. nu
mero 28. ff. de verbo. ſignific. Ruin. conſil. 58. num.
9. volum. 5. præcipuè in hac materia, in qua, niſi
fieret hæc retrotractio, bona, quæ filius habuit
à patre, non poſſent appellari paterna, quoniã
in eius fuerunt patrimonio confuſa, *vt ſupra di*
ctum eſt.

Secundò reſpondeo, quamuis hæreditas adi
ta regulariter deſinat eſſe hæreditas, & fiat pro
prium hæredis patrimonium, ſi tñ ea propter
impoſitũ fideicommiſſi grauamen alteri ſit re-
ſtituenda, adhuc dici hæreditatem et poſt adi-
tionẽ, & in ea propriè, & vere tractari de bonis
74 teſtatoris. † *Ita declarant Iaſ. in d. l. 1. §. veteres.*
nu. 19. ff. de acq. poſſ. Alcia. in d. l. nihil aliud. 24. n.
19. ff. de verb. ſign. & Men. conſ. 93. nu. 71. & 72. &
conſ. 115. num. 57. Hoc enim probatur *ex omni-*
bus ferè ll. tit. ff. ad treb. in quibus dicitur hæredi-
tas defuncti, quæ reſtituitur, cum tamen con-
ſtet, non, niſi poſt aditionem reſtitutioni lo-
cum eſſe.

Non obſtat *l. generaliter 6. in prin. C. de inſt. &*
ſubſt. quia reſpondeo, bona auita ibi propriè di
75 ci fructum paternum, † eo, quod à nepotibus
capiuntur, non ex diſpoſitione aui, ſed ex ſuc-
ceſſione patris ſui: quamuis enim auus ea ſub-
iecerit fideicommiſſo, non tamẽ ad id vocauit
nepotes, ſcilicet, quia eos tñ in conditione po-
ſuit; vnde, quia poſiti in conditione nõ cenſen
tur ad fideicommiſſum vocati, ſed bona capiũt
ab inteſtato. *ſecundum receptiſſimam doctr. glo. in*
l. Lucius. 85. in verb. liberos. ff. de hæred. inſt. fit, vt
Iuſtinianus ibi rectè vocarit huiuſmodi bona
fructum paternum, quoniam in hæreditate pa
tris continentur. *Ita declarat Alex. conſ. 185. nu.*
10. & conſ. 199. nu. 6. vol. 2. At nos loquimur de
bonis, quæ auus expreſſim ſubiecit fideicõmiſ-
ſo fauore nepotis, & ideo, quia huiuſmodi bo-
na non capiuntur ex ſucceſſione patris, ſed ex
ſucceſſione aui, fit, vt non poſſint dici pater-
na, ſed tantum auita, *ſecundum ea, quæ ſupra*
diximus.

Ad tertium rñdeo, vbi fit ſeparatio bonorũ,
perinde rem accipi, ac, ſi nunquã fuiſſet adita
hæreditas, & adhuc retinere nomen bonorum
76 defuncti, † *l. ſi creditores. 5. verſ. cum enim, & ibi*
not. Bar. nu. 4. ff. de ſeparat. Fieri autem bonorũ
ſeparationem, cum tractatur de ſucceſſione fi-
liorum primi matrimonij, qm̃ in ea bona pater
na ab aliunde quæſitis diſtinguuntur *d. l. mater.*
5. C. ad Tertul. d. § hinc nos Auth. de nupt. coll. 4. d.
Auth. ex teſtamento. C. de ſecun. nupt. ideoq; rectè
adhuc dici, aut paterna, aut aduentitia.

Nec obſtat, ꝙ, vbi non eſt confectũ inuenta-
riũ, nõ poſſit fieri ſeparatio bonorũ, quia rñdeo
77 hoc procedere † reſpectu hæredis, qui omitten
do inuentariũ ſubijcitur omni grauamini *l. vlt. §.*
ſin vero poſtquam. C. de iur. delib. Cæterum reſpe-
ctu aliorũ dubium non eſt, quin bona ſeparari
poſſint, maximè cum ſeparatio à iure fit, vt in
caſu noſtro: Alioquin enim, ſi propter inuẽta-
rij omiſſionem bona hæredis non poſſent à bo
nis defuncti ſeparari, ſequeretur matrem non
poſſe ſuccedere pleno iure in iis, quę filius poſt
patris mortem acquiſiuit, vel etiam eo viuo
aliunde conſecutus eſt, ſi poſtea nullo cõfecto
inuentario patris agnouerit hæreditatẽ, ꝙ vtiq;
eſſet contra diſpoſitionem *d. Auth. ex teſtamen-*
to, quæ generaliter loquitur, & intelligitur.

Ad quartum rñdeo, ꝙ dicimus appellatio-
78 ne patris contineri auum, procedere † in diſpo
ſitionibus fauorabilibus, & quæ ſunt iuris cõis,
non verò in correctorijs, ſeu pœnalibus, & odio
ſis, cuiuſmodi eſt diſpoſitio, quæ matrem bono
rum proprietate priuat, *vti late ſupra demonſtra*
uimus. Ita reſpondet Ang. in d. §. ſi plures. num. 3.
inſtit. de leg. agn. ſucc.

Nec

Nec obſtat, quod hæc materia ſit potius cõfirmatoria, quam correctoria iuris antiqui, quia reſpondeo; Ius antiquũ nõ dici, quod prouenit ex diſpoſitione *l. fœminæ, & l. mater*, ſed, quod venit ex diſpoſitione S. C. Tertuliani, cuius reſpectu diſpoſitio, quæ matrem bonorũ proprietate priuat, ſemper dr̃ correctoria, non confirmatoria, quia, licet *§. hinc nos*, confirmet *l. mater*, ſemper tamen corrigit ius commune, ſecundum quod mater filij ſui hæreditatem pleno iure conſequebatur, ſiue tranſiiſſet ad ſecundas nuptias, ſiue in viduitate permanſiſſet.

Minus obſtat, quod hæc diſpoſitio cẽſeatur potius fauorabilis, q̃ odioſa, tanquam introducta fauore filiorũ primi matrimonij, quia reſpondeo, principaliter eſſe introductam odio mulieris ſecundo nubẽtis, licet ſecundario reſpiciat commodum filiorum, quibus proprietas cõſeruari debet, & ideo debere cenſeri odioſam, non fauorabilem, quia in hac re æſtimanda non conſideramus id, quod venit ſecundariò, ſed id tantũ, quod eſt principale, *vt not. omnes in l. qui exceptionem 40. ff. de cond. ind.*

Ad quintum reſpondeo, imo non eſſe eandem rationem bonorum aui, & bonorum patris, quia bona paterna proueniunt ab eo, qui fuit iniuria affectus, nempè à marito, quẽ veriſimile eſt voluiſſe ea filijs ſuis cõſeruari, At hæc ratio ceſſat in bonis aui, quippè, quæ proficiſcuntur ab eo, qui nõ fuit iniuria affectus, ideoque tanquam ceſſante ratione diſpoſitionis ceſſare debet & ipſa diſpoſitio.

Nec obſtat, quod etiam bona auita ſint ex præſumpta defuncti voluntate conſeruanda nepotibus, vt filijs, quia reſpondeo, hoc ita de-
79 mum verum eſſe, † ſi tractemus de auia, quæ ſecundas nuptias contraxerit: nam ea tenetur conſeruare bona, quæ à marito prouenerunt, non ſolum filijs, ſed etiam nepotibus. *Et in his terminis loquuntur omnes DD. in contrarium allegati.* At nos loquimur de matre, quæ, licet teneatur conſeruare filijs primi matrimonij bona profectitia, quæ ſcilicet à marito ſuo prouenerunt, non tamen tenetur conſeruare ea, quæ filius aliunde eſt conſecutus, & ſic nec ea, quæ prouenerunt ab auo, quippe, qui non fuit iniuria affectus, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus, & in ſpecie diſtinguit Anto. Gabr. d. tit. de ſecun. nupt. concl. nu. 17.*

Ad ſextum, & vltimum reſpondeo, ſententiam Odi non eſſe recipiendam, quia refragatur frequentiori, & veriori DD. opinioni, quæ
80 vult bona auita pleno iure matri deferri, † *vt atteſtatur Graſſ. in d. §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 25. num. 4.*

Nec obſtat authoritas Bartoli, quia reſpondeo, ſi hæc eſt Bartoli ſententia, vti plerique profitentur, ea in frequentiori DD. numero improbari. Et rectè: nam opinio contraria probabiliori nititur ratione; Sed vix eſt, vt hoc ſenſerit Bartolus, ſi diligenter eius verba perpendã-
81 tur; † namque, dum ait, ea, quę primum a ſe dicta ſunt, procedere, quando conſtat, auum nepotis contemplatione reliquiſſe, apertè videtur admittere in bonis auitis non habere locũ diſpoſitionem *Auth. ex teſtamento*, ſi conſtet ea nepotis contemplatione fuiſſe relicta, prout conſtat in caſu noſtro, *vt varijs fundamentis nos ſupra oſtendimus.* Deinde in verbis ſequentibus, vt ego veriùs eſſe puto, præcedẽtem probat opinionem: nam, cum priùs dixerit, bona auita non cenſeri profectitia, ſed aduentitia, ideoque ad ea non eſſe extendendam *Auth. ex teſtamento*, ſubijcit hæc verba, *in contrarium videtur caſus in l. dotem dedit de coll. bon. nam auus videtur velle, quod pertineat ad nepotes, ideo quia nolebat pertinere ad filium*, quibus ſignificat, ſe adducere *l. dotem dedit, in verſ. quod, ſi filius*, vbi auus excluſo filio vocat nepotes, & hoc modo vult eos eſſe hæredes, quia non vult bona ad filium pertinere. Poſtea ſubijcit, *contraria*, (ideſt, quæ primo loco diximus) *loquuntur, quando conſtat, quod auus dedit contemplatione nepotis magis, quam contemplatione filij, ideo hic* (ideſt in ſpecie l. dotem dedit) *ſuccedit nepos, quia in locum filij ſuccedit*, quæ verba hunc habent ſenſum, quod diximus, bona auita eſſe aduentitia, & in ijs nõ habere locum diſpoſitionem *Auth. ex teſtamento*, procedit, quando cõſtat, auum dediſſe contemplatione nepotis, quo caſu nepos ſuccedit iure ſuo, non iure repreſentationis. At in caſu *l. dotem dedit*, nõ ſuccedit iure ſuo, ſed iure repreſentationis: ideo enim ſuccedit nepos, quia in locum filij ſuccedit. Nil mirum igitur, ſi bona cenſeantur profectitia, quo ſenſu poſito conſtat apertè Bartolum præcedentem opinionem approbaſſe. Cõcludo igitur bona, de quibus agitur, tanquam aduentitia ad matrem pleno iure pertinere, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Dom. Sebaſtiano Cerua.

CONSILIVM LXI.

ARGVMENTVM.

An, & quando filius in fideicommiſſis intret locum patris, Et, an prohibitus alienare, niſi in familia, poſſit alienare in remotiorem in præiudicium vocatorum in caſum mortis, Et, an & quando prohibitio alienationis inducat fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Verba hæc, & prædefunctorum filios, important ſubſtitutionem vulgarem.*

2 *Filij ingrediuntur locum patris in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſi teſtator vocauerit etiã filios prædefunctorum, Maximè adiectis his verbis, in ſtirpes, & non in capita nu. 3.*

4 *Repetitio fideicommiſſi cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.*

5 *Repreſentatio locum non habet, quoties fideicommiſſum fuit ordinatum ab alio, quam ab aſcendente, aut patruo, vel amita, auunculo, vel matertera,*

6 *Repreſentatio locum non habet, ſi grauatus eſt is, in cuius inteſtati ſucceſſione talis repreſentatio locum habere non poſſet.*

7 *Repreſentationis in quæſtione ſpectanda eſt etiam perſona grauati.*

8 *Proximitas grauati ſpectatur in fideicommiſſis ſucceſſiuis.*

 9 Probi-

9 *Prohibitus alienare extra familiam, vel, niſi in familia poteſt alienare in vnum de familia etiam remotiorem, Declara, vt nu. 10.*

10 *Prohibitus alienare extra familiā non poteſt alienare in remotiorem, ſi prohibitio inducat fideicōmiſſum ſimplex, & abſolutum.*

11 *Fideicommiſſum eſſe ſimplex, & abſolutum, & licere grauato eligere remotiorem, incompatibilia ſunt.*

12 *Prohibitio alienationis non impedit alienationem in remotiorē, ſi facta ſit his verbis, Prohibeo alienari, niſi in familia, licet inducat fideicommiſſum in caſum mortis, Sed contra nu. 18.*

13 *Prohibitus alienare extra familiam, cum cauſa, quia teſtator vult bona in familia conſeruari, nō poteſt alienare in remotiorem.*

14 *Permiſſio alienationis, quæ colligitur ex illis verbis, extra familiam, limitat quidem prohibitionē hominis, ſed non prohibitionem legis reſpectu rei, Et vero etiam reſpectu temporis, nu. 15.*

16 *Prohibeo alienari extra familiam, & prohibeo alienari, niſi in familia differunt, Sed contra nu. 18.*

17 *Prohibeo alienari intra 25. annum, & prohibeo alienari, niſi poſt 25. annum differunt, Sed contra num. 19.*

20 *Prohibitio alienationis facta poſt ſubſtitutionem cum adiectione cauſæ, quia vult &c. inducit fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum.*

21 *Prohibitio alienationis inducit fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, ſi addita ſint illa verba, de gradu in gradum.*

22 *Prohibitio alienationis inducit fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, ſi addantur hæc verba, volo bona conſeruari in familia, non per modū cauſæ, ſed principaliter, & per ſe.*

23 *Diſpoſuiſſe de bonis fideicommiſſo ſubiectis, de quibus data eſt diſponendi facultas, non dicitur, qui ſimpliciter aliquem inſtituit hæredem vniuerſalem.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRopoſita controuerſia, num filius Do. Hyeronimi poſſit concurrere cum Do. Sebaſtiano patruo ſuo in ſucceſſione domus, qua de agitur, duas in ſe continet dubitationes, quæ veniūt excutiendæ, vna eſt, an poſſit cum eo concurrere, tanquam vocatus ex teſtamento Franciſci, qui talem domum fideicommiſſo ſubiecit. Altera verò eſt, an ſaltem poſſit concurrere, tanquam vocatus ex teſtamento Alerami, qui nō ſolum fratres, ſed etiam alterius fratris prædefuncti, nempè D. Hyeronimi filium nominatim ſubſtituit Iacinto filio ſuo, quem hæredem vniuerſalē inſtituerat.

Et primæ quidē dubitationis reſolutio pro patruo conſulentibus non eſſet, meo iudicio, facilis, ſi ab eo fuiſſet vniuerſale fideicommiſſum petitum, quia, cum teſtator in caſum mortis vnius ex filiis inſtitutis, ſubſtituerit, *gl'altri ſuperſtiti, & li figliuoli delli predefonti,* & hoc modo filios prædefunctorum vocarit in locum parentum per vulgarem, quam important illa verba, *& li figliuoli delli predefonti,* vti notiſſi-
1 mi iuris eſt, † *& in ſpecie docent Alex. conſil. 170. num. 3. vol. 5. Ruin. conſ. 102. num. 5. & 10. vol. 2.* non videretur dubitandum, quin iidem, quaſi in locum patris ſuccedentes, & cum ex vi vulgaris in fideicommiſſo factæ repræſentantes eſ-
2 ſent vnà cum patruo admittendi, † *vt ſcribunt Pariſ. conſ. 38. num. 8. & ſeqq. vol. 2. & Peregr. de fideicom. art. 21. num. 29.* maximè ſtantibus illis verbis ſequētibus, *in ſtirpes, & nō in capita,* quippè quæ rem ponunt extra omnem dubitationem: denotant enim teſtatorem voluiſſe, filios prædefunctorum ingredi locum parentum, & iure repræſentationis eandem ferre portionem, quā
3 patres eorum fuiſſent habituri, † *vti videre eſt apud Pariſ. d. conſ. 38. num. 9. verſ. alio vero volu. 2. Socin. iun. conſ. 116. num. 24. volum. 1. & alios, quos refert, & ſequitur Peregr. d. art. 21. num. 18. & 28. in fin.*

Nec videretur obſtare, quod ſubſtitutio vniuerſalis, tanquam facta ſub cōditione, ſi vnus ex filijs inſtitutis moreretur ſine liberis, cenſeatur extincta per mortem Alerami, qui relicto filio, deceſſit, tametſi poſtea filius ſine liberis obierit *ex notiſſ. doct. Old. in conſ. 21.* quia facilè tentari poſſet, fideicommiſſum iniunctum inſtitutis cenſeri in caſu noſtro repetitum in eorum filijs politis in conditione ſtantibus coniecturis, quæ eliciuntur ex teſtamento, ac potiſſimum ex illis verbis, *talmen ete ſuoi beni &c. di grado in grado reſtino nell agnatione, & deſcendenza de ſuoi figliuoli maſchi,* quo poſito videretur talis repetitio facta cū omnibus ſuis
4 qualitatibus, † *vt ſcribunt Decian. conſ. 17. num. 11. volum. 1. & Menoch. conſ. 291. nu. 18.* & per conſequētias etiam cum illa qualitate, vt filij præmortuorum in locum parentum ingrediātur, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.* Sed, quia non fuit in actis petitum fideicommiſſum vniuerſale, ſed tantum particulare, vt patet ex libello, ideo nos ſumus extra terminos præcedētis dubitationis, & ſolum verſamur in terminis quæſtionis fideicommiſſi, ad quod plures vocantur nomine collectiuo, vtrum in eius ſucceſſione nepos ex fratre locum patris ingrediatur.

In hac autem quæſtione circumſcripto in præſentiarum articulo ſimplici, *de quo late videre eſt apud Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 95. & Peregr. de fideic. d. art. 21.* puto in ſpecie noſtra ſine dubio non eſſe locum repræſentationi, & ſolū Do. Sebaſtianum eſſe ad fideicommiſſum admittendum excluſo filio D. Hyeronimi, quod, vt liquido demonſtrem, præmitto quæſtionem repræſentationis in materia fideicōmiſſi duas habere circunſtantias, quæ ſunt neceſſariæ ad hoc, vt intret repræſentationis quæſtio, adeò, vt vna earum ceſſante non ſit de repræſentatione diſputandum. Prima circunſtantia conſideratur ex parte teſtatoris, cui ſaltem mediatè ſuccedit per fideicommiſſum, & eſt, vt fideicommiſſum ſit ordinatum ab aſcendente, vel ſaltem à patruo, vel auunculo. Cæterum, ſi ab alio, non eſt de repræſentatione tractandum,
5 † *vt videre eſt apud Pariſ. conſ. 38. nu. 15. & conſil. 40. num. 30. volum. 2. Ruin. conſ. 169. num. 7. vol. 2. conſ. 142. num. 14. & conſ. 163. num. 14. volu. 3. Soc. iun. conſ. 116. num. 9. vol. 1. & conſ. 140. num. 12. vol. 3. Gabr. conſ. 86. num. 9. in fi. volum. 1. Cephal. conſil. 16. num. 31. & 35. & conſ. 457. num. 2. & 21. Couar. cap. 38. pract. quæſt. num. 5. verſ. decimo. Graſſ. in § fideicommiſſum. q. 31. num. 4. Thoſ. deciſ. 65. num. 1. & 3. vbi refert ita fuiſſe iudicatum Menoch. conſ. 124. num. 84. & de præſ. lib. 4. præſ. 95. num. 32. Surd. conſ. 120. num. 8.* Secunda verò cōſideratur ex parte grauati, per cuius mortem

tem ſit locus fideicommiſſo, & eſt, vt grauatus talis ſit, cum ab inteſtato nepos ex fratre iure repreſentationis fuiſſet ſimul cum patruo ſucceſſurus, vt euenit in omnibus caſibus, in quibus grauatus, qui moritur, eſt patruus, vel auunculus. Cæterum, ſi in eius inteſtati ſucceſſione nepos non fuiſſet cum patruo ſucceſſurus, puta, quia grauatus non eſſet patruus, ſed filius patrui, tunc verius eſt, non eſſe tractandum de repreſentatione, etiamſi fideicommiſſum eſſet
6 relictũ ab aſcendente, † *vt declarant Rum. conſ. 167. num. 8. & conſ. 169. num. 7. vol. 2. Soc. iun. conſi. 116. num. 9. iuncto num. 27. vol. 1. & Peregr. d. art. 21. num. 22. verſ. cum autem*, quia, licet per id ſuccedatur teſtatori, ſucceditur tamen mediante perſona grauati, quæ proinde ſpectanda eſt in
7 quæſtione repreſentationis, † *vt ſcribunt Socin. iun. d. conſ. 116. num. 25. volum. 1. Couar. cap. 38. pract. quæſt. num. 5. verſ. decimo, & Pereg. d. artic. 21. num. 5. 8. verſ. & nota, & num. 22. verſ. cum autem*, & cuius etiam proximitas attenditur in fideicommiſſis ſucceſſiuis, ſecundum veriorẽ,
8 & receptiorem ſententiam, † *Soc. ſen. conſ. 249. num. 21. vol. 2. & conſ. 86. num. 11. verſ. Aliquando, & quarto vol. 3. Rum. conſ. 13. num. 12. volum. 1. conſ. 151. num. 3. & 14. conſ. 159. nu. 6. conſ. 166. num. 5. conſ. 16. num. 6. conſ. 171. num. 18. conſil. 191. num. 7. conſ. 203. num. 20. volu. 2. & conſ. 35. num. 10. vol. 3. Pariſ. conſ. 40. num. 17. vol. 2. Socin. iun. conſ. 126. num. 21. conſ. 139. num. 27. conſ. 135. num. 3. vol. 1. conſ. 140. num. 11. volum. 3. conſ. 22. nu. 28. volum. 4. Clar. in §. teſtamentum. q. 76. nu. 14. Roll. conſ. 100. num. 10. & 18. vol. 1. Capb. conſ. 45. num. 20. conſ. 46. num. 21. conſ. 313. num. 18. & 56. conſ. 416. num. 22. & conſ. 600. num. 15. & 24. Natt. conſ. 679. num. 12. Decia. conſ. 26. num. 74. vol. 2. conſ. 25. num. 10. & conſ. 106. num. 6. vol. 3. Surd. conſ. 370. num. 10. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & crebriorem ſententiam, & in foro magis receptam.* Hoc autem poſito, dico in ſpecie noſtra non poſſe habere locum repreſentationẽ, quia, licet fideicommiſſum fuerit relictum ab aſcendente, tamen grauatus, ideſt Iacintus, per cuius mortem nouiſſimè purificatum eſt fideicommiſſum, non erat patruus huius nepotis, ſed patruelis; Vnde, cum in eius inteſtati ſucceſſione non potuerit filius Hyeronymi concurrere cum D. Sebaſtiano, quippe, qui tanquã patruus defuncti, & ſic exiſtens in tertio gradu excluſiſſet patruelem exiſtentem in quarto omni prorſus amoto repreſentationis iure, *ſecundum regulam. §. ſi igitur defunctus verſ. huiuſmodi vero Auth. de hæred. ab inteſt. ven. collat. 9.* Conſequens eſt, vt non poſſit etiam concurrere in ſucceſſione fideicommiſſi, ad quod vocãtur, qui ſunt de familia de gradu in gradum. Et hoc apud me dubio caret, vt proinde nõ ſit mihi laborandum, in perpendendis illis verbis, *di grado in grado*, quippè, quæ parum obſtarẽt nepoti, ſi tractaretur de fideicommiſſo purificato per mortem Hyeronimi, aut alterius patrui.

Circa ſecundam verò dubitationem, puto ſimiliter, hunc nepotem non poſſe in ſucceſſione domus, qua de agitur, cum patruo ſuo concurrere, quaſi vocatum ex teſtamẽto Alerami, quia ſtante fideicommiſſo in ea conſtituto à Franciſco patre Alerami, non potuit is, tanquam grauatus de ea diſponere in præiudicium vocatorum in caſum mortis, Et dato etiam, quod potuiſſet, non tamen cenſetur de ea diſpoſuiſſe.

Non potuiſſe autem de ea diſponere patet ex eo, quia, licet prohibitus alienare extra familiam, vel, niſi in familia, poſſit alienare in
9 vnum de familia etiam remotiorem † *l. filiusf. 117. §. cum pater. ff. de leg. 1. l. vnum ex familia. 69. §. ſi Falcidia. §. ſed ſi vno. §. ſed & ſi fundum verſ. quod ſi talis. ff. de leg. 2. l. pater filium. 76. §. quindecim. l. is, qui complures. 92. ff. de leg. 3. l. pater filium. 14. ff. ad l. Falc. l. voluntas. 4. C. de fideic.* hoc tamẽ ita demum verum eſt, ſi talis prohibitio inducat ſolum fideicommiſſum in caſum alienationis, quod dicitur conſeruatorium in familia: nam tunc, qui alienat, non cenſetur contrauenire voluntati teſtatoris, ſeu finali eius intentioni, quia mens teſtatoris eſt, vt bona in familia conſeruentur, & ita conſeruantur in familia, ſi ſint apud remotiorem, vt, ſi apud proximiorem *d. l. filiusf. 117. §. cum pater verſ. verum. ff. de leg. 1.* Cæterum, ſi prohibitio alienationis inducat fideicommiſſum ſimplex, & abſolutũ, & ſic non ſolum in caſum contrauentionis, ſed etiam in caſum mortis, verius, & receptius eſt alienationem factam in remotiorem de familia, valere quidẽ in vita alienantis, nec poſſe à proximiore reuocari, quaſi non purificato fideicommiſſo in caſum contrauentionis relicto, ſed ſecuta morte reſolui, & poſſe rẽ alienatam reuocari à proximioribus, qui in caſum mortis vocabãtur, & in quorum præiudicium
10 non potuit fieri alienatio. † *Ita enim in ſpecie docuerunt Soc ſen. conſ. 227. num. 4. verſ. ex quibus arguo ſic vol. 2. Rum. conſ. 89. num. 19. verſ. ſi ergo fideicommiſſum. conſ. 101. nu. 14. & 15. conſil. 119. num. 6. verſ. & vltra eum, & conſ. 127. nu. 13. verſ. nam quandoque prohibitio vol. 2. & conſ. 168. nu. 1. & 26. verſ. ſed reſpondendo vol. 3. Curt. iun. conſ. 22. num. 22. conſ. 161 num. 13. verſ confirmantur, & conſ. 167. num. 4. verſ. ſi enim ibi, Dec. conſ. 218. num. 14. verſ. nam facta, & num. 15. verſ. ſed iſtis conſ. 287. num. 12. conſ. 377. num. 4. & 6. verſu. & iſta ratio, & conſ. 422 num. 8. & 9. Gabr. conſ. 132. num. 65. in fi. & num. 66. volu. 1. Gozad. conſ. 52. num. 3. verſ. Ergo ſequitur. Alciat. conſ. 36. nu. 13. & 14. lib. 9. Crau. in d. l. filiusf. 117. §. Dimi. 2. num. 221. ff. de leg 1. & conſ. 987. num. 17. Beret. conſ. 75. num. 11. Capb. conſ. 730. num. 34. Natt. conſ. 110. num. 11. verſ. 2. reſpondeo, & conſ. 111. num. 1. verſ. 2. reſpondeo, Decia. conſ. 31 num. 107. & 108. volu. 1. Petr. de prob. alien. q. 7. nu. 2. & 6. Pereg. de fideic. art. 14. num. 7. & 18. Menoch. conſ. 327. num. 96. verſ. hoc itaque, & num. 105. & apertius num. 114. verſ. aut dicimus. Surd. conſ. 415. num. 21. verſ. 2. reſpondeo, & deciſ. 238. num 13. & 14. Lader. conſ. 120. num. 8. verſ. & ex his*, Ex quorum numero ſatis liquet, hanc eſſe receptiorem ſententiam, Imo (quod plus eſt) apud omnes veteres indubitatam, cum incompatibilia ſint, prohibitionem alienationis inducere fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, & licere grauato alienare in remotiorem in præiudicium proximiorum,
11 qui in caſum mortis vocantur, † *vt explicite declarant Rum. d. conſil. 127. num. 13. verſic. quandoque, & tertio vol. 2. Crau. conſ. 987. nu. 14. verſic. teſtandi, & num. 16. verſ. inuicem. Capbal. conſ. 730. num. 34. & Petr. de prob. alien. q. 5. num. 137. & q. 7. num. 7 verſ. ſed hæc declaratio, & eſt de mente omnium, quos retulimus ſupra num. 10.* ſcilicet, quia fideicommiſſum abſolutum eſt re-

ſtitutorium

ſtitutorium ſimpliciter. Itaque debet tranſire de proximiore in proximiorem de gradu in gradum, nec in eo poteſt ordo conuerti. *l. vlt. C. de verb. ſignif. l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. l. hæredes mei. 57. §. peto a te. ff. ad Treb.* & tamen, ſi liceret alienare in remotiorem poſſet ordo conuerti.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, hæc procedere, niſi teſtator dederit facultatem alienandi, puta prohibuerit alienationem, niſi in fami-
32 lia, † *vt in ſpecie cenſuerunt Ruin. conſ. 114. num. 6. verſ. ſed quia vol. 2. Soc. iun. conſ. 163. num. 33. & 36. vol. 2. Decia. conſ. 78. num. 15. 22. & 35. volu. 3.* quo caſu cenſetur permiſiſſe alienationem inter eos de familia, cum dictio, niſi poſtpoſita negatiuæ ponat. *l. quibus diebus 40. §. quidam Titio. ff. de cond. & demon.* quia reſpondeo, imò procedere etiamſi dictum ſit, prohibeo alienari extra familiam, quia volo bona in familia
33 conſeruari. † *Ita enim ſcripſerunt Ruin. conſilio 119. num. 6. verſ. & vltra eum, & conſ. 127. num. 13. verſ. quandoque, & ſecundo volum. 2. Cur. iun. conſ. 22. num. 22. Alcia. conſ. 36. num. 12. 13. & 14. lib. 9. Natt. conſ. 110. num. 11. verſ. 2. reſpondeo, & conſ. 111. num. 1. verſ. 2. reſpondeo, Surd. conſ. 96. num. 26. verſ. reſponderi, & apertius conſ. 415. nu. 21. verſ. 2. reſpondeo,* licet hoc modo cenſeatur teſtator alienationem in familia permiſiſſe. *l. pater filium. 36. §. quindecim. verſ. Claudius. ff. de leg. 3.* Nam, talis permiſſio limitat quidẽ fideicommiſſum, quod in caſum alienationis inducitur, ſed non illud, quod inducitur in caſum
34 mortis, † *vt ſcripſerunt Curt. iun. conſ. 264. num. 15. verſ. tota, & num. ſeqq. Pariſ. conſ. 55. num. 16. verſ. verum vlterius vol. 2. Gabr. conſ. 123. nu. 40. in fi. & num. 41. vol. 1. Alb. conſ. 413. num. 13. Odd. conſ. 48. num. 4. verſ. his tamen, & num. ſeqq. Pereg. conſ. 38. num. 3. verſ. ſed iſtis, & num. ſeqq. volum. 3.* vt dicimus etiam de prohibitione limitata
35 reſpectu temporis † *ſicuti videre eſt apud Caſtr. conſ. 263. num. 3. verſ. ſed ad primum vol. 2. Decia. conſ. 386. num. 3. Soc. iun. conſ. 130. num. 6. volum. 1. & conſ. 188. num. 22. & 23. in fi. vol. 2. Ruin. conſ. 117. num. 26. & 27. & conſ. 153. num. 14. volum. 2. Pariſ. conſ. 31. num. 39. & conſ. 55. num. 16. vol. 2. Alcia. conſ. 136. num. 3. lib. 9. Gabr. conſ. 132. num. 6. vol. 1. Ceph. conſ. 153. num. 42. Ozaſ. deciſ. 85. nu. 14. Mago. deciſ. Flor. 149. num. 21. & 22. Odd. conſ. 48. nu. 7. Andr. Fach. lib. 6. contro. cap. 75. Pereg. de fideic. art. 40. nu. 64. verſ. in hac re, & conſ. 40. num. 2. volum. 2.*

Et, quanquam nonnulli diſtinguant prohibitionem alienationis factam hoc modo, prohibeo alienari extra familiam, ab ea, quæ ita fit, prohibeo alienari, niſi in familia, quaſi priore caſu non liceat alienare in præiudicium vocatorum in caſum mortis, poſteriore verò li-
36 ceat, † *vt Decia. conſ. 27. num. 39. verſ. non obſtat tertium vol. 3.* quam diſtinctionem conſtituunt
37 etiam alij reſpectu temporis, † *vt Peregr. conſil. 40. num. 6. vol. 2.* re vera tamen huiuſmodi diſtinctio eſt potius verbalis, quam realis, quia dictio, niſi non magis ponit, quam dictio, extra, eademque eſt vtriuſque virtus, *vt fatetur idem Decia. conſ. 78. num. 9. vol. 3.* Itaque, quod dictum eſt, permiſſionem alienandi limitare fideicommiſſum in caſum alienationis, non ẽt in caſum mortis, procedit etiamſi teſtator di-
38 xerit, Prohibeo alienari, niſi in familia, † *vti videre eſt apud Pariſ. d. conſ. 55. num. 16. verſ. vlterius volu. 2. Alb. conſ. 413. num. 13. Odd. conſ. 48. num. 4. verſ. his tamen, & num. ſeqq. in ſecundo num. 1.*
19 vel prohibeo alienari, niſi poſt 25. annum, † *vt apud Dec. conſ. 386. num. 3. verſ. ſed prædictis. Pariſ. conſ. 31. num. 39. in ſecundo num. 34. volu. 2. Andr. Fach. d. lib. 6. contr. cap. 75. verſ. nec verbum.* Quæ, cum ita ſint, apparet in caſu noſtro non licuiſſe Aleramo diſponere de hac domo, & ad eam vocare filium Hyeronimi in præiudicium D. Sebaſtiani non obſtante, quod prohibitio facta fuerit cum illa adiectione, *ſaluo tra eſſa fameglia*, quia, cum huiuſmodi prohibitio induxerit fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in familia, *vt mox oſtendam*, conſequens eſt, vt Aleramus non potuerit alienare in vnum de familia remotiorem in præiudicium proximiorum, qui in caſum mortis vocabantur: nã illa verba, *ſaluo tra eſſa fameglia*, permittũr quidem, vt poſſit alienari in familia; ſed ad hoc tantum, ne ſtatim proximiores poſſint agere, & alienationẽ reuocare, prout facere poſſent, ſi alienatio fieret extra familiam, ſed non ad hoc, vt etiam ſecuta morte non poſſint ex cauſa fideicommiſſi rem alienatam vindicare, quia talis permiſſio limitat fideicommiſſum, quod eſt in caſum alienationis, ſed non illud, quod eſt in caſum mortis, *vt ſupra demonſtratum eſt.*

Prohibitionem autem alienationis induxiſſe in caſu noſtro fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum probatur tripliciter, & primo, quia, quando prohibitio alienationis facta eſt poſt ſubſtitutionem, cẽſetur valida etiam ſine alia adiectione, tanquam facta fauore ſubſtitutorum, & ad maius fideicommiſſi robur, ideoq; vt illa verba ſequentia, *vult in familia conſeruari*, aliquid operentur, debent inducere fideicõ-
20 miſſum ſimplex, & abſolutum, † *vt in ſpecie ſcripſerunt Ceph. conſ. 153. num. 54. & 56. Odd. conſil. 48. num. 6. & 23. verſi. neque obſtat, & Pereg. conſi. 45. num. 16. vol. 1.* iuxta vulgarem illam, & in omnibus Italiæ tribunalibus receptam diſtinctionem *Soc. ſen. in conſi. 227. volum. 2. de qua latè Ozaſ. deciſ. 50. num. 14. Peregr. art. 14. num. 14. & ſeqq. Lader. conſ. 92. nu. 1.*

Secundò, quia etiamſi non præceſſiſſet ſubſtitutio vniuerſalis, quo caſu prohibitio alienationis facta cum illa ratione, quia vult bona in familia conſeruari, regulariter non inducit fideicommiſſum in caſum mortis, eo tamen ipſo, quod addita ſunt illa verba, de gradu in gradum, quæ ſine fideicommiſſo abſoluto, & reſtitutorio in caſum mortis non poſſent verificari, cenſeretur etiam in caſum mortis fideicom-
21 miſſum induxiſſe, † *vt in ſpecie tradiderunt Pariſ. conſ. 88. num. 18. vol. 2. Gozad. conſ. 52. num. 3. & 6. Burſat. conſ. 157. num. 65. Ancbar. q. fam. 72. nu. 17. lib. 1. Ant. Gab. lib. 4. comm. concl. tit. de fideic. concl. 9. nu. 19.*

Tertiò demum, quia, cum illa verba, *proteſtando, & dechiarando voler, che detta vigna, &c. & caſa reſtino ſempre nella fameglia, & agnatione ſua di grado in grado, &c.* non fuerint prohibitioni adiecta per modum rationis, ſed æquè principaliter prolata, conſequens eſt, vt fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum induxiſſe
22 cenſeantur, † *vt poſt Cur. iun. & Alcia. atteſtantes hanc rem nullos habere contradictores, refert, & ſequitur Pereg. de fideic. d. art. 14. nu. 13.*

Sed demus citra veri præiudicium, quod diſponere potuerit, adhuc tamen verius eſt, non poſſe

poſſe filium Hyeronimi cum patruo concurrere quaſi vocatum ex teſtamento Alerami, quia non ſufficit eum potuiſſe de prædicta domo diſponere, niſi etiam diſpoſuerit, quod dici non poteſt in caſu noſtro, in quo prædictus Aleramus ſimpliciter inſtituit filium ſuum hęredem vniuerſalem in omnibus bonis ſuis, & ei ſine filijs decedenti ſubſtituit fratres ſuos, & alterius fratris præmortui filios: nam ad hoc, vt quis cenſeatur diſpoſuiſſe de bonis, de quibus ſibi data eſt in teſtamento licentia diſponendi, non ſufficit generalis illa diſpoſitio, quæ fit per inſtitutionem hæredis, ſed ſpecialis, & expreſſa diſpoſitio requiritur iuxta veriorem,
23 & receptiorem ſententiam, † *vti videre eſt apud Sylua.conſ.14.num.5. Gabr.conſ. 143.num. 6.vol. 1. Rim.Iun.conſ.204.num.111 & conſ.320.num. 20. Cepb.conſ.371.num.28. Bertaz.conſ.7.num. 7.& ſeq. Mantic.de coniec.vlt. vol.lib.7.titu. 7. nu. 14. Pereg.conſ 53.num.6.vol.2.* Quam in rem faciunt, quæ tradit *Socin ſen.conſ.92. num.22.verſ. ſuccedit autem tertia difficultas, & num.23. vol.3.* vbi ſcribit diſpoſitionem loquentem de inteſtato reſpectu certæ rei verificari etiam in eo, qui fecit quidem teſtamentum, ſed de re illa ſpecificè nõ diſpoſuit, *Sequuntur Iaſ. conſ.196. col.5.verſ. item ex alio poſſet volum.2. Corn. conſi. 133.num.15. & ſeq.volum.2. Pariſ.conſ.44.num. 17.verſic. & ad confirmationem vol. 3.* Et quamquam negari non poſſit, quia in ſimplicibus terminis hæc opinio ſit dubia propterea, quod multi cenſuerunt, ſufficere diſpoſitionem, quæ fit per vniuerſalem inſtitutionem hæredis, tamen in caſu noſtro videtur poſita extra omnẽ dubitationem ſtante, quod inſtitutio eſt facta in omnibus bonis ipſius teſtatoris, cuiuſmodi propriè loquendo dici non poſſunt bona prohibita alienari. Et ita in omnibus ſupradictis iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro DD. Marco Antonio Stuerdo, & Antonio Raua.

CONSILIVM LXII.

ARGVMENTVM.

Locator ad quæ teneatur conductori, ſi eum impediat, quominus vtatur, fruatur omnibus rebus conductis, Et an, & quando cõductor propter impedimentum ſibi datum in vna, aut pluribus ex rebus conductis poſſit à conductione recedere.

SVMMARIVM.

1 *Locator impediens conductorem vti frui rebus in locatione comprehenſis tenetur ad id omne, quod eius intereſt.*
2 *Locator tenetur præſtare conductori poſſeſſionem, omnium rerum locatarum, & ſucceſſiuam patientiam.*
3 *Locator non præſtans id, ad quod tenetur, poteſt actione ex conducto conueniri.*
4 *Actio ex conducto datur ad id, quod intereſt.*
5 *Pronuntiatio poſitionum pro confeſſis, niſi reus intra dictam iuret, vim ſuam habet ſuper ijs, ſuper quibus non fuit poſteà iuratum, licet reus ſuper quibuſdam iurauerit.*
6 *Locator, qui poteſt amouere a conductore impedimentum, ſi non amouet, cenſetur eſſe in culpa, & ideo tenetur.*
7 *Confeſſio eſt acceptanda cum ſua qualitate.*
8 *Iuramentum poteſt acceptari reiecta qualitate ſuper qua non fuit facta oblatio.*
9 *Iuramentum eſt ſtricti iuris, & quatenus oblationem excedit, nihil operatur.*
10 *Venditor ſciens rei qualitatem, ſi eam neget, tenetur, licet proteſtetur, ſe nolle eius nomine teneri.*
11 *Conductor facto, et culpa locatoris impeditus vti frui re conducta, poteſt conſequi, quod ſua intereſt pro tempore præterito, & ſimul etiam a contractu recedere pro futuro, Etiamſi impediatur, vti frui aliqua tantum parte rei num.14. aut etiam vna ex pluribus rebus conductis nu.15.*
12 *Colonus poteſt agrum deſerere, ſi dominus eum moleſtet in cultura.*
13 *Conductor poteſt a contractu recedere propter impedimentum ſibi datum a tertio.*
16 *Conductio plurium rerum vna mercede facta cenſetur vna.*
17 *Contractibus in indiuiduis nihil actum cenſetur, quoties aliquid ſupereſt agendum, etiamſi pro maiore parte contractus ſit impletus.*
18 *Conductor nõ poteſt a contractu recedere propter minimum impedimentum, Declara, vt nu.19.*
20 *Dolus, & fraus ſufficit ad reſcindendum contractum bonæ fidei.*
21 *Locatio, & conductio eſt contractus bonæ fidei.*
22 *Contractibus in nominatis non poteſt, quis agere ad reſtitionem contractus propter inobſeruantiam partis, ſed tantum ad id, quod intereſt, Declara, vt nu.23. remiſſiuè.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRopoſita controuerſia nullam, aut certè leuem mihi viſa eſt dubitationem continere, ſiue conſideremus obligationem Do. Comitis reſpectu huius primi conductionis anni, ſiue etiam facultatem recedendi, quã conductores pro ſequentibus annis ſibi competere contendunt: nam reſpectu huius primi anni non eſt dubium, quin Do. Comes, qui facto, & culpa ſua fuit conductoribus impedimento, ne vterẽtur, fruerentur quibuſdam rebus in locatione comprehenſis, non ſolum teneatur eis pro rata facere remiſſionem mercedis, ſed etiam condemnandus ſit in id omne, quod eorum intereſt, ſibi vti frui non licuiſſe.
1 † *l. ſi in lege 27. §. colonus l. ſi fundus 36. verſ. nam & ſi colonus ff. loca. & ſcribunt Bar. in l. ſi vno 17. §. item, cum quidam num. 2. verſ. ſi verò factum locatoris eſt iniuſtum ff. eo. Ruin.conſ.65. num. 3. vol. 1. Pariſ.conſ.40. num. 3. vol. 1. Ceph.conſ.577.nu. 9. Roll.conſ.69. num. 22. vol. 4. Dec.conſ.45. nu. 20. volum. 1. Addit. ad Mago. deciſ. Lucen. 69. in lit. A. Menoch.conſ.27. num. 54. conſ. 55. num. 14. & conſ. 246. num. 1. Surd. deciſ. 131. num. 1. & deciſ. 326. num. 25. Peguer.deciſ. 214. num. 1. & 3.* quia cum nõ præſtiterit id, ad ꝙ de natura locationis eſt obligatus (tenetur enim conductoribus præſtare poſſeſſionem omnium rerum locatarum, & ſucceſſiuam in ijs vtendis fruendis pa-
2 tientiam, † *vt ſcribunt Bar. in l. ſi quis domum, 9. in prin.*

in prin. num, 2. & ibi Caſtr. num. 4. ff. loc. Soc. Sen. conſil. 156. num. 10. verſ 1. vol. 2. Ceph. d. conſ. 577. num. 3. Bec. d. conſ. 45. num. 19. vol. 1. Surd. d. deciſ. 325. num. 17. Peguer. d. deciſ. 214. num. 2. conſequens eſt, vt aduerſus eum competat actio ex
3 conducto † *d. l. ſi quis domum 9. in princ. & l. ex conducto. 16. in princ. ff. locat.* in quam venit id
4 omne, quod conductorum intereſt † *l. nos videamus, 8. ff. eo.* Fuiſſe autem eum impedimento conductoribus, ne vterentur, fruerentur quibuſdam rebus locatis patet ex eo, quia, cum conductores multas fecerint poſitiones, & in earum prima deduxerint, ſe non potuiſſe vti frui quodam alteno in locatione comprehenſo ex facto & culpa ipſius D. Comitis, quippè qui non ſolum fructus ex eo percepit, ſed etiam illud ipſum poſteà vendidit. Et præterea deduxerint in ſexta, ſe non potuiſſe vti frui molēdinis ex cauſa euiſdem D. Comitis, quippè, qui non ſatisfaciendo molendinatijs creditoribus certæ ſummę effecit, nè illi voluerint molendina, ſiue eorum fructus remittere. Et ſuper poſitionibus oblatum fuerit, & ordinatum iuramentum, ſecutaque pronuntiatio, niſi D. Comes iuraret intrà diem præfinitum, nec poſteà iurarit ſuper omnibus poſitionibus, ſed tantum ſuper ſecunda, conſequens eſt, vt pronunciatio ſuper alijs ſuum cenſeatur effectum
5 ſortita, † *ex traditis à Theſ. deciſ. 11. in fin. & Sol. in tit. de iuretur. glo. 8.* ita vt hodie dicere poſſimus, ex illis tanquam veris, & confeſſis conſtare, facto, & culpa locatoris fuiſſe conductores impeditos vti frui alteno, & molendinis: Nec enim in ſola fructuum perceptione, & alteni venditione factum, & culpa locatoris continetur, ſed etiam in retentione molendinariorum, quia, cum D. Comes potuerit impedimentum amouere ſoluendo debitum, nec amouerit, factum molendinariorū cenſetur ex culpa ipſius D. Comitis prouenisse, ideoque de eo tenetur,
6 † *d. l. ſi in lege 27. §. colonus d. l. ſi fundus 36. verſic. nam, & ſi colonus, ff. locat. & ſcribunt Bart. in d. l. ſi vno 17. §. item, cum quidam num. 3. ff. eod. Alex. conſil. 84. num. 2. vol. 6. Soc. ſen. d. conſil. 156. num. 4. vol. 2. Rum. conſil. 65. num. 3. vol. 1. Pariſ. conſil. 40. num. 3. vol. 1. Ceph. d. conſil. 577. num. 9. Roland. d. conſil. 69. num. 28. vol. 4. Bec. d. conſ. 45. num. 20. vol. 1. Add. ad Mago. d. deciſ. Luc. 69. in tit. A. & C. Surd. d. deciſ. 326. num. 25. Peguer. d. deciſ. 214. num. 3.*

Non ſolum autem pro rata fructuum, qui percipi poterant ex alteno, & molendinis, facienda eſt conductoribus remiſſio mercedis, & condemnandus eſt D. Comes ad præſtandum omne, quod eorum intereſt, ſed etiam pro rata fictuum, quos iidem conductores percepiſſent, ſi re vera fuiſſent ab hominibus Alpignani debiti, prout eis D. Comes ſuppoſuerat: nam ex ipſius iuramento conſtat, verum eſſe, quod iidem conductores in ſecunda poſitione, duabuſque ſequentibus aſſeruerunt, nempè D. Comitem in tractatu locationis eis ſuppoſuiſſe, inter alios reditus, de quorum locatione tractabatur, extare multos fictus annuos, qui ſoluuntur ab hominibus, nempè à poſſeſſoribus bonorum Alpignani, & eorundem fictuum quantitatem præſentibus conductoribus notaſſe propria manu in quadam ſcriptura, quæ eſt in actis, & in ea poſuiſſe reditus capſinarum tamquam diuerſos à prædictis fictibus annuis: nam hoc ipſemet confeſſus eſt. Et tamen conſtat maiorem partem dictorum fictuum non ſolui ab hominibus, quia bona, pro quibus dicti fictus annui ſoluebantur, ſunt penes ipſum D. Comitem, & ſunt eadem ipſa, quæ conſtituunt capſinas locatas, quarum reditus fuit poſitus tamquam diuerſus à prædictis fictibus: hoc enim deducitur ex eadem pronuntiatione ſecuta in odium non iurantis, ſcilicet, quia, licet D. Comes iurauerit ſuper ſecunda poſitione, non tamen iurauit ſuper tertia, & quarta, ideoque ſunt illæ habendę pro veris, & confeſſis, *vt ſupra dictum eſt*.

Nec obſtat, quod D. Comes in iuramento non ſit ſimpliciter confeſſus, ſe ſcripſiſſe, & remiſiſſe notam illam redituū ſed, adiecerit qualitatem, dicendo ſe eam remiſiſſe conductoribus cum proteſtatione, *che s'informaſſero bene*, & in concluſione contractus, ſe iterum proteſtatum eſſe, *di non voler eſſer tenuto a mantenergliela*, ideoque confeſſio videatur acceptāda cum
7 ſua qualitate, † *vt ſcribunt Alex. conſil. 87. num. 1. volum. 1. Iaſ. in l. Pomponius 13. §. cum quis nu. 13. ff. de acquir. poſſeſſ. Purp. conſil. 10. num. 11. & conſ. 124. num. 4. Borgn. deciſ. 27. num. 88. verſ. & ideo breuiter reſtringendo*, quia prætet id, quod tentari poſſet, imò verius eſſe, confeſſionem à iurante factam poſſe acceptari reiecta qualita-
8 te, ſuper qua non fuit facta oblatio, † *ex traditis à Iaſ. in l. manifeſtæ 38. num. 7. & 8. ff. de iuretur. & Sol. in d. tit. de iuretur. gloſſ. 4. num. 11. & ſeqq.* cum iuramentum ſit ſtricti iuris, & quatenus
9 oblationem excedit, nihil operetur, † *l. 3. §. 1. & vlt. & l. qui per ſalutem 33. ff. de iuretur. Grauæ. conſil. 867. nu. 7.* poſita etiam opinione contraria, & dato, quod qualitas adiecta debeat acceptari, & cenſeri vera, non tamen in caſu noſtro poterit excuſare D. Comitem, quin teneatur pro fictibus ſuppoſitis, & in nota deſcriptis, quos ſciebat non extare: nam contrahens, qui ſcienter exprimit, aut reticet aliquam rei qualitatem, quam ſcit re vera abeſſe, vel adeſſe, licet adijciat, ſe nolle pro ea teneri, nihilominus tenetur, quia, cum ſciat rei veritatē, debet eam ſpecialiter exprimere, non autem contrarium profiteri, & proteſtari, ſe nolle illius nomine teneri: talis enim proteſtatio cenſetur fraudulenta, & facta ſolummodo cauſa circū-
10 ſcribendi, & decipiendi aduerſarij, † *vt eſt tex. expreſſus in l. 1. §. 1. verſ. ſed & ſi proponas, ff. de act. empt. & ſcribit Bald. in l. 1. num. 4. C. de Aedil. actio.* Quamobrem non puto dubitādum, quin non obſtante huiuſmodi proteſtatione debeat D. Comes condemnari etiam pro fictibus ſuppoſitis, quos ſciebat ſibi à nullo deberi. Et ita quidem pronunciandum cenſeo in capite petitionis reſpicientis primum conductionis annum.

Cæterùm in alio capite, quatenus ſcilicet, conductores intendunt, ſibi licere ex cauſis prædictis à contractu recedere, nec teneri pro ſequentibus annis in conductione perſeuerare, maiorem video fieri dubitationem. Sed malè, meo iudicio, quia certi iuris eſt, conductorem facto, & culpa locatoris impeditum vti frui re cōducta poſſe conſequi, quod ſua intereſt pro tempore præterito & ſimul etiam rece-
11 dere à contractu pro tempore futuro, † *vt ſcribunt Rum. d. conſil. 65. num. 3. vol. 1. Roll. d. conſil. 69. num. 22. & 24. vol. 4. Bec. d. conſil. 45. num. 20. vol. 1.*

vol.1.Surd.deciſ.42.num.17.& deciſ.251.num.19.
nam, & colonus poteſt agrum diſerere, ſi do-
12 minus eum moleſtet in cultura, † *ſecundum*
Bart.in l.2.num.5.& in l.cum ſatis 22.num.6.C.de
agric.& cenſ.lib.11. quia, ſi poteſt à contractu re-
cedere propter impedimẽtum ſibi datum à ter-
13 tio, † *l. ſi merces 28. §. ſi vicino, verſic.certè, & ibi*
Caſtr. num. 1. ff. loca. Mago.deciſ.Luc.69.num.
27. Menoch. conſil.246. num.24. Bec.d.conſil.45.
num. 20. vol.1. quanto magis poterit ob datum
ab ipſomet conductore? Nec intereſt, vtrum
conductor impediatur vti frui tota re, an vero
14 aliqua tantum eius parte, † *vt ait Bec.d.conſ.45.*
num.20.volum. 1. aut etiam vna ex pluribus re-
15 bus conductis, † *vt poſt Imol. conſil. 39. ſcribit*
Surd. deciſ. 295. num.17. nam, quia talis condu-
ctio tamquam vno pretio, ſiue mercede facta
cenſetur vna, ideò fit, vt locator non poſſit
impedire vſum vnius rei, quin cenſeatur toti
16 contractui contrauenire, † *vt pluribus oſtendit*
Rol.d.conſil 69.num.43.volum 4. Nihil enim in
huiuſmodi contractibus indiuiduis cenſetur
actum, quoties aliquid ſupereſt agendum,
etiamſi pro maiori parte contractus ſit imple-
17 tus. † *vt in ſpecie docent Alex.in l.diuortio.8.nu.*
33. verſ.ſed contra eum etiam facit, ff.ſol. matrim.
Ceph.d.conſ.577.num.5.& 7. Addit.ad Mago.d.
deciſ.Luc.69. in lit.A.

Nec obſtat, quod impedimentum in caſu
noſtro videatur minimum reſpectu omnium
rerum locatarum, ideoque propter id non de-
beat conductoribus licere à contractu recede-
18 re, † *l. habitatores 30.in princ.& ibi Caſtr.num.2.*
ff.locat.gl.in d.l.ſi merces 28.§.ſi vicino in verb. ob-
ſcurentur, & ibi Caſtr.nu 1.ff.eod. Menoch.d.conſ.
246.num.21. quia reſpondeò primo, negando
impedimentum eſſe minimum: nam ſublatis
molendinis, alieno, rctibus annuis, & innu-
meris alijs rebus, quibus ſupponunt conducto-
res ſibi nõ licuiſſe vti frui, non poteſt, non ma-
gna pars fructuum intelligi ſublata.

Secundò reſpondeo, quod dicitur condu-
ctorem non poſſe à contractu diſcedere pro-
pter impedimentum minimum procedit, quã-
do id prouenit ex caſu fortuito, vel ex cauſa
neceſſaria, quæ careat dolo, & culpa locatoris.
Cæterùm, quando prouenit ex cauſa volunta-
ria, puta ex facto iniuſto locatoris, & ſic ex
ipſius, vel dolo, vel culpa, verius eſt, licere con-
ductori à contractu diſcedere, etiamſi impedi-
19 mentum ſit minimum, † *Ita declarant glo. in d.*
l.habitatores 30.in verb.demoliri, & ibi Caſtr.num.
3.ff.loca. Menoch. conſil.120. num. 16. & d. conſil.
246. num. 22. & 23. Quòd multo magis dicen-
dum eſt in caſu noſtro ſtante, quod D. Comes
ſuppoſuit inter redditus bonorum ſuorum ad-
eſſe ictus, quos ſciebat re vera non adeſſe, *vt*
dictum eſt: nam hoc non poteſt (ſi verum dice-
re fas eſt) carere fraude, quæ ſola ſufficit ad re-
20 ſcindendum contractum bonæ fidei, † *l.ſi dolo,*
5.C.de reſcin.vend. cuiuſmodi eſt contractus lo-
21 cationis, & conductionis, † *l. 2. l. emptorem 9.l.*
præſes 17. C. de locat. & cond. §. actionum inſt. de
actio.

Denique non obſtat, quod in contractibus
nominatis propter inobſeruantiam partis non
poſſit quis agere ad reſciſionem cõtractus, ſed
22 tantum ad id, quod intereſt, † *l.ea conditione 14.*
C.de reſcind.vẽd.l.in ciuile 12.C. de rei vind.l.1.C.
de act. empt. & tradunt omnes in l. vlt. ff. de cond.
cauſ. dat. quia ad hoc in terminis noſtris multi-
23 pliciter reſpondent, † *Rol.d.conſil.69. nu. 31. &*
ſeqq.volum.4.& Bec.d.conſil.45. num. 29. & ſeqq.
volum.1. quorum dicta non eſt neceſſe referre.
Quamobrem concludo D. Comitem eſſe con-
demnandũ erga cõductores in id omne, quod
eorum intereſt, pro tempore præterito, & pro
futuro pronunciandum eis licere à conductio-
ne recedere, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro D. Bartolomeo Paulino.

CONSILIVM LXIII.

ARGVMENTVM.

An, & quando pecunia cenſeatur alicui remiſſa, vt nuntio, vel, vt procuratori, ad hoc, vt, ſi ei fuerit reſtituta contingat liberatio.

SVMMARIVM.

1 *Nuntio non rectè ſoluitur, licet eius miniſterio contracta ſit obligatio.*
2 *Solutio non poteſt fieri ei, ex cuius perſona nobis acquiritur obligatio, ſi facto noſtro acquiratur.*
3 *Nuntius non contrahit, ſed is, qui eum miſit.*
4 *Nuntius actum concipit in perſonam mittentis, non vero in perſonam ſuam, vt in exemplo relato, num.8.*
5 *Nuntius dicitur, quaſi pica, ſeu organum alieno negotio nudum præbere miniſterium.*
6 *Solutio rectè fit ei, cum quo quis contraxit, etiamſi contractus ſit initus alieno nomine.*
7 *Actio, nec directa, nec vtilis contra me datur ei, qui pecuniam mutuam dedit creditori, a quo ego mutuam accepi.*
8 *Pecunia, quando cenſeatur remiſſa, vt procuratori, & quando, vt nuntio.*
9 *Contractus fiunt conſenſu, etiamſi re perficiantur.*
10 *Iuramento ſuppletiuo locus non eſt, niſi, quando probatio eſt imperfecta.*
11 *Iuramentum regulariter debet potius deferri reo, quam actori.*
12 *Iuramento ſuppletiuo, vt ſit locus, requiritur probatio ſemiplena.*
13 *Præſumptiones actoris eliduntur contrarijs præſumptionibus, quæ ſtant pro reo.*
14 *Iuramẽtum ſuppletiuum non debet ei deferri, qui non habet plenam notitiam rei, quæ de agitur.*
15 *Pecuniam alterius ad alterum perueniſſe ſufficit ad hoc, vt in illum detur actio. Declara, vt nume.16.*
17 *Furtiua pecunia, ſi bona fide fuerit à tertio conſumpta, nulla in eum veteri domino datur actio.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRæſens controuerſia facti potius, quam iuris continet ambiguitatem, ſcilicet, quia, ſi D. Conſtantinus quaſi nuntius miſſus à D. Senatore Barberio numerauit pecuniam D. Bartolomeo, prout ſupponit D. Senator, certi iuris eſt, non potuiſſe poſteà D. Bartolomeum eidem D. Coſtantino pecuniam reſtituere, citra ipſius D. Barberij voluntatem,

tatem, quia, non, vt procuratori, ita, & nun-
tio rectè ſoluitur, licet eius miniſterio contra-
1 cta ſit obligatio, † *vt ſcribit Rayn. de Forliu in*
rep. l. ſi procuratori 14. num. 5. ff. de cond. cauſ. dat.
Quod enim dicitur, ei, ex cuius perſona nobis
acquiritur obligatio, rectè ſolui, non procedit,
quando talis obligatio nobis acquiritur facto
2 noſtro, † *vt eſt doctr. Bart. in l. eum, qui ita 56. §.*
qui ſibi num. 2. ff. de verbor. oblig. quem ibi commu-
niter alij ſequuntur, prout acquiritur, quando cō-
trahimus per nuntium, ſcilicet, quia non eſt
nuntius, qui contrahit, ſed is, qui eum miſit,
3 † *l. qui autem 14. ff. de conſt. pecu. & tradunt Bart.*
& alij in l. ſi is, qui pro emptore 15. ff. de vſucap.
Quamobrem, & actum concipit in perſonam
4 mittentis, non verò in perſonam ſuam, † *vt ait*
Grott. in d. l. ſi is, qui pro emptore, nu. 150. & 154.
eaque ratione dicitur, quaſi pica, ſeu organum
alieno negotio nudum præbere miniſterium,
5 † *l. & licet 15. ff. de conſt pec.* Contra verò, ſi Dom.
Cōſtantinus pecuniam mutuam dedit, vt pro-
curator Do. Senatoris Barberij, certi iuris eſt,
potuiſſe D. Paulinum eidem pecuniam reſti-
tuere etiam inſcio D. Senatore Barberio, quo-
niam ei, cum quo quis contraxit, rectè ſoluitur
etiam ſi contractus ſit initus alieno nomine,
6 † *vt tradunt Bart. Bald. Alex. Dec. & alij in l. ſi-*
lius 23. C. de pact. Bart. & alij in d. l. eum, qui ita
56. §. qui ſibi. ff. de verb. oblig. Alex. conſil. 104. nu.
7. vol. 4. Mago deciſ. Lucenſ. 5. num. 70. Surd. conſil.
43. num. 2. & late in deciſ. 219. num. 10. & ſeqq. Id-
que procedit etiamſi ſoluēs ſciuerit pecuniam
ad alium pertinere, *vt poſt Ang. Caſtr. & alios*
ſcribit Surd. d. deciſ. 229. num. 11. Denique, ſi D.
Conſtantinus mutuam dedit pecuniam non
nomine ipſius D. Senatoris, ſed nomine ſuo,
tunc multò faciliùs potuit D. Paulinus pecu-
niam ei reſtituere, dato etiam, quod re vera D.
Senator mandaſſet D. Conſtantino, vt nomi-
ne ipſius mandantis pecuniam mutuò daret,
quia, cum ex tali cōtractu, nec directa, nec vti-
7 lis actio cenſeatur D. Senatori quæſita † *l. 2. vbi*
Bald. & alij. C. ſi cert. petat. nihil fuit impedimen-
to, quominus D. Paulinus potuerit Do. Con-
ſtantino, quaſi verò creditori ſoluere: Si enim
poteſt, quando contractus initus eſt alieno no-
mine, *vt ſupra dictum eſt,* quantò magis pote-
rit, quando initus eſt nomine ipſius contrahē-
tis? Ex his apparet, huiuſce controuerſiæ deci-
ſionem pendere ex eo, nunquid probatum ſit,
D. Conſtantinum dediſſe pecuniam D. Pauli-
no, vt nuntium miſſum à D. Senatore volente
ipſius miniſterio mutuum contrahere, prout
ſupponit D. Senator.

Et, vt ingenuè fatear, nihil video ſubeſſe ex
quo quis huiuſce rei probationem poſſit elice-
re, quod, vt liquidò demonſtrem, ſuppono D.
Senatorem debere probare tria, quæ ſunt ne-
ceſſaria ad hoc, vt obtinere poſſit: Primum
enim probare debet, ſe dediſſe D. Conſtantino
pecuniam, quæ mutuo erat danda D. Paulino,
Secundo, ſe vſum eſſe verbis denotantibus ta-
lem pecuniæ dationem fuiſſe factam D. Con-
ſtantino non, vt futuro debitori, neque vt pro-
curatori, ſed vt nuntio, puta, quia dixerit, fer
hanc pecuniam D. Paulino, & dic ei illi eam
mutuo dare, aut ſimilibus ſit vſus verbis, quæ
denotent actum fuiſſe concipiendum in perſo-
nam ipſius D. Senatoris, quod eſt neceſſarium
ad hoc, vt dicatur ei, quaſi nuntio remiſiſſe.
Alioquin enim, ſi dixiſſet, Accipe hanc pe-
cuniam, & eā meo nomine da mutuo D. Pau-
lino cenſeretur remiſiſſe, vt procuratori, non,
vt nuntio, eaque ratione rectè potuiſſet ei fie-
8 ri ſolutio, † *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.*
Et in ſpecie declarat Grott. in d. l. ſi is, qui pro em-
ptore, num. 150. & 154. Tertio probare debet,
hoc actum eſſe, non ſolum inter ſe, & D. Con-
ſtantinum, ſed etiam, inter ſe, & D. Paulinum
qui erat futurus debitor, ſaltem miniſterio eiuſ-
dem D. Conſtantini, quia non ſufficeret, cum
habuiſſe animū contrahendi cū D. Paulino, &
talē volūtatē explicuiſſe D. Cōſtantino, quaſi
nuntio, niſi etiam D. Paulinus hoc ſciuerit, &
fuerit eiuſdem intentionis; vt pecuniam à Do.
Senatore, non vero à D. Conſtantino mutuam
acciperet: Cum enim contractus fiant conſen-
9 ſu partium etiamſi re perficiantur, † *l. 1. §. adeo.*
ff. de pact. non poſſumus dicere, hoc actum eſſe,
niſi fuerit de mente vtriuſq; partis: Et ideò D.
Paulinus poſſet ſemper dicere. Non fuiſſem
contracturus, ſi ſciuiſſem, me debuiſſe obli-
gari D. Senatori.

Hoc igitur ſuppoſito, dico D. Senatorem in
probationibus defeciſſe, quia, licet probauerit
(ſaltem per confeſſionem D. Paulini) primum
requiſitum, non tamē probauit ſequentia, ſine
quibus primum eſt omnino inutile, id quod
ipſamet ſententia Excell. Senatus declarauit,
deferendo D. Senatori iuramentum ſuppleti-
uum, cui locus non eſt, niſi quando probatio
10 eſt imperfecta, † *vt not. omnes in l. admonendi 31.*
ff. de iureiur. & in c. fi. §. ſane extr. eod.

In hoc autem (pace DD. meorum dixerim)
puto D. Paulinum fuiſſe grauatum, & de iure
non potuiſſe deferri iuramentū actori, ſed qua-
tenus aliqua ſubeſſet ſuſpicio, debuiſſe id de-
11 ferri reo, prout regulariter deferri ſolet, † *d. cap.*
fin. §. ſane ext. de iureiur.

Primò, quia ad hoc, vt actori poſſit deferri
iuramentum ſuppletiuū, non ſufficit qualitas
perſonæ, ſed cum ea debent alia concurrere, &
inter cætera debet concurrere probatio ſemi-
12 plena, † *vt poſt Bart. in d. l. admonendi, num. 57.*
& 102. Iaſ. num. 75. & 118. alij communiter tradi-
derunt, vt atteſtatur Menoch. de arbitr. caſ. 190.
num. 2. qualis non eſt ea, qua nititur D. Senator,
ſiue conſideremus dicta teſtium, cum D. Ioan.
Barberius ſit patruelis D. Senatoris, & D. An-
gelica tamquam ſingularis non probet confeſ-
ſionem extraiudicialem factam abſente par-
te, ſiue etiam conſideremus librum Monia-
lium, cum D. Paulinus potuerit ſoluere tam-
quam debitor debitoris, prout latius voce de-
monſtrabunt aduocati D. Paulini, ad quorum
dicta me remitto, ne alioquin cogar multas
ſcribendo paginas implere.

Secundò multo minus potuit deferri iura-
mentum actori, ſtante, quod præſumptiones,
ſi quæ pro actore faciunt, eliduntur contrarijs
13 præſumptionibus, quę ſtant pro reo, † *iuxta do-*
ctr. Bart. in d. l. admonendi nu. 51. quam Iaſ. ibi in
rep. nu. 269. teſtatur eſſe communem: Nam ex eo-
dem libro monialium apparet tranſactum eſſe
biennium à die, quo D. Senator accepit 500.
aureos à Monialibus antequam 200. dederit D.
Conſtantino, ex quo infertur, verum non eſſe,
quod ſupponitur, hoc inter eos actum eſſe, vt
D. Senator acciperet à Monialibus 500. & ex
ijs breui manu 200. mutuo daret D. Paulino:

Præte-

Google

Præterea ex eodem libro conſtat, in exonus D
Senatoris eundemmet D. Conſtantinum ſol-
uiſſe monialibus annuum cenſum. Itaque, ſi
talis ſolutio arguit obligationem ſoluentis, vt
ſupponit D. Senator, ex hoc apparet D. Con-
ſtantinum fuiſſe debitorem D. Senatoris, & cõ-
ſequenter D. Senatorem ei remiſiſſe pecuniam
non tanquam nuntio, ſed tanquam futuro de-
bitori.

Tertiò, non potuiſſe vllo modo deferri iura-
mentum actori patet ex eo, quia vt deferri poſ-
ſit, perſona debet eſſe talis, quę habeat plenam
notitiam, & ſcientiam rei, qua de agitur: alio-
quin enim non eſſet ei deferendum iuramen-
14 tum ſupplementum, † *vt poſt Bartol. in d. l. ad-
monendi, nu. 57. & 102. & ibi Caſtr. nu. 17. Iaſ. in re-
pet. num. 159. verſ. ſecundo caſus, alij paſſim tra-
diderunt, ſicuti videre eſt apud Menoch. d. caſu 19 .
num 5. & ſeq.* In caſu autem noſtro perſona D.
Senatoris reſpectu facti, de quo diſputatur, nõ
eſt huiuſmodi, quia poteſt quidem habere ple-
nam ſcientiam eius, quod eſt geſtum inter ſe,
& D. Conſtantinum, cum quo de hoc negotio
locutus eſt, ſed non eius, quod eſt geſtum in-
ter D. Conſtantinum, & D. Paulinum. Itaque
poteſt quidem iurare, ſe dediſſe pecuniam D.
Conſtantino, vti nuntio, & eo animo, vt ſibi
obligaret D Paulinum, prout iurauit, & hoc
modo poteſt implere ſecundum requiſitum,
quod reſpicit factum proprium, ſed non poteſt
iurare, D. Conſtantinum ei dediſſe pecuniam,
vti nuntium, id eſt concepiſſe mutuum in per-
ſonam ipſius D Senatoris, quia hoc eſt geſtum
inter ipſummet D. Conſtantinum, & D. Pauli-
num, cuius rei tanquam alieni facti non poteſt
D. Senator habere ſcientiam, ſtante maximè,
quod de hoc negotio, nec ante mutuum, nec
poſt cum D. Paulino eſt vnquam locutus, ta-
metſi ſæpiùs cum eo ſit vtroque tempore con-
uerſatus, vt ipſemet in actis faſſus eſt. Quam-
obrem non potuit ſuper hoc actori deferri iu-
ramentum ſuppletiuum, & delatum, ac præſti-
tum non eſt attendendum, quia probat quidẽ
ſecundum requiſitum, ſed nõ tertium, ſine quo
non poteſt D. Senator aduerſus D. Paulinum
aliqua actione experiri, *vt ſupra dictum eſt*. Et
vbi deberet eſſe locus iuramẽto, id potius eſſet
deferendum reo, quam actori, quia, niſi ex per-
ſona ipſius, aut eorum, qui tractatui interuene-
runt, ſcire non poſſumus, vtrum contractus ſit
initus, tamquam inter D Paulinum, & D. Se-
natorem miniſterio D. Conſtãtini, quaſi nun-
tij, an vero tanquam inter D. Paulinum, & D.
Conſtantinum, & conſequenter an eidem D.
Conſtantino rectè, nec ne fuerit pecunia reſti-
tuta.

Et, ſi dicatur non eſſe attendendum, quid
actum ſit inter D. Conſtantinum, & D. Pauli-
num, ſed tantum quid inter D. Senatorem, &
D. Conſtantinum, ſtante quod conſtat re vera,
& effectu pecuniam D. Senatoris ad D. Pauli-
num perueniſſe, quod videtur ſufficere, ad hoc
15 vt ab eo conueniri poſſit, † *arg. l. hæc condictio.
66. ff. de cond. ind.* Reſpondeò, imò attendendũ
eſſe id, quod actum eſt inter D. Conſtantinum,
& D. Paulinum, quia cum inter D. Senatorem,
& D. Paulinum nihil actum ſit (nec enim poſ-
ſumus dicere actum eſſe miniſterio D. Conſtã-
tini, de quo non conſtat) ſequitur D. Paulinũ
nulla erga D. Senatorem, cum quo non cõtra-
xit, obligatione teneri, & conſequenter nulla
ab eo poſſe actione conueniri: Quod enim di-
citur id, quod alterius ad alterum peruenit, cõ-
dici poſſe, procedit, quando peruenit ſine cau-
16 ſa, † *d. l. hæc condictio, & l. 1. ff. de cond. ſine cauſ.* ſe-
cus verò, quando ex contractu inito cum ter-
tio; nam tunc pecunia conſumpta nulla vete-
ri domino datur aduerſus eum actio, etiam ſi
17 pecunia fuiſſet furtiua, † *vt not. omnes in l. nam
etſi fur. 13. ff. ſi cer. pet.* Itaque demus, quod re ve-
ra D. Senator remiſerit pecuniam D. Conſtan-
tino, vti nuntio, ſi is pecuniam dedit mutuam
nomine ſuo, ſine dubio furtum commiſit, & ſic
cenſetur dediſſe mutuo pecuniam furtiuam,
quæ res ſecuta conſumptione parit condictio-
nem furi, non vero antiquo domino pecuniæ,
d. l. nam etſi fur. Ex quo ſequitur D. Paulinum
tanquam debitorem Do. Conſtantini rectè ei
ſoluiſſe.

Quamobrem concludo reparãdam eſſe ſen-
tentiam, & abſoluendum D. Paulinum ſaltem
medio iuramento purgatiuo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro DD. Fratribus de Palmijs.

CONSILIVM LXIV.

ARGVMENTVM.

An, & quando intereſſe dotis promiſſæ, & non
ſolutæ debeatur, aut conſtante, aut ſoluto ma-
trimonio.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe dotis conſtante matrimonio debetur ex mora.*

2 *Intereſſe dotis non debetur conſtante matrimonio ex conuentione, licet nonnulli contrarium ſenſerint. nu. 5. Declara tamen, vt nu 6.*

3 *Moroſus non cenſetur debitor pendente termino dato ad ſoluendum.*

4 *Intereſſe dotis non debetur ſoluto matrimonio, aut viduæ, aut marito dotem lucranti, etiam ex mora, & nu. 11.*

7 *Intereſſe dotis non debetur ſoluto matrimonio ex conuentione.*

8 *Ceſſante cauſa tolerationis ceſſat & toleratio.*

9 *Qualitates non entis nulla ſunt.*

10 *Pater tenetur alere filios.*

12 *Alimenta, propter quæ præſtatur interuſurium dotis, intelliguntur de alimentis vxoris, non aliorum.*

13 *Alimenta debita vxori propter dotem, non tranſeunt ad hæredes.*

14 *Promiſſionis cauſa ceſſante ceſſat & ipſa promiſſio.*

15 *Maritus ſtipulando non poteſt acquirere actionem vxori.*

16 *Pactum vnius alteri non prodeſt.*

17 *Dos ſoluto matrimonio per mortem vxoris non eſt mariti, ſed filiorum.*

18 *Vſusfructus competens matri in bonis maternis competit ei, tamquam patri, non tamquam marito.*

19 *Dotis interuſurium non debetur marito, niſi dos ei debeatur, vt marito.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

VISO dotis inſtrumento, neque diligen
ter penpenſa puto de iure non teneri
DD. fratres de Palmijs ad ſolutionem
interuſurij dotalis à die ſoluti matrimonij nõ
obſtante, quod extent ex prædefuncta muliere
liberi, motus his potiſſimum fundamentis, &
Primò, quia faciliùs debetur interuſuriũ do-
tis ex mora, quam ex conuentione: nam ex mo
1 ra debetur conſtante matrimonio, † *cap. ſalubri
ter extr. de vſur. & tradunt Bar. in l. At, qui natu-
ra. 20. §. non tantum. num. 1 ff. de negot. geſt. in l. in
inſulam. 43. §. vſuras. num. 3. ff. ſol. matr. & conſilio
128. num. 2. lib. 1. Caſtr. in l. diuortio. 8. in prin. nu.
6. verſi. ſed ſi peteret. ff. ſol. matr. Alex. conſ. 74. num.
2. volum. 5. Soc. ſen. conſ. 179. num. 1. vol. 2. Peregr.
conſ. 88. num. 6. verſ. non obſtat. vol. 2.* & tamen
ſecundum veriorem, & tutiorem ſententiam
non debetur ex ſola conuentione, cum ſcilicet
maritus, qui terminum ſolutioni præfixit, pa-
ctus eſt, vt interim ſibi quid annuum ſoluatur
2 ſub nomine alimentorum vxoris, † *vt tradunt
Alex. conſ. 221. nume. 7. verſ. nec prædictis. volum.
2. Soc. ſen. conſ. 179. num. 1. volum. 2. & conſ. 130.
num. 10. vol. 4. Dec. conſ. 39. num. 5. Grau. conſilio
189. num. 7. verſ. quintus caſus Menoch. conſ. 907.
num.* 18. Nec enim illud annuum peti poteſt
tanquam intereſſe, cum intereſſe non debeatur
ſine mora, & pendente termino non poſſit de-
3 bitor moroſus cenſeri. † *l. lecta. 40. verſ. ſed, cum
fortis. ff. ſi cert. pet. Caſtr. conſ. 11. num. 4. verſ. ſed in
caſu noſtro. volum. 1. Alex. d. conſ. 221. nu. 7. verſ.
nec prædictis vol. 2. Pereg. conſ. 71. num. 13. volum.*
1. ſed petitur ex ſola vi conuentionis, & ſic vt
vſura; Sed ſic eſt, quod à die ſoluti matrimonij
non poteſt peti interuſurium dotale aut ab vxo
re, cui dos reſtitui debet, aut à marito, qui eam
lucratur ex vi ſtatuti, vel pacti, aut à liberis præ
defunctæ, qui matri ſuccedunt (prout in caſu
4 noſtro) etiam ſi mora facta ſit, † *vt de vxore
ſcribunt Bar. in d. l. At qui natura. 20. §. non tan-
tum num. 1. ff. de negot. geſt. in d. l. in inſulam. 43. §.
vſuris num. 3. ff. ſol. matr. & d. conſ. 123. num. 2. lib.
1. Abb. conſ. 74. num. 12. volum. 5. Soc. ſen. conſ. 88.
num. 22. volum. 4. Roll. conſ. 55. num. 18. volum. 2.
Grau. conſ. 189. num. 7. verſ. ſextus caſus. Menoch.
conſ. 440. num. 1. & conſ. 641. num. 20. De marito
vero Peregr. conſ. 9. num. 14. & conſ. 88. num. 4. &
ſeqq. vol. 2. Denique de liberis prædefunctæ, Peregr.
idem conſ. 99. num. 8. vol. 3.* Ergo multo minus
peti poterit ab eis ex ſola conuentione, quãdo
nulla mora interceſſit.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, imo conſuetu
dine receptum eſſe, vt poſſit maritus loco ali-
mentorum vxoris paciſci quid annuum donec
5 ſibi dos fuerit ſoluta, † *vt tradunt Couar. lib. 3.
varia. reſolut. cap. 1. nu. 3. verſ. 3. Mago. deciſ. Flor.
42. num. 11. & Peregr. conſ. 71. num. 18. volum. 1.*
quia reſpondeo primo, huiuſmodi pactum nõ
eſſe tutum, *vt tradunt DD. omnes, quos ſupra al-
legaui.* Secundò reſpondeo ſuſtineri pactum,
quando maritus diem ſolutioni non præfixit,
quo caſu debitor dotis eſt in mora ſaltem irre-
gulari, ſecus verò, quando præfiniuit terminum
6 ad ſoluendum, † *vt diſtinguendo ſcribit Grau. d.
conſ. 189. num. 7. verſ. ſextus caſus.* Tertiò reſpon-
deo dato, quod indiſtinctè toleretur conſtan-
te matrimonio, non tamen eſſe tolerandum, &
7 ſuſtinendum eo ſoluto, † *vt ait Roll. d. conſ. 55.
num. 20. volum. 2.* Nam conſtante matrimonio
toleratur propter onera, quæ, quia ceſſant eo
8 ſoluto, ideo ceſſare debet, & toleratio. † *cap. cũ
ceſſante de appellat. l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur.
patr.* Nec obſtat, quod adhuc videantur ſuper-
eſſe onera matrimonii propter liberos ſuperſti-
tes, qui inter ea connumerantur, quia reſpon-
deo mortua vxore liberos non dici amplius
onera matrimonij, cum non entis nullæ ſint
9 qualitates. † *l. eius, qui in prouincia. 41. ff. ſi cert.
pet.* ſed onera patris, quippè, qui tenetur eos ale
10 re. † *l. vn. §. ſileat. C. de rei vx. act. l. vlt. §. ipſum
autem. C. de bon. quæ lib.* Alioquin enim, ſi perſo-
næ, quæ inter onera matrimonij connumeran-
tur eo conſtante, efficerẽt ſuperſtites, vt adhuc
onera dici poſſent ſupereſſe, vtique dicendum
eſſet ea ſupereſſe, quando viuit vxor, quoniam
inter onera matrimonij connumerantur ma-
ritus, vxor, liberi, totaque familia, & tamen cer
tum eſt, per mariti mortem ſoluto matrimo-
nio dici onera finita, licet vxor ſuperſit, ideoq;
11 non deberi viduæ interuſurium dotis, † *vt tra-
dunt Alex. conſ. 74. num. 12. vol. 5. Roll. d. conſ. 55.
num. 20. volum. 2.* Non conſiderantur ergo per-
ſonarum onera tanquam onera matrimonij,
niſi eo conſtante.

Secundo moueor, quia in caſu noſtro pro-
miſſio annui interuſurij fuit facta in inſtrumẽ-
to dotali ſub nomine alimentorũ, & pro one-
ribus matrimonialibus, vti conſtat ex eius ver-
bis. Sed alimenta, & onera in hac materia in-
teruſurij dotalis ſemper intelliguntur reſpectu
12 ipſius vxoris, non verò eius hæredum, † *vt ſcri
bunt Alex. conſ. 74. in fi. vol. 5. Gabr. conſ. 20. num.
85. volum. 2.* Vnde alimenta, quæ ratione do-
tis debẽtur vxori, vel ex lege, vel ex ſtatuto, nõ
debentur eius hæredibus, ad quos tranſit dos,
13 † *vt ſcribunt Caſtr. in l. diuortio. 8. in prin. num. 5.
verſ. & animaduertendum. ff. ſol. matrm. & Gabr.
conſ. 152. num. 5. volum. 2.* Ergo talis promiſſio
debet cenſeri extincta poſt vxoris mortẽ, quia
ceſſante cauſa promiſſionis ceſſare debet, & ip
14 ſa promiſſio, † *late Tiraq. in reg. ceſſante cauſa
in litera P. nu. 224.*

Tertiò demum me potiſſimũ mouet illud,
quia non eſt tractandum hic de interuſurio cõ
uentionali, ſed de eo, quod debetur ex mora:
nam, licet hi DD. fratres promiſerint alimen-
ta ſiue interuſurium, illa tamen promiſſio fuit
facta marito pro ſe, & ſuis hæredibus ſtipulan-
ti, vt apparet ex inſtrumento. Itaque dato etiã
quod ſoluto matrimonio poſſet ex conuentio-
ne deberi interuſurium, procederet hoc, ſi tale
interuſurium eſſet ſoluendum marito, qui il-
lud eſt ſtipulatus, non verò, ſi ſit ſoluendum
alijs, puta vxori, aut eius hæredibus: Nec enim
conuentio, aut ſtipulatio mariti proficit vxo-
15 ri, aut eius hæredibus. † *l. multum intereſt. 6. in fi.
C. ſi quis alt. vel ſibi, & tradunt omnes in l. ſtipula-
tio iſta. 38. §. alteri. ff. de verb. oblig.* cum genera-
liter pactum vnius alteri non ſoleat prodeſſe,
16 † *l. ſi tibi decem 18. §. ſi pactus. ff. de pact.* Vnde, cũ
in caſu noſtro interuſurium non debeatur ma-
rito, qui dotem amplius non habet, ſed hære-
17 dibus vxoris nempe filijs, † *vt ſcribit Peregr. d.
conſ. 99. num. 5. volum. 3.* Conſequens eſt, vt eis
non poſſit tale interuſurium deberi ex conuen
tione, quæ nulla interceſſit, ſed tantum ex mo
ra. At quia ex mora deberi non poteſt primo,
quia

quia pendente termino nulla cenſetur facta mora, *vti ſupra dictum eſt.* Secundò, quia etiã ſi mora facta eſſet, tamen nõ deberetur interuſurium dotis hæredibus vxoris, *vti ſupra probatum eſt in primo fundamento.* Nullo igitur iure debetur. Nec obſtat, quod in caſu noſtro videatur adhuc ſoluendum interuſurium marito, qui ſucceſſit vni ex filijs, quia reſpondeo non deberi marito, vt marito, ſed vt hæredi hæredis vxoris, & ideo cum eo tractandum eſſe, tanquam cum hærede. Vnde, cum pro hæredibus vxoris nulla ſtet conuentio, conſequẽs eſt, vt nec dicatur ſtare pro marito. Denique non obſtat, quod habeat vſumfructum aliarũ partium, quæ pertinent ad filiam ſuperſtitem quia ſimiliter non habet eum tanquam maritus, ſed tanquã pater, & ex perſona filiæ, q̃ ha-
18 bet in poteſtate. † *l.1. C. de bon. mater. l. cum oportet. 6. in princ. C. de bon. quæ lib.* Quo fit, vt ei non debeatur interuſurium, quia non debetur
19 id marito, niſi, vt marito, † *vt ſcribit Socin. ſen. conſil. 88. num. 23. volum. 4.* Itaque verum eſt, *quod ait Peregr. d. conſi. 99. num. : volu. 3.* totum hoc interuſurij negotium à die mortis vxoris eſſe tractandum, & æſtimandum cum filijs, & hæredibus vxoris, pro quibus nulla ſtat conuentio, non verò cum marito, qui ſtipulatus fuerat interuſurium ſibi, & ſuis hæredibus. Quamobrem concludo nullo iure deberi tale interuſurium ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro Perilluſtr. D. Alexandro Berguntio Parmenſi.

CONSILIVM LXV.

ARGVMENTVM.

An, & quando inſtrumentum extractum ab originali Notarij defuncti probet Et, quando teſtes dicantur legitimè examinati, Et, an valeat diſpoſitio patris, qui prohibuit filio primi gradus detractionem legitimæ, & trebellianicæ, ita, vt ante quam filius ſe immiſceat hæreditati, debeat expreſsè renuntiare detractioni dictarum quartarum, aliàs eum inſtituit in ſola legitima, & in reſiduo inſtituit ſubſtitutos. Et, an, & quando ſententia lata poſt mortem rei valeat, ſi in perſonam procuratoris concipiatur, Et, quando nullitas ſententiæ dicatur notoria, Et, quando remedium cap. reintegranda, competat hæredi, Et, an inobedientia primi fideicommiſſarij noceat ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Extractum ab originali inualido nullam facit probationem.*
2 *Extracto non eſt adhibenda maior fides, quàm originali.*
3 *Inſtrumentum non ſolemne non probat.*
4 *Inſtrumentum non probat, ſi non ſit confectum iuxta ſtylum, & ſolitum ipſius notarij.*
5 *Extractum, vt ab originali ſumi poſſit, requiritur, originale habere omnes ſolemnitates requiſitas ad confectionem inſtrumenti.*
6 *Notarius, qui defuncti inſtrumentum redigit in publicam formam, nihil ei addere, vel detrahere poteſt.*
7 *Notarij imbreuiatura non ſubſcripta nõ probat, nec poteſt à commiſſario poſt mortem notarij redigi in publicam formam.*
8 *Inſtrumentum non probat, niſi conſtet de rogitu notarij.*
9 *Scriptura nõ reperta inter filcias notarij defuncti non poteſt redigi in formam publicam, Etiamſi poſtea reponatur in filcia nu. 10.*
11 *Inſtrumentum publicum facit plenam, & indubitatam fidem.*
12 *Teſtis examinatus inſtante parte plenè probat, etiamſi ſit ſingularis.*
13 *Teſtamentum extractum ab originali, quod, non ſolum a partibus, ſed etiam a Iudice fuit habitũ pro valido, non eſt in dubium reuocandum.*
14 *Stylus curiæ ſeruandus eſt.*
15 *Obſeruantia ſubſecuta ſupplet defectum, ſi quis ſubſit.*
16 *Clauſula, ſola veritate inſpecta, operatur, vt per eam cenſeantur ſublata omnes ſolemnitates, quæ ſunt iuris poſitiui.*
17 *Notario atteſtanti de facto proprio non eſt credendum, Niſi in loco adſit conſuetudo contraria nu. 18. vel, niſi tractetur de executione cõmiſſionis, de qua conſtat aliunde nu. 19.*
20 *Teſtium examinatio facta non citata, nec monita parte non valet.*
21 *Teſtium in examinatione non ſufficit partem eſſe monitam generaliter, ſed requiritur monito ſpecialis.*
22 *Teſtes minus ſolemniter examinati fidem faciunt apud bonos, & probatos viros, qui ſola facti veritate inſpecta iudicant, maximè, ſi teſtes ſint omni exceptione maiores. nu. 23.*
24 *Termino primo circunducto neceſſaria eſt noua monitio.*
25 *Fideicommiſſum petere non poteſt, qui non erat natus, nec conceptus tempore mortis teſtatoris, Declara, vt nu. 26.*
27 *Pater non poteſt grauare filium in legitima, nec eius detractionem prohibere.*
28 *Trebellianica non poteſt prohiberi filio primi gradus.*
29 *Directo quod fieri prohibetur, non debet per indirectum licere.*
30 *Pater non poteſt grauare filium in legitima, etiãſi relinquat plus, quam ſit eius quantitas, Sed contra num. 40.*
31 *Fraudibus via aperiri non debet.*
32 *Legitimæ impoſitum grauamen reijcitur, etiamſi teſtator adiecerit pœnam, Sed contra nume. 43. & 52.*
33 *Pater vltra legitimam, & eius fructus poteſt liberè de bonis ſuis diſponere.*
34 *Pater poteſt relinquere extraneo, quod eſt ſupra legitimam filiorum.*
35 *Grauare poſſum, quem honoro.*
36 *Filius cenſetur habere ex voluntate, & diſpoſitione patris, quod excedit legitimam.*
37 *Legitima tollitur per exhæredationem.*
38 *Exhæredatio non adimit filio propria illius bona.*
39 *Filius a patre inſtitutus, & grauatus ea lege, ne poſſit detrahere fideicommiſſum ſibi debitũ, agnoſcendo patris hæreditatem ſibi præiudicat.*
41 *Grauatus reſtituere non ſolum bona teſtatoris, ſed etiam propria, tenetur etiam propria reſtituere,*

quatenus fructum, medio tempore percepti ex hæreditate teſtatoris patiuntur.

42 *Pater poteſt grauare filium, vt reſtituat fructus perceptos ex reſiduo hæreditatis, ſi velit legitimã detrahere.*

43 *Pater poteſt prohibere filio detractionem legitimæ, & trebellianica, & in caſum contrauentionis poteſt eum priuare eo, quod excedit legitimam cum fructibus.*

44 *Filius renuntians detractioni legitimæ, & trebellianicæ ſibi præiudicat.*

45 *Eligens vnum ex alternatiuis cenſetur alteri renuntiare.*

46 *Acceptans vnum ex duobus incompatibilibus non poteſt ad aliud redire.*

47 *Renuntiatio ſpecialis requiritur, vt filius excludatur à legitima, Declara, vt nu. 48.*

49 *Generale dicitur, quod de pluribus intelligi poteſt, ſpeciale vero, quod non, niſi de vno.*

50 *Proteſtatio contraria facto nullius eſt momenti.*

51 *Filius non dicitur grauari in legitima, cum reſiduum ei relinquitur ſub conditione, ſi legitimæ renuntiauerit.*

52 *Filius poteſt grauari in legitima, ſi pœna adijciatur reſpectu reſidui.*

53 *Fraudem non facit, qui vtitur iure ſuo.*

54 *Pater non dicitur facere in fraudem legitimæ, ſi in caſum contrauentionis filio reſeruet legitimã cum fructibus.*

55 *Incertitudo euentus, qui ita poteſt afferre lucrum, vt damnum, facit, vt damnum poſtea contingens non cenſeatur iniquum.*

56 *Periculo ſeſe ſubijciens ſub ſpe maioris lucri ſibi debet imputare.*

57 *Sententia lata contra defunctum eſt ipſo iure nulla, niſi feratur in perſonam procuratoris, qui eſt factus dominus litis nu. 58. & qualiter tunc ſententia ſit concipienda nu. 59. & ſeqq.*

61 *Officij ſola mentio, puta quia nominetur aliquis tutor, aut curator, aut procurator ſufficit ad hoc, ut teneatur proprio nomine.*

63 *Tutor datus naturalis, & à Iudice confirmatus, cenſetur legitimus.*

64 *Sententiæ nullitas debet eſſe notoria ad hoc, vt contra ſententias conformes quis audiri poſſit.*

65 *Sententia non dicitur notoriè nulla, niſi contineat manifeſtum errorem iuris expreſſum in ſententia;*

66 *Sententia lata contra communem DD. opinionem non eſt ipſo iure nulla.*

67 *Sententia lata contra deciſiones Rotæ valet, & tranſit in rem iudicatam.*

68 *Poſſeſſio defuncti non continuatur in hæredem ex vi conſtitutionis, ſi apud defunctum erat ex cauſa non tranſitoria ad hæredes.*

69 *Poſſeſſio defuncti continuatur ex vi conſtitutionis in ſubſtitutum vulgarem.*

70 *Subſtitutio vulgaris habet locum etiam poſt agnitionem hæredis, ſi is poſtea ob inobedientiam priuetur hæreditate.*

71 *Inobediens non dicitur, qui non habuit notitiam teſtamenti.*

72 *Tempus non currit, niſi à die ſcientiæ.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

LITIS huius exitum ancipitem primo aſpectu, dubiumque reddidiſſe videntur elegantiſſima motiua, quæ Illuſtriſs. Dominus Comes Philibertus Plozaſcus cauſæ relator, & nunc in excelſo Placentiæ Conſilio Propræſes meritiſſimus, mihique perpetuo colendiſſimus excitauit: Nam in iis mira quadam breuitate, ac methodo complexus eſt, quicquid actoris intentioni refragari, & rei defenſioni fauere videtur. Et, licet motiua re vera non obſint Dom. Alexandro, quippè, cuius intentio fundata eſt in clara diſpoſitione teſtatoris, qui & voluit, & potuit id, quod hodiè reuocatur in controuerſiam, vt mox oſtendam, nihilominus id effecerunt, vt prima fronte dubium videatur, quod alioquin per ſe clarum erat. Verùm pro ingenij mei tenuitate conabor eius obiectionibus reſpondere, & oſtendere, iuſtiſſimam eſſe petitionem Dom. Alexandri, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium allegatis. Hoc autem, vt efficiã, propono diſcutiendas quinque principales dubitationes, ad quas effectu omnia motiua rediguntur: Prima enim dubitatio eſt, an legitimè conſtet de voluntate, & diſpoſitione Domini Sigiſmundi Berguntij, à quo fideicommiſſum ſupponitur ordinatum. Secunda poſito, quod cenſeatur legitimè de ea conſtare, an ex parte Dom Alexandri cenſeantur probata extrema neceſſaria ad hoc, vt agere poſſit ex cauſa fideicommiſſi, Tertia an Dominus Paulus Iulius hodiè ſit audiendus aduerſus ſententias conformes. Quarta, an ſit reſtituendus aduerſis ſpolium ſuppoſitum. Quinta demum, an Domino Alexandro nunc agenti obſtet exceptio inobſeruantiæ eorum, quæ teſtator omnibus ſucceſſoribus iniunxit.

Et in prima quidem dubitatione videtetur primo aſpectu dicendum non conſtare legitimè de voluntate, & diſpoſitione teſtatoris, quia teſtamentum à Domino Alexandro productum fuit extractum ab originali non habẽte ſolemnitates requiſitas, & ideo tanquam ſumptum à radice infecta nullam facit proba-
1 tionem, † *vt ſcribunt Pariſ. conſil. 27. nume. 14. volum 2. Rollan. conſil. 32. num. 26. volum. 2. & conſil. 26. num. 11. volum. 3. Honded. conſi. 66. nu. 101. volum. 1. Surd. conſi. 187. nu. 13.* Nec enim maior eſt habenda fides extracto, quam origi-
2 nali, † *vt ſcribunt Alexan. conſil. 104. numero 11. & conſil. 175. num. 3. volum. 7. Pariſ. d. conſilio 27. num. 13. volum. 2. Honded. d. conſ. 66. nu. 1 1. volum. 1.* Fuiſſe autem ſumptum ab originali non habente requiſita ad faciendam fidem videtur probari.

Primò ex eo, quia non fuit in eius confectione ſeruata forma requiſita à ſtatutis, & ordinationibus tam Parmæ, quam Collegij DD. notariorum eiuſdem ciuitatis, quatenus requirunt interuentum ſecundi notarij, qui ſe ſubſcribat, vel ab ſubſcribendum rogetur, *vti conſtat ex lib. 2. ſtatut. Parm. tit. de mod. obſ. in teſta. & codic. & ex lib. 2. ſtat. DD. notar. tit. de num. notar.* Nam, cum huiuſmodi ſolemnitas non fuerit ſeruata in prædicto originali, Conſequens videtur, vt id tanquam informe nõ probet Dominum Sigiſmundum feciſſe teſtamen-
3 tum, † *vt ſcribunt Angel. conſil. 275. numero 2. verſic. tertio. Caſtr. conſil. 291. num. 4. verſic. præterea volum. 1. Pariſ. d. conſ. 27. nu. 1. & ſeqq. vol. 2. Ceph. conſ. 409. nu. 4. Hond. d. cõſ. 66. nu. 30. vol. 3.* maximè, cum hoc ſit contra ſtylum, & conſuetudinem ipſiuſmet notarij, quippè qui in om-

nibus

nibus alijs ſuis inſtrumentis conſueuit appo-
nere talẽ rogitum ſaltem per clauſulam cate-
tatam. Quo ſtante prædictum onginale nul-
4 lam videtur mereri fidem, † *ſecundum Caſtr. conſil.* 195. *num.* 1. *verſic. ſatis enim, volum.* 2. *Boer. deciſ.* 37. *in fin. Surd. d. conſil.* 187. *num.* 19. & per
conſequentias non potuit ab eo deſumi vali
dum inſtrumentum, quia, vt hoc fieri poſſit,
neceſſarium eſt, originale continere omnes
ſolemnitates requiſitas ad confectionem in-
5 ſtrumenti, † *vt ſcribunt Caſtr. in l. hac conſultiſ-
ſima.* 21. *in prin. num.* 5. *C. de teſtamen. Alex. conſ.* 153. *num.* 12. *volum.* 2. *Pariſ. d. conſil.* 27. *numero* 4. *volum.* 2. *Purpu. conſil.* 572. *num.* 10. *& conſilio* 581. *num.* 18. *Cephal. d. conſil.* 409. *num.* 26. *Crau. conſil.* 216. *num.* 5. *Rollan. d. conſil.* 32. *numero* 27. *volum.* 2. *Surd. d. conſ.* 187. *nu.* 11. cum notarius,
qui defuncti inſtrumentum redigit in publi-
cam formam, nihil ei poſſit addere, vel detra
6 here, † *ſecundum Alex. d. conſ.* 153. *nu.* 12. *&* 14. *vol.* 2. *Roll. d. conſ.* 32. *num.* 30. *vol.* 2. *Surd. d. conſi.* 187. *num.* 12.

Secundò verò multo magis hoc videtur di-
cendum in caſu noſtro, in quo deficit etiam
ſubſcriptio, ſiue nomen ipſius notarij, qui
ſupponitur de teſtamento rogatus: nam ſine
ſubſcriptione imbreuiatura defuncti non pro-
bat, nec poteſt à commiſſario redigi in publi-
7 cam formam, † *vt ſcribunt Pariſ. d. conſil.* 27. *num.* 5. *volum.* 2. *Purpu. d. conſil.* 572. *nume.* 2. *&* 3. *& d. conſil.* 581. *num.* 18. *verſic. & quod, Crau. d. conſil.* 216. *num.* 2. *Cephal. d. conſil.* 409. *numero* 37. *Rollan. d. conſil.* 32. *num.* 35. *volum.* 2. *Hond. d. conſil.* 66. *num.* 98. *volum.* 1. *vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum a Rota Florentina. Surd. d. conſi.* 187. *num.* 18. *&* 20. Maximè, quando non conſtat
notarium ipſum fuiſſe rogatum, prout non vi-
detur conſtare in caſu noſtro: tunc enim ſine
dubio originale nullius eſt authoritatis, & fi-
dei, nec ab eo poteſt validum inſtrumentum
8 deſumi, † *vt ſcribunt Angel. conſil.* 230. *num.* 3. *Alexan. d. conſil.* 153. *num.* 13. *volum.* 2. *Pariſ. d. conſil.* 27. *num.* 7. *volum.* 2. *Bertr. conſil.* 2. *numero* 19. *verſic. quibus, & num.* 20. *volum.* 2. *Purpur. d. conſil.* 572. *num.* 5. *verſic. ex quibus, & num.* 7. *& d. conſil.* 581. *num.* 18. *verſic. & quod, Cephal. d. conſi.* 409. *num.* 39. *Rollan. d. conſil.* 32. *numero* 29. *&* 36. *volum.* 2. *Hond. d. conſil.* 66. *num.* 31. *&* 93. *volum.* 1.

Tertiò vel eo magis hoc videtur dicendum
in caſu noſtro, in quo prædictum originale
tempore mortis notarij non fuit repertum in-
ter ipſius protocolla, ſed extra filcias: Nam
hoc ſtante non potuit ab eo deſumi publicum
9 inſtrumentum, † *vt ſcribunt Alexan. d. conſilio* 153. *num.* 13. *volum.* 2. *Bertr. d. conſil.* 2. *num.* 19. *verſic. pro quo allegaſſe, volum.* 2. *Purpu. d. conſil.* 572. *num.* 3. *& d. conſil.* 581. *num.* 18. *verſic. infert. Crau. d. conſil.* 216. *num.* 8. *Cephal. d. conſi.* 409. *num.* 36. *Hond. d. conſi.* 66. *num.* 35. *&* 97. *volum.* 1. *Surd. d. conſil.* 187. *num.* 36. dato etiam, quod
10 poſtea fuerit repertum in filcia, † *vt ſcripſe-
runt Bertran. d. conſilio* 2. *numero* 19. *verſicu. pro quo allegaſſe, volum.* 2. *Surd. d. conſilio* 187. *numero* 37.

His tamen non obſtantibus contrarium de
iure verius eſſe puto, ſcilicet inſtrumentum
productum legitimè probare teſtamentum,
& diſpoſitionem Domini Sigiſmundi, ita, vt
de hac re non poſſit hodiè probabiliter dubi-
tari; Nam cum fuerit extractum ab habente
poteſtatem, nempè a Domino Iulio Terrarubea concessionario generali rogituum Dom.
Georgij Recordati, de qua conceſſione rea-
liter facta eſt fides in actis, prout erat neceſ-
ſarium, & fuerit extractum ab originali, cui
nihil re vera deeſt ex ſubſtantialibus, & requi-
ſitis ad ſui validitatem, *vt oſtendam in reſpon-
ſionibus ad contraria*, Conſequens eſt, vt plenã,
11 & dubitatam faciat probationem. † *cap. cum P. Tabellio, & ibi omnes not. extr. de fid. inſtrum. & ſcribunt Rollan. d. conſil.* 32. *num.* 16. *volum.* 2. *Gramm. deciſ.* 106. *num.* 1. Maximè, cum eius
veritas corroboretur multis alijs circumſtan-
tijs, quæ rem ponunt extra omnem dubita-
tionem.

Primùm enim corroboratur confeſſione ip-
ſiuſmet teſtatoris facta in duobus codicillis
conditis poſt teſtamentum, & receptis ab eo-
dem notario Recordato, in quibus ſupponit,
ſe feciſſe prædictum teſtamentum rogatum di-
cto D. Georgio, & ad illud ſe refert.

Secundò corroboratur dictis vxoris prædi-
cti Domini Georgij, quæ deponit maritum
ſuum paulo ante mortem ſubſcripſiſſe, & ſub-
ſignaſſe copiam teſtamenti Domini Sigiſmun
di, quàm extraxerat à prædicto originali, quod
recognoſcit. Et, cum fuerit examinata in-
ſtante parte, non eſt dubitandum, quin ple-
12 nè probet, etiamſi eſſet ſingularis, † *vt ſcri-
bunt Socin. iun. conſilio* 69. *numero* 11. *volum.* 1. *Cephal. conſilio* 65. *num.* 55. *& conſil.* 141. *numero* 16. *Surd. conſil.* 19. *num.* 13. *conſil.* 40. *num.* 20. *& conſil.* 61. *num.* 40.

Tertiò confirmatur ex eo, quia dicta copia
authentica de mãdato Sereniſſimi Ducis per-
uenit ad manus Domini Iulij Cæſaris hæredis,
vt conſtat ex inſtrumento ſolutionis merce-
dis, & ex depoſitionibus teſtium, nec non ex
conſilio Menoch. 53. vbi profitetur, ſe ſcri-
bere ad inſtantiam prædicti Dom. Iulij Cæſa-
ris, qui volebat inſtrui de ijs, quæ ſibi erant
agenda ex cauſa prædicti teſtamenti, quod ad
eius manus peruenerat.

Quartò confert, quia prædicta copia authẽ-
tica fuit eidem Domino Iulio Cæſari inthi-
mata ad inſtantiam Domini Iacobi Berguntij
fideicommiſſarij eum interpellantis ad obſer-
uantiam diſpoſitorum in prædicto teſtamen-
to, vt apparet ex actis.

Quintò, vel eo minus hodiè poteſt in dubiũ
reuocari, quo conſtat prædictum hæredem in
executionem teſtamenti, & obſeruantiam eo-
rum, quæ fuerant à teſtatore diſpoſita, innume
ra feciſſe tanquam hæredem ibi inſtitutum à
Domino Sigiſmundo: Nam, & legata, & de-
bita multa ſoluit, & beneficium erexit, & con-
tulit erectum, Quinimo legitimam, & trebel-
lianicã fideicommiſſo ſuppoſuit, & id genus
alia fecit, quæ D. Sigiſmundus in prædicto te-
ſtamento fieri præceperat, de quibus omnibus
conſtat ex publicis inſtrumentis, quæ leguntur
in actis.

Sextò ex cauſa fideicommiſſi in prædicto
teſtamento ordinati fuerunt agitatæ lites in-
ter Dominum Iacobum, & Dominum Iulium
Cæſarem hæredem, mox inter Dominum Pau
lum Iulium, & prædictum Dominum Iacobũ,
Denique inter Dominũ Alexandrum, & eun-
dem Dom. Paulum Iulium, in quibus omni-

bus, tam per poſitiones, & reſponſiones, quam per capitula expreſſe dictum eſt, etiam ex parte Domini Iulij Cæſaris, & Domini Pauli Iulij fuiſſe à Domino Sigiſmundo condium prædictum teſtamentum, & ſuper hoc fuerunt latæ tres ſententiæ, quæ omnes ſupponunt prædictum teſtamentum, & eius validitatem, ideoque non poteſt hodiè fi-
13 des eius in dubium reuocari, † *vt in terminis teſtamenti extracti ab originali, quod fuit obſeruatum, & ſecundum cuius tenorem factæ ſunt ſolutiones, & lata ſententiæ ſcribunt Cyn. inter conſil. Bald. poſt conſil. 400. volum. 4. Bald. conſil. 402. in fin. volum. 5. quos refert, & ſequitur Crau. conſil. 158. num. 1. & conſ. 274. num. 7. & poſt eum Gramm. deciſ. 106. nu. 9.*

Neque obſtant contraria: Nam ad id, quod dictum eſt, fuiſſe hoc teſtamentum extractum ab originali non habente ſolemnitates requiſitas reſpondeo hoc in facto non eſſe verum, quod facilè erit intelligere, ſi ſingulos defectus, qui opponuntur, conſiderauerimus.

Primùm enim verum non eſt, fuiſſe omiſſum rogitum ſecundi notarij, quia in originali leguntur hæc verba, *Et præſente etiam Domino Cornelio Siluagno f. q. Dom. Io. Franciſci viciniæ S. Blaſij notario &c. pro ſecundo notario*. Nec obſtat, quod ex his verbis non conſtet eum fuiſſe rogatum pro ſecundo notario, prout erat neceſſarium, quia reſpondeo, imo de hoc conſtare ex illa dictione &c. quæ in hoc caſu non poteſt aliud ſignificare, quam rogitum. Nec eſt vis in eo facienda, quod illa dictio &c. ponitur ante illa verba, *pro ſecundo notario*, cum alioquin Dom. Georgius in alijs inſtrumentis ſoleret eam ſcribere poſt verba prædicta ad ſignificandum rogitum, quia, cum eundem habeat ſenſum, ſiue antea, ſiue poſt ſcribatur, non eſt in ordine ſcripturæ vis aliqua facienda. *l. cum pater. 79. §. pdei tua. ff. de leg. ſecundo.* ſiue enim dicatur, *notario, &c. pro ſecundo notario*, ſiue, *pro ſecundo notario &c.* ſemper hoc ſignificat notarium illum fuiſſe rogatum, vt interueniret pro ſecundo notario.

Secundò verò non deficit in originali nomen, & rogitus notarij principalis, prout ſupponitur in motiuis, quia leguntur hæc verba, *Rogatum per me Georgium Recordatum notarium Parmenſem*. Et, quamuis commiſſarius hæc verba non tranſcripſerit in extracto, non tamen hoc debet obeſſe, tum quia moris eſt, & conſuetudinis notariorum Parmenſium, vt extrahentes non ſoleant referre ſubſcriptionem notarij mortui, vt apparet ex varijs inſtrumentis productis in actis, qui ſtilus debet
14 attendi, † *vt ſcribunt Bart. in l. de quibus 31. nu. 22. ff. de legib. Dec. in l. edita. 3. num. 2. C. de eden. Curt. iun. conſil. 162. numero 2. Afflict. deciſ. 253. numero 4. Sol. ſup. decret. Sabau. in titu. de oppoſ. contr. form. extrah. inſtru. gl. 2. numero 7. Menoc. conſil. 270. num. 19.* tum etiam, quia defectus extracti debet ab originali, de quo conſtat, ſuppleri. *Authen. ſi quis in aliquo, & ibi omnes, C. de edend.*

Tertiò non obſtat, quod prædictum originale non eſſet in filcia, quia reſpondeo ſufficere, ſi fuerit inuentum inter ſcripturas notarij defuncti, prout inuentum eſt originale prædicti teſtamenti, vti conſtat ex ipſamet depoſitione vxoris Domini Georgij, dum ait, originale fuiſſe in arca, in qua marius cuſtodiebat ſuas ſcripturas: Dd. enim, qui negant poſſe extrahi inſtrumentum ab originali, loquuntur de eo, quod non eſt repertum inter ſcripturas notarij defuncti, ſed apud tertium, *vti videre eſt apud eos, quos in contrarium allegauimus, & ita ſpec e apud Hond. d. conſilio 66. numero 97. volum. 1.* Ideoque, ſi inter ſcripturas inuentum ſit, non obſcurè ſignificant extrahi poſſe. Quod faciliùs admittendum eſt, quando (prout in caſu noſtro) conſtat de cauſa, propter quam non fuit inuentum in filcia: nam cauſa eſt, quia notarius à prædicto originali copiam extraxerat, & morbo præuentus, nec reponere originale in filciam, nec ſe ſe ſubſcribere copiæ prædictæ potuerat, cum hoc facere coactus ſit in lecto, paulo ante mortem, vt eius vxor depoſuit. Itaque ex his apparet, nullum re vera ſubeſſe defectum, qui fidem originalis aliquo modo debilitare poſſit. Sed & fortiùs etiamſi qualis qualis defectus ſubeſſet, cenſeretur is ab obſeruantia
15 ſubſecuta ſuppletus, † *ſecundum Crau. d. conſil. 158. nu. 1. & d. conſ. 274. nu. 7.*

Secunda ſuccedit dubitatio, poſito, quod legitimè conſtet de teſtamento, nunquid Dom. Alexander cenſeatur probaſſe omnia extrema neceſſaria ad hoc, vt poſſit bona, quaſi ſubiecta fideicommiſſo vindicare. Et breuiter agẽdo, vtporè in re, quæ minorem habet dubitationem, puto ſufficienter eum omnia neceſſaria probaſſe, ſiue reſpiciamus mortem grauati, ſiue mortem eorum omnium, qui primo gradu fuerant ſubſtituti, ſiue etiam qualitates requiſitas in perſona ipſius Dom. Alexandri, quod ſcilicet ſit agnatus proximior teſtatoris, & ſemper habitauerit in Ciuitate Parmæ, ac detulerit inſignia familiæ de Berguntijs, ſiue demum identitatem bonorum, quæ teſtator mortis ſuæ tempore poſſidebat: Nam hæc omnia, quæ neceſſariò probanda ſunt ei, qui venit, quaſi vocatus ex ſecundo fideicommiſſi gradu ad bona teſtatoris iuxta ipſius diſpoſitionem, plenè fuerunt, & teſtium dictis, & ſcripturarum productione comprobata, vti latiſſimè demonſtratur in ſummario thematis. Et quoniam hæc in facto potius, quàm in iure conſiſtunt, ideo non putaui mihi in eorum comprobatione laborandum, ſed ſolummodo reſpondendum ijs, quæ circa hũc articulum in motiuis obijciuntur.

Opponitur autem Primò, teſtes ad inſtantiam Domini Alexandri videri nulliter examinatos, quia interrogátor non iurauit, prout requiritur ex forma conſtitutionum *in rub. de form. proced. in cauſ. ciuil. §. articulis autem exhibitis*, qua forma non ſeruata ſequitur examinationis actũ eſſe nullum. *l. ſi vnus 12. Cod. de teſtamen. cum ſimilibus, latè Viu. deciſ. 336. per tot.*

Verùm reſpondeo primo, formam hanc deferendi iuramentum interrogatori pertinere quidem ad eas cauſas, quæ agitantur coram Illuſtr. Domino Auditore ciuilium Parmæ, ſed non ad eas, quæ agitantur coram excelſo Conſilio, cui non legitur talis forma præſcripta, ideoque non tenetur illam ſeruare, cum in huiuſmodi cauſis procedatur ſola facti veritate inſpecta, cuius vis eſt, vt per

eam

eam cenſeantur ſublatæ omnes ſolemnitates,
26 quæ ſunt iuris poſitiui, † *vt latè oſtendit Ozaſ. deciſ. 1. num. 20.*

Secundò reſpondeo, imo formam ſupradictam fuiſſe in huiuſmodi examinatione obſeruatam, quia perilluſtr. Dom. Gubernator Parmæ ex mandato excelſi Conſilij detulit iuramentum interrogatori, & ſcriptori, prout legitur in actis.

Nec obſtat, quod de hac delatione non conſtet, niſi ex actis conſcriptis ab eodemmet interrogatore, cui tanquam in facto proprio at-
27 teſtanti non videtur credendum, † *vt videtur eſſe magis communis opinio teſte Maſcar. conclu. 1101. num. 16. & ſequen. & Caualc. in ſuo tract. comm. contra comm. quæſtio. 376.* quia reſpondeo primò, imo etiam actuario cauſæ atteſtanti de facto proprio, puta de commiſſione ſibi facta credi, quando talis eſt conſuetudo in il-
28 lo tribunali, † *vt ſcribunt Aret. conſil. 36. colum. fin. Cagno. in l. ſi librarius num. 46. ff. de reg. iur. quod refert, & ſequitur Maſcard. d. conclu. 1101. num. 25.* prout eſſe ſupponitur in caſu noſtro: nam ſolent actuarij, quibus, vt plurimum examinationis officium committitur, rogare iuramenta ſibi à iudice delata, vt conſtat ex multis rogationibus productis in actis. Secundò circunſcripta etiam conſuetudine reſpondeo, DD. qui tradunt, non credi actuario, loqui, quando notarius atteſtatur de commiſſione ſibi facta, a qua debet eius authoritas, & poteſtas æſtimari. Cæterum, quando de ipſa commiſſione conſtat aliunde, & agitur de iis, quæ reſpiciunt executionem ipſius commiſſionis, fatentur omnes ei credi, etiamſi at-
29 teſtetur de facto proprio, † *vti videre eſt apud Bald. in l. Iudices 17. in fin. C. de fide inſtrumen. Dec. conſil. 42. nume. 5. Maſcard. d. conclu. 1101. num. 23.* Vnde, cum in caſu noſtro de commiſſione conſtet aliunde, & tractetur tantum de præſtatione iuramenti facta pro executione ipſius commiſſionis, conſequens eſt, vt potuerit ab ipſomet interrogatore rogari, & in hoc ei ſit credendum.

Secundò opponitur, prædictas atteſtationes nullius eſſe momenti eo, quod teſtes fuerunt examinati parte non citata, nec monita ad videndum illis deferri iuramentum, prout erat
20 neceſſarium. † *cap. in nomine Domini. 2. de teſtib. l. ſi quando. 15. vbi glo. in verb. noluerint, & Auth. ſed etſi quis. C. eod. Bart. in l. maritus. 20. num. 3. in fin. ff. de quæſtio. Alexan. conſil. 180. numero 8. volum. 2. cum ſimilibus.* Et quamuis fuerit facta monitio pro ſingulis diebus, & horis ad videndum illis deferri iuramentum, hæc tamen, tanquam generalis non videtur ſuf-
31 ficere, ſed ſpecialis monitio requiritur, † *ſecundum Bald. conſil. 268. nume. 1. volum. 1. Marant. in ſuo ſpecul. part. 6. membr. 1. de citat. numero 118. Vin. deciſ. 154. num. 3. vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum.*

Verùm reſpondeo, Primò defectum citationis non nocere, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, prout proceditur in excelſo Placentiæ Conſilio: nam teſtes etiam non citata parte, & ſic minus ſolemniter examinati fidem faciunt apud bonos, & probatos viros, qui ſola facti veritate inſpecta iudicant,
32 † *vt ſcribunt Crau. conſil. 198. in fin. Gabr. in tit. de citat. conclu. 1. num. 341. Menoch. conſ. 422. num. 21.* Et, quanquam hæc opinio non careat dubio, propterea quod pleriquè contrarium tenuerunt, tamen, quando teſtes ſunt omni exceptione maiores, prout eſſe ſuppono multos in caſu noſtro, res procedit ſine difficulta-
23 te, † *vt ſcribunt Burſ. conſ. 345. num. 26. Gabr. d. concl. 1. nu. 474.*

Secundò reſpondeo, imo in caſu noſtro fuiſſe factam monitionem pro ſingulis diebus, & horis, quæ ſufficit non obſtantibus iis, quæ dicuntur in motiuis: nam DD. in contrarium allegati loquuntur de citatione generali, quæ fit ad totam cauſam, & omnes eius actus: talis enim citatio non ſufficit, quoad actus ſingulares, & maximè, quoad prolationem ſententiæ, ſed pro eius validitate requiritur citatio ſpecialis ad illum actum; In caſu autem noſtro monitio, quæ fuit facta, non eſt generalis, ſed ſpecialis ad videndum deferri iuramentũ: ſolum enim generalis videtur reſpectu temporis, cum dictum [illegible], pro [illegible] ſingulis diebus, & horis, ſed hoc non vitiat monitionem, quippè, quæ intelligitur intra tempus ad faciendam probationem præfinitum, *ſecundum Guidop. q. 125.* Imo tutius eſt; quam exprimere certum diem, & horã, quia, ſi certus dies exprimatur, licet poſtea adijciatur, & alijs diebus ſequentibus, nihilominus circunducto primo termi-
24 no neceſſaria eſſet noua monitio, † *vt ſcribit Sola in tit. de temp. quo trad. deb. inter. gl. 4. num. 5.* quæ neceſſaria non eſt, quoties ſimpliciter fit pro ſingulis diebus, & horis. Et ita de ſtilo ſolet obſeruari, prout mihi in facto ſupponitur.

Tertiò obijcitur in motiuis, nõ probaſſe D. Alexandrum id, quod erat neceſſarium, ſcilicet DD. Sebaſtianum Stephanum, ac Iacobũ primo loco ſubſtitutos deceſſiſſe ſine filijs maſculis, & ſimili modo opponitur quarto loco eum non probaſſe, ſe eſſe proximiorem agnatum habentem qualitates requiſitas ex diſpoſitione teſtatoris. Sed huiuſmodi motiua plenè remanent reſoluta ex actis; ex quibus conſtat, imo D. Alexandrum hæc omnia concludẽter probaſſe, *vt oſtenditur in ſummario thematis pag. 27. verſ. Nonum vero, & plenius demonſtratur in inſtructione nouiſſimè data fo. 5. & 6.* vt proinde mihi non ſit ſuper his, tanquam in facto conſiſtentibus diutiùs immorandum.

Quintò opponitur, non videri D. Alexandrum ad huius fideicommiſſi petitionem admittendũ, propterea quod non erat natus, nec
25 conceptus tempore mortis teſtatoris. † *l. ſi cognatis. 20. ff. de reb. dub. l. cum ita. 33. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. & ſcribunt Soc. ſen. in d. l. ſi cognatis, nu. 30. Rum. conſ. 22. nu. 7. vol. 2. Soc. iun. conſ. 172. nu. 1. vol. 2. vbi teſtatur hanc eſſe communem Alcia. conſ. 495. nu. 1. Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 9. nu. 84. & 85. Roll. conſ. 70. nu. 9. vol. 3. Men. conſ. 106. nu. 12. Pereg. de fid. art. 22. nu. 9.* ideoq; nec agnatus, nec cognatus teſtatoris dici poteſt. *l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnd. cogn. l. item prætor. 8. in prin. ff. de ſuis, & leg. §. cum autẽ verſ. planè inſt. de hær. quæ ab int. def.* cũ alioquin teſtator agnatum proximiorem vocarit.

Verùm reſpondeo, contrariũ procedere in fideicõmiſſis puris, nõ verò in cõditionalibus, & potiſſimũ iis, quæ tractum habent temporis ſucceſſiuũ, prout hẽt fideicõmiſſum ordinatũ à D. Sigiſmundo, quippè, qui vocauit primogenitos ſucceſſiuè in infinitũ: nã tunc ſine dubio

vocantur etiam ij, qui non erant nati tempore mortis teſtatoris, dummodo ſint nati tem-
26 pore, quo venit caſus fideicommiſſi, † *vt ſcribunt Ruin. conſil. 22. num. 13. volum. 2. Pariſ. conſ. 85. num. 32. volum. 2. Curt. iun. conſi. 111. numero 19. & conſil. 113. num. 11. Dec. conſil. 498. num. 19. verſic. non obſtat Virginiæ, Gabr. in titu. de verbo. ſignific. conclu. 1. num. 66. Rollan. conſ. 70. num. 22. vol. 3. Natt. conſ. 675. num. 4. Peregr. de fideic. artic. 19. num. 29.*

Tertia ſequitur dubitatio, nunquid Dom. Paulus Iulius poſſit hodie dicere de nullitate, aut iniuſtitia ſententiarum, quæ fuerunt in hac fideicommiſſaria cauſa prolatæ, & hoc modo impedire executionem petitam a Do. Alexandro. Et re diligenti, atq; matura conſideratione perpenſa puto de iure non poſſe, quod, vt exiſtimem duo potiſſimum me mouent fundamenta, Vnum, quia re vera nulla ſubeſt, aut nullitas, aut iniuſtitia, quæ probabilem poſſit Dom: Paulo Iulio querelæ cauſam præbere. Alterum verò, quia dato citra veri præiudicium, quod aliqua nullitas, aut iniuſtitia ſubeſſet, non tamen eſſet talis, propter quam Dominus Paulus Iulius deberet audiri aduerſus ſententias conformes, & earum executionem impedire. Nullam autem re vera ſubeſſe nullitatem, aut iniuſtitiam, facilè erit intelligere, ſi ſingulas perpenderimus cauſas, propter quas in monuis nullæ, aut ſaltem iniuſtæ ſententiæ ſupponuntur. Cauſæ autem tres potiſſimum allegantur.

Prima generalis reſpectu omnium ſententiarum, quæ ideo videntur nullæ, quia fuerunt latæ ex falſa cauſa, nempè ex falſo teſtamento, quod ſupponitur conditum à Domino Sigiſmundo, & tamen de eo legitimè non conſtat. Sed, cùm in prima dubitatione demonſtrauerimus, imo de eo legitimè conſtare; & inſtrumentum productum eſſe verum, & authenticum, nec in controuerſiam deduci poſſe, apparet, hanc primam nullitatis cauſam nullius eſſe momenti.

Secunda verò cauſa nullitatis, aut ſaltem iniuſtitiæ deducitur ex eo, quia ſupradictæ ſententiæ videntur latæ contra expreſſum ius conſtitutionum, dum declarant, potuiſſe Dominum Sigiſmundum prohibere filio detractionem legitimæ, & trebellianicæ, & ei præcipere, vt huic ſuæ diſpoſitioni nominatim conſentiat renuntiando ſpecialiter detractioni dictarum quartarum, ſub pœna priuationis hæreditatis detracta legitima, quod eſt contra ius conſtitutionis dicentis, non poſſe patrem grauare filium in legitima. *l. quoniam in prioribus, 32. C. de inoffic. teſtamen.* idcoque tales ſententiæ videntur ipſo iure nullæ. *l. 2. & ibi Barto. & aly, Cod. quand. prou. non eſt nec.* Verum neque ex hac cauſa, in qua ſola ſpes omnis Dom. Pauli Iulij conſiſtit, poteſt in prædictis ſententijs, aut nullitas, aut iniuſtitia conſiderari, Quod, vt apertè demonſtrem, neceſſariò videndum erit, an de iure valida cenſeri poſſit diſpoſitio Domini Sigiſmundi, dum grauauit filium reſtituere totam hæreditatem non detracta legitima, & trebellianica, & ei iuſſit, vt expreſsè debeat huic ſuæ diſpoſitioni conſentire, & ſpecialiter renuntiare detractioni prædictarum quartarum, quod ſi facere noluerit, appoſuit hanc pœnam, vt filius cenſeatur inſtitutus in ſola legitima, & in reſiduo cenſeantur inſtituti fideicommiſſarij.

Videretur autem prima facie dicendum huiuſmodi diſpoſitionem non eſſe de iure validam.

Primò, quia pater directò non poteſt filium grauare in legitima, & eius detractio-
27 nem prohibere. † *d. l. quoniam in prioribus 32. Cod. de inoffic. teſtamen.* quemadmodum nec detractionem trebellianicæ; quando tractatur de filio primi gradus, ſecundum receptio-
28 rem opinionem. † *l. iubemus. 6. in princ. & ibi not. omnes. Cod. ad Trebellian.* Ergo nec poteſt id facere per indirectum, quia non debet per indirectum licere, quod directò fieri prohi-
29 bitur. † *l. cum hi. 8. §. ſi, cum lis. ff. de tranſactio.* Sed diſponendo modo ſupradicto dubium non videtur, quin pater cenſeatur per indirectum filio legitimam, & trebellianicam auferre, quia hoc modo remanent huiuſmodi quartæ taliter ſuppoſitæ fideicommiſſo, nec ab eo detrahi poſſunt. Ergo non debet huiuſmodi diſpoſitio permitti, nec cenſeri de iure valida.

Et, ſi dicatur; hoc non procedere, quando pater reliquit filio plus, quam ſit legitima, videtur poſſe replicari, imo contrarium eſſe
30 verius, † *vt in ſpecie, & reprobando Cuma. ſcripſerunt Alexan. in l. in fideicommiſſaria. 18. numero 6. ff. ad Trebellian. Socin. ſen. conſil. 82. numero 31. volum. 4. Clarc. conſil. 580. num. 6. Gabr. lib. 4. tit. de legit. concl. 1. num. 41. Mantic. de coniec. vlt volun. lib. 7. tit. 10. num. 18. Craſſ. in §. legitima quæſt. 39. num. 4. & 13. Mago. deciſ. Luc. 85. num. 3.*

Secundò videtur hoc ipſum ſuaderi ea ratione, quia poſita validitate huiuſce diſpoſitionis, & cautelæ aperitur via fraudibus: nam pater, qui alioquin non poteſt priuare filium legitima, & trebellianica, facilè poterit illum fraudare, & ab huiuſmodi quartis excludere ſeruata hac cautela; quod non eſt,
31 ferendum: Nec enim fraudibus debet aperiri via. † *l. in fundo. 39. ff. de rei vind. cap. fides 15. extr. de reſcrip.*

Tertiò videtur hoc apertè comprobari. *l. Seius, & Augerius. 27. ff. ad l. Falcid.* vbi diſpoſitio teſtatoris priuantis inſtitutum hæreditate, ſi noluerit promittere, ſe non detracturum Falcidiam, reprobatur, quaſi facta in fraudem legis. Ergo arguendo a falcidia ad alias quartas debet etiam reprobari diſpoſitio teſtatoris priuantis filium hæreditate, ſi noluerit renuntiare detractioni legitimæ, & trebellianicæ, tanquam & ipſa facta in fraudem legis.

Quartò videntur ſupradicta confirmari argumento ducto ab abſurdo: nam poſita validitate prædictæ diſpoſitionis illud accidere poteſt, vt filius ſtatim adita hæreditate moriatur, & hoc modo remaneat priuatus, non ſolum legitima, & trebellianica, ſed etiam fructibus, quippè quos ob temporis breuitatem percipere non potuit. At hoc eſſet abſurdum, quia hoc modo remaneret deceptus filius, qui patris diſpoſitionem approbauit ſub ſpe fructuum percipiendorum. Ergo ne hoc ſequatur, videtur potius reprobanda diſpoſitio teſtatoris.

Quintò,

Quintò, & vltimò videtur hæc pars com-
probari authoritate multorum, qui cenſue-
runt, pœnam adiectam à teſtatore grauan-
te filium in ſua legitima, tamquam in eius
32 fraudem appoſitam eſſe reijciendam. † *Ita
enim cenſuerunt Cæphal. conſil. 777. per totum. Ri-
minal. iun. qui ſuper hoc teſtamento conſuluit in
conſilio 510. per tot. Theſau. iun. libro 1. quæſtio.
forenſ. quæſtio. 20. num. 7. vbi refert, ita fuiſſe
deciſum. Et in legitima ſequitur etiam Odd. conſ.
63. in fin. licet in l. rebellianica contrarium putet
eſſe verius*. Et, quanquam in hanc rem citen-
tur alij, *quos retuli in primo fundamento*, re ve-
ra tamen non loquuntur de teſtatore pœnam
adijciente, ſed de eo, qui ſimpliciter graua-
uit filium in legitima iuxta terminos Cu-
mani.

Verùm his non obſtantibus contrariam
ſententiam, vti veriorem, & receptiorem am-
plector, licuiſſe ſcilicet Dom. Sigiſmundo ta-
lem facere diſpoſitionem, & debuiſſe filium
eam ſeruare, ſi volebat tota hæreditate frui.
Moueor autem.

Primò, quia dubium non eſt, quin vltra
legitimam, & eius fructus poſſit pater liberè
de bonis ſuis diſponere, & eis dicere legem,
33 quam voluerit. † *l. parentibus 8. Cod. de inoffic.
teſtamen. titu. Authen. vt lice. mat. & auiæ, in
princ. collat. 9.* ſiue grauando filium, ſiue ali-
ter diſponendo, quia, cum poſſit reſiduum,
34 non filio relinquere, ſed extraneo dare. † *§.
1. Authen. de trien. & ſemiſ. collat. 3.* conſequens
eſt, vt, ſi id filio relinquat, poſſit eius reſpe-
ctu grauamen adijcere: Quem enim hono-
35 ro, grauare poſſum. † *l. 1. §. ſecundum. ff. de leg.
tertio.* & pater cenſetur honorare filium in eo,
quod legitimam excedit, quippe, quod habet
filius, non ex prouidentia legis, ſed ex mera
36 voluntate, & diſpoſitione patris. † *d. §. 1. Au-
then. de trient. & ſemiſſ. collat. 3.* Sed, quando pa-
ter apponit pœnam in caſum, quo filius velit
legitimam retinere, non diſponit de legitima,
nec in ea filium grauat, ſed diſponit de reſiduo
ſuæ hæreditatis, & de eius fructibus. Ergo talis
diſpoſitio valere debet.

Secundò moueor, quia minus iuris habet
filius in legitima, quam in proprijs ſuis bo-
nis, puta in fideicommiſſis ſibi ab alijs reli-
ctis: Nam legitima poteſt illi auferri à patre
37 per exhæredationem. † *l. cum ratio. 7. ff. de bon.
damn. §. ſiue igitur omnes Authen. vt cum de ap-
pellat. cogn. collat. 8. l. omnimodo. 30. in princip.
Cod. de inoffic. teſtamen.* per quam auferri non
38 poſſunt propria filij bona. † *§. cum autem im-
pubes Inſtitut. de adopt.* Sed, ſi teſtator hac le-
ge filium inſtituat, ne poſſit de hæreditate de-
ducere fideicommiſſum ſibi debitum, ſed te-
neatur totam hæreditatem reſtituere, valet
diſpoſitio, & filius agnoſcendo patris hære-
ditatem ſibi præiudicat, quia tenebitur eam
39 reſtituere non detracto fideicommiſſo, † *vt
eſt text. in l. cum pater. 79. §. Titio verſic. Planè,
& ibi Bal. & alij not. ff. de leg. ſecundo.* Ergo mul-
to magis tenebitur hereditatem reſtituere non
detracta legitima, ſi ſub ea lege fuerit inſti-
tutus.

Tertiò moueor, quia, quando pater relin-
quit filio plus, quam legitimam, poteſt eum
etiam in legitima grauare, ita, vt teneatur, vel
cum reliquis bonis etiam legitimam, vel fru-
ctus ex alijs medio tempore perceptos reſti-
40 tuere. † *Ita enim poſt Cuman. in l. cohæredi. 41. §.
cum filio num. 2. ff. de vulg. & conſ. 25. col. vlt. &
conſil. 52. colum. pen. verſ. circa autem legitimam,
cenſuerunt Alex. conſil. 67. num. 1. circa fin. volum.
1. Ruin. conſ. 136. num. 13. volu. 2. Curt. iun. conſ.
120. num. 16. Boer. deciſ. 44. num. 16. verſic. tum,
quia, Nat. conſ. 321. num. 5. Cæph. conſil. 153. nu.
97. Menoch. conſil. 196. num. 15. conſil. 303. num.
53. conſi. 533. num. 15. verſ. 6. & conſ. 1141. num. 1.
Surd. deciſ. 21. num. 28. vbi teſtatur, hanc eſſe com-
muniorem, & veriorem, Laderch. conſi. 26. num. 2.*
Nam, cum hæres grauatus reſtituere hæredita-
tem, & præterea bona propria teneatur etiam
propria reſtituere, quatenus fructus medio
41 tēpore percepti patiuntur. † *d. l. cum pater. 79.
§. Titio. ff. de leg. 2. l. ex facto. 17. in princ. l. ita ta-
men. 27. §. Trebellianum l. Lucius. 78. §. maritus.
ff. ad Trebell. l. quod bonis. 15. §. quod autem. §. cum
fideicommiſſum. ff. ad l. Falc. l. filiusfam. 117. §.
vt quis hæredem. ff. de leg. 1. & ſcribunt glo. in l.
cohæredi. 41. §. cum filio in verb. tenebuntur. ff. de
vulg. Bart. Caſtr. Alex. & alij in d. l. ita tamen.
27. §. hæres ex aſſe. ff. ad Trebell. Bald. in d. l. cum
pater. 79. §. Titio. num. 1. ff. de leg. 2. Caſtr. in d.
l. quod bonis. 15. §. quod autem. num. 4. ff. ad l. Falc.
Socin. iun. conſil. 57. num. 11. 16. & 19. volum. 3.
Boer. deciſ. 44. num. 16. verſicul. tum quia. Gabr.
conſil. 102. num. 8. 19. & 20. volum. 2. Mantic.
de coniec. vlt. volun. lib. 7. tit. 10. num. 20. Peregr. de
fideicom. artic. 33. num. 47. artic. 35. num. 11. &
artic. 49. num. 34. Laderch. conſi. 141. num. 6. in fi.*
Conſequens eſt vt pro eorū portione, & quan-
titate multo magis teneatur reſtituere legiti-
mam, in qua fuit à teſtatore grauatus, cum, vt
dictum eſt, plus iuris habeat in proprijs bonis,
quam in legitima.

Quartò moueor authoritate illorum, qui
cenſuerunt, patrem poſſe grauare filium, vt
reſtituat fructus perceptos ex reſiduo hæredi-
42 tatis, ſi velit legitimam detrahere, † *In qua
ſententia fuerunt Ang. in l. Balliſta. 32. nu. 1. verſ.
in text. ibi & ibi Imol. num. 4. Alexan. num. 3. ff.
ad Treb. Couar. in cap. Raynutius. §. 11. num. 4. in
fi. extr. de teſtam. Cæph. d. conſi. 153. nu. 92. Mant.
d. lib. 7. tit. 10. num. 18. verſ. vnde ego. Surd. d. deciſ.
21. nu. 9. verſ. 2. & in fi. Et eſt de mente eorum, quos
adduximus in tertio fundamento.*

Quintò non eundo per mendicata ſuffragia
moueor, quia hæc eſt receptior DD. opinio, vt
ſcilicet pater poſſit prohibere filio retentionē
legitimæ, & trebellianicæ, vel aliud onus im-
ponere, & in caſum, quo nolit huic diſpoſitio-
ni acquieſcere, poſſit in pęnam eum inſtituere
in ſola legitima, & hoc modo tribuere electio-
nem, vtrum velit totam hęreditatem cum one-
re reſtituendi etiam legitimam, an verò ſolam
43 legitimam ſine onere. † *Ita enim cenſuerunt ſe-
quentes 22. DD.*

1 *Caſtr. conſ. 77. nu. 2. verſ. & poſito vol. 1.*
2 *Cuma. in l. filiusf. 117. §. Diui 2. ff. de leg. 1. vbi re-
fert ita fuiſſe iudicatum.*
3 *Opizon. in d. §. Diui nu. 44.*
4 *Soc. iun. conſi. 122. num. 8. & ſeqq. vol. 1. & conſi.
87. nu. 6. vol. 3. & in d. §. Diui nu. 35. in fi.*
5 *Ruin. conſi. 136. nu. 5. in fi. & nu. 13. vol. 2.*
6 *Pariſ. conſ. 9. nu. 27. vol. 3.*
7 *Curt. iun. conſil. 159. num. 1. verſic. præmiſſis &
num. ſeqq.*
8 *Dec. conſ. 687. nu. 2.*

9 *Dilect. de art. teſta. art. 5. cautel. 31. nu. 6.*
10 *Simon de præt. de interp. vlt. vol. lib. 5. inter. 1. dub. 1. num. 36.*
11 *Alcia. conſ. 48. nu. 3. & 4. lib. 9.*
12 *Bero. conſ. 93. nu. 13. vol. 2.*
13 *Marzar. in ſua epit. fideic. q. 50.*
14 *Gabr. in tit. de legit. concl. 1. num. 59. licet enim in patre ſimpliciter grauante filium in legitima nõ probet ſententiam Cuma. nu. 41. tamen in caſu, de quo nos loquimur, cum ſcilicet fuit adiecta pœna, ſequitur.*
15 *Cucus in tract. de legit. §. nec vſufructu nu. 29.*
16 *Ceph. conſ. 153. nu. 91.*
17 *Mantic. de coniec. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. nu. 11. vbi ſequitur Soc. iun.*
18 *Franc. de Capiteliſt. conſ. 78. nu. 10. & 18.*
19 *Seba. Med. in tract. de acq. & conſ. ser. do. & poſſ. part. 1. glo. 2. nu. 55.*
20 *Surd. conſ. 215. nu. 16. & decif. 21. num. 20. verſ. qua opinio.*
21 *Men. conſ. 196. nu. 20. verſ. 11. & conſ. 533. nu. 12. vbi loquitur in indiuiduo de hoc teſtamento D. Sigiſmundi, cuius authoritati in hoc multum tribuo, propterea quod non ita conſuit lucri cauſa, ſed quia ita verius opinabatur, quod patet ex eo, quia non fuerat conſultus a fideicommiſſarijs, ſed à grauato, qui volebat ab eo inſtrui, quid agere deberet, vt apparet ex facti ſpecie verſic. quod præſentiens, & ideo, ſi ſub ſpe lucri voluiſſet ei gratificari, debuiſſet contra patris diſpoſitionem concludere, prout fecit Rimin. iun. in eodem conſultus in d. conſ. 510. non vero contra eum in hoc capite concludere, prout fecit, licet in alijs dubitationibus ibi propoſitis in eius fauorem concludat.*
22 *Peregr. de fideicom. artic. 36. num. 22. vbi reprobato Rimin. iun. ſequitur opinionem Soc. iun. & aliorum ſupra relatorum.* Ex quibus omnibus apparet, hanc ſentẽtiam eſſe receptiorem, & per conſequentias ab ea non eſſe in conſulendo, & iudicando, recedendum, quicquid alij cauſentur.

Sextò moueor, quia ſtante diſpoſitione teſtatoris concepta eo modo, qui legitur in teſtamento, filius acceptando totam illius hæreditatem cenſetur ſufficienter renuntiaſſe legitimæ, & trebellianicæ. Quo fit, vt omnimodo
44 debeat ab earum detractione repelli. † *l. ſi quãdo. 35. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam. l. poteſt. 71. ff. ad l. Falc.* Cenſeri autem ſufficienter renuntiaſſe legitimæ, & trebellianicæ patet ex eo, quia diſpoſitio patris effectu eſt alternatiua poſita in arbitrio, & electione filij: vult enim pater, filium ſuum, aut habere ſolam legitimam ſine aliquo onere, aut totam hæreditatem cum onere reſtituendi etiam legitimã, & trebellianicam, & hoc remittit eius electioni. Ergo filius acceptando totam hæreditatem cenſetur renuntiaſſe iuri detrahendi legitimã, & trebellianicam, quia, qui eligit vnum ex al-
45 ternatiuis, cenſetur alteri renuntiare. † *l. eum, qui certarum 138. & ibi not. ff. de verbo. obligat. & ſcribunt Socin. iun. d. conſil. 122. num. 9. volum. 1. Surd. conſil. 428. num. 7. in fin.* &, vbi duo ſunt incompatibilia (prout in caſu noſtro ſunt hęc, habere legitimam ſine onere, & ſimul habere totam hæreditatem ſtante diſpoſitione teſtatoris) qui acceptat vnum, non poteſt ad aliud
46 redire. † *l. ſi mulier. 21. §. vlt. ff. quod met. cauſ. Et in terminis ſcripſerunt Dec. d. conſil. 687. num. 3. Curt. iun. conſil. 159. num. 6. Socin. iun. d. conſil. 122. num. 9. & ſeqq. volu. 1. vbi multis, & ad hanc rem facientibus rationibus id confirmat. Sequuntur Odd. d. conſil. 63. nu. 25. & Menoc. d. conſ. 196. nu. 20. verſ. 11. & d. conſ. 533. nu. 15.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, cenſeri quidẽ eum renuntiaſſe legitimæ, ſed talem renuntiationem non eſſe ſufficientem, quia requiritur renuntiatio ſpecialis ad hoc, vt filius excludatur
47 à legitima, nec generalis ſufficit. † *d. l. ſi quando. 35. §. & generaliter. C. de inoffi. teſtam.* quia ad hoc dupliciter reſponderi poteſt, & primo *ex mente Dec. d. conſ. 687. num. 3. Curt. iun. d. conſil. 159. num. 6. Pariſ. d. conſ. 9. num. 23. volum 3. & Soc. iun. d. conſil. 122. num. 21. & ſeqq. volum. 1. qui*
48 *omnes conſuluerunt in eodem caſu*, Imo † renuntiationem hanc eſſe ſufficientem, cum ex ea clarè conſtet de voluntate filij in renuntiando legitimæ, & trebellianicæ.

Secundò reſpondeo renuntiationem, quæ fit per acceptationem vnius ex alternatiuis, non eſſe generalem, ſed ſpecialem, quod patet ex eo, quia generale dicitur, quod de pluribus intelligi poteſt, contra verò ſpeciale, quod nõ
49 poteſt intelligi, niſi de vno. † *l. in ſtipulationibus. 54. in prin. ff. de verb. oblig.* Sed renuntiatio, quæ fit per electionem vnius ex duobus alternatiuis, non poteſt intelligi facta reſpectu plurium, ſed tantum reſpectu illius, quod electũ non eſt. Ergo nõ poteſt dici generalis, ſed ſpecialis, & per conſequentias debet cenſeri ſufficiens ad excludendum filium à detractione legitimæ, & trebellianicæ, *vt eſt de mente eorum, quos retulimus in prima reſponſione.* Quod, ſi procedit, quando teſtator ſimpliciter mandauit filio, vt reſtituat etiam legitimam, aut, ſi id facere nolit, ſit contentus ſola legitima, nec vlteriùs progreditur, in quibus terminis locum habent ſupradicta, quanto magis procedere debet in caſu noſtro, in quo teſtator non contentus ſupradicta declaratione mandauit ſubſtitutis, vt hanc ſuam diſpoſitionem intimarent filio, ad hoc, vt deberet intra quindecim à die intimationis declarare mẽtem ſuam, verũ mallet habere totam hæreditatem, & renuntiare legitimæ, & trebellianicæ, an verò ſolam legitimam ſine onere reſtitutionis, quod præceptum teſtatoris ſeruatum eſt, cum poſt intimationem factam inſtante Dom. Iacobo ſubſtituto filius declarauerit, ſe velle totam hæreditatem, & ſpecialiter renuntiauerit detractioni legitimæ, & trebellianicæ, vt conſtat ex inſtrumento declarationis: Nec enim fieri poteſt, vt hoc ſtante renuntiatio dicatur generalis, cum nulla poſſit magis ſpecialis inueniri.

Nec obſtat, quod talis declaratio fuerit facta cum proteſtatione, ſi de iure tenebatur eam facere, & non aliter, nec alio modo, prout legitur in actu renuntiationis, quia reſpondeo, huiuſmodi proteſtationem nihil operari poſſe in caſu noſtro, Primò, quia de iure tenebatur approbare diſpoſitionem paternam, ſi volebat totam hæreditatem ſtante, quod hoc fuerat eius electioni remiſſum, *vt ſupra demonſtratum eſt*, & ideo conditio, ſub qua fuit facta renuntiatio, iam cenſetur verificata. Secundò, quia, quando duo ſunt incompatibilia, ita, vt ſimul ſtare non poſſint, prout ſunt in caſu noſtro habere legitimam ſine one-

re, &

re, & conſequi totam hæreditatem, qui eligit vnum, cenſetur ipſo facto, ideſt ipſa electione repudiare aliud, *vt ſupra dictum eſt*, & ideò, licet proteſtetur, ſe nolle illi renuntiare, illa tamen Proteſtatio nullius eſt momenti, quia eſt con-
50 traria facto † *vt declarant Ang. in l. iuriſgentium. 7. §. quod ferè num. 1. ff. de pact. Ceph. conſil. 222. num. 12. Surd. conſil. 143. num. 59. ex regula, quam tradunt omnes in l. non ſolum. 8. §. morte. ff. de oper. nou. nunt.* Non obſtante igitur tali proteſtatione verius eſt, per ſolam acceptationem totius hæreditatis cenſeri filium à detractione legitimæ, & trebellianicæ excluſum, & multo magis ſtante expreſſa alij declaratione iuxta præceptum teſtatoris facta.

Neque obſtant contraria: nam ad primum reſpondeò tripliciter, & primo id procedere, niſi pater relinquat filio plus legitima: nã tunc poteſt eum etiam in legitima grauare, *vt dictũ eſt in tertio fundamento*. Nec obſtat authoritas illorum, quos in contrarium allegauimus, quia reſpondeo eorum opinionem eſſe magis communiter improbatam, cum opinio Cumani ſit receptior, & verior, *vt atteſtatur Surd. d. deciſ. 21. num. 20.*

Secundò reſpondeò, negando filium effectu grauari in legitima, cum pater ita diſponit, quia vtilius eſt filio habere totum cum onere, quã
51 ſolum trientem ſine onere, † *vt ſcribunt glo. in §. prohibemus, in verb. relinquat, verſic. vel ſibi, Auth. de trien. & ſem. coll. 3. quã ſequitur ibi Ang. num. 3. & poſt eum Opizo. in d. l. filiusfam. 117. §. Diui. 2. num. 46. verſic. & comprobatur. ff. de leg. 1. Soc. Iun. d. conſil. 122. num. 17. volum. 1. Surd. d. deciſ. 21. num. 20. verſic. & dicit.*

Tertiò reſpondeò, cõtrarium procedere, niſi fuerit addita pœna: nam tunc, dato etiam citra veri præiudicium, quod onus impoſitum legitimæ non ſuſtineretur, deberet tamen voluntas teſtatoris ſeruari, ne alioquin pœna cõ-
52 mitteretur, † *vt in ſpecie declarant Caſtr. d. conſil. 77. num. 2. volum. 1. Soc. Iun. d. conſil. 87. num. 6. & in d. §. Diui. num. 35. Rum. d. conſil. 136. num. 5. in fin. & num. 13. volum. 2. Ceph. d. conſil. 153. num. 91. & Surd. d. conſil. 215. nu. 16.* quia pœnæ adiectio operatur, vt onus effectu non cenſeatur impoſitum legitimæ, ſed reſiduo patrimonij, de quo pater diſponere poteſt, *vt ſupradicti Dd. declarant in præfatis locis*.

Ad ſecundum verò reſpondeo, negando, patrem id facere in fraudem legitimæ, vtpotè, quam vult filium habere ſaluam, & integram cum ſuis fructibus, etiamſi nolit acquieſcere ſuæ voluntati: Tunc enim cenſeretur velle fraudare filium in legitima, cum in caſum cõtrauentionis eum priuaret omnibus ſuis bonis, & ſic etiam legitima. Cœterùm, cum legitimam ei relinquit, vt fecit in caſu noſtro, non poteſt cenſeri id facere in fraudem, quia diſponit de reſiduo ſui patrimonij, de quo liberam diſponendi poteſtatem habet, *vt ſupra dictum*
53 *eſt*, & fraudem non facit, qui vtitur iure ſuo † *l. qui autem. 6. in prin. ff. quæ in fraud. credit. Ita reſpondet Surd. d. deciſ. 21. num. 16. & 20.*

Ad tertium reſpondeò, non rectè duci argumentum à ſpecie propoſita, *in d. l. Seius, & Angerius*, ad ſpeciem, de qua nos loquimur, quia termini ſunt multum diuerſi: nam ibi teſtator in caſum contrauentionis priuauerat inſtitutum omnibus bonis, & ſic etiam Falcidia; Vnde nil mirũ, ſi id creditus ſit feciſſe in fraudem Falcidiæ, vt ibi dicitur. At hic in caſum contrauentionis non priuauit filium omnibus bonis, ſed ſolum iis, quæ legitimam excedunt, ideoque non poteſt cenſeri id feciſſe in fraudẽ legitimæ, vtpotè, quam omni caſu voluit fi-
54 lium habere ſaluam, & integram †: *Ita rectè ex aliorum mente reſpondit Menoch. d. conſil. 533. num. 16.*

Ad quartum reſpondeò negando, hoc eſſe abſurdum, quia, cum pendeat à futuro euentu, qui eſt incertus, & ita poteſt eſſe filio fauorabilis, vt damnoſus, fauorabilis, ſi longo tempore viuat, & hoc modo percipiat maiorem quantitatem fructuum, quam ſit quantitas legitimæ, & trebellianicæ, prout ſæpius euenire ſolet, & multo magis, ſi fideicommiſſarij moriantur omnes viuo grauato, quo caſu tota hæreditas remaneret in libera ipſius filij diſpoſitione, *iuxta not. in l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cad. toll. & in his terminis conſiderat Socin. Iun. d. conſil. 122. num. 17. volum. 1.* Damnoſus verò, ſi ſtatim moriatur filius, ideò propter hanc incertitudinem non poteſt dam-
55 num poſteà contingens cenſeri iniquum, † *l. 1. C. de pact. l. de fideicommiſſo 11. C. de tranſact. Ita Menoch. d. conſil. 196. num. 18. & 19.* Maximè, cum eſſet in poteſtate filij tale damnum euitare capiendo ſuam legitimam cum fructibus, & relinquendo reſiduum hæreditatis ſubſtitutis: nam, ſi ſub ſpe maioris lucri voluit ſe ſubijcere periculo maioris damni, ſibi non alijs
56 id imputare debet. † *ex regula, l. quod quis ex ſua culpa, 204. ff. de reg. iur. & cap. damnum de reg. iur. in 6. Ita Surd. d. deciſ. 21. num. 19. verſic. non etiam.* Et hoc eſt, quod ſignificat. I. C. *in d. l. cum pater. 79. §. Titio, verſic. planè. ff. de leg. 2.* dum ait, ex diſpoſitione teſtatoris, qui in voluntate grauati poſuit aditionem, aut remiſſionem iuris ſui videri quandam iniquitatem occurrere, ſed prudentiùs eum facturum, ſi ſe ab hæreditate abſtinuerit, quia adeundo cenſebitur iuri ſuo renuntiare. *Et ita ibi declarant glo. Bald. & alij communiter.*

Ad quintum reſpondeò, illorum opinionẽ eſſe magis communiter improbatam, vt ex numero dd. quos retulimus *in quinto fundamento*, facile eſt intelligere: nam pro ſententia, quam nos veriorem arbitramur, ſtat authoritas 22. DD. cum alioquin pro cõtraria vix poſſint afferri quatuor, qui in ſpecie loquantur de grauamine legitimæ, cui fuit adiecta pœna. Cæteri enim omnes loquũtur de patre ſimpliciter grauante filium in legitima, puta prohibente ipſius detractionem, aut iubente, vt in eam fructus imputentur. Et in ſpecie *Ceph. & Rimin. Iun.* reprobat Surd. *d. deciſ. 21. num. 18.* vbi ait Rimin. locutum eſſe ſine lege, ratione, & authoritate. Ex quo apparet, non eſſe curandum de Theſ. Inn. *in d. q. 20.* quippè, qui ſe fundat in ſolo conſilio Riminaldi, Et, licet dicat Ita fuiſſe deciſum à Senatu Pedemontano, vt & alibi ſæpè, quia tamen illæ deciſiones non fuerunt iuſſis de cauſis publicatæ ſub nomine deciſionum Senatus, ſed ſub nomine quæſtionum Forenſium, ideò non debent maiorem habere authoritatem, quam ſcripta aliorum conſulentium, & ſcribentium, qui plerumque teſtantur ita fuiſſe iudicatum: Non enim omnes ſententiæ ſunt trahendæ in conſequentiã,

ſed

ſed ille tantũ, quas Senatus ſub ſuo nomine mã-
dat promulgari; quoniam hæ ſolæ à toto Se-
natu cenſentur approbatæ, non aliæ, contra
quas plerumque iudicari ſolet; Denique licet
in propoſita quæſtione ita iudicarit Senatus
Pedemontanus, contrarium tamen iudicauit
Senatus Caſalenſis, *teſte Surd. d. deciſ.* 21. *in fin.*
prout etiam alibi iudicatum refert Cuman. *in
d. §. Diui.* Quamquam, & illud dici poſſit, non
adfuiſſe in caſu, de quo Theſ. loquitur, illam
circũſtantiam expreſſæ ſubiectionis, & renun-
tiationis, quam filius ex præcepto teſtatoris fe-
cit in caſu noſtro; nam, ſi ea interueniſſet, non
dubitò, quin contrarium fuiſſet tunc temporis
determinatum. Ex quibus omnibus ſatis aper-
tè conſtare puto, non poſſe ſententias in hac
fideicommiſſaria cauſa latas, quæ declarant
potuiſſe teſtatorem diſponere eo modo, qui
legitur in teſtamento, aut nullas cenſeri, aut
iniuſtas, cum re vera fuerint prolatæ ſecun-
dum receptiorem DD. opinionem.

Tertia nullitatis cauſa reſpicit ſpecialiter
ſententias D. Auditoris Ciuilium Parmæ, &
D. Prati: nam ſententia D. Auditoris videtur
nulla, quia lata eſt contra D. Iulium, qui tunc
57 temporis erat defunctus, † *l. in ſumma 59. §. fin.
ff. de re iudic. l. 2. ff. quæ ſent. ſin. app. reſc. l. de qua re.
74. §. fin. ff. de iudic.* Sed hæc obiectio reſoluitur
ex verbis ipſius ſententiæ, quæ ſunt hæc. *Con-
demnamus prædictum D. Iulium Cæſarem, ſeu
eius ſpectabilem D. Procuratorem eo nomine, &c.*
nam, etſi non valeat, quatenus condemnat D.
Iulium Cæſarem, tamquam defunctum, valet
tamen, quatenus condemnat eius Procurato-
rem, quia poſt mortem rei ſententia ferri po-
teſt contra procuratorem, qui factus eſt domi-
58 nus litis per eius conteſtationem † *l. nulla 23. &
ibi not. omnes. C. de procur. Vant. de null. ſent. tit. de
null. ſent. ex def. iuriſd. ord. num.* 106.

Nec obſtat, quod dicitur in motiuis, debuiſ-
ſe condemnari non procuratorio nomine, ſed
nomine proprio, quaſi factum dominum litis
59 † *ex doctr. Surd conſil. 99. num. 22. & alij qui in
hanc rem allegat Bart. in d. l. nulla 23. in fin. & ibi
Caſtr. num. 5. & Iaſ. num. 4. C. de procur. Bald. in l.
1. num. 9. C. de ſent. & int. omn. iud.* quia (pace
tanti viri dixerim) malè locutus eſt Surdus:
nam procurator, licet per litis conteſtationem
fiat dominus litis, & inſtantiæ, non tamen fit
dominus cauſæ, & ideo non poteſt condem-
nari nomine proprio, quia, nec proprio nomi-
ne litigat, ſed tantùm nomine procuratorio,
60 quam eſſe tutiorem practicam ſcripſit. † *A ex.
in d. l. nulla 23. num. 3. verſ. tutor. C. de procur. &
poſt eum Bec. conſ. 110. num. 2. verſ. non omitto vol.*
1. Alioquin enim magna naſceretur iniquitas,
quia, ſi proprio nomine condemnaretur, poſ-
ſet etiam contra eum fieri executio, quod ne-
mo vnquam rectè dixerit. Deindè, quid in-
tereſt, dicere, condemno Titium procuratorẽ
Cai, tamquam factum dominum litis, an verò
ſimpliciter, condemno Titium procuratorio
nomine Cai, cum ſola officij mentio, puta,
quia nominetur aliquis tutor alterius, aut cu-
rator, aut procurator, ſufficiat, vt id, quod agi-
tur, cenſeatur factum non proprio nomine?
61 † *l. vlt. & ibi Bart. & alij communiter not. ff. de in-
ſtito.* Non poteſt igitur vllo modo ſuſtineri, qđ
ait Surdus, quia, aut ſententia non vocat eum
procuratorem, ſed condemnat ſub ipſius pro-
prio nomine, & erit iniqua, *vt dictum eſt*, aut
eum vocat procuratorem, & cenſebitur eum
condemnaſſe procuratorio nomine, & ideo,
licet hoc exprimatur in ſententia, non tamen
debere eam vitiare, quia eſt expreſſio eius, quod
tacitè ineſt, quæ nihil operatur. *l. 3. ff. de leg. 1. l. 3.
C. de fideiuſſo.*

Nec obſtant DD. quos Surdus in contrariũ
allegat, quia Bart. nihil decidit, ſed relinquit
cogitandum, Bald. verò, & Caſtr. concludunt
ſententiam ita eſſe concipiendam, Condem-
no Titium olim procuratorem à Caio conſti-
tutum. At Iaſ. ait, ſe mirari, cur de hoc dubi-
tent. DD. cum apertè decidatur, *in d. l. nulla*,
ex qua colligitur, poſſe ſimpliciter, condemna-
ri Titium, vti procuratorem, & quod dicitur,
ſententiam eſſe nullam, ſi feratur poſt mortem
litigatoris, procedere, ſi feratur contra ipſum
defunctum, ſecus verò, ſi contra procurato-
rem, qui per litis conteſtationem factus eſt,
dominus. Ex quibus apparet, non in hoc
eſſe controuerſiam, vtrum procurator ſit con-
demnandus nomine proprio, vt putauit Sur-
dus, an verò nomine procuratorio, quia om-
nes fatentur, eſſe condemnandum, vti procu-
ratorem, ſed controuerſiam eſſe, vtrum in ſen-
tentia neceſſariò dicendum ſit, condemno, vti
procuratorem olim Cai, an verò ſufficiat di-
cere, condemno, vti procuratorem Cai, quod
62 eſt probabilius, † vt relatis antiquorum opi-
nionibus concludit. *Alexã. in d. l. nulla in fin.* &
probat etiam *ibi Iaſ. in fin.* quem Surdus malè
in contrarium allegat. Sequitur *Bec. d. conſ.* 110.
num. 2. verſ. non omitto vol. 1.

Sentẽtia verò D. Prati ideò ſupponitur nul-
la, quia videtur lata contra pupillum indefen-
ſum, *l. acta. 45. §. fin. l. contra pupillum. 54. ff. de re
iudic.* proptereà, quod procurator, qui cauſam
egit, fuit (vt dicitur) conſtitutus ab illegitimo
tutore. Sed ex iis, quæ in facto proponuntur,
facilimè reſoluitur hæc obiectio: Nec enim
verum eſt, fuiſſe latam contra pupillum inde-
fenſum, quia procurator fuit conſtitutus à ve-
ro, & legitimo tutore, quod patet ex eo, quia
D. Iulius Cæſar eum dedit in teſtamento filio
ſuo naturali hæredi inſtituto, & talis datio fuit
à Iudice cõfirmata cum inquiſitione, ſiue cau-
ſæ cognitione, ideoque dubium non eſt, quin
63 tutor cenſeatur legitimus † *vt ſunt text. notiſſi-
mi in l. naturali. 7. in princ. ff. de confir. tut. & in l.
vlt. C. eod.* Nec obſtat, quod non promiſerit, ſe
diligenter, ac, vti oportet, bona pupilli admi-
niſtraturum, & vtilia facturum, quia, præter
id, quod ab huiuſmodi promiſſione fuit in te-
ſtamento liberatus, conſtat etiam ex facto rea-
liter eum hæc omnia promiſiſſe, vt proindè
non ſit mihi in hac re diutius inſiſtendum. Ex
his igitur omnibus puto cõſtare, nullam re ve-
ra ſubeſſe nullitatem, aut iniuſtitiam, propter
quam D. Paulus Iulius poſſit quæri de ſenten-
tijs, quæ pro fideicommiſſario latæ ſunt.

Sed dato citra veri præiudicium, quod ali-
qua ſubeſſet nullitas, aut iniuſtitia, non tamen
hæc talis eſſet, vt propter eam deberet D. Pau-
lus Iulius audiri contra ſententias conformes
ſtante diſpoſitione ſtatutorum Parmæ: Nam
ad hoc, vt quis poſſit aduerſus illas audiri, de-
bet nullitas, quæ proponitur, eſſe notoria,
64 † *vti videre eſt apud Imol. in l. de pupillo. 5. §. qui
opus in fin. ff. de oper. nou. nunt. Alex. conſil. 77. nu.
11. vol.*

11.vol.2.& conſ.106.num.28.vol.3. Iaſ. in l. 1. in princ.num.8.ff.de oper.nou. nunt. Soc. Iun. conſil. 45.nu.20.verſic.& primo vol.1.Gabr. tit. de exec. rei iud.concl. 1. num. 8. cuiuſmodi non eſt illa, quæ allegatur: nam ſententiam non dicitur notoriè nulla, niſi contineat manifeſtum errorem iuris expreſſum in ipſamet ſententia,
65 † *l. cum prolatis.32.& ibi Bartol. & alij not. ff. de re iudic. l. 2. C. quand. prou. non eſt nec. l. ſi expreſſim 19. ff. de appellat. late Gabr. tit. de ſent. concl. 7. nu. 1.* quod dici non poteſt in caſu noſtro, quia, licet in ſententijs dictum ſit, valere diſpoſitionem teſtatoris, quatenus grauauit filium in legitima, & trebellianica modo, qui legitur in teſtamento, non tamen ob id dici poſſunt continere manifeſtum iuris errorem, non ſolum, quia re vera prolatæ ſunt iuxta receptiorem DD. ſententiam, vt ſupra demonſtrauimus, ſed etiam, quia, licet contraria opinio eſſet magis communis, vt malè putant aduerſarij, adhuc tamen non dicerentur prolatæ contra expreſſam iuris diſpoſitionem, quia circa hũc caſum ius non eſt clarum, ſed ambiguum, & controuerſum, ſed dicerentur prolatæ contra communem opinionem, & declarationem DD. quæ res non ſolum nõ operaretur, vt ſententia dici poſſet notoriè nulla, ſed ne quidem,
66 vt nulla, † *vt ſcribunt Barto. in d. l. cum prolatis. 32. num. 2. verſ. alia lectura, & ibi Alex. num. 4. & 5. Iaſ. num. 12. ff. de re iudic. Caſtr. in l. qui Romæ. 122. §. duo fratres. nu. 9. verſic. vel dic, & ibi Imol. num. 25. Soc. Iun. num. 74. ff. de verbor. oblig. Cagn. in l. 1. num. 157. ff. ſi cert. pet. Gabr. in d. tit. de ſentẽ. concluſ. 7. num. 20. verſ. contrarium. Corat. de commun. opin. lib. 3. tit. 12. num. 13 vbi teſtatur hanc eſſe magis communem, & numer. 22. ſubijcit ſententiam latam contra communem opinionem non poſſe dici notoriè iniquam*, Idq; adeò verum eſt, vt procedat etiamſi pro tali opinione adeſſet aliqua decisio: quia ſententia lata contra deciſiones etiam Rotæ valet, & tranſit in rem iu-
67 dicatam † *ſecundum Cagn. in rub. ff. de regul. iur. num. 25. verſic. deciſiones verò, & Gabr. in d. tit. de ſentent. concl. 7. num. 18.*

Quarta ſuccedit dubitatio, an D. Paulus Iulius, quaſi ſpoliatus debeat ante omnia reſtitui, & reintegrari in poſſeſſione dimidiæ partis, quam tutores, quaſi ſuppoſitam fideicommiſſo D. Iacobo præſtiterunt, mox D. Alexãder ab hærede D. Iacobi vi iudicati vindicauit. Et puto etiam in hoc capite contra D. Paulum Iulium reſpondendum.

Primò, quia prædictorum bonorum poſſeſſio nunquam fuit penès D. Paulum Iulium, ideoque non poteſt, quaſi ſpoliatus intentare remedium recuperandæ. *§. recuperandæ Inſtit. de interd.* Non fuiſſe autem penès eum poſſeſſionem prædictorum bonorum intelligimus ex eo, quia, aut intendit, ſe habuiſſe poſſeſſionem vigore conſtitutionis de poſſeſſione defuncti in hæredem continuanda, Et hoc dicere non poteſt, Primò, quia poſſeſſio ita demum continuatur in hæredẽ, ſi defunctus ante mortem non fuerit ea priuatus: Nec enim poteſt in hæredem transferre poſſeſſionem, quam ipſe tempore mortis non habet. *l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.* Sed D. Iulius Cæſar ante mortem cenſetur priuatus poſſeſſione eo ipſo, quod cõtrauenit diſpoſitioni teſtatoris inſtituendo D. Paulum Iulium contra expreſſam ipſius prohibitionem, de qua conſtat ex teſtamento; Ergo non potuit horum bonorum poſſeſſionem in hæredem transferre.

Secundo, quia vigore prædictæ conſtitutionis non continuatur poſſeſſio, quando illa erat apud defunctum ex cauſa non tranſitoria ad
68 hæredem † *vt ſcribunt A[illegible]. conſil. 153. num. 4. verſic. & ſic debet vol. 6. Chaſſan. conſil. 59. num. 17. verſic. item etiam. Tiraq. in tr. le mort ſaiſit le viſ. part. 4. decl. 4. num. 1. Menoc. conſi. 139. num. 18.* Vt erat poſſeſſio bonorum D. Sigiſmundi penès D. Iulium Cæſarem ſtante expreſſa diſpoſitione teſtatoris prohibentis omnem alienationem prædictorum bonorum in alios, quam in ſubſtitutos. Non potuit igitur talis poſſeſſio in D. Paulum Iulium vigore prædictæ conſtitutionis continuari.

Aut verò intendit D. Paulus Iulius, ſe habuiſſe poſſeſſionem, quaſi apprehẽſam corporaliter à tutoribus nomine ſuo, Et neque hoc dicere poteſt, quia, cum tempore mortis D. Iulij Cæſaris poſſeſſio ipſo iure cenſeretur continuata in D. Iacobum vigore prædictæ conſtitutionis, Conſequens eſt, vt non potuerit ab alio apprehendi, ne duo inſolidum eandem rẽ poſſidere viderentur, *contra l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ.* Fuiſſe autem prædictam poſſeſſionem continuatam in D. Iacobum conſtat ex eo, quia vigore prædictæ conſtitutionis continuatur poſſeſſio etiam in eos, qui ſucce-
69 dunt per vulgarem ſubſtitutionem, † *vt in ſpecie ſcripſit Chaſſa. conſil. 62. nu. 27. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum a Parlamento Tholoſano, & poſt eum Nico. Bello lib. 4. Supplic. cap. 16. num. 2.* Cum igitur D. Iacobus ſucceſſerit D. Sigiſmundo teſtatori per vulgarem ſubſtitutionem, ſcilicet, quia, licet vulgaris videretur extincta per aditionem, ſiue immixtionem D. Iulij Cæſaris. *l. poſt aditam. 5. C. de impub. & al. ſubſt.* cum tamen is ob inobedientiam fuerit poſteà ipſo iure priuatus, locum adhuc habere potuit, perinde ac
70 ſi primùs nunquam hæres fuiſſet, † *§. ſi quis autem non implens Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. Auth. hoc amplius. C. de fideicom.* Conſequens eſt, vt etiam in eũ cenſeatur poſſeſſio vigore conſtitutionis continuata.

Et hoc modo ceſſant obiectiones factæ in motiuis, vtpotè, quæ ſupponunt, D. Iacobum non potuiſſe admitti, niſi per fideicommiſſariam, & conſequenter non potuiſſe iuuari, beneficio prædictæ conſtitutionis de poſſeſſione in hæredem continuanda, quippe, quod ſolis hæredibus directò ſuccedentibus prodeſſe ſolet.

Secundò verò non eſſe D. Paulum Iulium reſtituendum probatur ea ratione, quia dato etiam, quod poſſediſset bona poſteà remiſsa, tamen ex quo remiſſio facta fuit à legitimis tutoribus cum cauſæ cognitione, & decreto iudicis, & ſic ſeruatis ſeruandis, non poteſt in hac re conſiderari ſpolium. *L. iuſte 11. & ibi not. omnes. ff. de acquir. poſſeſſ.* Maximè, cum ex iis, quæ dicta ſunt in præcedentibus dubitationibus cõſter, non ſolum dimidiam bonorum partem, ad vocatos ex teſtamento D. Sigiſmundi pertinere, ſed etiam totam hæreditatem; nam ex hoc ſequitur, D. Alexandrum, tanquam dominum poſſe agentem remedio recuperandæ repellere exceptione dominij, *vt latè oſtẽdit Men. de recuper. remed. 15. num. 479.*

Quinta,

Quinta, & vltima dubitatio eſt, an D. Alexandro nunc [illegible] genti obſtet excepti[o] inobſeruantiæ D. Iacobi, qui non inſinuauit heredi inſtituto teſtamentum intra menſem à die mortis teſtatoris, prout ipſe [t]e[n]eri præceperat. Et breuiter agendo, puto non obeſſe.

Primò, quia D. Iacobus non potuit dici inobediens, aut negligens prius, quam habuerit
71 notitiam teſtamenti, † *l. ſi quis in graui. 3. §. ſi maritus. ff. ad Syllan. l. genero. 8. ff. de his, qui not. inf. & ſcribit Menoch. conſil. 256. num. 6.* nec antea potuit ei currere tempus, quippè quod regu
72 lariter nõ currit, niſi à die ſcientiæ. † *l. 1. §. 1. ff. de req. reis. l. cum antiquioribus. 19. & ibi DD. C. de iur. delib. l. vlt. C. de temp. in integ. reſt. late Menoc. d. conſ. 533. num. 3.*

Secundò, quia dato, quod D. Iacobus fuiſſet inobediens, hoc tamen non debet nocere D. Alexandro, quippè qui non venit ex perſona illius, ſed ex perſona propria, & quaſi ſubſtitutus, ſiue ſpectemus ius commune, *d. §. ſi quis autem non implens. Autent. [de] hered. & Falc. collat. 1. d. Aut. hoc amplius. C. de fideicommiſ.* ſiue ſpecialem diſpoſitionem D. Sigiſmundi, quippè, qui in locum inobedientium nominatim vocauit ſequentes ſubſtitutos. Quamobrem concludo in omnibus ſupradictis dubitationibus in fauorem D. Alexandri pronuntiandum, non obſtantibus motiuis excitatis, quæ, ni fallor, ex ſupradictis remanent reſoluta ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro Sereniſs. Carolo Emmanuele Sabaudiæ Duce.

CONSILIVM LXVI.

ARGVMENTVM.

An, & quando Princeps poſſit auferre ius quæſitum agnatis ex prouidentia maiorum.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſine cauſa non poteſt auferre ius quæſitum tertio, etiam per legem generalem, num. 2.*
3 *Princeps etiam ex cauſa publicæ vtilitatis non poteſt per reſcriptum auferre ius quæſitum tertio, niſi recompenſato damno, licet per legem vniuerſalem poſſit hoc facere ſine recompenſatione.*
4 *Verba proœmij denotant cauſam finalem.*
5 *Vtilitas publica non ſufficit ad hoc, vt Princeps ius tertio quæſitum auferre poſſit, niſi talis vtilitas ſine ablatione iuris ſequi non poſſit.*
6 *Expreſſè fieri dicitur etiã id, quod generaliter fit.*
7 *Ambitioſa decreta dicuntur, quæ fiunt ad proprium commodum decernentis.*
8 *Princeps ſibi quaſi priuato ius dicere poteſt.*
9 *Princeps condendo legem generalem poteſt etiam ſibi per conſequentias prodeſſe.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DVBITARI contingit, an facienda ſit à Sereniſſimo Principe declaratio petita à D. Patrimoniali, non fuiſſe mentis ſuæ per edictum ſuper feudalitate, vel regiſtratione bonorum nouiſſime promulgatum præiudicare iuribus agnatorum, qui modis à iure communi receptis bonorum feudalitatem probare poterunt, licet eam non probẽt per ſpecialẽ eam inueſtituram, aut conſignamentum Camerale factum intra tempus edicto comprehenſum.

Et puto de iure faciendam eſſe talem declarationem. Primò, quia alioquin per hoc edictum Princeps auferret agnatis ius illis ex pacto, & prouidentia maiorum acquiſitum, quod eum ſine iuſta cã facere non poſſe certum eſt,
1 † *vt tradunt innumeri quos referunt, & ſequuntur Ant. Gabr. in tit. de iur. quaſ. non toll. concl. 1. nu. 1. & 2. Natt. conſil. 554. num. 11. Surd. conſil. 203. num. 17. & 22. Pereg. conſil. 4. num. 17. vol. 1. And. Gail. lib. 2. obſer. 56. Mynſ. cent. 4. obſer. 97. Roſen. de feud. cap. 7. concl. 19. num. 17.* Et hoc, ſiue auferre velit per reſcriptum, ſiue per legem generalem: adhuc enim hoc facere non poteſt ſi-
2 ne iuſta cauſa, † *vt ſcribunt Bartol. in prima conſtit. ff. in princ. num. 4. in fin. Abb. in cap. quæ in eccleſiarum num. 11. & ibi Felyn. colum. 7. verſ. tertia concluſio extr. de conſtit. Martin. Laudenſ. de princip. concluſ. 236. & Boſſ. in tit. de Principe nu. 201. & ſeqq.* cum alia non ſit inter reſcriptum, & legem generalem in hac re differẽtia, quam, quia per reſcriptum, etiam ex cauſa publicæ vtilitatis non poteſt Princeps auferre ius tertio ſine recompenſatione damni, cũ alioquin per legem vniuerſalem non ſit talis recompenſa-
3 tio neceſſaria, † *vt declarant Iaſ. in l. Barbarius 3. num. 44. ff. de off. prætor. Alex. conſil. 190. num. 15. verſic. ad tertium vol. 2. Ruin. conſil. 60. num. 6. in fin. vol. 5. Pariſ. conſil. 1. num. 46. vol. 1. Boſſ. d. tit. de princip. num. 201. Gabr. d. tit. de iur. quæ. non toll. concl. 2. num. 25. Roll. conſil. 69. num. 44. vol. 2. Menoch. conſil. 103. num. 28. Surd. conſil. 210. in fi.* In caſu autem noſtro nulla ſubeſt iuſta cauſa, propter quam debeat Princeps agnatis ius auferre: nam cauſa finalis edicti (vt colligitur ex præfatione, quæ cauſam finalem demon-
4 ſtrat. † *l. 1. in princ. ff. ad Maced. l. vlt. vbi Bart. nu. 3. ff. de her. inſt. Bald. in l. 1. num. 17. C. de falſ. cauſ. ad leg. S[...] Iun. conſ. 76. num. 24. vol. 3. Nat. conſil. 546. num. 6.*) eſt illa, vt omnia bona campeſtria publicè proſint, ita, vt eorum nomine, aut ſeruitia præſtentur, ſi feudalia ſint, aut onera ſoluantur, ſi allodialia, nec detur tertium bonorum genus, quod, quia, nec regiſtro ſuppoſitum eſt, nec feudo, reip. nullam, aut onerum, aut ſeruitiorum vtilitatem affert: Hæc autem cauſa non pertinet ad ea bona, quæ probantur in feudum cõceſſa, quoniam ea ſine dubio iam proſunt, tanquam ſeruitiũ obnoxia, nec maiorem reip. poſſunt vtilitatem afferre, ſi reuocẽtur ad legem edicti, id eſt, vel regiſtrẽtur, vel fiant feudalia noua, quam ſi relinquantur in priſtino ſtatu. Nulla igitur, quo ad ea, ſubeſt publicæ vtilitatis cauſa.

Et verò, quæ publica vtilitas conſiderari poteſt in hoc, vt bona, quę iure inueſtiturę pertinent ad agnatos tanquam feudalia antiqua, adimantur illis ob hoc vnum, quod intra tempus edicto comprehenſum non fuerint expreſſa in inueſtituris, aut conſignamẽtis, & dentur emptoribus, à quibus, vel regiſtrentur, vel recognoſcantur in feudum nouum? nulla certè; Nam in mutatione perſonarũ non poteſt vtilitas publica contineri, quando de priuatorũ rebus, atq; dominijs agitur, dummodo reſp. ſua perci-

percipiat, aut ſeruitiorum emolumenta. Non debet igitur Princeps talia feuda agnatis adimere, & emptoribus, aut alijs applicare, quia hoc faceret ſine cauſa.

Secundò verò cõfirmatur hoc ipſum ex eo, quia non ſufficit publica vtilitas ad hoc, vt ius alicui poſſit auferri, ſed requiritur, vt, niſi auferatur, non poſſit talis publica vtilitas ſequi, &
5 ſuum ſortiri effectum, † *vt ſcribunt Iaſ. in l. Gallus 29. §. & quid ſi tantum in 2. lect. num. 28. ff. de lib. & poſth. Ruin. conſil. 108. num. 29. vol. 2. Gabr. d. tit. de iur. quæſ. non toll. concluſ. 2. num. 5. & 24.* quę res in hoc caſu dici non poteſt. nam, etiam ſi bona non adimerentur agnatis, nihilominus reſp. ſuam conſequeretur ſeruitiorum vtilitatem, cum ita ſint feudalia apud agnatos, vt apud nouum emptorem. Non debet igitur prætextu publicę vtilitatis ius ſuum agnatis auferri.

Tertiò, vel eo magis facienda eſt talis declaratio in caſu noſtro, quo verba edicti non ita apertè excludunt agnatos, vt per talem declarationem videatur quodammodo ipſi edicto derogari: nam, ſi diligenter verba perpendatur, magnam in pleriſque partibus in ſe continent perplexitatem: Primùm enim, dum ea tantum bona declarant feudalia, quæ reperientur expreſſa in inueſtituris, aut conſignamentis tempore impoſitionis taxus, aut 60. annorũ prius, non exigũt expreſſionem bonorum factam in indiuiduo, ſed ſimpliciter expreſſionem: Itaq; tẽtari poteſt ſufficere generalem inueſtituram tunc temporis factam agnatis, cum terris, pratis, & alijs iuribus, ac pertinentijs, ſi modo conſtet ex antecedentibus ſcripturis cãpeſtria fuiſſe pertinentia, quia hoc modo dici poſſunt talia bona expreſſa in inueſtituris, cum expreſsè
6 fieri dicatur etiam id, quod generaliter fit, † *vt tradunt Bar. in l. prætor ait. 20. § interdictum nu. 1. ff. de oper. nou. nunt. & in l. 1. num. 7. ff. de vulg. Pariſ. conſil. 97. num. 106. vol. 1. Decia. conſil. 56. num. 21. volum. 2. Menoch. conſil. 1130. num. 9.* Deindè verò agnati excluduntur fauore emptorum, aliorumvè ſingularium ſucceſſorum. Itaque tentari poteſt hoc edictum ſucceſſoribus vniuerſalibus non prodeſſe. Tertiò eandem agnatorũ excluſionem conſtringunt edicti verba in caſu bonorum, quæ feudo reſtitui debent, ideſt, vt edicti compillator intelligit, quæ fieri debent de feudo nouo. Itaque, ſi bona eſſent in territorio immediato, & conſequenter deberent reſtitui regiſtro, non videtur edictum agnatos excludere. Et in ſumma ita loquitur edictum, vt vbique rem obſcuram, atque perplexam relinquat, eaque ratione tamquam in dubio credere debeamus Principem noluiſſe ius tertijs auferre. Omnimodo igitur facienda eſt talis declaratio.

Neque eſt, quod aliquis obijciat, dato quod declaratio eſſet iuſta, non tamen eſſe faciẽdam in caſu noſtro, quia videretur ambitioſa, & facta ad proprium commodum ipſius Principis,
7 qui agnatorum iura conſecutus eſt, † *vt not. in l. ambitioſa. 4. ff. de decr. ab ord. fac.* quia reſpõdeo primo, non dici ambitioſum Principis decretum, licet tẽdat ad eius commodum, ſi in aliorum perſona iuſtum eſſet. Nec enim debet Princeps eſſe deterioris conditionis, quam priuatus. Itaque, ſi valida eſſet declaratio fauore agnatorum cedentium, cur non valebit fauore ipſius Principis, qui refert agnatorũ perſonas? Quinimò, quod diligenter eſt animaduertendum, ſuſtinet in hac re Princeps vicem duarũ perſonarum, ſcilicet Principis, quatenus declarat, Et priuati quatenus ex declaratione ſentit commodum, *vt delarat Sacc. Parm. conſil. 2. numer. 13. & ſeq.* Nec eſt nouum, vt Princeps, quaſi Princeps, ſibi quaſi priuato ius dicat: nam & ſibi in integrum tribuit reſtitutionem, & id genus alia facit, quę ſuperior priuato facere ſo-
8 let, † *l. & hoc Tiberius 41. vbi Bar. not. ff. de hær. inſti. Bart. in l. vn. num. 1. C. ne quis in ſua cau. iud. vel ſuſd. Bald. in l. reſcripta. 6. num. 6. C. de precib. Imp. off. Alex. in l. eſt receptum 14. num. 3. ff. de iuriſd. Oſaſ. conſil. 9. num. 47. Menoch. conſil. 301. nu. 53. Surd. conſil. 465. num. 16.*

Secundò reſpondeo facilè occurri huic obiectioni, ſi talis declaratio fiat per legem generalem. nam eo modo, vt omnibus in vniuerſũ, ita & ſibi per conſequentias proficiet iure per-
9 mittente, † *l. 1. in princ. ff. de auth. tut.* Et ita iuris eſſe cenſeo fuliùs hanc meam ſentẽtiam comprobaturus, ſi nõ eſſem intra anguſtos temporis fines conſtrictus.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro DD. Margarita, Barbara, & Catarina ſororibus de Guionibus.

CONSILIVM LXVII.

ARGVMENTVM.

An fideicommiſſario præmoriẽte fideicommiſſum ad eius filios trãſmittatur, Et an, & quãdo fideicommiſſum cenſeatur in perſona ſubſtituti repetitum, Et an filia dotata faciat numerum ad augendam legitimam, Et, an prohibitio Trebellianicæ facta in vno caſu ſubſtitutionis trahatur ad alium, Et, an fideicommiſſarius vniuerſalis pendente conditione poſſit adſtringere grauatum ad conficiendum inuẽtarium.

SVMMARIVM.

1 *Maſculorum appellatio fœminis nullo modo conuenire poteſt.*
2 *Fideicommiſſarius moriens pendente conditione non tranſmittit ſpem fideicommiſſi, etiã ad ſuos deſcendentes.*
3 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
4 *Fideicommiſſum non debet extendi de perſonam ad perſonam.*
5 *Subſtitutio, quæ his verbis, ſi non ſuperuerint, concipitur, eſt vulgaris, non fideicommiſſaria.*
6 *Diſponere de proprijs bonis pro arbitrio quiſque poteſt.*
7 *Legitima eſt ſemis, ſi quinque, aut plures ſint filij.*
8 *Renuntiatio facta à filia viuo patre ſine iuramento nullius eſt momenti.*
9 *Filia, quæ mediante dote renuntiauit hæreditati paternæ cum iuramento, computatur in numero filiorum ad augendam legitimam.*
10 *Trebellianicam etiam filijs primi gradus prohiberi poſſe, receptior hodie eſt opinio.*

11 *Te-*

11 *Teſtator poteſt iubere filio, vt reſtituat, aut in quartas imputet fructus perceptos ex bonis excedentibus legitimam.*

12 *Fideicommiſſarius pendente conditione poteſt cogere grauatum, vt conficiat inuentarium, & in eo fideliter deſcribat omnia bona hæreditaria, ſubiecta fideicommiſſo.*

FACTI SPECIES.

IN teſtamento quondam D. Zanini Guioni Placẽtini legitur inter alias diſpoſitiones huiuſmodi ſubſtitutio. *Vbi vero contigerit, &c. dictum Octauium filium, & hæredem meum, &c. decedere in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque abſq; filijs, & filiabus legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, & procreatis, ita, quod nullus penitus deſcendens maſculus, vel fœmina, &c. ſuperſit, tunc, & eo in caſu inſtituo, & mihi hæredes vniuerſales eſſe volo, & ſubſtituo dictas Margaritam, Catarinam, Barbaram, & Luciam filias meas, & dictam Dominicam Bartolomeam, abiaticam, ſi ſupererint, ſin minus, earum, & cuiuslibet earum filios maſculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, & naſcituros in ſtirpem, & non in capita, ita, vt filius faciat partem, & intret locum matris*, quæ prædictis ſororibus ſubſtituris præbuit materiam de pluribus dubitandi, & Primò, an decedente viuo D. Octauio aliqua ex ſororibus relictis tantum filiabus, poſſint illæ matris locum ingredi, & eandem conſequi portionem, quam ipſa fuiſſet habitura, ſi ſuperuixiſſet. Secundò an decedente pdicto D. Octauio ſine liberis ſuperſtitib. prædictis ſororibus, & neptè ex fratre ſubſtitutis, & ſic eueniente caſu ſubſtitutionis finiatur in earum perſonis fideicommiſſum, an verò cenſeantur ipſæ grauatæ, vel ſuis, vel aliarum conſubſtitutarum deſcẽdentibus reſtituere. Tertiò, an præmoriente dicto D Octauio poſſint ſorores relinquere ſuam portionem filiabus ſuis non exiſtente maſculo. Quartò, quanta cenſeri debeat legitima prædicti D. Octauij ſtante, quod erant ſex deſcendentes, videlicet D Octauius, quatuor filiæ, & neptis ex fratre prædefuncto. Quintò, an poſſit detrahi trebellianica ſtante prohibitione teſtatoris. Sextò, & vltimo, an poſſint prædictæ ſubſtitutę adſtringere grauatum pendente conditione fideicommiſſi, vt conficiat inuentarium.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DE propoſitis dubitationibus, quid ſentiam dicere rogatus, quia dubitationes non ſunt agitatæ, nec controuerſæ, ſed certam habent iuris definitionem, ideò pro earum reſolutione nõ putaui mihi laborandum in afferenda verboſa diſputatione, ſed breuiſſimè dicendũ, quid in vnaquaque dubitatione iuris eſſe putem.

Quòd igitur ad Primam dubitationem attinet, puto certi iuris eſſe, filias filiarũ præmortuarum non poſſe ad huiuſmodi fideicommiſſum aſpirare, quia, aut intẽdunt venire ex perſona propria, & non poſſunt; nam teſtator in locum fœminarum præmorientium ſubſtituit earum, & cuiuſlibet ipſarum filios maſculos, & hoc modo excluſit fœminas, quippè, quibus nomẽ maſculorum conuenire nullo mo-
1 do poteſt, † *cap. Raynaldus, vbi Canoniſtæ omnes extr. de teſtam. l. 1. C. ad leg. Iul. de adult. Bart. in l. liberorum. 220. num. 16. ff. de verbor. ſignif. latè Pereg. de fideic. artic. 25. num. 11. Menoch. conſ. 1006. num. 8. verſ. 1. & num. ſeqq.* Aut verò intendunt venire ex perſona matris prædefunctæ, & nec poſſunt, quia, cum deceſſerit pendente conditione fideicommiſſi, nõ potuit eius ſpem traſ-
2 mittere etiam ad ſuos deſcendentes, † *vt ſcribunt glo. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita, in verb. ſuſcepiſſet. ff. ad Trebell. & in l. vn. in verb. derelictis, & ibi Bart. num. 4. C. de his, qui ant. aper. tab. Bart. in l. 1. num. 8. verſ. alia glo. & ibi Iaſ. num. 92. ff. de leg. 1. Bald. in l. ſi plures. 6. num. 19. C. de cond. inſert. Alex. conſ. 92. num. 5. vol. 3. Soc. ſen. conſ. 6. nu. 2. verſ. 3. & num. 11. volum. 3. Ruin. conſil. 181. nu. 1. volum. 2. Pariſ. conſil. 66. num. 10. volum. 3. Dec. conſil. 465. num. 25. Pereg. de fideicommiſ. artic. 31. num. 6.* Maximè in caſu noſtro, in quo expreſſa filiorum maſculorum vocatio facit ceſſare cõiecturas omnes, ſi quæ ſubeſſe poſſent ſufficiẽtes ad inducẽdam fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſionem, cum expreſſum faciat ceſ-
3 ſare tantum, † *l. cum ex filio 39. §. filio. ff. de vulg.*

Quòd attinet ad ſecũdam, puto quoque certi iuris eſſe, fideicommiſſum finiri in perſona fœminarum ſubſtitutarum, ſiue relinquãt deſcendentes, ſiue non: nam, cum hoc fideicommiſſum fuerit iniunctum D. Octauio, nec expreſsè ſit repetitum in perſona fœminarum vocatarum, conſequẽs eſt, vt in eis extingui debeat: Neque enim debet fideicommiſſum
4 extendi de perſona ad perſonam, † *vt ſcribunt Ruin. conſil. 127. nu. 9. verſ. facilius volum. 2. Dec. conſil. 286. num. 8. Soc. Iun. conſ. 185. num. 12. vol. 2. Crauet. conſil. 98. num. 13. Gabr. conſi. 111 num. 13. volum. 1. Ceph. conſil. 269. num. 12. & 53. Nat. conſil. 551. num. 25. Roll. conſ. 56. num. 24. volum. 3. Pereg. de fideicommiſ. artic. 1. num. 27. Menoch. conſ. 97. num. 91. Surd. conſ. 55. nu. 24.*

Et, quamuis teſtator, ſi fœminæ ſubſtitutæ non ſupererint, vocauerit earum, & cuiuſlibet ipſarum filios maſculos, & hac ratione videri poſſit ſaltem fauore maſculorum repetitum fideicommiſſum, adhuc tamen idem dicendũ eſt, quia prædicti filij maſculi non fuerſit ſubſtituti fœminis per fideicommiſſum, ſed tantum vulgariter, ideſt, fuerunt vocati in locum earum, quæ non erunt ſuperſtites tẽpore mortis D. Octauij, ſed non fuerunt illis ſubſtituti aliquomodo, ſi tunc fuerint ſuperſtites, & poſteà deceſſerint, vt apparet ex illis verbis, *ſi ſupererint, ſin minus earum, & cuiuſlibet ipſarum filios, &c.* nam hæc inducũt ſubſtitutionem vul-
5 garem, non fideicommiſſariam, † *vt in ſpecie declarant Alex. conſ. 170. nu. 3. volum. 5. Dec. conſil. 394. num. 5. verſic. 3. Ruin. conſil. 102. num. 5. vol. 2. Abb. conſil. 40. in princ. lib. 1. Pariſ. conſil. 74. num. 17. volum. 2. Soc. Iun. conſil. 180. num. 65. vol. 2. Decian. conſil. 41. num. 69. verſic. neque obſtat volum. 1. Menoch. de præſump. lib. 4. præſ. 71. num. 10. conſ. 399. num. 1. & ſeqq. & conſil. 496. num. 10. verſ. comprobatur. Pereg. conſ. 52. num. 5. & 12. vol. 1.*

Ex his remanet etiam reſoluta tertia dubitatio: nam, cum in perſona fœminarum cenſeatur extinctum fideicommiſſum, conſequẽs eſt, vt apud eas bona, tamquam nulli fideicõ-

miſſo

miſſo ſuppoſita cenſeant̃ libera ,& conſequen-
ter poſſint fœminæ ſubſtitutæ de ijs , tanquam
de proprijs bonis pro arbitrio diſponere relin-
6 quendo filiabus,vel alijs perſonis.† *l.1.C.de ſa-*
croſan. Eccl.l.in re mandata 21.C.mandat.§.diſpo-
nat Authen.de nupt. coll.4.l.verbis legis.120.ff. de
verb.ſign.§.1.Auth.de trien.& ſemiſſ.coll.3.

Venio ad quartam dubitationem , quanta
ſcilicet ſit legitima D. Octauij.Et,cum ſex fue-
rint filij computata nepte ex filio prædefun-
cto , quæ filij perſonam referebat , ſine dubio
7 legitima erat ſemis.† *Auth.nouiſſima.C.de inof.*
teſta.d.§.1.Auth.de trient.& ſem.coll. 3.maximè,
cum non conſtet , aliquam ex filiabus fuiſſe à
ſucceſſione excluſam renuntiatione,aut ſtatu-
to,quo caſu res nullam prorſus dubitationem
habet , quemadmodum nec , cum aliqua filia
renuntiauit paternæ ſucceſſioni ſine iuramen
to,propterea quod talis renunriatio nullius eſ-
8 ſet momenti.† *l.pactum.3. C.de collat. l.vlt. ff.de*
ſuis,& legit.cap.2.de pact.in 6.

Sed , etſi cum iuramento renuntiaſſet vi-
uo patre,quo caſu cenſeretur excluſa à ſucceſ-
ſione patris inteſtatò defuncti , adhuc tamen
in numero computaretur ad augendam legi-
timam de triente ad ſemiſſem propter dotem,
qua mediante renuntiationem feciſſet:nam ta
9 lis dos ſuccederet loco legitimæ, † *vt in his ter-*
minis ſcribunt Chaſſan.conſ.53.nu.74.vbi teſtatur
hanc eſſe magis communem , & ab omnibus appro-
batam,& conſ.55.num.44. Boer.deciſ.104.num.9.
& 10.vbi refert ita fuiſſe iudicatum . Gabr. conſil.
135.num.9.vol.2.Andr.Gail.lib.2.obſ.122.nu.17.
vbi pariter teſtatur hanc eſſe communem, & Pereg.
de fideic.art. 38.nu.12.

Quinta dubitatio maior omnibus eſt,an ſci-
licet poſſit detrahi trebellianica non obſtan-
te prohibitione teſtatoris. Videretur autem pri
ma facie dicendum non poſſe .

Primò, quia, quicquid olim eſſet , hodiè vi-
detur magis communis DD. ſententia , & in
omnibus ferè tribunalibus Italiç comprobata,
vt etiam filijs primi gradus prohiberi poſſit,
10 † *vti videre eſt apud Franch.deciſ.11.nu.19.Borg.*
in reper.prima part.deciſ.in verb. Trebellianica nu.
3.& ſeqq.Viu.deciſ.3.num.1.verſ.quibus,M.Ant.
de Amat.deciſ.11.per tot. Andr.Gail.lib.2.obſer.
138.nu.16.in fi. Men.conſ.1141.per tot.

Secundò , quia dato etiam , quod prohiberi
non poſſet , vt in pleriſq; partibus ſeruatur ex
ſententia veterum,poteſt tamen teſtator man-
dare,vt filius reſtituat,aut in legitimam,& tre-
bellianicam imputet fructus perceptos ex bo-
nis excedentibus legitimam, prout fecit in ca-
11 ſu noſtro, † *vti latiſſimè oſtendunt Caphal. conſil.*
153.nu.92.Laderch. conſi.26.nu.2. Men.d.conſi.
1141.num.1. & Surd. deciſ.21. per tot.& maximè
num. 20. vbi teſtatur , hanc eſſe veriorem , & rece-
ptiorem .

Verùm his non obſtantibus puto in caſu no
ſtro verius eſſe , D. Octauium grauatum non
ſolum legitimam de fideicommiſſo detrahere
poſſe,ſed etiam trebellianicam , vt eſt iuris or-
dinarij.*cap. Raynutius , & cap. Raynaldus extr.*
de teſta. nec in eas debere imputare fructus, ſe-
cũdum ius communis diſpoſitionem. *l. ſcimus.*
36.§.repletionem.C.de inoffi.teſtam.l.iubemus.6.in
prin. C. ad treb. minus debere eos reſtituere , vt
eſt regulare. *l. in fideicommiſſaria. 18. in prin. ff.*
ad Trebell.

Moueor autem,quia nulla (ſi diligenter ver-
ba teſtatoris perpendantur) facta fuit in caſu
noſtro prohibitio detractionis trebellianicæ,
nec ad hunc caſum extendi poteſt diſpoſitio,
quæ prohibet talem detractionẽ , aut fructuũ
reſtitutionem iniungit : nam teſtator tres fecit
ſubſtitutionem gradus : Primum enim maſcu-
lis inſtitutis ſubſtituit deſcendentes maſculos
in infinitum , Et in hoc caſu prohibuit eis de-
tractionem omnem , & maximè trebelliani-
cæ ſub pœna reſtitutionis fructuum , quia (vt
ſubijcit) intentio eius fuit , vt bona ſua perue-
niant ad maſculos deſcendentes in infinitum.
Deinde fecit alium ſubſtitationis gradum fa-
uore fœminarum deſcendentium ex maſculis
inſtitutis , quippè quas vocauit deficientibus
omnibus deſcendentibus maſculis . Mox ter-
tium fecit gradum ſubſtitutionis vocando fi-
lias ſuas, & neptem ex filio præmortuo , ſi ma-
ſculi deceſſerint ſine liberis , qui eſt caſus no-
ſter. Verùm in his duobus poſtremis gradibus
nullam fecit prohibitionem detractionis. Quo
fit vt res ſit terminanda ſecundum ius commu
ne: Nec enim prohibitio detractionis facta fa-
uore deſcendentium maſculorum debet extẽ-
di ad fœminas , quarum tamen non eſt fauor:
Et hoc apud me dubium non habet,tum, quia
teſtatoris diſpoſitio continẽs prohibitionem,
tanquam ad maſculos reſtricta, & limitata de-
bet limitatum effectum producere . *l. in agris.*
16.ff.de acq.rer.dom. tum etiam, quia teſtator, ſi
voluiſſet, ita fœminis,vt maſculis fauere, faci-
lè talem prohibitionem repetijſſet . *l. vn. §.ſin*
autem ad deficientis. C. de cad. toll. Ex quibus ap-
paret , non eſſe laborandum in tollendis con-
trarijs, quippè, quæ ſupponunt prohibitionem
à teſtatore factam , cum alioquin hic nulla fa-
cta ſit prohibitio , *ſecundum ea, quæ diximus.*

Vltimæ dubitationis facilis eſt reſolutio, qa
receptiſſima eſt DD. concluſio poſſe fideicom
miſſarium etiam pendente conditione fideicõ
miſſi petere à grauato , vt conficiat inuenta-
rium , & in eo deſcribat fideliter omnia bona,
& iura hereditaria,vtpotè de quibus ei rationẽ
12 reddere tenetur.† *Ita ſcribunt Bart. in l.cum ta-*
le.71.§.Titius num.2.& ibi Bald.verſ.3.not.Imol.
num.3.Caſtr.nu.2.ff.de cond.& dem.Soc.ſen.conſi.
51.num.1.vol.3.Ruin.conſ.29.nu.11.vol.5.Pariſ.
conſ.79.num.17.vol.2. Roll.conſ. 27.nu. 11.vol.1.
Ozaſ.deciſ.147.num.22.Pereg.de fideic.art.35.nu.
25.& conſ.48.nu.10.vol.1.conſ.35.nu.9. & conſil.
64.nu.27. vol. 3. Et ita in omnibus ſupradictis
iuris eſſe cenſeo,ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro Illu. & Reuer. D. Thoma Camoto Priore S. Albani.

CONSILIVM LXVIII.

ARGVMENTVM.

An, ſi reductio penſionis facta ſit ſub pacto reſo-
lutiuo, computanda ſit ceſſatio prædeceſſoris,
ad inducendam reſolutionem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Reductio ad tempus limitata poſt tempus euane-ſcit.*
2 *Limitati temporis natura, quæ?*
3 *Reſoluto actu omnia in priſtinum ſtatum repo-nuntur.*
4 *Conditionis reſolutiuæ natura eſt, vt ea purifi-cata perinde ſit, ac ſi actus ab initio factus non eſſet.*
5 *Pœna, vt committatur propter ceſſationem, requi-ritur ceſſatio moroſa.*
6 *Mora non committitur ſine culpa.*
7 *Penſionem ſoluere non tenetur ſucceſſor ante, quã beneficij poſſeſſionem apprehendat.*
8 *Pactum reſolutiuum tranſit quidem in ſucceſſorẽ ad effectum reſolutionis ex mora propria, ſed non ex mora prædeceſſoris.*
9 *Mora prædeceſſoris non nocet ſucceſſori in benefi-cio, quoties agitur de incurrenda pœna.*
10 *Mora prædeceſſoris non operatur reſolutionem odio ſucceſſoris, niſi penſionarius curauerit rem in vita prædeceſſoris declarari.*
11 *Caducitas non declarata contra defunctum non nocet ſucceſſori.*
12 *Succeſſor non poteſt cõueniri pro penſionibus de-curſis in vita prædeceſſoris.*
13 *Mora ab eo fieri non dicitur, qui conueniri non poteſt.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Licet in cauſa, quæ vertitur inter Illuſtriſ.
D. Veſpaſianum Gribaldum Archiepiſ-
copum Viennæ, & Illuſt. Do. Thomam
Camotum Priorem S. Albani non dedu-
catur amplius in controuerſiam reductionis
validitas ob id, quod pactum adiectum re ve-
ra non continet impoſitionem nouæ penſio-
nis, ſed retentionem antiquæ, quaſi ad tempus,
ſiue ſub conditione reſolutiua reductæ, qua in
re non eſt S. P. authoritas neceſſaria, *ſecundum
ea, quæ diximus in reſponſo*, tamen ex alio dici-
tur eſſe ſtandum in deciſis, quia nempe, cum
reductio fuerit temporalis, & valida, dum ſecu-
ta non fuit ſolutio ſummæ reductæ per bien-
nium, euanuit reductio ex defectu conſenſus
D. Archiepiſcopi penſionem limitatè, & ad tẽ-
1 pus reducentis, † *l. ſi vnus 28. §. 1. vbi Bald. & alij
ff. de pact. Old. conſ. 203. num. 5. cum alijs adductis
à Tiraq. de retr. conu. §. 1. glo. 2. nu.* 40. arguendo
2 à natura temporis limitati. † *de qua per Bald. in
l. obſeruare 4. §. proficiſci num. 8. ff. de off. Proconſ.
Alex. conſil. 3. num. 6. vol. 7. latè Tiraq. d. glo. 2. nu.*
49. Ex quo ſequitur reductionem ipſam, ſiue
fuerit perpetua, ſiue temporalis, non poſſe D.
Priori ſuffragari.

Hæc, ſi in facto vera eſſent, haud dubiè ina-
nis, & fruſtratorius fuiſſet noſter in ſcribendo
labor, dum conati ſumus oſtendere, pactum il-
lud eſſe validum, & eius vim in hoc conſiſte-
re, vt adueniente caſu priſtina penſio peti poſ-
ſit, vtpotè, quæ non ipſo iure, ſed ope tantum
exceptionis fuit extincta: Nam, ſi in propoſi-
to retardata fuit per biennium ſolutio reſidui,
quis dubitat, quin ea omnia, quæ pro Dom.
Priore ſcripſimus, eum excludant à beneficio
reductionis, tanquam eius, quæ per aduen-
tum conditionis fuit ipſo iure reſoluta. Sed,
quia conſtat ex actis non ita ſe rem habere,
ideo non vereor, quia ſapientiſſimi, & integer-
rimi iudices (quos tamen ſi prudentiſſimos ple-
runque facta fallunt. *l. 2. ff. de iur. & fact. igno.*)
re cognita, & intellecta nõ ſint à deciſis receſ-
ſuri, & pronuntiaturi reductionem ipſam eſſe
D. Priori ſuffragari, ideoque non teneri eum,
niſi ad penſionem 100. aureorum. Pactum autẽ
adiectum non eſſe purificatum, & ſic reductio-
nem ipſam non eſſe reſolutam, patet.

In primis ex declaratione ipſius actoris ſal-
tem tacitè facta in libello: nam, cum intende-
ret D. Camotum, tanquam ſucceſſorem in be-
neficio teneri pro penſionibus decurſis etiam
in vita prædeceſſoris, petijt eum condemnari
ad ſolutionem penſionis trium terminorum,
nempè vnius anni decurſi in vita D. Hierony-
mi, & ſemeſtris decurſi poſt eius mortem, &
poſſeſſionem à Do. Camoto adeptam, ſed
penſionem decurſam in vita Dom. Hierony-
mi petijt ad rationem centum aureorum, de-
curſam verò poſt eius mortem ad rationẽ au-
reorum ducentum. Itaque conſtituendo inter
hæc tempora differentiam in quantitate pen-
ſionis declarauit, aliquam ſubeſſe cauſam di-
uerſitatis: Cauſa autem non potuit eſſe puri-
ficatio conditionis adiectæ pacto reſolutiuo,
quia, ſi conditio fuiſſet purificata, non ſolum
pro tempore decurſo poſt mortem fuiſſet de-
bita integra penſio, quæ eſt 200. aureorum, ſed
etiam pro tempore decurſo in vita Dom. Hie-
ronymi, cum reſoluta reductione omnia in
3 priſtinum ſtatum reponãtur. † *l. cum autem 23.
§. Iulianus ait, & l. facta 60. ff. de euict. Menoch.
conſil. 903. num. 42. & conſil. 922. num. 28.* & per-
inde ſit, atque ſi reductio non fuiſſet ab initio
facta, vt eſt reſolutiuæ conditionis natura,
4 † *d. l. facta 60. ff. de euict. l. ſi ex duobus 6. §. ſed &
Marcellus l. eum, qui 7. §. vlt. & l. Imperator 19.
ff. de in diem add. l. lege 5. ff. de leg. commiſſ.* Sed
cauſa eſt, quia putabat reductionem eſſe per-
ſonalem, non realem, ideoque durante vita
Dom. Hieronymi non cucurriſſe penſionem,
niſi ad rationem ſummæ reductæ, poſt eius ve-
rò mortem, quaſi extincta reductione cœpiſſe
currere pro tota ſumma, quam ſibi in reſigna-
tione reſeruauerat. Per hanc igitur diuerſita-
tem petitionis tacitè declarauit reductionem
non eſſe reſolutam, & ſic non fuiſſe ceſſatum
per biennium in ſolutione reſidui.

Secundò verò conuincitur hoc ex ipſa rei
veritate: nam in vita Dom. Hieronymi duo tã-
tum termini tranſacti ſunt, vt ipſemet actor in
prædicta petitione faſſus eſt, poſt eius verò mor-
tem ante, quam à die poſſeſſionis adeptæ labe-
retur annus, Dom. Camotus iudicialiter depo-
ſuit integram vnius anni penſionem, nempè
centum aureos, vt apparet ex actis. Ergo nullo
modo dici poteſt purificata conditio pacti re-
ſolutiui, quia, aut ſpectamus tempus decurſum
in vita D. Hieronymi per ſe, Et, cum non ſtete-
rit, niſi per annum, non poteſt cenſeri purifica-
ta conditio, quæ biennij ceſſationem requirit,
aut verò per ſe ſpectamus tempus decurſum
poſt illius mortem, & ſimiliter non poteſt cen-
ſeri purificata conditio, cum D. Camotus, non
ſolum non ſteterit per biennium à die poſſeſ-
ſionis adeptę, ſed ne quidem per annum, ſcili-
cet, quia (vt dictum eſt) antequã laberetur an-
nus, depoſuit ſummã pro vnius anni penſione
debitam,

debitam, Aut denique volumus coniungere
tempus decurſum in vita D. Hyeronimi cum
decurſo poſt eius mortem, & neque ex hoc ca-
pite poteſt cenſeri purificata conditio; Primo,
quia re vera etiamſi tempora coniungantur,
non tamen poteſt dici tranſactum biennium,
cum in vita D. Hyeronimi non ſint lapſi, niſi
duo termini, qui vnius anni penſionem conſti-
tuunt, poſt eius verò mortem factum ſit depo-
ſitum ante, quam laberetur annus.

Nec eſt contrarium, quod à die mortis vſq;
ad diem adeptæ poſſeſſionis trāſierunt aliquot
menſes, qui, ſi computentur, haud dubiè effi-
ciunt, vt ante depoſitum cenſeatur tranſactū
biennium, quia tempus illud nullo modo cō-
putandum eſt: nam ad hoc, vt committatur
pactum, ſeu pœna pacto comprehenſa, non
omnis ceſſatio ſufficit, ſed requiritur ceſſatio
5 moroſa. † *l. lecta. 40. cum ibi not. ff. ſi cert. pet.* At
qui reſpectu medij temporis, nec in perſona
defuncti mora conſiderari poteſt, cui tamquā
morte præuento non poteſt adſcribi culpa, ſine
6 qua mora non committitur. † *l. ſi ſeruum. 91. §.
ſequitur. ff. de verb. oblig. & tradunt omnes in l. qd
te. 5. ff. ſi cert. pet.* nec poteſt conſiderari in per-
ſona ſucceſſoris, quippè, qui non tenetur ſol-
uere pēſionem ante, quam beneficij poſſeſſio-
7 nem apprehendat. † *vt ait Seraph. deciſ. 66. nu. 3.
& deciſ. 1351. num. 3.* Ergo tempus illud nullo
modo computari debet.

Deinde verò, licet coniunctio temporum
operaretur, vt re vera cenſeatur tranſactū bien
nium, non tamen ex hoc dici poſſet purificata
conditio pacti reſolutiui, quia pactum adie-
ctum reductioni tranſit quidem in ſucceſſorē
ad hoc, vt ſi ipſe per biennium ceſſauerit in
ſolutione reſidui, reſoluatur etiam quo ad eum
reductio, ſed non, vt reſoluatur ex mora præ-
deceſſoris, vt dicimus de regreſſu reſeruato,
8 † *ſicuti videre eſt apud Pariſ. de reſign. benef. lib. 6.
queſt. 3. num. 18. & 19.* ſcilicet, quia quoties
agitur de incurrenda pœna, (vt agitur in caſu
noſtro, cum reſolutio reductionis fiat in pe-
nam non ſoluentis) mora prædeceſſoris non
9 nocet ſucceſſori in beneficio, † *vt ait Gigas de
penſio. q. 7. num. 22.* adeo, vt etiamſi per tempus
præfinitum ceſſauerit prædeceſſor in ſolutio-
ne, non tamen ob id poſſit penſionarius inten-
dere purificatam eſſe conditionem reſolutiuā
odio ſucceſſoris, niſi in vita prædeceſſoris cu-
10 rauerit rem declarari, † *vt ſcribit Pariſ. d. lib. 6.
queſt. 3. num. 20. & 25. verſic. 2. infertur*, vt dici-
mus de pœna caducitatis non declarata cōtra
11 defunctum, † *ſicuti docuerunt Soc. ſen. conſil. 66.
num. 18. verſic. 5. confirmatur volum. 3. Ruin. cōſ.
10. num. 5. & conſ. 159. num. 12. volum. 1. Cur. iun.
conſ. 142. num. 11. Caſſad. deciſ. 2. num. 2. & deciſ. 3.
num. 3. de loc. & cond. Menoch. conſ. 757. num. 9.
& conſil. 865. num. 13. Pariſ. d. lib. 6. queſt. 3. num.
26.* Vnde, ſi mora perfecta, ideſt totius tempo-
ris non nocet ſucceſſori, quanto minus debet
ei nocere mora imperfecta, quæ partis tantum
temporis continet ceſſatione? Denique, cum
illa tantum ceſſatio faciat locum reſolutioni;
quæ eſt moroſa, *vt ſupra dictum eſt*, & reſpectu
D. Prioris Camoti talis dici non poſſit ceſſatio
pro tempore vitæ Dom. Hyeronimi, cum pro
penſionibus in illius vita decurſis non potue-
rit conueniri iuxta receptiorem DD. ſenten-
12 tiam, † *vt oſtendunt Garz. in tractat. de benefic.
eccleſ. part. 1. cap. 5. num. 199. & Seraph. d. deciſ.
1351. num. 2.* & conſequenter non potuerit il-
larum nomine cenſeri in mora conſtitutus,
13 † *ex regula d. l. lecta. 40. verſu. non enim. ff. ſi cert.
petat. l. ſi pupillus. 127. ff. de verbor. oblig. & l. nulla.
89. ff. de regul. iur.* Conſequens eſt, vt illius tē-
poris ceſſatio non ſit ad reſoluendæ reductio-
nis finem computanda, prout iuris eſſe cenſeo,
ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Inclita Ciuitate Cunei.

CONSILIVM LXIX.

ARGVMENTVM.

An immunitas conceſſa propter numerū duo-
decim liberorum proſit etiam quoad onera,
quæ a Communitate imponuntur poſt con-
ceſſionem immunitatis, ſed ex cauſis, & de-
bitis ante immunitatem contractis. Et, quā-
do particulares pro oneribus, quę imponun-
tur, incipiant eſſe obligati.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas ab omnibus oneribus tàm realibus,
quàm perſonalibus cōceditur ob numerum duo-
decim liberorum, licet nonnulli cenſuerit requi-
ri numerum ſexdecim filiorum in eo, qui non eſt
decurio num. 74.*

2 *Immunitas conceſſa ob numerum duodecim libe-
rorum liberat ab oneribus impoſitis ante natiui-
tatem duodecimi filij: Declara, vt num. 67. &
ſeqq.*

3 *Immunitatis conceſſio liberat non ſolum ab oneri-
bus impoſitis, ſed etiam ab ijs, quę poſtea imponū-
tur: Declara, vt nu. 67. & ſeqq.*

4 *Implicatiua extendit diſpoſitionem ad caſum ma-
gis dubitabilem.*

5 *Coniecturis non eſt opus in claris.*

6 *Priuilegia, & verba eorum ita ſunt intelligenda,
vt aliquid operentur, & addant iuri communi,
nec ſint inutilia, etiamſi hoc redundet in præiu-
dicium tertij num. 26.*

7 *Fruſtra impetratur ab homine, quod conceditur
a lege.*

8 *Immunitas conceſſa propter numerum duodecim
liberorum eſt latiſſimè interpretanda.*

9 *Immunitas ob numerum duodecim liberorum nō
eſt priuilegium, ſed beneficium.*

10 *Priuilegia dicuntur, quæ ſunt contra ius, beneſi-
cia vero, quæ præter, vel ſecundum ius.*

11 *Interpretatio ſtrictiſsimè eſt facienda in priuile-
gijs, latiſsimè vero in beneficijs.*

12 *Interpretatio ſtrictè facienda eſt in priuilegijs, cum
agitur de præiudicio tertij, ſecùs, cum de præiudi-
cio concedentis.*

13 *Priuilegium fauorabile latiſsimè eſt interpretan-
dum.*

14 *Immunitatis priuilegium eſt fauorabile, maxi-
mè ſi concedatur ob numerum duodecim libero-
rum num. 15.*

16 *Immunitas ob numerum duodecim liberorum*

conceditur fauore Reip.

17 *Reſpub. intereſt, ciuitatem liberis hominibus repleri.*

18 *Immunitas, tanquam odioſa eſt ſtricte intelligenda: Declara, vt num. 19.*

20 *Priuilegia non debent trahi in alterius iniuriam, & damnum.*

21 *Princeps non poteſt præiudicare tertio, & ius illi quæſitum auferre.*

22 *Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt ius tertio quæſitum auferre.*

23 *Damnum afferre non dicitur, quod publicè vtile eſt.*

24 *Vtilitas publica eſt præferenda priuatæ.*

25 *Princeps in dubio non cenſetur voluiſſe præiudicare tertio.*

27 *Tempus impoſitionis ſpectatur in collectis.*

28 *Collectarum obligatio contrahitur per impoſitionem.*

29 *Collectandi ſunt ij ſoli, qui tempore impoſitionis non reperiuntur immunes.*

30 *Immunitas ſuperueniens prodeſt, quoad munera, & onera futura, non vero, quoad ea, quæ iã erant delata, ſiue inducta.*

31 *Paria ſunt locum eſſe extra territorum, vel eſſe exemptum.*

32 *Collectari non poteſt immunis, nec forenſis num. 33.*

33 *Incola receſſens liberatur quidem à collectis futuris, ſed non à præteritis.*

34 *Perſonis in diuerſis, quæ locum habent, eadem, & in vna, eademq; perſona locum habere debent, ſi in ea concurrant qualitates, & circumſtantiæ, quæ in diuerſis concurrebant.*

35 *Collectis ſuppoſita res, ſi tranſeat in immunem, puta eccleſiam, vel alium locum pium, prodeſt quidẽ hoc, quoad collectas futuras, ſed non, quoad præteritas.*

36 *Oppoſitum in oppoſito idem operatur, quod propoſitum in propoſito.*

37 *Immunitate extincta per mortem immunis non tenetur hæres pro oneribus impoſitis tempore, quo durabat immunitas.*

38 *Debitum. Pro debitis vnius alterum teneri, iniquum eſt.*

39 *Decuriones noui non tenentur pro debitis contractis a decurionibus anterioribus.*

40 *Ciues, aut incolæ noui non tenentur pro collectis impoſitis ante, quam efficerentur ciues, aut incolæ.*

41 *Exemptorum partem alij ſoluere non tenentur, ſi aliqui eximantur poſt contractam obligationẽ, & cur.*

42 *Effectus à ſua cauſa regulatur.*

43 *Effectus non incipit, ante, quam incipiat cauſa.*

44 *Immunitatis cauſa ceſſante ceſſat & immunitas.*

45 *Priuilegij cauſa ceſſante ceſſat & priuilegium.*

46 *Retrotractio locum habere non poteſt, niſi adſit habilitas vtriuſque extremi, nempe a quo, & ad quod.*

47 *Retrotractio non poteſt fieri in præiudicium tertij.*

48 *Collectis in imponendis origo, & cauſa debiti ſemper eſt ſpectanda.*

49 *Cauſam, propter quam hodie collecta imponitur, ſufficit habuiſſe originem eo tempore, quo quis erat oneribus ſuppoſitus, vt ex tunc cenſeatur obligatus.*

50 *Collectis obligati cenſentur particulares ex quo tempore potuerunt ad earum ſolutionem compelli.*

51 *Actio præcedentem ſupponit obligationem.*

52 *Collectæ obligantur particulares ex die, quo imponitur communitati, ſeu denuntiatur conſulibus, etiamſi particularis diſtributio multo poſt ſequatur.*

53 *Collectarum diſtributio, quæ fit inter particulares per æs, & libram retrotrahitur ad tempus impoſitionis.*

54 *Incola recedens poſt collectam denuntiatam conſulibus, non poteſt eius ſolutionem recuſare, etiamſi particularis diſtributio fiat poſt receſſum.*

55 *Collectas ſoluere non tenetur, qui non erat de vniuerſitate tempore, quo fuerunt conſulibus denũtiatæ, licet ſint tempore, quo inter particulares diſtribuuntur.*

56 *Collectas ſoluere non tenetur emptor, ſeu alius ſingularis ſucceſſor, ſi illarum impoſitio, ſeu denuntiatio fuit facta tempore prædeceſſoris, licet diſtributio per æs, & libram fiat poſtea quam ipſe poſſidere cepit.*

57 *Communitas poteſt agere contra emptorem, vel alium ſingularem ſucceſſorem, etiam pro collectis impoſitis tempore, quo illius author poſſidebat, & cur num. 60.*

58 *Emptor pro collectis debitis à venditore non conuenitur actione perſonali, ſed hypothecaria.*

59 *Hypothecata res tacitè cenſetur pro collectis.*

60 *Res tranſit cum ſuo onere in quemcunque ſucceſſorem.*

61 *Emptor ſoluens collectas debitas à venditore habet contra eum regreſſum.*

62 *Solutio ſi ab vno pro alio fiat, cenſetur is, pro quo ſoluitur, ex die ſolutionis alteri obligatus.*

63 *Alimenta qui ex lege debet, tenetur, ſi creditor pro ſe alendo debita contraxerit.*

64 *Dilatio humanitatis, & miſerationis cauſa conceſſa non debet ad liberationem debitoris prodeſſe.*

65 *Collectarum diſtributio, licet fiat poſtea, quam res tranſiuit in eccleſiam, vel alium locum piũ, nihilominus agi poteſt, ſi impoſitio fuerit antea facta.*

66 *Collectarum diſtributio, licet fiat poſt mortem immunis, non tamen heredes conueniri poſſunt, ſi impoſitio fuerit facta in vita immunis.*

67 *Impoſitum, vel imponendum onus quotupliciter dici poſſit.*

68 *Immunitatis conceſſio an, & quando comprehendat onera impoſita, & nu. ſeqq.*

72 *Obligationes tot ſunt, quot anni in oneribus ſucceſſiuis.*

75 *Immunitatis conceſſa an extendatur ad onera bellica, remiſſiue.*

76 *Immunitatis conceſſio an competat etiam pro bonis poſtea quæſitis remiſſiue.*

FA-

FACTI SPECIES.

PEnill. D. Comes Io. Antonius Caiſottus
die 4. Decembris 1620. quo natus eſt ei
duodecimus filius, obtinuit à Sereniſ-
ſimo Duce literas immunitatis, *per
tutti li carighi occorſi, e che occorreranno, & ſi im-
poſti, che, che ſi imporranno in tempo di pace, & di
guerra, ordinarij, & ſtraordinarij, penſati, & im-
penſati, per li beni, ſi preſenti, che d'auuenire.*
Harum virtute intendit, ſe non teneri cum cæ-
teris concurrere pro ijs collectis, quæ, licet ha-
beant cauſam præteritam, imponuntur tamen
à Ciuitate Cunei nunc, & ſic poſt quæſitam ei
immunitatem, vt ſunt taleæ, quę hodie per æs,
& libram imponuntur adhoc, vt ſatisfiat cre-
ditoribus, qui eo tempore, quo nondum erat
D. Comes immunis, vel militibus hoſpitatio-
nem prębuerunt, vel pecunias Ciuitati mutuas
dederunt, vt perſoluerentur onera, quæ tunc
temporis occaſione belli, vel eius reliquiarum
imponebantur. Contra verò Ciuitas intendit,
pro iis omnibus debere eum cum cęteris con-
currere, nec poſſe iuuari prædicta immunitate,
quippè, quæ, licet eum eximat ab oneribus fu-
turis, non tamen eximit à præteritis, cuiuſmodi
ſunt illa, de quibus agitur, Vnde quęritur, vtrius
intentio ſit magis iuri conſona.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRO reſolutione præſentis controuerſiæ
videndum eſt, an D. Comes non obſtā-
te priuilegio immunitatis teneatur cum
cæteris concurrere in ſolutione talearum, quæ
nunc imponuntur à ciuitate Cunei pro cauſis,
& debitis contractis ante quæſitā immunitatē.

Videretur autem prima facie dicendum nō
teneri, Primò, quia pater, qui propter numerū
duodecim liberorum conſequitur immunita-
tem ab omnibus muneribus, tàm realibus, quā
perſonalibus, etiam ſecundum iuris commu-
1 nis diſpoſitionem. † *l. ſi quis decurio 24. & ibi gl.
in verb. numerum, & Bart. C. de decurio. lib. 10. gl.
in l. ſemper 5. §. demonſtratur, in verb. ſedecim, &
ibi Bart. nu. 1. & Alex. in addit. ff. de iur. immun.
Franc. Luc. de fiſco, & eius priuil. par. 3. tit. de collec.
immu. num. 5. Guid. Pap. q. 401. Rain. conſ. 124.
num. 5. & conſ. 127. nu. 1. & 3. verſ. ſed iſtis volu. 4.
Gab. conſ. 161. num. 2. vol. 2. Alciat. de præſ. reg. 1.
præſ. 36. nu. 2. Purp. conſ. 371. nu. 8. Roll. conſ. 66.
nu. 35. vol. 1. & conſ. 52. nu. 3. vol. 2. Nat. conſ. 539.
nu. 2. & 4. Ozaſc. conſ. 60. nu. 1. & 2. Menoch. conſ.
486. nu. 2. Surd. conſ. 146. nu.* 16. non ſolum exi-
mitur ab iis, quę poſt completum filiorum nu-
merū imponuntur, ſed etiam ab ijs, quæ antea
2 erant impoſita, † *vt poſt Bald. quem refert ſcribit
Rip. in l. ex facto 43. in prin. n. 18. ff. de vulg.* adeo,
vt minor ſit de impoſitis, quā de imponendis
dubitatio, ꝙ patet ex eo, quia per modum ex-
tenſionis dicimus, conceſſionem immunitatis
trahi etiam ad onera futura, ſiue ea, quę poſtea
3 imponuntur, † *vti videre eſt apud Alex. conſ. 193.
nu. 8. vol. 2. Iaſ. in l. ſi ex toto. 8. in prin. nu. 11. ff. de
leg. 1. Brun. in tract. de augm. concl. 5. nu. 13. Carol.
Tapiam in rep. l. beneficium. 3. par. 1. c. 4. nu. 5. ff. de
conſtit. prin. Nat. conſ. 274. nu. 9. Burſat. conſ. 16.
nu. 77. verſ. Nec prædictis,* quæ extenſio, quia ſui
natura ſit de caſu minus dubitabili ad caſum
magis dubitabilē, vt dicimus de implicatiua,
4 quę vim extenſiuā habet. † *l. etiam 19. ff. ſol. mat.
l. 3. & l. fin. C. ſi tut. vel cura. & ſcribunt Alex. conſ.
116. nu. 14. vol. 2. Purp. conſ. 470. nu. 4. Decian. coſ.
17. nu. 42. vol. 1. Menoc. conſ. 620. num. 14. Surd.
conſ. 303. nu. 15.* haud dubie denotat, magis eſſe
dubium, an cenſeatur exemptus ab imponen-
dis, quàm ab impoſitis.

Secūdò verò dato ēt, quod inſpecto iure cō-
muni res aliquā haberet dubitationem, tñ in
caſu nr̄o videtur procedere ſine dubio ſtātibus
priuilegij verbis, quæ maniſeſtè tribuunt im-
munitatem *per tutti li carighi occorſi, & che occor-
reranno, & ſi impoſti, che ſi imporranno*: nam hęc,
tamquam clara nullum reliquunt dubitationi
locum, cum in claris non ſit opus coniecturis.
5 † *l. continuus 137. §. cum ita in fin. ff. de verb. oblig.
l. ille, aut illa 25. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.*

Tertiò videt̄ hoc ipſum confirmari ex eo, qa
priuilegia, & verba eorū ita ſunt intelligāda, vt
aliquid operētur, & addant iuri cōi, nec ſint in-
6 utilia. † *c. ſi Papa. 10. verſ. cum. n. de priuil. in 6. l. 1.
in fi. ff. ad municip. & ſcribūt gl. in l. ſi quādo 35. in
princ. in verb. conceditur, & ibi Bal. nu. 1. verſ. opp.
contra iſtā. C. de inoff. teſt. Bal. in auth. habita nu. 4.
C. ne fil. pro pat. Barbat. conſ. 44. nu. 9. vol. 2. Iaſ. in
l. aut ptor. 3. in prin. nu. 3. ff. de iureiur. Soc. ſen. conſ.
44. nu. 6. verſ. confirmātur pręmiſſa vol. 3. Dec. in l.
1. nu. 21. C. de ſec. nup. Menoc. conſ. 19. nu.* 8. Sed, ſi
diceremus illa verba, *per tutti li carighi occorſi,
& impoſti,* debere intelligi de oneribus impo-
ſitis, quorum tñ obligatio nondum erat cōtra-
cta, ſine dubio predicta nihil adderent iuri cōi,
ſed remanerent inutilia, quia reſpectu eorū D.
Comes fuiſſet immunis ex diſpoſitione iuris
cōis, *vt ſupra dictum eſt.* Itaq; Principis reſcri-
ptum, & priuilegium fuiſſet ei ſuperuacuū, &
inutile, cum fruſtra impetretur ab homine, ꝙ
7 cōceditur à lege. † *l. 1. ff. ad municip. l. 1. C. de the-
ſau. lib. 10. l. in cauſæ. 17. in princi. ff. de minor.* Ne
igitur hoc ſequatur, debemus ea interpretari,
vt tribuant immunitatem, etiam ab oneribus
impoſitis, quorum obligatio iam fuerat ante
duodecimi filij natiuitatem contracta.

Quartò multo magis hæc interpretatio vi-
det̄ admittēda in caſu nr̄o, in quo tractatur de
conceſſione immunitatis pp numerū duode-
8 cim liberorū, q̄ latiſſimè eſt interpretanda. † *vt
ſcribūt Gab. d. cōſ. 161. nu. 1. vol. 2. & Sur. deciſ. 123.
n. 5. verſ. 2. Et de alijs immunitatū conceſſionib. Petr.
Antib. de muner. par. 3. §. 4. n. 141. Decian. conſ. 51.
nu. 27. vol. 3. Menoc. conſ. 1105. nu.* 8. ſcilicet, qa
nō continet priuilegiū, ſed beneficium, cū nō
9 ſit contra ius, ſed ſecundū, † *vt declarāt Meno. d.
conſ. 486. nu. 2. & 20. Surd. d. deciſ. 123. n. 6.* cuiuſ-
modi, q̄ ſunt, non priuilegia dicūtur, ſed bene-
10 ficia, † *vt docet Bar. in l. 1. nu. 13. C. de iur. & fact.
ign. in l. ſi in priu. C. ſi cōtra ius, vel vtil. pub. & in l.
ſi qñ 35. in prin. nu. 1. C. de inoff. t ſt. Caſtr. in l. ma-
ritum 13. nu. 3. ff. ſol. matr. Alex. in l. qa tale 14. n. 1.
ff. eo. Iaſ. in l. beneficiū. 3. n. 27. ff. de conſt. Prin. Dec.
conſ. 32. nu. 5. Nat. conſ. 163. nu. 3. Surd. conſ. 140.
nu. 14. & d. deciſ. 123. n. 6.* & inter hæc magna re-
11 ſpectu interpretationis eſt differētia: † nā in pri
uilegiis ſtrictiſſimè facienda eſt interpretatio.
*l. 1. in fi. ff. de conſt. Prin. § ſed & ꝙ Principi inſt. de
iur. nat. l. ſi qñ 35. i prin. C. de inoff. teſt.* in bñficiis
verò latiſſimè *l. beneficiū. 3. ff. de coſt. Prin. c. cu di-
lecti. 6. in fi. de donat. c. olim. 16. de verb. ſign. c. quia
circa 22. de priuil. Quam differentiā ponunt Bar. in*

d.l.ſi quando. 35. in prin. nu. 1. C. de inoffi. teſt. & in
d. l. 1. nu. 12. et 13. C. de iur. & fact. ign. Dec. cõſ. 32.
nu. 4. & 5. & conſ. 222. num. 2. Nat. conſ. 163. nu. 3.
& Surd. d. conſ. 140. num. 70. verſ. 2. & num. 71.

Quintò, licet huiuſmodi conceſſio dici poſ-
ſet priuilegium, adhuc tamen videretur latam
debere interpretationẽ recipere, q̃a quamuis in
priuilegijs facienda ſit ſtricta interpretatio, cũ
agitur de prȩiudicio tertij, licet aliud ſit, cũ agi-
12 tur de præiudicio cõcedentis: † cap. ex parte 23.
de verb. ſignif. & ſcribunt Luc. de Penn. l. ſi quando
2. col. 3. verſ. poſt gl. C. de bon. vac. lib. 10. Rum. cõſ.
111. nu. 17. vol. 5. Triuiſa. deciſ. 65. nu. 3. & 4. lib. 1.
Surd. d. conſ. 140. nu. 73. Menoch. conſ. 1105. nu. 4.
hoc tamen locum non habet, quando priuile-
13 giũ eſt fauorabile, † vt declarat Seraph. deciſ. 728.
nu. 2. & deciſ. 1492. nu. 1. vt eſt priuilegium im-
14 munitatis † ſecundum Nat. conſ. 274. nu. 8. Decia.
conſ. 51. nu. 45. vol. 3. & Men. d. conſ. 1105. nu. 3. &
8. maximè propter numerum duodecim libe-
15 rorum, † vt ſcribunt Menoc. cõſ. 297. nu. 19. Surd.
d. deciſ. 123. nu. 5. verſ. 2. & Theſaur. lib. 1. quæſt. fo-
renſ. q. 93. nu. 2. quippè, cũ hæc immunitas con-
16 cedatur fauore Reip. † cuius intereſt, ciuitatem
17 liberis hominibus repleri. † l. 1. ff. ſolut. matrim.
l. 2. ff. de iure dot. l. 3. ff. de priuil. cred. l. hoc modo 63.
ff. de condit. & demon. l. 2. C. de ind. vid. toll. l. cum rõ
7. §. ſi plures. ff. de bon. dam. Et in ſpecie declarant
Rip. in d. l. ex facto 43. in princ. nu. 13. verſ. credẽre.
ff. de vulg. Alciat. de præſump. 1. præſ. 36. nu. 2. Rol.
conſ. 52. nu. 10. vol. 2. Men. d. conſ. 486. nu. 6. verſ. 4.
& nu. 11. & 13. verſ. reſpondetur 2. & nu. 27. & de
præſumpt. lib. 3. præſ. 104. nu. 19. Surd. d. deciſ. 123.
nu. 5. Et, quod dicitur immunitatẽ, tanquam
18 odioſam eſſe ſtrictè intelligendã † a Roma. cõſ.
180. nu. 11. Alex. cõſ. 125. nu. 10. & 11. vol. 2. Dec.
conſ. 113. nu. 2. verſ. & iſta interpretatio, iuncto nu.
6. & conſ. 222. nu. 4. verſ. & huic concluſioni, Rip.
reſp. 193. nu. 19. alias eſt reſp. 26. nu. 19. lib. 2. Balb.
in conſ. poſito poſt deciſ. 68. Ozaſ. nu. 19. Decia. cõſ.
2. nu. 14. & 15. vol. 4. Ceph. cõſ. 553. nu. 12. Menoc.
conſ. 36. nu. 30. conſ. 297. nu. 6. & conſ. 1060. nu. 25
Surd. d. conſ. 140. nu. 2. et 8. conſ. 278. n. 3. conſ. 313.
nu. 16. & deciſ. 135. n. 6. & in fin. & Theſaur. d. lib.
19 1. quæſt. foren. q. 90. nu. 6. procedit † in iis caſi-
bus, in q̃bus immunitas conceditur à Principe,
vel Ciuitate nõ ex aliqua cauſa, quæ ſecũdũ ius
aliquem reddat immunem, ſed ex alia. nam ſi
concedatur ex cauſa, propter quam etiam iure
cõmuni deberet quis eſſe immunis, verius vi-
detur, etiam in huiuſmodi priuilegio faciendã
eſſe latam interpretationem, vt dictum eſt.

Nec obſtat, ſi dicatur, dato, quod latè ſit fa-
cienda interpretatio, non tamen ex hoc ſequi,
priuilegium immunitatis eſſe trahendum ad
onera prȩterita, quoniã id redundaret in prȩiu-
dicium tertij, nempè aliorum ciuium, qui ma-
iore grauarentur onere, q in Principum reſcri-
ptis, conceſſionibus, & priuilegijs ferendũ non
eſt, quippè, quȩ non ſolent, nec debent trahi in
20 alterius iniuriam, & damnum. † l. impuberi 41.
ff. de adm. tut. l. nec auus 4. C. de eman. liber. l. 2. §.
merito, & §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loc. pub.
l. ſed, cum ab herede 12. ff. ad Trebel. cum Princeps
non poſſit tertio præiudicare, & ius illi quæſitũ
21 auferre † clem. paſtoralis 2. §. cæterum de ſent. & re
iudic. quia videtur poſſe reſponderi, imò con-
trarium eſſe verius, quoties, vt in caſu noſtro,
conceſſio fit ex cauſa publicæ vtilitatis: nam
ꝓpter eam poteſt Princeps ius tertio quæſitũ
22 auferre. † Litem ſi verberatũ. 15. §. 1. ff. de rei vind.
l. Lucius 11. ff. de euict. quia non dicitur afferre
23 damnum, quod publicè vtile eſt. † l. ſi quis fun-
dum 43. ff. de acquir. poſſeſſ. iunctis l. 1. ff. de vſucap.
& dato etiam, quod afferat, non tamen eſt eius
habenda ratio, cum publica vtilitas ſit præfe-
24 renda priuatæ † l. 3. C. de Primip. lib. 12. l. vnic. §.
hæc autem C. de cad. toll. Authen. res quæ C. comm.
de legat. §. quia vero verisimile non ſit oportet Auth.
de non alienan. reb. Eccleſ. collat. 2. Et, ſi dicatur,
Principem, licet potuerit, non tamen cenſeri
26 voluiſſe præiudicare tertio. † capit. ſuper eo 15.
verſ. hoc tuam de offic. & pot. iud. deleg. cap. ex tuarũ
5. & ibi not. gloſſ. in verb. permittat de auth. & vſu
pall. cap. quamuis 8. de reſcript. in 6. videtur poſſe
replicari: imo in caſu nr̃o contrarium appare-
re ex ipſiſmet literarum verbis, quippè, quæ
immunitatem expreſſim concedunt etiam ab
oneribus occultis, & impoſitis: nam hæc oſtẽ-
dunt voluiſſe Principem etiam reſpectu prȩte-
ritorum reddere impetrantem immunem,
& hoc modo cæteris præiudicare, quia alio-
quin illa verba, occulti, & impoſiti, remanerent
inutilia, nec aliquem effectum operarentur,
quod, vt dictum eſt, etiam in priuilegijs eſt eui-
tandum, dato etiam, quod id redundet in prȩ-
26 iudicium tertij, ſecundum Dec. in l. 1. num. 21.
C. de ſ... inſt. nupt. & Menoch. conſ. 276. nu. 20. &
conſ. 10.. num. 38.

Sexto, & vltimò, licet diceremus, eum non
cẽſeri liberatum ab oneribus præteritis, adhuc
tamẽ videretur liberatus ab iis, quæ ciuitas im-
poſuit, aut etiam imponet poſt quæſitã ei illi
immunitatem, licet habeant cauſam præteri-
tam, quia dubium non eſt, quin beneficio hu-
ius immunitatis cenſeatur exemptus ab omni-
bus oneribus, quæ tempore literarum nondum
erant impoſita, ſcilicet, quia in collectis ſpe-
27 ctatur tempus impoſitionis. † vt ſcribunt Bart.
in l. id quod 19. §. ſi pater. ff. de conſt. pecu. Caſtr. in l.
apud Iulianum 40. Suares nu. 3. & in d. l. ſ. nu. 6.
ff. de leg. 1. Alex. in d. l. apud. Iulianum §. ſi quis, n. 6.
Franc. Luca in tract. de fiſco par. 3. nu. 10. ... conſ.
146. nu. 10. vtpotè per quã obligatio cõtrahit̃,
28 † vt ſcribunt gl. in l. incola 34. in verb. deſtinatus et
ibi Bar. nu. 1. ff. ad municip. Bald. in auth. Item nulla
commu... num. 5. C. de epiſc. & cler. Caſtr. conſ. 175. nu.
5. verſ. ſed debitum. vol. 1. Nat. conſ. 1. num. 9. Surd.
conſ. 262. nu. 32. Itaq; ii ſoli ſunt collectandi, qui
29 tunc tẽporis non reperiuntur immunes † cap. 1.
De immun. Eccl. in 6. cum ſimilib. Cum igitur eo
tempore D. Comes iam reperiatur immunis,
conſequens videtur, vt collectari non poſſit.

Nec obſtat, ſi dicatur, onera, de quibus agit̃,
licet tp̃e literarum non fuiſſent impoſita par-
ticularibus, fuiſſe tamen impoſita cõitati, ide-
oq; eius reſpectu cenſeri præterita, à quorum
ſolutione non intelligit̃ D. Comes liberatus,
quia videtur poſſe replicari, nos hic non tracta-
re de obligatione cõmunitatis, ſed de obliga-
tione particularium, quæ multum ab illa dif-
fert. Itaque, licet reſpectu communitatis one-
ra iam eſſent debita, non tamen idem videtur
dicendum reſpectu ipſorum particularium, q ppè
quorum obligatio non contrahitur, niſi, quo
tempore onus imponitur regiſtro, & inter
eos per æs, & libram diſtribuitur: vt ſupra di-
ctum eſt. Et ideo, cum D. Comes fuerit exẽptus
ab omnibus oneribus, quæ tunc temporis non-
dum erant debita, conſequens videtur, vt cen-

ſeatur

ſeatur etiam exemptus ab iis, de quibus agitur, tẽporè, quæ, quoad ipſum nondum erant debita, licet debitum reſpectu communitatis iam cenſeretur contractum.

Prædictis tamen non obſtantibus, prout re vera non obſtant, puto de iure verius, D. Comitem non cenſeri liberatũ ab oneribus, de qbus agitur, ſed ad eorum ſolutionẽ poſſe à Ciuitate cõpelli non obſtante priuilegio immunitatis, quippè, quod ab eorum præſtatione non cenſetur illum exemiſſe. Vt autem ita exiſtimem, his adducor fundamentis.

Primò, quia priuilegium immunitatis, quod patri conceditur ob numerũ duodecim liberorum, pdeſt quidem ei, quoad onera futura, ſed non, quoad præterita. Sed taleæ, quę hodie imponuntur à ciuitate Cunei pro cauſis, & debitis contractis ante quæſitã D. Comiti immunitatem, vt ſunt taleæ, quas vocãt, æqualanciarũ, & verò ẽt illæ, quæ imponuntur, vt ſatisfiat creditoribus, qui pecunias ciuitati mutuas dederunt pro perſoluendis oneribus, quæ tunc tpis occaſione belli, vel reliquiarum eius imponebantur, ſunt onera præterita, non futura. Ergo, quoad huiuſmodi taleas non poteſt immunitatis priuilegium Dom Comiti prodeſſe. Non prodeſſe autem quoad onera pręterita, ſequentibus probatur fundamentis, &

Primò, quia generale eſt in omnibus cauſis, & priuilegiis immunitatum, vt quoties alicui ſuperueniunt proſint quidẽ, quoad munera, & onera futura, ſed nõ, quoad ea, quę tũc tẽporis
30 iam erant delata, ſiue indicta. † *l. 2. §. qui ad munera. ff. de vaca. mun. l. ſẽper 5. § hoc circa. ff. de iur. immu. l. 2. § numerũ. l. non tantum 20 §. ſanè l. tutor petitus 31 in princ. ff. de exc. tut. & ſcribũt Petr. Antib. de muner. par. 3. num. 12. & Rip. in l. ex facto 43 in princ. num 17. ff. de vulg.*

Secundò, quia, quoad effectum liberationis ab onere ſoluendi collectas, paria ſunt, quem deſinere eſſe incolam, vel fieri immunẽ, vt in
31 ſimili dicimus de loco † *ſicuti videre eſt Ang. cõſ. 233. nu. 2. verſ. & paria. Iaſ. in l. fi. nu. 5. ff. de iuriſd. & Alb. conſ. 355. nu.* 2. nam ita quis liberatur ab onere ſoluendi collectas, ſi fiat immunis, vt, ſi deſinat eſſe incola, ſcilicet quia, nec immunis
32 collectari poteſt. † *d. c. 1. De immun. Eccl. in 6. & Auth. Item nulla cõitas, & ibi Bald. nu. 1. C. de epiſ.*
33 *& cler.* nec forenſis. † *l. reſcripto 6. § fi. & ibi Bar, nu. 4. ff. de mun. & bonor. Bart. in l. libertus 17. § ſola. nu. 1. ff. ad municip. Bald. in l. placet. 5. nu. 4. verſ. quæro iuxta, & ibi Parpal. nu. 56. C. de ſacroſ. eccl. Caſtr. in l. 2. nu. 5. C. ſine cenſ. vel reliq. Alex. conſ. 52 nu. 1. vol. 5. Ruin. conſ. 111. num. 9. vol. 5. Dec. conſ. 284. nu. 4. Curt. iun. conſ. 42. nu. 2. Soc. iun. conſ. 49. nu. 14. 26. & 28. vol. 1. Nat. conſ. 555. nu. 1. Brun. conſ. 94. nu. 4. Burſat. conſ. 16. nu. 31. Bec. conſ. 73. nu. 9. Surd. conſ. 262. nu. 29. circa med. Andr. Gail. lib. 2. obſer. 52. nu. 14.* Sed, qui deſinit eſſe incola alicuius loci, liberatur quidẽ à collectis futuris,
33 ſed non à pręteritis. † *d. l. incola 34. & ibi gloſſ. in verb. deſtinatus, & Bart. nu. 1. & Alex. in addit. in lit. d. verſ. ſi autẽ. ff. ad munic. Specul. in tit. de cenſib. §. 1. nu. 13. Petr. Antib. de muner. par. 3. §. 4. nu. 90. Petr. de Vbald. de collect. nu. 15. Iaſ. in l. cum quędã 19. in prin. nu. 14. ff. de iuriſd. Nat. conſ. 71. num. 1. Surd. d. conſ. 146. nu. 10. & 11.* Ergo nec ab iis liberatur, qui fit immunis.

Tertiò, quia, quæ in diuerſis perſonis locum habent, eadem & in vna eademq; perſona locũ habere debent, ſi in ea concurrant qualitates, & circunſtantiæ, quæ in diuerſis perſonis cõcur-
34 rebant. † *l. ſingularia 15. verſ. quod igitur. ff. ſi cer. pet.* Sed, quoties res, ꝓpter quam quis collectari poteſt, tranſit de perſona non immuni ad perſonam immunem, puta ad Eccleſiam, vel aliũ locum piũ, non prodeſt talis immunitas, quoad onera præterita, ſeu debita, quo tempore res
35 erat penes non immunem, † *vt ſcribunt gloſſ. in d. l. incola. 34. in verb. deſtinatus, verſ. item quid ſi fiat. & ibi Bart. num. 5. ff. ad munic. Addit. ad Bar. in l. ſi is, cum quo 7. in verb. perſonę. ff. de aq. plu. arc. Iaſ. in d. l. cum quædam 19. in princ. nu. 14. ff. de iuriſd. qui loquũtur de eo, qui poſt impoſitã collectam factus eſt conuerſus. Idem ſcribunt Bal. in d. l. placet 5. num. 4. verſ. ego duo, & ibi Parpal. num. 78. verſ. nam ſi poſſeſſor. C. de ſacr. eccl. Bald. in d. Auth. Itẽ nulla communitas nu. 5. C. de Epiſc. & cler. Ang. cõſ. 206. nu. 2. Specul. in tit. de cler. coniug. nu. 11. verſ. dicunt quidam Petr. Antib. de muner. part. 3. § 4. nu. 50. in fin. Caſtr. in l. inter debitorem 43. nu. 4. ff. de pact. Alex. in addit. ad Bar. in d. l. incola 34. in lit. d. verſ. & quid ſi bona. ff. ad municip. Ruin. d. conſ. 111. nu. 9. verſ. & facit. vol 5. Curp. conſ. 324. nu. 4. Surd. conſ. 262. nu. 32. de re poſt impoſitam collectã tranſlata in Eccleſiam loquentes.* Ergo nec debet prodeſſe, quoties immunitas ſuperueniat eidem perſonæ, quæ iam erat oneribus obligata.

Quartò, quia idem operatur oppoſitũ in op-
36 poſito, quod propoſitum in propoſito. † *l. Gal. §. ſi. ff. de leg. 3.* Sed extinctio immunitatis nõ operatur obligationem reſpectu onerũ impoſitorum tempore, quo competebat immunitas, ſiue conſideremus perſonam eius, qui erat immunis, vt, cum immunitas erat tẽporalis, puta cõceſſa per decennium, quo caſu non tenetur, qui deſinit eſſe immunis pro collectis impoſitis intra decennium, ſiue cõſideremus perſonas hæredum, vt, cum immunitas tanquam perſonalis cum perſona extinguitur, quo caſu heredes non tenentur pro oneribus impoſitis durante
37 vita defuncti, qui erat immunis, † *vt late oſtendit Surd. d. conſ. 146. nu. 5. verſ. hæc tamẽ, & per tot.* Ergo nec contra debet immunitas ſuperueniẽs operari liberationem ab oneribus antea decurſis, & impoſitis.

Quintò iniquum eſt pro debitis vnius alterũ
38 teneri. † *l. vn. C. vt null. ex vican. pro alie. vican. deb. ten. lib. 11. l. fin. C. de omn. agr. deſert. eodem lib. l. nullam. 4. C. de exec. et exactio. lib. 12. § 1. Auth. vt non fiant pign. coll. 5. l. fi. C. de cenſib. & cenſito. lib. 11.* Quamobrẽ dicimus nouos decuriones non teneri pro debitis contractis a decurionibus
39 anterioribus. † *l. prouidendũ 23. & ibi gl. in verb. ſuſceptorũ, et Bar. C. de decurio. lib. 10. Surd. d. cõſ. 146. n. 10. verſ. pbat.* & nouos ciues, aut incolas nõ teneri pro collectis impoſitis ante, q̃ efficerentur ciues, aut incolæ † *poſt Bar. in l. 1. §. cohæ-*
40 *redem in fin. & ibi Imol. ff. ad l. Falc. Bar. in d. l. incola 34. nu. 4. verſ. puto tamen. ff. ad municip. & in tract. repreſal. q. 1. nu. 12. & in d. l. prouidendum 23. nu. 3. C. de decurio. lib. 10. Specul. in d. tit. de cenſib. § 1. nu. 12. Petr. Antib. de mune. d. par. 3. § 4. n. 90. Alex. cõſ. 145 in fi. vol. 2. Parpal. in repet. d. l. placet 5. nu. 40. in fin. C. de ſacroſ. eccl. Nat. d. conſ. 71. n. 1. Surd. d. conſ. 146. nu. 10. & 11.* Sed, ſi immunitas ſuperueniens prodeſſet etiam, quoad onera ꝓterita, cogerentur alij ſubire onus iã debitũ ab eo, qui poſtea factus eſt immunis, quippè, qui ſtatim atq; fuerat facta impoſitio, cenſebatur

obligatur, *vt ſupra dictum eſt.* Ergo, ne hoc ſe-
quatur, debemus potius dicere immunitatem
prodeſſe quidem ei, quoad onera futura, ſed
non, quoad præterita. Quam in rem faciunt,
quæ ſcribit Baldus *in l.etiam 5.num.15.in fin.C.*
41 *de execut. rei iudic.* dum ait, † ſi poſt contractã
obligationẽ aliqui eximantur, non teneri alios
ſoluere partem exemptorum, quia, cum obliga-
tio certam formam diſtributiuam aſſumpſerit,
à ſtatu ipſius non eſt recedẽdum. *Sequitur Rip.
in l. ſi ſe nõ obtulit 4.§. ait prætor nu.36.ff.de re iud.*
Sextò corroborantur ſuperiora ratione: nam
42 effectus debet à ſua cauſa regulari, † *vt ſcribunt
Pic. in l. poſt contractum 15.num. 57. ff. de donat.
Alb.conſ.38.num.3.& conſ.225. num. 16. Cephal.
conſ.181.num.3. Decian. conſ.5.num. 39. volu.4.
Crau.conſ.606.num. 4.* & conſequenter nõ de-
bet habere principium ante, quam incipiat
43 cauſa. † *l. huiuſmodi. 13. ff. quando dies leg. ced.
Mar.Salom.in repet.l. Gallus 29. §.quid ſi is num.
23.ff.de lib.& poſth.* Atqui cauſa huius immuni-
tans, nempè numerus duodecim liberorũ non
habuit principium, niſi ab eo die, quo natus
eſt duodecimus filius. Ergo ab eo ſolo die de-
bet habere principium immunitas, & per con-
ſequentias; ſi poſt illius natiuitatem indicẽtur
onera non poterit D. Comes ad eorum ſolu-
tionem compelli, tamquã immunis, ſed, ſi pe-
tantur onera indicta prius, quam completus
eſſet duodecim filiorum numerus, non poterit
eorum ſolutionem recuſare, quoniam debebã-
tur ante, quam eſſet immunis: Ceſſat enim re-
ſpectu illorum cauſa immunitatis. Quamob-
44 rem & ipſa immunitas ceſſare debet. † *l. ſemper
5.§. negotiatores.ff.de iur. immun. Tiraq. in reg. Ceſ
ſante cauſa in lit.d.num.117.Surd.deciſ.123.nu.4.*
Quemadmodum & ceſſat priuilegium, ſi pri-
45 uilegij cauſa ceſſet. † *l. Athletę.8. §.1.l. Geome-
træ 25. ff.de ext.tut.l. Titia Seio.89. §. vſuras. &
ibi Bart.num.1.ff.de leg.2.l.ex facto 43.in princ.&
ibi Iaſ.num.7.& Hyer.Verr.num.43.ff.de vulg.l.
filius a patre 28.§.1. & ibi Iaſ.num.3.ff.de lib. &
poſth. Roman.conſ.180.nu.7. Carol.Lap.in repet.l.
beneficium.3.par.2.cap.4.nu.1.ff.de conſt. Princip.
Tiraq.in d.reg. Ceſſante cauſ.in lit.p.nu.210. Me-
nocl.conſ.2.num.36.Surd.d.deciſ.123.nu.4.*
Septimò, vt immunitas poſtea ſuperueniẽs
proſit etiam, quoad onera præterita, fieri non
poteſt, niſi per retrotractionem, ſeu fictionem
tranſlatiuam de tempore ad tempus, ſcilicet,
quia re vera ante completum numerum duo-
decim liberorum non erat immunis. Sed in
propoſita ſpecie retrotractio nullo modo lo-
cum habere poteſt, quia, vt ei ſit locus, requiri-
tur habilitas vtriuſq; extremi, nempè, à quo, &
ad quod, adeo, vt, ſi alterutrum deficiat, retro-
46 tractio locum habere nequeat. † *l. bonorum. 24.
ff. rem rat. hab. & ſcribunt Bartol. in l. ſi is, qui pro
emptore. 15.num.3.& 52. & ibi Crott.nu. 54.ff.de
vſucap. Curt.ſen.in rep.l.edita.3.nu.88.C.de edend.*
At in caſu noſtro deficit habilitas vnius extre-
mi, nempè ad quod, ſcilicet, quia habilitas æ-
ſtimatur ex cauſa, quæ nõ aderat tempore im-
poſitionis onerum præteritorum, cum eo tem-
pore non haberet duodecim filios. Non poteſt
igitur eſſe locus retrotractioni. Planè, ſi, cõceſ-
ſio immunitatis fuiſſet facta à Principe multo
poſt natiuitatẽ duodecimi filij, rectè diceremꝰ
talem immunitatem debere retrotrahi ad tẽ-
pus natiuitatis, & per conſequentias debere

eum cenſeri immunẽ etiam ab oneribus ante
literarum impetrationẽ decurſis, ſi modo im-
poſita ſint poſt duodecimi filij natiuitatẽ, quia
tunc nõ deficeret reſpectu cauſæ habilitas ex-
tremi ad quod, vtpotè, cum eo tempore iam
adeſſet numerus duodecim liberorum, qui eſt
cauſa immunitatis, ſed, quoties onera fuerunt
impoſita ante prædictam natiuitatem, verius
eſt, ceſſare retrotractionem propter inhabilita-
tem extremi, maximè ſtante, quod hoc afferr-
ret damnum tertio, in cuius præiudicium re-
47 trotractio regulariter fieri non poteſt, † *vt ſcri-
bunt Bart. in l. ſi indebitum.16.§ ſi procurator, &
in d.l.bonorum.24.num. 2. verſ. aut perſona. ff. de
rem.rat.hab.Curt.iun.conſ.74. num.9. & conſ.76.
num.6. Crau.conſ.675.num.3. Menoch.conſ.858.
nu.2.* Ex his igitur, & alijs, quæ conſultò omit-
to, ſatis apertè cõſtat, veram eſſe maiorem pri-
mi fundamenti ꝓpoſitionem in qua diximus,
priuilegium immunitatis concessæ propter nu
merum duodecim liberorum prodeſſe quidẽ,
quoad onera futura, ſed non, quo ad præterita.
Minor autem, in qua diximus, taleas, de qui-
bus hodie contenditur, eſſe onera præterita, nõ
futura, probatur ea ratione, quia præterita di-
cuntur onera, quorum obligatio reſpectu Do.
Comitis iam erat contracta, quo tẽpore factus
eſt immunis. Sed omnium onerum, quæ ex
cauſis præteritis hodie imponuntur, obligatio
reſpectu Do. Comitis iam erat contracta, quo
tempore conſecutus eſt immunitatem nõ ob-
ſtante, quod inter particulares nondum fuiſſet
facta diſtributio per æs, & libram. Ergo debent
hæc omnia cenſeri præterita. Fuiſſe autem iam
tunc temporis contractam obligationem, pa-
tet ex multis &
Primo ex eo, q̃a in collectis imponẽdis ori-
48 go, & cauſa debiti ſemper eſt ſpectãda, † *vt ſcri-
bunt Bar. in l.4.§ actor. nu.2.ff.de re iud. Bald.in
l.et.5.nu.16 C.de execu.rei iud & in c.1.§. conuẽ-
ticula nu. 11.de pac.iur.firm. Nat.d.conſ.71.nu.1.
& conſ.157.nu.5. Andr.Gail.lib.2.obſ.52.num.16.
Surd.d.conſ.146.num.11.* Itaq; ſufficit cauſam,
propter quã hodie collecta imponitur, habuiſ-
ſe originem eo tempore, quo quis erat ſuppo-
ſitus oneribus, vt ex tunc cenſeatur obligatus,
49 † *vt ſcribũt Bar. in d.l. incola. 34 nu.4. verſ. ſufficit.
ff.ad municip. Nat.d.conſ.71.nu.1. & Surd.d. cõſ.
146.nu.* 11. Sed cauſæ propter quas hodie Ci-
uitas Cunei taleas imponit, iam aderant ante,
quã D.Comes factus eſſet immunis, quia taleæ
imponũtur, vt ſatisfiat ijs, qui tunc tẽporis mi-
litibus hoſpitationes ꝓbuerunt, aut mutuas ci-
uitati pecunias dederunt, quibus poſſet perſol-
uere onera, quę publicis edictis fuerant a Sere-
niſs. Duce noſtro impoſita. Ergo iam ex eo tẽ-
pore cenſeri debuit D.Comes obligatus.
Secundò, quia particulares tunc cẽſentur ob
ligari, cũ ciuitas poteſt eos ad onus pro parte
50 ſua ferẽdum, & ſuſtinendum compellere. † *arg.
l. debitor. 108.ff.de verb. ſignif.* ſcilicet, quia talis
compulſio non poteſt fieri, niſi per viã actio-
nis, aut alterius remedij, quod vice actionis
fungatur, quæ res præcedentem ſupponit ob-
51 ligationem. † *l. obligationum ſubſtantia. 3. ff. de
act. & obligat. l. licet. 43.§. ea obligatio.ff. de procur.*
Sed ſi ciuitas Cunei voluiſſet, ſine dubio po-
tuiſſet adſtringere oẽs particulares, & vero ẽt
D. Comitẽ ad contribuendũ pro hoſpitatione
militum, & ſolutione publicarũ functionũ, q̃ à
Princi-

Principe indicebantur, iam eo tempore, quo
cõſulibus fiebat denuntiatio. Ergo ex tunc de-
bent cenſeri omnes particulares obligari.

Tertiò, quia ad hoc, vt particulares prædia,
ſeu bona poſſidentes cẽſeantur obligati ad ſo-
lutionem oneris, non eſt ſpectanda impoſitio,
quæ per æs, & libram fit ipſis particularibus à
cõſulibus, ſeu alijs ad hoc deputatis, ſed eſt ſpe-
ctanda impoſitio, quę fit ipſi communitati à
Principe: nã eo momento, quo collecta indi-
citur communitati, ſeu denũnatur conſulibus,
cenſentur pro eius ſolutione obligati omnes
particulares ibidem bona poſſidentes, etiam ſi
diſtributio per æs, & libram, quæ fit inter eos,
52 multo poſt ſequatur. † *Ita ſcripſerunt glo. in d. l. incola. 34. in verb. deſtinatus, verſic. ſed quid, & ibi Bart. nu. 4. verſ. circa ſecũdum. ff. ad municip. Spec. in d. tit. de cenſib. §. 1. nu. 13. & ibi Io. Andr. in addi. in ver. non tenetur, Ang. conſ. 206. num. 2. Soc. ſen. conſ. 243. num. 1. verſ. ſed ex mente. vol. 2. Nat. d. conſ. 71. num. 1. Surd. d. conſ. 146. num. 11. in fin. & num. 12.* quia, quandocunq; fiat, ſemper retro-
trahitur ad tempus impoſitionis factæ cõmu-
53 nitati, † *vt declarat Ang. d. conſ. 206. nu. 3. & poſt eum Surd. d. conſ. 146. nu. 22.* Quamobrem dici-
mus, incolã obligari eo momento, quo colle-
cta indicitur conſulibus, etiãſi particularis eius
diſtributio poſtea fiat, adeo, vt, licet ante diſtri
butionem recedat, non tamen poſſit eius ſolu-
54 tionem recuſare † *vti videre eſt apud Bart. in d. l. incola. 34. nu. 4. verſ. circa ſecũdum. ff. ad municip. Petr. de Vbald. de collect. nu. 15. Petr. Antib. de muneri b. par. 3. §. 4. nu. 90. & Nat. d. conſ. 71. num. 1.*
Et ſimili modo dicimus, eum, qui eſt de vniuer-
ſitate tempore, quo collecta imponitur parti-
cularibus, & inter eos diſtribuitur per æs, & li-
bram, ſed non erat tpe contractę obligationis,
cum ſcilicet debitum fuit denuntiatum cõſu-
55 libus, non teneri. † *Ita enim ſcribunt Petr. Antib. de muner. d. par. 3. §. 4. num. 90. & Alex. in addit. ad Bar. in d. l. incola 34. in lit. d. ff. ad municip.* De-
niq; onus ſoluẽdi collectam pertinere ad eum,
qui fundum poſſidebat, ſeu fructus ex eo per-
cipiebat tempore, quo fuit impoſita commu-
nitati, ſeu denuntiata conſulibus, puta vendi-
torem, non verò ad eum, qui poſtea rem poſſi-
dere cœpit, puta emptorem, etiamſi particula-
ris diſtributio non fuerit facta, niſi poſtea, quã
56 is cœpit poſſidere, & fructus percipere † *cum Nat. d. conſ. 71. num. 1. & Surd. d. conſ. 146. nu. 12.*
Et, quamquam cõitas pro oneribus impoſitis
tempore, quo venditor poſſidebat, poſſit agere
contra emptorem, aut alium ſingularem ſuc-
57 ceſſorem. † *l. cum poſſeſſor. 5. §. fin. ff. de cenſib. l. 2. & ibi Caſtr. num. 1. C. ſine cenſ. vel reliq. & ſcribunt Franc. Luca. de fiſc. par. 3. nu. 36. Rip. in l. 1. §. ſi hæres precepto fundo num. 15. ff. ad Treb. Afflict. deciſ. 95. num. 3. Nat. d. conſ. 71. num. 2. & in addit. ad Alex. conſ. 145 ſuper verb. in æſtimo vol. 2. Gig. de penſion. q. 39. num. 5. Theſ. deciſ. 164. nu. 3. Surd. d. conſ. 146. nu. 8.* hoc tamen non impedit, quin
obligatio cenſeatur contracta in perſona ven-
ditoris: nam communitas non agit contra em-
ptorem actione perſonali, ſed hypothecaria,
58 † *vt declarant Caſtr. in l. Imperatores. 7. nu. 1. ff. de publica. Afflict. d. deciſ. 95. num. 3. Nat. d. conſ. 71. num. 3. verſ. 2. & in addit. ad Alex. d. conſ. 145. in verb. in æſtimo vol. 2.* cum per impoſitionẽ col-
lectæ res cenſeatur affici, & hypothecę ſubijci.
59 † *l. 1. & ibi Bald. C. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac. contr. Angel. d. conſ. 206. num. 2. Caſtr. in l. 2. nu. 6. C. ſine cenſ. vel reliq. & in l. inter debitorem 43. nu. 4. ff. de pact. Alexan. in l. apud Iulianum 49. §. ſi quis num. 6. ff. de leg. 1. Iaſ. conſ. 83. col. 2. verſ. nam pro talibus vol. 3. Soc. ſen. d. conſ. 243. num. 1. verſic. præterea videtur vol. 2. Thom. Parpal. in rep. l. placet 5. num. 95. C. de ſacroſ. eccl. Dec. conſ. 284. nu. 5. verſ. 5. facit Purp. cõſ. 324. nu. 3. Bec. conſ. 73. nu. 3. Theſ. d. deciſ. 164. num. 3. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 52. num. 21. Surd. conſ. 262. num. 1.* ideoque trãſeat
cum ſuo onere in quemcunque poſſeſſorem.
60 † *l. vn. verſ. res vero. C. de impo. luc. deſ. lib. 10. & ſcribunt in his terminis Caſtr. in d. l. Imperatores 7. num. 3. ff. de publica. Iaſ. d. conſ. 83. col. 2. verſ. nam pro talibus volu. 3. Soc. ſen. d. conſ. 243. num. 1. verſ. præterea videtur vol. 2. Nat. d. conſ. 71. num. 3. verſ. 2. Purp. d. conſ. 324. num. 4. Surd. d. conſ. 146. nu. 1. & 8. verſ. ideo enim:* Sed ex hoc non ſequitur,
quin onus fuerit venditoris, ſeu prioris poſſeſ-
ſoris, quia tertius, qui pro oneribus præteritis
conuenitur, & ſoluit, habet regreſſum contra
priorẽ poſſeſſorem, à quo ſolutio fieri debuit,
61 tamquã contra obligatum, † *vt ſcribunt Caſtr. in d. l. 2. in fi. C. ſine cenſ. vel rel. & in d. l. Imperatores 7. num. 1. ff. de publica. Afflic. d. deciſ. 95. num. 3. Gig. de penſio. d. q. 39. num. 5. Nat. d. conſ. 71. nu. 3.*

Quartò prædicta confirmantur ea ratione,
quia, quando vnus pro alio ſoluit, is, pro quo
fit ſolutio, ſaltem ex die ſolutionis cẽſetur ſol-
62 uenti obligatus, † *l. ho minem 37. cum his ſeq. ff. mand.* Sed reſpectu onerum, de quibus agitur,
communitas ſoluit ꝑ particularibus, ad quos
effectu ſpectabat onus ſoluendi. Ergo parti-
culares cenſentur communitati obligati ſal-
tem ex die ſolutionis.

Quintò, qui tenetur ad aliquid contribuere,
tenetur etiam pro debitis ex illa cauſa contra-
ctis, vt patet ex eo qui ex lege tenetur alteri ꝑ-
ſtare alimenta; quippè, qui etiam tenetur, ſi ea
nõ præſtiterit, & creditor pro ſe alendo debita
63 contraxerit † *l. fin. ff. de in rẽ verſ. & ſcribunt Bar. in l. libertus, quos 18. §. 1. num. 3. ff. de alim. & cib. leg. Caſtr. in l. diuortio. 8. in princ. num. 6. ff. ſol. matr. Alexan. in l. de alimentis. 8. verſ. vbi dicit, & ibi Iaſ. num. 6. Dec. num. 6. verſ. ſaluari, Alciat. num. 22. c. de tranſact. Alex. conſ. 72. nu. 9. vol. 5.* Sed omnes
particulares tenebantur contribuere pro ſolu-
tione onerum communitati indictorũ, & verò
etiam pro hoſpitatione militum eo tempore,
quo facta eſt conſulibus denuntiatio, *vt ſupra dictum eſt.* Ergo, cum communitas ex iis cauſis
debita contraxerit, nempè ſumptis mutuo pe-
cuniis ſatisfecerit oneribus, & facta diſtribu-
tione militum remanſerit debitrix eorum par-
ticularium, qui ſupra quam ferat rata ſui regi-
ſtri, militibus hoſpitium, & alimenta præbue-
runt, debent particulares cenſeri pro iis omni-
bus ex tempore debitorum contractorum ob-
ligari. Ex quibus omnibus patet, veriſſimum
eſſe, quod in primo fundamẽto diximus, one-
ra, de quibus agitur, vt porè, quorum obligatio
iam erat contracta prius, quam D. Comes im-
munitatem conſequeretur non cenſeri futura,
ſed præterita, ideoque, quoad ea, non poſſe D.
Comitem iuuari priuilegio immunitatis, quod
etiam

Secundo principali fundamento compro-
bari poteſt: nam communitas non aliam ob
cauſam diſtulit in hoc tempus impoſitionem
talearum, quæ erat facienda præteritis annis,

quam ob cauſam meræ humanitatis, & miſe-
rationis, ſcilicet, quia animaduertebat, multos
particulares, ſi ſtatim fuiſſent compulſi ſolue-
re omnia onera, quæ belli neceſſitas imponé-
bat, haud dubiè debuiſſe ſuccumbere, & in per-
niciem ire, propterea quod eorum reditus non
fuiſſent ſufficientes pro ijs omnibus oneribus
ſoluendis, & ideo neceſſariò fuiſſent coacti vē-
dere ꝓprietates ipſas, quæ res eos ad certiſſimā
paupertatem deduxiſſet Vnde, ne hoc incon-
ueniens oriretur, voluit ciuitas, tamquam op-
tima mater ꝓſpicere indemnitati ſuorum ci-
uium. Itaque ſumptis mutuò pecunijs ſtatim
ſatisfecit oneribus impoſitis, & diſtributionem
eorundem onerum, quę tunc erat inter parti-
culares facienda, diſtulit in tempus commo-
dius, quo ſcilicet particulares ſumptis viribus
ex perceptione fructuum multorum annorum
faciliùs poſſent ſine alienatione proprietatum
oneribus prędictis ſatisfacere. Hæc igitur com-
munitatis dilatio fundata in mera humanita-
te, & miſeratione non debet, aut debitoribus
64 ad liberationem prodeſſe. † *l. 3. in princip. verſ.*
cæterum. ff. de vſur. aut ipſi communitati dam-
num afferre, multoque minus alijs particulari-
bus, qui maiore grauarentur onere, ſi ex cauſa
huius dilationis cenſerentur ab oneribus, quæ
ſtatim erant imponenda, liberati, qui medio
tempore immunitatem fuerunt conſecuti.

Tertiò confirmantur prędicta argumento
ducto à diuerſis perſonis ad vnam, & eandem
perſonam, in qua ius diuerſarum concurrit *ſe-*
cundum d. l. ſingularia. 15 ff. ſi cer. pet. & ea, quæ ſu-
pra diximus: nam, ſi poſt onus conſulibus de-
nuntiatum res tranſeat in aliam perſonam, quę
ſit immunis, puta in eccleſiam, vel alium locū
pium, talis immunitas nō proficit, quoad pre-
dictum onus, etiamſi particularis diſtributio
fiat poſtea, quam res ad immunem peruenit,
65 † *vt ſcribunt Angel. dict. conſ. 206. num. 2. & 3. &*
Surd. d. conſ. 146. num. 23. Ergo nec debet profi-
cere, ſi immunitas ſuperueniat eidem perſonæ
poſt onus conſulibus denuntiatum, licet parti-
cularis diſtributio in tempus immunitatis dif-
feratur.

Quartò demum confirmantur ſuperiora ar-
gumento ducto ab oppoſitis, *ſecundum d. l. fin.*
§. fin. ff. de leg. 3. & ea, quæ etiam ſupra diximus: nā
pro oneribus impoſitis communitati tempo-
re, quo quis erat immunis ob numerum duo-
decim liberorum, non poteſt quis conueniri,
etiamſi diſtributio per æs, & libram fiat poſt fi-
nitam immunitatem, puta poſt mortē immu-
66 nis. † *vt late oſtendit Surd. d. conſ. 146. per tot.* Er-
go contra pro impoſitis communitati tempo-
re, quo non erat immunis, poterit conueniri,
etiamſi diſtributio non fiat, niſi poſt quęſitam
immunitatem.

Neq; obſtāt contraria, & Primò non obſtat,
quod immunitas eximat quem ab oneribus,
tam impoſitis, quàm imponendis, Et ſimili
modo non obſtat ſecundum, quod in priuile-
gio conceſſo D. Comiti legatur expreſſim tri-
buta immunitas *per tutti li carighi occorſi, & che*
occorreranno & ſi impoſti, che, che ſi imporranno,
quia pro reſolutione horum contrariorum, in
quibus ſolis conſiſtit difficultas, animaduertē-
dum eſt, ęquiuocum eſſe in verbis: nam impo-
ſitum, vel imponendum onus dupliciter dici
67 poteſt, † vno modo ratione ſui, ideſt ratione
generis ipſius oneris, altero verò ratione obli-
gationis. Ratione ſui dicitur onus impoſitū,
quod iam eſt inſtitutum, & cuius exigendi ſo-
litum iam Princeps induxit, vt eſt taxus, vel pe
cunia, quę pro militum ſtipendijs quotannis à
communitatibus exigitur: nam hęc, & ſimilia
onera dicuntur impoſita ad differentiam eo-
rum, quæ Princeps hactenus non inſtituit, nec
conſueuit exigere, licet fortaſſis in alijs parti-
bus exigantur. At verò ratione obligationis
onera, quę iam ſunt inſtituta, vel ſunt pręteri-
ta, vel futura, præterita, quorum obligatio iam
fuit contracta, & ad quorum ſolutionem com-
munitas, vel iam fuit adſtricta, vel adſtringi
potuit. Futura verò, quorum nomine nondū
cenſetur contracta obligatio, ſed in futurum
contrahetur. Quod igitur dicimus, & plerumq;
legimus in priuilegijs, alicui conceſſam eſſe
immunitatem ab omnibus oneribus decurſis,
& decurrendis, impoſitis, & imponendis, ſi in-
telligatur ratione generis ipſius oneris, ſimpli-
citer verum eſt. Cæterum, ſi ratione obliga-
tionis, magis eſt, vt debeat reſtringi ad futura,
nempè ad obligationem, quæ poſtea contra-
hetur: nam etiam ab impoſitis, ſiue inſtitutis
eximitur quis reſpectu futuræ obligationis,
nempè reſpectu annorum futurorum, non etiā
reſpectu præteritorum. Et, vt clarius me expli-
cem, dico quatuor eſſe diſtinguendos caſus
68 † cum quæritur, an immunitas alicui conceſſa
propter numerum duodecim liberorum refe-
ratur ad onera pręterita.

Primus caſus eſt, quando tractamus de one-
ribus momentaneis, quę ſemel tantum ſunt
ſoluenda, vt ſunt donationes, impoſitiones tri-
tici, & id genus alię, quæ non iniungunt ſuc-
ceſſiuam, & perpetuam, aut ſaltem multiplicē
variorum annorum, ſed vnicam tantum ſolu-
tionem etiam in varios terminos diſtributam.
Et tunc verius eſt, priuilegiū immunitatis non
eximere quem ab oneribus impoſitis, ſed tan-
69 tum ab imponendis: † quia ſtatim atq; impo-
nuntur, contrahitur eorum nomine obligatio.
Itaque, ſi ante completum filiorum numerum
fuerunt impoſita, non poteſt immunitas ad ea,
tamquam iam debita, & conſequenter pręte-
rita referri, *vt varijs oſtendimus fundamentis, quæ*
non eſt neceſſe repetere.

Secundus verò caſus eſt, quando tractamus
de oneribus non momentaneis ſed ſucceſſiuis,
quorū ſcilicet ſolutio ſingulis annis eſt facien-
da, & conſideramus ſimplicem impoſitionē,
ſiue inſtitutionem, quæ generaliter facta eſt à
Principe ante conceſſionem immunitatis, Et
hoc reſpectu dubium non eſt, quin priuilegiū
immunitatis cenſeatur quem eximere ab one-
ribus impoſitis, ideſt iam à Principe inſtitutis,
70 & indictis: † Sunt enim hęc impoſita, quate-
nus conſideramus factum Principis, quippè,
qui ſemel edictum promulgauit, & voluit, eius
vim eſſe perpetuam, aut ſaltem multiplicabi-
lem per varios annos.

Tertius caſus eſt, quando tractamus de ijſdē
oneribus ſucceſſiuis, & conſideramus obliga-
tionem annorum decurrendorum poſt quæſi-
tam immunitatem. Et hoc pariter reſpectu
dubium non eſt, quin priuilegium immunita-
tis comprehēdat onera pręterita, ſcilicet, quia,
licet dicantur pręterita, re vera tamen ſunt fu-
tura: Dicuntur enim pręterita reſpectu im-
poſi-

poſitionis factæ à Principe, ſed futura reſpectu
obligationis, cum in huiuſmodi oneribus ſuc-
72 ceſſiuis tot ſint obligationes, quot anni, † *vt
ſcribunt Soc. ſen. conſ. 243. num 1, verſ. confirmatur
iſta reſponſio, vol. 2. & Ruin. conſ. 111. num. 14.
verſ. ſuos ergo, vol. 3.*

Quartus deniq; caſus eſt, quando tractamus
de iiſdem oneribus ſucceſſiuis, & cõſideramus
obligationem annorũ decurſorum ante quæ-
ſitam immunitatem, Et tunc verius eſt, priui-
legium immunitatis hoc reſpectu non exime-
re quem ab oneribus impoſitis, ſed tantum ab
73 imponendis † quia liberat quidem ab obliga-
tione futura, ſed non à præterita, *vt ſupra varijs
oſtendimus fundamentis.*

Ad tertium verò reſpondeo, negando priui-
legium D. Comiti conceſſum eſſe inutile, quã-
uis non trahatur ad onera præterita: nam ſatis
dicitur operari eo ipſo, quod concedit immu-
nitatem ab oneribus talibus, & mixtis propter
numerum duodecim liberorum, propter quẽm
dubium eſt, an de iure communi fiat immunis,
qui non eſt decurio: nam ſecundum multorũ
opinionem diſpoſitio, *l. ſi quis decurio. 24. C. de
decurio. lib.* 10. quæ vult duodecim filiorum nu-
merum ſufficere ad immunitatẽ patri tribuen-
dam, locum habet in ſolo decurione, non etiã
in alijs, vtpotè in quibus ſexdecim filiorum nu-
74 rus videtur neceſſarius. † *l. ſemper. §. demonſtra-
tur. ff. de iur. immun. & ſcribunt glo. in l. 1. in verb.
ab oneribus. C. de his qui e num. lib. ſe excuſ. lib. 10.
Alexan. conſ. 123. num. 4. volum. 5. Gulиel. de Pont.
inter conſ. Purp. conſ. 371. num. 6. vbi teſtatur hanc
eſſe communem.* Et, quamquam alij contrarium
cenſuerint, *quos retulimus in primo fundamento
contrario*, ſufficit tamen quæſtionem eſſe con-
trouerſam ad hoc, vt Principis reſcriptum cõ-
cedens immunitatem non cenſeatur inutile:
Satis enim operatur eo ipſo, quod concedit rẽ,
de qua dubitari poſſet, an competeret amoto
Principis reſcripto, & priuilegio.

Nec obſtat, quod remanerent ſaltem inuti-
lia illa verba, *occorſi, & che occorrerranno, impoſti,
& che ſi imporranno*, quia verius eſt, & ipſa fuiſ-
ſe appoſita ad tollendas dubitationes, quæ na-
ſci poſſent: nam dubium eſt, an immunitas cõ-
ceſſa competat etiam pro oneribus futuris, &
maximè pro iis, quæ imponũtur occaſione bel-
75 li, &, de quibus non eſt cogitatum, † *vti videre
eſt apud Alexan. in l. ſi ex toto. 8. in princ. num. 6. &
ibi Iaſ. num. 7. & ſeqq. Rip. num. 12. & ſeqq. ff. de leg.
1. Alexan. conſ. 216. num. 28. vol. 2. & conſ. 30. nu.
3. & ſeq. volum. 5. Iaſ. in l. principalibus. 33. num. 2.
verſ. hinc eſt. ff. ſi cert. pet. Pariſ. conſ. 25. num. 113.
& conſ. 68. num. 14. vol. 1. Parpal. in rep. l. placet. 5.
num. 53. C. de ſacroſ. eccl. Tiraq. de nobil. cap. 20. nu.
169. Alb. conſ. 1. per tot. conſ. 335. num. 13. & ibi
Pariſ. in conſ. ſeq. num. 14. & ſeqq. Crau. conſ. 294.
per tot. & conſ. 933. num. 8. Nat. conſ. 66. num. 1.
& ſeq. & conſ. 397. per tot. Rollan. conſ. 52. nu. 20.
conſ. 76. num. 7. & ſeqq. volum. 2. & conſ. 13. nu. 51.
vol. 3. Ozaſc. deciſ. 39. num. 14. deciſ. 91. & deciſ. 95.
per tot. Decian. conſ. 51. per tot. volum. 3. Burſat.
conſ. 16. num. 22. 51. 57. & 60. Menoch. conſ. 1105.
num. 15. 36. & ſeq.* Denique, an competat non
ſolum pro bonis iam quæſitis, ſed etiam pro
76 quærendis. † *vti videre eſt apud Bar. conſ. 59. nu.
4. lib. 1. Petr. Antib. de muner. par. 3. § 4. num. 55.
& 140. & ſeqq. Iaſ. conſ. 25. lib. 3. Ruin. conſ. 217.
num. 17. volum. 1. Pariſ. d. conſ. 68. num. 7. volu. 1.
Parpal in repet. d. l. placet. 5. num. 53. C. de ſacroſan.
eccleſ. Marc. deciſ. 425. num. 7. verſ. ſed pro contra-
ria, par. 2. Nat. conſ. 66. num. 13. & conſ. 328. nu. 4.
Pariſ. inter conſil. Alb. d. conſ. 336. num. 7. & ſeqq.
Ozaſc. deciſ. 136. per tot. Couar. lib. 1. variar. reſol.
cap. 13. num. 9. verſ. 15. Burſat. d. conſ. 16. nu. 77.
verſic. nec prædictis. Surd. conſ. 262. num. 10. & 51.
Ric. poſt deciſ. 250. in allegat. nu. 5. par. 2. Menoch.
conſ. 70. nu. 2. conſ. 486. in fine, & conſ. 1105. nu. 9.*
Et ideo Princeps vt tolleret omnem dubitatio-
nem, & declararet, ſe concedere immunitatem
ampliſſimam, etiã pro iis oneribus, & caſibus,
de quibus aliàs dubitatur, adiecit illa verba, *per
tutti li careghi occorſi, & che occorreranno, & ſi im-
poſti, che, che ſi imporranno, in tempo di pace, & di
guerra, ordinarij, & ſtraordinarij, penſati, & im-
penſati, per li beni, ſi preſenti, che d'auuenire*, quæ
ſtant implicatiuè, & ampliatiuè. Itaque ſigni-
ficant, concedi immunitatem, non ſolum ab
oneribus decurſis, de quibus minor eſt dubita-
tio (intelligendo eo modo, quo ſupra declara-
uimus) ſed etiam à decurendis, & imponendis,
de quibus maius poſſet eſſe dubium, & non ſo-
lum ab iis, quæ imponuntur tempore pacis, ſed
etiam ab iis, quæ tempore belli. Denique non
ſolum pro bonis iam quæſitis, ſed etiã pro quę-
rendis. Ita (meo iudicio) ſunt intelligenda pri-
uilegij verba.

Ad quartum, & quintum reſpondeo, ſiue
hæc immunitas dicatur beneficium, ſiue priui-
legium reſtringi à ſua cauſa, quæ, quia ceſſabat
tempore, quo contracta fuit præteritorũ one-
rum obligatio, fit, vt eorum reſpectu ceſſare
quoque debeat immunitatis priuilegium, ſeu
beneficium, *vt oſtendimus in prima parte primi
fundamenti. verſ. ſexto.*

Ad ſextum reſpondeo, negando hic tractari
de oneribus futuris, quia licet imponantur, ſeu
per æs, & libram diſtribuantur poſt immunita-
tem D. Comiti quæſitam, imponuntur tamen
pro debitis, & cauſis præteritis, quæ res opera-
tur, vt onera debeant cenſeri præterita nõ fu-
tura, *prout latius oſtendimus in ſecunda parte pri-
mi fundamenti.* Quo fit, vt ad hæc non exten-
datur immunitatis priuilegium, prout iuris eſſe
cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Domino Bernardo Caſali.

CONSILIVM LXX.

ARGVMENTVM.

An de domo, quæ vi ſtatuti defertur agnatis exclusis fęminis proximioribus, poſſint fœminæ ex perſona defuncti facere aliquas detractiones.

SVMMARIVM.

1 *Filius grauatus fideicommiſſo vniuerſali poteſt detrahere legitimam, & trebellianicam, etiamſi non confecerit inuentarium.*

2 *Hæres grauatus fideicõmiſſo vniuerſali poteſt detrahere dotes maternas, etiamſi non confecerit inuentarium.*

3 De-

*mus infra num.*4 Idque adeo verum eſt, vt, ne
iuramento quidem confirmetur, cum reſpectu
tertij ſit pactum de ſuccedendo, & ſic affirma-
tiuum, qu d, tamqnam bonis moribus repu-
2 gnans, non confirmatur iuramento. † *cap.non
eſt obligatorium de reg. iur. in 6. Ita ſcripſerunt
glo.in l.ſi quando.35.§.illud in verb.prægrauari.C.
de inoffic.teſtam.glo.in l. pactum dotali 3. in verbo
improbatur, & ibi Bald.in princip. verſ. 5. opp. &
Dec.num.2.verſ.adeo.C.de colla.Bart.in l.pactum,
quod dotali.15.& ibi Angel.& Alex. num.2. Iaſ.
num.2. Dec. num. 2. & 3. verſ.retenta.C.de pact.
Bar.in l.ſtipulatio hoc modo concepta 61.num.3. &
ibi Alex.num.6. Iaſ.num.11. & 12.ff. de verb.ob-
ligat. Bart.in d.l.vlt.num.9.& ibi Angel. num.4.
verſ.3.caſu,& Cagn.num.34.C.de pact. Alexan.
conſ.28.num.9.& 10.verſ.ex quibus volu. 3. Dec.
conſ.224.num.3.4.& 6. Pariſ conſ. 24. nu.55.&
conſ.26.num.59. vol. 2.Curt.iun.conſ.15. num. 3.
& conſ.25.num.7. Boer.decíſ.365.num.2.Soc.iun.
conſ.44.num.15.& ſeqq.volu.2. Tiraq.de iur.pri-
mogen.quæſt.6.num.18.Gabr.conſ.137.num.7.&
26.volum.1.Crau.conſ.139.num.2.verſ.2. Ozaſc.
deciſ.100.num.31. Craſſ.in §.ſucceſsio ab inteſtato
quæſt.9.num.7.verſ.contrarium. Andr. Gail.lib.2.
obſer.126.num.1. & obſer.127.num.1. Viu.deciſ.
507.num.6.Bec.conſ.74.num.1. vol.1. Theſ. deciſ.
225.num.3.& 6. Surd.conſ.20.num.9.conſ.133.
nu.9.& 17.& conſ.480.nu.21. Pereg.conſ.69.n.9.
vol.1.Andr.Fach.lib.8.controu.c.72.* Quinimò,
licet ille conſentiret, non tamen ſuſtineretur
pactum, niſi perſeuerarct in ea voluntate vſq;
3 ad extremum vitæ ſpiritum. † *d.l.vlt.& ibi Bar.
& alij omnes declarant C. de pact.* Vnde, cum in
caſu noſtro Dominicus filius Valeriani Va-
retri ceſſerit Gabrieli Vareſio omnia iura, quę
ſperat in bonis, & hæreditate patris ſui adhuc
viuentis, & pater, non ſolum non conſenſerit,
ſed apertè declarauerit, ſe nolle talem pactio-
nem valere, *vt apparet ex actis*, non eſt quod
quis q̃ dubitet, quin ſit annullanda conuentio.
Et ita in ſpecie ceſſionis, ſiue renuntiationis
hæreditatis viuentis factę in manibus tertii ab-
ſente eo cuius de bonis agitur, vt non valeat,
4 nec iuramento firmetur † ſcripſerunt *Alex. in
d.l ſtipulatio hoc modo concepta.61.num.12.& ibi
Iaſ.num.12.verſ.quid tenendum.ff.de verb.obliga.
Idem Alex.conſ.155.num.10. vol.7. Soc.ſen.conſ.
73.nu.1.verſ.ſecunda concluſio vol.3.Dec.in d.l.pa
ctum dotali 3.num.9.verſ.6.limitatur. C.de collat.
Alb.conſ.11.num.15.Rum.conſ.98.num.11.& cõſ.
204. num.8.vol.1. Purp.in d.l.fin.num.40.& 43.
& ibi Cagn.num.95.C.de pact.Crau.conſ.42.in fi.
& conſ.127.num.5. & conſ.242. in fin. Roll.conſ.
81.num.1.& ſeqq.vol.4.Ceph.conſ.146.nu.6.conſ.
378.in fin.conſ. 405. num.45.verſ. poſtremo, &
conſ.605.num.22.Surd.d.conſ.133.num.17.Theſ.
deciſ.225.num. 6. Sola in tit.de alien. bon.minor.
glo.2.nu.17.*

Neque obſtat, quod talis conuentio conti-
neat ceſſionem, non ſolum bonorum paterno-
rum, ſed etiam aliorum iurium, quæ ſunt pro-
pria cedentis, & poſſunt cedi, ac deduci in cõ-
tractum, quare ſpondeo, talem conuentionem
eſſe factam vno pretio: Nam Gabriel promi-
ſit ſe ſoluturum certam ſummam pecunię pro
tali ceſſione omnium iurium, & ideo non poſ-
5 ſe pro parte valere, & pro parte non. † *l.ſi duos.
44.ff.de contr.empt.l.quod,ſi vno 16.l.cum duo.20.
ff.de in diem add.l. cum duo eiuſdem 34.ff. de edil.
edict.Bart.in l.ſcire debemus.29.num.1. & ibi Iaſ.
num.3.ff.de verb.oblig. latè Tiraq. de retract.ligni.
§.23. num.2.& ſeqq.* & conſequenter, cum non
poſſit ſuſtineri reſpectu bonorum paternorũ,
nec etiam poſſe ſuſtineri reſpectu cæterorum.

Nec obſtat, quod Gabriel iam incipiendo
ſoluere videatur approbaſſe, & ratificaſſe cõ-
tractum, quia reſpondeo, talem ratificationẽ
nullius eſſe momenti: Nam ratificatio tunc
demum operatur cũ validitas actus, qui geritur,
pendet à mera volũtate ratificantis. Cęterum,
cum requirit certam formam, niſi ea ſeruetur,
ratificatio nihil operatur, quia in ratificatione
eadem ſolemnitas interuenire debet, quæ re-
quiritur in celebratione ipſius actus principa-
6 lis. † *l.ſi,vt proponis.7.C.de nupt.l.nuptiæ 18.ff.de
rit.nupt.& ſcribunt Roman.conſ.12.nu.6.Marſil.
in ſua prax.crim.§.reſtat.num.10.& in rub.C.de
probat.num.372.Dec.conſ.532.num.2.& cõſ.536.
num.6.Tiraq.de retrac.lign.§.1.glo.10.num.89.
verſ.& facit,Roll.conſ.90.num.10. volu. 1. Ozaſ.
deciſ.166.num.13.Menoch.conſ.2. num.297. &
conſ.404.num.13.Surd.conſ.3.num.10.& cõſ.28.
num.*120. Vnde, cum validitas huius pacti non
pendeat à mera voluntate partium, ſed pro for
ma requirat cõſenſum eius, de cuius bonis agi-
tur. *d.l.vlt.C.de pact.* conſequens eſt, vt eo non
interueniente ratificatio nihil operari poſſit:
Siue enim paciſcantur, ſiue ratificent contra-
hentes, ſemper verum eſt, paciſci eos de ſucceſ-
ſione viuentis ſine eius conſenſu, quod iure li-
citum non eſt.

Denique non obſtat, quod talis conuentio
videatur eſſe vtilis patri Dominici, de cuius
ſucceſſione tractatur, non damnoſa, quia re-
ſpondeo, præter id, quod de tali vtilitate non
conſtat, dato etiam, quod conſtaret, non tamẽ
ob id poſſe ſuſtineri conuentionem, quia ad
ſuſtinendum tale pactum, non ſpectatur vtili-
tas, ſed voluntas eius, de cuius bonis agitur. *d.
l.vlt.C.de pact.* quę deficit in caſu noſtro. Qui-
nimo eo ipſo, ꝙ alij paciſcũtur de ipſius adhuc
viuentis hęditate ſine eius cõſenſu, pactũ dicit̃
damnoſum, quia inducit votũ captãdæ mortis.
d.l.vlt.verſ.ſed nobis, Et argumento eorum, quæ
nor. *in l.fin.ff.de vſu, & hab.* Quamobrem con-
cludo declarandum contractum nullũm, &
conſequenter abſoluendum reum à petitioni-
bus actoris, imo actorem ipſum condemnan-
dum ad reſtitutionem omnium exactorum cũ
damnis, expenſis, & intereſſe, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Illuſtriſ. D. Franciſco Philippo de
Gyoux de Vatuilla.

CONSILIVM LXXII.

ARGVMENTVM.

An, &, quando in fideicommiſſis deſcenden-
tium maſculorũ appellatione veniant etiam
maſculis ex fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentium maſculorum appellatione veniunt
maſculi*

maſculi ex maſculis, non etiam maſculi ex fœminis; quoties teſtator habuit rationem conſeruãdæ agnationis.

2 *Agnationis conſeruandæ rationem habuiſſe non cenſetur teſtator, qui vocauit deſcendentes ex fœminis.*

3 *Filius non debet eſſe melioris conditionis, quam mater.*

4 *Matrem, quæ eſt proximior excludi, & filium qui eſt remotior, admitti, abſurdum eſt, Declara, vt num. 43. & 45.*

5 *Matre excluſa cenſentur quoque excluſi omnes eius filij, & deſcendentes maſculi, tamquam prouenientes à radice infecta; Declara, vt nu. 43. & 45.*

6 *Fœmina, vt ipſa à feudo excluditur, ita etiam excluduntur ab ea deſcendentes.*

7 *Statutum excludens fœminam cenſetur etiam excludere deſcendentes ab ea.*

8 *Fideicommiſſo, a quo fœmina excluditur, cẽſentur etiam excluſi omnes eius deſcendentes.*

9 *Sexu mutato non tamen mutatur ratio excluſiua, cum filius non veniat, niſi, vt matris imago.*

10 *Deſcendentium maſculorum appellatione non veniunt maſculi ex fœminis, etiamſi teſtator non habuerit rationem agnationis conſeruandæ; Sed contra num. 25.*

11 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſsis potiſsimum eſt ſpectanda, atque ſeruanda.*

12 *Teſtator cenſetur ſeſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*

13 *Deſcendentium maſculorum appellatione continentur maſculi ex maſculis, ſed non maſculi ex fœminis in materia odioſa, & ſtricte intelligenda: Declara, vt num. 45: verſ. Nec obſtat.*

14 *Immunitatis priuilegium, tamquam odioſum eſt ſtricte intelligendum.*

15 *Filij appellatione venit nepos: Declara, vt nu. 16.*

17 *Extenſio non eſt facienda in odioſis.*

18 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes in fideicommiſsis.*

19 *Nepos ex filia interpretatiuè poteſt quidem dici filius, ſed non filius maſculus.*

20 *Deſcendentium maſculorum appellatione non veniunt maſculi ex fœminis, ſi teſtator de ijs ſpecialem fecerit diſpoſitionem: Declara, vt num. 50. verſ. denique non obſtat.*

21 *Interpretatio in dubio ſumenda eſt, per quam abſurdum vitatur.*

22 *Deſcendentium maſculorum appellatione inſpecta proprietate vocabulorum, ita continentur maſculi ex fœminis, vt maſculi ex maſculis.*

23 *Deſcendentium appellatione veniunt omnes deſcẽdentes in infinitum, ſiue ex maſculis, ſiue ex fœminis deſcendant.*

24 *Deſcendentium maſculorum propria ſignificatio quandoque ex veriſimili mente teſtatoris reſtringitur ad maſculos ex maſculis.*

26 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates eſt validum.*

27 *Deſcendentium maſculorum appellatione in contractibus veniũt etiam maſculi ex fœminis, quoties non eſt habita ratio conſeruandæ agnationis.*

28 *Maſculi ex fœminis præferuntur fœminis poſt maſculos vocatis.*

29 *Deſcendentium maſculorum appellatione veniunt etiam maſculi ex fœminis, quoties teſtator primo loco vocauit deſcendentes ex fœmina.*

30 *Prærogatiua ſignificat prælationem.*

31 *Prælatio non conſideratur, niſi inter perſonas vocatas.*

32 *Comparatiuum ſupponit poſitiuum.*

33 *Coniunctus præfertur diſiuncto.*

34 *Mulier præfertur creditoribus anterioribus habentibus hypothecam.*

35 *Prælatio non cadit, niſi inter perſonas habẽtes ius, in quo de prælatione diſputatur.*

36 *Prælatio denotat ordinem, non totalem excluſionem.*

37 *Sexus diſtinctio, vel ratione ſui, vel ratione originis conſideratur.*

38 *Maſculi ex maſculis regulariter præferuntur maſculis ex fœminis in fideicommiſſis, & alijs cauſis ſimilibus.*

39 *Linea primogeniti debet euacuari prius, quam fiat tranſitus ad lineam ſecundogeniti.*

40 *Filia primogeniti excludit ſecundogenitum, ſi primogenitura ſit conſtituta pro maſculis, & fœminis cum prælatione maſculorum.*

41 *Filius excluſæ facilius admittitur ad fideicommiſſum, ſi mater ſit præmortua, quam, ſi ſuperuixerit.*

42 *Mater ſuperſtes & excluſa obſtat filio etiam venienti ex perſona propria, cui non obeſſet, ſi prædeceſſiſſet.*

44 *Proximiorem excludi, & admitti remotiorem abſurdum non eſt in diſpoſitionibus teſtamentarijs.*

46 *Emphyteuſi conceſſa pro deſcendentibus maſculis non veniunt maſculi ex fœminis.*

47 *Declaratur l. 1. §. fin. ff. de iur. immun. & nu. 48.*

49 *Poſterorum appellatione continentur etiam deſcẽdentes per lineam fœmininam.*

50 *Ordo non verborum, ſed intellectus ſpectandus eſt.*

51 *Natus, qui non eſt tempore aduenientis conditionis fideicommiſſi, licet poſtea naſcatur, non tamẽ excludit admiſſum.*

52 *Fideicommiſſum, ad quod plures collectiuè vocantur ſub conditione, defertur ijs tantum, qui ſunt in rerum natura tempore aduenientis conditionis, non etiam ijs, qui poſtea naſcuntur.*

FACTI SPECIES.

PErilluſt D. Hyeronimus Bobba patritius Caſalenſis condidit anno 1563. 11. Septembris teſtamentum, in quo filias ſuas, nempè D. Annam vxorem D. Aemilij Bobbę, & D. Margaritam vxorem Do. Michaelis de Solario ex Dominis Caſalis Groſſi, quas ſolas habebat, hæredes particulares inſtituit in ſuis dotibus quibus mediantibus voluit eas eſſe tacitas, & contentas, nec quicquam vlterius petere poſſe; Hæredem verò vniuerſalem inſtituit nepotem ex fratre, nempè D. Bernardinũ Bobbam filium quondam D. Cæſaris fratris ipſius teſtatoris.

Et poſt ipſius D. Bernardini mortem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum omnes eius filios maſculos, legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio in futurum naſcituros æqualiter, Et caſu, quo vnus ipſorum filiorum maſculorum decederet in pupillari ætate, vel aliter ſine filijs maſculis, legitimis, & naturalibus ex ſe, & ex legitimo matrimonio procreatis, tunc, & in eo caſu eidẽ ſic decedenti ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum alium, ſeu alios ipſorũ

filiorum

filiorum maſculorum, vt ſupra ſubſtitutorum ſuperſtitem, ſeu ſuperſtites, vel illius, ſeu eorum filios maſculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreatos, qui ſupereſſent præmortuo patre.

Et caſu, quo dicti filij maſculi, &c. decederent omnes in pupillari ætate, vel aliter ſine filijs maſculis, &c. tunc, & eo in caſu voluit, &c. quod dicta bona, res, & iura hæreditatis, &c. tranſeant, & tranſire debeant, vt infra, videlicet in deſcendentes, & filios maſculos ſuprascriptæ D. Annæ eius filiæ, & prædicti D. Aemilij iugalium de Bobbis, ſeruata gradus, ætatis, & ſexus prærogatiua, videlicet, quod ſẽper in omnibus dictis bonis, &c. admittatur maſculus, videlicet vnus tantum, & inter plures p̄feratur primogenitus, ita, quod filius maſculus primogeniti, &c. præferatur illis, quibus prælatus fuiſſet pater, ſi vixiſſet Et deficientibus omnibus deſcẽdẽtibus, & filijs maſculis, &c. ex dicto primogenito maſculo &c. quod dicta bona, &c. perueniant, &c. ad ſecundogenitum maſculum eorundem DD. Annæ, & Aemilij iugalium de Bobbis, & in eiuſdem ſecundogeniti maſculi deſcendentes, & filios etiam maſculos, &c. & ſic gradatim ad tertiogenitum, & quartogenitum, ac alios deſcendentes, & filios maſculos ipſorum DD. iugalium de Bobbis, & in ipſorum etiam deſcendentes, & filios maſculos, &c. ordine ſucceſſiuo vſque in infinitum, &, quod inter dictos deſcendentes, & filios maſculos prædicti ſecundogeniti maſculi, & ſic gradatim dictorum tertiogeniti, & quartogeniti, ac aliorum deſcendentium, & filiorum etiam maſculorũ &c. ſeruetur prærogatiua gradus, ætatis, & ſexus, prout ſupra fuit dictum in deſcendentibus dicti primogeniti maſculi, &c. ita, quod donec ſuperſit linea deſcendentium, & filiorum maſculorum dicti primogeniti maſculi, &c. bona &c. in eo ſemper, & perpetuò remaneant, & remanere debeant, & dicta linea maſculina dicti primogeniti deficiente, remaneant, & remanere debeant perpetuò in deſcendentibus, & filijs maſculis dicti ſecũdogeniti, & ſic gradatim in deſcendentibus, & filijs maſculis dictorum tertiogeniti, & quartogeniti, ac aliorũ deſcendentium, & filiorum maſculorum, &c. ordine ſucceſſiuo vſque in infinitum, vt ſupra, ſeruata tamen ſemper prærogatiua gradus, ætatis, & ſexus, prout ſupra.

Et deficientibus omnibus deſcendentibus, & filijs maſculis prædictorum DD. Annæ, & Aemilij iugalium de Bobbis, & ipſorum filiorum maſculorum deſcendentibus, & filijs etiã maſculis, quod dicta bona, &c. perueniant, & tranſeant, &c. ad deſcendẽtes, & filios maſculos ſuprascriptę D. Margaritæ etiam filię ipſius D. teſtatoris, & præfati D. Michaelis de Solario, &c. iugalium, & in ipſorum filiorum maſculorum, &c. deſcendentes, & filios etiã maſculos, &c. gradatim, & ſucceſſiuè, vſq; in infinitum, &, quod inter dictos deſcendentes, & filios maſculos, &c. & ipſorum filiorum maſculorum deſcendentes, & filios etiam maſculos, &c. in ſucceſſione prædictorum bonorum, &c. ſeruetur prærogatiua gradus, ætatis, & ſexus, prout ſupra fuit dictum in deſcendentibus, & filijs maſculis prædictorum DD &c. iugaliũ de Bobbis, &c.

Et deficientibus etiam omnibus deſcendentibus, & filijs maſculis prędictorum, &c. iugalium de Solario, & ipſorũ filiorum maſculorum deſcendẽtibus, & filijs etiam maſculis, tunc, & eo in caſu voluit, &c. quod prædicta bona, &c. perueniant, &c. ad filias tam præfati D. Bernardini Bobbæ, &c. quam ſuprascriptorum DD. Annæ, & Aemilij iugalium de Bobbis, atque etiam prædictorum DD. Margaritę, & Michaelis iugalium de Solario, & in ipſarũ filiarum, & vniuſcuiuſq; earum filios, & filias legitimas, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreatas, quæ tunc temporis fuerint, æqualiter, & æqualibus portionibus in ſtirpes, & non in capita, Quas filias, tàm prædicti D. Bernardini, &c quàm ſuprascriptorum DD. &c. iugalium de Bobbis, atque etiam prędictorum DD. &c. iugalium de Solario, & ipſarum filiarum, & vniuſcuiuſq; earum filios, & filias, &c. tunc, & eo in caſu, vt ſupra, in prædictis bonis, &c. ſubſtituit, &c. prędictis deſcendentib. & filijs maſculis dictorum deſcendentium, & filiorum maſculorum DD. &c. iugalium de Solario æqualiter, & æqualibus portionibus in ſtirpes, & non in capita, &c.

Poſt mortem teſtatoris deceſſit D. Bernardinus eius nepos, & hæres vniuerſalis nullis relictis liberis. Quamobrem hæreditas iure fideicommiſſi pertinuit ad Illuſtriſ. D. Albertum Bobbam filium D. Annæ iuxta ipſius teſtatoris diſpoſitionem.

Nouiſſimè deceſſit prædictus Do. Albertus relicto Illuſtriſ. D. Franciſco Philippo nepote ex filia præmortua, qui intendit bona teſtatoris ad ſe, tamquam maſculum deſcendentem à D. Anna primogenita pertinere excluſo D. Hyeronimo Solario, qui tempore mortis prędicti D. Alberti viuebat, & per conſequentias etiam excluſo D. Io. Paulo ipſius D. Hyeronimi filio, tamquam maſculis deſcendentibus à D. Margarita ſecundogenita, quibus non eſt locus, niſi deficientibus omnibus maſculis deſcendẽtibus à primogenita. Contra verò prædictus D. Hyeronimus intendebat, & nunc D. Io Paulus eius filius intendit per mortem D. Alberti ſine filijs maſculis eueniſſe caſum ſubſtitutionis in perſona ipſius D. Hyeronimi filij D. Margaritæ ſecundogenitæ, Non obſtare, quod D. Albertus reliquerit nepotem ex filia, quia non impedit is; quominus Dñ. Albertus cenſeatur ſine deſcendentibus maſculis deceſſiſſe, cum appellatione deſcendẽtium maſculorum contineantur maſculi ex maſculis, non etiam maſculi ex fœminis. Vnde quæritur, vtrius, intentio ſit magis iuri conſona.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DEciſio controuerſiæ, quæ hodie vertitur inter Illuſtriſſimum D. Frãciſcum Philippum de Gvoux de Vatuilla, & Perillu. D. Paulum de Solario ſuper fideicommiſſo inſtituto à Perill. quondam D. Hyeronimo Bobba eorum abauo, & proauo materno reſpectiuè, pendet à deciſione vulgaris illius, & controuerſæ quæſtionis, An appellatione deſcendentium maſculorum, quos teſtator in conditione, vel etiam in diſpoſitione poſuit, veniant ſoli maſculi ex maſculis, an verò etiã maſculi ex fœminis; Nam, ſi ſoli maſculi ex

maſculis

Digitized by Google

maſculis veniunt, non eſt dubitandum, quin fideicōmiſſum, quod per mortem D. Alberti purificatum eſt, pertinuerit ad D. Hyeronimū tamquam filium maſculum D. Margaritæ ſecundogenitæ, & ab eo tranſlatum ſit in D. Io. Paulum eius filium, tamquam maſculum ex maſculo deſcendentem a ſecundogenita, Et hoc non obſtante, quod D. Albertus deceſſerit relicto D. Franciſco Philippo nepote maſculo ex filia prædefun ta, quia, cum ſit maſculus ex fœmina, non poteſt deſcendentium maſculorum appellatione contineri. Contra verò, ſi veniſſēt etiam maſculi ex fœminis, certum erit, D. Franciſcum Philippum debere eſſe potiorem, tamquam maſculum deſcendentem ex primogenita, cuius linea debet euacuari prius, quam fiat tranſitus ad lineam D. Margaritæ ſecundogenitæ. In prædicta autem quæſtione duo communiter ſolent à DD. conſiderari caſus, quorum

Primus eſt, quando teſtator habuit rationē agnationis conſeruandæ, vt, cū vocauit maſculos deſcendentes ex filijs ſuis, aut fratre, vel alio agnato, Et in hoc caſu fatentur omnes appellatione deſcendentium, ſeu liberorum maſculorum venire maſculos ex maſculis, nō
1 etiam maſculos ex fęminis. † *Ita enim cenſuerūt Io. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de teſtam. circa fin. Socin. ſen. conſ. 17. num. 5. vol. 3. Guidop. q. 612. num. 1. verſ. ſed aduerte, Ruin. conſ. 120. num. 2. volum. 1. Soc. iun. conſ. 2. num. 11. verſ. 2. & nu. 26. & conſ. 69. num. 21. & 29. verſ. & eo maximè, & conſ. 116. num. 3. vol. 3. Gabr. conſ. 116. num. 4. 10. & 11. volum. 2. Alb. conſ. 86. num. 4. & conſ. 87. num. 8. Decian. conſ. 127. num. 17. volum. 3. Ceph. conſ. 600. num. 34. & 35. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 7. & tit. 18. num. 20. 54. & 55. verſ. quod ſanè, & num. 56. verſ. quod autē, Molin. de primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 5. num. 45. & 48. Craß. in §. fideicommiſſum quęſt. 15. num. 2. Menoch. conſ. 172. num. 12. verſ. nec repugnat, & de pręſumpt. lib. 4. pręſump. 91. num. 5. Peregr. de fideic. art. 26. nu. 15. vbi ait neminem in hoc diſcrepare, & Surd. coſ. 316. nu. 8. 10. & 12. verſ. 2.* quia, cū per hos non cōſeruetur agnatio, & per conſequētias ceſſet in eis ratio diſpoſitionis, conſequens eſt, vt & ipſa diſpoſitio ceſſare debeat. *l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patr. c. cum ceſſante de appel.* Sed hic caſus noſtro nō cōuenit, quia, cum teſtator ad primogeniturā, de qua loquimur, vocauerit maſculos ex ſuis filiabus deſcēdentes, qui non matrum, ſed patrum ſuorum familias ſequuntur. *l. familiæ. 196. ff. de verb. ſign. §. 1. Inſt. de leg. agn. tut.* non poteſt haud dubiè cenſeri habuiſſe rationem agnationis conſer-
2 uandæ, † *vt in ſpecie declarant Socin. iun. d. conſ. 2. num. 11. verſ. 2. volum. 3. Mantic. d. lib. 8. tit. 11. num. 8. verſ. ſimiliter, & d. tit. 18. num. 2. verſ. ſed & ſi hę, & num. 17. & 54. Menoch. d. conſ. 172. nu. 14. verſ. 2. & num. 20. verſ. quod nulla.*

Secundus vero caſus eſt, quando teſtator, nō conſeruandæ agnationis, ſed ſexus rationem habuit, Et in hoc caſu, qui propriè noſtro conuenit, valdè controuerſum eſt, an appellatione deſcendentium maſculorum veniant ſoli maſculi ex maſculis, an vero etiam maſculi ex fœminis, adeo, vt Peregr. *in ſuo tractatu de fideicomm. artic. 26. num. 17. verſ. paſſus,* poſt relatas aliorum opiniones, nihil determinare voluerit.

Videretur autem primo aſpectu dicendum venire tantum maſculos ex maſculis.

Primò, quia, cum non veniant fœminæ, quippè, quibus maſculorum nomen conuenire nullo modo poteſt, conſequens videtur, vt nec venire debeant earum filij, & deſcendētes. Conſequentia probatur, quia non debet eſſe
3 melioris cōditionis filius, quam mater. † *l. ſi viua matre 3. verſ. nam, licet. C. de bon. mater.* nam mater, tamquam proximior, cenſetur magis dilecta, quam filius. *l. liberorum. 220. in fin. ff. de verb. ſign.* & non debet eſſe melioris conditionis minus dilectus, quam magis dilectus. *l. Publius 36. §. 1. ff. de condit. & demonſtr.* Quamobrem dicimus abſurdum eſſe, matrem, quæ eſt proximior, excludi, filium verò, qui eſt remo-
4 tior admitti, † *vti videre eſt apud Caſtr. conſ. 421. num. 2. volum. 1. Ruin. conſ. 18. num. 5. volum. 3. Nat. conſ. 581. num. 31. Menoch. d. conſ. 172. num. 12. Surd. conſ. 85. num. 10. verſ. attamen, circa medium, & d. conſ. 316. nu. 6. verſ. 2.* & excluſa matre cenſeri quoque excluſos omnes eius filios, & deſcendentes maſculos, tamquam proue-
5 nientes à radice infecta. *l. vltim. in fin. C. de nat. lib. §. ſi igitur defunctus verſ. ex diuerſo Authen. de hæred. ab int. ven. coll. 9. & ſcribunt Angel. in §. reliquum num. 4. eadem auth. Dec. conſ. 85. in fi. conſ. 471. num. 7. conſ. 484. num. 2. conſ. 589. num. 6. & & conſ. 634. num. 5. Crau. conſ. 127. num. 4. Tiraq. de iur. primogen. quęſt. 12. num. 16. Bec. conſ. 107. num. 2. Surd. d. conſ. 85. nu. 10. in fin. & conſ. 185. num. 3. Molin. de primogen. Hiſpan. d. lib. 3. cap. 5. num. 41.* Idque procedere nō ſolum in feudis.
6 *cap. 1. §. hoc autem notandum. De his qui feud. dar. poß. cap. 1. verſ. proles de ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucc.*
7 *in feud.* & ſtatutarijs ſucceſſionibus, † *vt ſcribūt Bart. in l. 2. §. videndum num. 3. ff. ad Tert. Caſtr. in l. illam. 19. num. 9. C. de collat. Roman. conſ. 40. num. 4. Soc. ſen. conſ. 31. num. 3. verſ. 3. vol. 1. Ruin. conſ. 151. num. 6. volum. 2. Pariſ. conſ. 94. num. 34. vol. 3. Curt. iun. conſ. 5. num. 34. Soc. iun. conſ. 69. num. 25. & 26. vol. 3. Ceph. conſ. 5. num. 18. Tiraq. de iure primogen. quęſt. 12. num. 12. Nat. d. conſil. 581. num. 26. Burſat. conſ. 302. num. 36. Surd. conſ. 133. num. 2. Menoch. conſ. 111. num. 1.* ſed etiam
8 in fideicommiſſis, † *vti videre eſt apud Dec. conſ. 399. num. 8. verſ. &, quia teſtator Ruin. conſ. 39. num. 11. vol. 1. Pariſ. conſ. 72. num. 80. volum. 4. Soc. ſen. d. conſ. 69. num. 21. volum. 3. Nat. conſ. 187. num. 6. Crau. conſ. 22. num. 10. Gabr. conſ. 96. nu. 24. vol. 1. Ceph. conſ. 581. num. 28. Menoch. d. conſ. 172. num. 2. conſ. 318. num. 22. & conſ. 400. nu. 43. Surd. d. conſ. 316. num. 6.* quia, licet mutetur ſexus, non tamen mutatur ratio excluſiua, cum
9 filius non veniat, niſi vt matris imago, † *vt ſcribit Bald. in l. maximum vitium 4. num. 2. verſ. Nō obſtat. C. de lib. pręt. quem ſequuntur Tiraq. d. q. 12. num. 11. Ceph. conſ. 5. num. 18. & Menoch. d. conſ. 172. num. 30. & d. conſ. 400. nu. 49.*

Secundò verò confirmari videtur hæc pars authoritate DD. qui nominatim ſcripſerunt, appellatione deſcendentium maſculorum nō venire maſculos ex fœminis, etiamſi teſtator non habuerit rationem agnationis conſeruan-
10 dæ. † *Ita enim cenſuerunt Menoch. d. conſ. 172. num. 12. Ceph. d. conſ. 581. num. 32. verſ. & quamuis, Ladercb. conſ. 153. num. 1. vbi teſtatur, hanc eſſe communem, & Surd. d. conſ. 316. num. 104. verſ. non obſtat igitur.* Euiſdem opinionis videntur fuiſſe, qui ſimpliciter tradiderunt, maſculos

ex

ex fœminis non contineri appellatione libe-
rorum, ſeu deſcendentium maſculorum, nullâ
facta diſtinctione, an habita ſit agnationis cõ-
ſeruandæ ratio, nec ne, *vt Caſtren. in l. ſed ſi hac.
10. §. liberos. num. 2. ff. de in ius vocan. Alex. in l.
ex facto. 17. § fin. num. 3. ff. ad Treb. Iaſ. conſ. 115.
nu. 3. volum. 4. Soc. ſen. conſ. 251. nu. 9. vol. 2. Ruin.
conſ. 39. num. 11. volum. 1. Alciat. conſ. 104. num.
6. verſic. reſtringitur etiam lib. 9. Decian. conſ. 127.
num. 15. vol. 3. Surd. d. conſ. 316. num. 7. Menoch.
conſ. 1036. num. 1.* Nam, cum ſimpliciter, & in-
diſtinctè loquantur, ſimpliciter etiam, & indi-
ſtinctè videntur intelligendi *l. de pretio. 10. ff.
de publicia.* Quinimò huius opinionis videntur
etiam fuiſſe, qui, quamuis loquantur de ea ſpe-
cie, in qua fuit habita ratio conſeruandę agna-
tionis, fundamentum tamen, non tam in præ-
dicta ratione conſtituunt, quam in alijs, ac po-
tiſſimum in eo, quod excluſa matre debeant
quoque per conſequentias cenſeri excluſi oẽs
eius deſcendentes, *vt Io. Andr. in addit. ad Spe-
cul. rub. de teſtam. verſ. eius rationes ſtant, Soc. iun.
d. conſ. 69. num. 21. & 25. vol. 3. Decian. d. conſ. 127.
num. 15. vol. 3.* nam, cum hæc ratio locum ha-
beat, etiamſi non ſit habita ratio conſeruandæ
agnationis, conſequẽs videtur, vt etiam in hoc
caſu procedat eorum opinio, *ſicuti declarant
Lader. d. conſ. 153. num. 1. verſ. ſed & preter, Meno.
d. conſ. 172. num. 12. verſ. hæc ſanè conſideratio, &
num. 35. verſ. Non obſtat ſecundum, & Surd. d.
conſ. 316. num. 12. verſ. non obſtat igitur.*

Tertiò prædicta multo magis videntur ad-
mittenda in caſu noſtro ſtante, quod mens te-
ſtatoris, quæ potiſſimum in fideicõmiſſis ſpe-
11 ctanda eſt, atque ſeruanda. † *l. fideicommiſſa 11.
§. item, ſi quis l. quiſquis. 93. ff. de leg. 3. l. hæredes mei
57. § cum ita ff. ad Treb. l. cum virum, 16. C. de fi-
deicom. l. pen. ff. de leg. 1.* non videtur fuiſſe com-
prehendere maſculos ex fœminis appellatio-
ne deſcendentium maſculorum, vt patet ex
pluribus, & primo ex eo, quia mens teſtatoris
cenſetur eſſe talis, qualis mens legis, cum teſta-
tor cenſeatur ſeſe conformare cum diſpoſitio-
12 ne iuris communis, † *vt ſcribunt Alexan. in l. Gal-
lus. 29. §. quidam rectè num. 12. ff. de lib. & poſthu.
Iaſ. conſ. 215. col. 7. verſic. 3. principaliter volum. 2.
Socin. iun. conſ. 113. num. 22. vol. 1. Nat. conſ. 675.
num. 9. Ceph. conſ. 16. num. 33.* ſecundum quod
appellatione deſcendentium maſculorum ve-
niunt quidem maſculi ex maſculis, ſed nõ ma-
ſculi ex fœminis in materia odioſa, & ſtrictè
13 intelligenda, † vt *ait Menoch. d. conſ. 172. num.
23. verſ. atqui, & nu. 24. verſic. & in terminis,* &
probat. *l. 1. § fin. ff. de iur. immun.* vbi priuilegiũ
immunitatis conceſſum poſteris, & ſic deſcẽ-
dentibus maſculis tranſit quidem in maſculos
ex maſculis, ſed non in maſculos ex fœminis,
quia cenſetur odioſum, & ſtrictè intelligen-
14 dum, † *vt ſcribunt Roman. conſ. 186. num. 11.
Alexan. conſil. 125. num. 10. & 11. volum. 2. Dec.
conſ. 113. num. 2. verſ. & iſta interpretatio, iuncto
num. 6. & conſil. 222. num. 4. verſ. & huic conclu-
ſioni. Rip. reſpon. 183. num. 19. alias eſt reſpon. 26.
nume. 19. lib. 2. Balb. in conſ. poſito poſt deciſ. 68.
Ozaſc. num. 19. Decian. conſ. 2. num. 14. & 15. vol.
4. Ceph. conſ. 553. num. 12. Menoch. conſ. 36. num.
30. conſ. 297. num. 6. & conſ. 1060. num. 25. Surd.
conſ. 190. num. 2. & 8. & deciſ. 135. num. 6. & in ſi.
Theſaur. lib. 1. quæſt. foren. quæſt. 90. num. 6.* Cum
igitur & fideicommiſſum cenſeatur odioſum,
tamquam continens onus, & grauamen. *l. co-
hæredi. 41. §. cum filia. ff. de vulg.* Conſequens vi-
detur, vt, etiamſi ſit tranſitorium in maſculos
ex maſculis deſcendentes, non tamen tranſire
debeat in maſculos deſcendentes ex fœminis.
Ita arguit Menoch. d. conſ. 172. num. 23. Secundò
mens teſtatoris colligi videtur ex eo, quia in
huiuſmodi primogenituris ſemper fecit men-
tionem de deſcendentibus, & filijs maſculis, q
verba reſpectu filiorum non videntur referẽda
ad filios D. Annæ, ſed ad filios deſcendentium
ipſius D. Annæ, qui fuerint admiſſi: Alioquin
enim teſtator ordine præpoſtero locutus eſſet,
cum reſpectu D. Annæ prius ſint filij, quam
alij deſcendentes, & veriſimile non eſt, hoc
inaduertenter factum eſſe, cum toties fuerint
repetitum. Quo poſito ſequitur Dom. Fran-
ciſcum Philippum nõ contineri appellatione
maſculorum, de quibus teſtator loquitur, quia
non eſt filius maſculus D. Alberti primo loco
admiſſi, ſed eſt nepos ex filia. Nec videtur di-
cendum appellatione filij contineri nepotem.
15 † *l. filij appellatione. 84. l. iuſta. 201. l. liberorũ, 220.
verſ. ſed & Papyrius. ff. de verb. ſignif.* quia in pro-
poſito contrarium videtur verius: nam, vt ne-
pos filij appellatione veniat, non fit ex propria
ſignificatione vocabuli, ſed ex quadam inter-
16 pretatione extenſiua † *d. l. iuſta, & tradit Bart.
in d. l. liberorum nu. 10. Bald. in l. pen. C. ad Ma-
ced. Alex. conſ. 17. num. 4. conſ. 125. num. 12. vol. 5.
Soc. Iun. conſ. 108. nu. 19. vol. 2. Ant. Gabr. in tit.
de verb. ſign. concl. 1. nu. 3. Tiraq. de Iur. primog.
q. 40. num. 58. Gozad. conſ. 36. nu. 3. Decia. conſ.
47. num. 10. & 20. verſ. non obſtat vol. 3. Menoch.
conſ. 215. num. 12. Surd. conſ. 403. num. 18.* quæ,
quoniam in odioſis (cuiuſmodi ſunt fideicõ-
17 miſſa) non eſt admittenda † *l. cum quidam. 19.
& ibi Iaſ. num. 9. ff. de lib. & poſth. Bart. in l. ſerui
nomine 16. nu. 3. ff. de vſucap. Dec. in l. quod cõtra
rationem 183. in prin. num. 4. ff. de reg. iur. Pariſ.
conſ. 29. nu. 12. vol. 3. Men. conſ. 243. nu. 20.* ideo
fit, vt in ijs appellatione filiorum non contine-
18 antur nepotes † *vt ſcribunt Caſtr. conſ. 97. nu. 3.
vol. 2. Dec. conſ. 217. nu. 12. Alcia. conſ. 104. nu. 8.
lib. 9. Natt. conſ. 191. nu. 10. Ceph. conſ. 194. nu. 28.
Peregr. de fid. artic. 22. nu. 62.* Denique nepos
ex filia poteſt quidẽ interpretatiuè dici filius,
ſed non filius maſculus, quia refert matrem,
cui maſculinitatis qualitas conuenire nullo
19 modo poteſt † *vt conſiderant Bald. & alij in l. 1.
C. de cond. inſert.* Tertiò hanc fuiſſe mentem
teſtatoris videtur colligi ex eo, quia de maſcu-
lis deſcendentibus ex fœminis fecit ſpecialem
diſpoſitionem ſeparatam, atque diſtinctam à
primogenitura, de qua nos loquimur, ſcilicet
quia quatuor fecit ſubſtitutionum gradus. Pri-
mum enim D. Bernardino ſubſtituit eius filios
maſculos, & inter eos reciprocam fecit ſubſti-
tutionem. Secundo verò decedentibus omni-
bus filijs D. Bernardini ſine filijs maſculis ſub-
ſtituit deſcendentes, & filios maſculos Dom.
Annæ filiæ ſuæ primogenitæ, & inter eos per-
petuum conſtituit fideicommiſſum cum ordi-
ne primogenituræ. Tertiò deficiẽtibus omni-
bus deſcendentibus, & filijs maſculis D. Annæ
vocauit deſcendentes, & filios maſculos Do.
Margaritæ ſecundogenitæ cum eodem ordine
primogenituræ. Quartò demũ deficientibus
omnibus deſcendentibus, & filijs maſculis D.
Margaritæ vocauit æqualiter non ſolum filios

Domini Bernardini hęredis inſtituti, ſed etiam filias DD. Annæ, & Margaritæ, & ipſarum, & vniuſcuiuſque earum filios, & filias, & ſic maſculos, & fœminas. Quo ſtante ſequitur, filios filiarum non cenſeri comprehenſos in pręcedentibus diſpoſitionibus, quibus maſculi vocati ſunt, tum, quia, ſi fuiſſent comprehenſi, fruſtra teſtator eos poſtea ſimul cum filiarum filiabus vocaſſet, tum etiam, quia teſtator fuiſſent ſibi contrarius: nam in præcedentibus diſpoſitionibus voluiſſet maſculos ſolos, etiam ex fœminis deſcendentes ſuccedere excluſis filiabus; In poſtrema verò voluiſſet eos ſimul cum filiabus ſuccedere, quæ ſunt contraria, ſcilicet, quia ſimul ſtare non poſſunt, vt fœmina, quæ à maſculo excluditur, in partem cum eo vocetur. *l. cum in teſtamento. 37. in princ. ff. de hęred. inſti. l. verbis ciuilibus. 7. ff. de vulgar.* cum potentioribus pares eſſe non poſſumus. *l. 3. in princ. ff. de alien. iud. mut. cau. fa.*
20 Et ita in ſpecie † arguunt *Socin. iun. d. conſ. 69. num. 22. verſ. 2. volum. 3. Gab. d. conſ. 116. num. 24 volum. 2. Menoch. d. conſ. 1-2. num. 20.*

Quartò demum fortiſſimum huius partis fundamentum ex eo deduci videtur, quia, ſi diceremus venire etiam maſculos ex fœminis, magnum ſequeretur abſurdum: nam, ſi Domina Anna primogenita tempore aduenientis conditionis non habuiſſet filium, ſed filiam, ſine dubio fideicommiſſum debuiſſet pertinere ad filium Dominę Margaritæ ſecundogenitę, quia deficientibus maſculis ex primogenita vocantur maſculi deſcendentes ex ſecundogenita, Et tamen fieri poſſet, vt poſt talem admiſſionem filia primogenitæ ſuſciperet maſculum; Quo ſtante ſequeretur alterum de duobus abſurdis, vel, quòd maſculus deſcendens à ſecundogenita excluderet maſculum deſcendentem à primogenita contra expreſſam diſpoſitionem teſtatoris, quippè, qui noluit hæreditatem ſuam pertinere ad maſculos deſcendentes à Domina Margarita ſecundogenita, niſi deficientibus omnibus maſculis deſcendentibus à Domina Anna primogenita, vel, quod poſtea, quam bona fecerunt tranſitum in lineam ſecundogenitæ, deberent iterum redire ad lineam primogenitæ, quod eſſet abſurdiſſimum, cum quia fideicommiſſa non debent tranſire per ſaltum, tum etiã, quia hoc modo confunderetur ordo, non ſolum à teſtatore, ſed etiam à iure præfinitus, quippè, qui eſt, vt, vbi bona ſemel fecerunt tranſitum in vnam lineam, debeat illa prius euacuari, quam fiat tranſitus in aliam, *vti poſtea latius oſtendemus*. Ne igitur hoc abſurdum ſequatur, debemus potius interpretari verba teſtatoris vocantis maſculos, vt intelligantur ſolum de maſculis ex maſculis, quam, vt etiam de maſculis ex fœminis, quia in dubio ſumenda eſt ea interpretatio, per quam abſurdum
21 euitatur, † *l. nam abſurdum. 7. ff. de bon. lib. l. 1. §. vnde quæritur. ff. de publica, l. ſi quis ex argentarijs 6. §. fin ff. de edend. & ſcribunt Alb. conſ. 413. n. 9. Decia. conſ. 34. nu 59. vol. 3. Menoc. conſ. 231. n. 19.*

Prædictis tamen non obſtantibus, & re diligenti, atque matura conſideratione perpenſa contrarium de iure verius eſſe puto, nempè appellatione deſcendentium maſculorum venire etiam maſculos ex fœminis, & per conſequentias in ſucceſſione primogenituræ, de qua contenditur, D. Franciſcum Philippum, tamquam maſculum deſcendentem à Do. Anna primogenita debere pręferri Do. Hyeronimo Solatio, & ſucceſſiuè D. Ioan. Paulo eius filio, tamquam deſcendentibus à D. Margarita ſecundogenita. Moueor autem, vt ita ſentiam.

Primò, quia in fideicommiſſis, & alijs teſtamentariis diſpoſitionibus primum omnium ſunt inſpicienda, & diligenter perpendenda verba teſtatoris. *§. nos igitur Authen. de reſtitut. fid. coll. 9.* adeo, vt ab eorum proprietate non aliter ſit recedendum, quam, ſi manifeſtè conſtet, aliud ſenſiſſe teſtatorem. *l. non aliter. 67. in princ. ff. de leg. tertio*, ſcilicet, quia voluntas teſtatoris colligitur ex verbis, & talis eſſe cenſetur, qualem verba demonſtrant, cum nemo pręſumatur dicere, niſi, quod vult. *l. Labeo 7. verſ. & quidem. ff. de ſuppel. legat.* Atqui inſpectis verbis teſtatoris, & conſiderata eorum propria ſignificatione, dubium non eſt, quin appellatione deſcendentium maſculorum ita contineantur maſculi ex fœminis, vt maſculi ex maſculis,
22 † *vt declarant Ruin. conſ. 49. num. 2. verſic. ſed tamen præmiſſis, & conſ. 120. num. 8. volum. 1. Alcia. conſ. 104. num. 1. lib. 9. Alb. conſ. 86. num. 4. vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem, & conſ. 87. num. quinto, Rub. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè num. 142. & 147. ff. de liber. & poſthum. Cephal. d. conſ. 600. num. 32. Mantic. d. lib. 8. tit. 11. num. 8. verſ. ſimiliter, & d. tit. 18. nu. 13. 14. & 20. circa medium, & num. 55. & 56. verſ. quod autem, vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem, Burſat. conſ. 229. num. 8. & 23. vbi etiam ait, hanc eſſe communiorem, Bec. conſ. 185. num. 9. volum. 2. Surd. conſ. 308. num. 2. Peregr. conſ. 5. nu. 11. volum. 1.* quia, & ipſi haud dubiè ſunt deſcendentes, quippè, quorum appellatione veniunt omnes deſcendentes in infinitum, ſiue ex maſculis, ſiue ex
23 fœminis deſcendant. † *l. fin. C. de ſuis, & leg. §. 1. Auth. de hęred. ab int. ven. coll. 9. & ſcribũt Alex. conſ. 160. nu. 2. vol. 2. Soc ſen. conſil. 51. nu. 1. vol. 4. Dec. conſ. 222. nu. 1. Pariſ. conſ. 88. nu. 12. volu. 2. Nat. conſ. 64. nu. 8.* & ſunt deſcendẽtes maſculi, vt per ſe patet Ergo & ipſi venire debent appellatione deſcendentium maſculorũ in fideicõmiſſis, & alijs teſtamentarijs diſpoſitionibus.

Secundò prædicta confirmantur ea ratione, quia, cui conuenit ratio diſpoſitionis, eidem conuenire debet & ipſa diſpoſitio. *l. at Titio. 108. ff. de verbor. obligat. l. illud, 32. ff. ad l. Aquil.* Sed ratio propoſitæ diſpoſitionis ita conuenit maſculis ex fœminis, vt maſculis ex maſculis, quia ratio non eſt fauor agnationis conſeruãdæ, cum teſtator vocauerit maſculos deſcendentes ex filiabus, per quos certum eſt, agnationem non conſeruari, ſed eſt q̃dam prædilectio, & maior affectio, quam teſtator habuit ad ſexum maſculinum tamquam nobiliorem, & pręſtantiorem feminino. *l. 1. ff. de Senato. l. vlt. ff. de fid. inſtr.* & hęc nobilitas, ſeu pręſtãtia ſexus, quæ eſt cauſa affectionis, & diſpoſitionis, ita eſt in maſculo ex femina, vt in maſculo ex maſculo. Ergo etiam illi debet conuenire teſtatoris diſpoſitio, per quam deſcendentes maſculos vocauit.

Tertiò facit, quia ceſſante cauſa reſtrictionis ceſſat & ipſa reſtrictio *cap. cum ceſſante de appell.* Sed in propoſita ſpecie ceſſat cauſa, propter q̃ propriam deſcendentium maſculorũ appellationẽ reſtringimus ad maſculos ex maſculis,

quia cauſa eſt veriſimilis mens teſtatoris, qui reſpiciens ad conſeruationem agnationis cenſetur eos tantum vocare, per quos agnatio cõ-
24 ſeruatur, † *vt declarant Alcia. d. conſ. 104. num. 5. lib. 1. & Mantic. d. lib. 8. tit. 11. num. 8. verſ. ſimiliter, & d. tit. 18. num. 20. verſ. & licet, & nu. 55.* cuiuſmodi non ſunt maſculi deſcendentes ex fœminis; quæ cauſa ceſſat in ſpecie noſtra, vt potè in qua teſtator non reſpexit ad conſeruationem agnationis, *vt ſæpe dictum eſt.* Ergo ceſſare quoque debet, & reſtrictio propriæ ſignificationis illorum verborum, maſculos deſcendentes, & per conſequentias erunt huiuſmodi verba accipienda ſecundum latam, ſed propriam ſignificationem, quę per vtrumq; ſexum deſcendentes maſculos comprehendit.

Quartò ſuperiora confirmantur authoritate Doctorum, qui nominatim tradiderunt, in fideicommiſſis; & alijs teſtamentarijs diſpoſitionibus appellatione deſcendentium maſculorum venire etiam maſculos ex fœminis, quoties teſtator nõ habuit rationem agnatio-
25 nis conſeruandæ. † *Ita enim cenſuerunt ſequentes 34. Dd.*

1 *Din. in l. Neratius. 7. ff. de man. teſt. & ibi.*
2 *Alberic.*
3 *Fulgoſ. conſ. 86. colum. 1. cui conſilio ſe ſubſcripſit.*
4 *Cuman. Idem cenſuerunt.*
5 *Anchar. conſ. 339. vol. 3. & 4.*
6 *Caſtr. in l. 1. num. 3. C. de cond. inſert.*
7 *Corn. conſ. 246. num. 9, vol. 2. & in d. l. 1. col. 4. & 5. C. de cond. inſert.*
8 *Aretin. in l. Gallus. 29. §. nunc de lege col. pen. & vlt. ff. de lib. & poſth.*
9 *Alex. conſ. 56. vol. 5. ſi diligenter perpendatur: nam, licet conſilium illud ſit truncum, & mutilum, tamen hoc apparet ex num. 5. verſic. pro parte noſtra, vbi non obſcurè demonſtrat ſe tenere partem contrariam ei, pro qua prius argumenta retulerat, vt ibidem animaduertit apoſtillator in verb. iuris.*
10 *Soc. Sen. in d. l. Gallus. 29. §. nunc de lege num. 8. ff. de lib. & poſth. & in l. cum anni. 101. num. 82. ff. de cond. & demon.*
11 *Claud. de Seyſel. in d. §. nunc de lege, circa fin.*
12 *Ruin. conſ. 18. num. 9. verſic. 3. etiam reſponderi vol. 3. nam, licet in ſtatutis contrariam ſequatur opinionem, tamen in teſtamentis fatetur maſculos ex fœminis contineri.*
13 *Cepoll. in ciuil. conſ. 7. col. pen.*
14 *Guidop. q. 612. num. 1.*
15 *Rub. Alex. conſ. 22. num. 13. verſic. Quartus caſus. quod eſt repetitum in conſ. 128.*
16 *Alb. conſ. 86. num. 4. & 5. vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem.*
17 *Bero. conſ. 120. num. 17. & ſeqq. vol. 2.*
18 *Soc. Iun. conſ. 2. num. 11. verſic. 2. & num. ſeqq. vol. 3. & vero etiam in conſ. 69. num. 15. vol. 3. licet enim in ſpecie à ſe propoſita in d. conſ. 69. contrariam ſequatur opinionem, hoc tamen facit quia teſtator rationem habuerat conſeruandæ agnationis, atqui ceſſante non negat, quin vera ſit opinio, quæ vult maſculos ex fœmina contineri; vti videre eſt num. 37. verſic. Nec obſtat quartum.*
19 *Tiraq. de iur. primog. q. 13. num. 11.*
20 *Pariſien. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 16. num. 7.*
21 *Molin. Pala. in tract. maiorat. part. 2. quæſt. 6. num. 58. & ſeqq.*
22 *Ioſeph. Cum. ad conſtitit. ſi aliquem, in verb. maſculus, num. 109.*
23 *Molin. de primog. Hiſp. lib. 3. cap. 5. num. 48.*
24 *Gabr. conſ. 96. num. 24. verſic. nam id eſt vol. 1. Idem conſuit conſ. 116. num. 5. & 18. vol. 2. vbi ait non contineri maſculos ex fœminis, vbi non eſt habita ratio agnationis conſeruandæ, ſi ex coniecturis conſtet, talem fuiſſe mentem teſtatoris, in quibus coniecturis fundamenta conſtituit. Itaque ceſſantibus illis coniecturis non obſcurè denotat ſe contrarium ſentire.*
25 *Mantua conſ. 129. vol. 2.*
26 *Decia. conſ. 127. num. 17. verſic. ſecus ſi fuiſſet volum. 3.*
27 *Ceph. conſ. 600. num. 34.*
28 *Roll. conſ. 76. num. 15. vol. 3.*
29 *Burſat. conſ. 229. num. 38. verſ. verum, & num. ſeqq.*
30 *Odd. conſ. 90. num. 16.*
31 *Mantic. de con. vlt. vol. lib. 8. tit. 11. num. 8. verſ. ſimiliter, & tit. 18. num. 20. 54. & 56. verſ. quod autem, & lib. 11. tit. 15. num. 4. verſ. 2.*
32 *Bec. conſ. 185. num. 9. & 10. vol. 2.*
33 *Surd. conſ. 308. num. 14. Idem etiam conſuit conſ. 475. num. 4. iuncto num. 13. verſic. remouetur quoque.*
34 *Peregr. conſ. 5. num. 13. vol. 1.*

Ex quorum numero ſatis apertè conſtat, hanc eſſe receptiorem, & per conſequentias ab ea non eſſe conſulendo, & iudicando recedendum.

Quintò confert, quia valet argumentum à contractibus, ſeu actibus inter viuos ad vlti-
26 mas voluntates. † *l. vltima in fin. ff. commun. prædior. l. cum aurum. 20. in fin. princ. ff. de aur. & argen. leg. l. qui chyrographum. 57. ff. de legat. 3. l. 3. ff. de vſufruct. leg.* Sed in contractibus, ſeu cauſis viuentium appellatione deſcendentiũ maſculorum veniunt etiam maſculi ex fœminis, quoties non eſt habita ratio conſeruãdæ agna-
27 tionis, † *vt de donatione ſcripſerunt Ruin. dicto conſ. 120. num. 8. & ſeqq. volum. 1. Socin. iun. dict. conſ. 2. num. 18. volum. 3. Alcia. conſ. 15. num. 1. & 5. lib. 8. & conſil. 104. per tot. lib. 9. Burſat. conſ. 229. num. 1. & ſeqq. per tot. De liberatione Ruin. conſ. 49. num. 2. verſic. ſed tamen præmiſſis volu. 1. De conceſſione Principis Socin. ſeu inter conſ. Brun. conſ. 10. num. 5. Ruin. d. conſ. 18. num. 9. verſic. 3. etiam reſponderi volum. 3. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 26. num. 12. & d. conſ. 5. num. 12. & 13. vol. 1.* Ergo idem dicendum eſt, & in vltimis voluntatibus, & per cõſequentias etiam in fideicommiſſis.

Sextò prædicta confirmantur, quia, ſi maſculi ex fœminis non venirent appellatione deſcendentium maſculorum, nec fœminis in defectum maſculorum vocatis eſſent præferẽdi, quia fœminæ non, niſi à maſculis ex maſcu-
28 lis vincerentur. Atqui præferuntur, † *vt latè oſtendit Mantic. d. lib. 8. tit. 18. num. 11. & ſeqq. vſque in fin. & præter eum Burſat. d. conſ. 229. num. 13.* Veniunt igitur & ipſi deſcendentium maſculorum appellatione.

Septimo ſupradicta multo magis locum hẽdẽt in caſu noſtro, in quo iam cõſtat, teſtatorẽ dilexiſſe maſculos ex fœminis, & eos fœminis ipſis prætuliſſe: nã ad primogeniturã, de qua nos loquimur, non vocauit maſculos ex maſculis, ſed maſculos ex fœminis, nempè deſcendentes, & filios maſculos D. Annæ primogenitæ, & iis deficien-

Digitized by Google

ficientibus deſcendentes, & filios maſculos
D. Margaritæ ſecundogenitæ. Ergo, dum po-
ſtea ſucceſſiuè vocauit maſculos ab iiſdem de-
ſcendentes, debet intelligi, non ſolum de ma-
ſculis ex maſculis, ſed etiam de maſculis ex
fœminis, quia vna pars diſpoſitionis declarat
aliam. *l. ſi ſeruus plurium. 53. §. fin. ff. de leg. pri-
mo*, &, qualis fuit mens teſtatoris in vna par-
te, talis eſſe cenſetur in alia. *l. qui filiabus. 17.
in princ. ff. eod.* Et ita in ſpecie fideicommiſſi,
ad quod primo loco vocati ſunt maſculi ex
filia, vel alia fœmina, vt in eo deſcendentiũ
maſculorum appellatione veniant etiam ma-
29 ſculi ex fœminis † ſcripſerunt *Socin. ſen. in d. l.
Gallus. 29. §. nunc de lege numero 8. ff. de liber. &
poſthum. Socin. iun. d. conſil. 116. num. 10. verſic.
Nec obſtat deciſio volum. 3. Tiraquel. de iure pri-
mogen. d. quæſtio. 13. num. 21. Decian. dicto conſil.
127. num. 25. verſic. nã contraria volum. 3. Man-
tic. dict. lib. 8. tit. 11. numero 8. verſic. ſimiliter, &
dict. tit. 18. num. 54. Nec diſſentit Surd. d. conſ. 316.
num. 12. verſ. poſtremo.*

Octauò diligenter in caſu noſtro perpen-
denda ſunt illa verba, *ſeruata gradus, ætatis, &
ſexus prærogatiua*, poſita in vocatione maſcu-
lorum deſcendentium à Domina Anna, & ſæ-
piùs in ſequentibus diſpoſitionibus, & voca-
tionibus repetita, quippè, quæ (meo iudicio)
rem ponũt extra omnem dubitationem. Nam
30 prærogatiua, quæ ſignificat prælationem. † *§.
cæterum verſ. ideo nos Inſtit. de leg. agn. ſucceſſ. §.
ſi vero neq; fratres Authen. de hæred. ab inteſt. ven.
coll. 9. Authen. defuncto C. ad Tertul.* non conſi-
31 deratur, niſi inter perſonas vocatas. † *§. pro-
[illegible]ntur inſtit. eod.* quia comparatiuum ſup-
32 ponit poſitiuum. † *l. [illegible] autem nos. oparet. 75.
pri. verſic. Quod ſi. ff. de verb. oblig. l. cum ſi-
[illegible] 78. §. pater, & ibi Bald. not. ff. de leg. 2. Abb.
in cap. per venit. 3. nu. 2. De furtis Dec. conſ. 185.
num. 6. Decia. conſ. 19. num. 2. vol. 3. & conſ. 34.
num. 7. vol. 5. Surd. deciſ. 65. num. 8.* Itaque, cũ
dicimus coniunctum præferri diuiſo, ſigni-
ficamus etiam diſiunctum eſſe vocatum, ſed
33 poſt coniunctum † *l. un. §. [illegible] ita definiuit, C. de
cad. toll. l. hæredes ſine partibus. 6. ff. de hær. inſt.
l. 1. §. [illegible] eſt ff. de [illegible] fr. accr.* Et ſimili modo,
cum dicimus mulierem habentem hypotheca-
nam præferri creditoribus anterioribus, vtique
ſupponimus, etiam creditores anteriores ha-
bere hypothecam, ſed in ea mulierem eſſe po-
34 tiorem † *l. vlt. C. qui pot. [illegible]. §. fuerat Inſt. de actio.
§. his conſequens Auth. de æqual. dot. coll. 7.* Aliàs
enim, ſi non haberent hipothecam fruſtra de
prælatione diſputaretur, quia prælatio non ca-
dit, niſi inter perſonas habentes ius, in quo de
35 prælatione diſputatur, † *tot. tit. ff. & C. qui potio.*
Itaque denotat ordinem, non totalem exclu-
36 ſionem. † *l. ſecunda. § ſi mater verſ. cum enim. ff.
ad Tertul.* Hinc fit, vt omnes perſonæ, inter
quas teſtator declarat, ſe velle ſeruari prærroga-
tiuam, cenſeri debeant ad primogenituram
vocatæ, ſed gradatim vnam poſt aliam. Cum
igitur perſonæ ſint in triplici differentia, ſcili-
cet, quia teſtator vult ſeruari prærogatiuam
gradus, ætatis, & ſexus, quatenus vult ſerua-
ri prærogatiuam gradus, & ætatis, res dubium
non habet, quia reſpectu gradus ita intelligi-
tur, vt, ſi plures ſint maſculi deſcendentes à
Domina Anna primogenita, qui gradu pro-
ximior eſt, debeat aliis omnibus præferri;

Reſpectu verò ætatis, vt, ſi plures ſint eiuſdem
gradus, puta plures filii, is debeat eſſe po-
tior, qui primo eſt natus, ſeu genitus. At,
quatenus vult ſeruari prærogatiuam ſexus vi-
detur habere dubitationem, ſcilicet, quia
ſexus di[illegible] duplicitèr conſiderari poteſt,
vel ex perſona propria ipſorum vocatorum,
vel ex perſona parentum, a quibus nati ſunt,
ex perſona propria, ſi ſint maſculi vel fœ-
minæ, ex perſona vero parentum, ſi deſcen-
37 dant à maſculo, vel à fœmina. *§. 1. Inſtit. de
leg. agn. tut. §. cæterum, verſic. ideo nos Inſt. tit.
de leg. agn. ſucceſſ. tit. Inſt. [illegible] D. Senatuſconſ. Ter-
tul. in princ.* In propoſita autem ſpecie, dum
teſtator ait, ſe velle ſeruari prærogatiuam
ſexus, non poteſt intelligi primo modo quia
ſignificaret, ad primogenituram vocatos eſ-
ſe maſculos, & fœminas, ſed maſculos eſſe
fœminis præferendos, vt dicimus de feudis,
cap. primo. De eo, qui ſibi, & hæred. quod nullo
modo dici poteſt, quia, cum ad primogenitu-
ram vocati ſint ſoli maſculi, quorum appel-
latio fœminis non congruit, non poſſumus
aliquo modo dicere, ſeruandam eſſe præro-
gatiuam ſexus ratione fœminarum, quæ non
ſunt vocatæ, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta
ſunt.* Neceſſario igitur hoc debet intelligi ſe-
cundo modo ſcilicet inter maſculos ad pri-
mogenituram vocatos ſeruanda ſit prærroga-
tiua ſexus reſpectu originis, ita, vt, ſi adſint
maſculi ex maſculis, & maſculi ex fœminis,
illi, tanquam [illegible] a ſexu nobiliore,
& præſtantiore [illegible] potiores, vt regu-
lariter in fideicommiſſis, & aliis cauſis ad quas
38 maſculi vocantur [illegible], conſtat † ex
*traditis a Rum. d. conſil. 49. num. 5. & d. conſ. 120.
num. 8. 9. & 14 ver. [illegible] 1. [illegible]
cian. conſ. 15. num. 6 lib. 8. C[illegible] dict. conſ. [illegible] 9.
num. 31. Mantic. d. lib. 8. tit. 18. numero 20. circa
medium, Bierſat. d. conſ. 2[illegible]. num. [illegible]. Peregrin.
de fideicomm. d. artic. 26. num. 3. [illegible] 17. verſ. poſſ-
ſint. Menoch. conſ. 976. num. 19.* Ex quo ſequi-
tur, his verbis declaraſſe teſtatorem, ſe ma-
ſculorum appellatione, non ſolum maſculos
ex maſculis, ſed etiam maſculos ex fœminis
comprehendiſſe, & hos etiam deficientibus
maſculis ex maſculis ad primogenituram vo-
caſſe.

Nec eſt, quod reſpondeas, imo prærogati-
uam ſexus poſſe conſiderari primo modo,
quia, cum fœminæ vocatæ ſint ex poſtremo
gradu ſubſtitutionis, rectè videtur teſtator de-
claraſſe, ſe velle ſeruari prærogatiuam ſexus,
id eſt maſculos fœminis præferri, quia diligen-
ter animaduertendum eſt, prærogatiuam ſe-
xus, quam teſtator declarat, ſe velle ſeruari,
non referri ad omnes ſubſtitutionum gradus,
ſed tantum ad eos, in quibus primogenitura
continetur, vt patet ex verbis teſtamenti. Cum
igitur [illegible] gradus, in quo fœminæ vocan-
tur non contineat primogenituram, ſed [illegible]
tineam [illegible] vocationem,
Conſequens eſt, vt prærogatiua, de qua teſta-
tor loquitur, non ſit ad vocationem fœmi-
narum, quæ veniunt ex quarto gradu, refe-
renda, ſed ad vocationem deſcendentium
maſculorum, qui veniunt ad primogenitu-
ram, vel ex ſecundo, vel ex tertio gradu
ſubſtitutionis; In his enim duobus gradi-
bus vult teſtator inter vocatos, & ſic inter

maſculos ſeruari prærogatiuam gradus, ætatis, & ſexus, eo modo, quo ſupra declaratum eſt.

Minùs eſt, quod obiicias, hoc poſito, ſequi; D. Ioan. Paulum, tamquam maſculum ex maſculo debere preferri Dom. Franciſco Philippo, tamquam maſculo ex fœmina, quia reſpõdeo contrarium eſſe verius: Nam prærogatiua ſexus, quam teſtator ſeruari voluit in ſingulis lineis, debet conſiderari in linea D. Annę prius, quam perueniatur ad lineam Do. Margaritæ. Itaq;, ſi ex linea D. Annę ſupereſſent maſculi ex maſculis, & maſculi ex fœminis, illi priùs eſſent admittendi, ſed, quoniam nulli ſuperſont maſculi ex maſculis, ſed tantum maſculus ex fœmina, debet is admitti priùs, quam fiat tranſitus ad lineam Dominę Margaritæ, quia linea primogeniti debet euacuari priùs, quam fiat tranſitus ad lineam ſecundogeniti,
39 † vt not. in cap. 1. De nat. ſucceſſ. feud. & ſcribunt Prepoſ. in capit. 1. coll. 11. verſ. 15. de feud. March. Aneb. conſil. 32. in fin. Ozaſc. deciſ. 23. numero 34. Cephal. conſ. 656. num. 48. Couarr. cap. 38. pract. quæſt. num. 6. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 4. num. 14. & cap. 6. num. 30. & 32. Did. Spin. in ſpecul. teſtam. glo. 19. num. 64. Ant. de Gamm. deciſ. Luſitan. 93. num. 1. Peregr. de fideicomm. artic. 27. num. 24. Quamobrem, ſi primogenitura ſit conſtituta pro maſculis, & fœminis cũ prælatione maſculorum, & ex linea primogeniti non ſuperſit maſculus, ſed fœmina, debet illa præferri maſculo ſecundogenito, & eius deſcendentibus, quia, vt dictum eſt, priùs euacuanda eſt linea primogeniti, quoad omnes perſonas capaces, quam fiat tranſitus ad alias
40 lineas: † Ita in ſpecie ſcripſerunt Iſern. in cap. 1. num. 2. de eo, qui ſibi, & hered. Prepoſ. in capit. 1. coll. 11. verſic. 5. de feud. march. Pariſ. conſil. 21. num. 29. volum. 1 Curt. iun. de feud. part. 3. quæſt. 1. prin. verſ. decimoquinto, Tiraquel. de iure primogen. quæſt. 10. num. 21. & quæſt. 14. num. 3. & 7. Ioan. de Grter de primogen. lib. 1. quæſt. 19. num. 5. Grammat. deciſ. 1. num. 28. & 29. Cephal. conſ. 664. num. 10. & 30. Couarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 5. & cap. 38. pract. quæſt. num. 8. Pereg. de fideicomm. artic. 25. num. 47. & artic. 27. num. 14. Franc. de Amic in repet. tit. de his, qui feud. dar. poſſ. verſ. & veniendo quæſt. 8. & quæſt. 15. Ozaſc. deciſ. 23. num. 29. Molin. de primogen. Hiſpa. lib. 3. cap. 4. num. 5. Marin. Frec. lib. 3. Feud. in tit. differentiæ feudorum quaternatorum num. 30. Petr. de Grego. de conceſſ. feud. par. 4. quæſt. 4. num. 23. Ant. de Gamm. deciſ. Luſit. 354 num. 5. & 7. verſic. non obſtat, Lud. Schrad. de feud. part. 7. c. 4. nu. 78. Did. Spin in ſpec. teſta. gl. 19. num. 84.

Nono ſupradicta multo fortiùs procedunt in caſu noſtro, in quo tractatur de admittendo nepote D. Alberti vltimi poſſeſſoris ex filia p̃defuncta, quippè, qui faciliùs debet admitti,
41 quam, ſi mater ſuperuixiſſet, † vt declarãt Rui. d. conſ. 49. num. 4. volum. 1. & Soc. iun. d. conſil. 2. num. 25. verſ. preterea volum 3. Nam mater ſuperſtes, & excluſa nocet filio, etiam venienti ex perſona propria, cui alioquin non noceret,
42 ſi prędeceſſiſſet, † ſecundum Rui. d. conſ. 49. nu. 6. verſ. &, obſt opinio volum. 1. Menoch. d. conſ. 172. num. 30. verſ. &, & d. conſ. 400. num. 50. Ludev. d. conſil. 153. in fin. & Surd. d. conſ. 316. num. 16. verſic. reſpondebam etiam, Ex doctr. Angel. in l. vltim. 19. verſ. & per hoc dicunt C. de collat. Et, quamquam hæc opinio, quatenus vult maſculum non admitti, ſi mater ſit ſuperſtes, penes me ſit dubia, quoties non eſt habita ratio conſeruandæ agnationis cum in teſtamentarijs diſpoſitionibus non ſit abſurdum matrem excludi, & vocari filium, tametſi ſit remotior, *vt mox oſtendam*, tamen ex hoc apparet, faciliùs eſſe admittendum ſtante matris obitu, cũ etiam ij, qui contrariam ſequuntur opinionẽ, fateantur maſculum debere admitti, ſi mater ſit premortua.

Decimò multo magis debet admitti ſtante, quod eſt maſculus deſcendens à Domino Alberto, qui iam fuit ad primogenituram admiſſus: nam in eo ceſſant ferè omnes rationes, quibus opinio contraria nititur, ſcilicet, quia non poſſumus dicere, eum prouenire à radice infecta, ſiue ab excluſo, cum re vera ſit maſculus deſcendens ex filio maſculo Dominæ Annę primogenitę, qui, vt capax fuit ad primogenituram admiſſus, & eam poſſedit vſque ad extremum vitę ſpiritum.

Neque obſtant contraria, & primo non obſtat, quod excluſa matre cenſeantur etiam excluſi omnes ab ea deſcendentes, quia reſpon-
43 deo primo, id procedere † in ſucceſſionibus legitimis, vel ſtatutarijs, ſecus vero in iis, quæ deferuntur ex teſtamento, ſeu diſpoſitione teſtatoris, vt ſunt fideicommiſſa; nam in his non eſt abſurdum excludi proximiorem, &
44 remotiorem admitti. † l. cum ita. 33. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. ſecundo: quoniam huiuſmodi ſucceſſiones pendent ex voluntate teſtatoris, qui arbitrio ſuo poteſt excluſo proximiore vocare remotiorem, & verò etiam extraneum. l. extraneum 11. C. de hared. inſtituend. Ita reſpondet Mantic. dicto lib. 8. titu. 18. numer. 49. 57. & 72. verſic. ſed huic, & probat apertiſſime text. in l. vltim. C. de natur. liber. prout euenit in caſu noſtro, vtpotè, in quo teſtator excluſis filiabus ſuis vocauit filium fratris, & omnes eius deſcendentes maſculos. & illis deficientibus, non filias ſubſtituit, ſed filiarum filios maſculos, & hoc modo declarauit, ſe non habere pro abſurdo, vt mater excludatur à bonis ſuis, & admittatur filius.

Secundo reſpondeo, contrarium procedere,
45 † quando ratio, propter quam mater excluditur militat etiam in eius deſcendentibus, vt euenit cum teſtator habuit rationem agnationis conſeruandę: nam tunc ideo excluſa matre cenſentur etiam excluſi omnes eius deſcendentes, quia etiam in eis militat excluſionis ratio, cum nec per eos agnatio conſeruetur. At, quando ratio, propter quam mater excluditur, ceſſat in eius filijs, verius eſt, ab illius excluſione nõ poſſe ad horum excluſionem inferri, quia ceſſante cauſa excluſionis ceſſat & ipſa excluſio, *vt ſepè dictum eſt*. Exemplum ſit in iis caſibus, in quibus habita eſt ratio ſexus, id eſt maſculinitatis non agnationis: nam in iis, licet mater excludatur eo, q̃d ei non conuenit qualitas maſculinitatis, nõ tamen cenſetur excluſus eius filius maſculus, vtpotè, in quo ceſſat qualitas excluſiua, & incluſiua reperitur, cũ ſit maſculus, nõ fœmina. Ita reſpondet Rui. d. conſ. 49. nu. 4. in fin. & nu. 6. verſ. vel 3. & d. conſ. 120. n. 14. in fi. & nu. 15. verſ. preterea vol. 1. Soc. iun. d. conſ. 2. nu. 23. verſ. non obſtat ſecundũ vol. 3. Aleſa. d. conſ. 15. nu. 6. lib. 8. & d. conſ.

Digitized by Google

104. num. 5. verſ. tamen quia, & num. 12. verſ. & pro hoc facit lib. 9.

Ad ſecundum verò reſpondeo, quicquid Doctores in contrarium allegati cenſuerint, opinionem, quæ fauet maſculo ex fœmina deſcendenti in caſibus, in quibus non eſt habita ratio conſeruandæ agnationis, eſſe receptiorem, vt ex numero DD. quos retulimus in quarto fundamento, licet intelligere. Et, quamquam Menoch. Cephal. Laderch. & Surd. in contrarium allegati conentur oſtendere contrariam ſententiam eſſe veriorem, & receptiorem, falluntur tamen duplici de cauſa, Primo, quia inter tenentes ſuam opinionem connumerant eos, qui loquuntur ſimpliciter, qui tamen re vera non obſtant: Licet enim videantur ſimpliciter loqui, tamen ex circonſtantijs, quæ in eorum ſpeciebus concurrunt, & ex authoritatibus Doctorũ, quos allegant, apparet eos loqui de ijs caſibus, in quibus habita eſt ratio agnationis conſeruandæ. Secundò, quia connumerant etiam eos; qui, licet loquantur de eo caſu, in quo fuit conſiderata prædicta ratio conſeruandæ agnationis, fundamentum tamen deducunt ab excluſione matris, Et tamen hi etiam non obſtant, quia argumẽtum ab excluſione matris eſt ambiguum: nam, ſi habita ſit ratio conſeruandæ agnationis, argumentum eſt validum, quia, cum ratio excluſionis militet etiam in filijs, ſiue, vt Baldus ait, mutato ſexu non mutetur ratio excluſiua, rectè ab excluſione matris infertur ad excluſionem filiorum; At, cum non agnationis, ſed maſculinitatis habita eſt ratio, quia cauſa excluſionis non militat in filijs, ideo non rectè ab excluſione matris ad filij excluſionem inferretur, *ſicuti demonſtrauimus in reſponſione ad primum argumentum contrarium*. Quo fit, vt authoritas DD. qui prædicto argumento vtuntur in caſibus, in quibus habita eſt ratio conſeruandæ agnationis, non rectè trahatur ad eum caſum, in quo prædicta ratio non fuit habita, quia in priore caſu argumentum eſt validum, in poſteriore verò non item. Horum autem DD. authoritate ſublata nemo eſt, qui non videat, opinionem, quam nos amplectimur, eſſe receptiorem, cum pro contraria vix ſtet authoritas quatuor DD. nempè Menoch. Cephal. Laderch. & Surd. qui etiam alibi contrarium tenuerunt, *vt Ceph. dicto conſ. 600. num. 34. & Surd. d. conſ. 308. num. 14.* cum alioquin pro noſtra ſtet authoritas 34. DD. *vt oſtendimus in quarto fundamento*. Et, licet ipſi adducant authoritatem aliorum Doctorum, non eſt tamen in eorum dictis aliqua vis facienda, quia Doctores, quos allegant, loquuntur in diuerſis terminis: vel enim tractant de emphyteuſi, in qua ex natura rei conſtringitur maſculorum deſcendentium appellatio ad maſculos deſcendentes ex maſculis, vel tractant de teſtatore, qui fecit mentionem de filijs maſculis, cum alioquin nos loquamur de eo, qui deſcendentes maſculos vocauit, vel denique loquuntur de caſibus, in quibus primordialiter fuerant vocati maſculi ex maſculis, cum alioquin in caſu noſtro primordialiter fuerunt vocati maſculi ex fœminis, & ideo faciliùs idem ſic ſeruandum in vocationibus ſequentibus, cum à primordio tituli poſterior formetur euentus. *l. vnic. in fin. C. de impon. lucr. deſcript. lib. 10.* Denique in caſibus, de quibus prædicti Doctores loquuntur, non aderat expreſſa illa declaratio, quod inter vocatos ſeruetur prærogatiua gradus, ætatis, & ſexus, quæ adeſt in caſu noſtro: nam, ſi ea interueniſſet, non dubito, quin contrariam opinionem fuiſſent amplexi, cum ex ea colligamus, teſtatorem vocaſſe ad primogenituram maſculos ex vtroque ſexu deſcendentes, ſed voluiſſe maſculos ex maſculis præferri maſculis ex fœminis, *ſicuti demonſtrauimus in octauo fundamento*.

Ad tertium reſpondeo, negando mentem teſtatoris fuiſſe vocare ſolum maſculos ex maſculis, non etiam maſculos ex fœminis; quia contrarium apparet ex illis verbis, *ſeruata gradus, ætatis, & ſexus prærogatiua*, vt ſupra dictum eſt.

Nec obſtat, quod teſtator cenſeatur ſeſe cõformare cum iure communi, ſecundum quod appellatione deſcendentium maſculorum nõ continentur maſculi ex fœminis, quia reſpõdeo, hoc eſſe perſpicuè falſum, quia de iure communi in materia indifferenti liberorum, ſeu deſcendentium maſculorum appellatione ita veniunt maſculi ex fœminis, vt maſculi ex maſculis, *vt oſtendimus in primo fundamento, & in ſpecie declarat Caſtren. in l. prima num. 3. C. de cond. inſer.* licet aliud ſit in materia differen-
46 ti, vt in emphyteuſi, † *vt poſt Specul. in tit. de locat. § nunc aliqua quæſt. 146. ſcripſerunt Caſtren. in d. l. 1. num. 3. C. de cond. inſer. & conſ. 190. nu. 4. volum. 2. & in l. Gallus 29. § nunc de lege num. 6. & ibi Alexan. num. 3. verſ. quod autem Iaſ. num. 16. ff. de liber. & poſthum. Alexan. in l. ſed ſi hac. 10. §. liberos num. 8. ff. de in ius vocan. & conſ. 6. in fin. volum. 3. Rip. in l. ex facto. 17. § fin. num. 8. ff. ad Treb. Socin. iun. conſ. 69. num. 22. & conſ. 116. nu. 5. volum. 3. Alb. d. conſ. 86. num. 5. verſ. item in caſu, & d. conſ. 87. num. 7. Alciat. d. conſ. 15. nu. 5. lib. 8. & d. conſ. 104. num. 5. verſ. reſtringitur etiã; & ſecundo lib. 9. Rub. in d. l. Gallus. 29. §. quidam rectè num. 141. ff. de liber. & poſthum. Tiraq. de iure primogen. quæſt. 13. nu. 8. Mantic. d. lib. 8. tit. 18. nu. 55. Peregr. de fideic. d. art. 26. nu. 8.*

Nec obſtat *l. 1. §. pen. ff. de iur. immun.* quia reſpondeo primò, ibi tractari de priuilegio, quod eſt contra ius commune, & in quo ſtrictè faciẽda eſt interpretatio, nos verò de beneficio, quod eſt ſecundum ius, & in quo lata interpre-
47 tatio fieri ſolet, † *Ita reſpondent Alexan. conſil. 160. num. 4. volum. 2. & Dec. in l. 2. num. 57. ff. de reg. iur. & conſ. 32. num. 4. conſ. 468. num. 31. verſ. ſecundo non obſtat, & conſil. 498. num. 20. verſ. & ex hoc.*

Secundò reſpondeo, illud eſſe ſingulare in priuilegio immunitatis, quod eſt contra publicam vtilitatem, ſecùs verò in alijs priuilegijs,
48 quæ publicæ vtilitati non refragantur, † *vt declarant Caſtr. in l. maritum 13. num. 8. ff. ſol. matr. Alex. in l. quia tale 14. num. 5. & 6. ff. eod. Dec. in d. l. 2. num. 59. verſ. vnde ſecundo. ff. de reg. iur. & d. conſ. 32. num. 5 verſ. 2. reſpondetur, & conſil. 222. num. 4. verſ. ſed illud ſpeciale, & d. conſ. 468. nu. 31. verſ. 2. reſpondetur, & d. conſ. 498. num. 20. verſ. & ex hoc. Mantic. d. lib. 8. tit. 18. num. 37.*

Tertiò reſpondeo, locũ illum non pertinere ad quæſtionem, de qua nos loquimur, quia nos verſamur in terminis, in quibus teſtator non eſt ſimpliciter locutus de deſcendentibus, ſed

adiecit qualitatem maſculinitatis, & quæri-
ritur, an appellatione deſcendentium maſcu-
lorum cenſeatur etiam comprehēdiſſe maſcu-
los deſcendentes ex fœminis. At ibi ſimplici-
ter fuerat facta mentio de poſteris, nec fue-
rat adiecta qualitas maſculinitatis. Itaque ſe-
cundum diſpoſitionem iuris communis de-
buiſſent ſine dubio contineri omnes deſcen-
dentes, tàm per lineam maſculinam, quàm
per fœmininam, quippè, qui poſterorum ap-
49 pellatione continentur. † *l. quod his verbis. 81. §. vlt. ff. de leg. 3.* Sed ideo propria verbi ſignifi-
catio fuit conſtricta, quia, vt dictum eſt, tra-
ctabatur de priuilegio immunitatis, quod, tā-
quam odioſum, & publicæ vtilitati repugnans
ſtrictiſſimam recipere debet interpretatio-
nem.

Non obſtat, quod dicendo deſcendentes, &
filios videantur loqui de filijs maſculis ipſorum
deſcendentium admiſſorum, quia reſpondeo
non eſſe faciendam vim in ordine verborum,
50 ſed in ordine intellectus. † *l. cum pater. 79. §. fidei tuæ. ff. de leg. 2.* Nam, &, quando loquitur de
filijs admiſſorum primo nominat deſcenden-
tes, deinde filios, vt proinde conſtet eum vo-
luiſſe dicere filios, & deſcendentes.

Denique non obſtat, quod teſtator fecerit
particularem diſpoſitionem, ad quam voca-
uit fœminas, & maſculos, ac fœminas ab eis
deſcendentes, & hoc modo videatur decla-
raſſe, ſe de ijs in præcedentibus diſpoſitionibus
non ſenſiſſe, quia pro reſolutione huius diffi-
cultatis, in qua fortaſſis aduerſarij niriſſimum
ſuæ intentionis præſidium collocabunt, ani-
maduertendum eſt, maſculorum ex fœminis
deſcendentium duo eſſe genera; quidam enim
ſunt, qui tempore cedentis diei fideicommiſſi
ſunt in rerum natura, Et illi cenſentur vocati
ad primogenituram, quidam vero ſunt, qui
tunc temporis nondum ſunt nati, ſed poſtea
naſcuntur, Et illi non cenſentur vocati ad
primogenituram, ſed ad fideicommiſſum or-
dinatum in quarto gradu ſubſtitutionis: Nam,
ſi, verbi gratia, tempore, quo deceſſit D. Alber-
tus, nullus fuiſſet ſuperſtes maſculus ab eo de-
ſcendens, ſed tantum filia ſine dubio primo-
genitura debuiſſet pertinere ad Dom. Hiero-
nimum. Et, licet poſtea filia D. Alberti ſuſce-
piſſet maſculum, non tamen is potuiſſet ad pri-
mogenituram aſpirare, à qua ſemel fuiſſet ex-
cluſus, ſed debuiſſet expectare defectum om-
nium deſcendentium maſculorum Do. Mar-
garitæ quo caſu fuiſſet ſimul cum fœminis, &
alijs fœminarum deſcendentibus admittendus
ex quarto ſubſtitutionis gradu, qui de huiuſ-
modi genere maſculorum eſt intelligendus.
Quinimò (quod diligenter animaduertendum
puto) potuiſſet hoc contingere etiam in per-
ſona ipſius Domini Alberti, qui erat filius ma-
ſculus Do. Annæ, & conſequenter compre-
henſus abſque dubio ſub vocatione maſculo-
rum deſcendentium: Nam, ſi tempore, quo
Dominus Bernardinus ſine liberis deceſſit, D.
Anna nondum ſuſcepiſſet filium maſculum,
quem tamen ſuſcepiſſet Domina Margarita,
non eſt dubitandum, quin primogenitura de-
buiſſet pertinere ad filium ipſius Dom. Mar-
garitæ, Et, licet Domina Anna poſtea ſuſce-
piſſet Dominum Albertum, non tamen is de-
buiſſet ad hæreditatem admitti, & excludere
maſculum Dominæ Margaritæ ſemel admiſ-
51 ſum, † *vt in ſpecie poſt Alb. conſ. 106. num. 6. declarat Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 10. num. 3. verſic. his igitur, & num. 38.* ſed debuiſ-
ſet expectare defectum deſcendentium ma-
ſculorum ipſius Dom. Margaritæ, quo caſu ſi-
mul cum aliis fuiſſet admittendus ex quarto
ſubſtitutionis gradu.

Ad quartum denique reſpondeo, negando
hoc eſſe abſurdum, quia, quoties ſub condi-
tione plures collectiuè, ſeu collectiuo nomine
vocantur, illi tantum cenſentur vocati, qui
tempore aduenientis conditionis ſunt in re-
rum natura, non etiam, qui poſtea naſcuntur,
52 † *vt poſt Lambertin. de Rampo. quem refert, & ſequitur Ioan. Andr. in addit. ad Specul. rub. de teſtam. verſic. Item Lambertin. ſcripſerunt Alex. conſ. 13. num. 4. verſic. quando vltimum, & ibi. Ioan. Bap. de Sancto Seu. in conſ. ſeq. num. 7. & 8. volum. 4. Soc. Sen. conſ. 113. num. 5. volum. 1. & conſ. 104. num. 5. verſic. Tertium probatur vol. 3. Iaſ. conſ. 206. num. 1. volum. 2. Crau. conſ. 212. num. 6. Gabr. conſ. 130. num. 9. vol. 1. Peregr. de fideicom. artic. 22. num. 72. & 74. verſic. Inter autem, vbi teſtatur, hanc Lambertini traditionem eſſe communiter receptam, Menoch. conſ. 413. nu. 19. & ſeqq. & de præſump. lib. 4. præſump. 93. nu. 7. Surd. conſ. 125. num. 41.* Itaque, ſi etiam D.
Albertus tunc temporis non fuiſſet natus, nō
debuiſſet admitti, etiamſi poſtea veniſſet in
rerum naturam. Neque hoc cenſeri debuiſſet
abſurdum, cum ſit regulare in omnibus diſpo-
ſitionibus teſtamentarijs ex quibus plures col-
lectiuè vocantur, vt dictum eſt. Et ita iuris
eſſe concludo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

In eadem cauſa.

CONSILIVM LXXIII.

ARGVMENTVM.

An, & quando teſtator vocando maſculos cē-
ſeatur habuiſſe rationem, aut propriæ, aut
inſtitutorum agnationis conſeruandæ, Et
ex quibus coniecturis colligamus teſtatorē
vocantem deſcendentes maſculos ſenſiſſe
de maſculis ex maſculis, aut etiam de ma-
ſculis ex fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentium maſculorum appellatione non veniunt maſculi ex fœminis, ſi teſtator habeat rationem agnationis conſeruandæ.*

2 *Deſcendentium maſculorum appellatione non veniunt maſculi ex fœminis, etiamſi teſtator non propriæ, ſed inſtitutorum agnationis conſeruandæ rationem habuerit.*

3 *Deſcendentium maſculorum appellatione veniunt etiam maſculi ex fœminis, ſi teſtator non agnationis, ſed ſexus rationem habuit.*

Deſcen-

4 *Deſcendentium maſculorum appellatione non veniunt maſculi ex fœminis, etiamſi teſtator non habuerit rationem agnationis conſeruandæ, ſi ex coniecturis appareat, eum ſenſiſſe de maſculis ex maſculis.*

5 *Deſcendentium maſculorum appellatione veniunt etiam maſculi ex fœminis, quando primordialiter fuit inſtituta fœmina, & poſt eum vocati ſunt eius deſcendentes maſculi.*

6 *Deſcendentium maſculorum appellatione veniunt ſoli maſculi ex maſculis, quoties primordialiter fuit inſtitutus maſculus, non fœmina: Declara, vt num. 16. & ſeqq.*

7 *Teſtator cenſetur habere affectionem ad generos cognitos, non ad incognitos.*

8 *Poſthumus ex certa vxore naſciturus, ſi inſtituatur, non continetur is, qui naſcetur ex alia vxore.*

9 *Vna ſubſtitutio declarat aliam.*

10 *Deſcendentium maſculorum appellatione veniunt etiam maſculi ex fœminis, quoties teſtator primordialiter vocat maſculum ex fœmina, & numero 20.*

11 *Filia agnati cenſetur & ipſa agnata.*

12 *Filius non ſequitur familiam matris, ſed patris.*

13 *Fœmina eſt finis agnationis.*

14 *Agnata vocabatur ad legitimam hæreditatem etiam ex lege xij. tab.*

15 *Teſtator, qui non habuit rationem propriæ agnationis conſeruandæ, multo minus cenſetur habuiſſe rationem conſeruandæ alienæ.*

19 *Deſcendentium maſculorum appellatione veniunt etiam maſculi ex fœminis in teſtamento fœminæ.*

21 *Argumentum à contrario ſenſu non poteſt ſumi a dicto Doctoris.*

22 *Dictionis, maximè, vis quæ ſit.*

23 *Prius, quod exprimitur, ſtat principaliter, quod vero poſtea adijcitur, ſtat acceſſoriè, & demonſtratiuè.*

24 *Hæredes vocantur ad viriles oneris, aut emolumenti partes, ſi prius exprimantur propria eorum nomina, ſecus vero, ſi prius exprimantur appellatiua.*

25 *Delegatio cenſetur facta dignitati, ſi prius exprimatur nomen dignitatis, ſecus, ſi prius exprimatur nomen proprium.*

26 *Teſtatorem velle præferre extraneos proprijs deſcendentibus veriſimile non eſt.*

27 *Subſtitutiones, quoties ſunt diuerſæ, & diuerſam rationem habentes, non poteſt ab vna ad alterius declarationem inferri.*

28 *Agnatum eſſe quem non probatur ex eo ſolo, quod ferat idem nomen, & vtatur iiſdem inſignijs.*

29 *Agnationis conſeruandæ rationem habuiſſe cenſetur teſtator, ſi extraneis, ad quos bona peruentura ſunt, iniunxit onus ferendi nominis, ipſius teſtatoris, & vtendi eius inſignijs.*

30 *Linea maſculina non continet maſculos ex fœminis: Declara, vt num. 33. & 34.*

31 *Neptis ex filio dicitur deſcendens virilis ſexus.*

32 *Emphyteuſi conceſſa pro deſcendentibus virilis ſexus continetur etiam neptis ex filio.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

RELATA cauſa, & inſtituta ab vtriuſque partis aduocatis diſputatione, multa hinc inde dicta ſunt, dum vnuſquiſque ſui clientis cauſam iuri, & teſtatoris voluntati magis conſonam oſtendere conatur, ſed ego, qui poſt omnes pro D. Franciſco Philippo dicturus erã, rem ita breuiter perſtrinxi.

Ex iis, quæ ab vtriuſque partis aduocatis hactenus dicta ſunt, colliguntur tria eſſe, in quibus omnes conſentimus, duo verò, in quibus diſſentimus: Conſentimus enim omnes in eo, quod nos liberè concedimus aduerſariis, nempè, ſi teſtator in hac diſpoſitione rationem habuit agnationis conſeruandæ, neceſſariò ſequi, appellatione deſcendentium maſculorum non venire maſculos ex fœminis ex
1 receptiſſima omnium ſententia, † *vt tradunt omnes, quos retulimus in reſponſo num. 1.* Idque nos fatemur (non obſtante, quod res ſit mirum in modum controuerſa, & multa dici poſſint) procedere non ſolum in teſtatore, qui rationem habuit propriæ agnationis, ſed etiã in eo, qui habuit rationem agnationis alienæ,
2 puta inſtituti, aut inſtituti, † *in quibus terminis loquuntur Gabr. conſil. 116. numero 6. volum. 2. Decian. conſil. 127. num. 9. 10 & 25. volum. 3.* nam qualiſcunque ſit agnatio, cuius teſtator reſpectum habuit, ſemper verum eſt, eam non conſeruari per deſcendentes ex fœminis. Quo fit, vt illi deſcendentium maſculorum appellatione contineri nequeant, *vt præfati DD. tradiderunt.*

Secundò conſentimus omnes in eo, quod ex oppoſito nobis aduerſarij concedunt, & omnimodo concedere debent, ſi teſtator non habuit rationem agnationis conſeruandæ, veriorem, & receptiorem ſententiam eſſe, vt deſcendentium maſculorum appellatione regulariter contineantur etiam maſculi ex fœ-
3 minis, † *vt varijs argumentis, & Doctorũ authoritatibus comprobauimus in reſponſo, quibus addendi ſunt infraſcripti Doctores poſtea viſi, Hond. conſil. 8. numero 19. volum. 2. Galua conſ. 11. num. 23. Anton. Fab. in ſuo Cod. Fabria. tit. de verb. ſignificat. definit. 1. vbi teſtatur, ita ſemper excellent. Sabaudiæ Senatum iudicaſſe, Rot. Roman. in nouiſſ. part. ſecunda, deciſ. 15. num. primo, & 2. Anton. Croſſ. conſil. 4. num. primo, & 8. volum. 2. Ioan. Baptiſt. Valenz. Velazq. conſ. 97. numero 55. & 128. Farinac. in recolect. deciſion. Rot. deciſ. 463. numer. 10 part. prima, Mar. Muta deciſ. 65. numer. 22. qui iuncti cum iam citatis efficiunt numerum 42. Doct. vt proinde non ſit dubitandum, quin hæc dici poſſit receptiſſima ſententia*, tametſi nonnulli contrariam opinionem mordicus defendere conentur:

Tertiò nos etiam concedimus aduerſariis verum eſſe, maſculos ex fœminis non contineri appellatione deſcendentium maſculorũ, etiam in iis caſibus, in quibus non eſt habita ratio conſeruandæ agnationis, ſi ex aliqua parte teſtamenti, ſeu coniectura colligere poſſimus, eum ſenſiſſe ſolum de maſculis, ex ma-
4 ſculis, † *quod etiam nominatim ſcripſit Gabr. d.*

conſ.116.num.5.& 18.volum.2.

Sed diſſentimus primum in eo, quod ad-
uerſarij totis viribus conantur oſtendere, te-
ſtatorem in ſpecie noſtra rationem habuiſſe
conſeruandæ agnationis, non quidem pro-
priæ, ſed filiorum maſculorum DD. Annæ,&
Margaritæ, ſeu ipſarum maritorum, qui erant
generi ipſius teſtatoris. Contra verò nos dici-
mus, nullam in hiſce primogenituris habitam
eſſe rationem agnationis, aut propriæ, aut alie-
næ, ſed tantum habitum reſpectum ad maſcu-
linitatem,& ſexus dignitatem.

Secundò diſſentimus in eo, quod ijdem cō-
tendunt, dato etiam, quod agnationis non eſ-
ſet habita ratio, tamen hic adeſſe coniecturas
vehementes, & vrgentes, ex quibus colligi-
mus, teſtatorem ſenſiſſe de maſculis ex ma-
ſculis, non etiam de maſculis ex fœminis,
Quod nos apertè negamus, imo contendimus
adeſſe coniecturas vrgentiſſimas, &, quæ nul-
la reſpōſione, ſeu tergiuerſatione poſſunt eui-
tari, quibus oſtenditur, eum ſenſiſſe de maſcu-
lis ab vtroque ſexu prouenientibus.

Quamobrem non erit nobis inſiſtendum in
ijs, in quibus ſumus omnes concordes, & con-
ſentientes, ſiue ea ſint, quæ nos aduerſarijs cō-
cedimus, ſiue, quæ nobis aduerſarij fatentur eſ-
ſe vera, ſed ſolùm erit laborandum in oſten-
dendo, veriorem eſſe de iure noſtram ſenten-
tiam reſpectu eorum, in quibus diſſentimus,&
argumenta contraria nobis non obeſſe. Quod
ſi (Deo dante) effecero, non dubito, quin cau-
ſa D.Franciſci Philippi ſit futura in certiſſimo
victoriæ ſtatu.

Vt igitur à primo incipiam, contendunt ad-
uerſarii, teſtatorem reſpexiſſe ad conſeruatio-
nem familiarum generorum ſuorum, Quod, vt
oſtendant, his vtuntur fundamentis.

Primum enim (aiunt) quod dicimus, teſta-
torem ſubſtituentem, ſeu vocantem filios fi-
liarum non cenſeri habuiſſe rationem conſer-
uandæ agnationis,& hac ratione cenſeri etiam
vocaſſe maſculos ex fœminis, non eſt ſimpli-
citer verum, ſed recipit diſtinctionem: Aut
enim teſtator primordialiter vocauit filiam,
ſeu aliam feminam, puta eam inſtituit,& poſt
eam vocauit eius filios, aut deſcendentes ma-
ſculos, Et in hoc caſu verum eſt (inquiunt)
huiuſmodi teſtatorem, nec agnationis con-
ſeruandæ rationem habuiſſe, nec à diſpoſitio-
ne voluiſſe excludere maſculos ex fœminis
5 deſcendentes,† *Et in his terminis loquuntur Soc.
ſen. in d.l.Gallus 29.§.nunc de lege.num.8.ff.de lib.
& poſthum.Soc.iun. conſ.2.num.26. verſ.ſupereſt,
& num.28. verſ.præterea. & d.conſ.116. num.*10.
*verſ.nec obſtat deciſio volum.*3. *Tiraq. de iure pri-
mogen.quæſt.*12.*num.*11. *Roll.conſ.*76. *num.* 15.
*vol.*3. *Molin. de primog. Hiſpan.lib.*3. *cap.*5 .*num.*
48. *Cioff. d.conſ.*4.*num.* 1. & 8. *vol.*2. Aut verò
teſtator primordialiter non vocauit fœminā,
ſed maſculum, Et tunc, ſi poſt, vel diſpoſitiuè,
vel conditionaliter faciat mentionem de de-
ſcendentibus maſculis, verius eſt (inquiunt) nō
contineri, niſi maſculos ex maſculis, quia hu-
iuſmodi teſtator cenſetur reſpexiſſe ad conſer-
uationem agnationis ipſorum maſculorum
6 primo loco vocatorum, † *vt (ſecundum eos) in
terminis diſtinguunt Gabr. d.conſ.* 116. *num.* 12.
*volum.2, Decian.d.conſ.*127. *num.* 10. 17. & 25.
*volum.*3.

Secundò verò multo magis hoc videtur di-
cendum in caſu noſtro ſtante, quod filiæ teſta-
toris iam erant nuptæ tempore teſtamenti, &
conſequenter generi teſtatoris iam erant ei
cogniti: nam ex hoc ſequitur, faciliùs eum po-
tuiſſe habere ad eos, ſiue eorum familias af-
fectionem, quam, ſi filiæ nondum fuiſſent nu-
ptæ, quia maior eſt affectio, quam habemus in
7 cognitos, quam in incognitos, † *vt in his termi-
nis conſiderat Soc. iun. d.conſ.*2. *num.*26. *verſ.ſu-
pereſt vol.*3.

Tertiò augetur hæc coniectura ex eo, quod
teſtator in omnibus hiſce primogenituris ſem-
per fecit mentionem de deſcendentibus maſ-
culis DD. Annæ,& Aemilij iugalium de Bob-
bis, & DD.Margaritæ, & Michaelis iugalium
de Solario: Itaque hoc modo declarauit, ſe
habere particularem affectionem ad eorum
familias, quod patet ex eo, quia vocando ma-
ſculos deſcendentes ex dictis iugalibus cenſe-
tur excluſiſſe maſculos etiam ex iiſdem filia-
bus deſcendentes, ſi mortuis maritis, quos
habebant tempore teſtamenti, tranſiuiſſent ad
ſecunda vota, quia teſtator includendo maſcu-
los deſcendentes ex D. Anna, & Dom. Aemi-
lio, & deſcendentes ex D. Margarita, & D. Mi-
chaele videtur excluſiſſe maſculos deſcenden-
tes ex D.Anna, & alio marito, & deſcenden-
tes ex Do. Margarita, & alio coniuge, vt in ſi-
mili dicimus de teſtatore inſtituente poſthu-
mum ex certa vxore, qui cenſetur præterire
8 poſthumum ex alia naſciturum. † *l.filius a patre
28.§.ſi quis ex certa.ff.de lib.& poſthum.* Quam-
obrem ex hoc colligi videtur, habuiſſe teſtato-
rem particularem affectionem ad illas fami-
lias generorum ſuorum, vt dictum eſt.

Quartò accedit, quod teſtator in primo ſub-
ſtitutionis gradu, in quo vocauit maſculos
deſcendentes ex D. Bernardino nepote ex fra-
tre, & eos inuicem, ac ſucceſſiuè ſubſtituit in
infinitum, habuit rationē conſeruandæ agna-
tionis, quod patet ex eo, quia filias ſuas exclu-
ſit ab hæreditate, & inſtituit filium fratris, &
ſic agnatum, quæ res denotat, eum reſpexiſſe
ad conſeruationem familiæ, vt & vocatio
maſculorum ex eodem nepote deſcendentiū,
quippè, quæ etiam arguit teſtatorem reſpexiſſe
ad conſeruationem prædictæ familiæ, quę fit
per maſculos. Quo poſito ſequitur eum cen-
ſeri etiam habuiſſe rationem conſeruandæ fa-
miliæ in alijs gradibus ſubſtitutionum, quia
9 vna ſubſtitutio declarat aliam. † *l.Lucius.78.§.
pater puerum.ff.ad Treb.& ſcribunt Bart.in l.cen-
turio.* 15.*num.*27.*ff.de vulgar. Curt. iun.conſ.*70.
num. 1. *Crau.conſ.*62.*num.*10.& *conſ.* 208. *num.*
5. & 6. *Decian.conſ.*89.*num.*10. *volum.*3. *Menoc.
conſ.*215.*num.*168. Et maximè, cum inter vo-
catos adeſſent filij DD. Annæ, & Aemilij iu-
galium de Bobbis, qui erant de familia teſta-
toris: nam faciliùs in eis cenſeri debet habita
ratio conſeruandæ agnationis, quippè quę nō
tam aliena, quàm propria teſtatoris dici po-
tuit. Et, ſi propter hoc appellatione deſcen-
dentium maſculorum non continentur ma-
ſculi ex fœminis in linea Dom. Annæ, nec per
conſequentias debent contineri in linea Do.
Margaritæ, non obſtante, quod eſſet nupta D.
Michaeli Solario, qui erat de extranea familia,
quia, cum teſtator ordinauerit primogenitu-
ram tàm in linea D. Annæ, quàm in linea D.
Mar-

Google

Margaritæ ſub eadem formula verborum, non eſt veriſimile voluiſſe eum accipere deſcendentes maſculos vno modo in linea D. Annæ, & alio in linea Do. Margaritæ, ſed potius vniformiter *ex regula l. iam hoc iure. 4. ff. de vulg.*

His tamen non obſtantibus, prout re vera non obſtant, verius eſt, teſtatorem in propoſita ſpecie non habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ, & per conſequentias nos eſſe in regula, quam in ſecunda concluſione firmauimus etiam ex conceſſione aduerſariorum, ſcilicet appellatione deſcendentium maſculorũ venire etiam maſculos ex fœminis. Probatur autem noſtra ſententia.

Primò, quia, cum teſtator ad primogenituram vocauerit maſculos deſcendentes ex ſuis filiabus, conſequens eſt, vt non cenſeatur habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ, *vt ſcribunt omnes, quos retulimus in conſilio num. 2.* Quo fit, vt in huiuſmodi primogenitura appellatione deſcendentium maſculorum venire debeant etiam maſculi ex fœminis, *vt docent relati in conſilio num. 19.* Idque procedit nõ ſolum in caſibus, in quibus primordialiter sũt vocatæ fœminæ, & poſtea vel in conditione, vel in diſpoſitione poſiti ſunt earum filij, & deſcendentes maſculi, *in quibus terminis loquũtur ij, quos retulimus ſupra nu. 5.* ſed etiam in iis, in quibus excluſa fœmina primordialiter vocati ſunt eius filij, & deſcendentes maſculi,
10 † *vti videre eſt apud Alb. conſ. 13. num. 8. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 8. tit. 11. num. 8. verſ. ſimiliter. Valaſq. d. conſ. 97. num. 128. & 129. & Ant. Fab. d. tit. de verb. ſign. defin. 1.* Quod etiam, &

Secundo confirmatur ex eo, quia eadem eſt ratio illius ſpeciei, in qua teſtator primordialiter vocauit maſculos ex filia non inſtituta, quę illius, in qua vocauit maſculos ex inſtituta: nam, quando pater inſtituit filiam, & in ſubſtitutione fecit mentionem de eius deſcendentibus maſculis, non ideo non cenſetur habuiſſe rationem conſeruãdæ agnationis, quod bona reliquerit filiæ, quia reſpectu ipſius, quãdiu viuit, bona in agnatione conſeruantur,
11 cum ipſa ſit agnata, † *vt declarat gloſſ. in §. 1. in verb. amita Inſtit. de legit. agn. tut.* ſed dicitur nõ habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ propter eius filios, in quos poſt eam bona tranſire debent: nam, quia non ſequuntur familiã
12 matris, ſed patris. † *l. familiæ 196. ff. de verbor. ſignifi. d. §. 1. Inſtitut. de leg. agna. tut.* ideo fit, vt bona, licet videantur conſeruari in agnatione, quandiu viuit filia, deſinant tamen conſeruari poſt eius mortem, cum agnatio cum ipſa filia extinguatur, qua ratione dicitur eſſe finis
13 agnationis. † *l. pronuntiatio 195. in fin. ff. de verbor. ſignific.* finis, inquam, non excluſiuè, ſed incluſiuè. Si igitur non cenſetur habuiſſe rationem agnationis cum primordialiter relinquit filiæ, non propter ipſam filiam, ſed propter eius liberos, conſequens eſt, vt multo minus cenſeatur habuiſſe rationem agnationis, cum primordialiter relinquit ipſis filijs ex filia deſcendentibus, quia propter vnum quodque tale, & illud magis. *Authen. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Et minus conſeruãtur in agnatione, cum ſtatim tranſeunt in filios filiæ, quã cum prius in filiam, & poſtea in eius deſcendentes, cum ſaltem durante vita ipſius ſint in manibus agnatæ. Qua ratione factum eſt, vt vetere Romanorum iure, quo legitimæ hæreditates non deferebantur, niſi agnatis, vt bona in agnatione conſeruarentur, tranſirent quidẽ in fœminas agnatas, quippè, quæ ad ſucceſſio-
14 nem admittebantur. † *l. lege xij. tab. 14. C. de leg. hæred. §. Cæterum verſ. quare Inſtit. de leg. agn. ſucceſſ.* ſed poſt eas reuerterentur ad agnatos, quia filius non ſuccedebat matri, ſed hæreditas excluſo filio ad agnatos pertinebat. *tit. Inſtit. de Tert. in princ.*

Tertiò coſirmatur hoc ipſum ratione: nam, aut volumus teſtatorem vocantem filios filiarum habuiſſe rationem agnationis propriæ. Et hoc dicere non poſſumus, quia, cum illi, nõ matrum, ſeu aui materni, ſed patrum ſuorum familias ſequantur, conſequens eſt, vt teſtator eos vocando non potuerit habere rationem conſeruandæ propriæ agnationis, *vt ſupra dictum eſt.* Aut vero volumus, eum habuiſſe rationem agnationis, & familiæ ipſorum vocatorum, vt malunt aduerſarij, Et neque hoc dicere poſſumus, quia, ſi non habuit rationem propriæ familiæ, quam poterat conſeruare vocando agnatos remotiores, aut iniungẽdo ſubſtitutis proprij nominis, & inſignium delationem, multo minus cenſeri debet habuiſſe ra-
15 tionem familiæ alienæ, † *vt in his terminis conſiderat Soc. iun. d. conſ. 2. num. 26. verſ. ſupereſt volum. 3.* Denique teſtatores numquam cenſentur habuiſſe rationem alienæ familiæ, niſi hoc deducatur ex aliqua coniectura neceſſaria, cuiuſmodi non eſt illa, quæ ſumitur à vocatione maſculorum deſcendentium ex inſtituto, aut ſubſtituto: nam alioquin numquam appellatione maſculorum venirent maſculi ex fœminis, quia ſemper dici poſſet habita ratio conſeruandæ agnationis vocatorum, & tamen frequentiùs fatentur hoc non ſufficere, *vti videre eſt apud eos, quos retulimus in prioribus allegationibus num. 25.* Omnimodo igitur fatendum eſt, non poſſe in caſu noſtro dici teſtatorem habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ.

Neque obſtant contraria: Ad primum enim reſpondeo, quod dicitur, maſculorum appellatione non contineri maſculos ex fœminis, ſi primordialiter maſculi fuerint vocati, quaſi tunc cenſeatur habita ratio cõſeruandæ agna-
16 tionis, non eſſe ſimpliciter verum, † ſed recipere variorum, ac potiſſimum trium caſuum diſtinctionem.

Primus enim caſus eſt, quando tractamus de patre, qui primordialiter inſtituit filium, aut nepotem ex filio, vel de fratre, qui primordialiter inſtituit fratrem, aut nepotem ex fratre, Et tunc verum eſt, ſi fiat mentio de deſcendẽtibus maſculis non venire maſculos ex fœmi-
17 nis, ſed tantum maſculos ex maſculis, † quia, cum is, qui primordialiter fuit vocatus, ſit de agnatione, cenſetur teſtator nominaſſe maſculos ad hoc, vt bona in agnatione conſeruarentur, *Et in his terminis loquuntur Io. Andr. in addit. ad Specul. rub. de teſtam. & alij, quos in prioribus allegationibus retulimus num. 1.*

Secundus verò caſus eſt, quando tractamus de matre, quæ, & ipſa primordialiter inſtituit filium ſuum, aut nepotem ex filio, Et tunc ſimiliter verum eſt, ſi & ipſa fecerit mentionem de deſcendentibus maſculis eorum appella-
18 tione non venire maſculos ex fœminis, † quia, cum vxores ſoleant ex conſuetudine ſuſcipere

nomen

nomen familiæ mariti, cẽſentur etiam matres reſpicere ad eiuſdem nominis, & familię conſeruationem; *Et in his terminis loquuntur,& ita declarant Gabr.d. conſ.116. num.6.& 7.vol.2.& Decian.d. conſ.127.num.9.in fin.& nu.25.vol.3.* tametſi res non tranſeat ſine difficultate propter authoritatem illorum, qui cenſuerunt, in teſtamento fœminæ non cenſeri habitam rationem agnationis conſeruandæ, & ideo ſub appellatione deſcendentium maſculorũ con-
19 tineri etiam maſculos ex fœminis, † *vti videre eſt apud Roll.conſ.76.num.11.vol.3.Mant.d.lib.8. tit.11.num.8. Molin.d.c.5. num.49.*

Tertius denique caſus eſt, quando tractamus de patre, vel matre primordialiter inſtituente,vel aliter vocante maſculum ex fœmina, Et tunc verius, & receptius eſt, ſi poſtea faciat mentionem de deſcendentibus maſculis, non cenſeri hoc feciſſe cauſa conſeruandæ agnationis, aut propriæ, de qua non ſunt dicti maſculi, aut alienæ, ad quam non cenſetur
20 habuiſſe affectionem,† *vt oſtendimus in primo, ſecundo,& tertio fundamento.*

Neque obſtat authoritas DD. in contrariũ allegatorum, quia, licet ſimpliciter loquantur de teſtatore primordialiter vocante maſculũ, ſunt tamen intelligendi ſano modo, ſcilicet, aut ſecundũ terminos primi caſus,aut ſecundũ terminos ſecundi: nam in terminis tertij caſus contrarium verius eſt, & receptius.

Ad ſecundum verò reſpondeo,etiamſi filiæ iam eſſent nuptæ, non tamen ex hoc ſequi, teſtatorem reſpexiſſe ad conſeruationem agnationum generorum ſuorum, quia, cum non habuerit rationem conſeruandæ propriæ familiæ, prout poterat vocando alios agnatos, multominus cenſeri debet habuiſſe rationem conſeruandæ familiæ alienæ;

Neque obſtat authoritas Socini. in contrarium allegari,quia dictum eius procedit negatiuè,ſed non affirmatiuè:nam ibi negat Socin. teſtatorem reſpexiſſe ad conſeruationem familiæ generorum ſuorum, maximè, cum eos non nouiſſet ſtante, quod filiæ nondum erant nuptæ tempore teſtamenti, ſed ex hoc non ſequitur velle Socinum, ſi iam fuiſſent nuptæ, cenſeri teſtatorem habuiſſe reſpectum ad eorum agnationem, quia à dicto Doctoris non poteſt ſumi argumentum a contrario ſenſu,
21 † *vt ſcribunt Alex.in l.1. nu.28.verſ. non multum ff. de leg. primo Oſaſ. deciſ.58.nu.30. Burſat.conſ. 184. num.55. Surd.conſ.85. num.39. Seraph. deciſ.822.num.6.* Quinimo (ſi quis diligenter attendat) Socinus ibi vult apertè contrarium: nam eo ipſo,quod ait,non cenſeri habitam rationem agnationis generorum, maximè ſtãte, quod filiæ nondum erant nuptæ, ſignificat, idem eſſe,licet iã eſſent nuptæ,quia illa dictio, maximè, denotat quidem minorem eſſe dubitationem in caſu ſequenti, quam in præcedenti, ſed non negat, quin diſpoſitio locum ha-
22 beat etiam in præcedenti.† *Authen.habita C.ne ne fil.pro patr. & declarat Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in verb. & maximè.* Itaque in caſu Socini ſignificat non cenſeri habitam rationem agnationis generorum etiamſi teſtator eos nouiſſet, & multo minus ſtante, quod eos non nouerat.

Ad tertium reſpondeo,negando teſtatorem habuiſſe particularem affectionem ad familias generorum: Nam ideo nominauit deſcẽdentes ex iugalibus de Bobbis,vel ex iugalibus de Solariis, quia, cum filiæ iam eſſent nuptæ, conueniens erat teſtatorem cogitare de ſuſceptione nepotum ex his generis, non de tranſitu filiarum ad alias nuptias, quippè, qui, tamquam triſtis, & ominoſus non debuit à teſtatore poni in conditione ſaltem ex quadam cõuenientia, ſed ex hoc non ſequitur, quin cenſeatur etiam voluiſſe vocare maſculos deſcendentes ex prædictis filiabus, & alijs maritis, ſi caſu tranſiuiſſent ad ſecundas nuptias, quia finis teſtatoris fuit proſpicere deſcendentibus maſculis, tamquam deſcendentibus ex filiabus, non tamquam deſcendentibus ex generis, quod pater ex eo, quia, ſi generorum habuiſſet rationem, prius eos, tamquam maſculos, & maritos nominaſſet, quam vxores, vt perpetuò ſeruari videmus, quoties aliquorum iugalium fit mentio, & tamen ſeruauit contrariũ, quia ſemper præpoſuit filias, & adiecit maritos. Itaque hoc modo declarauit, adiectionem maritorum eſſe factam acceſſoriè, & potius gratia demonſtrationis, quam, quia potius ad illos, quam ad alios maritos habuerit affectionem: Illud enim eſt attendendum,quod prius exprimitur, non etiam, quod poſtea adijcitur, quia hoc venit demonſtratiuè,non principali-
23 ter. † *l. ſi communis ſeruus. 37. ff. de ſtipul. ſeru.* Quamobrem dicimus inſpiciendum eſſe, vtrũ teſtator prius expreſſerit nomen proprium hæredum, an vero nomen appellatiuum, adhoc, vt ſciamus, vtrum onus, aut emolumentum debeat inter eos diuidi viriliter, an verò pro
24 portione hæreditaria,† *vti videre eſt apud gl.in l.nonnunquam.24. in verb.nominibus, & ibi Bar. Imol. verſic.in gl.ſuper verb. & alios communiter ff.ad Trebell.* Et ſimili modo inſpiciendum, vtrum in delegatione prius fuerit expreſſum nomen dignitatis, an verò nomen proprium, cum quærimus,an delegatio extinguatur morte delegati, an verò tranſeat ad ſucceſſores in
25 officio, † *vt declarant Bart.in l.more 5.num. 19. & ibi Caccialup. num.38. Iaſ.num. 65. Dec.num. 55.ff.de iuriſd. Angel.in l.& quia 6.num,7.ff.eod. & in l.tale pactum 40.§.vlt.num.3.ff.de pact. quos ego retuli de mand. iuriſd.cap.10. quæſt.8.num.8.* Cum igitur in caſu noſtro teſtator in tota ſerie teſtamenti prius nominauerit filias,quam maritos, vocando deſcendentes maſculos DD. Annæ, & Aemilij iugalium de Bobbis,vel deſcendentes maſculos DD. Margaritæ, & Michaelis iugalium de Solario, conſequens eſt, vt cenſeri debeat habuiſſe rationem filiarum, non maritorum, eaque ratione noluiſſe excludere deſcendentes ex iiſdem filiabus, etiamſi ab alijs maritis eſſent procreati: Alioquin enim ſi DD. Anna, & Margarita nullos ex primo matrimonio ſuſcepiſſent liberos, ſed tantum ex ſecundo, quod potuiſſent contingere, non fuiſſent illi ad bona teſtatoris ex aliquo capite vocati, quia omnes ſubſtitutiones loquuntur de deſcendentibus DD. iugalium de Bobbis, & DD. iugalium de Solario. Itaque bona teſtatoris remanſiſſent apud hæredes D. Bernardini hæredis inſtituti, & grauati, etiãſi ſine liberis deceſſiſſet, & hoc modo extranei eſſent prælati deſcendentibus teſtatoris contra
26 veriſimilem eius voluntatem.† *l.cum auus.101. ff.de condit.& demonſtr.l.cum acutiſſimi. 30. C.de fideicom.*

Digitized by Google

fideicom. l. vn. C. de his, qui ant. ap. tab. Ne igitur hoc abſurdum ſequatur, debemus potius præſumere teſtatorem ſenſiſſe de omnibus filiarũ ſuarum deſcendentibus, & generorum mentionem feciſſe demonſtrationis gratia, non quod particularem habuerit ad eorum familias affectionem.

Ad quartum denique reſpondeo, quoties ſubſtitutiones ſunt diuerſæ, & diuerſam rationem habent, non poſſe ab vna ad alterius de-
27 clarationem inferri † *vt declarat Men. conſ. 220. num. 58. & 89. ex regula l. Papinianus exuli. 21. ff. de minor.* Cum igitur in caſu noſtro ſubſtitutiones ſint diuerſæ, ſcilicet quia prima continet ſubſtitutionem ſimplicem, & ſucceſſiuã factam fauore maſculorum deſcendẽtium ab hærede inſtituto, per quam non primogenitus, ſed omnes in pari gradu exiſtentes ad bona teſtatoris vocantur, ſecunda verò, & tertia continent primogenituram ordinatã fauore maſculorum deſcendentium à filiabus teſtatoris, & præterea diuerſam habeant rationem, cum prima ſubſtitutio reſpiciat eos, qui erant de agnatione teſtatoris, nempè maſculos deſcendentes ex nepote ex fratre prædefuncto, ſecunda verò, & tertia reſpiciant maſculos deſcendentes ex filiabus teſtatoris, qui non ſequuntur agnationem, & familiã aui materni, Conſequens eſt, vt à primo ſubſtitutionis gradu nõ poſſit ad ſecundum, & tertium inferri, & per conſequentias, vt, licet in primo gradu teſtator appellatione maſculorum non comprehẽderit maſculos ex fœminis, non tamen idem ſit dicendum in ſecundo, & tertio, quia in primo rationem habuit agnationis conſeruandæ, in ſequentibus verò non item. Nec eſt inconueniens, aut nouum, vt teſtator in certis caſibus, aut perſonis rationem habeat agnationis conſeruandæ, in alijs verò caſibus, & perſonis non habeat, quia hoc ſæpiſſimè contingit, vt in propoſito: nam teſtator rationem habuit propriæ agnationis, quandiu potuit ea conſeruari, idest, quandiu erant futuri ſuperſtites deſcendentes ex fratre, ſed iis non exiſtentibus, & ſic ceſſante ratione agnationis nouum instituit fideicommiſſum ordinata primogenitura, in qua, licet non agnationis, voluit tamen ſexus habere rationem.

Nec obſtat, quod cum D. Anna eſſet nupta D. Aemilio Bobbæ, qui erat de familia teſtatoris, non ſit inconueniens dicere, cum etiam in deſcendentibus prædictorum iugalium reſpexiſſe ad conſeruationem agnationis, quia reſpondeo primo, non conſtare prædictum D. Aemilium fuiſſe de agnatione teſtatoris, nec præſumi ex eo, quod ferret idem nomẽ, & forſaſſis iiſdem vteretur inſignijs, quoniam hæc non eſt ſufficiens coniectura ad probandam agnationem, cum quotidie videamus multos, qui ferunt idem nomen, & vtuntur iiſdem in-
28 ſignijs, & tamen ſunt extranei ſſimi, † *vt ſcribunt Barba. in l. cum acutiſſimi. 30. nu. 140. C. de fideicom. Oſaſ. conſ. 8. num. 36. & ſeqq. Peregr. de fideicom. artic. 43. num. 63. And. Gail. lib. 2. obſer. 149. nu. 1 Roſent. de feud. cap. 2. concl. 27. in fi. Menoch. conſ. 1171. nu. 19.* Secundò reſpondeo, dato ẽt, quod fuiſſet agnatus, eo tamen ipſo, quod deficientibus eius deſcendẽtibus maſculis vocauit maſculos deſcendentes ex D. Margarita, quæ erat nupta in domo Solaria, non poſſe eum cenſeri habuiſſe rationem agnationis, ita, vt propter hoc voluerit vocare maſculos ex maſculis, & eos præferre maſculis ex fœminis deſcendentibus a D. Anna primogenita quia vbi ceſſat ratio propriæ agnationis, non eſt plus fauendum maſculis ex maſculis alterius familiæ, quam maſculis ex fœminis à propria familia deſcendentibus, cum ſint omnes de familia aliena: Alioquin enim, ſi teſtator hanc mentem habuiſſet, deficientibus maſculis deſcendentibus ex D. Anna, quo caſu bona debuiſſent tranſire in perſonas alterius familiæ, feciſſet id, quod alii teſtatores facere conſueuerunt, dum familiam naturaliter extinguibilem conantur reddere perpetuam, &, vt aiunt, immarceſſibilem, ideſt iniunxiſſet maſculis deſcendentibus ex D. Margarita onus ferendi nomen familiæ ipſius teſtatoris, & vtendi eius inſignijs, & armis, & hoc modo declaraſſet, ſe voluiſſe conſeruare nomen propriæ fa-
29 miliæ, † *vt ſcribunt Pariſ. conſ. 18. num. 42. & conſ. 19. num. 33. & ſeqq. vol. 2. Rip. in l. centurio. 15. num. 164. verſ. qua ratione ff. de vulg. & in l. 1. num. 10. C. de pact. Alcia. conſ. 59. nu. 4. & 5. li. 9. Ceph. conſ. 196. nu. 21. & conſ. 251. nu. 50. & 83. Decia. conſ. 7. nu. 6. conſ. 31. num. 95. vol. 1. & conſ. 129. nu. 44. vol. 3. Menoch. conſ. 117. nu. 23. & conſ. 333 num. 14. in fi. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 6. tit. 15. num 15 Theſ. deciſ. 96. nu. 25. & in hit terminis conſiderat Socin. iun. conſ. 69. num. 20. verſ. & ſimiliter vol. 3.* Sed, quia hoc non fecit, ideo intelligimus eum non reſpexiſſe ad conſeruationem alicuius agnationis, ſed ſolum ad maſculinitatem: Et ita primam controuerſiã, in qua diſſentimus, definiendam arbitror.

In ſecunda verò maior videtur eſſe dubitatio: nam dato etiam, quod teſtator, nec propriæ, nec alienæ agnationis conſeruandæ rationem habuerit, adhuc tamen videtur dicendum appellatione maſculorum non venire maſculos ex fœminis, quia ex teſtamento, ſeu coniecturis, quæ ex eo deducuntur, colligi videtur, eum ſenſiſſe de maſculis ex maſculis, non etiam de maſculis ex fœminis. Coniecturæ autem hæ potiſſimum eſſe videntur.

Prima, quia teſtator in huiuſmodi primogenitura bis fecit mentionem de linea maſculina deſcendentium DD. Annæ, & Aemilij iugalium de Bobbis, vt patet ex illis verbis, *Ita quod, donec ſuperſit linea deſcendentium, & filiorum maſculorum dicti primogeniti maſculi, &c. bona, &c. in eo ſemper, & perpetuo remaneant, & remanere debeant*, & ex illis, *& dicta linea maſculina dicti primogeniti deficiente remaneant, & remanere debeant perpetuo in deſcendentibus, & filijs maſculis dicti ſecũdogeniti, & ſic gradatim, &c.* Nam, licet ſimplici deſcendentium maſculorum appellatione interdũ contineantur maſculi ex fœminis, non tamen idem dicendum eſt, cum teſtator fecit mentionem de linea maſculina, vt potè, de qua non dicuntur eſſe, niſi
30 qui ex maſculis deſcendunt, † *vt ſcribunt omnes in l. Gallus 29. § nunc de lege. ff. de liber. & poſthu. & in hit terminis conſiderant Ruin. conſ. 18. num. 7. & 9. verſ. vel ſecundo volum. 3. Soc. iun. conſ. 69. num. 30. volum. 3. Ceph. conſ. 600. num. 33. Odd. conſ. 90. num. 16. & 17. Galin. de verb. ſigni. lib. 8. cap. 26. num. 3.*

Secunda verò coniectura eſt, quam etiam perpendimus in ſuperioribus allegationibus, quia

quia ſcilicet teſtator deficientibus omnibus deſcendentibus maſculis DD. Margaritæ, & Michaelis iugalium de Solario vocauit, non ad primogenituram, ſed ad ſimplex fideicommiſſum filias Dom. Bernardini, & DD. Annæ, & Aemilij iugalium de Bobbis, nec non & DD. Margaritæ, & Michaelis iugalium de Solario, & ipſarum filiarum, & cuiuslibet earum filios, & filias, & ſic vocauit maſculos deſcendentes ex filiabus in hoc quarto ſubſtitutionis gradu. Ergo ex hoc colligimus teſtatorem in præcedentibus diſpoſitionibus eos non vocaſſe, tum, quia in diſpoſitione generali non continentur ij, de quibus facta eſt ſpecialis prouiſio, tum etiam, quia (vt in reſponſo latè conſiderauimus) teſtator hoc modo fuiſſet ſibi cõtrarius: Nam maſculos ex fœminis deſcendentes vocaſſet ad primogenituram excluſis fœminis, & poſtea vocaſſet fœminas, & earum filios, aut ſimul cum eis, aut ſaltem ordine ſucceſſiuo.

Tertia his videtur accedere coniectura, quæ ſumitur ab illis verbis, *Ita, quod filius maſculus primogenitus præferatur illis, quibus prælatus fuiſſet pater, ſi vixiſſet*; quippè, quæ ſignificant, nepotem D. Annę ex filio primogenito præmortuo debere præferri patruo ſecundogenito: nam hæc oſtendunt, teſtatorem ſenſiſſe de maſculis ex maſculis, non etiam de maſculis ex fœminis, quia vocauit filium maſculum ex patre maſculo.

Sed his minimè me mouẽtibus perſiſto adhuc in priore ſententia, & cenſeo nullam hic adeſſe coniecturam, quæ neceſſariò cogat nos fateri, teſtatorem in primogenitura ſenſiſſe de maſculis ex maſculis, imo ſubeſſe coniecturas vehementiſſimas, quæ oſtendunt, eum de vtroque genere maſculorum ſenſiſſe.

Coniecturas autem varias perpendimus in reſponſo, inter quas illa (meo iudicio) eſt ineuitabilis, quæ ducitur ab illis verbis, *ſalua gradus, ætatis, & ſexus prærogatiua*: nam hæc ſignificant, inter eos, qui fuerunt ad primogenituram vocati, & ſic inter maſculos dari diſtinctionem ſexus, ita, vt, qui vnius ſexus eſt, præferatur ei, qui eſt alterius ſexus. Hoc autem ſine dubio non poteſt intelligi reſpectu ſui, qa vocati ſunt omnes maſculi, & ſic vnius ſexus; Neceſſariò igitur debet intelligi reſpectu originis, ita, vt, ſi concurrãt perſonæ virilis ſexus, & ſexus fœminini, ideſt maſculi deſcendentes ex maſculis, & maſculi deſcendentes ex fœminis, debeant illi, tamquàm à ſexu digniore prouenientes his præferri, ſed illis deficientibus etiam hi debeant admitti. Nec eſt nouũ, vt is, qui reſpectu ſui vnius eſt ſexus, dicantur alterius ſexus reſpectu originis: nam neptis ex filio, quæ re vera reſpectu ſui eſt ſexus fœminini, dicitur deſcendens virilis ſexus reſpectu
31 originis † *in l. Gallus 29. §. nunc de lege, & ibi glo. in verb. tametſi in fin. quam ibi communiter alij ſequuntur. ff. de liber. & poſthum.* Qua ratione dicimus neptẽ ex filio ſuccedere in emphyteuſi conceſſa alicui pro ſe, & deſcendentibus viri-
32 lis ſexus, † *vt ex prædicta doctr. glo. tradunt omnes in d. §. nunc de lege, & nouiſſimè declarat Roſen. de feud. c. 7. concl. 37. num. 2. & ſeqq.*

Nec obſtat, quod à quibuſdam dicebatur, prærogatiuam in hoc teſtamento non denotare ordinem, ſed totalem excluſionem, & ſignificare ſeruandam eſſe prærogatiuam ſexus, ita, vt ad primogenituram admittantur ſoli maſculi, non etiam fœminæ, quæ interpretatio videtur comprobari ex illis verbis, *videlicet, quod ſemper in dictis bonis, &c. admittatur maſculus, videlicet vnus tantum, & inter plures præferatur primogenitus*, quæ immediatè ponũtur poſt clauſulam, *ſeruata gradus, ætatis, & ſexus prærogatiua*, quippè, quæ ſtant declaratiuè, & ſignificant, quod ſupradictum eſt, in hac primogenitura ſeruandam eſſe prærogatiuam gradus, ætatis, & ſexus, ita eſſe intelligendum, vt in ea debeat ſuccedere maſculus, non fœmina, & primogenitus, non ſecundogenitus, quia reſpondeo, imo prærogatiuam denotare prælationem, & ordinem, non totalem excluſionem: nam, cum denotet ordinem, non totalem excluſionem reſpectu gradus, & ætatis, ſcilicet, quia, ſi concurrant perſonæ diuerſorum graduum, licet is, qui proximior eſt, debeat remotioribus præferri, non tamen illi remotiores cenſentur à primogenitura penitus excluſi, ſed vocati deficientibus proximioribus, & ſimili modo, ſi concurrant plures perſonæ eiuſdem gradus, licet primogenitus ſit alijs poſtea genitis præferẽdus, non tamen alij intelliguntur excluſi, quia deficiente primogenito, ſequens admittendus eſt, debet etiam per conſequentias ordinem, non totalem excluſionem denotare reſpectu ſexus *ex regula l. iam hoc iure. 4. ff. de vulgar.* maximè, cum ex verbis ſequentibus appareat, teſtatorem accepiſſe prærogatiuam pro iure prælationis, vt patet ex illis verbis, *& inter plures præferatur primogenitus*, & ex illis, *quibus prælatus fuiſſet pater*.

Nec obſtat, quod teſtator dicendo, *videlicet, quod ſemper in dictis bonis admittatur maſculus*, videatur ſe declarare, quia reſpondeo declarationem non in prædictis verbis contineri, ſed in illis ſequentibus, *videlicet vnus tantum, & inter plures præferatur primogenitus*: nam verba præcedentia continent eandem diſpoſitionem principalem, quæ ſolos maſculos vocauit quæque declaratione non indigebat. Itaque, licet teſtator dixerit, *videlicet, quod ſemper in omnibus dictis bonis admittatur maſculus*, prout dixerat in ipſa vocatione, non tamen cenſetur excluſiſſe maſculos deſcendentes ex fœminis, qui & ipſi maſculi ſunt. Quinimò (quod diligenter animaduertendum puto) illa verba, *videlicet, quod ſemper, &c.* non veniunt declaratiuè ad clauſulam immediatè præcedentem, ſed ad ipſam principalem diſpoſitionem, quæ, tamquam facta relatiuè ad infradicenda neceſſario debuit habere varias declarationes ſequentes: nam principalis diſpoſitio ita fuit concepta, *Et caſu, quo dicti filij maſculi, &c. decederent omnes in pupillari ætate, vel aliter ſine filijs maſculis, tunc, & eo in caſu voluit, &c. quod dicta bona res, & iura hæreditatis, &c. tranſeant, & tranſire debeant, vt infra.* Quæ verò poſtea ſequuntur, ſtant declaratiuè ad ipſammet principalem diſpoſitionem. Vnde, quia teſtator nondum declarauerat perſonas, ad quas volebat bona ſua tranſire ſubiecit, *videlicet in deſcendentes, & filios maſculos ſupraſcripta D. Annæ eius filiæ, & prædicti D. Aemilij iugalium de Bobbis ſeruata gradus, ætatis, & ſexus prærogatiua*, Sed hæc verba nondum continebant erectionem primogenituræ, quia per ea

nondum

nondum conſtabat, mentem teſtatoris fuiſſe, vt bona ad vnum tantum pertinerent non obſtantibus illis verbis, *ſeruatis gradus, ætatis, & ſexus prærogatiua*, quippè, quæ præferunt quidē proximiores remotioribus, ſeniores iunioribus, & maſculos vnius ſexus maſculis alterius ſexus, ſed non conſtringunt diſpoſitionem ad vnum tantum, cum poſſunt eſſe plures habentes prædictas qualitates inducentes prælationem, qui omnes cenſerentur ſimul vocati, ideò teſtator, vt oſtenderet, ſe velle erigere primogenituram, ſubiecit illa verba, *videlicet, quod ſemper in omnibus dictis bonis, &c. admittatur maſculus, videlicet vnus tantum, & inter plures præferatur primogenitus*, quæ ſtant quidem declaratiuè, ſed ad principalem diſpoſitionem, non ad clauſulam, *ſeruata gradus, ætatis, & ſexus prærogatiua*, vt ſupra dictum eſt. Et hic mihi videtur verus illorum verborum ſenſus; Quo poſito non eſt, quod quiſquam dubitet quin teſtator illis verbis oſtenderit, ſe vocaſſe quidem maſculos duplicis generis, ſed inter eos ſe velle hunc ordinem ſeruari, vt prius admittātur maſculi vnius ſexus, ideſt deſcendentes ex ſexu virili, deinde illis deficientibus admittantur maſculi alterius ſexus, ideſt, deſcendentes ex ſexu fœminino, prout latius oſtendimus in reſponſo.

Hæc autem coniectura, tanquam vrgentiſſima debet iis præualere, quæ in contrarium adducuntur, quippè, quæ facili negotio tolli poſſunt.

Primùm enim, quod attinet ad coniecturā ductam à mentione lineæ maſculinæ reſpondeo, deſcendentes à fœmina deſcendente à maſculo incluſo, vt eſt D. Franciſcus Philippus, qui deſcendit à filia D. Alberti primo lo-
33 co vocati, dici de linea maſculina, † *vt poſt Bero. conſ. 77. num. 15. volum. 2. declarant Honde. conſ. 4. num. 20. volum. 1. & Galua. conſ. 11. nu. 23.* Secundò reſpondeo lineæ maſculinæ appellationem eſſe ambiguam, & interdum ſumi pro
34 deſcendentibus maſculis, † *vt declarat Menoc. conſ. 205. num. 30.* & ita ſumi in ſpecie noſtra: nam teſtator voluit dicere, ſecundogenitum non eſſe admittendum, niſi deficientibus omnibus deſcendentibus maſculis primogeniti, & ideo, quia deſcendentiū maſculorum duo ſunt genera, & vtrumque ſaltem gradatim in hac primogenitura continetur, vt colligitur ex illis verbis, *ſeruata gradus, ætatis, & ſexus prærogatiua*, vtrumque etiam appellatione lineæ contineri debet, ne alioquin teſtator videatur ſibi ipſi fuiſſe contrarius.

Secunda etiam coniectura non officit, quia præter ea, quæ diximus in reſponſo, vbi demōſtrauimus in quarto ſubſtitutionis gradu vocari maſculos, qui non erant nati tempore aduenientis conditionis, reſpondeo etiam in illo gradu non tractari de maſculis deſcendētibus à filiis DD. Annæ, & Margaritæ, ſed de maſculis deſcendētibus ab earundem filiabus: Nam, ſi D. Anna habuiſſet filios, & filias, ſine dubio ſoli filii fuiſſent ad primogenituram vocati, excluſis penitus filiabus, & poſt eos fuiſſent vocati omnes eorum deſcendētes ſeruata prærogatiua gradus ætatis, & ſexus, quod etiam dicitur de deſcendentibus Do. Margaritæ. Deficientibus autem omnibus deſcendentibus maſculis filiorum DD. Annæ, & Margaritę vocatæ ſunt earundem filiæ, & filiarum filii, & filię. Itaque hæc vocatio quarto loco facta pertinet ad deſcendentes ex filiabus DD. Annę, & Margaritæ, quę fuerant excluſę, ſed non ad deſcēdentes ex filiis ipſarum DD. Annæ, & Margaritæ, quippè, qui fuerunt vocati ad primogenituram: Alioquin enim huiuſmodi deſcendētes nullo ex capite cenſerentur vocati, non ex capite primogenituræ, quia (ſecundum aduerſarios) pertineret tantum ad maſculos ex maſculis immediatè prouenientes, neque ex poſtremo capite, quia vocat tantum filias DD. Annę, & Margaritę, & ipſarum filiarum filios, & filias, cum alioquin hi non ſint filii filiarum DD. Annę, & Margaritę, ſed nepotes filiorum earundem. Hoc autem abſurdum eſſet, quia deſcendentes à maſculis vocatis non debent eſſe deterioris conditionis, ſed potius melioris, quam ſint deſcendentes ex fœminis excluſis. Ne igitur hoc ſequatur, dicendum potius eſt, huiuſmodi deſcēdentes maſculos cenſeri vocatos ad primogenituram.

Tertia denique coniectura non obſtat, quia, quod ibi dicitur de filio maſculo ex patre maſculo, non eſt generale, ſed pertinet tantum ad id, cui teſtator voluit proſpicere: nam, quia valde controuerſum eſt, vter in primogenitura debeat præferri, filiuſne primogeniti prędefuncti, an vero patruus ſecundogenitus, ideo tollendę huius dubitationis gratia teſtator ſubiecit illa verba, *ita, quod filius maſculus primogeniti præferatur illis, quibus prælatus fuiſſet pater, ſi vixiſſet*, quæ declaratio nō pertinet niſi ad maſculum ex maſculo, ſcilicet quia quæſtio non poteſt eſſe inter nepotem ex filia & auunculū, etiam ſi primogenitura comprehendat maſculos ex vtroque ſexu prouenientes, ſed tantum inter nepotem ex filio, & patruum: nam nepos ex filia non poteſt aliquo prętextu prętendere, ſe debere auunculo pręferri, quia aut vult venire iure proprio, & non poteſt, cum ſit gradu remotior, aut vult venire iure repreſentationis, & nec etiam poteſt, quia repreſentat fœminā, quæ eſt à primogenitura excluſa. Omnimodo igitur debet ſuccumbere. At nepos ex filio poteſt prelationem intendere non quidem iure proprio, ſed iure repreſentationis, quia repreſentat patrem, qui, tanquam primogenitus debuiſſet ſecundogenito pręferri. Ergo teſtator, qui voluit tollere hanc controuerſiam, neceſſariò debuit facere mentionem de patre, & filio, ſeu de filio maſculo primogeniti, ſed ex hoc non ſequitur, quin extra hanc circunſtantiam cenſeatur etiam de maſculis ex fœminis ſenſiſſe, & eos ad excluſionem deſcendentium D. Margaritæ in conditione poſuiſſe, ita, vt prius debeat euacuari tota linea deſcendentium maſculorum D. Annæ, quam fiat tranſitus ad maſculos deſcendentes à D. Margarita, prout concluſi in reſponſo, & adhuc hodie pronunciandum concludo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro

Pro Perill. D. Ioan. Baptiſta Galcano Comite Todoni.

CONSILIVM LXXIIII.

ARGVMENTVM.

Statutum, an, & quando cenſeatur excludere ſorores, & ſororum prædefunctarum filios, & filias à ſucceſſione fratris: Et an, & quando porrigat vires ſuas ad bona ſita extra territorium.

SVMMARIVM.

1 *Sorores ſimul cum fratrum, & ſororum prædefunctarum filiis, & filiabus ſuccedunt fratri inteſtato defuncto.*
2 *Statuti vna pars declarat aliam.*
3 *Dictio, vero, aduerſatur præcedentibus in facto, & iure.*
4 *Dictio, vero, aduerſatur retento eodem themate.*
5 *Statutum, vt habeat locum, debent concurrere omnes qualitates ab eo requiſitæ.*
6 *Statutum excludens dotatam, & maritatam, non habet locum, ſi fœmina ſit ſolum dotata.*
7 *Statutum excludens fœminam dotatam cenſetur eam excludere a ſucceſſione dotantis, non aliorum: Declara, vt num. 84.*
8 *Dotare non dicitur, qui dotem de ſuo non dat, ſed de proprio fœminæ patrimonio.*
9 *Fœmina ſtatuto excluſa admittitur ad ſucceſſionem, ſi adſit non excluſa: Declara, vt num. 78. & ſeqq.*
10 *Beneficio alterius plerumque quis conſequitur, quod per ſe conſequi non poteſt.*
11 *Statutum loquens de caſu ſimplici non trahitur ad caſum mixtum.*
12 *Statutum excludens filiam, aut ſororem, non cenſetur excludere neptem ex filio, aut fratris filiã: Sed contra num. 71. & 72.*
13 *Statutum fœminarum excluſiuum cenſetur odioſum: Sed contra num. 76.*
14 *Statutum fœminarum excluſiuum non extenditur de perſona ad perſonam.*
15 *Dictio, eorum, eſt relatiua, & repetitiua omnium ſupra expreſſorum, & num. 42.*
16 *Hæredis appellatio in ſtatutis accipitur pro filiis, & deſcendentibus.*
17 *Hæredis nomen in materia feudali accipitur pro filio.*
18 *Hæredis nomen in conditionibus accipitur pro deſcendentibus.*
19 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
20 *Statutum præferens extraneos propriis defuncti cognatis eſt iniquum.*
21 *Hæreditas adita tranſmittitur in quoſcunque hæredes.*
22 *Tranſmiſſio fit cum omnibus iuribus, & qualitatibus defuncto competentibus.*
23 *Statuti verba ita ſunt intelligenda, vt aliquid operentur, nec ſint inutilia.*
24 *Statutum excludens fœminam donec, vel quouſque extabunt maſculi cenſetur excludere ad tempus, non in perpetuum.*
25 *Statutum ſimpliciter excludens fœminam extantibus maſculis cenſetur eam excludere in perpetuum.*
26 *Cauſam, quæ reſpicit actum momentaneum, ſufficit adeſſe tempore, quo effectus in eſſe producitur, licet poſtea ceſſet.*
27 *Cauſa ceſſante non ceſſat effectus ſemel conſumatus.*
28 *Statuti interpretatio in dubio ea facienda, per quã abſurdum euitatur.*
29 *Interpretatio in dubio ſumenda eſt, quæ magis congruit cum intentione ſtatuentium, ſeu diſponentium.*
30 *Statutum excludens fœminas in parte incluſiua cenſetur fauorabile, & latam recipit interpretationem.*
31 *Statutum excludens filiam propter filium, aut ſororem propter fratrem cẽſetur eam excludere propter nepotem, ſeu filium fratris.*
32 *Dictio, ſiue, ſtat diſiunctiue.*
33 *Dictio, ſeu, aut, ſiue, poſita inter diuerſa ſtat alternatiue, & diſiunctiue non ſolum, quoad verba, ſed etiam, quoad ſenſum, & num. 34.*
35 *Alternatiua natura eſt, vt denotet orationẽ æquè principalem.*
36 *Qualitas appoſita in parte principali, non cenſetur in alia æquè principali repetita.*
37 *Dictio, & coniungit æquè principaliter.*
38 *Ablatiui abſoluti in conditionem reſoluuntur.*
39 *Nomine alterius qui facit, cenſetur eodem iure, quo is, cuius nomine facit.*
40 *Dictio, aliquis, verificatur in quocunque.*
41 *Maritare dicitur, qui fœminam collocat in matrimonium conſtituta dote.*
43 *Statutum excludens à ſucceſſione eorum, cenſetur excludere dotatam ab vno a ſucceſſione omnium in parte qualificatiua nominatorum.*
Idem eſt, ſi excludat a ſucceſſione prædictorum, num. 44.
45 *Dictio, nec, eſt implicatiua.*
46 *Statutum excludens his verbis, nec de rebus fratris, cenſetur excludere dotatam a patre etiam à ſucceſſione fratris.*
47 *Dictio, nec, eſt copulatiua.*
48 *Statutum, ſi in parte excluſiua loquatur copulatiuè, cenſetur excludere dotatam ab vno a ſucceſſione omnium.*
49 *Statutum ſecundum aliquos cẽſetur excludere dotatam ab vno a ſucceſſione omniũ, etiamſi in parte excluſiua loquatur alternatiue.*
50 *Statutum excludere dotatam ab vno à ſucceſſione omnium minus habet dubitationis, ſi in parte excluſiua loquatur copulatiuè, quam, ſi alternatiuè.*
51 *Statutum excludit dotatam ab vno à ſucceſſione omnium, ſi in parte excluſiua loquatur copulatiuè, ſecus vero, ſi alternatiuè.*
52 *Obſeruantia eſt optima ſtatutorum interpres.*
53 *Tranſmiſſio ceſſat, ſi defunctus erat à ſucceſſione excluſus.*
54 *Statutum excludens fœminam cenſetur per conſequentias excludere eius filios, & filias, ac cæteros omnes deſcendentes.*
55 *Prohibito vno ſuccedere cenſentur etiam prohibiti omnes, qui ab eo deſcendunt.*
56 *Statutum excludens fœminam dotatam cenſetur etiam excludere deſcendentes ab ea, quibus illa qualitas dotationis non congruit.*
57 *Statutum excludens filiam dotatam cenſetur etiã excludere nepotem ex ea.*
58 *Deſcendentes ex fœminis non ſiunt agnati.*

Ratio

Digitized by Google

59 *Ratio ſtatuti vbi locum habet, ibi etiam locum habere debet ſtatuti diſpoſitio.*

60 *Statutum loquens de fœmina maritata non habet locum in ea, cui ſolum dos fuit in teſtamento patris aſſignata.*

61 *Media declarantur ex præcedentibus, & ſequentibus.*

62 *Statuti vnum caput declarat aliud.*

63 *Dictiones; vero, & autem, ſunt aduerſatiuæ.*

64 *Aduerſatiua repetit qualitates præcedentes.*

65 *Statutum excludens fœminam dotatam an habeat locum ſi poſt mortem patris dotetur, remiſſiue.*

66 *Verbum impersonaliter prolatum refertur ad omnes.*

67 *Dotandæ filiæ onus pertinet ad patrem.*

68 *Dotandi onus tranſit ad heredes.*

69 *Aduerſatiua, vero, repetit omnia præcedentia exceptis iis, in quibus ſpecialiter aduerſatur.*

70 *Incluſio vnius non eſt excluſio alterius, ſi id alio iure, vel capite includatur.*

71 *Statutum excludens filiam à ſucceſſione patris cẽſetur etiam excludere neptem ex filio.*

72 *Statutum excludens ſororem a ſucceſſione fratris, cenſetur etiam excludere alterius fratris filiam*

73 *Statuta fœminarum excluſiua cenſentur condita, vt bona in agnatione conſeruentur.*

74 *Extenſio non dicitur, ſed comprehenſio, vbi militat eadem ratio.*

75 *Extenſio fieri poteſt de perſona ad perſonam ex identitate rationis, quoties ea fuit in ſtatuto expreſſa.*

76 *Statutum excludens fœminas fauore agnatorum ſimpliciter etiam loquendo cenſetur fauorabile, & cur num. 77.*

79 *Statutum excludens ſororem fauore patrui, ceſſat, ſi adſit mater defuncti, ideoque eius beneficio ſoror admittitur.*

81 *Portio excluſæ à ſtatuto applicatur ſoli maſculo, cuius contemplatione fit excluſio, licet alij contrarium ſenſerint num. 82.*

83 *Præcedentia magis influunt in ſequentia, quam econtrario.*

85 *Cenſus annui pro immobilibus reputantur.*

86 *Mobilia cenſentur de loco, vbi reperiuntur.*

87 *Mobilia regulantur ſecundum ſtatuta loci, vbi ſunt.*

88 *Mobilia ſequuntur perſonam domini.*

89 *Mobilia regulantur ſecundum ſtatuta, quibus dominus erat ſubiectus.*

90 *Forum ſortimur non ſolum ratione contractus, ſed etiam ratione domicilij.*

91 *Contraxiſſe quis ibi dicitur, vbi deſtinata eſt ſolutio.*

92 *Nomina debitorum regulantur ſecundum ſtatuta loci, in quo fuit deſtinata ſolutio.*

93 *Statutum excludens fœminas non afficit forenſes.*

94 *Statuentes nullam habent iuriſdictionem in forenſes.*

95 *Multiplicatio inutilium nihil operatur: Declara, vt num. 102.*

96 *Duo vincula ſunt fortiora vno.*

97 *Statuta fœminarum excluſiua afficiunt etiam forenſes, quoad bona ſita in territorio ſtatuentium, ſiue in rem concipiantur, ſiue in perſonam.*

98 *Statutum dicitur concipi in rem eo ipſo, quod diſponit de re, id eſt, de bonis ſibi ſubiectis, & ab iis perſonas excludit.*

99 *Statutum excludens fœminam cenſetur etiam excludere à bonis alibi exiſtentibus, ſi ibi vigeat ſimile ſtatutum, & cur num. 101.*

100 *Statutum vtriuſque loci ſeruandum eſt, ſi defunctus in duobus locis habebat bona.*

103 *Statuta fœminarum excluſiua non porriguntur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, & cur num. 104. & ſeqq.*

105 *Statuta etiam fauorabilia, non trahuntur ad bona alibi exiſtentia: Sed contra nu. 117.*

106 *Statuentes nullam habent iuriſdictionem in res, quæ ſunt extra ſuum territorium.*

107 *Statuentium poteſtas eſt territorio limitata.*

108 *Limitata potentia cauſæ efficientis limitatus quoq; producitur effectus.*

109 *Statuta fœminarum excluſiua non extenduntur ad annuos cenſus alibi exiſtentes, nec ad pecunias ad bancum alibi repoſitas num. 110. vel apud montes collocatas num. 111. Nec ad nomina debitorum forenſium num. 112.*

113 *Nomina debitorum regulantur ſecundum ſtatuta loci, vbi de iure fieri debet exactio.*

114 *Iura, & actiones non circumſcribuntur loco: Declara, vt num. 115.*

115 *Actiones ad res mobiles competentes pro mobilibus reputantur.*

118 *Statutũ excludens filiam cenſetur odioſum, excludens vero ſororem fauorabile.*

119 *Statutum excludens ſororem a ſucceſſione fratris propter fratrem extenditur ad bona ſita extra territorium.*

120 *Statutum excludens ab hæreditate locum habet in bonis vbicunque exiſtentibus.*

121 *Statuentes poſſunt inhabilitare ſubditum, & eum afficere etiam reſpectu bonorũ alibi exiſtentium.*

122 *Hæreditas non datur nuda voluntate, ſed ſolemni teſtamento.*

123 *Statutum excludens fœminam extenditur ad bona ſita extra territorium, ſi talis erat voluntas defuncti.*

124 *Teſtator poteſt etiam inſolemniter declarare, vtrũ velit in hæreditate ſua ſeruari diſpoſitionem iuris communis, an vero ſtatutariam.*

125 *Hæreditas tacitè datur ab eo, qui moritur inteſtatus.*

126 *Defunctus cenſetur voluiſſe ſeruari in hæreditate ſua ſtatutum loci ſuæ originis: Maxime ſi etiam ibi deceſſit num. 127. & 128.*

129 *Maior pars trahit ad ſe minorem.*

130 *Statutum eius loci, in quo ſita eſt maior pars bonorum, debet attendi.*

131 *Singula quæ non proſunt, vnita iuuant.*

132 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati ex pluribus coniecturis ſimul iunctis, licet ſingulæ non ſufficerent.*

133 *Nomina debitorum cohærent perſonæ creditoris.*

134 *Nomina debitorum regulantur ſecundum ſtatuta loci, cui creditor eſt ſubiectus.*

135 *Statutum à Principe confirmatum dicitur lex Principis.*

136 *Statutum à Principe confirmatum extenditur ad bona ſita in alijs locis eiuſdem Principis ditioni ſubiectis.*

FACTI SPECIES.

Perill. D. Ioan. Baptiſta Galeanus patritius Nicienſis, & Referendarius Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis deceſſit anno 1618. nullo condito teſtamento, nulliſq; relictis liberis, ſed tantum duabus ſororibus, & multis nepotibus, ac neptibus ex fratre, ſororibuſque prędefunctis, inter quos nata eſt ſuperlegitima illius

illius ſucceſſione magna controuerſia: Nam D. Comes Ioan. Baptiſta nepos ex Don Andrea fratre ipſius defuncti intendit hæreditatem inſolidum ad ſe pertinere, excluſis penitus, tam ſuis, quam defuncti ſororibus, & aliarum ſororum prædefunctarum filijs, ac filiabus Et hoc vigore ſtatuti Nicienſis, cuius hæc ſunt verba. *Fœmina tradita in matrimonium, ſiue maritata a patre, ſiue matre, ſiue ab auo paterno, ſeu ipſis exiſtentibus a fratre patris, vel ab auia paterna, ſeu a fratre, ſeu voluntate alicuius eorum, non habeat facultatem ipſa, vel hæredes eius requirendi, vel petendi quicquam plus in bonis eorum, nec de rebus mortui fratris, aduerſus fratres, vel hæredes eorum, nec aduerſus hæredes aui paterni, neque barbani, neque fratris, n que auiæ maternæ, quiram ex bonis patris nupſerit, quam, quod habuerit, uel acceperit ab aliquo ipſorum ipſa, uel mater pro ipſa, excepto eo, quod pater, uel mater, ſeu auus paternus, aut frater, uel hæredes aui ei donauerint. Illæ uero, quæ maritatæ non ſunt, non poſſint petere amplius in bonis paternis aduerſus fratres, uel hæredes, niſi quantum ei dabitur in ultima uoluntate. Si autem ab inteſtato deceſſerint, & non dederint ei aliquid, tunc conſulatus, ad quem cauſa pertinebit, cum ipſa fuerit annorum duodecim, aut plurium, duos, uel tres propinquos de melioribus, & vtiliorib us, quos defunctus habebat tempore mortis, eligat, & quos conſulatus credat melius ſciuiſſe uoluntatem defuncti, in quorum diſpoſitione ſit, quantum muler in dotem de bonis paternis habere debeat.* Contra verò ſorores, & ſororum prædefunctarum filij, ac filiæ intendunt, in hac hæreditate ſpectandum eſſe ius commune, ſecundum quod omnes ſunt in ſtirpes ad eam admittendi. Et hoc non obſtante prædicto ſtatuto, quippè quod (ſecundum eos) non cōprehendit hunc caſum, &, dato etiam, quod eum comprehendat, non tamen porrigit vires ſuas ad res, quæ ſunt extra territorium ſtatuentium, cuiuſmodi ſunt cenſus alibi exiſtentes, & nomina debitorum, qui in aliena ditione commorantur, Vnde quæritur, Quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRopoſita controuerſia duplicem habet inſpectionem, vnam reſpectu caſus, alteram verò reſpectu rerum, quæ in hæreditate defuncti continentur. Nam reſpectu caſus illud in quæſtionem deducitur, an caſus, in quo nos verſamur, cenſeatur ſtatuto comprehenſus, & ab eo deciſus, ita, vt eius vigore D. Comes Ioan. Baptiſta intelligatur ab hæreditate defuncti ſorores, & ſororum prædefunctarum filiis, ac filias excluſiſſe, an verò, quaſi omiſſus debeat remanere in diſpoſitione iuris communis, ſecundum quam omnes ſunt pariter ad illius ſucceſſionem admittendi, hæreditate, non in capita, ſed in ſtirpes diuidēda.
1 † §. *ſi igitur defunctus Auth. de hæred. ab int. uen. coll. 9. Auth. ut fratr. filij, in prin. collat. ead. Auth. ceſſante C. de legit. hæred.* Dè qua quidem quæſtione, quid ego ſentiam ſcribere rogatus, vt primum ſtatuti verba legi, & ea tudiori, quam par ſit, conſcripta ſtylo vidi, protinus cenſui rem magnam controuerſiam, atque difficultatem, habiturā, quia (vt eſt in veteri prouerbio) ſermo imperiti certiſſimum eſt litium, atque diſceptationum ſemen,

Et ſanè multa ſunt, quæ primo (vt dicitur) aſpectu ſuadere videntur, non eſſe hunc caſum ſtatuto comprehenſum, & per conſequentias non poſſe eius vigore cenſeri à defuncti hæreditate excluſas ſorores, & ſororum prædefunctarum filios, ac filias, &c.

In primis illud, quia, licet ſtatutum in parte qualificatiua, quatenus ſcilicet vult fœminam excludendam debere ab aliquo eſſe traditam in matrimonium, ſiue maritatam, non ſolùm loquatur de patre, ſed etiam de matre, fratre, & alijs, tamen in parte excluſiua videtur reſtrictum ad ſucceſſionem paternam, & hoc ſolū diſponere, vt fœmina ab vno ex illis maritata à patris, nō etiam aliorum ſucceſſione repellatur. nam, cum de ſolis bonis paternis loquatur in partibus ſequentibus, quę pertinent ad fœminas non maritatas tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, vt patet ex illis verbis, *Illæ vero, quæ maritatæ non ſunt, non poſſint petere amplius in bonis paternis, &c.* & ex illis, *in quorum diſpoſitione ſit, quantum mulier in dotem de bonis paternis habere debeat*, Conſequēs videtur, vt etiam de iis ſolis ſit in prima parte accipiendum, quoniam vna pars ſtatuti declarat aliā.
2 † *l. vtrum 26. in princ. & ibi Bart. num. 1. Angel. num. 1. ff. de pet. hæred. Soc. ſen. conſ. 9. num. 8. vol. 3. Dec. conſ. 19. num. 3. verſ. præterea, & ſecundo Soc. iun. conſ. 19. num. 7. vol. 1. & conſ. 0. num. 5. volu. 2. Nicol. Bello. conſ. 13. nu. 17. Alcia. conſ. 54. nu. 23. lib. 8. Honded. conſ. 12. num. 15. & conſ. 13. num. 39. vol. 1. Surd. conſ. 53. num. 10. & conſ. 85. num. 35.* Quod maximè procedere videtur in caſu noſtro, in quo pars ſequens fuit concepta per dictionem, vero, quæ, tamquam aduerſatiua denotat quidem diuerſitatem in facto, & iure.
3 † *l. ſi vero 5. in princ. ff. qui ſatiſd. cog. & l. ſi vero 12. in princ. ff. mand. & ſcribunt Iaſ. in l. ſi cuum ſiliſ. 40. §. ſi quis rem num. 4. ff. de leg. primo. L. ne. Gabriel. in l. 1. §. qui præſens num. 1. & 6. ff. de verbor. obligat. Io. Guter. in l. nemo poteſt 58. num. 268. ff. de leg. primo. Rum. conſ. 64. num. 1. & 9. volum. 3. Decian. conſ. 18. num. 364. vol. 1. Menoch. conſ. 50. nu. 17. Surd. conſ. 315. nu. 1. Mantic. deciſ. 180. nu. 4.*
4 ſed non in themate, ſeu materia, † *vt docuit ant Dec. in l. bonorum, 7. in ſecunda lect. num. 26. C. qui adm. & in l. ſi donatione 13. nu. 3. C. de collat. Rub. in l. Gallus. 29. §. quidam recte num. 143. ff. de lib. & poſthum. Socin. iun. conſ. 83. num. 15. & 16. & conſ. 102. num. 14. volum. 1. Cephal. conſ. 341. num. 27. & conſ. 343. num. 7. Surd. d. conſ. 315. num. 2. Peregr. conſ. 4. num. 4. 19. & 21. verſ. 2. volum. 2.* Itaque ſignificat, in omnibus hiſce capitibus tractari de eadem materia, & ſic de excludenda fœmina à bonis paternis. Quinimò hoc etiam innuere videtur illa verba, quæ in prima parte leguntur, *quæ tamen ex bonis paternis nupſerit*, quippè quæ videntur ſignificare, ſatis eſſe, fœminam ab vno ex illis eſſe maritatam, & dotatam de bonis patris, & ab illius ſucceſſione repellatur. Cum igitur hic non tractetur de ſucceſſione patris, ſed de ſucceſſione fratris, & auunculi reſpectiuè, ſequitur, hunc caſum
5 non videri ſtatuto comprehenſum, ſed, tanquā omiſſum debere remanere in diſpoſitione iuris communis, & per conſequentias non poſſe virtute huius ſtatuti cenſeri à defuncti hæreditate excluſas ſorores, & ſororum prædefunctarum filios, & filias.

Secundò verò dato etiam, quod in parte excluſiua

cluſiua loquatur de ſucceſſione fratris, adhuc
tamen eius diſpoſitio ita demum videtur habe
re locum, ſi in fœminis excludendis concurrāt
5 omnes qualitates à ſtatuto requiſitæ, † vt ſcri-
bunt Bartol. in l. 1. §. quod autem ait. ff. ne quid in
ſtum. publ. Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. 5. nu.
4. C. de epiſcop. & cler. Soc. ſen. conſ. 207. num. 2. vol.
2. Pariſ. conſil. 62. num. 42. volum. 4. Dec. conſ. 589.
num. 7. Tiraq. de retract. lign. §. 8. glo. 7. nu. 1. Roll.
conſil. 46. num. 8. volum. 4. Natt. conſil. 581. numer.
20. Oſaſ. decif. 88. num. 6. Honded. conſil. 20. num.
55. volum. 1. Menoch. conſil. 132. nu. 23. Pereg. conſ.
77 num. 46. vol. 1. Surd. conſ. 130. nu. 1. Et in ſpecie
ſtatutorum fœminas excludentium Soci. ſen. d. conſ.
207. num. 2. volum. 2. Dec. conſil. 260. nu. 2. Hond.
conſil. 11. num. 2. volum. 2. Surd. conſil. 45. num. 14.
adeo, vt, ſi, vel vna deficiat, puta, quia ſtatu-
tum loquatur de dotata, & maritata, & fœmi-
na, de cuius excluſione tractatur, non ſit, niſi
6 dotata, ceſſet eius diſpoſitio † vt tradunt Alex.
conſil. 13. numer. 14 verſic. non obſtat etiam aliud
volum. 3. Socin. ſen. conſil. 92. num. 5. verſ. nec ſecun-
do obſtat volum. 1. Pariſ. conſ. 34. num. 8. volum. 3.
Hond. conſil. 1. num. 9. & conſil. 3. num. 8. volum. 2.
Surd. conſil. 45. nu. 15. & ſeqq. conſil. 130. num. 1. &
conſ. 403. nu. 30. Et in ſpecie de ſtatuto loquente de
dotata, & maritata, Georg. Natt. in tract. de ſtat.
quod ext. maſc. in 2. quæſt. num. 9. Brun. in tract. de
ſtatu. exclu. fœm. artic. 6. prin. numer. 321. quos re-
fert, & ſequitur Surd. d. conſil. 45. num. 31. & pro-
bat etiam Theſ. decif. 102. num. 13. Cùm igitur in
caſu noſtro qualitates à ſtatuto requiſitæ non
concurrant omnes in ſororibus, de quibus agi-
tur, ſcilicet, quia ſtatutum requirit fœminam,
eſſe maritatam à patre, vel à matre, vel ab auo
paterno, vel ipſis exiſtentibus à fratre, aut aliis,
vt patet ex illis verbis, maritata a patre, ſiue ma-
tre, ſiue ab auo paterno, ſeu ipſis exiſtentibus a fratre
patris, vel ab auia paterna, ſeu a fratre, &c. & ex
ſororibus defuncti quædam fuerunt maritatæ a
fratre, ſed poſt mortē patris, & aui paterni quo
caſu non poſſunt dici maritatæ ipſis exiſtenti-
bus, cum pluralis locutio duorum ſaltèm nu-
merum requirat. l. vbi numerus. 12. ff. de teſtibus.
conſequens videtur, vt tamquam non haben-
tes qualitatem ſtatutariam non poſſint cenſeri
in eo comprehenſæ, vt eius vigore à fratris ſuc-
ceſſione excluſæ.

Tertiò, licet in eis concurrerent qualitates ſtatu-
tariæ, adhuc tamen nō viderentur a fratris ſuc-
ceſſione excluſæ, quia ſtatutum excludens fœ-
minam dotatam, aut maritatam intelligitur eā
excludere à ſucceſſione dotantis, non aliorum,
7 † ex doctrina Bald. in l. 1. num. 4. verſ. modo accidit,
quem ibi ſequitur Caſtr. nu. 4. C. de legit. hered. Caſt.
conſ. 83. nu. 5. & conſ. 91. num. 2. volum. 2. Socin. ſen.
conſ. 127. nu. 4. verſic. confirmatur & num. 5. vol. 4.
Roman. conſ. 485. nu. 2. verſ. & ſic apparet. Alexan.
conſ. 89. num. 6. vol. 1. Iaſ. in l. vt liberis. 17. num. 6.
verſ. adde. C. de collat. Dec. in l. pactum. 3. num. 8. C.
eod. Pariſ. conſil. 49. num. 17. vol. 3. Alb. conſ. 98. nu.
2. Gabr. conſ. 15. nu. 37. vol. 1. Cephal. conſ. 278. nu.
95. vbi teſtatur, hanc eſſe communem, tutam, & tenen-
dam, Anchar. lib. 3. quæſt. fam. quæſt. 33. num. 3. vbi
ait, hanc eſſe magis communem, Ant. Gabr. lib. 6. tit.
de ſtatu. concluſ. 5. num. 1. vbi ait, omnes Dd. in hoc
concurrere, Theſaur. decif. 62. num. 1. vbi pariter te-
ſtatur, hanc eſſe communem. Atqui in caſu noſtro
non fuerunt hæ ſorores dotatæ à fratre, ſed, aut
à patre, aut poſt eius mortem de bonis pater-
nis, quo caſu non poſſunt dici dotatæ à fratre,
cum dotare non dicatur, qui dotem de ſuo nō
dat, ſed de proprio ipſius fœminæ patrimonio,
8 † vt declarant Bald. in l. neque mater pro filia 14.
nu. 3. C. de iur. dot. Campeſ. in tract. de ſtat. loq. de
dot. quæſtio. 35. Soc. ſen. conſ. 121. num. 2. verſ. poteſt
etiam dici volum. 1. Iaſ. in l. vt liberis. 17. num. 6.
verſicu. facit, quod decidit. C. de collat. & in l. quo-
niam nouella. 29. num. 7. C. de inoffic. teſtam. Dec.
conſil. 589. nu. 7. in fin. & num. ſeqq. Curt. iun. conſ.
150. num. 10. Crauet. conſ. 142. num. 10. Honded.
conſil. 11. nu. 8. & 9. vol. 2. Surd. conſ. 192. num. 35.
Ergò non poſſunt cenſeri à fratris ſucceſſione
excluſæ.

Quartò demum, dato etiam, quod huiuſmo-
di ſtatutū excluderet ſorores à ſucceſſione fra-
tris, non tamen videtur eas excludere in caſu
noſtro ſtante, quod ſorores non ſunt ſolæ, ſed
præter eas ad ſunt etiam neptes ex fratre, nem-
pè ſorores D. Co. Io. Baptiſtæ, quæ non ſunt ex-
cluſæ: nam earum beneficio videntur etiam ſo-
rores defuncti ad ſucceſſionem admittendæ,
9 † l. 2. §. ſi ſit agnatus, & §. ſi ſit conſanguinea. ff. ad
Tertul. l. ſi. verſ. ſin autem. C. eadem. & docent Bart.
in l. 1. §. qui habebat. num. 4. ff. de bon. poſſ. contrat.
Bald. in l. ſi quis filium. 34. num. 10. C. de inoffic. teſt.
& in l. quicunque. 4. nu. 11. C. de ſeru. fugit. Colleg.
Peruſ. inter conſ. Ang. conſ. 210. num. 4. verſ. 3. &
videndum. Alex. in l. illam. 19. nu. 7. & 8. C. de coll.
& conſ. 17. num. 9. volum. 2. Barbat. conſ. 16. num.
1. verſ. & vt meis volum. 1. Iaſ. in l. ſi emancipati. 9.
num. 21. & ſeqq. C. de collat. & conſil. 130. num. 4.
verſ. in primis volum. 1. Ruin. conſ. 19. num. 4. conſ.
110. num. 13. verſ. ſed hoc etiam, & nu. 14. & conſil.
169. num. 13. & 14. volum. 3. Pariſ. conſ. 47. num.
73. & 74. volum. 3. Dec. conſ. 71. nu. 2. & conſ. 332.
num. 2. Ceph. conſil. 53. num. 101. Ant. Gabr. tit. de
ſucceſſ. ab inteſt. concluſ. 4. num. 9. Honded. conſil. 8.
num. 70. volum. 1. conſil. 2. num. 32. & ſeqq. conſ. 8.
nu. 24. & conſ. 12. nu. 15. volum. 2 Surd. conſ. 185.
num. 15. & hoc modo conſequi, quod per ſe ha
bere non poſſunt. vt in iure ſæpiſſimè contingit
10 † l. cum hæreditate. 55. ff. de acquir. hær. l. 3. §. ſi quis
ex liberis. l. ſi poſt mortem. 10. § fin. ff. de bon. poſſeſſ.
contrat. l. ſi communem. 10. ff. quemad. ſeru. amitt.
latiſſimè. Iaſ. in d. l. ſi emancipati. 9. num. 5. & ſeqq.
C. de collat. Illarum enim interuentus facit, vt
caſus cenſeatur mixtus, & per conſequentias
non comprehendatur in ſtatuto loquente de
11 caſu ſimplici, † vt ſcribunt Bald. in l. hac conſul-
tiſſima. 8. num. 7. C. qui teſtam. fac. poſſ. Roman. con-
ſil. 194. num. 4. Alexand. in rub. C. de iudic. num. 3.
Iaſ. in §. omnium. num. 29. inſtit. de actio. Ruin.
conſil. 114. num. 5. volum. 1. Pariſ. conſil. 54. nume.
28. volum. ſecundo. Natt. conſ. 463. num. 18. Decia.
conſil. 16. num. 37. volum. 1. Menoch. conſ. 11. nu.
5. & 20. conſil. 187. num. 27. & conſ. 678. num. 2.
Non eſſe autem ſorores Dom. Comitis Ioan.
Baptiſtæ à patrui ſui hæreditate excluſas, vide-
tur probari ex eo, quod aut volumus eas cen-
ſeri excluſas ex perſona propria, & hoc dicere
non poſſumus, quia ſtatutum in prima parte
loquitur de fœminis maritatis, cuiuſmodi non
ſunt omnes huiuſmodi ſorores, In cœteris
verò partibus non excludit fœminas, niſi à
ſucceſſione patris, de qua non agitur in caſu
noſtro, aut verò volumus cenſeri eas excluſas
ex perſona parentū, quaſi prouenientes a radice
infecta. Et multò minus hoc dicere poſſumus,
quia, cum deſcendant à maſculo, nempe à D.

Andrea fratre defuncti, non poſſunt haud du-
biè dici à radice infecta prouenire, ideoque,
licet ſtatutum excludat filiam, ſeu ſororem, &
deſcendentes ab ea, non tamen cenſetur ex-
12 cludere neptem ex filio, ſeu filiam fratris, † *ſe-
cundum Bald. in l. uenia. 2. num. 5. C. de in ius uoc.
quem ſequitur Soc. ſen. conſ. 122. num. 2. uolum. 3.*
Nec dicas, licet non excludantur verbis ſtatuti
debere tamen excludi inſpecta ratione con-
ſeruandæ agnationis, quæ ita in iis, vt in ſoro-
ribus militat, quia, cum hic tractemus de ſta-
tuto fęminarũ excluſiuo, quod cenſetur odio-
13 ſum, † *l. maximum uitium. 4. C. de lib. pręt. & ſcri-
bunt Bart. in l. 1. num. 33. C. de ſumm. trin. & fid.
Cath. Bald. in l. fin. nu. 2. C. und. leg. & in l. lege xij.
tab. 24. in 2. not. C. de legit. hær. Aug. conſ. 210. nu. 1.
Alex. conſ. 128. num. 1. uolum. 1. conſ. 7. num. 6. in
fi. & conſ. 115. num. 8. uo. fi. & prædicta uolum. 2.
Dec. conſ. 13. num. 7. uerſic. & quod ſtatutum, Soc.
iun. conſ. 1. num. 46. in fi. uolum. 1. ubi ait, hanc eſ-
ſe magis communem, Decia. conſ. 13. num. 21. conſ.
60. num. 41. uolum. 3. Surd. conſ. 85. num. 1.* non
poteſt in eo fieri extenſio de perſona ad perſo-
nam etiam ex identitate rationis, ſed debet re-
14 ſtringi ad perſonas in eo ſpecificatas, † *ut do-
cent Bald. in l. illam. 19. num. 1. C. de collat. & in l.
ſed & milites. 10. in prin. ff. de excuſ. tut. Pariſ. conſ.
45. num. 77. uolum. 3. Ant. Gabr. tit. de ſtatut. con-
cluſ. 7. in prin. & num. 21. Hyer. Gabr. conſ. 14. nu.
32. uolum. 1. & conſ. 100. num. 28. uolum. 2. Decia.
d. conſ. 13. nu. 16. & d. conſ. 60. nu. 42. uol. 3. Hond.
conſ. 57. nu. 70. uolum. 1. & conſ. 15. nu. 12. uol. 2.*

Prædictis tamen non obſtãtibus, diligenter,
& matura conſideratione perpenſis ſtatuti ver
bis, & inſpecta etiam mente ſtatuentium, con-
trariam ſententiam, tamquã de iure veriorem
amplector, & cenſeo, D. Co. Io. Bapriſtam,
non ſolum defuncti ſorores, & ſororum præ-
defunctarum filios, ac filias, ſed etiam ſorores
proprias ab illius hæreditate excluſiſſe.

Primùm enim, quod attinet ad ſorores de-
functi, res, meo iudicio, nullam in ſe dubitatio
nem habet, quia ſtatuti verba clara ſunt, ſiue
ſpectemus partem excluſiuam, ſiue incluſiuã:
nam in parte excluſiua comprehendit ſtatutũ
ſororem maritatam, & eam excludit etiam à
ſucceſſione fratris, non ſolum illis verbis, *in bo
nis eorum*, quę tamquam relatiua, & repetitiua
15 omnium ſupra expreſſorum, † *l. pluribus. 140.
in princ. ff. de uerb. oblig. & ſcribunt Ruin. conſ. 99.
num. 16. & conſ. 101. num. 9. uerſic. quia autem filij
uolum. 2. Pariſ. conſ. 103. num. 14. uol. 1. conſ. 18.
num. 32. & conſ. 86. num. 58. uol. 2. Ceph. conſ. 140.
num. 17. conſ. 269. num. 28. & conſ. 451. num. 131.
Roll. conſ. 79. num. 54. uolum. 3. & conſ. 97. nu. 23.
uolum. 4.* perindè habentur atque, ſi dictum eſ-
ſet, *non habeat facultatem petendi quicquam in
bonis patris, matris, fratris, & aliorum ſupra no-
minatorum*, ſed etiam apertius illis ſequentib.
nec de rebus mortui fratris: nam hæc loquuntur
in indiuiduo de ſucceſſione fraterna, & ſigni-
ficant, fœminam maritatam non poſſe quic-
quam petere de bonis fratris, & per conſequẽ-
tias ab illius inteſtati ſucceſſione repelli. In
parte verò incluſiua complectitur ſtatutum,
non ſolũ fratrem, ſed etiam filium fratris. Itaq;
excludit fęminam maritatã à ſucceſſione fra-
tris, non ſolum, ſi alter frater ſuperſit, ſed etiã,
ſi alterius fratris prædefuncti filius, vt in caſu
noſtro: Hoc enim denotant illa verba, *aduerſus
fratres, uel hæredes eorum*; nam verbum, hæredes,
non debet hic accipi de quibuſcunque hære-
dibus etiam extraneis, ſed de filijs, & deſcen-
dentibus, vt regulariter fit in materia ſtatuta-
16 ria, † *ſicuti oſtendunt Gabr. conſ. 10. nu. 5. & conſ.
11. num. 1. & ſeqq. uol. 2. ubi in fine conſilij teſtatur
ita ſæpius a Rota Romana fuiſſe decisum, & Crau.
conſ. 777. nu. 6.* quemadmodum, & in materia
17 feudali, † *cap. 1. §. & ſi clientulus. De alien. feud.
& ſcribunt gloſ. in l. ex facto. 17. §. fin. in uerb. ſine
hærede, & ibi Bart. num. 2. ff. ad Treb. Bart. in l.
Gallus. 29. §. etiam num. 4. ff. de lib. & poſth. Bald.
in l. etiam. 19. ff. ſolut. matr. Iaſ. in l. pro hærede. 20.
§. ſi quid tamen num. 9. ff. de acq. hæred. & alij paſ-
ſim*, nec non in conditione, ſi ſine hærede de-
18 ceſſerit adiecta fideicõmiſſo, † *d. l. ex facto. 17.
§. fin. ff. ad Treb.* aliiſque paſſim iuris articulis:
Alioquin enim, ſi acciperetur de hæredibus
etiam extraneis, neceſſariò reſultaret aliquod
abſurdum, quia, aut intelligeremus loqui ſta-
tuentes de hæredibus fratris, qui deceſſit ante
quæſitam alterius fratris hæreditatem, puta,
quia non erat ſuperſtes tempore mortis illius,
aut ſi erat ſuperſtes, deceſſit ante, quam illã
adiret, Et hoc poſito diſpoſitio ſtatutaria re-
maneret abſurda, & iniqua, quia deferret in-
teſtati ſucceſſionem iis, qui iure communi, neq;
ex propria perſona vocantur, nec ex perſona
defuncti, vtpotè, qui hæreditatem non aditam
19 ad eos non tranſmittit, † *l. un. §. in nouiſſimo C.
de cad. toll. l. ſi fratris. 3. l. quoniam ſororem. 7. C. de
iur. delib. l. 1. §. unde ff. ad Tertul. l. miles. 77. §. pro
parte ff. de leg. 2.* Itaq; præferret extraneos pro-
prijs defuncti cognatis contra omnem, & na-
turæ, & poſitiui iuris rationem, quod eſſet ab-
20 ſurdiſſimum, & iniquiſſimum, † *ut in his termi-
nis conſiderat Gabr. d. conſ. 10. nu. 3. & 19. vol. 2.*
Aut verò intelligeremus, eos loqui de hæredi-
bus fratris, qui deceſſit poſt aditã alterius fra-
tris hæreditatem, & hoc diſpoſuiſſe, vt ſorores,
nec contra fratres, qui adierunt, nec contra eo-
rum hæredes agere poſſint, Et ita intelligendo,
ſtatuti diſpoſitio (quatenus loquitur de hære-
dibus fratris) remaneret inutilis, & ſuperuacua,
nec vllũ prorſus effectum operaretur, quia, cũ
hæreditas adita tranſmittatur ad quoſcunque
21 hæredes, etiam extraneos, † *l. 3. §. 5. ff. de petit.
hæred. l. ſi quis filiumfam. 7. §. ult. ff. de acq. hæred. l.
liber homo. 59. §. ult. ff. de hæred. inſt.* & tranſmiſ-
ſio fiat cum omnibus iuribus, & qualitatibus
22 defuncto competentibus, † *l. ſi quis filiumf. 7.
§. 1. & ibi Bart. Ang. Caſtr. Alex. Iaſ. & alij com-
muniter not. ff. de acquir. hæred.* non eſſet dubi-
tandum, quin hæredes fratris, qui adiuit, ita
poſſent exceptione repellere ſororem ſtatuto
excluſam, vt frater ipſe viuens potuiſſet, etiam
ſi de iis non eſſet in ſtatuto facta mentio. Ita-
que verba illa, *vel hæredes eorum*, nihil diſpo-
nerent, quod iure communi cautum non eſſet,
& per conſequentias remanerent prorſus in-
23 utilia, quod eſſet abſurdum, † *ut in terminis ſta-
tuti ſcribunt Bart. in l. 3. §. prætor ait num. 15. ff.
de dam. inf. & in l. 3. in prin. num. 3. ff. de vſucap.
Pariſ. conſ. 49. nu. 54. vol. 1. Dec. conſ. 466. nu. 15.
conſ. 527. nu. 11. verſ. 2. reſpondetur, & conſ. 617. in
fin. Ceph. cõſ. 199. n. 29. Crau. conſ. 135. nu. 24. Men.
conſ. 3. nu. 7. conſ. 557. nu. 25. & conſ. 1007. nu. 40*

Nec dicas, ſatis operari denotando fęmina-
rum excluſionem non eſſe temporalem (prout
aliàs eſſe poſſet) ſed perpetuam, & tranſitoriã
in hæ-

in hæredes etiam extraneos, quia non tollit
hæc reſponſio vim fundamenti: nam, vt ex-
cluſio reddatur temporalis, requiritur expreſ-
ſio alicuius circunſtantiæ, quæ talem denotet
temporalitatem, puta quod in ſtatuto dicatur,
donec, vel, quandiù extabunt maſculi, aut
24 quid ſimile, † *vt declarant Bart. in l. fin. §. 1. n. 2.*
verſic. in contrarium ff. ad Tertul. Bald. in cap. 1.
§. quin etiam num. 3. Epiſc. vel Abb. in Auth. ſed
& ſi quis num. 6. & in l. in quibus. 7. colum. 2. verſ.
& intellige C. de ſec. nup. in l. ſi Pontionilla. 3. nu. 1.
C. quand. dies leg. ced. & in l. ſi quis poſthumos. 9. §.
1. colum. 2. verſic. Prædicta ff. de lib. & poſth. Alex.
in l. 2. num. 2. C. de lib. præt. & conſ. 29. num. 7.
volum. 1. Iaſ. conſ. 68. colum. 7. verſic. 2. reſpondе-
tur volum. 3. Socin. ſen. conſ. 33. num. 4. verſ. circa
tertiam volum. 3. Pariſ. conſ. 22. num. 23. & conſ.
23. num. 58. volum. 1. Dec. conſ. 87. num. 1. conſ.
330. ante num. 1. & conſ. 607. num. 16. Soc. iun.
conſ. 2. num. 35. & conſ. 31. num. 1. vol. 1. conſ. 52.
num. 5. verſic. & iſta concluſio volum. 3. Burſat.
conſ. 80. num. 8. Gabr. tit. de ſtatut. concluſ. 4. nu. 9.
Ceph. conſ. 251. num. 93. Menoch. conſ. 105. nu. 17.
& 75. Honded. conſ. 65. num. 54. volum. 1. Pereg.
conſ. 73. num. 2. vol. 3. Cœterùm, ſi huiuſmodi
verba ceſſent, nihil requiritur ad demonſtran-
dum excluſionem eſſe perpetuam, ſed ſufficit
maſculos adeſſe tempore mortis eius, de cuius
ſucceſſione tractatur, vt fœminæ perpetuò re-
maneant excluſæ, licet illi poſtmodum ſine
25 deſcendentibus moriantur, † *vt declarant Bart.*
in d. l. fin. §. 1. num. 2. verſic. ſed, ſi poneremus ff.
ad Tert. Bald. in d. cap. 1. §. quin etiam nu. 3. Epiſc.
vel Abb. in d. Auth. ſed, & ſi quis num. 6. & in d. l.
in quibus, 7. colum. 2. verſic. & intellige C. de ſec.
nupt. & in d. l. ſi Pontionilla. 3. num. 1. C. quand.
dies leg. ced. & in d. l. ſi quis poſthumos. 9. §. 1. col. 2.
verſic. Prædicta ff. de lib. & poſth. Alex. d. conſ. 29.
num. 7. volum. 1. Iaſ. d. conſ. 68. colum. 7. verſic. 2.
reſpondetur volum. 3. Soc. ſen. d. conſ. 33. num. 4.
verſic. nam, licet, & conſ. 50. num. 1. uolum. 3. &
conſ. 114. num. 4. uolum. 4. Pariſ. d. conſ. 22. nu. 16.
uolum. 1. & conſ. 43. num. 22. uolum. 2. Dec. d. conſ.
87. num. 1. & d. conſ. 330. ante num. 1. Soc. iun. d.
conſ. 2. num. 34. uolum. 1. Gabr. d. tit. de ſtatu. con-
cluſ. 4. num. 1. Burſat. d. conſ. 80. num. 9. Honded.
d. conſ. 65. num. 56. uol. 1. quia, vbi cauſa reſpicit
actū momentaneū, cuiuſmodi eſt actus ſucce-
dendi, ſufficit eam adeſſe tēpore, quo effectus
26 in eſſe producit, licet poſtea ceſſet. † *Ita not. de-*
clarant Bald. in l. generaliter. 41. nu. 4. & 5. C. de
Epiſc. & cler. Alex. in l. ſi, cū dotem. 23. §. ſi maritus
nu. 6. uerſ. ſed certè ff. ſol. matr. Soc. ſen. conſ. 81. nu.
15. & conſ. 84. nu. 11. uerſ. præterea ibi uol. 3. Dec.
conſ. 24. nu. 5. uerſ. non obſtat tertiū, Tiraq. in reg.
ceſſante cauſa limit. 23. nu. 1. Nec enim ceſſante
27 cā ceſſat effectus ſemel conſummatus, † *ut latè*
oſtendit Tiraq. in d. reg. ceſſante cauſa, limit. 12.
per tot. Ex quo ſequitur, illa verba, *uel hæredes*
eorum, nō poſſe non cēſeri inutiliter appoſita, ſi
intelligant de hæredib. fratris, qui adiuit quia,
& ſine iis centeretur ſucceſſio cū oī ſua qualita
te ad hæredes tranſmiſſa, *ut ſupra dictum eſt.*
Ne igitur aliquod abſurdum ſequatur, debe-
mus potius interpretari verbum, hæredibus,
pro filiis, & deſcendentibus, quam pro extra-
neis, quia in dubio facienda eſt ſtatuti interpre-
28 tatio, per quam abſurdum euitatur, † *ut ſcribūt*
Bart. in l. omnes populi. 9. num. 58. uerſic. de mente
ff. de iuſt. & iur. & in l. non dubium. 5. num. 12. C.
de legib. Alex. conſ. 134. num. 25. uolum. 6. Ruin.
conſ. 138. num. 13. & 14. in fi. uolum. 5. Gabr. conſ.
10. num. 1. uolum. 2. Alcia. conſ. 4. num. 7. lib. 9.
Natt. conſ. 266. num. 4. Roll. conſ. 24. num. 10. uol.
3. Oſaſ. deciſ. 59. num. 8. Honded. conſ. 6. num. 5.
uolum. 1. & conſ. 1. nu. 95. & 98. uolum. 2. Menoc.
conſ. 3. num. 25. uerſ. Non obſtat quintum, & conſ.
247. num. 17. Maximè, cùm talis interpretatio
ſit congrua menti, & finali intentioni ſtatuen-
tium, quippè, quæ eſt, vt bona conſeruentur in
agnatione, *ſicuti poſtea demonſtrabo*; nam, cùm
huiuſmodi ratio militet etiam in filio fratris,
veriſimile eſt, eos voluiſſe etiam illi proſpice-
re, & conſequenter excludere fœminas, non
ſolum, ſi ſuperſit frater, ſed etiam, ſi fratris fi-
lius. Quamobrem de eo eſt accipiendum ver-
bum, hæredes, quia in dubio ſumenda eſt ea
interpretatio, quæ magis congruit cum inten-
29 tione ſtatuentium, ſeu diſponentium, † *ut ſcri-*
bit Gabr. d. conſ. 10. num. 9. uolum. 2. Quinimò,
licet de hæredibus, ſeu filiis fratrum non eſſet
facta mentio, adhuc tamen illi cenſerentur in
parte incluſiua comprehenſi, quia, cùm ſtatu-
tum in hac parte cenſeatur fauorabile, & latā
30 recipiat interpretationem, † *ut declarant Bald.*
in l. uenia. 2. nu. 4. & ibi Alex. num. 5. & Iaſ. nu. 4.
C. de in ius uoc. Iaſ. in l. qui exceptionem. 40. nu. 1.
uerſic. Breuiter ff. de cond. ind. ubi teſtatur hanc eſ-
ſe magis communem Soc. ſen. conſ. 122. nu. 2. uol. 3.
Burſat. conſ. 208. num. 5. & 18. uerſic. Tertium,
Honded. conſ. 12. num. 18. & conſ. 13. nu. 41. uol. 1.
& conſ. 7. num. 4. uolum. 2. fit, vt etiamſi exclu-
dat filiam propter filium, aut ſororem propter
fratrem, intelligatur tamen velle eam exclu-
dere etiam propter nepotem, ſeu filium fratris,
31 † *Ita Bart. in l. liberorum. 220. num. 12. ff. de uerb.*
ſign. Bald. in d. l. uenia. 2. num. 4. & ibi Alex. nu. 5.
Iaſ. nu. 4. uerſic. prima eſt, Dec. nu. 6. & alij commu-
niter C. de in ius uoc. Caſtren. d. l. qui exceptionem.
40. nu. 4. & 5. ff. de cōd. ind. Soc. ſen. d. conſ. 122. nu.
2. uol. 3. Curt. iun. conſ. 5. nu. 24. uerſic. Poſtremo.

Nec eſt, quod aliquis reſpōdeat, hæc potuiſ-
ſe habere locum, ſi in ſororibus, de quibus agi-
tur, verificarentur qualitates a ſtatuto requi-
ſitæ, quæ tamen non verificantur, ſcilicet quia
non fuerunt omnes maritatæ viuis parentibus,
vt requirit ſtatutum illis verbis, *ſeu ipſis exiſten-*
tibus a fratre patris, uel ab auia paterna, ſeu a fra-
tre, ſed fuerunt maritatæ poſt mortem patris,
quia verius eſt, imo qualitates omnes in eis
verificari: nam, aut conſideramus ſimplicem
illam qualitatem, quam ſtatutum requirit, vt
ſcilicet fœminæ ſint maritatæ tempore mortis
eius, de cuius hæreditate tractatur, Et hæc ſine
dubio concurrit, quia tempore mortis D. Re-
ferendarii omnes quinque ſorores erant mari-
tatæ, imo tres ex iis iam erant præmortuæ reli-
ctis nepotibus, ac neptibus. Aut verò qualitatē
hanc non ſimpliciter conſideramus, ſed qua-
tenus eſt coniuncta cum perſona, quæ fœminā
nuptui tradit, Et hæc ſimiliter concurrit, non
ſolum reſpectu triū ſororum, quæ fuerunt ma-
ritatæ à patre, vipote in quibus haud dubiè ve-
rificant illa ſtatuti verba, *maritata a patre*, ſed
ēt reſpectu aliarū, quæ poſt mortē patris fuerūt
in matrimoniū collocatæ: nā, cū fuerint mari-
tatæ a matre cōſequens eſt, vt cēſeantur verbis
ſtatuti comprehēſæ, quippè, ꝗ ēt de iis loquit̄,
vt patet ex illis verbis, *maritata a patre ſiue ma-*
tre: Dictio enim illa, ſiue, non ſtat coniunctiuè,

32 ſed diſiunctiuè, † *l. ſi quis ita ſtipuletur.63.& ibi Bart. num.1. Iaſ. num.2. ff. de verb.oblig. l. generali 13. C. de ſacroſ. Eccl. & ſcribit Bart. in l.1. num.13. ff. de cond. & dem. & in l. ſi quis ita 32. num.1. ff. de aur. & arg. leg.* Itaque ſignificat, ſatis eſſe, ſi fœminæ, vel à patre, vel poſt eius mortem à matre nuptui ſint traditæ, vt locum habeat ſtatuti diſpoſitio. Deindè verò, licet non à matre, ſed à fratribus fuiſſent marito copulatæ, adhuc tamen cenſerentur ſtatuti verbis comprehenſæ, quia ſtatutum loquitur etiam de maritatis à fratre, vt apparet ex illis verbis, *a fratre patris, vel ab auia paterna, ſeu à fratre*.

Nec obſtant illa verba, *ipſis exiſtentibus*, quæ videntur denotare, fœminas à fratre maritatas ita demum ſtatuto contineri, ſi fuerint maritatæ viuis iis, de quibus ſupra fuerat facta mẽtio, & ſic viuis patre, matre, & auo paterno, ſupra nominatis, cum alioquin hæ duæ ſorores fuerint maritatę poſt mortem patris, & ſic ipſo non exiſtente, quia pro reſolutione huius obiectionis, in qua videntur aduerſarij magnum ſuæ intentionis fundamentum, ac veluti præſidiũ collocaſſe, diligenter in primis animaduertendum eſt, illa verba, *ipſis exiſtentibus*, non determinare omnes clauſulas ſequentes, ſeu perſonas poſtea enumeratas, ſed tantùm illas, *a fratre patris, vel ab auia paterna*, quę immediatè ſequuntur non etiam illam, *ſeu a fratre*, quę poſtea ſubiicitur: Nam huiuſmodi ſtatutum in parte qualificatiua multas habet clauſulas continentes enumeratione perſonarum, à quibus fœmina traditur in matrimonium, quæ, quatenus concipiuntur per dictionem, ſeu, aut, ſiue, cenſentur æquè principales, & à cœteris principaliter diſtinguuntur, propter naturam illarum dictionũ, ſeu, aut, ſiue, quæ eſt, vt, quoties ponuntur inter res aut perſonas diuerſas,
33 ſtent alternatiuè, † *ſi ita quis ſtipuletur.63.& ibi. Iaſ. nu.3. ff de verb. oblig. Bert. conſ.82. nu.7. vol.1. part.1. Soc. iun. conſ.41. nu.34. vol.3.* & ſic diſiunctiuè, non ſolũ, quoad verba, ſed etiam, quoad
34 ſenſum, † *vt declarat Iaſ. in d. l. ſi quis ita ſtipuletur.63. num.3. ff. de verb. oblig.* & hoc modo denotent orationem æquè principalem, vt eſt al-
35 ternatiuæ natura † *l. ſi duo rei 128. ff. de verb. oblig. cum ſimilibus.* Itaque, dum ſtatuentes ita loquuntur, *Fœmina tradita in matrimonium, ſiue maritata a patre, ſiue a matre, ſiue ab auo paterno, ſeu ipſis exiſtentib. a fratre patris, vel ab auia paterna, ſeu à fratre*, hoc cenſetur voluiſſe, vt fœmina nõ ſuccedat, ſi habeat vnam ex quinque qualitatibus, nempè, quod fuerit maritata à patre, vel à matre, vel ab auo paterno, vel quarto loco à fratre patris, aut auia paterna, vel etiam quinto loco à fratre ſuo. Sed, quod quarto loco dixerunt de maritata à fratre patris, vel ab auia paterna noluerunt procedere ſimpliciter, ſed ita demum, ſi collocatio fuerit ab iis facta ſuperſtitibus patre, matre, aut auo paterno, non etiam, ſi poſt illorum omnium mortem. At, quod quinto loco ſubiecerunt de maritata à fratre, non habet eandem qualitatem, & conditionem, ſed procedit ſimpliciter, quia, cum ponatur in clauſula æquè principali, non recipit qualitates, & conditiones in
36 aliã æquè principali expreſſas, † vt probatur *l. fin. §. Seio ff. de leg.2.* vbi, cum teſtator ita legaſſet, *Seio, ſi mihi hæres non erit, & vxori eius Marcellæ quindecim dari volo*, ſcribit Scœuola, vxorem habituram ſuam partem legati, etiamſi Seius teſtatoris hæres extiterit. Itaque habet in confeſſo, conditionem adiectam Seio, & ſic vni ex coniunctis non cenſeri in perſona alterius coniuncti, nempè vxoris repetitam, *quod etiam ibi not. Bart.* Et hoc ideo, quia fuerunt coniuncti per clauſulas æquè principales, ob naturã illius copulæ, &, q̃ eſt, vt æquè prin-
37 cipaliter cõiungat, † *l. ſi cui fundũ 5. & ibi Bart. num.1. ff. de fund. inſtr. Bart. in l. Titia textores. 36. §. nihil num.1. & ibi Iaſ. num.1. & 3. ff. de leg.1. Bart. in Auth. ingreſſi num.15. C. de ſacr. eccl. Nat. conſ.573. num.14. Oſaſ. conſ.17. num.16. Pereg. de fid. artic.16. num.71. & conſ.45. num.4. volum.3. Surd. conſ.471. num.42.* Ergo arguendo à ſimili, cum etiam in caſu noſtro clauſulæ conceptæ per dictionem, ſeu, aut, ſiue, ſint æquè principales, *vt ſupra dictum eſt*, ſequitur, idem eſſe dicendum, vt ſcilicet illa conditio, quæ denotatur illis verbis, *ipſis exiſtentibus*, quippè, quæ ſecundum ablatiuorum abſolutorum naturã
38 in cõditionem reſoluuntur, † *l. a teſtatore.108. & ibi Bart. num.1. ff. de cond. & dem. & ſcribunt Ruin. conſ.121. nu.3. vol.3. Pariſ. conſ.81. nu.7. volum.1. Dec. conſ.89. num.2. conſ.383. num.3. & conſ.466. num.18. Roll. conſ.82. num.5. volum.1. Bec. conſ.39. num.18. vol.1. Surd. conſ.236. num.3. Pereg. conſ.9. num.20. vol.2.* adiecta vni clauſulæ non cenſeatur in altera æquè principali repetita, & per conſequentias determinet quidem perſonas enumeratas in illa clauſula, quæ regitur ab eadem dictione, ſeu, nempè fratrem patris, & auiam paternam, ſed non illam, quæ enumeratur in alia clauſula ſequenti poſita æquè principaliter, nempè fratrem ipſius fœminæ, de cuius excluſione diſputatur. Prætereà dato etiam citra veri præiudicium, quod illa verba, *ipſis exiſtentibus*, non ſolum determinarent clauſulam immediatè ſequentem, ſed etiam alias remotiores, & per conſequentias, quod deberent etiam referri ad collocationẽ in matrimonium, quę fieret à fratre ipſius mulieris, vt putant aduerſarij, non tamen ex hoc ſequeretur, ſorores poſt mortem patris maritatas non habere qualitatem à ſtatuto requiſitam, quoniam illa verba, *ipſis exiſtentibus*, nõ ſunt accipienda coniunctim, quaſi fœmina à fratre maritata ita demum cenſeatur ſtatuto comprehenſa, ſi tempore matrimonij erant ſuperſtites pater, mater, & auus paternus, ſed ſunt accipiẽda diſiunctim, ita, vt ſufficiat, vnũ ex iis tunc temporis fuiſſe viuum, quod patet ex eo, quia, cum ſtatutum diſiunctiuè loquatur reſpectu ipſorum parentum per ſe dotantium, ſeu filiam in matrimonium collocantium; vt apparet ex illis verbis, *à patre, ſiue matre, ſiue ab auo paterno*, cum dictio, ſiue, ſit diſiunctiua, *vt ſupra dictum eſt*, conſequens eſt, vt etiam diſiunctiuè ſit accipiendum reſpectu illorum, qui nomine, ſeu contemplatione ipſorum parentum videntur in matrimonium collocare, vt ſunt frater patris, & auia paterna; & verò etiam (ſecundum aduerſarios) frater ipſius mulieris: nã, qui alterius noĩe, vel contẽplatione facit, cẽſetur eodem iure, quo is, cuius
39 noĩe vel cõtẽplatione facit, † *c. ſane 11. de off. & pot. Iud. deleg. l.1. §.1. ff. quis, & a quo app.* Itaq; quẽadmodũ collocatio à ſolo patre facta excluderet filiam à ſucceſſione, ita ẽt excludere

debet

debet collocatio facta ab alio in eius vita, qua-
ſi facta nomine, ſeu contemplatione ipſius, li-
cet alij parentes non fuerint ſuperſtites. Quod
mihi videntur ſtatuentes ſequentibus illis ver-
bis, *vel voluntate alicuius eorum*, ſignificaſſe,
quippè quibus declarant, non requiri volunta-
tem, & per conſequentias nec ſuperexiſten-
tiam omnium ſupra nominatorum, vt diſpoſi-
tioni ſtatutariæ fiat locus, ſed ſufficere volun-
tatem, & ſuperexiſtentiam vnius eorum, pro-
pter naturam illius dictionis, alicuius, quæ eſt,
40 vt verificetur in quocunque † *vt ex doctr. glo.
in clem. vnic. in verb. aut earum parte docuerunt
Alex. in auth. ex cauſa. num. 16. verſic. pro iſta opi-
nione, & ibi Iaſ. num. 3. verſi. Tu ſtrictius. C. de lib.
præt. Soc. ſen. conſ. 275. num. 14. verſ. & ad illam
vniuerſalem. volum. 2. Gozad. conſil. 27. nu. 8. verſ.
4. Crauet. conſil. 294. num. 3. in fin. & conſil. 308.
num. 4. verſic. ſimiliter. Tiraq. in l. ſi vnquam. 8. in
verb. omnia. num. 14. C. de reuo. donat. Menoc. cōſ.
323. num. 40. in fin. conſ. 502. num. 27. conſil. 1007.
num. 26. & conſil. 1105. num. 11.* Cùm igitur ſo-
rores nuptę poſt mortem patris fuerint à fratre
maritatæ viua matre, conſequens eſt, vt in eis
cenſeatur verificata qualitas ſtatutaria, quo-
niam & ipſæ fuerunt à fratre maritatæ exiſten-
te vno ex parentibus, & ex vnius eorum vo-
luntate.

Deniquè non eſt, quod aliquis obiiciat, hu-
iuſmodi ſorores, etiamſi fuerint maritatę à ma
tre, & fratribus, non tamen comprehendi ſtatu-
to, quia, quatenus ſtatutum loquitur de mari-
tata, non eſt ſimpliciter intelligendum de actu
collocationis in matrimonium, ſed de colloca
tione cum dotatione cōiuncta: Maritare enim
in hoc ſtatuto dicitur, qui fœminam collocat
41 in matrimonium conſtituta dote, † vt patet ex
illis verbis, *quæ eam ex bonis paternis nupſerit*,
quippè quæ oſtendunt, nuptui traditionem
intelligi coniunctim cum datione bonorum.
Vnde, cum in caſu noſtro, nec mater dotem
conſtituerit, nec fratres, ſed dos fuerit conſti-
tuta à patre in teſtamento, conſequens videri,
vt non poſſint dici maritatæ à matre, vel fratre,
quia reſpondeò, imo ſufficere, dotationem eſ-
ſe factam à matre, vel fratre, vel aliquo alio
ex nominatis in ſtatuto de bonis paternis ipſius
fœminæ, vt ab omnium ſucceſſione excluſa
intelligatur: Nam hic diligenter animaduer-
tendum eſt, non verſari nos in terminis, in qui-
bus dubitari poſſit, an dotata ab vno cenſeatur
etiam ab aliorum non dotantium ſucceſſione
excluſa, quia circa hoc verba ſtatuti clara ſunt;
Excludunt enim dotatam ab vno à ſucceſſio-
ne omnium ſupra expreſſorum, vt patet ex illis
verbis, *non habeat facultatem ipſa, vel heredes eius
requirendi, vel petendi quicquam plus in bonis
eorum*: Dicto enim, eorum, eſt relatiua, & re-
42 petitiua omnium ſupra expreſſorum † *vt ſupra
dictum eſt*. Itaque ſignificat, dotatam ab vno
ex ſupra nominatis, puta à patre excludi à ſuc-
ceſſione omnium ſupra expreſſorum, & ſic à
43 ſucceſſione patris, matris, & fratris, † vt in ſi-
milibus terminis de ſtatuto excludente à ſuc-
44 ceſſione prædictorum † *ſcribunt Roll. conſil. 24.
num. 10. verſic. ſed præmiſſis. volum. 3. & Theſ. de-
ciſ. 62. num. 4.* Quinimò hoc apertiùs declarant
illa verba ſequentia, *nec de rebus mortui fra-
tris*; propter naturam illius dictionis, nec,
45 quæ, cum ſit implicatiua. † *l. ſacra loca. 9. §.
pen. vbi gloſ. in verb. nec reficere. ff. de rer. diui. l.
nec emancipati. 15. & ibi gloſ. in verb. nec eman-
cipati. & Dec. num. 2. Cod. de colla. l. nec auus. 4.
vbi gloſ. in verb. nec auus. C. de eman. lib. l. nec
nos. 4. & ibi glo. in verb. nec nos. Cod. de poſtl. re-
uerſ. Iaſ. in l. miles. 6. num. 18. ff. de re iudic. Pa-
riſ. conſil. 36. num. 9. volum. primo. Honded. con-
ſil. 14. num. 81. volum. 2. Menoch. conſil. 276. nu.
11. & conſil. 542. num. primo*, ſignificat, dota-
tam à patre, non ſolum non poſſe plus petere
46 de bonis ipſius, ſed neque de bonis fratris, † *vt
in ſimili ſtatuto declarat Curt. iun. conſil. 65. num.
3. verſic. præterea, & fortius.* Denique dictio,
47 nec, eſt copulatiua † *l. ſi quis ita ſtipulatus 129.
& ibi Bartol. nōt. ff. de verborum obligat. & ſcri-
bunt glo. in §. quod autem in verb. ſed, ſi nec, &
ibi Bartol. num. 12. Auth. de fideiuſſ. collat. 1.
Bartol. in l. ſæpè 53. num. 3. ff. de verborum ſi-
gnificat. & in l. quidam teſtamento 30. num. 2. ff. de
vulg. Ang. de Gamb. conſil. 89. num. 8. Soc. ſen. conſ.
10. num. 6. volum. 3. Ruin. conſil. 120. num. 7. vol.
2. Dec. in d. l. nec emancipati. 15. num. 3. Cod. de
collat. Pariſ. conſil. 36. num. 9. & conſil. 111. num.
25. volum. 1. Soc. iun. conſil. 8. num. 23. volum. 1.
Roll. conſil. 80. num. 56. volum. 3. Honded. conſil.
14. num. 81. volum. 2.* & generaliter verum eſt,
dotatam ab vno excludi etiam ab aliorum nō
dotantium ſucceſſione, quoties ſtatutum in
48 parte excluſiua copulatiuè loquitur, † *vt ſcri-
bunt Caſtr. conſil. 91. num. 3. verſi. ſed, ſi diceret vol.
2. Pariſ. conſil. 49. num. 17. volum. 3. Aleia. conſil. 1.
num. 51. verſic. vel, cum ſtatutum, & conſil. 5. num.
11. verſic. idem, quando ſtatutum, & num. 12. lib. 2.
Roll. conſil. 24. num. 12. verſic. ſed, ſi diceret volum.
3. Bec. conſil. 53. num. 3. volum. 1. Surd. conſil. 100.
num. 9. & conſil. 426. num. 13. in fin. Theſ. d. deciſ.
62. nu. 7.* Et, quamquam ſecundum multorum
ſententiam idem iuris ſit, cum loquitur alter-
49 natiuè, † *vti videre eſt apud Ceph. conſil. 578. num.
15. Anchar. lib. 3. quæſt. fam. quæſt. 33. num. 8. verſ.
quando namque, Alb. conſil. 98. num. 4. Theſ. deciſ.
62. num. 5. vbi teſtatur, hanc eſſe communem*, tamē,
cum copulatiuè, vt in caſu noſtro, res minorem
50 habet dubitationem, † *ut ait Theſ. ibi. num. 7.*
quia etiam ij, qui contrariam ſequuntur opi-
nionem, quoties alternatiuè loquitur, faten-
51 tur excludi, ſi loquatur coniunctiuè, † *vti vi-
dere eſt apud Pariſ. d. conſil. 49. num. 17. volum. 3.
Bec. d. conſil. 53. num. 3. volum. 1. & Surd. d. conſil.
100. num. 9. & d. conſil. 426. num. 13. in fin.* Deni-
que in caſu noſtro rem extra omnem dubita-
tionem ponunt illa verba, *qui eam ex bonis pa-
ternis nupſerit*, quippè; quæ declarant, etiam ſi
dotatio ſit facta ab vno ex ſupranominatis de
bonis paternis, nihilominus hoc ſufficere, ad
excludendam fœminam ab aliorum ſucceſſio-
ne. Circa quæ verba illud diligenter animad-
uertendum puto, colligi ex iis, huiuſmodi ſta-
tutum fuiſſe à pluribus compoſitum, & varias
(ſecundum variorum opinionem) recepiſſe
apoſtillas: nam, cùm prius ita ſimpliciter fuiſ-
ſet conceptum, *non habeat facultatem ipſa, vel
heredes eius requirendi, vel petendi quicquam plus
in bonis eorum, quàm quod habuerit, &c.* fuit ab ali-
quo facta poſt illa verba, *in bonis eorum*, huiuſ-
modi additio, *nec de rebus mortui fratris, qui eam
ex bonis paternis nupſerit*, ad euitandā fortaſſis il-
lā controuerſiā, utrùm ſufficiat, dotari fœminā
à fratre de bonis paternis, vt & à patris autea de-
functi ſucceſſione repellatur, *de qua mox dicemus*.

Digitized by Google

Poſtea ſuperuenit tertius, qui aliā apoſtillā inter ponendo his verbis, *aduerſus fratres, vel hæredes eoru, nec aduerſus hæredes aut paterni, neq; herbani, neque fratris, neque auia materna*, effecit, vt illa, *qui tamen ex bonis patris nupſerit*, non congruant cum immediatè præcedentibus, ſed neceſſariò ſint referenda ad illa remotiora, *nec de rebus mortui fratris*, vt ſenſum habeant latinitati congruentem. Sed, quocunque modo intelligantur, ſemper verum eſt, ea denotare, ſatis eſſe fœminam ab vno maritari, & dotari de bonis paternis, vt ab omnium ſucceſſione repellatur. Quam in rem faciunt etiam ea, quæ de ſecundo, & tertio capite ſtatuti dicemus, cum de ſororibus D. Comitis Io. Baptiſtæ loquemur: nam ea militant etiam in ſororibus defuncti, de quibus proinde nō eſt dubitandū, quin cenſeantur virtute huius ſtatuti à fratris ſucceſſione excluſæ, Maximè ſtante obſeruantia ſubſecuta, q̄ eſt optima ſtatutorū

52 interpres, † *vt ſcribunt Crau. conſ.201. num.11. Ceph. conſ.39. num.11. & conſ.323 num.67. Bec. conſ.101. num.49. circa medium vol.1. Honded. conſ.6. num.32. verſic. &, quod ex obſeruantia volum.1. & conſ.1. num.36. volum.2. Surd. conſ.470. num.20.* Nam, (vt in facto ſupponitur, & ni fallor, probatum eſt) cum Niciæ frater moritur inteſtatus nullis relictis liberis; ſed tantū fratribus, & ſororibus nuptis, ſoli fratres ſine controuerſia diuidunt hæreditatem excluſis penitus defuncti ſororibus: Quinimo hoc in indiuiduo ſeruatum eſt à D. Referendario, de cuius hodie ſucceſſione diſputatur, & eius ſororibus in alterius fratris prædefuncti ſucceſſione: nam, cum tres eſſent fratres, & quinq; ſorores, & ex fratribus D. Io. Paulus ſine filijs, & inteſtatus deceſſiſſet, eius hæreditatem ſoli fratres ſuperſtites, nempe Don Andreas pater D. Comitis Ioan. Baptiſtæ, & D. Io. Baptiſta Referendarius, de cuius hæreditate tractatur, inter ſe diuiſerunt, nec vlla vnquam ex ſororibus (tametſi nobiliſſimus omnes eſſent nuptæ viris, quorum aliqui iam tunc temporis erant in dignitate, & poteſtate conſtituti) partem ſucceſſionis ad ſe pertinere contendit. Ex hac igitur ſingulari obſeruantia à 40. annorum taciturnitate deducta intelligimus eas, ſeu earum maritos pro indubitato habuiſſe, ſorores non poſſe cum fratribus, vel hæredibus eorum in ſucceſſione fratris inteſtatò defuncti concurrere vigore ſolius ſtatuti Nicienſis, quia alioquin veriſimile non eſt, fuiſſe eas cōmodi quærendi oblatam occaſionem ſpreturas.

Secūdo verò, nō ſolū ſorores remanēt huiuſmōdi ſtatuto excluſæ à ſucceſſione fratris, ſed etiam ſororum prædefunctarū filij, & filiæ, vt patet.

Primò ex illis verbis, *non habeat facultatem ipſa, vel hæredes eius requirendi, vel petendi quicquam plus in bonis ſortem, &c.* nam verbum, hæredes, accipitur hic; vt & in verbis ſequentibus de filijs, & deſcendentibus, *vt ſupra dictum eſt*, & ſic de ijs, qui veniunt ex perſona propria, & iure repræſentationis, non de ijs, qui veniunt ex perſona matris, & iure tranſmiſſionis, quia aliòquin ſtarent inutiliter. Quis enim dubitat, quin hæredes fœminæ à ſucceſſione excluſæ cenſeantur, & ipſi excluſi? cum nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habeat. *l. nemo plus iuris 55. ff. de reg. iuris*; & ceſſet tranſmiſſio, quoties defunctus eſt à ſuc-

53 ceſſione excluſus, † *l. cū acutiſ. ſi tamen C. de bon. qui ant. ap. auth. l. ſi quis filium 34. verſ. niſi pater, C. de Inoff. teſta. Etiam his terminis arguit Gabr. d. conſ.10. nu.21. & 25. verſ. & q̄ hæc aſſertio vol.2.*

Secundò probatur hoc ipſum illis verbis, *vel mater pro ipſa*, quippè, quæ ſignificant, dotē matri datam, non ſolum ipſam à ſucceſſione excludere, ſed & filiam eius, tametſi non dotatam; quia mater pro ipſa dotē habuiſſe intelligitur.

Tertiò, licet ſtatutum, nec de hæredibus, nec de filia mentionem feciſſet, adhuc tamen cenſerentur ab hæreditate excluſi oēs prænominatarum ſororū deſcendētes, quia ſtatutum excludens fœminam cenſetur per conſequentias excludere eius filios, & filias, ac cæteros om-

54 nes deſcendentes, † *vt de filiabus ſcribunt Bald. in l. venia. 2. num.5. & ibi Dec. num.7. C. de in ius voc. Bald. in l. maximum vitium. 4. num.1. C. de lib. præt. Ang. in § . reſiquum num.4. auth. de hæred. ab int. ven. coll.9. Caſtr. in l. qui exceptionem 40. num.5. ff. de cond. ind. & in l. illam. 19. num.9. C. de collat. Alex. conſ.89. num.7. vol.6. Ruin. conſ.143. num.9. volum.2. & conſ.140. num.16. volum.3. Abb. conſ.75. num.6. lib.1. Dec. conſ.634. num.5. Molin. de primogen. Hiſp. lib.3. cap.5. num.41. Menoch. conſ.235. num.24. Surd. conſ.85. nu.10. verſ. Attamen, & conſ.185. num.3. De filijs verò Bart. in l.1. § . videndum num.3. ff. ad Tert. & in l. liberorum. 220. nu 14. & ibi Alcia. num.11. ff. de verb. ſign. Roma. conſ.40. num.4. Soc. ſen. conſ.31. num.2. verſ.3. vol.1. Alex. in d. l. illam 19. num.7. C. de collat. Ruin. conſ.120. num.2. & 13. verſic. & probatur hoc etiam volum.1. & conſ.151. num 6. vol.2. Pariſ. conſ.94. num.34. volum.3. Curt. iun. conſ.5. num.34. Soc. iun. conſ.69. num.25. & 26. volum.3. Ceph. conſ.5. num.18. & conſ.470. nu.23. Tiraq. de iure primog. q.12. num.12. Nat. conſ.581. nu.26. Burſa. conſ.302. nu.26. Surd. conſ.133. nu.21. Men. conſ.111. num.1. & conſ.318. num.21. Et generaliter de omnibus deſcendentibus Bald. in d. l. maximum vitium. 4. num.1. verſic. præterea iſta neptis C. de lib. præt. Caſtr. in d. l. qui exceptionem 40. num.5. ff. de cond. ind. Alex. in d. l. illam 19. num.7. C. de collat. & conſ.89. num.19. volum.3. Ruin. conſ.143. num.9. volum.2. & conſ.15. nu.10. volum.3. Pariſ. d. conſ.94. num.34. volum.3. Molin. de primog. Hiſp. d. lib.3. cap.5. nu.41. Bec. conſ.107. nu.2. vol.1. Burſat. d. conſ.302. nu.36. Surd. d. conſ.85. num.11. conſ.535. num.45. & conſ.479. num.12. Menoch. d. conſ.234. num.44.* cum generale ſit, vt prohibito vno ſuccedere cenſeantur etiam prohibiti omnes, qui ab eo

55 deſcendunt, † *l. vlt. in fi. C. de inut. ſtip. § . ſi igitur defunctus verſic. ex diuerſo Auth. de hæred. ab int. ven. coll.9. & docent Ang. in § . reliquum. num.4. eod. tit. Dec. conſ.85. in fi. conſ.471. num.7. conſ.484. num.2. conſ.589. num.6. & conſ.634. nu.5. Cran. conſ.127. num.4. Tiraq. de iure primog. d. q.12. num.16. Bec. d. conſ.107. num.2. Surd. d. conſ.85. nu.10. in fi. & d. conſ.185. nu.3. Molin. de primog. Hiſp. d. lib.3. cap.5. nu.41.* Alioquin enim melioris eſſent cōditionis deſcendentes quàm parentes, quod eſſet abſurdum, *l. ſi pius mater. 3. verſic. nam licet C. de bon. mat.* [illegible]

Nec obſtat, q̄ ſtatutū in prima parte non excludat, niſi fœminas maritatas, & ex iſtis filiabus ſororū prædefunctarū aliqui nō nullæ, quæ tempore mortis D. Referēdarij nō erant maritatæ; quià reſpondeo, qualitatem inducentem excluſionem

ſionem non eſſe conſiderandam inſpecta per-
ſona ipſorum deſcendentium, ſed inſpecta
perſona matris: Sufficit enim matrem debuiſ-
ſe cenſeri excluſam, ſi viueret, vt ipſius deſcen-
dentes intelligātur excluſi, etiamſi in ipſis de-
ſcendentibus non concurrant qualitates à ſta-
tuto requiſitæ, quia ſatis dicuntur habere eas
qualitates eo, quod deſcendunt à fœmina ta-
56 les qualitates habente, † *vt declarant Purpur.*
conſ.4:6.num.2. vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem,
& communiorem, Gabr.conſ.153.num.16.volu.1.
Ceph.conſ.5.num.13.verſ.& quamuis, & conſ.470.
num.27. Nat.conſ.581.num.34. Surd.d.conſ.85.
num.36. vbi ait opinionem contrariam eſſe repro-
batam. & vix in foro poſſe obtinere, & dict.conſ.
185.num.4 & 16. vbi ait, ſe non ſequi contrariam
opinionem, & conſ.355.num.49. & 50. vbi pariter
teſtatur hanc eſſe veriorem, & receptiorem; Cuius
ſententiæ fuerunt ēt *Bart.in l.liberorū.220.num.*
14 ff. de verbor.ſignif. Iſer. in cap.1.num.17.verſ.
Item, ſi repellitur, De nat.ſucceſſ.feud. Nat.dicto
57 *conſil.581.num.26. & alij* dicentes † ſtatutum
excludens filiam dotatam cenſeri etiam ex-
cludere nepotem ex ea: ſentiunt enim haud
dubiè excludi deſcendentes, etiamſi non ha-
beant qualitatem ſtatutariam, quia in propo-
ſito qualitas dotationis nepoti, tamquam ma-
ſculo non congruit.

Quartò demum, cum huiuſmodi ſtatutum
ſit conditum fauore agnationis, vt ſcilicet bo-
na in agnatione conſeruentur, *ſicuti poſtea de-*
monſtrabimus, & hæc ratio ita militet in ſoro-
rum deſcendentibus, vt in ipſis ſororibus;
quippè cum tales deſcendentes non ſint agna-
58 ti. † *l.Iuriſconſultus.10.§.cognati verſ.qui autem.*
ff.de grad. & affin. §.primo. Inſtit.de leg.agn.tut.
§.nos etiam Inſtitut.de ſucceſſ.cogn. & per conſe-
quentias non poſſint per eos bona in agnatio-
ne conſeruari, Conſequens eſt, vt etiam ad eos
debeat huiuſmodi ſtatutum pertinere; nam,
vbi militat ratio ſtatuti ibi & ſtatuti diſpoſitio
59 locum habere debet. † *l.a Titio 108.ff.de verbor.*
obligat. l.illud 32.ff.ad l.Aquil. qua de re latius
infra dicemus.

Tertiò principaliter cenſeri etiam ab huiuſ-
modi hæreditate excluſas ſorores D. Comitis
Io. Baptiſtæ probatur quia, aut tractamus de
D. Anna Maria, quæ tempore mortis D. Re-
ferendarij iam erat nupta, Et illa ſine dubio
remanet excluſa, tamquam comprehenſa in
prima parte ſtatuti, quippè, quæ maritatam à
matre, vel fratre excludit etiam à ſucceſſione
patrui, vt patet ex illis verbis, *in bonis eorum*,
quæ, tamquam relatiua inducunt repetitionē
omnium perſonarum ſupra expreſſarum, *vt*
dictum eſt, & per conſequentias operantur, vt
perinde ſit, ac, ſi dictum eſſet, *non habeat fa-*
cultatem petendi quicquam plus in bonis patris,
matris, aui paterni, fratris patris, auiæ paternę,
& fratris, vtpotè de quibus omnibus ſupra fuit
facta mentio: Quemadmodum enim vult ſuf-
ficere collocationem à patruo factam, vt fœ-
mina à cæterorum omnium ſucceſſione re-
pellatur, ita etiam debet cenſeri voluiſſe, ſatis
eſſe, fœminam eſſe maritatam ab vno ex alijs,
vt etiam à patrui ſucceſſione repellatur, Ma-
ximè, cum excludat eam à ſucceſſione cætero-
rum omnium, quos in parte qualificatiua
nominauit: nam hoc indicat, ſtatuentes in
parte excluſiua ſenſiſſe de hæreditate eorum
omnium, quos in parte qualificatiua expreſ-
ſit, quoniam, vti ſæpè dictum eſt, vna pars
ſtatuti declarat aliam, & qualis fuit mens ſta-
tuentium in vna, talis eſſe præſumitur in alia,
quoties (prout in caſu noſtro) diuerſitatis ra-
tio non poteſt afferri. Aut verò tractamus de
duabus alijs ſororibus quæ ſunt adhuc nubiles
& de quibus maior videtur eſſe dubitatio, Et
adhuc verius eſt cenſeri eas excluſas, non qui-
dem ex prima ſtatuti parte, quia, cum loqua-
tur de fœmina maritata, non poteſt habere
locum in ea, cum ſolùm dos fuit in teſtamento
60 patris relicta, † *vt ſcribunt Bald. in l. non niſi 5.*
nu.2. verſ. tu die C.de bon. quæ lib. Georg. Nat. in
tract. de ſtat. quod ext. maſc. in 2.q. num.9. Brun.
in tract. de ſtat.excl.fœm. artic.6 prin. num.321.
Oſaſ. conſ.76. num.16. Surd. conſ.45. num.31 &
33. Theſ. deciſ.102. nu.13. ſed ex ſecunda, quip-
pè, quæ loquitur de fœminis non maritatis,
quibus aliquid in teſtamento relictum eſt: Li-
cet enim videatur reſtricta ad bona paterna,
cum ita ſit concepta. *Illæ verò, quæ maritatæ*
non ſunt, non poſſint petere amplius in bonis pa-
ternis aduerſus fratres, vel hæredes, niſi quantum
ei dabitur in vltima voluntate, & in caſu noſtro
non de patris, ſed de patrui bonis, & ſucceſſio-
ne tractetur, verius tamen eſt, eam eſſe refe-
rendam ad ſucceſſionem omnium, de quibus
facta eſt in prima parte mentio; Quod vt li-
quidò conſtet, diligenter

Inprimis animaduertendum eſt, ſingula
huius ſtatuti capita, quæ ſunt tria, debere vir-
tualiter habere duas partes, vnam qualificati-
uam, alteram verò excluſiuam, qualificatiuã,
quaſi conditionem, ſine qua non poſſit habere
locum diſpoſitio, excluſiuam verò, quaſi prin-
cipalem ſtatuti diſpoſitionem, quæ in hoc ſo-
lùm conſiſtit, vt fœminam à ſucceſſione ex-
cludat. Secundò animaduertendum eſt, ex
tribus hiſce capitibus primum explicitè con-
tinere vtramque partem, quia fœminam ma-
ritatam à patre, vel à matre, vel ab auo pater-
no, vel ipſis exiſtentibus à fratre patris, auiavè
paterna, vel à fratre, vel voluntate alicuius
eorum excludit ab eorundem omnium ſuc-
ceſſione; Secundum verò, & tertium, ſi ſpe-
ctemus verba, non continent, niſi partem
qualificatiuam: Nam, quod attinet ad tertiũ,
res nullam habet dubitationem, quia, cum his
verbis fuerit conceptum, *Si autem ab inteſtato*
deceſſerint, & non dederint ei aliquid, tunc Conſu-
ſulatus, ad quem cauſa pertinebit, cum ipſa fuerit
annorum duodecim, aut plurium, duos, vel tres
propinquos de melioribus, & vtilioribus, quos de-
functus habebat tempore mortis eligat, &, quos
Conſulatus credat, melius ſciuiſſe voluntatem de-
functi, in quorum diſpoſitione ſit, quantum mulier
in dotem de bonis paternis habere debeat, apparet,
id non, niſi partem qualificatiuam determi-
nare: Hoc enim ſolùm diſponit, vt, ſi fœmina
non ſit maritata, nec teſtamento, ſeu alia vlti-
ma voluntate dotata, debeat ab electis, & de-
putatis congruè dotari de bonis paternis, ſed,
quid de ita dotata ſtatuendum ſit circa ipſius
excluſionem, non loquitur. Quò verò ad ſe-
cundum, licet ita fuerit conceptũ, *Illę vero, quę*
maritatæ non ſunt, non poſſint petere amplius in bo-
nis paternis aduerſus fratres, vel hędes, niſi quantũ
ei dabitur in vltima volũtate, Et illa verba, *non*
poſſint petere amplius in bonis paternis, videantur

continere partem excluſiuam, re vera tamen, ſi diligenter perpendantur, non continent, niſi partem qualificatiuam, quia, quando ſtatutum facit mentionem de bonis paternis, hoc facit ad effectum demonſtrandi, de quibus bonis ſufficiat fœminam dotari, vt excluſioni fiat locus, & ſic ad effectum qualificatiuum, non excluſiuum, vt patet ex illis verbis, *quę eam ex bonis patris nupſerit*, poſitis in primo capite, quæ ſuperius expoſuimus, & ex illis, *quantum mulier in dotem de bonis paternis habere debeat*, poſitis in tertio: Nam ex iis colligimus, qualis circa bonorum paternorum expreſſionem fuerit mens ſtatuentium in ſecunda parte, quæ eſt media, quia ex præcedentibus, & ſe-
61 quentibus media declarantur, † *vt ſcribunt gl. in l. ille a quo. 13. §. ſi de teſtamento, in verb. verba ff. ad Trebell. Decia. conſ. 62. num. 47. volum. 3. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 6. tit. 13. num. 1. in fi. Surd. conſ. 151. num. 30. & conſ. 565. nu. 6* Senſus igitur eſt, ſi mulier ſit ab vno ex nominatis maritata, & dotata de bonis paternis, non ſuccedat, prout diſponit primum caput, ſi vero non ſit maritata, ſed ab vno ex nominatis dotata in vltima voluntate de bonis paternis, hoc ei ſufficiat, vt ſecundo capite cauetur; Si autem nec fuerit maritata, nec in vltima voluntate de bonis paternis dotata, tunc ab electis congruè dotetur de bonis paternis iuxta formam in tertio capite præſcriptam. Itaque duo poſteriora capita non continent, niſi partem qualificatiuam. Ergo pars excluſiua debet deduci ex primo capite, vt ſcilicet, quemadmodum maritata ab vno ex nominatis de bonis paternis excluditur ab omnium nominatorum ſucceſſione, vt diſponit primum caput, ita etiam ab eorumdem omnium ſucceſſione repellatur nō maritata, ſed dotata de bonis paternis in vltima voluntate, vt ſecundo capite cauetur, vel etiam dotata, non in vltima voluntate, ſed arbitrio propinquorum, de quibus loquitur tertium ſtatuti caput, Et hoc, non ſolum, quia
62 vnum ſtatuti caput declarat aliud. † *l. vtrum 26. in princ. & ibi Bart. & Ang. not. ff. de pet. hered. Soc. ſen. conſ. 9. num. 8. volum. 3. Surd. conſ. 33. nu. 10.* ſed etiā, quia capita ſequentia fuerunt concepta per aduerſatiuam, nempè ſecundum per dictionem, vero, & tertium per dictionem, au-
63 tem, quæ ſunt aduerſatiuæ, † *vt de dictione vero ſcribunt Rub. in l. Gallus. 29. §. quidam recte num. 142. ff. de lib. & poſthum. Decia. conſ. 18. nu. 364. & conſ. 25. num. 86. volum. 1. Menoch. conſ. 201. num. 34. & conſ. 324. num. 6. Surd. conſ. 315. num. 1. Et de dictione, autem conſtat ex l. maritus 29. §. vltim. & ibi glo. in verb. huius temporis, & Bart. num. 1. ff. ad l. Iul. de adult. glo. in princ. tit. Inſtit. de acq. per arrog. in verbo nunc autem, Bart. in l. hoc amplius. 9. §. de iis autem num. 1. ff. de damn. infect. Pariſ. conſ. 111. num. 27. volum. 1. conſ. 44. num. 10. & conſ. 53. num. 12. volum. 2.* & quarum natura eſt, vt inducant repetitionem omnium ſupra expreſſorum, exceptis iis, in quibus ſe-
64 quentia ſpecialiter aduerſantur, † *vt ex doctr. glo. in l. interdum. 20. in verb. ſed id duntaxat tempus. ff. de minor. & Bald. in l. omnes popul. 9. nu. 21. ff. de iuſtit. & iur. ſcribunt Alexan. in l. ſi filius a patre. 28. num. 6. & ibi Iaſon num. 22. verſic. iſte quintus. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. in l. 1. num. 13. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. eſt, vt ext. in l. ſi quis extraneus. 21. §. ſecundum num. 6. ff. de acquir. hered. Socin. ſen. conſ. 52. num. 6. verſ. ex quo infero volum. 3. Dec. in l. 1. num. 27. verſic. non obſtant, & num. 43. ff. de offic. eius, Socin. iun. conſ. 83. num. 8. & ſeqq. volum. 1. Natt. conſ. 570. num. 9. Alb. conſ. 142. num. 6. Crau. conſ. 208. numero 5. Gabr. conſ. 11. num. 3. volum. 2. Cephal. conſil. 343. num. 8. Dec. conſ. 326. num. 6. volum. 2. Menoch. conſ. 76. num. 6. Surd. conſ. 315. num. 2. & Peregr. conſ. 4. num. 4. 19. & 21. verſ. 2. volum. 2.* ſcilicet, quia aduerſantur retento ſemper eodem themate, *vt ſupra dictum eſt.* Cum igitur capita ſequentia non aduerſentur primo, niſi reſpectu partis qualificatiuæ, Conſequens eſt, vt pars excluſiua, quæ in primo capite continetur, cēſeatur in ſequentibus repetita: Alioquin enim ea remanerent imperfecta, quia non continerent vtramque partem, imo non diſponerent circa id, quod eſt de principali intentione ſtatuentium, nempè circa excluſionem fœminarum, ad quam principaliter ſtatuentes reſpexerunt, quod non eſt veriſimile, cum appareat ſtatuentes voluiſſe circa fœminarum excluſionem proſpicere in omnem caſum, &, quo fuerint maritatæ &, quo non maritatæ, ſed dotatæ in teſtamento, & verò etiam, quo nec maritatæ, nec dotatæ.

At verò dices, ſi capita ſequentia non, niſi partem qualificatiuam continent, cur ſpecialiter in eis facta eſt mentio bonorum paternorum? Verum reſpondeo primo, hoc factum eſſe ad tollendam vulgarem illam controuerſiam, quæ in materia ſtatutorum fœminas excludentium apud DD. agitatur, an ſtatutum prohibens fœminam dotatam plus petere de bonis paternis, locum habeat, ſi poſt mortem
65 patris fœmina dotetur, † *de qua vide text. apud Roman. conſ. 442. num. 2. Socin. ſen. conſ. 42. num. 3. & ſeq. volum. 4. Curt. iun. conſ. 10. num. 9. Dec. conſ. 24. num. 5. verſ. prædicta. Rip. in l. ex facto. 43. in princ. num. 33. verſ. quæ deciſionis ff. de vulga. Bec. conſ. 113. num. 21. vol. 1. Tuſc. deciſ. 102. per tot. & latiſſimè omnium Menoch. conſ. 1170. num. 4. & ſeqq.* Nam tollendæ huius dubitationis gratia ſpecialiter cautum eſt ſecundo ſtatuti capite, ſufficere, ſi poſt patris mortem in vltima voluntate dotetur de bonis paternis ab vno ex nominatis in primo capite, vt fiat excluſioni locus. Ideo autem dixi, ab vno ex nominatis, quia ſtatutum, quatenus loquitur de dotata in vltima voluntate, non reſtringitur ad dotationem factam à patre, ſed intelligitur etiam de dotatione facta ab aliis de bonis paternis, vt patet ex illis verbis poſitis in ſecundo capite, *niſi, quantum ei dabitur in vltima voluntate:* verbum enim, dabitur, tamquam impersonaliter prolatum non poteſt ad vnum conſtringi, ſed debet ad omnes referri, de quibus ſupra facta
66 eſt mentio † *l. contra iuris. 29. §. ſi filius, & l. qui in futurum. 58. §. fin. ff. de pact.* Quod etiam clariùs demonſtrant illa verba ſequentia poſita in tertio capite, *Si autem ab inteſtato deceſſerint, & non dederint ei aliquid*, quippè, quæ, tamquam aduerſatiua denotant verba præcedentia hunc habere ſenſum, *niſi, quantum ei dederint in vltima voluntate*, ſcilicet de bonis paternis, & per conſequentias oſtendunt, talem dationem, non ſolùm poſſe fieri à patre, ſed etiam ab aliis, quoniam pluralis illa locutio non poteſt in ſolo patre, & ſic in vno verificari, ſed duorum, aut plurium numerum requirit *l. ubi numerus. 12. ff.*

Google

12. ff. de teſtib. Senſus igitur eſt, ſufficere fœminam, quæ tempore mortis eius, de cuius hæreditate diſputatur, non eſt maritata, fuiſſe ab eo dotatam de bonis paternis in vltima voluntate, vt ab ipſius ſucceſſione excluſa intelligatur, Quod, ſi nihil ei reliquerit, tunc in tertio capite diſponitur debere eam dotari de bonis paternis à duobus, aut tribus propinquis à Conſulatu eligendis, quos credant Conſules melius ſciuiſſe voluntatem defuncti, vbi diligenter annotandum eſt, quatenus ſtatuentes volunt in conſtitutione dotis facienda à propinquis de bonis paternis habendam eſſe rationem voluntatis defuncti, quam illi notam habere ſupponuntur, non reſtringere ſe ad voluntatem patris, ſed generaliter loqui de voluntate illius, de cuius ſucceſſione tractatur, quoniam ſimpliciter aiunt, *melius ſciuiſſe voluntatem defuncti*, & defunctum intelligunt eum, de cuius ſucceſſione tractatur, vt & in illis verbis, *quos defunctus habebat tempore mortis.* Itaque ſignificant, ſatis eſſe defunctum, puta fratrem declaraſſe duobus, aut tribus propinquis, quantum velit dari ſorori de bonis paternis, vt ſecundum eius voluntatem dotatio ſit facienda,

Secundò reſpondeo, ideo factam eſſe mentionem de bonis paternis in parte qualificatiua, quia de ijs regulariter eſt facienda dotatio, cum onus dotandæ filiæ regulariter ad pa-
67 trem pertineat † *l. qui liberos. 19. ff. de rit. nup. l. fin. C. de dot. prom. l. dotem deais 6. ff. de collat. bon. l. cognouimus. 10. C. de haret. & manich.* & per conſequentias transferat ad eos, ad quos bona paterna iure ſucceſſionis traſeuntur, puta
68 fratres † *vt ſcribunt Bartol. l. ſi marito. 32. §. ſi voluntate num. 4. ff. ſol. matr. & in l. in inſulam. 43. in prin. num. 1. ff. eo. Caſtr. in l. ſi focer. 45. in prin. num. 4. ff. eod. Abb. conſ. 115. ante num. 1. lib. 2. Et in ſpecie de fratribus ex diſpoſitione ſtatuti ſuccedentibus excluſa ſorore Bald. in l. fin. num. 2. verſ. ſed pone ſtatuto C. de dot. prom. Soc. ſen. conſ. 57. num. 5. volum. 4. Menoch. de praeſ. lib. 4. praeſ. 159. num. 42.*

Secundò verò, licet illa verba, *Illæ vero, quæ maritatæ non ſunt, non poſſint petere amplius in bonis paternis, &c.* cenſerentur excluſiua, adhuc tamen verum eſſet, ex eorum vi, & poteſtate fœminam intelligi excluſam, non ſolùm à bonis paternis, ſed etiam à fraternis, & alijs, à quibus ex vi primi capitis excluditur, quoniã illa aduerſatiua, verò operatur, vt omnia præcedentia cenſeantur repetita exceptis iis, in quibus ſequens clauſula ſpecialiter aduerſatur,
69 † *vt ſupra dictum eſt, & in ſpecie declarant Dec. in l. 1. num. 27. verſ. Non obſtant ff. de off. eius, Soc. iun. conſ. 83. num. 12. & 13. volum. 1. Alb. conſ. 142. num. 6. Surd. d. conſ. 315. num. 2.* Cum igitur ſequens clauſula, quæ nominatim excludit à bonis paternis, non cenſeatur ſpecialiter aduerſari præcedenti, quæ excludit à paternis, maternis, fraternis, & aliorum ibi expreſſorum bonis, ſcilicet, quia incluſio paternorum non cenſetur excluſio cœterorum, quæ
70 in ſuperiori capite includuntur † *l. cum, qui ita 56. §. 1. & ibi Caſtr. num. 1. verſ. Nec obſtat ff. de verb. oblig. Dec. in l. 1. in 3. lect. num. 84. verſ. & ſit incluſio ff. ſi cert. pet. & conſ. 11. nu. 18. conſ. 110. num. 6. verſ. 2. quod licet, Crau. conſ. 895. nu. 12. Cuſaſ. deciſ. 35. num. 12. Bec. conſ. 93. nu. 24. vol. 1. Menoch. conſ. 86. num. 30. conſ. 166. num. 231. & conſ. 512. num. 8. Surd. conſ. 25. num. 35.* niſi aliqua dictio taxatiua fuiſſet appoſita, *vt declarat Caſtr. in d. l. cum, qui ita. 56. §. 1. num. 1. verſ. ſed, ſi fuiſſet ff. de verb. oblig.* & per conſequentias non cenſetur alijs bonis aduerſari, Conſequens eſt, vt reſpectu excluſionis intelligantur repetita bona eorum omnium, de quibus in primo capite facta eſt mentio, & ſic, vt perinde ſit, atque ſi dictum eſſet, *non poſſint petere amplius in bonis paternis, nec de rebus mortue fratris aduerſus fratres, vel hæredes eorum, nec aduerſus hæredes aui paterni, &c. niſi, quantum ei dabitur in vltima voluntate.*

Tertio dato etiam, quod huiuſmodi ſorores D. Cominis Ioan. Baptiſtæ, quæ ſunt innuptæ, non poſſent cenſeri à patrui ſui hæreditate excluſæ verbis ſtatuti, tamen cenſeri debent excluſæ inſpecta mente ſtatuentium: Nam ſtatutum excludens filiam à ſucceſſionis patris, cenſetur etiam excludere neptem ex filio,
71 † *vt poſt Fulgo. in l. venia. 2. C. de in ius voc. tradunt ibi Alex. ar. num. 6. Iaſ. num. 5. Dec. num. 8. & alij communiter, Caſtr. in d. l. qui exceptionem 40. num. 5. ff. de cond. ind. Iaſ. conſ. 141. col. 5. verſic. 2. pro eadem parte, & conſ. 221. col. 2. verſ. ſed, quæ venis volum. 2. Ruin. conſ. 140. num. 16. volum. 3. Curt. iun. conſ. 111. num. 17. verſ. Non obſtat dictum Baldi, Soc. iun. conſ. 168. num. 45. volum. 2. & conſ. 10. num. 17. volum. 4. vbi teſtatur doctrinam Baldi contrariam tenentis in hoc communiter reprobari, prout etiam teſtatur Gabr. conſ. 15. num. 15. volum. 2. Roll. conſ. 82. num. 41. verſic. Nec obſtat; quod, in ſ. volum. 5. Menoch. conſ. 95. num. 48. & 86. conſ. 235. num. 35. & conſ. 427. num. 12.* Et ſimili modo excludens ſororem à ſucceſſione fratris, cenſetur etiam
72 excludere alterius fratris filiam; † *vt ſcribunt Gabr. conſ. 15. num. 10. verſic. reſpondendo, & num. 25. & conſ. 19. per tot. volum. 2. Menoc. d. conſ. 235. num. 18. verſic. Cæterùm, & num. 35. vbi teſtatur, hanc eſſe receptam DD. opinionem, & conſ. 427. num. 12.* quoniam eadem eſt excluſionis ratio: nam ideo ſoror excluditur, quia per eam bona non conſeruantur in agnatione, ad quam conſeruandam ſtatuentes reſpexiſſe certum eſt, non ſolùm, quia hoc generaliter præſumitur in ſtatutis excludentibus fœminas
73 fauore maſculorum † *vt ſcribunt Io. Andr. in addit. ad Specu. tit. de ſucc. ab int. in rub. colum. 1. verſic. per quæ patet, Bald. in l. maximum vitium. 4. num. 1. verſ. præterea cum ratio C. de lib. præt. Alex. in d. l. venia. 2. num. 6. verſic. pro hoc etiam facit C. de in ius voc. & conſ. 89. num. 3. verſ. corroborantur volum. 6. Iaſ. conſ. 105. in princ. & conſ. 221. colum. 3. verſic. 3. moueor vol. 2. Gabr. conſ. 15. num. 36. volum. 1. & conſ. 10. num. 2. & 15. volum. 2. Honded. conſ. 4. num. 24. volum. 1. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem Menoch. conſ. 6. num. 11. & conſ. 95. num. 60. & innumeri, quos conſulto prætereo*, ſed etiam, quia talis cauſa fuit nominatim expreſſa, ſi non in ipſa ſtatuti diſpoſitione, ſaltem in precibus ad obtinendam confirmationem à ſtatuentibus porrectis, & verò etiam in ipſa confirmatione, Hæc autem ratio ita militat in filia fratris, vt in ſororẽ, quia nec per eam bona in agnatione conſeruantur. Ergo, & in ea debet habere locum ſtatuti diſpoſitio, *l. illud. 32. ff. ad leg. Aquil.*

Nec

Nec dicas hoc fieri per extenſionem, quæ
in huiuſmodi ſtatutis eſt prohibita, quia ve-
rius eſt, imo non fieri per extenſionem, ſed
per comprehenſionem, quæ ab extenſione dif-
fert: Nam, vbi militat eadem ratio non dicitur
74 extenſio, ſed comprehenſio, † *vt ſcribunt Bald.
in l. data opera 11. num. 11. C. qui acc. non poſſ.
Caſtr. conſ. 83. num. 2. volum. 2. Alex. conſ. 75.
num. 3. volum. 5. Ruin. conſ. 143. num. 5. vol. 2.
Curt. iun. conſ. 113. num. 10. Soc. iun. conſ. 39.
num. 49. Nat. conſ. 442. num. 4. Roll. conſ. 14.
num. 30. volum. 3. Crau. conſ. 118. num. 15. Oſaſ.
conſ. 74. num. 14. Decia. conſ. 43. num. 20. & 41.
volum. 2. Men. conſ. 113. num. 5. Surd. conſ. 25.
num. 39.* Deindè, licet hoc fieret per extenſio-
nem non tamen cenſeretur prohibitum, quia
ea identitate rationis poteſt fieri extenſio de
perſona ad perſonam, quoties ratio eſt in ſta-
75 tuto, ſiue à ſtatuentibus expreſſa, † *vt ſcribunt
omnes in Auth. quas actiones C. de ſacr. eccl. Alex.
conſ. 89. num. 4. volum. 6. Ruin. conſ. 205. num. 6.
volum. 2. Decia conſ. 30. num. 12. vol. 3. Molin. de
primog. Hiſp. lib. 3. cap. 5. num. 4. Surd. conſ. 177.
num. 31 & conſ. 553. num. 39.* prout in caſu no-
ſtro; Maximè, quando tractatur de ſtatuto fa-
cto cauſa conſeruandæ agnationis, quod etiam
ſimpliciter loquendo cenſetur fauorabile non
76 odioſum, † *vt ſcribunt Caſtr. in d. l. qui exceptio-
nem 40. num. 4. ff. de cond. ind. Dec. in l. omnia. 2.
num. 5. verſic. ſed, quod imo C. de in ius voc. vbi
teſtatur hanc eſſe magis communem, Pariſ. conſ.
85. num. 29. volum. 2. vbi pariter teſtatur hanc
eſſe magis communem, Curt. iun. conſ. 9. num. 3.
Soc. iun. conſ. 3. nũ. 20. volum. 1. Ceph. conſ. 309.
num. 23. Crau. conſ. 118. num. 9. Gabr. conſ. 14.
num. 13. vol. 1. Menoch. conſ. 4. num. 14. Theſ.
deciſ. 37. num. 6. Honded. conſ. 9. num. 38. vol. 2.
Surd. conſ. 553. num. 9.* nam, licet videatur o-
dium continere, quatenus excludit fœminam,
cenſetur tamen fauorabile, quatenus proſpicit
agnatis, & talis fauor odio præponderat, quia
fauor conſeruationis, tamquam cauſa finalis
cenſetur principalis, odium vero excluſionis,
tamquam medium venit in conſequentiam,
& in ſtatutis attenditur potius id, quod venit
principaliter, quam, quod in conſequentiam,
77 † *vt declarant Barbat. conſ. 4. num. 1 verſic. non
illud ſtatutum volum. 1. Gozad. conſ. 5. num. 6.
Pariſ. d. conſ. 85. num. 30. vol. 2. Crau. conſ. 118.
num. 9.*

Quartò demum, licent adeſſent aliquæ ex
his ſororibus D. Comitis Io. Baptiſtæ, quæ nõ
cenſerentur excluſæ (quod tamen à vero alie-
num eſt) non tamen ex hoc ſequeretur, debe-
re etiam admitti ſorores D. Referendarij, &
aliarum ſororum prædefunctarum filios, ac
filias, quia, quod dicimus, excluſam beneficio
non excluſæ ad ſucceſſionem admitti, proce-
dit, quando interuentus non excluſæ facit, vt
is, cuius contemplatione fit excluſio, non ad-
78 mittatur ad ſucceſſionem defuncti, † vt eue-
nit, cum ſoror excluditur fauore patrui: nam
tunc, ſi mater defuncti ſit ſuperſtes, quoniam
illius interuentus operatur, vt patruus non ſuc-
cedat, ideo quaſi ceſſante ſtatutaria diſpoſi-
tione, fit iuri communi locus, & per conſe-
quentias ſoror aliàs excluſa beneficio matris
admittitur, & cum ea concurrit in ſucceſſione
79 defuncti † *vt declarant Colleg. Peruſ. inter conſ.
Ang. conſ. 210. num. 4. verſic. 3. eſt videndum,
Alex. in l. illam. 19. num. 7. verſic. iſtud etiam te-
net C. de collat. & conſ. 17. num. 9. volum. 2. Iaſ.
in l. ſi emancipati 9. num. 22. C. de collat. & conſ.
130. num. 4. verſic. in primis volum. 1. Ruin. conſ.
19. num. 4. conſ. 120. num. 13. verſic. ſed hoc etiam,
& num. 14. & conſ. 169. num. 14. verſic. & in ter-
minis volum. 3. Dec. conſ. 71. num. 2. & conſ. 332.
num. 2. Ceph. conſ. 53. num. 101. Ant. Gabr. tit.
de ſucc. ab int. concl. 4. num. 10. & 14. Honded.
conſ. 8. num. 70. volum. 1. Surd. conſ. 100. num. 7.
& conſ. 416. num. 19.* Et in his terminis, aut ſi-
milibus loquuntur omnes DD. in contrarium
allegati. Cœterum, quando non excluſæ in-
teruentus non impedit, quominus is, cuius con-
templatione ſtatutum excludit aliam, ſucce-
dat, verum non eſt, eius beneficio admitti ex-
80 cluſam, † *vt declarando rectè diſtinguit Surd. d.
conſ. 100 num. 19. verſic. demum non obſtat, & d.
conſ. 553. num. 41. & 46. verſic. 2.* Quod proba-
tur argumento inconuincibili: nam, ſi inter-
uentus non excluſæ faceret aliàs excluſæ locũ,
fruſtra quæreremus, an pars excluſæ debeat ap-
plicari ſoli maſculo, cuius contemplatione fit
81 excluſio, vt eſt receptior opinio, † *ſicuti videre
eſt apud Abb. conſ. 111. num. 6. verſic. venio nunc
ad tertium lib. 2. Iaſ. in l. ſeruo legato 32. §. ſi teſta-
tor num. 6. ff. de leg. 1. Soc. ſen. conſ. 3. per tot. vol. 1.
Ruin. conſ. 19. num. 3. volum. 1. Rub. in l. pater
filium 14. num. 178. ff. de inoff. Honded. conſ. 6.
num. 13. volum. 1.* an verò etiam fœminæ non
82 excluſæ, † *vt Soc. ſen. conſ. 84. num. 5. verſ. vnde
perplexus, & num. 8. volum. 1. &* alij cenſuerunt,
quia nunquam poſſet dari caſus, in quo tracta-
retur de portione excluſæ à ſtatuto deferenda
non excluſæ, Et tamen dari ſupponunt vtriuſ-
que ſententiæ ſectatores. Magis igitur eſt, vt
interuentus non excluſæ non operetur eius,
quæ aliàs excluſa remaneret, admiſſionem.

Ex quibus ſatis apertè conſtare puto, caſum
hunc cenſeri ſtatuto comprehenſum, & per
conſequentias eius vigore cenſeri D. Comitẽ
Io. Baptiſtam amitas ſuas ſuperſtites, & amita-
rum prædefunctarum filios, & filias à D. Re-
ferendarij hæreditate excluſiſſe, ita, vt ſuper-
uacuum videatur ad argumenta contraria ſin-
gulatim reſpondere: Sed, vt omnis ex iudicum
animis ſcrupulus, ſi quis adeſt, euellatur, ad
ſingula argumenta reſpondendo dico.

Non obſtare primum, quia verius eſt, loqui
ſtatutum etiam de ſucceſſione fratris, *vt oſten-
dimus in primo fundamento*. Nec eſt contra-
rium, quod reſtringatur ad bona paterna in
partibus ſequentibus, & vna pars declaret aliã,
quia reſpondeo primo, loqui de bonis pater-
nis reſpectu partis qualificatiuæ, non etiam
reſpectu partis excluſiuæ, *vt oſtendimus in ter-
tio fundamento*.

Secundò reſpondeo, argumentum retor-
queri: nam, cum prima pars ſine dubio lo-
quatur, non ſolùm de ſucceſſione paterna, ſed
etiam de fraterna, & alijs, vt patet ex claris
eius verbis, quæ controuerſiam non patiuntur,
ideo ex ea debemus interpretari partes ſequẽ-
tes, vt & ipſæ de ſucceſſione patris, matris, fra-
tris, & aliorum in prima nominatorum intel-
ligantur, non ſolùm ex eo, quod vna pars de-
clarat aliam, & dictio aduerſatiua inducit om-
nium ſupra expreſſorum repetitionem, *vt ſu-
pra dictum eſt*, ſed etiam, quia præcedentia
magis influunt in ſequentia, quam è contrario

Digitized by Google

83 † *l. filiamfa. 27. in prin. & ibi gloſ. in verb. peti poſſe ff. quand. dies leg. ced. l. quiſquis 91. vbi gloſ. in verb. dictauero, & Bart. num. 1. ff. de leg. 3. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs 6. §. ſi initium in prima lect. num. 3. & in 2. num. 21. verſic. 2. ff. de eden. Caſtr. in l. 1. num. 3. C. de lib. praet. Roma. conſ. 104. num. 3. Iaſ. conſ. 64. colum. pen. verſic. vol. 2. & notabilius volum. 1. Dec. in l. 1. num. 43. ff. de off. eius, & conſ. 92. num. 1. verſic. 4. Gozad. conſ. 82. num. 13. Soc. iun. conſ. 83. num. 16. vol. 1. Menoch. de arbit. iud. caſ. 64. num. 19. & conſ. 117. num. 59.*

Tertio reſpondeo, non eſſe tractandum de deducenda declaratione primæ partis à ſequentibus, quia, cum prima ſit clara non eget declaratione, cum in claris non ſit opus coniecturis, *l. continuus 137. §. cum ita in fi. ff. de verb. oblig. l. ille aut ille 25. §. 1. ff. de leg. 3.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, immo in ſororibus D. Refetendarij concurrere omnes qualitates à ſtatuto requiſitas, *ut oſtendimus in primo fundamento.* Nec obſtare, quod non omnes fuerunt maritatæ viuo patre, quia, cum fuerint maritatæ à matre, & fratribus, debet hoc ſufficere, vt cenſeantur habere qualitates à ſtatuto requiſitas, ſiue illa verba, *ipſis exiſtentibus,* ad fratrem referantur, ſiue non, *vt latius ibi demonſtrauimus.*

Ad tertium reſpondeo, id procedere, quo-
84 ties ſtatutum loquitur ſimpliciter, † *vt declarat Caſtr. conſ. 91. num. 2. verſ. nam reſpondeo, vol. 2. Roma. conſ. 485. num. 2. verſic. & ſic apparet, Alex. conſ. 29. num. 6. volum. 1. Iaſ. in l. vt liberis 17. num. 6. verſ. limita primam C. de collat. & conſ. 205. colum. 2. verſic. nec prædictis volum. 2. Curt. iun. conſ. 65. num. 2. verſic. [illegible] communis concluſio, Dec. conſ. 346. num. 4. verſ. & iſta communis, Alb. conſ. 98. num. 2. Cephal. conſ. 578. num. 14. verſic. Nec obſiſtit ſecundum, Bez. conſ. 112. num. 18. volum. 1.* id eſt perſonas non enumerat, vel in parte qualificatiua, vel in parte excluſiua; vel ſi eas in vtraque parte enumerat, talis enumeratio in parte excluſiua, ut alternatiuè, licet etiam in hoc caſu res ſit magis in modum controuerſia, *vt excepi, quæ diximus in primo fundamento, licet intelliges.* Caeterum, ſi perſonas enumeret copulatiuè, vt in caſu noſtro, fatentur omnes cenſeri fœminam ab omnium ſucceſſione excluſam, *vt ibidem latius oſtendimus.*

Ad quartum denique reſpondeo primo negando adeſſe aliquam fœminam non excluſam, quia verius eſt, ex vi huius ſtatuti remanere etiam excluſas ſorores D. Comitis Ioan. Baptiſtæ, *vt oſtendimus in ultimo fundamento.*

Secundo reſpondeo, dato etiam, quod aliquæ ex iis cenſeri poſſent non excluſæ, non tamen ex eo ſequi, debere remouere beneficio admitti ſorores, & ſororum [illegible] filios, ac filias; Et hoc non obſtantibus, quæ in contrarium adducta ſunt, quippe quæ procedunt ſolum, quoties interueniunt excluſæ facta, vt is, cuius contemplatione inexcluſio, non poſſit admitti, *ſicut demonſtrauimus in vltimo fundamento.*

Secunda ſucceſſionis inſpectio reſpicit ſucceſſione bona, quæ D. Referendarius in hæreditate reliquit, nam poſito, quod defuncti ſorores, & aliquæ ſororum prædefunctarum deſcendentes remaneant à ſucceſſione excluſæ, quæ-
ritur, à quibus rebus excluſi intelligantur, an ab iis tantum, quæ ſunt in territorio Nicienſi, an verò etiam ab alijs. De qua quidem controuerſia ita diligenter, & doctè ſcripſit vir acutiſſimi ingenij, & in Pedemontano Senatu conſiliarius, ac ſenator meritiſſimus, D. Amedeus Bentius; quem olim habuiſſe auditorem ſummæ mihi duco gloriæ, vt nullus mihi ſit relictus addendi locus. Sed, ne videar hoc prætextu reſpuere laborem, maximè in cauſa tam graui, in qua potiſſimum de rebus extra territorium exiſtentibus diſputatur, ideo breuiter perſtringendo, quæ fuſius ab eo dicta ſunt, proferam & ipſe meam de hac re ſententiam, & dicam, quid de ea iure ſtatuendum putem.

Res autem, ſiue bona, quæ D. Referendarius in hæreditate reliquit, ſunt in triplici differentia: Quædam enim ſunt, aut eſſe reputantur in territorio Nicienſi, quædam verò extra territorium, ſed in locis, in quibus viget ſimile ſtatutum, quædam denique in alijs locis, in quibus ſeruatur ius commune.

Quod attinet ad eas res, quæ ſunt in territorio Nicienſi, res caret dubio, quia poſito, quod ſtatutum excludat fœminas, & earum deſcendentes à ſucceſſione Dom. Referendarii (vt excludere ſupra demonſtrauimus) non eſt dubitandum, quin cenſeatur eas excludere ab omnibus rebus, quæ ſunt in prædicto territorio, vtpote, in quibus ſtatuentes poteſtatem habere intelliguntur. Idque, non ſolum procedit in bonis immobilibus, &, quæ pro im-
85 mobilibus reputantur, vt ſunt cenſus, † *clem. exiui §. cumque annui reditus De verb. ſign. l. vbi [illegible] 14. in prin. & ibi Bart. not. num. 10. C. de ſacr. eccl. §. hac ergo Auth. de non alien. aut perm. reb. Eccl. collat. 2. Bald. in l. hac edictali 6. §. his illud num. 1. & 2. C. de ſec. nupt. Alex. in l. ſi conſtante 25. §. ſi bona num. 9. ff. ſol. matrim. Alex. in l. mouentium 93. num. 6. ff. de verb. ſign. Boer. conſ. 3. num. 7. Decia. conſ. 2. num. 60. & 91. volum. 1. Gabr. in tit. de verb. ſign. concl. 8. Mago. deciſ. Flor. 107. num. 9. Perig. conſ. 43. num. 2. volum. 1. Surd. deciſ. 204. num. 8.* ſed etiam in mobilibus, ſiue dicantur ea cenſeri de loco,
86 vbi reperiuntur † *ſecundum regulam l. ex facto 35. §. Rerum autem ff. de hæred. inſt. l. debitor 32. ff. de pign. l. Gaius 88. ff. de leg. 2. l. quæ filium 62. ff. de leg. 3. l. ſi uxori. 41. §. cum ita legatum ff. de aur. & arg. leg. l. 1. & l. 2. C. de verb. ſign.* & per conſequentias debere ſecundum eius loci
87 ſtatuta regulari, † *vt cenſuerunt Alex. conſ. 16. num. 2. & 4. volum. 1. Gozad. conſ. 49. num. 14. Tiraq. de iure primog. q. 48. num. 2. Crau. conſ. 934. num. 14. & ſeqq. Honded. conſ. 13. num. 18. vol. 1.* ſiue (quod probabilius eſt) dicamus ea ſequi
83 perſonam domini, † *vt voluerunt Bald. in l. mercatores 4. num. 1. C. de comm. & mercat. Alex. conſ. 21. num. 5. vol. 1. repetitum in conſ. 121. vol. 4. Idem Alex. conſ. 19. num. 9. volum. 6. & conſ. 141. num. 2. in volum. 7. & in add. ad Bart. in l. 1. ſub. num. [illegible] verb. impoſitionem C. de ſumm. trin. & fid. cath. Soc. ſen. conſ. 101. num. 5. verſ. & pro hoc etiam volum. 1. Iacob. à Sancto Georgio in ſua [illegible] feud. in verſic. cum merò, & mixto imperio num. 75. verſic. ſed veritas, Alb. conſ. 17. num. 17. [illegible] conſ. 595. num. 2. Ceph. conſ. 120. num. 11. & conſ. 218. num. 105. Mago. deciſ. Flor. 107. num. 11. verſic. & licet, Clar. in §. fin. q. 78. num. 27. vbi ait Bald. opinionem eſſe magis communiter approbatum,*

batam, *Andr. Gail. lib. 2. obſ. 124. nu. 18. Surd.*
conſ. 343. num. 15. & 32. verſ. quare, & conſ. 346.
num. 5. vbi teſtatur hanc eſſe veram, & communem
ſententiam, *& num. 6.* & conſequenter debere
regulari ſecundum ſtatuta, quibus dominus
89 erat ſubiectus, † *vt cenſuerunt Alex. d. conſ. 19.*
num. 9. volum. 6. & d. conſ. 141. num. 21. volum. 7.
Gozad. d. conſ. 49. nu. 14. Mago. d. deciſ. Flor. 107.
num. 11. verſic. &, licet, & verſic. idemque, Andr.
Gail. d. lib. 2. obſ. 124. num. 18. Surd. d. conſ. 343.
num. 17. & 32. verſic. quare, & d. conſ. 346. nu. 5.
Et eſt de mente Alex. conſ. 16. num. 2. vol. 1. Purp.
conſ. 320. num. 12. volum. 2. Tiraq. de iure primog.
q. 48. nu. 3. Put. in conſ. vn. poſito poſt conſ. Odd.
num 25. & Theſaur. lib. 2. quaeſt. for. q. 5. num. 14.
Nam, cum D. Referendarius, tamquam Ni-
cienſis, & Niciæ defunctus eſſet propriæ patriæ
ſtatuto ſuppoſitus, & mobilia in eadem citi-
tate, aut eius territorio reperirentur, cõſequens
eſt, vt ex omniũ ſententia debeant ea cenſeri
ſtatuto comprehenſa. Idem dicendum eſt, &
de creditis contractis in eodem territorio, ſeu
cum debitoribus ibidem commorantibus: Nã
ſententiæ, quæ in creditis alibi contractis ſunt
diſcordes, conueniunt omnes in iis, quæ ſunt
contracta in loco ſtatuti, ſcilicet, quia, aut vo-
lumus ſpectandam eſſe perſonam creditoris,
vt eſt verior ſententia, *ſicuti poſtea demonſtrabi-*
mus, Et, cum D. Referendarius eſſet Nicienſis,
non eſt dubitandum, quin ex eius perſona cẽ-
ſeantur credita ſtatuto ſuppoſita; Aut verò
volumus ſpectandam eſſe perſonam debitoris,
vt alij cenſuerunt, Et idem ſine dubio ſequitur
effectus, quia debitores ſunt, & ipſi prædicto
ſtatuto ſuppoſiti; Aut denique volumus ſpe-
ctandum eſſe locum, vbi de iure fieri poteſt
exactio, prout alij inualuerunt, Et ex hoc idem
ſequitur, quia, cum initi fuerint contractus in
territorio Nicienſi, nec alius locus fuerit adie-
ctus ſolutioni, conſequens eſt, vt exactio de
iure fieri debuerit in eodem loco, tamquam in
loco contractus, & verò etiam domicilij, ex
90 quibus cauſis forum ſortimur, † *l. hæres abſens*
19. §. fin. ff. de iudic. cap. fin. de for. compet. Quini-
mo idem dicendum eſt, & de creditis alibi cõ-
tractis, ſi modo ſolutio fuit deſtinata Niciæ:
nam hæc perindè habentur, ac, ſi fuiſſent con-
tracta Niciæ, quia ibi quis contraxiſſe intel-
91 ligitur, vbi deſtinata eſt ſolutio, † *l. contraxiſſe*
20. ff. de act. & oblig. ideoque etiam huiuſmodi
92 credita cenſeri debent ſtatuto ſuppoſita, † *vt*
in ſpecie declarant Alex. d. conſ. 16. in fi. volum. 1.
Soc. ſen. conſ. 35. nu. 5. volum. 1. Purp. d. conſ. 320.
num. 12. verſ. & quantum, Franch. deciſ. 93. nu. 7.
vbi refert ita fuiſſe deciſum.

At, ſi tractemus de rebus, ſeu bonis, quæ nõ
ſunt in territorio Nicienſi, ſed in alijs locis, in
quibus viget ſimile ſtatutum, res videtur dubia
quia, aut volumus ſeparatim ſpectare ſtatutũ
Nicienſe, & illud non porrigit vires ſuas ad
bona ſita extra territorium, *vti mox dicemus*,
Aut verò volumus ſeparatim ſpectare ſtatutũ
eius loci, in cuius territorio bona exiſtunt, &
93 illud non afficit forenſes, † *vt poſt Bart. in l. 1.*
num. 42. verſ. mihi videtur C. de ſumm. trin. & fid.
cath. ſcripſerunt Calderin. conſ. 17. num. 2. ſub tit.
de conſtit. Abb. in cap. quod clericis num. 33. de for.
comp. Alex. conſ. 43. num. 3. & ſeqq. vol. 5. Laud. de
primog. q. 29. Ioan. le Cirier de primog. lib. 2. q. 10.
num. 3. & ſeqq. Iaſ. conſ. 80. num. 3. vol. 3. Ruin.
conſ. 120. num. 18. volum. 1. conſ. 192. num. 15. &
conſ. 195. num. 4. & 5. volum. 2. conſ. 48. num. 4. &
conſ. 49. num. 5. volum. 3. Crott. in rep. l. omnes po-
puli. 9. num. 244. ff. de iuſt. & iur. Ant. Gabr. in tit.
de ſtatu. concl. 9. num. 11. Roll. conſ. 24. num. 16.
verſic. quibus. & nu. ſeqq. volum. 3. Mago. deciſ.
Flor. 107. num. 10. Burſat. conſ. 8. num. 26. & 34.
Honded. conſ. 11. num. 21. vol. 1. & conſ. 10. nu. 28.
volum. 2. Pereg. conſ. 90. num. 10. & 23. volum. 1.
Menoch. conſ. 351. num. 15. vtpotè in quos ſta-
94 tuentes nullam iuriſdictionem habent, † *l. 1.*
in fi. ff. de tut. & cur. l. 3. ff. de off. præſid. Aut de-
nique volumus vtrumque ſtatutum coniun-
gere, Et ad effectum excluſionis nihil inde ſe-
qui videtur, quia, cum hæc ſit coniunctio, ſeu
multiplicatio inutilium (eſt enim inutile ſta-
tutum Nicienſe propter defectum iuriſdictio-
nis in res, ſtatutum verò loci propter defectum
iuriſdictionis in perſonas) conſequens videtur
95 vt nihil operari poſſit, † *l. 1. C. de legit. hæred.*

His tamen non obſtantibus contrarium de
iure verius eſſe cenſeo, nempè in bonis ſitis in
iis locis, in quibus viget ſimile ſtatutum locũ
habere ſtatutariam diſpoſitionem.

Primò, quia ſimplex ſtatutum Nicienſe per
ſe, & ſine alterius ſtatuti adminiculo eſt ſuf-
ficiens ad excludendas ſorores etiam à bonis
ſitis in alieno territorio ſtantibus circunſtan-
tijs, quæ concurrunt in caſu noſtro, *vti latius*
oſtendemus in ſequenti genere bonorum, Ergo
multo fortiùs debet operari talem excluſionẽ,
ſi iuuetur adminiculo ſtatuti eius loci, in quo
ſita ſunt bona, cum duo vincula ſunt fortiora
96 vno, † *§. ſed hodie inſt. de adop. Auth. itaque C.*
commu. de ſucc.

Secundò, quia à moto ſtatuto Nicienſi ſuffi-
cit ſtatutum loci, in quo ſita ſunt bona ad ex-
cluſionem ſororum, & ab eis deſcendentium:
Nam, quicquid olim eſſet, hodie certè irece-
ptior opinio eſt, ſtatuta excluſiua fœminarum
afficere etiam forenſes, quoad bona ſita in ter-
ritorio ſtatuentium, ſiue in rem concipiantur,
97 ſiue in perſonam, † *vti videre eſt apud Alex.*
conſ. 19. num. 7. verſic. Quinimo, volum. 6. vbi teſta-
tur hanc eſſe magis communem, *Curt. iun. conſ. 5.*
num. 42. verſic. ad ſeptimam, Parſ. conſ. 84. nu. 45.
volum. 1. Soc. iun. conſ. 25. num. 12. volum. 3. vbi
profitetur hanc eſſe communem, & veriorem, & ſe
ſemper eam ſecutum eſſe. Idem ſcripſit ipſemet Soc.
iun. conſ. 62. num. 2. eod. volum. vbi pariter teſtatur
hanc eſſe magis communem, *Alb. conſ. 50. num. 5.*
qui etiam ait hanc eſſe magis communem DD. con-
cluſionem, Ceph. conſ. 309. num. 47. 60. & 63. vbi
contendit, hanc eſſe communem, & num. 75. & 76.
verſic. quinimo, vbi ait eſſe crebriorem, *Nat. conſ.*
148. num. 1. & conſ. 581. num. 23. Crau. conſ. 271.
num. 2. verſic. 3. dico, & conſ. 844. num. 9. verſic. 5.
Beret. conſ. 123. num. 1. vbi pariter teſtatur, hanc
eſſe receptiorem, Decian. cõſ. 71. num. 6. verſic. præ-
terea volum. 2. vbi ait diſtinctionem Bart. commu-
niter reprobari, Bec. conſ. 62. num. 23. vbi ſimiliter
teſtatur, hanc eſſe magis communem, *Surd. conſ.*
257. num. 15. conſ. 343. num. 9. vbi pariter affir-
mat Bart. diſtinctionem, vtrum ſtatutum in rem,
an in perſonam loquatur, magis communiter, im-
probari, & num. 27. & conſ. 553. num. 17. quia, li-
cet inſpecto cortice verborum videantur in
perſonam concipi, re vera tamen concipiunt
in rem eo ipſo, quod diſponunt de rebus, ideſt
de bonis ſibi ſubiectis, & ab his perſonam ex-
cludunt,

Digitized by Google

98 cludunt, † *vti in ſpecie declarant Ceph. d. conſ. 309. numero 3. Surd. d. conſ. 257. num. 15. & d. conſ. 343. num. 16. Pereg. conſ. 19. num. 7 volum. 3.* Ergò
multo magis debet operari excluſionem ſtante alterius ſtatuti diſpoſitione, quæ illi eſt conformis.

Tertiò demum dato, quod in ſimplicibus terminis aut ſtatuti, cui perſona ſubiicitur, aut eius, cui ſubiiciuntur bona, res aliquam dubitationem haberet, vbi tamen ſimile ſtatutum in vtroq; loco viget, tunc procedit ſine dubio, quia fatentur omnes, fœminam ab vtriuſque
99 loci bonis excludi, † *vti videre eſt apud Soc. ſen. conſ. 36. num. 2. verſic. aut decedens vol. 1. Purp. conſ. 320. num. 10. verſic diligentius, Ceph d. conſ. 309. num. 43 & 81 verſic. nec ſtatutum, Pereg. d. conſ. 10. num. 8. in fi. volum. 3. Surd. d. conſ. 343. num. 20. & d. conſ. 553. num. 13. verſic. 3. Theſ. iur. d. lib. 2. quæſt. for. q. 5. num. 10.* Et eſt de mente, *Bald. in d. l. 1. num. 19. verſic. tamen benè teneo C. de ſumm. trin:* dicentis ſtatuta fœminarum excluſiua non extendi ad bona ſita extra territorium, vbi contraria eſt iuris diſpoſitio: Nam, ſi contraria non ſit diſpoſitio, vult extendi. Idem fuit de mente *Iaſ. conſ. 163. colum. 1. verſic. item tales volum. 2.* dum ait tales ſtatutarias diſpoſitiones non ſortiri effectum in locis, in quibus non ſunt talia ſtatuta: A contrario enim ſenſu vult aliud eſſe, ſi in ijs locis adſint ſtatuta ſimilia: Denique hoc etiam ſenſiſſe videntur, qui ſcripſerunt, ſi defunctus habebat bona, in duobus locis, vtriuſque loci ſtatutum ſeruan-
100 dum eſſe, † *Ita ſcripſerunt Caſtr. conſ. 32. nu. 1. verſic. quantum vero volum. 2. Alex. conſ. 44. nu. 6. volum. 5. Soc. ſen. conſ. 288. num. 2. verſic. & ſecundum, & conſ. 292. num. 2. verſic. ex quibus vol. 2. Pariſ. d. conſ. 84. num. 45. vol. 1. Gozad. d. conſ. 49. nu. 8. & 11. in fi. Soc. iun. d. conſ. 62. num. 2. vol. 3. Tiraq. de iure primog. q. 46. in fi. Natt. conſ. 148. num. 4. Ceph. d. conſ. 309. num. 44. Andr. Gail. d. lib. 2. obſ. 124. num. 8. & 10. Burſa. d. conſ. 8. nu. 35. Pereg. d. conſ. 10. num. 5. & 13. verſic. ad contraria autem volum. 3. & conſ. 7. num. 3. & 7. vol 5. Surd. d. conſ. 553. num. 14. & 2. ſeqq.* Et rectè: ceſſat enim in hoc caſu ratio, propter quam aliàs diſpoſitio ſtatutaria locum habere nequit: nam ratio eſt quia contraria diſpoſitio in alio loco exiſtens impedit ius accreſcendi, ſiue effectum
101 acquiſitionis fauore maſculorum, † *l. mulieri, & Titio. 73. ff. de cond. & dem. & in ſpecie declarat Bald. in d. l. 1. num. 19. verſic. ſed hic quæro C. de ſumm. trin.* eum ſtatuentes vnius loci non poſſint exercere iuriſdictionem in res, aut perſonas alienæ iuriſdictioni ſubiectas, *l. fin. ff. de iuriſd. l. 1. in fi. ff. de tut. & cur.* At hæc ratio ceſſat, quoties vtriuſque loci ſtatuta ſunt ſimilia, quia tunc diſpoſitio ſtatuti in vno loco exiſtẽtis, non poteſt dici contrariæ diſpoſitioni alterius ſtatuti, ſed ſimilis, nec iuriſdictio dici poteſt exerceri in res, aut perſonas alienæ iuriſdictioni ſuppoſitas, ſed potius in ſuppoſitas iuriſdictioni propriæ, licet cum alterius adminiculo. Ergò ceſſare debet controuerſia, quæ aliàs in propoſito fieri ſolet. *Ita conſiderant. Ceph. d. conſ. 309. num. 43. Pereg. d. conſ. 10. nu. 5. circa fin. volum. 3. Surd. d. conſ. 343. num. 9. verſic. reſpondetur 2.*

Ex quibus apparet non obeſſe contraria: nã, quicquid DD. in contrarium allegati ſcripſerunt, verius, & receptius eſt, ſingula ſtatuta ſeparatim, & per ſe conſiderata ſufficere ad excludendas ſorores ab vtriuſque loci bonis, & dato etiam, quod ſeparatim conſiderata paterentur aliquam dubitationem, haud dubiè tamen ſufficere, ſi ſimul iungãtur, ob paritatem, & ſimilitudinem diſpoſitionis, quia tunc vnũ ſtatutum ab altero adiuuatur: Quod enim dici ſolet, coniunctionem, ſiue multiplicationem inutilium nihil operari, procedit, quando extrema, quæ coniunguntur, ſunt omnino inutilia, ſecus verò, quando ſunt inutilia aliquo
102 tantum reſpectu, † *l. vlt. ff. comm. prædio.* prout euenit in caſu noſtro: nam ſtatutum loci, cui perſona ſubiacet, non eſt inutile reſpectu perſonæ, ſed tantum reſpectu rei; ſtatutum verò loci, cui ſubiecta ſunt bona, eſt tantum inutile reſpectu perſonæ. Ergo, ſi ſimul iungantur, talis coniunctio validitatem, & plenum effectum operabitur, quia vnum ſtatutum ſupplet defectum alterius, & quæ ſeparata non proſunt, vnita iuuant.

Maior planè videtur dubitatio reſpectu bonorum exiſtentium in ijs locis, in quibus ſimile ſtatutum non viget: nam eorum reſpectu res videtur poſita extra omnem dubitationem ſcilicet, quia receptiſſima eſt omnium ſententia, ad hæc bona non porrigi ſtatuta fœminas
103 excludentia, † *ſicuti tradiderunt 56. DD. quos enumerat Menoch. conſ. 1021. num. 19. quibus addo Barb. conſ. 29. num. 19. & conſ. 76. num. 2. vol. 3. Crott. in rep. l. omnes populi, 9. num. 245. ff. de iuſt. & iur. Put. in conſ. vn. poſito poſt conſ. Odd. nu 24. Andr. Gail lib. 2. obſ. 124. num. 15. Mago. deciſ. Flor. 107. num. 8. Honded. conſ. 5. num. 14. & conſ. 13. num. 2. volum. 1. Pereg. conſ. 90. num. 18. & 28. verſic. ad quintum vol. 1. & conſ. 7. num. 8. vol. 5. Theſ. iun. lib. 2. quæſt. For. q. 5. num. 7.* non ea ra-
104 tione, quod cenſeantur odioſa, † *vt conſiderant Bart. in d. l. 1. num. 33. & 42. C. de ſumm. trin. Alex. conſ. 128. nu. 1. & 3. volum. 1. Dec. conſ. 13. num. 7. verſic. & quod ſtatutum, & conſ. 313. nu. 6. Crott. in d. l. omnes populi. 9. num. 245. ff. de iuſt. & iur. Gozad. d. conſ. 37. num. 12. Menoch. conſ. 875. num. 1.* quia ſequeretur extendi, ſi ſtatutum eſ-
105 ſet fauorabile, quod tamen falſum eſt, † *vt cenſuerunt Bald. in d. l. 1. num. 19. verſic. Ego dico C. de ſumm. trin. Alex. d. conſ. 128. num. 1. verſic. & idem in effectu vol. 1. Pariſ. conſ. 68. num. 9. vol. 3. Tiraq. de iure primog. d. q. 46. nu. 27. Roll. conſ. 80. num. 29. verſic ſupereſt modo volum. 4. Natt. conſ. 514. num. 15. verſic. iſtud eſt eius, Theſ. iun. d. lib. 2. q. 5. num. 4. Vbi ait, banc eſſe magis communem, & ſecundum eam ſenatum iudicaſſe, licet fateatur, contrariam opinionem, ſibi ſemper viſam eſſe veriorem,* ſed, quia ſtatuentes nullam habent iuriſdictionem in res, quæ ſunt extra ſuum ter-
106 ritorium † *l. vlt. ff. de iuriſd.* nam, cum potentia cauſæ, nempe ſtatuentium ſit territorio li-
107 mitata † *l. duumuirum. 54. C. de decur. lib. 10.* conſequens eſt, vt limitatum quoque produ-
108 cere debeat effectum † *l. ſed, ſi plures 10. §. in arrogato ff. de vulg. l. ſi arrogator. 22. ff. de adopt.* Idque procedere videtur etiam reſpectu cen-
109 ſuum, & aliorum reddituum annuorum, † *vt ſcribunt Tiraq. de iure primog. q. 49. nu. 9. Mago. d. deciſ. Flor. 107. num. 8. verſic. & maximè, vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum à Rota Florentina, Pereg. d. conſ. 90. num. 29. volum. 1. Theſ. iun. d. lib. 2. q. 5. num. 16.* quippè, quæ, vt dictum eſt, inter immobilia connumerantur, Et verò etiam reſ-

pectu

pectu pecuniarum, quæ apud argentarios, ſiue, vt vulgò dicimus, ad banchum ſunt depoſitæ,
110 † *ſecundum Alex. d. conſ. 19. nu. 9. vol. 6. Crau. conſ. 934. num. 14. Theſ. iun. d. lib. 2. q. 5. num. 16.* aut apud montes collocatæ, quippè, quæ, &
111 ipſæ ſtabilium loco cenſentur, † *vt ſcribunt Pereg. d. conſ. 90. num. 29. vol. 1. Theſ. iun. d. lib. 2. q. 5. num. 16.* Quinimò videtur procedere etiam reſpectu ſimplicium nominum debitorum, cũ quibus alibi contractum eſt; nam, & hæc cenſentur eſſe extra territorium, & per conſequẽ-
112 tias non comprehenduntur ſtatuto, † *vt ſcribunt Alex. d. conſ. 16 num. 4. volum. 1. Soc. ſen. d. conſ. 101. num. 5. verſic. puto hæc volum. 1. repetito in conſ. 175. volum. 2. Oſaſ. conſ. 76. num. 19. in fi. & num. 20. & 21. verſic. & pro hac opinione*, ſiuè dicamus, in iis ſpectandam eſſe perſonam debitoris, *vt præfati DD. voluerunt*, ſiue ſpectandum eſſe locum, vbi de iure fieri debet exactio
113 † *vt cenſuerunt Alex. d. conſ. 16. in fi. volu. 1. Soc. ſen. d. conſ. 101. num. 5. verſic. puto hæc volum. 1. Tiraq. de retr. lign. §. 36. gloſ. 3. n. 16. & 17. Franch. d. deciſ. 93. num. 7. Oſaſ. d. conſ. 76. num. 20. Pereg. d. conſ. 90. num. 29. verſ. communis volum. 1. vbi teſtatur hanc eſſe communem reſolutionem, & ita fuiſſe iudicatum, Theſ. iun. d. lib. 2. q. 5. num. 15. vbi ait ſenatum in hanc opinione inclinaſſe.* Nam, cum debitores, vt forenſes, non ſint ſtatuto ſubiecti, & exactio ſit facienda in locis, vbi iidẽ debitores commorantur, conſequens videtur, vt vtroque reſpectu cenſeri debeant nomina à ſtatuto exempta. Nec obſtare videtur, quod iura, & actiones non circumſcribantur loco
114 † *l. quæſitum. 12. §. Papinianus ff. de fund. inſtr. l. vxorem. 39. §. legauerat l. quæſitum. 76. §. 1. & l. ſi mihi Mæuia. 90. ff. de leg. 3. l. Caius Seius. 88. ff. de leg. 2.* quia id verum eſt, quoad ipſam corporalem circumſcriptionem. Cœterum, quoad effectum exactionis, verius videtur ea cenſeri
115 de loco, vbi agi poteſt, † *ſicuti declarant Alex. d. conſ. 16. in fi. volum. 1. Soc. ſen. d. conſ. 101. nu. 2. verſic. Non obſtat. vol. 1. Crau. d. conſ. 934. nu. 11. Tiraq. de retr. lign. d. §. 36. gloſ. 3. num. 16. & de iure primog. d. q. 49. nu. 6. Oſaſ. d. conſ. 76 num. 20. Franch. d. deciſ. 93. num. 9.* Quinimò videtur argumentum retorqueri, quia, ſi non circumſcribuntur loco, nec per conſequentias videntur comprehendi ſtatuto, cuius vis loco conſtringitur, *vt ſupra dictum eſt.* Denique non videtur obſtare, ſi dicatur, huiuſmodi credita, ſiue actiones pro iis competentes, quia dantur ad pecuniam, & ſic ad rem mobilem, pro mobili-
116 bus reputari, † *ex doctr. gloſ. in §. 1. in verb. numeranda, Auth. de non alien. reb. eccl. coll. 2. Bart. in l. poteſt. 18. num. 1. ff. de admin. tut. Bald. in cap. 1. in prin. num. 26. de pac. tenea. Alex. conſ. 16. nu. 4. volum. 1. Soc. ſen. d. conſ. 101. num. 2. & 6. vol. 1. Socin. iun. conſ. 97. num. 73. vol. 2. Alv. conſ. 595. num. 3. & 4. Roll. conſ. 1. num. 127. volum. 5.* quæ ſequuntur perſonam domini, *vt ſupra dictum eſt*, quia verius videtur, immo mobilia cenſeri de loco, vbi ſunt, *vt tradunt omnes, quos retulimus ſupra num. 86.* Et ideo, cum pecunia tamquam debita à forenſibus ſit extra territorium, conſequens videtur, vt & actiones pro ea competentes cenſeri debeant extra territorium exiſtere, ita, vt intelligantur à ſtatuto exemptæ, vt ſunt alia omnia bona, quæ extra territorium ſtatuentium ſita reperiuntur;

His tamen non obſtantibus, puto etiam hoc tertium bonorum genus ſtatuto contineri.

Primò, quia, cum huiuſmodi ſtatutum, tamquam factum fauore agnationis cenſeatur fauorabile, *vt oſtendimus in prima diſtinctione*, cõſequens eſt, vt trahatur etiam ad bona ſita ex-
117 tra territorium † *ex doctr. Bart. in d. l. 1. nu. 32. verſic. Aut ſtatutum eſt prohibitorium in perſonã C. de ſumm. trin. Ita in ſpecie ſtatutorum fœminas excludentium ſcripſerunt Alex. conſ. 141. num. 15. vol. 7. Cur. iun. conſ. 9. nu. 2. & ſeqq. Rub. inter conſ. Purp. conſ. 320. nu. 4. Ceph. d. conſ. 309. nu. 24. & 38. Theſ. deciſ. 37. nu. 6. Morot. conſ. 53. num. 18. Surd. d. conſ. 343. num. 19. in prin. & verſic. quibus ſtantibus, vbi teſtatur, hanc eſſe communem, & magis veram opinionem, & conſ. 346. num. 6. verſic. præterea, & conſ. 535. num. 17. vbi pariter teſtatur, hanc eſſe magis communem, & conſ. 553. num. 10. quam etiam ſibi ſemper viſam eſſe veriorem fatetur Theſ. iun. d. lib. 2. q. 5. num. 3.*

Secundò verò multo magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo non tractatur de excludenda filia à ſucceſſione patris, aut matris, ſed de excludenda ſorore à ſucceſſione fratris: Nam, licet in deſcendentibus quæſtio ſit mirũ in modum cõtrouerſa, vtrum ſtatutum excluſiuum fœminarum ſimpliciter loquendo cenſeatur fauorabile, an verò odioſum, tamen in ſororibus res procedit ſine difficultate, quia etiam ii, qui contrariam ſequuntur opinionẽ
118 in filia, fatentur eſſe fauorabile in ſorore, † *vti videre eſt apud Bald. in l. fin. num. 2. verſic. & facit C. qui non poſſ. ad lib. peru. Alex. d. conſ. 16. ante num. 1. verſic. & quod tale ſtatutum vol. 1. Curt. iun. conſ. 150. num. 6. Soc. iun. conſ. 1. num. 46. verſ. quarta volum. 1. vbi ait, hanc opinionem eſſe multum ſingularem, & ſecundum ſenſum ſuum; Rub. inter conſ. Purp. d. conſ. 320. num. 4. verſ. ſed caſu. Ceph. conſ. 120. num. 9. & 11. & conſ. 278. nu. 108. Menoch. conſ. 335. num. 37. & conſ. 427. num. 14. Surd. d. conſ. 553. num. 9. verſic. qua ſententia, & num. 10. vbi teſtatur, hanc eſſe communem,* Quo fit, vt ſine dubio debeat trahi ad bona etiam alibi ſita; *ex iis, quæ diximus in præced. n. 1 fundamento*, Et ita in ſpecie ſtatuti excludentis ſo-
119 rorem à ſucceſſione fratris ſcripſerunt, † *Rub. inter d. conſ. Purp. conſ. 320. nu. 4. verſic. quo caſu, Ceph. d. conſ. 120. nu. 11. Surd. d. conſ. 553. nu. 10. verſic. & in ſpecie, vbi teſtatur, hanc eſſe communem.*

Tertiò conſiderandum eſt, huiuſmodi ſtatutum, dum diſponit, ne fœmina poſſit quicquam petere de bonis fratris, effectu eam excludere ab hæreditate defuncti, quæ tamquam ius vniuerſale comprehendit bona, vbiuis exiſtentia, *l. hæreditas. 63. ff. de reg. iur. l. nihil aliud. 24. ff. de verb. ſign.* Vndè fit, vt prædictum ſtatutum cenſeatur eam excludere etiam à bonis
120 ſitis extra territorium, † *vt in ſpecie declarant Franc. de Rampo. inter conſ. Calderi. conſ. 34. nu. 3. ſub tit. de teſtam. & poſt eum Alex. conſ. 44. nu. 7. volum. 5. & conſ. 141. num. 18. volum. 7. Campeſ. de ſtat. excl. fœm. q. 69. in fi. vbi ait hanc opinionem eſſe fortiorem, & in practica magis obtinere Iaſ. d. conſ. 80. num. 3. verſic. mouetur etiam volum. 3. Papien. in form. lib. quo pet. hæred. ex teſtam. in verb. vallatum legitimo numero teſtium num. 10. verſic. Ego autem crederem, Purp. d. conſ. 320. nu. 13. Ceph. d. conſ. 309. num. 26. Surd. d. conſ. 343. num. 26. d. conſ. 535. num. 19. & d. conſ. 553. nu. 11.* Nec dicas, hoc ſtatuentes facere non potuiſſe, quia contrarium verius eſt, & receptius, potiſſi-

ſcilicet ſtatuentes inhabilitare ſubditum,
& eum afficere etiam reſpectu bonorum alibi
121 exiſtentium, † *l.magis puto.5. §. illud ff. de reb.*
eor.l. propter litem.24.§. licet ff. de exc.tut. & ſcri-
bunt Franc. de Rampo. d.conſ.34. num.1. verſicl
ſicus eſſet, Soc.ſen. conſ.36.num.4. volum.1. Iaſ.d.
conſ.80. num.3. verſ. confirmatur per illud vol.3.
Rub.apud Purp.d.conſ.320.num.4.verſic. item, ſi
bene, & ibi Purp. nu.14. Ceph. d.conſ.309.nu.30.
& 36. Surd.d.conſ.535. num.18. & d. conſ.553.
num.12. quia ita diſponẽdo non exercent prin-
cipaliter iuriſdictionem in rem, ſed in perſonã
quæ ſuæ iuriſdictioni ſuppoſita eſt, licet in cõ-
ſequentiam diſpoſitio trahatur ad bona, vbi-
uis exiſtentia.

Quartò multo magis hæc admittenda ſunt
in caſu noſtro, in quo cum ſtatuto concurrit
etiam voluntas eius, de cuius bonis agitur, &
vera, & præſumpta, vera, quia Dom. Referen-
darius ſæpiſſimè declarauit, ſe velle bona ſua
vniuerſa ad D. Comitem Io. Baptiſtam perti-
nere, vt in facto ſupponitur, & (ni fallor) pro-
batum eſt. Et licet hæc voluntas, tamquam ad
actum non redacta non ſit ſufficiens ad tribu-
endam hæreditatem, quippè quæ non nuda
voluntate, ſed ſolemni teſtamento danda eſt,
122 † *l.hæreditas.5. C.de pact.conu.l.pen.§. vlt.ff. de*
bon.poſſ.ſec.tab. ſufficit tamen ad hoc, vt in om-
nibus bonis, etiam alibi exiſtentibus locum
123 habeat ſtatuti diſpoſitio, † quia teſtator po-
teſt etiam inſolemniter declarare, vtrum velit
in hæreditate ſua ſeruari diſpoſitionem iuris
124 communis, an verò ſtatutariam, † *vt eſt de*
mente eorum, quos referemus infra nu.126.& 128.
cum etiam tacitè detur hæreditas ab eo, qui
125 inteſtatus moritur, † *l.ſi quis, cum teſtamentum*
3.in prin.& l.conficiuntur.8 in prin.ff.de iur.codic.
Præſumpta vero mens eius colligitur ex mul-
tis, & primò ex eo, quia D. Referendarius erat
ſubditus originarius, tamquam Niciæ natus,
ibique domicilium habebat, ideoq; cenſetur
voluiſſe hæreditatem ſuam ad eos pertinere, ad
quos ex ſtatuti Nicienſis diſpoſitione pertine-
126 re debet, † *vt ſcribunt Alex. d.conſ.141.nu.19.*
verſic. ſed in propoſito volum.7.& Campeg. de ſtat.
excl. fœm.q.69.num.7. verſic. aut moritur ab inte-
ſtato, & verſic. ſed parum curo. Secundò, quia,
non ſolum ibi natus, & moratus eſt, ſed etiam
ibi deceſſit, quæ res inducit eandem voluntatis
præſumptionem, ſcilicet, quia cenſetur quis
ſeſe conformare cum diſpoſitione legis, & ſta-
127 tuti illius loci, in quo quis moritur, † *l. ſi non*
ſpeciali.9. & l. vlt. C. de teſta. Quamobrem hoc
ſufficit ad extendendam vim ſtatuti etiam ad
128 bona alibi exiſtentia, † *vt poſt Saly.in d.l.1. C.*
de ſumm.trin.& fid.cath.cenſuerunt Alex. d. conſ.
16. ante num.1.volum.1. Iaſ.d.conſ.80.colum.fin.
verſic.ad idem bene facit uolum.3. Soc.ſen. d. conſ.
36.num.3.& 4. uerſic. quare, cum prædicta uol.1.
Pereg.d.conſ.90.num.21.uol.1.& conſ.10.num.8.
volum.3. Surd.d.conſ.553 num.20. Tertiò colli-
gitur hæc præſumpta voluntas, ex eo, quod
maiorem partem ſuorum bonorum habebat
in territorio ſtatuentium, ideoque non eſt cre-
dendus voluiſſe in bonis alibi ſitis ſeruari ius
diuerſum ab eo, quod in Nicienſi territorio
ſeruaretur, ſed potius, vt diſpoſitio ſtatuti tra-
heretur etiam ad bona alibi exiſtentia, ſecun-
dum communes regulas, quæ volunt maiorẽ
129 partem ad ſe trahere minorem, † *l. & ſum*
heredem.8.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de pact.l.quod maior
19. ff.ad municip.l.aliud eſt vendere.121.§.1. ff.de
reg.iur.l.fin.in prin.ff.de bon.auth.iud. poſſ. Etiã
in terminis ſtatutorum, vt attendi debeat ſta-
tutum eius loci, in quo ſita eſt maior pars bo-
130 norum, † ſcripſerunt, *Caſtr. in l.ſi fideicommiſ-*
ſum.50.in prin.nu.4 ff.de iudic. Io.de Ana. conſ.4.
in.3.dub.& ibi Bologn.in addit. Gozad.d.conſ.49.
num.12. Pariſ conſ.12.num 15.vol.3. Ant. Gabr.
in tit.de ſtat.concluſ.8.num.32.

Quintò faciliùs hæc ſunt admittẽda ſtante,
quod prædictæ circumſtantiæ non ſunt ſimpli-
ces, & ſolæ; ſed ſimul iunctæ: Nam, licet ali-
quam paterentur difficultatem, quando eſſent
ſolæ, eo tamen ipſo, quod ſimul omnes con-
currunt, ponunt rem extra omnem dubitatio-
nem, quia, quæ non proſunt ſingula, vnitã iu-
131 uant, † *vt in his terminis arguunt Ceph. d. conſ.*
309.num.68. verſic. quibus, & Surd. d. conſ.553.
num.20.verſic.& quamuis, Quam in rem facit,
quod dicimus de coniecturis, ex quibus indu-
citur filiorum in conditione poſitorum vo-
catio: nam, licet ſingulæ deducantur in con-
trouerſiam, multę tamen ſimul iunctæ tollunt
132 omnem dubitationem, † *vt ſcribunt Rum.*
conſ.142.num.11.vol.1. Soc.iun. conſ.110.nu.29.
volum.3. Ceph.conſ.476.num.15. A.antic. de con.
vlt.vol.lib.11.tit.3.num.26. Surd. conſ.67.nu.34.
Pereg. conſ.91. num.38. volum.1. Theſ. decis.96.
num.19.verſic.ſuprascriptę.

Sextò ſupradicta multo faciliùs admittẽda
ſunt in ſimplicibus creditis, & nominibus de-
bitorum forenſium, quippè, quæ circumſcri-
ptis etiam ſupradictis circumſtantijs deberent
ſub hac ſtatutaria diſpoſitione cenſeri com-
prehenſa, cum verior ſit ſententia exiſtiman-
tium nomina debitorum, tamquam perſonæ
133 creditoris cohærentia, † *l.3.in prin. ff.pro ſoc.l.*
quis ergo.17.in fi.& l.ſi Sticho.54.ff de pecul. debe-
re regulari ſecundum ſtatuta eius loci, cui cre-
134 ditor eſt ſubiectus, † *vti cenſuerunt Ang. de*
Gamb.conſ.75.nu.12.& ſeqq. Alex. conſ.31 nu.4.
verſic. His ſic pręſuppoſitis, & num.6.vol.1.conſ.19.
num.9.volum.6.& conſ.141.nu.21.volum.7. Soc.
ſen. d.conſ.36. num.5.in fin.& num. ſeq.volum.1.
Iacob.à S. Georg. in ſua inueſt. feud. in verb. cum
mero, mixto imperio num.17. Gozad. d. conſ.49.
num.14. Alb.conſ.23. num.9.conſ.26.num.3.&
conſ.595.nu.4. Tiraq.de iure primog.q.49.nu.10.
Mago. d. deciſ. Flor.107. num.11. verſic. & licet
Andr. Gail.ò. lib.2. obſ.124. num.19. Morot. d.
conſ.53.num.17. Handed. conſ.13.num.21.vol.1.
Burſa. conſ.427.num.15. Et, licet negari non
poſſit, quin quæſtio in ſimplicibus terminis ſit
controuerſa, tamen, vbi concurrunt circunſtã-
tiæ prædictæ, non puto dubitandum, quin ſine
difficultate procedat.

Septimò prædicta, cum in omnibus rebus,
tum potiſſimum in ijs, quę ſunt in ditione
Sereniſ. Sabaudię Ducis, locum habere debẽt:
Nam, quia ſtatutum Nicienſe fuit à Sereniſs.
Duce confirmatum, ideo perinde eſt, atque, ſi
fuiſſet ab eo conditum, quia omnia noſtra fa-
cimus, quibus authoritatem noſtram imparti-
mur, *l.2. §. ſed neque, verſic. omnia C.de vet. iur.*
135 *enucl.* Quamobrem dicitur lex principis, † *vti*
videre eſt apud Abb.conſ.77.colum.pen.verſic. præ-
ſertim valet ſtatutum lib.2. Ruin. conſ.130. nu.8.
volum.5. Roll. conſ.86.num.28.& 29.vol.1. Put.
in conſ. un. poſito poſt conſ. Odd. num.115. quæ,
quia

quia vim ſuam exercet in omnibus locis eius ditioni ſubiectis *l.leges.3. C.de legib.* ideo fit, vt hoc ſtatutum, tamquam ſtatutum principis debeat inter Nicienſes ſeruari in bonis vbicūque ſitis, dummodo ſint in ditione Sereniſſimi
136 Ducis, † *Ita in ſpecie cenſuerit Put. in d. conſ. vn. num. 115. Theſ. ſun. d. lib. 2. q. 5. num. 13.*

Ex his apparet non obeſſe contraria, tum, quia iuxta receptiorem DD. ſententiam procedunt in ſtatutis odioſis, non fauorabilibus, cuiuſmodi eſt ſtatutum, de quo nos loquimur, maximè in ea parte, qua ſororem à ſucceſſione fratris excludit, tum etiam, quia dato, quod regulariter eſſent vera, limitantur tamen, vbi concurrunt circunſtantiæ, quæ concurrunt in caſu noſtro, *ut conſiderauimus in præcedentibus fundamentis.* Et ita iuris eſſe concludo; ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro DD. Angela, & Franciſca ſororibus de Dulcis.

CONSILIVM LXXV.

ARGVMENTVM.

Creditor anterior quid debeat promittere poſteriori pecuniam ſoluenti;

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior tenetur poſteriori ſoluenti cedere iura ſua.*

2 *Creditor anterior tenetur poſteriori ſoluenti promittere, creditum ſuum eſſe verum, & non exactum, ſed non exigibile.*

3 *Creditor anterior debet poſteriori ſoluenti cedere iura, quæ habet, & ſic talia, qualia habet num. 4. ſeu, prout cedere poteſt num. 5.*

6 *Concedendum eſt facile, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt.*

7 *Creditor, qui vendit pignus, non tenetur de euictione.*

8 *Creditor, qui vendit pignus, tenetur præſtare creditum ſuum eſſe anterius.*

9 *Creditor, qui vendit pignus, & is, cui à poſteriore pecunia offertur, vel ſoluitur, multum differunt in materia ceſſionis iurium, & cur num. 10.*

11 *Creditor anterior non tenetur promittere poſteriori ſoluenti, creditum ſuum eſſe anterius, nec reſtitutionem pecuniæ.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

EMptor rei, ſuper qua fuerat à vetere domino conſtitutus cenſus, vult eum reducere, ſed ait, ſe non aliter pecuniam numeraturum, quam, ſi emptor cenſus ſibi ceſſerit iura ſua, & præterea promiſerit, creditum ſuum non ſolum eſſe verum, & exigibile, ſed etiam anterius, imo, ſe in caſum euictionis pecuniam reſtituturum. At is qui pecuniam recepturus eſt, offert quidem, ſe paratum cedere iura ſua, & promittere creditum ſuum eſſe verum, & non exactū, ſed negat ſe teneri ad aliud, Vnde quæritur, vtrius intētio ſit magis iuri conſona. Et breuiter reſpondendo, puto iuri, & receptæ DD. ſententiæ magis eſſe conſentaneam intentionem eius, qui pecuniam eſt recepturus, quam, qui numeraturus: Nam certi iuris eſt, creditorem antiquiorem, cui à poſteriore vel offerente, vel poſſidente rem, in qua ius habet, pecunia ſoluitur, teneri quidem ei cedere iura
1 ſua, † *l. mulier. 20. & ibi Bart. ff. qui potio. Bald. in l. ſubtinus. 21. num. 2. C. ad vell. Caſtr. in l. ſi res obligata. 60. num. 4. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 104. nu. 1. & 2. verſ. nam intentio, & conſ. 446. in prin. Viu. deciſ. 475. num. 1.* & promittere, ac præſtare creditum ſuum eſſe verum, & non exactum, ſed
2 non exigibile, † *l. ſi nomen. 4. ff. de hæred. vel act. vend. l. ſi plus. 74. §. vlt. ff. de euict. l. inter cauſas. 26. §. abeſſe ff. mand. Bald. in d. l. ſi nomen, Alex. conſ. 242. num. 3. volum. 6. Mago. deciſ. Flor. 39. num. 1. Rot. Gen. deciſ. 156. num. 1.* nec anterius, & multo minus teneri promittere reſtitutionē pecuniæ in caſum euictionis: Nam huiuſmodi
3 creditor debet cedere iura, quæ habet, † *l. ſi procuratorem. 8. §. ſi liber homo ff. mand. Bart. in l. in creditore. 38. in prin. & ibi Bald. ff. de euict.* & ſic
4 talia qualia habet, † *vt ait Franch. deciſ. 427. nu. 2. & 8.* adeo, vt, ſi, vel renuntiatione, vel alia de cauſa nō habeat ea integra, ſed imminuta, puta, quia renuntiauerit hypothecæ in aliqua re particulari, non teneatur cedere, niſi prout
5 cedere poteſt, † *vt ſcribunt Bald. in d. l. ſubtinus. 21. num. 2. C. ad vell. latè Morot. in tract. de iur off. num. 4.* quia hoc cedendarum actionum beneficium non proficiſcitur ab aliqua obligatione præcedente, ſed à ſola æquitate, quæ ſuadet, vt, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt facilè
6 concedatur, † *l. reſcripta. 7. C. de precib. Imp. off.* Nec eſt contrarium, quod creditor, qui vendit
7 pignus, licet non teneatur de euictione, † *l. 1. l. 2. C. cred. euict. pign. non deb. Dec. conſ. 449. num. 37. Negu. de pign. part. 6. memb. 1. num. 40. verſ. Regula, Mago. deciſ. Flor. 137. num. 7.* tenetur tamē
8 præſtare creditum ſuum eſſe anterius, † *ſecundum eundem Negu. ſ. ibi verſic. 2. fallit,* quia longè alia eſt huius, alia creditoris, de quo loquimur, ra-
9 tio, † *vt ait Franch. d. deciſ. 427. num. 9.* Nam vēditor etiam pignoris obligatur ex proprio cōtractu inito cum emptore, qui ſequitur eius fidem, & quaſi ſubintraturus in eius locum, quē verum, & tutum arbitratur, cum eo contrahit. At creditor antiquior, qui ſimpliciter pecuniā recipit à poſteriore, nullum cum eo contractū init, nulloque obligationis vinculo ei adſtringitur; licet enim ab eo recipiat pecuniam, recipit tamen, quod ſuum eſt, ſcilicet, quia eſt verus creditor, quod & præſtare debet, ſed non obligatur ad cedendum iura ſua, niſi ex quadam æquitate. Itaque poſterior, qui talem ceſſionem contra iuris rigorem conſequitur, debet eā eſſe contentus, non verò prætendere promiſſionem, ſeu præſtationem, aut euictionis, aut etiam anterioritatis, quæ nec iure, nec æquitate nititur: Alioquin enim proprium cedentis beneficium inciperet ei damnum afferre, quod iuris rationi refragatur, *l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. 7. ff. quemad. teſt. ap.* Non eſt igitur à venditore pignoris ad creditorem pecuniam recipientem inferendum, quia longè alia eſt eius ceſſionis, quæ ex hominis diſpoſitione fit, alia eius, quæ fit ex diſpoſitione legis, & quadā
10 æquitate ratio, † *ut oſtendunt Soc. ſen. conſ. 206.*

verſic.

Digitized by Google

verſ. confirmatur iſta concluſio. volum. 2. & Dec. d. conſil. 104. num. 5. & 6. verſic. poſtremo, & num. 7. Maximè, cum ſit, quod imputetur poſteriori creditori ſoluenti: Quid enim eum ad offerendum, & ſoluendum adſtringit? Nec eſt, quod causeris, imo adſtringi per indirectum, ne alioquin re careat, quam prior ſuum non recipiens, auocare poſſet, quia reſpōdeó hanc rationem non conſiderari, vt neceſſariam, ſed, vt vtilem, & voluntariam, quia neceſſitas ſoluendi ex ſola obligatione proficiſcitur. *tit. inſt. de obligat. in princ.* quæ in tertium non cadit poſſeſſorem, *§. 1. inſt. de action.* Itàque, ſi ſoluit, ob hoc vnum ſoluit, vt conditionem ſuam faciat meliorem, liberando rem à vinculo, vel pignoris, vel cenſus, vel alterius oneris, cui erat obnoxia. Et ita in terminis ceſſionis, quæ fit à creditore pecuniam recipiente, vt non teneatur cedens promittere creditum ſuum eſſe anterius, nec pecuniæ reſtitutionem in caſum euictionis, ſed ſufficiat, ſi promittat creditum ſuum eſſe ve-
10 rum, & non exactum, † reperio ſcripſiſſe Vinc. de Franch. *deciſ. 427.* vbi *in fine* refert ita à ſacro illo conſilio fuiſſe deciſum, & poſt exactiſſimam diſcuſſionem determinatum, quod & in propoſita ſpecie ſeruandum cenſeo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Iuſſu Sereniſsimi Sabaudiæ Ducis.

CONSILIVM LXXVI.

ARGVMENTVM.

Feudo conceſſo cum reſeruatione facultatis illud recuperandi media recompenſatione eiuſdem valoris, & iuriſdictionis, cuius temporis ſit habenda ratio in facienda æſtimatione, an conceſſionis, an verò recuperationis, Et, an & quando impenſæ magnæ, & melioramenta exceſſiua ſint à domino, qui feudum recuperat, præſtanda vaſſallo.

SVMMARIVM.

1 *Copula, &, ſui natura eſt repetitiua qualitatum præcedentium.*
2 *Genus, tamquam incertum loco non concluditur.*
3 *Valor idem eſt, quod pretium, & æſtimatio.*
4 *Pecunia res alias æſtimat, non autem ab alijs æſtimatur.*
5 *Recompenſatio dari non dicitur, quoties datur pecunia pro re, ſed potius dicitur fieri ſolutio.*
6 *Recompenſatio denotat quandam permutationem.*
7 *Permutatio fit, cum res pro re datur, non, cum pecunia pro re ſoluitur.*
8 *Retrouendere promittens intelligitur mediante pretio iuſto, & currente tempore retrouenditionis, non verò eo, quo prius ipſe rem emerat, Declara, vt num. 39. verſ. minus obſtat.*
9 *Pactum de liberanda, ſiue affrancanda re liuellaria media ſubrogatione rei, qua ſit eiuſdem redditus, intelligitur inſpecto redditu, qui eſt tempore liberationis, non, qui tempore conuentionis, Sed contra nu. 40.*
10 *Subrogatum debet habere omnes qualitates eius, cuius loco ſubrogatur.*
11 *Augmentum debet ad eum pertinere, qui medio tempore eſt dominus, puta ad emptorem, vel emphyteutam, vel vaſſallum; Declara; vt num. 42.*
12 *Alluuionis incrementum medio tempore contingens cedit lucro emptoris, non venditoris, qui rem poſteà redemit ex pacto, Sed contra numero 43.*
13 *Arbitrium boni viri locum habere nequit, vbi res eſt certa.*
14 *Certum diſtinguitur ab arbitrario.*
15 *Interpretatio in dubio facienda eſt contra eum, qui ſe fundat in verbis.*
16 *Tempus redemptionis, non conceſſionis ſpectandum eſt, ſi feudum ſit conceſſum cum facultate redimendi media præſtatione alterius feudi redditus æquiualentis.*
17 *Tempus contractus attenditur, cum de valore rei tractatur.*
18 *Læſio æſtimatur inſpecto tempore contractus, cum agitur de reſcindenda venditione.*
19 *Læſa an ſit Eccleſia in datione in emphyteuſim, vel alio contractu, ſpectandum eſt tempus contractus.*
20 *Simulatio contractus arguitur ex modicitate pretij inſpecto tempore contractus.*
21 *Tempus contractus inſpicitur, cum agitur de valore rei ad finem eius liberandæ, & generaliter, cum de eo tractatur ad quemcumque finem. num. 22.*
23 *Teſtatoris diſpoſitio refertur ad tempus teſtamenti.*
24 *Æſtimatio rei, quoties eſt ex vltima voluntate præſtanda ſpectatur tempus teſtamenti.*
25 *Verba contrahentium ſunt referenda ad tempus contractus.*
26 *Æſtimatio rei, ſi promittatur, vel ex natura contractus debeatur, ſpectandum eſt tempus contractus, non ſolutionis.*
27 *Pecunia ſoluenda eſt ſecundum valorem temporis contractus.*
28 *Dictio, tantumdem, eſt relatiua.*
29 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
30 *Relatio cenſetur fieri etiam reſpectu temporis.*
31 *Retrouenditio fieri debet pretio currente tempore contractus, ſi dictum ſit, eodem pretio.*
32 *Tempus contractus ſpectandum eſt in conſideranda qualitate, & valore bonorum, quæ ex pacto danda ſunt in recompenſationem aliorum.*
33 *Redhibere, verbum denotat recuperationem non eſſe faciendam per modum retrouenditionis, ſed potius per modum receſſus, & reſolutionis.*
34 *Reſoluto contractu omnia ſunt ad tempus contractus referenda.*
35 *Æqualitas inter contrahentes eſt ſeruanda.*
36 *Vaſſallus non debet cogi remittere feudum factum pretioſius principi, qui veriſimiliter non fuiſſet illud redempturus, ſi factum eſſet deterius. Declara, vt num. 37.*
38 *Valor ſpectandus eſt inſpecta qualitate rei, quæ erat tempore contractus, non verò habita ratione melioramentorum.*

39 *Soluí eandem rem bis vni iniquum eſt.*
41 *Recompenſatio pro feudo euicto danda eſt inſpecto tempore euictionis, ex pacto vero inſpecto tempore conceſſionis.*
44 *Aeſtimatio requirit arbitrium boni viri.*
45 *Certum dicitur etiam id, quod ex vi relationis colligitur.*
46 *Melioramenta facta à vaſſallo in re feudali ſunt ipſius vaſſalli, & eius hæredum, ideoque à domino directo recuperante feudum ſunt ſoluenda.*
47 *Melioramenta præſtanda ſunt, quoties ex pacto res redimitur.*
48 *Melioramenta facta in re feudali ſunt ſoluenda ſecundum tempus redemptionis.*
49 *Clara, vbi ſunt verba, nullus relinquitur dubitationi locus.*
50 *Fortalitium, quod nam dicatur, & num. 51. & 52.*
53 *Factum conſiſtitur, quod breui, & nullo negotio fieri poteſt.*
54 *Potentia de facili reducibilis ad actum, habetur pro ipſo actu.*
55 *Melioramenta facta contra domini prohibitionem etiam ex poſt facto interuenientem, non debentur, & multo magis, ſi fuerint ab initio prohibita. nu. 56.*
57 *Vaſſallus, qui ædificat contra domini prohibitionem, non caret fraude.*
58 *Melioramenta, quæ fiunt mala fide, amittuntur.*
59 *Melioramenta non dicuntur, ſed deterioramenta, quæ fiunt contra domini voluntatem.*
60 *Fortalitium ſine licentia Principis conſtrui non poteſt, quoties per id redditur dubia publica ſecuritas.*
61 *Fortalitium vetus in locis limitrophis retinere priuatus non poteſt, & multo minus de nouo conſtruere. num. 62.*
63 *Melioramenta immoderata, & exceſſiua non ſunt præſtanda, & nu. 64. & tot num. 65.*
66 *Palatia inter regalia recenſentur.*
67 *Impenſa voluptuaria non eſt præſtanda. Declara, vt num. 68.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

VEreor, ne meus in ſcribendo labor futurus ſit ſuperuacuus, quod ſciam de eadem re conſultos eſſe viros ſapientiſſimos, & Præſides ſummos, quorum diligentia non poteſt nõ reddere inutilem aliorum omnium curam; Sed, ne videar, in re iuſta demãdatam ſcribendi prouinciam reſpuere, proferam & ipſe, qua breuitate potero, meam de propoſita conſultatione ſententiam, tam reſpectu recompenſationis dandæ pro rebus, quæ redimuntur, quam reſpectu ſatisfactionis melioramentorum in pecunia, vel rebus æquiualentibus faciendæ iuxta legem in feudali conceſſione dictam.

Recompenſationis autem ambiguitas non in eo vertitur, vtrum in pecunia dari poſſit, an verò in bonis, & iuriſdictione danda ſit, quia verba conceſſionis non obſcurè demonſtrant, in bonis, & iuriſdictione dandam: nam, cũ his verbis fuerit promiſſa, *con obligatione pero di ricompenſargli prima, che ſi togliesse in noi d'altretãto valore, e giuriſdittione nello ſtato noſtro ad arbitrio d'huomo da bene*, nemo rectè dicerit, actum
fuiſſe de præſtãda æſtimatione, ſiue ſpectemus
iuriſdictionem de qua minor eſt dubitatio, cũ
illa verba reſpectu iuriſdictionis hunc habeãt
ſenſum, *con obligatione di ricompenſargli d'altretanta giuriſdittione*, propter copulam, &, quæ ſui
natura eſt repetitiua qualitatum præcedentiũ.
1 † *l. Seia. 20. §. Caio, & ibi Bart. ff. de fund. inſtr. Ruin. conſil. 15. num. 7. vol. 1. & conſ. 115. num. 6. vol. 3. Iaſ. conſ. 228. num. 2. vol. 2. Soc. iun. conſ. 71. num. 4. vol. 3. Menoch. conſ. 212. num. 22.* & conſequẽter operatur, vt in caſu noſtro illa dictio,
altretanto, cenſeatur repetita in iuriſdictione,
quæ copulatur, & perinde ſit, ac, ſi dictum eſſet,
con obligatione di recompenſargli d'altretanto valore, e d'altretanta giuriſdittione, maximè ſtantibus illis verbis ſequentibus, *nello ſtato noſtro*,
quippe, quæ perperam fuiſſent adiecta, ſi recõpenſatio eſſet danda in pecunia, cum ea, tamquam genus, & ſic res incerta loco non cõcludatur.
2 † *l. in ratione. 30. §. certa, & § incerta. ff. ad l. Fal.* ſiue etiam ſpectemus quartam redituum,
de qua fortaſſis alij dubitabunt: nam & huius
recompenſationem in bonis eſſe faciendã, mihi videtur patere ex multis, & primo ex eo, quia
promiſſa eſt recompenſatio his verbis, *d'altretanto valore*, quæ, tamquam prolata genitiuo
caſu non poſſunt ad pecuniæ ſolutionem referri. Significãt enim pro recompenſatione dandam eſſe rem eiuſdem valoris, nõ valorem ipſum, ſeu pecuniam: nam valor idem eſt, quod
3 pretium, ſiue æſtimatio. † *vt ſcribunt Ceph. conſ. 735. nu. 11. & Bec. conſ. 41. nu. 4. & 21. verſ. non etiã, vol. 1. & text. in l. quicquid conſtiterit. l. heſ. lib. gent. ... de aggem. part. 2. nu. 10*, quam pecuniã non recipit,
4 tamquam ea, quæ res alias æſtimat. † *l. ſi ita fideiuſſorem. 43. ff. de fideiuſſ. & ſtrikt. ... in l. nomis. 3. in verb. æſtimatio, & ibi Bart. num. 2. & alij paſſim. ff. de in lit. iur. Ceph. d. conſ. 735. num. 11.* Et
ita in materia feudali illa verba, eiuſdem valoris, ſiue quantitatis, eſſe referẽnda ad ſpeciem,
ideſt, aliud feudum, non ad pecuniam probat
tex. in c. 1. in prin. de inueſt. de re alie. fact. ſecundum quod ibi declarant *Bald. ante nu. 1. & nu. 3. verſ. not. Aluaro. nu. 1. & ... B. ...zar. num. 10. Boer. deci. 19. nu. 3.* Quod etiam & ſecundo confirmatur ratione: nam, quoties pro re datur pecunia, non dicitur fieri recompenſatio, ſed ſo-
5 lutio. † *l. huiuſmodi. 86. §. qui ſeruum. ff. de leg. 1. l. vlt. C. de per. & com. rei vend. l. Iulianus. 14. §. offerri. l. ſi per colluſionem. 51. §. vlt. ff. de act. emp.* Recõpenſatio enim denotat quandam permutatio-
6 nem, † *vt colligitur ex dictis, Guidop. q. 155.* quæ
tunc demum fieri dicitur, cum res pro re datur,
7 non, cum pecunia ſoluitur. † *l. naturalis. 5. §. 1. ff. de praeſcr. verb. l. 1. ff. de contr. empt. Dd. in l. 2. in prin. ff. ſi cer. pet.* Quamobrem Aluarot. *in d. c. 1. in prin. nu. 2. verſ. ex quo inferas, de inueſt. de re alie. fa.* & Boer. *d. deciſ. 19. nu. 3.* cambiũ vocant, quoties pro feudo euicto datur recõpenſatio eiuſdem valoris, *ſecundum ſpeciem. d. c. 1.* & Bal. *in c. 1. §. 1. nu. 2. in fi. & num. 3. de nou. form. fidelit.* recompenſationẽ vocat, cum datur feudũ æquiualens. Confirmatur & tertio, quia in hac ipſa
conceſſione, cum pro re ſolui poteſt pecunia,
nõ eſt vſus princeps verbo recõpẽsãdi, ſed dixit,
con haverlo à ſatisfar in contante, ò in beni equiualenti, quanto importaſſero le fabriche, &c. Itaque
ex hac diuerſitate loquendi colligimus, cum
in pcedẽti promiſſione nõ ſẽſiſſe de ſolutione

pecuniæ

pecuniæ, ſed de recompenſatione danda in re eiuſdem valoris, quia alioquin, quemadmodum expreſſit illa verba, *in contanti*, in ſatisfactione melioramentorum, ita etiam ea expreſſiſſet in recompenſatione bonorum, ſi talis fuiſſet eius voluntas. *l. vn. §. ſin autem ad deficienti. C. de cad. toll.* Quarto denium, cum in vna, eademque clauſula ponantur illa verba, *valore, e giuriſdittione*, & ſub vna, eademque determinatione, tam reſpectu illius dictionis præcedentis, *altretanto*, quàm reſpectu illorum verborum ſequentium, *nello ſtato noſtro ad arbitrio d'huomo da bene*, quippè, quæ reſpiciunt vtramque recompenſationem, valoris ſcilicet, & iuriſdictionis, & hæc omnia, quatenus reſpiciunt recompenſationem iuriſdictionis, determinent, eam eſſe dandam in re, non in pecunia, *vt ſupra dictum eſt*, conſequens eſt, vt eodem modo determinare debeant; quatenus reſpiciunt recompenſationem valoris, *ex regula. l. iam hoc iure. 4. ff. de vulg.* Et, vt ingenuè fatear, hoc apud me dubium non habet, neque recompenſationis ambiguitas in hoc conſiſtit, ſed in eo, nunquid danda ſit in re eiuſdem valoris, & iuriſdictionis habito reſpectu ad tempus conceſſionis, an verò potius ad tempus redemptionis.

Et prima quidem facie reſpondendum videretur, dandam eſſe recompenſationem habito reſpectu ad tempus redemptionis, quia qualitas illa recompenſandi, *d'altretanto valore, e giuriſdittione*, adiecta verbo redimendi debet intelligi ſecundum tempus verbi, & ſic ſecundum tempus redemptionis, *ex regula l. in delictis. 4. §. ſi extraneus. ff. de noxal.* Qua ratione dicimus, eum, qui promiſit retrouendere, intelligi mediante pretio iuſto, & currente tempore retrouenditionis, non verò eodem,
8 quo prius ipſe rem emerat, † *vt ex doctr. Bald. in l. 2. num. 30. C. comm. de legat. cenſuerũt Goz. ad. in l. 2. num. 231. vbi Petr. de Monca. in appoſit. ſubijcit, hanc opinionem eſſe indubitanter veram, & Cagn. ibi num. 93. C. de pact. int. empt. & vend. Tiraq. de retr. conuent. §. 1. glo. 3. num. 2. Menoch. conſil. 606. num. 28. Borgn. deciſ. 16. num. 34. part. 2. Arg. l. ſi fideiuſſor. 50. §. vlt. ff. de leg. 1.* Et ſimili modo, ſi fiat pactum de liberanda, ſiue, vt vulgò dicimus, affrancanda re ſuiectaria media ſubrogatione rei, quæ ſit eiuſdem redditus, ſpectãdum eſſe redditum, qui eſt tempore libera-
9 tionis, non, qui tempore conuentionis, † *ſecũdum Borgn. deciſ. 37. num. 12. verſic. & iſtud pactum part. 2. & Manent. de vſur. quæſt. 4. numer. 18. & 19. verſic. idem eſſet*, quia ſubrogatum debet habere omnes qualitates eius, cuius loco
10 ſubrogatur. † *l. 1. & ibi Bartol. num. 4. C. de præpo. agen. in reb. lib. 12. l. Parabolani. 18. & ibi Bald. C. de epiſcop. & cler. Iaſ. in §. fuerat. num. 7. inſt. de actio. Paul. Orla. in rep. l. 1. num. 124. ff. de off. eius. Menoch. conſil. 1147. num. 24.* & non poteſt cenſeri eas omnes habere, niſi ſit eiuſdem valoris, & reditus, cuius eſt res principalis inſpecto tempore ſubrogationis. Quàm in rem confert, quod ſcribit Aluaror. *in dict. cap. 1. in princip. ante numer. 1. verſic. ibi, bonitatis, de inueſt. de re al. fact. quem ſequitur Beer. d. deciſ. 19. num. 3.* dum ait, in ſpecie *dict. capit. 1. in princip.* quia feudum eiuſdem bonitatis, & valoris dandum eſt pro feudo euicto, hoc eſſe intelligendum inſpecto tempore ſententiæ, nõ conceſſionis. Et ſanè, ſi tempus conceſſionis eſſet ſpectandum, magna videretur naſci iniquitas, quia augmentum poſteà feudo ſuperueniens cederet lucro concedentis, quod iuri, & rationi videtur eſſe contrarium, ſcilicet, quia augmentum debet ad eum pertinere, qui medio tempore dominus eſt, puta ad emptorem,
11 vel emphyteutam, vel vaſallum. † *l. id, quod. 7. in princ. ff. de per. & commo. rei vend. l. 1. C. eod. §. cum autem, verſ. ſed etſi poſt inſt. de empt. & vendit.* Qua ratione fit, vt, ſi res per alluuionem magnum receperit incrementum, non teneatur poſſeſſor id præſtare, aut eodem pretio tem cum incremento remittere, etiamſi factum
12 ſit pactum de redimendo † *ſecundum Cagn. in d. l. 2. num. 190. in fin. C. de pact. int. empt. & vendit. Oſaſ. conſ. 48. num. 27. Menoch. conſil. 26. num. 9. verſ. Re tamen, & num. ſeqq. qui in eadem cauſa conſuluit cum Oſaſ. & ſecundum quorum opinionem fuiſſe iudicatum teſtatur Theſ. deciſio. 140. circa fin. ſubijciens, eam ſibi videri veriorem, quicquid alij poſtea fuerint arbitrati. Idem cenſuit Menoch. d. conſ. 606. num. 16. verſ. 4.* quia augmentum interim contingens debet cedere commodo emptoris, cuius eſſet periculum, ſi res interim diminueretur, propterea quod in retrouenditione deberet pretium diminuere; *ſecundum Natt. conſ. 601. num. 3.* Idque vel maximè dicendum videtur in caſu noſtro, in quo talis videtur fuiſſe mens concedentis, vti colligitur ex illis verbis, *ad arbitrio d'huomo da bene*, quippè, quæ denotant quandam valoris incertitudinem; cum arbitrium boni viri locum
13 habere nequeat, vbi res eſt certa. † *l. quod, ſi Ephes. 5. in princ. cum ibi not. ff. de eo, quod cert. loc.* Quamobrem certum diſtinguitur ab arbi-
14 tratio † à Plaut. in Amphitruo. *hoc quidem profecto certum eſt*, inquit, *non eſt arbitrarium*, & à Cic. pro Roſc. Comœd. vbi, *iudicium*, inquit, *eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ*. Non poſſet autem res dici incerta, ſi in danda recompenſatione eiuſdem valoris ſpectãdum eſſet tempus conceſſionis, ſcilicet, quia valor eius temporis fuit in conceſſione definitus, & limitatus ad ſummam decem millium aureorum. Magis igitur videtur, vt ſenſerit, princeps de valore temporis redemptionis, qui, tanquam incertus boni viri arbitrium requirit. *l. ideo. 4. ff. de eo, quod cert. loc. & latius infra oſtendam.* Deniq; dato etiã, quod prædicta verba reſpectu temporis eſſent ambigua, adhuc tamen videretur accipienda de tempore, quod vaſallo eſt fauorabilius, & ſic de tempore redemptionis, quia verborum ambiguorum interpretatio debet fieri
15 contra eum, qui ſe fundat in eis. † *l. veteribus. 40. ff. de pact. l. ſtipulatio iſta 38. §. in ſtipulationibus, & l. quicquid adſtringendæ. 99. ff. de verb. oblig. & ſcribunt Alex. conſ. 39. num. 9. volum. 4. Ceph. conſ. 438. num. 74. Menoch. conſ. 749. nu. 22. Surd. conſ. 323. num. 39.* & ſic in caſu noſtro contra Principem, cuius fauorem reſpicit illa redemptionis reſeruatio, *vt in terminis arguit Menoch. d. conſ. 606. num. 28. verſ. vltimo.* Imputandũ enim ei videtur, cur legem apertius non dixerit. *cap. contra eum de reg. iur. in 6. d. l. veteribus. 40. ff. de pact. d. l. quicquid adſtringendæ. 99. ff. de verborum obligat.* Et ita in ſpecie feudi conceſſi cum facultate redimendi mediante præſtatione alterius feudi reditus æquiualentis,

Digitized by Google

lentis, vt ſpectandus ſit reditus temporis re-
16 dẽptionis, non conceſſionis cenſuit.† *Menoc. d. conſ. 606. num. 10. verſibus præmiſſis, & num. ſeqq. vbi multis rationibus, & argumentis hanc ſuam ſententiam confirmat. Et in ſimilibus terminis conſuluit etiam conſil. 142. num. 5. verſic. cæterum, & num. ſeqq.*

Prædictis tamen non obſtantibus puto de iure verius, in danda recompenſatione, qua de agitur, ſpectandum eſſe valorem rei, & iuriſdictionis inſpecto tempore conceſſionis, nõ etiã redemptionis, ita tamen intelligendo, vt in recompenſationem quartæ redituum in feudum cõceſſæ pro quantitate decem millium aureorum, dandum ſit feudum, ſiue reditus feudalis, qui tempore cõceſſionis fuiſſet eiuſdem valoris decem millium aureorum, licet hodie non mutata et qualitate intrinſeca tale feudũ ſit futurum maioris pretij, propterea quod pretia rerum plerunq; ex ſolo curſu temporis augentur. *l. pretia rerum. 63. §. vlt. ff. ad leg. Falcid.* ſed nõ ſit dandũ feudum eiuſdem valoris, cuius eſt quarta, quę redimitur, inſpecto tempore redemptionis, quo fortaſſis propter ædificia, & meliorationes facta eſt multo pretioſior. Et ſimili modo in recompenſationem iuriſdictionis caſtri danda ſit iuriſdictio, quæ fuiſſet eiuſdem qualitatis, cuius erat conceſſa tempore conceſſionis, ſed non, cuius eſt tempore redemptionis, quo propter ædificia prædicta, & meliorationes factas à vaſſallo, & ſubditis ſine dubio reddita eſt multo maior, & pretioſior. Vt autem ita ſentiã multis adducor fundamentis, &

In primis ea ratione, quia generale eſt, vt, quoties diſputatur de valore rei, ſemper is valor ſit attendendus, qui erat tempore contractus, non,
17 qui poſtea ſuperuenit† *l. 3. §. Diui. ff. de iur. fiſc. & ſcribunt Soc. ſen. conſ. 48. nu. 3. vol. 4. Pariſ. conſ. 16. num. 83. vol. 2. Decia. conſ. 123. nu. 6. & 87. ac ſeqq. vol. 3. Roll. conſ. 23. num. 27. vol. 1. Menoch. conſ. 245. nu. 23.* ſiue de valore diſputetur ad finem reſcindendi contractum, vt, cum agitur de reſcindenda venditione, vel alio contractu ex
18 cauſa læſionis† *l. ſi voluntate 8. verſ. niſi minus & ibi not. gloſ. Bar. Bald. & alij communiter. C. de reſc. vend. Alex. in d. l. pretia rerum. 63. nu. 6. verſi. Item poteſt, ff. ad leg. Falcid. Pariſ. d. conſ. 16. nu. 83. vol. 2. Dec. conſil. 308. num. 2. Bertr. conſil. 155. num. 1. vol. 6. Crauet. conſ. 114. num. 16. Decia. conſ. 14. nu. 16. volum. 2. Mynſ. obſ. cent. 4. obſer. 73. nu. 6. Ceph. conſ. 114. num. 24. conſ. 1121. num. 9. conſil. 1147. num. 22. conſ. 1169. num. 1. & conſil. 1174. num. 38. Surd. conſ. 151. nu. 71. Honde. conſ. 31. nu. 48. vol. 1.* ſiue ad finem contractus annullandi, vt, cum quæritur, an eccleſia fuerit læſa in datione in
19 emphyteuſim, vel alio contractu† *cap. ad aures, & ibi gl. in verb. niſi forte tunc de reb. eccl. non alien. & ſcribunt Iaſ. conſ. 54. num. 4. vol. 1. Guid. Pap. quæſt. 157. Ruin. conſ. 15. num. 35. volum. 1. Pariſ. d. conſ. 16. num. 83. volum. 2. Crauet. conſ. 188. nu. 4. Menoch. conſ. 843. nu. 41.* vel, an pretij modici-
20 tas adſit in contractu ſimulato, †*vt tradũt omnes in c. ad noſtram de empt. & vend. Ang. de Gamb. conſ. 116. num. 13. Dec. conſil. 308. num. 2. Marc. quæſt. 483. nu. 32. par. 1. Menoch. conſ. 1111. num. 12. Maſcard. de probat. concluſ. 447. num. 16.* ſiue
21 ad finem rei liberandæ, †*ſecundum Menoch. cõſ. 1147. num. 12. 13. 25. & 58.* ſiue ad alium quem-
22 cumque finem, † vt in ſpecie, *de qua per Bald. Nouell. in l. æſtimata. 52. ff. ſol. matr. quem refert, & ſe-*
quitur Soc. ſen. conſ. 57. num. 8. volum. 1. & conſ. 70. num. 1. verſ. dico volum. 3. & poſt eum Cephal. conſ. 563. num. 49. nam mens eorum, qui contrahũt, aut aliud agunt, ſemper refertur, & reſtringitur ad ſtatum rei, qui eſt tempore, quo agitur. Qua ratione dicimus diſpoſitionem teſtatoris eſſe
23 referendam ad tempus teſtamenti† *l. ſi ita legatum. 8. ff. de aur. & argen. leg. l. vxorem. 39. §. teſtamento. ff. de leg. 3.* ideoque ſi leget æſtimationem alicuius rei, vel expreſſè, vel tacitè, eſſe præſtãdam æſtimationem, quæ eſt tempore teſtamẽ-
24 ti, non, quæ tempore ſolutionis, † *vt tradũt omnes in l. ſed ſi res. 42. ff. de leg. 1. & in l. fideicommiſſa 11. §. ſi ſeruo. ff. de leg. 3.* Et ſimili ratione dicimus, verba contrahentium eſſe referenda ad
25 tempus contractus, † *l. Rutilia Polla 69. & ibi Bart. ff. de cont. empt.* ideoque ſi quis promittat æſtimationem rei, vel ex natura contractus ad eam præſtandam obligetur, tempus contractus
26 ſpectandũ eſſe, nõ tempus ſolutionis. † *l. fundum Cornelianum, 28. ff. de nouat. l. hominem. 37. in princ. ff. mand. & ſcribunt glo. in l. vinum. 22. in verb. cum petitum eſſet, verſ. item, quod tempus, & ibi Bartol. num. 4. verſ. 2. Bald. colum. 1. in fin. Iaſ. num. 17. in fin. & alij communiter ff. ſi cer. pet. Bart. in l. 3. §. in hac nu. 7. ff. commod.* & pari modo, ſi quis ad pecuniæ ſolutionem obligetur, ſoluendam eſſe pecuniam ſecundum valorem
27 temporis contractus, † *vt ſcribunt Bal. in l. illud 17. num. 13. C. de ſacroſ. eccleſ. Afflict. deciſ. 194. num. 1. Soc. iun. conſ. 145. num. 94. volum. 1. Ioan. Regnau. de Monet. num. 1. 2. & ſeqq. Brun. de augm. mon. par. 1. num. 1. & 2. Bertran. conſ. 16. num. 15. volum. 6. Mynſ. obſer. cent. 4. obſer. 1. nu. 1. & ſeqq. Ceph. conſil. 163. num. 45. Menoch. conſil. 49. num. 8. & 16. Surd. conſ. 220. num. 14.* Debent igitur, & in propoſito illa verba, *d'altretanto valore, e giuriſdittione,* intelligi ſecũdum tempus conceſſionis, non etiam ſecundum tẽpus redemptionis.

Secundo verò multo magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo recompenſatio non fuit ſimpliciter promiſſa, ſed cum expreſſa relatione ad rem, & iuriſdictionem conceſſum, vt patet ex illa dictione, *altretanto,* quæ
28 eſt relatiua, † *vt & dictio tantumdem. l. certum. 6. ff. ſi cert. petat. l. Lucius. 24. ff. depoſ. l. in v. ſum. 34. ff. locat. l. quia tantumdem, 7. ff. de neg. geſt. l. ſi mandauero 42. verſic. tantumdem ff. mand. cuius illa vice fungitur,* ideoque operatur, vt hæc promiſſio debeat intelligi de recompenſatione in re, quæ ſit eiuſdem valoris, & iuriſdictionis, cuius erat res in feudum conceſſa tempore conceſſionis, quia relatum eſt in refe-
29 rente cum omnibus ſuis qualitatibus, † *l. aſſe toto. 78. ff. de hær. inſt. & ſcribunt Bartol. in l. 3. §. fin. num. 1. ff. ſi fam. furt. fec. dic. Dec. in l. vn. num. 11. C. de ſent. calc. Natta conſilio 294. num. 12. Menoch. conſil. 864. num. 17. Surd. conſil. 313. num. 41. Et in ſpecie dictionis, tantundem not. Hieronym. Butig. in rep. d. l. certum. 6. num. 7. ff. ſi certum petatur.* Et conſequenter etiam cum qualitate temporis. Qua ratione dicimus, in omnibus contractibus, in quibus, aut expreſſim, aut tacitè hoc agitur, vt tantumdem præſtetur, & ſic obligatio eſt relatiua ad rem datam, tempus contractus inſpiciendum eſſe, tam reſpectu qualitatis, quam reſpectu quantitatis, quia relatio in-
30 telligitur facta etiam reſpectu temporis. † *l.*

cum

Google

cum quid. 3. *& ibi not. omnes. ff. ſi cert. pet. l. res in dotem.* 43. *ff. de iur. dot. d. l. in naue,* 34 *ff. locat. d. l. Lucius.* 24. *ff. depoſ. l. ſi olei,* 7. *ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* Et paritatione, ſi pactum de
retrouendendo fiat relatiuè ad pretium, vel
expreſsè, puta, quia dictum ſit, eodem pre-
tio, vel tacitè, puta, quia talis ſit conſuetudo,
nulli dubium eſt, quin ſpectãdum ſit pretium
31 à partibus præfinitum tẽpore contractus. † *l. ſi*
inter. 21. *C. de iur. dot. & ſcribunt Cagnol. in d. l.* 2.
num. 93. *C. de pact. inter empt. & vendit. & Tiraq.*
de retract. conu. §. 1. *glo.* 3. *num.* 1.

Tertiò prædicta confirmantur authoritate
Dd. qui in ſimilibus terminis ſcripſerunt, re-
compenſationem, ſiue ſubrogationem bono-
rum, quæ ex pacto fieri debet loco aliorum,
eſſe faciendam inſpecta qualitate, & valore
bonorum ſecundum tempus contractus, non
verò ſecundum tempus recompenſationis, ſi-
32 ue ſubrogationis. † *Ita enim ſcripſerunt Alex. conſil.* 39. *num.* 8. *verſ. quantum vero vol.* 2. *Manent. de liuell. d. quæſt.* 4. *num.* 19. *verſ. idem eſſet, & Menoch. conſil.* 1147. *num.* 12. 17. 23. *&* 28. *verſicu. reſpondetur, vbi teſtatur, hanc eſſe communẽ.*

Quartò multò facilius hæc admittenda ſunt
in caſu noſtro ſtante, quod Princeps in conceſ-
ſione facta ſibi reſeruauit facultatem, non re-
dimendi, ſed *di ribauere*, quod verbum latinè
ſonat in redhibitionem, & ſic denotat recupe-
rationem non eſſe faciendam per modum no-
ui contractus, puta per modum retrouenditio-
nis, aut permutationis, ſed potius per modum
33 receſſus, & reſolutionis. † *l. redhibere* 21. *in prin. l. cum autem.* 23. *§ ſubiit l. facta.* 60. *ff. de ædil. edict.*
quo caſu dubium non eſt, quin omnia ad tem-
pus contractus ſint referenda, & eius tempo-
34 ris valor ſit inſpiciendus. † *l. debet.* 27. *ff. eod. & in ſpecie declarat Brun. in tract. de augm. concluſ.* 21. *num.* 1.

Quintò confert argumentum, quo in ſimi-
libus terminis vſus eſt Menoch. *d. conſil.* 1147.
num. 12. *verſic.* 2. nam, cum huiuſmodi facul-
tas fuerit reſeruata fauore Principis conceden-
tis, ita debet declarari, & interpretari, ne ſit
inutilis, ſed aliquod ei commodum, & vtilita-
tem afferre poſſit, *ſecundum regulam. l. ſi quando* 112. *in princ. ff. de leg.* 1. Nullum autem ei com-
modũ afferret, ſi cogeretur præſtare rem eiuſ-
dem iuriſdictionis, & valoris, cuius erit tem-
pore recuperationis, quia tantùm daret, quan-
tum reciperet. Omnimodò igitur ita eſt in-
telligenda, vt per eam liceat concedenti rem
datam recuperare, dummodo præſtet aliam
æquiualentem inſpecto tempore conceſſionis.

Sextò confirmantur hæc argumento ducto
35 ab æqualitate ſeruanda inter contrahentes † *ſecundum regulam. l. ſi id, quod* 7. *§. vlt. ff. de reſcind. vendit. Auth. æqualitas. C. de pact. conu. §.* 1. *Auth. de æq. dot. coll.* 7. *quam tradunt Crauet. conſil.* 90. *num.* 1. *Bec. conſil.* 45. *num.* 23. *Menoch. conſil.* 34. *num.* 11. *conſil.* 203. *num.* 16. *& d. conſil.* 606. *num.* 13. *Surd. conſil.* 383. *nu.* 21. nam, ſi feudum con-
ceſſum, aut iniuria temporis, aut caſu factum
eſſet deterius, & conſequenter non eſſet am-
plius eiuſdem valoris, cuius erat tempore con-
ceſſionis, & Princeps vellet illud redimere, vaſ-
ſallus haud dubiè prætenderet recompenſatio-
nem in re valoris decem millium aureorum,
cuius erat feudum tempore conceſſionis, nec
remitteret feudum pro re valoris præſentis. Er-
gò, vt ſeruetur æqualitas, idem dicendum eſt,
& contra, vt, licet feudum ſit factum pretio-
ſius, nihilominus debeat vaſſallus eſſe conten-
tus recompẽſatione danda in re valoris decem
millium aureorum ſecundum tempus conceſ-
ſionis, *Quo argumenti genere in ſimilibus terminis vſi ſunt Manent. de liuell. d. quæſt.* 4. *nu.* 20. *& Menoch. d. conſ.* 1147. *num.* 18.

Nec eſt, quod aliquis obiiciat, imò argu-
mentum retorqueri, quia, ſi feudum eſſet fa-
ctum deterius Princeps veriſimiliter illud non
redimeret: Nec igitur, & contra debet cogi
vaſſallus illud remittere, ſi factum ſit pretio-
ſius, niſi maior ille valor præſtetur, vt ſerue-
36 tur æqualitas, † *Quomodo arguit Cagnol. in d. l.* 2. *num.* 190 *in fin. C. de pact. int. empt. & vendit. & poſt eum. Oſaſ. d. conſil.* 48. *num.* 21. *& Menoch. d. conſil.* 26. *num.* 23. *& d. conſil.* 606. *nu.* 13. *& Theſ. d. deciſ.* 140. *num.* 4. *verſic. ego*, quia reſpondeo,
diuerſam eſſe rationem Principis redimentis,
& vaſſalli remittentis: nam, quia pactum re-
dimendi reſpicit fauorem ſolius concedentis,
ideò in eius debet eſſe arbitrio, vtrum velit re-
dimere, necne, cuius arbitrii, ſiue electionis
vis in eo conſiſtit, vt, ſi expediat ei redimere,
puta, quia maiorem vtilitatem ſit habiturus
ex re redimenda fortè aucta, quàm ex recom-
penſatione danda, poſſit adſtringere vaſſallum
ad rem remittendam, contra verò, ſi non ex-
pediat, puta, quia res facta ſit deterior, poſſit
omittere redemptionem, nec ad eam facien-
37 dam à vaſſallo poteſt adſtringi. † *Ita in ſpecie reſpondet Amed. a Pont. in ſuis quæſt. laud. quæſt.* 8. *verſ. neque obſtat ratio*, Idque non poteſt cen-
ſeri iniquum, quia, cùm proueniat ex faculta-
te ſibi reſeruata in conceſſione, quæ inutilis
eſſet, niſi quis poſſet vtilius eligere, nulla in eo
poteſt iniquitas conſiderari.

Septimò, licet diceremus, ſpectandum eſſe
valorem temporis recompenſationis, adhuc,
tamen res in idem recideret, quia in æſtiman-
do valore rei conceſſæ non eſſet habenda ratio
ædificiorum, & meliorationum à vaſſallo fa-
ctarum, ſed ſolius feudi ſecundum ſtatum, in
38 quo erat tempore conceſſionis. † *d. c. ad aures, & ibi glo. in verb. niſi forte tunc de reb. eccleſ. non alie. l. bonitatis.* 13. *& l. ex mille* 64. *verſ. nam & ex contrario. ff. de euictio. Socin. ſen. d. conſ.* 57. *num.* 8. *volum.* 1. *& d. conſ.* 70. *num.* 1. *verſ. dico volum.* 3. *Pariſ. d. conſil.* 16. *nu.* 83. 85. *&* 86. *volum.* 2. *Ceph. conſil.* 563. *num.* 49. *& fatetur etiam Oſaſ. d. conſil.* 48. *numer.* 16. Quo poſito nulla effectu eſſet
differentia, vtrum fieret æſtimatio ſecundum
tempus conceſſionis, an verò ſecundum tem-
pus redemptionis, quia, quando redemptio fit,
media recompenſatione in re eiuſdem valoris,
ſi ſpectetur tempus conceſſionis (vt ſpectandũ
profitemur) danda eſt res, quæ tunc temporis
fuiſſet eiuſdem valoris, ideoque, quemadmo-
dum curſu temporis creuit valor rei cõceſſæ in
feudum, ita etiam ſine dubio creuit valor eius,
quæ pro recompenſatione datur. Contra verò,
ſi ſpectetur tempus recompenſationis, nec ha-
beatur ratio ædificiorum, & melioramentorũ
(prout de iure non eſt habenda) res, quæ inſpe-
cto tempore redemptionis, continebat iuſtum
pretium feudi, tempore conceſſionis, non fuiſ-
ſet maioris pretii, quã decem millium aureo-
rũ, q(vt dictũ eſt) nõ mutata qualitate intrin-
ſeca ſolo curſu temporis ſolent res fieri preti-

ſiores. Effectu igitur res in idem recideret.

Octauò multo magis hoc dicēdum eſt in caſu noſtro ſtante, quod in reſeruatione facultatis recuperandi, non ſolùm fuit dictũ, eſſe dandam recompēſationem in re eiuſdem valoris, & iuriſdictionis, ſed etiam eſſe ſatisfaciendum vaſſallo in pecunia, aut rebus æquiualentibus pro ædificiis, & melioramentis, ſi quæ tunc tẽporis facta reperientur: Nam hæc res oſtendit, ſecundum mentem concedentis ſatiſfactionẽ ædificiorum, & melioramentorum eſſe quid ſeparatum à recompenſatione, quæ eſt danda in re eiuſdem valoris, & iuriſdictionis, ideoque in arbitrando valore, & iuriſdictione pro danda recompenſatione nõ eſſe habendam rationem ædificiorum, & melioramentorum, ſed ſolius rei, ſecundum eum ſtatum, in quo eſſet, ſi nulla ædificia, nullaque melioramenta fuiſſent à vaſſallo facta: Alioquin enim magna naſceretur iniquitas, quia effectu ædificia, & melioramenta bis ſoluerentur, primo, quia daretur recompenſatio in re eiuſdem valoris, cuius eſt feudum habita ratione ſtatus præſentis, in quo multo eſt pretioſius propter ædificia, & melioramenta, quam eſſet, ſi ea non extarent. Secundò, quia eadẽ ædificia, & melioramenta ſoluerentur etiam in pecunia, aut alia re æquiualente ſecundum legem dictam in cō-
39 ceſſione, quod, quia iniquiſſimum eſſet. † *l. quod ſi nolit. 31. §. ſi quis egerit verſ. ſed ait Iulianus. ff. de ædil. edict. l. quia dicitur 32. ff. de euict.* & contra regulā *l. bona fides. 18. ff. de regu. iur.* Ideò dicendum potius eſt, recompēſationem eſſe dādam in re eiuſdem valoris, & iuriſdictionis, cuius eſſet feudum, ſi nulla prorſus ædificia, & melioramenta fuiſſent à vaſſallo facta.

Nonò confirmātur prædicta ea ratione, quia aliter poſito iure eſſet in facultate vaſſalli, non ſolùm difficiliorem reddere feudi recuperationem, ſed etiam plerunque impoſſibilem; nam, cum ſciat, non poſſe feudum recuperari, niſi detur recompenſatio in alio feudo æquiualente, quod ſit in eodem ſtatu; ſeu ditione Principis, ſi in arbitrando valore, qualitate, & iuriſdictione feudi eſſet etiam habenda ratio ædificiorum, & melioramentorum, quę ab eodem vaſſallo fiunt, poſſet is tot, tantaque facere melioramenta, tamque magna, & (vt ita dixerim) regia conſtruere ædificia, vt princeps nullum haberet in ſuo ſtatu feudum æquiualens, quod dare poſſet (vt fortaſſis euenit in caſu noſtro) & ita facto ſuo excluderet eum à facultate redimendi, quod, quia iuris ratio non patitur *l. in fundo. 39. cum ibi not. ff. de rei vend. & latiùs infra oſtendam*, ideò magis eſt, vt in danda recompēſatione non ſit habenda ratio ædificiorum, & melioramentorum, ſed ſufficiat præſtare feudum æquiualens conceſſo ſecundum ſtatum ab ædificiis, & meliorationibus ſeparatum, atque diſtinctum.

Decimò, & vltimò facit, quia vaſſallus, qui recuſat feudum remittere media recompenſatione danda in feudo æquiualẽte habita ratione ſtatus, in quo erat tempore conceſſionis, nullam poteſt afferre iuſtam, atque legitimam recuſationis cauſam: Nam, aut ideò recuſat, quia intendit eſſe habendam rationem ædificiorum, & aliorum melioramentorum, quæ facto ipſius reddiderunt feudum pretioſius, Et hæc non eſt cauſa legitima, quia de huiuſmodi ædificiis, & melioramentis habetur ratio ſeparatim à recompenſatione, tam ex diſpoſitione iuris communis, quam ex lege dicta in conceſſione feudi, *vt oſtendimus in tribus fundamentis præcedentibus*. Aut ideò recuſat, quia ſupponit feudum eſſe mutatum in qualitate intrinſeca ſine facto ipſius vaſſalli, & propterea ſua intereſſe, haberi potius rationem illius qualitatis, quæ eſt tempore redemptionis, quam eius, quæ erat tempore conceſſionis, Et hæc etiam non eſt cauſa iuſta, quia ſecundum veriorem, & receptiorem ſententiam incrementa rei ſubiectæ redemptioni naturaliter, aut facto alterius, quam poſſeſſoris contingentia, licet interim ſint poſſeſſoris, debent tamen cedere lucro redimentis in caſum redemptionis, neç eorum nomine poteſt poſſeſſor maius pretium, aut aliam recompenſationem prætendere, *vt oſtendam in reſponſionibus ad contraria*, & maximè, quando tractatur de re feudali, quo caſu res eſt poſita extra omnem dubitationem, *vt latiſſimè oſtendit Roſent. de feud. cap. 10. concluſ. 44. num. 18. & ſequentib.* Aut demum ideò recuſat, quia ſupponit valorem feudi, quod in recompenſationem datur, non ita creuiſſe, vt pretium feudi conceſſi, Et hoc etiam dicere non poteſt, quia, ſi datur feudum, quod tempore conceſſionis erat eiuſdem qualitatis, & valoris, cuius erat conceſſum, non poteſt vnius valor excreſcere, quin etiam alterius valor augeatur. Nullam igitur afferre poteſt iuſtam recuſationis cauſam. Quamobrem nec iure poteſt remiſſionem recuſare.

Neque obſtant contraria, & primo non obſtat, quod illa qualitas recompenſationis adiecta verbo redimendi videatur intelligenda ſecundum tempus redemptionis, quia reſpondeò primo, hoc procedere, quo ad actum recompenſandi, quia, quo tempore fiet redemptio, erit etiam danda recompenſatio, ſed non, quo ad valorem, & qualitatem rei, quia valor is debet attendi, qui erat tempore conceſſionis, maximè ſtantibus verbis relatiuis ad valorem rei conceſſæ, *ſecundum ea, quæ diximus in primo, & ſecundo fundamento*.

Secundò reſpondeò, etiamſi ſpectaretur tempus redemptionis, non tamen eſſe habendam rationem ædificiorum, & melioramentorum, in capite recompenſationis, ſed ſolùm eſſe ſpectandam qualitatem rei ſecundum ſtatum antiquum, eaque ratione rem in idem recidere, *vt oſtendimus in ſeptimo, octauo, & nono fundamento*.

Minùs obſtat, quod retrouenditio, ſeu retractus debeat fieri pretio currente tempore retrouenditionis, non pretio conuento, quia reſpondeò primò, quicquid Dd. in contrarium allegati ſcripſerint, & diſputando dici poſſit, contrarium ſeruari de conſuetudine, *vt idemmet Cagnol. in dict. leg. 2. numer. 93. in fin. fatetur*, & vix eſſe, vt in iudiciis eorum ſententia poſſit obtinere, propterea quod ex præſumpta mente contrahentium ſemper intelligitur actum de retrouenditione faciēda eodem pretio.

Secundò reſpondeò, contrarium procedere, quoties pactum de retrouendendo factum eſt ſimpliciter, non etiam, quoties relatiuè, *vt declarant ijdemmet Dd. in con-*

trarium

trarium allegati. Vnde, cum in caſu noſtro promiſſa ſit recompenſatio relatiuè ad valorem, & iuriſdictionem rei conceſſæ, conſequens eſt; vt non debeat intelligi ſecundum tempus redemptionis, ſed ſecundũ tempus conceſſionis, *vt oſtendimus in 2. fundamento.*

Tertiò reſpondeo, etiamſi ſpectaretur tempus redemptionis reſpectu valoris, tamen reſpectu qualitatis intrinſecæ rem eſſe reducendã ad eum ſtatum, in quo eſſet, ſi nulla facta eſſent ædificia, & melioramenta, & ſic ad ſtatum, qui erat tempore conceſſionis, *vt oſtendimus in 7. 8. & 9. fundam.*

Eodem modo tollitur, quod dictum eſt de liberatione, ſiuè affrancatione rei liuellariæ: Nam, & verius eſt, ſpectandum eſſe reditum
40 tẽporis conceſſionis, † *vt in ſpecie oſtendit Men. d. conſ. 1147. num. 12. 13. 23. & 28. vbi reprobat Borg. in contrarium allegatum, quem prius reprobauerat Manent. d. q. 4. num. 18. Et licet Manent. num. 19. putet intelligi ſecundum tempus liberationis, quando pactum eſt ſimplex, cenſet tamen ſpectandum eſſe tempus conceſſionis, quando non eſt ſimplex, aut res eſt antiqua, nõ noua, vt euenit in caſu noſtro*. Et præterea dato, etiam, quòd ſpectaretur tempus liberationis, eſſet tamen habẽda ratio ſtatus rei ſecundùm priſtinam qualitatẽ à melioramentis ſeparatam, *vt ibidem oſtendit Menoch. num. 13.*

Non obſtat, quod ſcribit Aluaro. *in cap. 1. de inueſt. de re al. fact.* quia loquitur de recompenſatione danda pro feudo euicto, quo caſu certum eſt, ſpectãdum eſſe valorem temporis euictionis, vt generaliter obſeruatur in omnibus, qui de euictione tenẽtur *l. vicſa re. 70. ff. de euictio.* Nos verò loquimur de recõmpenſatione danda loco feudi, quod recuperatur ex pacto appoſito in conceſſione, vt media recompenſatione eiuſdem valoris, & iuriſdictionis liceat Domino rem redhibere, quo caſu tempus conceſſionis ſpectandum eſt, *vt variis oſtẽ-*
41 *dimus fundamentis*, † *Et in ſpecie diſtinguit Brun. de augm. concluſ. 21. num. 2.*

Minus obſtat, quod argumentum contingens poſt contractum debeat ad vaſſallum, & alios poſſeſſores pertinere, quia hoc procedit, quandiù res manet apud eum. Cœterum, cùm eam reſtituit, deberet etiam augmentũ reſtituere, quia ſpectat ad vaſſallum, & alios poſ-
42 ſeſſores cum onere reſtitutionis, † *vt de vaſſallo conſtat ex cap. 1. §. ſi. Si de inu. feud. cont. fue. & ſcribunt Brun. de augm. concluſ. 20. num. 2. Decia. conſ. 52. num. 52. volum. 1. Amed. à Pont. d. q. 8. laud. Roſent. d. cap. 10. concl. 44. num. 15. De cæteris vero poſſeſſoribus, Brun. ibi. num. 1. Decia. d. conſ. 52. num. 56. volum. 1. & conſ. 123. num. 35. volum. 3. Berteg. de fideic. artic. 10. num. 25. verſic. Nec obſtat.*

Non obſtat, quod emptor non cogatur retrouendere eodem pretio fundum, ſi per alluuionem fuerit auctus non obſtante pacto, quia reſpondeo contrariũ eſſe verius, & recce-
43 ptius, † *vt videre eſt apud Cagn. in d. l. 2. nu. 190. in 1. lect. C. de pact. inter emp. & vend. vbi citat Caſtr. conſ. 388. verſic. 2. ratio, ſecundum antiquam impreſſionem, quod conſ. licet plerique dicant, ſe non inueniſſe, re vera tamen inuenitur in antiquis, vt teſtatur Decia. qui hanc partem ſequitur in conſil. 52. num. 57. volum. 1. Id ipſum ſcripſerunt Gozad. in d. l. 2. num. 130. C. de pact. inter emp. & vend. Tiraq. de retr. convent. ad fin. tit. num. 92. & 93. Pereg. de fid. d. artic. 10. num. 24. vbi ait opinionem Menoch. videri improbatam. Quod & verum eſt*: nam licet in cauſa, ſuper qua ſcripſerant Oſaſ. & Menoch. fuiſſet in vna claſſe ſecundum eorum opinionem iudicatum, re tamen in reuiſione plenius diſcuſſa congregatis claſſibus contrarium fuit pronunciatum, *vt teſtatur idemmet Theſ. in d. deciſ. 149. circa fin. & refert etiam, ac ſequitur Amed. à Pont. in ſuis quæſt. laudem. q. 8. verſic. in prima. Nec Bald. in l. 1. num. 4. C. de per. & commu. rei vend. & Brun. de augm. concluſ. 5. num. 18. & concluſ. 16. limit. 5.* à Menoch. allegati contrarium cenſuerunt, quia ſimpliciter ſcribunt, augmentum alluuionis perfecta venditione contingens ad emptorem pertinere, quod & nos fatemur, ſed non negant, quin tale augmentum debeat reſtitui venditori, ſi res ex pacto redimatur.

Minus obſtant illa verba, *ad arbitrio d'huomo da bene*, quia nihil ex iis poteſt inferri: Nam, & ſi verum ſit, ea denotare quandam incertitudinem, quæ facit locum arbitrio boni viri; non tamen ex hoc ſequitur, mentem conceedẽtis fuiſſe, vt præſtaretur res eiuſdem valoris, & iuriſdictionis, inſpecto tempore redemptionis, quia, etiamſi ſpectetur tẽpus conceſſionis, nihilominus in recõpenſatione danda neceſſarium eſt arbitrium boni viri: Nam, cum recompenſatio danda ſit in rebus, non in pecunia, neceſſariò debet eligi iuriſdictio eiuſdem qualitatis, & res eiuſdem valoris, quæ res, tanquam incerta non poteſt expediri ſine arbitrio boni viri, vt euenit in omnibus caſibus, in quibus
44 facienda eſt alicuius rei æſtimatio, † *l. ſtatio 4. ff. de eo quod cert. loc. l. ſi fundum. 35. ff. mand. & l. oper. 17. ff. de contr. empt. l. vlt. in fin. C. de iur. dom. impetr. l. 1. & ibi not. Bald. num. 3. C. de commu. ſerui. man. Bart. in l. ſi quod ex Pamphila. 75. nu. 3. ff. de leg. 2. Tiraquel. de retr. lign. §. 2. gl. 1. nu. 29. Alb. conſ. 509. num. 5. Menoch. de arbitr. caſ. 143. numero 3.*

Non obſtat item, quod interpretatio videatũ facienda contra concedentem, qui potuit legem apertiùs dicere, quia reſpondeo, id procedere, quãdo res eſt dubia, hic autem non eſſe dubiã ſed certam, & claram, quia, cum mens concedentis colligatur ex relatione facta ad rem cõceſſam, non poteſt non dici certa, ſcilicet quia certum dicitur, etiam id, quod ex vi relationis
45 colligitur, † *l. certum. 6. & ibi not. omnes ff. ſi cert. pet.* Et maximè, cum ſolutionem ædificiorum, & melioramentorum, diſtinxerit à recompenſatione danda: nam hoc modo clarè demonſtrauit, ſe nolle in recõmpenſatione haberi rationem meliorationum, & ædificiorum, ſed rei nudæ, ſecundum ſtatum, in quo erãt tempore conceſſionis, *vt oſtendimus in. 8. fundamento.*

Denique non obſtat authoritas Menoch. in contrarium allegati, quia reſpondeo primo, Menoch. motum eſſe iiſdem fundamentis, quæ prius retulerat, *in conſ. 26.* contra quod fuit à Pedemontano Senatu iudicatum, *vt ſupra demonſtrauimus.*

Secundò reſpondeo, ſi diligẽter verba Men. perpendantũ, idem effectu cũ nobis ſentire: nã ideo vult ſpectandum eſſe valorem temporis

recompēſationis, quia, ſi princeps ab initio dediſſet aliud feudum loco eius, quod redimitur, ita illius, vt huius valor creuiſſet, & ideò, ſi nūc vellet dare feudum eius tantum valoris, cuius erat datum tempore conceſſionis, magnum vaſallus pateretur incommodum, quia remitteret feudum maioris valoris, & reciperet aliud minoris pretij, quod, quia æquitati contrarium eſt, ideò dicendum potius videtur, ſpectandum eſſe valorem temporis recompēſationis, quam temporis conceſſionis. *Ita arguit in d. conſ. 606. num. 18. verſic. 5.* Ergo, ſi detur feudum, quod tēpore conceſſionis fuiſſet eiuſdem valoris, cuius erat conceſſum, quia etiam illius valor creſcere potuit, non negat Men. quin æquiualens cenſeatur dari recompenſatio, et maximè, quando ædificiorum, & melioramentorum ſeparatim habetur ratio, prout habetur in caſu noſtro: tūc enim res poſita eſt extra omnem dubitationē, quia vaſallus effectu nullum patitur damnum, cum non priuetur aliqua re, quæ de iure debuerit ad eum pertinere, *vt oſtendimus in 10. fundamento.* Et ita recompenſationis ambiguitatem reſoluendam arbitror,

In ſecunda verò principali dubitatione, qua quęritur, an princeps volēs recuperare feudū teneatur vaſſallo ſoluere æſtimationem ædificij poſt conceſſionem coſtructi, videretur primo aſpectu dicendum teneri, quia ædificia, & alia melioramenta facta in re feudali ſunt vaſalli, & eius hæredum, ideòq; dominus tenetur eorū
46 æſtimationem præſtare, ſi ea retinere velit, † *c. 1. §. ſi vaſallus tit. Hic finit. lex, & ſcribunt Aluaro. in cap. 1. §. ſi quis de manſo de contr. inueſt. Pariſ. conſ. 2. num. 51. conſ. 4 num. 40. volum. 1. & conſil. 28 num. 2. volum. 3. Ruin. conſ. 14. nu. 2. conſil. 24. num. 10. & conſ. 132. nu. 4. volum. 1. Dec. conſ. 518. num. 2. Guid. Pap. quæſt. 169. num. 1. vbi teſtatur ita ſeruari de conſuetudine. Brun. conſ. 105. nu. 7. & conſil. 106. num. 2. Clar. in §. feudum quæſt. 88. num. 1. Rolland. conſ. 28. num. 29. volum. 1. Decian. conſ. 29. num. 5. & conſ. 58. nu. 66. volum. 2. Amed. à Pont. d. quæſt. 8. laudem. Vas. lib. 2. commu. opin. in verb. melioramenta, Peregr. de fideic. artic. 50. num. 40. Menoch. conſ. 689. num. 8. Surd. deciſ. 78. num. 2. Roſent. de feud. cap. 10. concluſ. 43. nu. 51. & ſeqq.* Idque procedit, non ſolum, ſi feudum ad eū deuoluatur ſine culpa vaſſalli, puta finita linea, ſed etiam, ſi ab eo redimatur, quia generale eſt, vt, quoties ex pacto res redimitur, ſoluenda ſint
47 melioramenta, quæ poſſeſſor interim fecit, † *vt ſcribunt Gozad. in d. l. 2. numer. 124. & 142. & ibi Cagn. in. 175. C. de pact. int. empt. & vend. Tiraq. de retr. conuen. §. 7. gloſ. 1. num. 2. & 3. Natt. conſ. 601. num. 1. Borgn. deciſ. 16. num. 33. part. 2. Perig. de fideicom. d. artic. 50. num. 38. verſic. Item emptor Menoch. d. conſ. 689. num. 13.* Nec videtur in caſu noſtro danda electio domino, vtrū velit ſoluere æſtimationem, an verò permittere vaſſallo, vt tollat ædificium *ſecundum d. §. ſi vaſallus,* minus videtur faciēda æſtimatio habita ratione eius, quod rudera valerent à ſolo ſeparata, ſed præcisè videtur ſoluenda æſtimatio integri ædificij ſecundum valorem temporis redemptionis, non ſolùm, quia hoc eſt æquius, & mé-
48 lius, † *ſecundum Clar. in d. §. feudum, quæſt. 88. nu. 2.* ſed etiam, quia ad hoc faciendum ſeſe dominus expreſſim obligauit; vt patet ex illis verbis, *con hauerli a ſatisfar in contanti, o in beni equiualenti, quanto importaſſero le fabriche, &c.* nam hæc, quia clara ſunt, ideò nullum relinquūt du-
49 bitationi locum, † *l. ille aut ille. 25. §. cū in verbis. ff. de leg. 3. l. continuus. 137. §. cum ita in fin. ff. de verbor. obligat.*

Et, ſi dixeris, hoc intelligi de palatio ſimplici, nō de arce, ſeu fortalitio, cuius cōſtructio nominatim fuit interdicta, videtꝰ poſſe replicari, imò id, quo de agitur, non eſſe fortalitium, ſed palatium ſimplex, quia, licet turribus ſit ornatum, non tamen vallo, & foſſa eſt vndeq; munitum, ideoque non poteſt arx cēſeri, quia arx, ſiue caſtrum, aut (quod idem eſt) fortalitium dicitur locus fortis, & munitus, in quem milites cuſtodię cauſa introducti facilè poſſunt hoſtes arcere, & ab ingreſſu repellere, ſeſeq; ab eorum
50 incurſione, & offenſione defendere, † *l. 2. §. pro limitaneis, & §. interea vero C. de off. præf. præt. Aphr. & not. omnes in cap. fin. in fin. extr. de reſtit. ſpoliat. & in ſpecie ſcribunt Bart. in extrauag. qui ſunt rebelles, in verb. lombardiæ, verſic. Caſtrum, & in l. ſi hæres 76. §. vicis. & ibi Iaſ. num. 7. ff. de leg. 1. Afflict. ſuper conſtit. Regn. lib. 3. Rubr. 29. in verb. Caſtra, munitiones, ante nu. 1. Aper deciſ. 212. num. 26. & 28. Boſſ. in tit. de regal. num. 38. in fin. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 62. num. 1. Balzar. in cap. 1. §. ſimiliter num. 3. quib. mod. feud. am.* quæ rēs non videtur de huiuſmodi palatio poſſe dici, quia, cum non habeat ex omni parte foſſam, nō poterunt milites ibi tutò conſiſtere, & munimine loci vim hoſtium repellere Quamobrem videtur potius cenſendum ſimplex palatium, quam fortalitium.

Et, ſi dixeris, nō omne palatiū potuiſſe conſtrui, ſed tantū *palazzio da gentil'huomo,* vt ſonāt verba conceſſionis, videtur etiam poſſe replicari, imò palatium hoc, quamuis amplum, & ſplendidum rectè dici *da gentil'huomo,* quia viri nobiles præcipuè in marchionatus dignitate conſtituti ſolent, & debent habere ſplendidas, & ornatas, ac amplas ædes, quæ vulgo palatia nuncupātur, tum propter amplitudinem familiæ, & numerum perſonarum, quæ ſecundum eorum qualitatem, & dignitatem ibi debēt ſeruitij cauſa commorari, tum etiam propter neceſſariam aliorum nobilium quotidie ad eos confluentium receptationem, quæ poſtulat, vt ijdem habere debeant varias habitationū partes à cæteris ſeparatas, atque diſtinctas, quibus cōmodè, & honorificè poſſint nobiles magna plerunque famulorum caterua comitatos ex improuiſo aduenientes receptare.

His tamen non mouentibus re diligentiſſimè perpenſa, puto de iure veriùs, non teneri principem, ſi feudum recuperet, huius ædificij æſtimationem, aut impenſam in eo factam præſtare, ſed poſſe (ſi velit vti iure ſuo, nec quicquam de eo remittere) id conſequi ſine præſtatione alicuius rei, & quatenus mitiùs cum vaſſallo velit agere, & (prout principē decet) rem potiùs ex bono, & æquo, quam iure terminare, ſatis eſſe, ſi tantum ſoluat, quantum arbitrio boni viri fuiſſet præſtaturus, ſi vaſſallus conſtruxiſſet palatium ſimplex, & conueniens viro nobili, & in ſimili dignitate conſtituto, Quod, vt exiſtimem, me

Primùm mouet illud, quia huiuſmodi ædificium re vera fuit conſtructum contra expreſſam prohibitionē factam in conceſſione feudi: Nam ibi princeps expreſſim declarauit, ſe nolle vaſſallum poſſe cōſtruere in loco in feu-

dum

dum conceſſo arcem, ſiue (vt vulgò dicimus)
fortalitium aliquod, cuiuſcũque ſit generis, vt
paret ex illis verbis, *ſopra il quale non vogliamo*
vi poſſa fabricare fortezza alcuna di qual ſi voglia
forte, ma ſolo palaggio da gentil'huomo, Et tamen,
ſi conſideremus formam huius ædificij, verius
eſt fortalitium, quam palatium: Nam, cum
quatuor habeat turres angulares, prominẽtes,
& ſe ſe mutuò ſpectantes, in quarum ima par-
te ſunt aperta foramina tormentis collocan-
dis ad loci propugnationem de ſeruientia, &
latera, nõ ita ſint anguſta, quin commodè poſ-
ſint tres, & verò etiam plures milites propu-
gnandi cauſa capere, limenque portæ maioris
ad ſimilitudinem arcis constructum excubia-
rum loco ſit munitum, & ædificium ipſum du-
plici ex parte cingatur foſſa, mox alia ambiẽ-
dum, vt palationis, & aliarum rerum argumen-
ta demonſtrant, Denique verſatili ponte fir-
metur, qua parte ſpectat pomœrium, non vi-
deo, cur arx, ſeu fortalitium cenſeri non de-
beat: Nã hoc nomine denotatur omnis locus
fortis militibus ad cuſtodiam recipiendis ap-
tus, non patens hoſtium incurſionibus, nec ex-
pugnatu facilis, niſi tormentorum vis adhibea
tur, aut longa obſeſſione milites ad deditionẽ
51 adſtringantur, † *vt tradunt omnes, quos retuli-*
mus ſupra num. 50. quæ res omnes huic ædifi-
cio conueniunt, quia, ſi in id milites introdu-
cantur, & bellico munimine firmentur, facilè
poterunt negotio (ſtante ædificij forma ſupra
expreſſa) vim hoſtium repellere, & obſidionẽ
ſuſtinere. Quamobrem fortalitium potius,
quam ſimplex palatium cenſeri debet.

Nec eſt, quod obijcias, imo non poſſe forta-
litium appellari, propterea, quod, nec aggeres
habet, nec vndique foſſa cingitur, quia reſpon-
deo, non omnia fortalitia aggeribus, & vallo
muniri, ſed tantum ea, quæ vulgò regalia
nuncupãtur, & in caſu noſtro fuiſſe interdicta
fortalitia, *di qual ſi voglia forte*, & ſic, non ſolũ
regalia, & maiora, ſed etiam minora, cũ alio-
quin fortalitium, ſiue caſtrum, aut munitio di-
catur omnis locus fortis, ſiue muris, ſiue vallo,
ſiue foſſa, ſiue alio quocunque modo contra
52 hoſtium aduentum muniatur, † *vt declarant*
Bart. in d. extrauag. qui ſint rebell. in verb. Lom-
bardia verſic. caſtrum, & in d. l. ſi hæres. 76. §. cæcis
ff. de leg. 1. Affl. ſuper conſt. Regn. d. lib. 3. Rub. 29.
in verſic. caſtra, munitiones, ante num. 1. Boſſ. in d.
tit. de regal. num. 38. in fi. Et præterea defectus
in parte foſſæ non impedit; quominus locus
perinde ſit habendus, ac, ſi vndique foſſa cin-
geretur; quia, cum habeat etiam ex ea parte
fundamenta foſſæ, & ſola ſit neceſſaria extra-
ctio terræ, quæ vel vnius diei ſpatio fieri po-
teſt, debet etiam ibi foſſa pro facta haberi,
quia factum cenſetur quod breui, & nullo ne-
53 gotio fieri poteſt, † *l. veſtimentum. 24. ff. de aur.*
& arg. leg. l. pen. & ibi not. omnes ff. de mil. teſt. latiſ-
ſimè Iodoc. in ſuo Enchir. partium, aut ſimilium
in verb. proxima, vel proximè futura, & poten-
tia de facili reducibilis ad actum habetur pro
54 ipſo actu, † *cap. fin. & ibi not. Abb. num. 8. de reſt.*
ſpol. Bald. in d. l. pen. ff. de mil. teſt. Abb. conſ. 91.
num. 3. lib. 1. Iodoc. in relato loco. Quo poſito ſe-
quitur, non teneri principem, huius ædificij
æſtimationem, ſiue impenſas in eo conſtruen-
do factas perſoluere, quia non debentur me-
lioramenta, quoties facta ſunt contra domini

prohibitionem, etiam ex poſt facto interue-
55 nientem, † *ſecundum Alberic. in l. infra vtile 40.*
§. vendentibus ff. de minor. quem referunt, & ſe-
quuntur Boer. deciſ. 44. num. 8. & deciſ. 47. num. 4.
& Tiraq. de retr. conu. §. 7. gl. 1. num. 5. in fi. Pereg.
conſil. 42. num. 21. vol. 2. & ſine dubio, quoties
fuerunt ab initio prohibita, vt in caſu noſtro:
nam tunc ſimiliter lex eſt omnimodo ſeruanda
56 *vt ſcribunt Ruin. conſ. 157. num. 6. & 21. volu. 1.*
Cagn. in d. l. 2. nu. 175. in fin. C. de pact. int. empt. &
vend. Roſent. d. cap. 10. concl. 43. nu. 80. Nec po-
teſt vaſallus fraude carere, ſi ædificat contra
57 domini prohibitionem, † *ſecundum Boer. d. de-*
ciſ. 47. nu. 4. ideoque tamquam impendens ma-
58 la fide debet amittere melioramenta, † *vt ſcri-*
bunt Curt. Iun. conſ. 165. num. 1. vbi ait, in hoc om-
nes ſcribentes concordare, & Menoch. d. conſil. 689.
num. 2. Sibi enim imputet, cur impendere vo-
luerit, & proprio potius appetitui indulgere,
quam iuſtæ facultati: Quamobrem cenſetur ea
donaſſe *vt ait Ruin. d. conſ. 157. nu. 21. volum. 1.*
Quinimò eo ipſo, quod ædificauit cõtra domi-
ni voluntatem, non poteſt dici feciſſe meliora-
59 mẽta, ſed potius deterioramẽta, † *l. ſi ſtu ſibi not.*
ff. de vſu, & hab. ideoq; potuiſſet cõueniri actio-
ne iniuriarũ *l. ſi ſeruus ſeruum 17. §. & ſi puer. ff.*
ad l. Aquil. Et ita in ſpecie illius, qui caſtrũ ędi-
ficat, ſeu facit preſtolius inuito domino, ſcribit,
Alber. de Roſa in d. l. fin. ff. de vſu, & hab. quem re-
fert, & ſequitur Brun. de augm. concluſ. 5. num. 30.
Idque multo magis dicendum eſt in caſu no-
ſtro, in quo prohibitio concedentis eſt coniun-
cta cum prohibitione legis, ſcilicet, quia de iu-
re non poteſt conſtrui caſtrum ſeu fortalitium
ſine permiſſu principis, quoties per id redditur
60 dubia publica ſecuritas, † *l. opus. 3. & ibi Bart.*
num. 1. ff. de oper. publ. gl. in l. per prouincias. 10. in
verb. ſui dominij C. de ædif. priua. Affl. ſuper d.
conſtit. Regn. lib. 3. Rub. 29. in verb. caſtra, muni-
tiones num. 4. & 5. Landen. de Caſtell. & Caſtr. q.
9. & maximè in locis limitrophis, in quibus
ne antea quidem conſtructa poſſunt à priuatis
61 retineri, † *l. quicunq; 2. & ibi Bart. & Luc. de Pen.*
C. de fund. limit. lib. 11. l. 3. & ibi glo. in verb. tenue-
rit. ff. ad leg. Iul. maieſt. Bar. in l. ex hoc iure. 5. num.
7. & ibi Iaſ. numer. 12. ff. de Iuſt. & iur. ac multo
62 minus de nouo conſtrui, † *vt ſcribunt Landen.*
de Caſtell. & Caſt. quæſt. 9. Afflict. d. lib. 3. Rub. 29.
in verb. Caſtra, munitiones, num. 3. Boer. in tract.
de Cuſtod. cl. tu. nu. 45. Io. Neuiz. inter conſ. Brun.
conſ. 12. num. 57. Nam hoc ſtante facilius debet
is, qui conſtruxit, à petitione impenſarum re-
pelli, quia duplex prohibitio maiorem habet
vim, quam ſimplex, *vt tradunt omnes in l. ſi luſ-*
ſa. 117. §. Diui 2. ff. de leg. 1. & duo vincula ſunt
fortiora vno *§. ſed hodie Inſt. de adopt. Auth. ceſſā-*
te. C. de legit. hæred. cum ſimilibus.

Secundò verò, licet hoc ædificium non eſſet arx,
ſeu fortalitium, adhuc tamẽ non tenetur prin-
ceps eius æſtimationem perſoluere, quia; cum
ita ſit amplum, & magnificum, vt eius impẽſa
non poſſit (habito reſpectu ad qualitatem feu-
di, & vaſalli) non cenſeri immoderata, quippè,
cum valor feudi fuerit decem millium aureo-
rum, & impenſa ſolius ędificij excedat ſummã
aureorum. 200. millium, conſequens eſt, vt ad
63 eius æſtimationem non teneatur, † *vt in termi-*
nis feudalibus ſcripſerunt Curt. iun. conſ. 165. nu.
14. verſ. præterea, & Roſent. d. cap. 10. concluſ. 43.
nu. 93. Generale enim eſt, vt melioramentorũ,
ſiue im-

ſiuè impenſarum ſolutio ceſſet, quoties im-
64 pendens exceſſit modum, † *l. ſi ſeruos. 25. ff. de pign. act. l. ſed an vltro. 11. §. 1. verſic. non autem ff. de neg. geſt. & ſcribunt Boer. d. q. 47. num. 10. Tiraq. de retr. conuen. §. 7. gl. 1. num. 5. Menoch. de recup. poſſ. rem. 15. num. 553. Pereg. de fideicomm. artic. 50. num. 33. & 44. & conſ. 42. num. 19. vol. 1.* quia cenſetur id feciſſe ea potiùs mente, vt dominum grauaret, & difficiliorem ei redderet feudi recuperationem, quam; quod impenſas vtiles futuras arbitraretur. Quamobrem eas
65 reputare non debet, † *vt ſcribit Roſent. d. cap. 10. concluſ. 43. num. 96. verſic. longius.*

Tertiò, vel eo magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro ſtante, quod facultas ædificandi fuit reſtricta ad ſolum palatiũ *da gentil'huomo*, quale dici non poteſt id, quo de agitur, ſcilicet, quia ædificium. 200. milium aureorum, non nobilis priuati, ſed Regis, & principis ſummi palatium eſt. Qua ratione dicimus palatia
66 ampla inter regalia recenſeri, † *cap. 1. tit. quæ ſint regal. Men. conſ. 302. nu. 30.* quia regiã requirunt impenſam. *vt ait Boſſ. in tit. de regal. nu. 39.*

Quartò ſupradicta confirmantur ea ratione, quia impenſa in hoc amplo ædificio conſtruendo facta, licet feudum reddiderit maioris valoris, nõ tamen cenſetur vtilis, ſed voluptuaria, propterea, quod maiores ob eam non percipiuntur redditus, ideoque non eſt à domino,
67 qui rem non eſt vendìturus, præſtanda, † *vt in terminis eſt text. in l. ex duobus. 28. in prin. vbi Caſtr. num. 1. ff. de neg. geſt. & ſcribunt Curt. iun. d. conſ. 165. num. 14. verſic. præterea, Molin. de primog. Hiſpa. lib. 1. cap. 10. num. 18. verſic. hoc igitur, Pereg. de fideic. d. artic. 50. num. 54. verſic. idem, ſi, & d. conſ. 42. num. 16. & 20. volum. 1.* Sed hoc ita temperandum arbitror, vt vſque ad eum modum, qui arbitrio boni viri conueniret palatio viri nobilis, eiuſdem qualitatis, cuius erat vaſſallus, ex bono, & æquo præſtanda ſit æſtimatio ædificij, ideo, quia ad eum vſque modũ
68 non cenſetur id voluptuarium, ſed vtile, † *vt in his terminis declarat Roſen. d. cap. 10. concluſ. 43. num. 93. in fi.* Et ita iuris eſſe concludo non obſtantibus ijs, quæ in contrarium fuerunt adducta, quippè, quæ ex ſupradictis remanent ſublata, ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Illuſtriſs. D. Marchione Viqueriæ.

CONSILIVM LXXVII.

ARGVMENTVM.

An, & pro qua parte tranſactio inita ex falſa cauſa, & falſis inſtrumentis retractetur.

SVMMARIVM.

1 *Verba proemij, ſiue narratiua denotant cauſam finalem.*
2 *Tranſactio inita ex falſa cauſa, & falſis inſtrumentis retractari debet.*
3 *Tranſactio non bona fide, ſed dolo malo contracta non poteſt ſuſtineri.*
4 *Tranſactio inita ex falſis inſtrumentis in vno capitulo non retractatur in alijs.*
5 *Tranſactionis natura eſt, vt non debeat eſſe gratuita.*
6 *Dictio, ſeu, eſt diſiunctiua.*
7 *Diſiunctiua poſita inter perſonas reſoluitur in coniunctiuam etiam in contractib.*
8 *Adiecto non datur actio, ſed tantùm ſolutio fieri poteſt.*
9 *Vxori non acquiritur actio ex contractu mariti.*
10 *Tranſactio, in qua vna ſumma fuit promiſſa pro varijs cauſis, quarum vna eſt falſa, non retractatur in totum, ſed tantum in ea quantitate, quæ veriſimiliter fuit promiſſa pro cauſa falſa.*
11 *Tranſactio inita ex falſis inſtrumentis in vno capitulo, quod fuit principalis cauſa tranſigendi, retractatur etiam ſuper alijs.*
12 *Correſpectiuorum vno vitiato vitiatur & alterũ.*
13 *Correſpectiua ſunt indiuidua.*
14 *Indiuiduum quandoq; fit ex voluntate contrahentium, qui non aliter fuiſſent contracturi, quã ſi totum impleretur.*
15 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*
16 *Tranſactio reſcinditur ob leſionẽ vltra dimidiam in magno exceſſu.*
17 *Tranſactio reſcinditur propter leſionem enormiſſimam.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

ACcurata Do. Auenati diligentia nullum penè mihi reliquit ſcribendi locum, ſed ne iuſto D. Marchionis deſiderio, & partibus meis deeſſe videar, dicam & ipſe, qua breuitate potero, quid ſuper hac controuerſia iuris eſſe putem.

Diligenter igitur omnibus perpenſis cenſeo non potuiſſe actricem vi tranſactionis initæ anno 1592. mitti in poſſeſſionem bonorum Illuſtriſs. quondam Do. Dominici Belli magni Sabaudiæ Cancellarij, ſed eiuſmodi tranſactionem omnimodo debuiſſe reſcindi.

Primò, quia fuit inita ex falſa cauſa, & falſo inſtrumento, vti colligitur ex ipſius verbis nar-
1 ratiuis, quæ denotant cauſam finalem, † *l. fin. & ibi Bart. num. 3. ff. de her. inſt. Bald. in l. vt liberis. 17. num. 1. C. de collat. Roma. conſ. 180. nu. 6. verſ. ad quod oſtendendum, Alex. conſ. 119. nu. 10. volum. 5. Soc. ſen. conſ. 159. num. 20. vol. 2. Dec. conſ. 379. num. 5. verſ. & vlterius, Soc. iun. conſ. 21. num. 2. vol. 1. Grati. conſ. 192. num. 21.* & ſignificant, ideo partes ad tranſactionem deueniſſe, quia D. Antonius Bellus pro dimidiã, & DD. Laurentius Stephanus, Cæſar Vinca, & Claudius Paruria, tamquam eiuſdem D. Antonini ceſſionarij pro alia dimidia intendebant hæreditatem D. Gabrielis ad ſe pertinere non obſtante teſtamento ab eo condito, in quo præfatum magnum Cãcellarium hæredem inſtituerat, & hoc vigore cuiuſdam reuocationis, quam ſupponebant ab eodem teſtatore factã, & de qua dicebant conſtare ex inſtrumento recepto à notario Gai luh 21. Iunij 1592. Et præterea idem Vinca intendebat D. Violantã vxorem ſuam, tamquam creditricem reſiduĩ ſuarum dotium, & habentem hypothecam in bonis dicti D. Gabrielis debere in eorundem poſſeſſionem mitti: nam, quia ex his cauſis lis inter eos ſupponebatur futura, ideo eius euitandæ gratia dicuntur partes ad tranſactionẽ deueniſſe, in qua D. Amedeus Bellus procura-

torio

torio nomine D. magni Cancellarij promiſit
ſe ſoluturum Do. Antonio 2350. aureos, DD.
verò Parutię, Stephanis, & Vineę aureos 2000.
hoc eſt, D. Parutiæ aureos 450. D. Stephanis
aureos 522. cum dimidio, & D. Vineæ, ſeu D.
Violantæ ipſius vxori reſiduum, Et hoc me-
diante ceſſione iurium, tam prædictis DD. An-
tonino, Parutiæ, Stephanis, & Vineæ, quã præ-
dictæ D. Violantæ competentium in bonis, &
hæreditate dicti D. Gabrielis. Cùm igitur hęc
cauſa (quatenus reſpicit prætenſionem ſucceſ-
ſionis) fuerit falſa, & fundata in falſo inſtru-
mento, ſcilicet, quia re vera nullam teſtator
fecerat reuocationem, vti conſtat ex actis, Cõ-
ſequens eſt, vt tranſactio, tanquam ex falſa cau-
ſa, & falſis inſtrumentis inita non poſſit ſuſti-
2 neri, ſed omnimodo retractari debeat, † *l. ſi ex
falſis. 42. & ibi Bart. Bald. Angel. Caſtr. Alexã. Iaſ.
Alcia. & alij communiter. C. de tranſact.* Maximè,
cum negari non poſſit, quia fuerit inita dolo
malo eorumdem DD. Antonini, Parutiæ, Ste-
phanis, & Vineæ, quippè qui, licet iam fuiſſet
ſuper prædicta falſitate examinati, & reperiti;
& talis repetitio vnius tantùm diei ſpatio tran-
ſactionem præceſſiſſet, hoc tamen tacito pro-
curatorem D. Magni Cancellarii induxerunt
ad tranſigendum, & promittendam pecuniam
media ceſſione, ac remiſſione iurium fundato-
rum in inſtrumento, quod iam ſciebant eſſe ſu-
ſpectum de falſo; nam ex hoc manifeſtè con-
ſtat de ipſorum dolo, ſcilicet, quia ſcienter, &
malitiosè reticuerunt id, quod, ſi fuiſſet expreſ-
ſum, remouiſſet aduerſarium à tranſigendo.
Quo fit, vt tranſactio, tanquam non bona fide,
ſed dolo malo contracta non poſſit vllo modo
3 ſuſtineri, † *l. 1. §. fin. ff. ad Tertul. l. in ſumma. 65. in
princ. verſ. ſin autem, & ibi glo. in verb. calumnia.
ff. de cond. ind. & in his terminis conſiderant Barto.
in d. l. ſi ex falſis. num. 2. & ibi Bald. num. 4. Ang.
num. 1. & alij paſſim. C. de tranſ.*

Nec eſt, quod reſpondeas, hæc reſpicere pro-
miſſionem, quæ fuit facta DD. Antonino, Pa-
rutiæ, & Stephanis, vtporè, quibus non potuit
aliam ob cauſam cẽſeri promiſſa pecunia, quã
ob remiſſionem iurium, quæ vi prædictæ reuo-
cationis illis competiiſſent in bonis, & hæredi-
tate prædicti Do. Gabrielis, ſed non reſpicere
promiſſionem factam D. Vineæ, ſeu D. Vio-
lantæ ipſius vxori, quippè, quæ cenſetur facta
propter remiſſionem iurium dotalium, quę ve-
rè, & realiter competebant, licet quantitas eſ-
ſet controuerſa, ideoque non poſſe vitiare tran
ſactionem in hac parte, ſed tantùm in illa, quæ
4 reſpicit promiſſionem factam alijs. † *d. l. ſi ex fal-
ſis. & ibi not. Bald. num. 3. Ang. num. 1. Caſtr. num.
1. & 3. verſ. in text. ibi, firmis manentibus. Alexan.
num. 5. Iaſ. num. 3. Alcia. num.* 19. quia verius eſt,
imo reſpicere etiam promiſſionem factam D.
Vineæ, ſeu ipſius vxori, & per conſequentias
etiam eam vitiare: namque diligenter animad-
uertendum eſt, D. Vineam in tranſactione in-
terueniſſe, & nomine proprio, & nomine vxo-
ris, nomine proprio propter remiſſionem iuriũ
ſibi (vt ipſe ſupponebat) competentium vi ceſ
ſionis ſibi factæ à D. Antonino, ad quem dice-
bat totam ſucceſſionẽ pertinuiſſe ex cauſa ſup-
poſitæ reuocationis teſtamenti, Nomine verò
vxoris propter remiſſionem iurium eidem cõ-
petẽtium ex cauſa reſidui dotium. Hinc ſequi-
tur ſummam promiſſam D. Vineæ, ſeu D. Vio-
lãtæ ipſius vxori non debere totam cedere cõ-
modo ipſius vxoris, quaſi promiſſam in recom
penſationem remiſſionis iurium dotalium, ſed
debere cedere commodo vtriuſque, tanquam
promiſſam partim marito pro remiſſione iu-
rium eidem competentium, partim verò vxo-
ri pro remiſſione iurium dotalium: Alioquin
enim D. Vinea remiſiſſet iura propria ſine ali-
qua recompenſatione contra naturam tranſa-
5 ctionis. † *l. tranſactio nullo dato. 38. C. de tranſac. l.
ſuus. 3. C. de repud. hered.* Imò contra id, quod in
eodem inſtrumento ſeruatum eſt in alijs litis
conſortibus non habentibus maius ius, quam
ipſe haberet, ſcilicet, quia D. Antonino, qui
prætendebat dimidiam ſucceſſionis, fuerunt
promiſſi aurei 2350. Ex alijs verò prætenden-
tibus aliam dimidiam virtute ceſſionis ſibi à
D. Antonino factæ, fuerunt D. Parutiæ pro-
miſſi aurei 450. & D. Stephanis aurei 522. cum
dimidio, at D. Vineæ, qui erat in pari cauſa, &
prætendebat tertiam alterius dimidiæ, nihil
fuiſſet promiſſum, quia tota ſumma cederet in
recompenſationem iurium ab vxore remiſſo-
rum, quod non eſt ferendum, quia non poteſt
afferri ratio diuerſitatis inter hos litis conſor-
tes, & ſimulè ius habentes, ac tranſigendo re-
mittentes iura ſua, cur potius vni, quã alij de-
buerit promitti pecunia in recompẽſationem
remiſſionis.

Nec eſt vis in eo facienda, quod promiſſio
non fuerit facta D. Vineæ, & D. Violantæ ip-
ſius vxori, & ſic coniunctim, ſed D. Vineæ, ſeu
ipſius vxori, & ſic diſiunctim ob vim illius di
6 ctionis, ſeu, quæ eſt diſiunctiua. † *l. 1. §. ſublata. ff.
ad Treb. & ſcribunt Bart. in l. ſi quis ita 32. num.
1. ff. de aur. & arg. leg. Pariſ. cõſ. 47. num. 3. volum.
3. Bertr. conſ. 94. num. 4. volum. 2. par. 2. Curt. iun.
conſ. 145. num. 12. Purp. conſil. 42. num. 5. Natt.
conſil. 650. num. 6. Bec. conſ. 42. num. 11. volum. 1.*
Quia verius eſt, imò in caſu noſtro ſtare cõiun-
ctiuè: nam, ſi diſiunctiuè, quo caſu totum at-
tribueret vnicuiq; poſſemus, etiam nos dicere,
totum eſſe tributum marito, & per conſequen-
tias totam debere cedere in recompenſationẽ
remiſſionis iurium eidem competẽtium, quod
tamen abſurdum eſſet, quia hoc modo remiſ-
ſio iurium dotalium nullam habuiſſet recom-
penſationem. Vt igitur hanc non debemus ſu-
mere interpretationem, tanquam abſurdam;
ita nec illam, quia neutra remiſſio debet recõ-
penſatione carere. Quamobrem ita potius de-
bemus hanc promiſſionem interpretari, quaſi
dictum ſit, reſiduum debere ſolui D. Vineæ, &
D. Violantæ eius vxori in recompenſationem
iurium ab vtroq; remiſſorum, & ita dictio, ſeu,
ſtet coniunctiuè, ſiue in coniunctiuam reſol-
uatur, prout regulariter reſoluitur omnis diſiun
ctiua poſita inter perſonas etiam in contracti-
7 bus. † *l. cum quidam. 4. C. de verbor. ſignificat. l. ſæpè
53. ff. eo. & ſcribunt Bart. in l. re coniuncti. 87. nu.
11. & ibi Iaſ. num. 77. & 87. Polit. num. 29. verſ. 7.
Crot. nu. 42. Io. Gaud. nu. 54. Alc. nu. 20. ff. de leg. 3.
Craſſ. in § ius decreſcendi. quæſt. 4. num.* 6. Deindè
vero, licet ſtaret diſiunctiuè, adhuc tamen nõ
cenſeretur tota ſumma debita vxori in recom-
penſationem remiſſionis iurium dotalium, ſed
potius contra cenſeretur debita marito, & per-
ſona vxoris intelligeretur tantùm adiecta ſolu
tioni, quia illa verba (*ſeu ſia*) perindè haberen-
tur, atque, ſi dictum eſſet, reſiduum debere

ſolui

ſolui D. Vineę, aut D. Violantæ eius vxori, qui-
bus verbis, ſi fuiſſet concepta promiſſio, non eſt
dubium, quin obligatio cenſeretur in ſolidum
quæſita marito, & vxor, tanquam adiecta ſolu-
tioni intelligeretur à petitione excluſa, vt eſt iu-
8 ris ordinarij. † *l. cum, qui ita 56. §. quiſibi l. vlt. §. ſi
ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. l. quod ſtipulatus ita
ſum. 10. l. ſtichum. 95. §. quæſitum, & l. qui res. 98. §.
qui ſtipulatur. ff. de ſolut. §. ſi quis alij verſ. planè
inſt. de inutil. ſtipul.* Et, quamuis cauſa eſſet com-
munis, non tamen actio etiam pro parte com
peteret vxori ſine ceſſione, quia ex contractu
mariti etiam gerentis negotium vxoris non
9 quæritur actio ipſi vxori. † *l. multum intereſt. 6.
& ibi not. omnes. C. ſi quis al. vel ſib.* maximè, ſi
maritus concipiat contractum in perſonam
ſuam, prout concepit in caſu noſtro, *ſecundum
ea, quæ ſupra diximus.*

Hoc autem poſito ſequitur non poſſe tran-
ſactionem ſuſtineri, quia, cum promiſſio pro
parte fuerit facta in recompenſationem remiſ-
ſionis iurium mariti, quæ nulla erant, cum,
vt dictum eſt, reuocatio teſtamenti fuerit de-
clarata falſa, & nulla, conſequens eſt, vt tam-
quam facta ex falſa cauſa retractari debeat, *ex
iuribus ſupra allegatis.*

Et, ſi dixeris debere retractari pro parte ſpe-
ctante ad D. Vineam, ſed non pro ea, quæ per-
tinet ad D. Violantam eius vxorem, reſpon-
deò, imò debere retractari in totum, non, quia
remiſſio iurium hæreditariorum, & dotalium
fuit facta vna ſumma, nempè ſumma duorum
millium aureorum diſtribuendorum eo mo-
do, quem ſupra retulimus, quia hoc non ſuf-
ficeret ad reſcindendam tranſactionē pro par-
te ſpectante ad D. Violantam, ſed tantùm pro
ea, quæ veriſimiliter fuit promiſſa pro recom-
pēſatione remiſſionis iurium hæreditariorum,
10 † *vt docuerunt gl. in d. l. ſi ex falſis. 42. in verb. fir-
mis, verſ. ſed quid, ſi non appareat, & ibi Bartol.
num. 10. Bald. num. 12. Caſtr. num. 10. C. de tranſ.*
Sed, quia remiſſio iurium hæreditariorum fuit
principalis cauſa, quæ mouit procuratorem
D. Magni Cancellarij ad tranſigendum, vt pa-
tet ex verbis narratiuis inſtrumenti, ſi quis ea
diligenter perpendat, ideoque, cum illa pro-
pter falſitatem inſtrumenti retractetur, debet
etiam per conſequentias retractari, & altera
pars reſpiciens remiſſionem iurium dotalium,
11 † *ex doctr. Caſtr. in d. l. ſi ex falſis. num. 3. verſic. &
animaduertendum, quem ibi poſt Riminal. probat
etiam Alc. num. 22.*

Deindè verò, licet diceremus totam ſum-
mam aureorum 1027. fuiſſe promiſſam ad cō-
modum vxoris, adhuc tamen deberet tranſa-
ctio retractari, quia procurator D. Magni Cā-
cellarij promiſit dictam ſumma media ceſſio-
ne, & remiſſione iurium tam D. Vineæ, quam
eius vxori competentium; Itaque talis promiſ-
ſio, licet non reſpiciat, niſi commodum vnius,
inſpecta tamen cauſa promiſſionis eſt corre-
ſpectiua ad duplicem ceſſionem, ſcilicet quia,
niſi vtriuſque iura fuiſſent ceſſa, non promiſiſ-
ſet procurator dictam ſummam. Cùm igitur
ex duabus ceſſionibus vna fuerit vitiata, ſiue
annullata, nempè ceſſio iurium D. Vineæ, cō-
ſequens eſt, vt cenſeri quoque debeat vitiata,
& annullata tota promiſſio, quæ ad illam erat
correſpectiua. nam vitiato vno correſpectiuo-
12 rum vitiatur, & aliud. † *l. cum emptor. 6. in princ.
ff. de reſc. vend. l. fin. ff. de accept. l. Pamphilo. 37. §. ſi.
ff. de leg. 3. l. alumnæ. 30. §. Seia. l. filio. 33. §. matri.
ff. de adim. leg. Abb. conſ. 61. nu. 2. verſ moueor. lib.
2. Alex. conſ. 111. num. 3. volum. 3. Iaſ. in l. Lucius.
45. num. 18. verſ. 8. ff. de vulg. Crauet. conſ. 179. nu.
13. Surd. conſ. 431. num. 52. Menoch. conſ. 91. num.
42.* & in indiuiduis, cuiuſmodi ſunt contractus
13 correſpectiui, † *vt ſcribit Crauet. conſ. 949. num.
19.* propter voluntatem contrahentium, qui
non aliter fuiſſent contracturi, quam, ſi totum
14 impleretur, † *vt declarant Bartol. in l. græce. 9. §.
illud. num. 4. ff. de fideiuſſ. Horman. Dec. in rub. ff.
de acquir. poſſeſſ. num. 25. Crauet conſ. 170. num. 6.
Mandoſ. in 20. reg. cancell. quæſtio. 9. num. 4.* vtile
15 per inutile vitiatur, † *l. 1. §. item quæritur, & §.
Trebatius. ff. de aq. quot. & æſtiu. Bart. in d. l. græ-
ce. 9. § illud. num. 3. ff. de fideiuſſ. Crott. in l. 1. § ſed
ſi mihi. num. 18. ff. de verb. oblig. Crau. d. conſ. 170.
num. 6. Alb. conſil 731. num. 1.* Siue igitur dica-
mus ſummam aureorum 1027. fuiſſe promiſsā
ad commodum vtriuſque, ſiue ad cōmodum
ſolius vxoris, hoc vnum, quod fuit facta me-
diante remiſſione iurium, & mariti, & vxoris,
& hodie cōſtat maritum nullum habuiſſe ius,
propterea quod inſtrumentum, in quo funda-
batur eius intentio, fuit declaratum falſum,
ſufficit ad annullandam tranſactionem. Et
ab hoc fundamento nō puto recedendum eo,
quod ad tuenda iura D. Marchionis eſt fortiſ-
ſimum, atque tutiſſimum.

Secundò verò, quando tranſactio non de-
beret ex hac cauſa retractari, ex alio tamen ca-
pite eſſet reſcindenda, nempè ex capite læſio-
nis enormiſſimæ, quia, licet controuerſa ſit
quæſtio, nunquid remedium *l. 2. C. de reſc. vend.*
locum habeat in tranſactione, circumſcripto
tamen impræſentiarum articulo ſimplici illud
apud omnes, aut certè frequentiorem Dd.
numerum eſt in confeſſo, debere reſcindi tran-
ſactionem, ſi læſio vltra dimidiā ſit in magno
16 exceſſu, † *vti videre eſt apud Cagn. in d. l. 2. num.
80. C. de reſc. vend. Purp. conſ. 21. num. 7. Beret. cōſ.
79. num. 12. Gabr. conſ. 154. num. 48. volum. 1.
Ceph. conſ. 648. num. 21. Lud. deciſ. 18. num. 62. vbi
ait, cum hac diſtinctione tranſire magis communi-
ter Dd. & Surd. conſil. 451. nu. 9. & conſ. 480. nu.
13.* quia tunc cenſetur læſio enormiſſima, pro-
pter quam etiam tranſactionem reſcindi rece-
17 ptiſſimum eſt, † *vt ſcribunt Ceph. conſ. 415. num.
4. & d. conſ. 648. num. 17. Beret. conſ. 134. num. 11.
Cauall. in tract. comm. contra [illegible]. q. 72. num.
1. Gramm. deciſ. 66. num. 47. Surd. d. conſ. 451. nu.
9. & d. conſ. 480. num. 13. Mantic. deciſ. 102. nu. 1.
vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem.* In ſpe-
cie autem noſtra fuit D. Magnus Cancellarius
vltra dimidiam in magno exceſſu læſus, quia,
vti D. Auenatus varijs oſtendit argumentis nō
poterat D. Violanta prætendere, niſi ſummam
200. aureorum, cum pro aureis 250. marito ſo-
lutis inſcio patre non potuerit is conueniri, *ex
vulg. §. tranſgrediamur. l. ſi cum dotem. 23. ff. ſol.
matr.* & prędicta ſumma vix continet quintam
partem pecuniæ promiſſæ. Omnimodo igitur
debet reſcindi tranſactio. Et ita iuris eſſe cen-
ſeo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro

Pro Do. Iafredo Bocchiardo Pinaroli enſi.

CONSILIVM LXXVIII.

ARGVMENTVM.

An, & quando tutor poſſit emere rem ſui pupilli, Et quæ requirantur, vt venditio prædij minoris ſuſtineatur.

SVMMARIVM.

1 *Tutor poteſt palam, & bona fide emere rem ſui pupilli, maximè cum authoritate contutoris nu. 2. Et quo tempore nondum ipſe ſuſcepit adminiſtrationem.num.3.*
4 *Decretum, & authoritas iudicis excludit omnem doli, & fraudis ſuſpicionem.*
5 *Subhaſtationibus interuenientibus ceſſat fraudis, & doli ſuſpicio.*
6 *Contractus dicitur geſtus palam, ſi factus ſit in præſentia iudicis.*
7 *Doli, & fraudis ſuſpicio ceſſat, quoties contractus factus eſt palam.*
8 *Doli, & fraudis ſuſpicio ceſſat in perſona ſanguine coniuncti.*
9 *Subſtitutus pupillariter non poteſt reuocare alienata a pupillo, ſeu pupilli nomine.*
10 *Dolus, & fraus nõ præſumitur in eo, qui damnũ potius, quàm commodum ex contractu ſentit.*
11 *Doli, & fraudis ſuſpicionem excludit interuentus, ſeu præſentia conſanguineorum, aut amicorum.*
12 *Cõtractus dicitur factus palam, & bona fide quoties factus eſt cum interuentu, & præſentia conſanguineorum, aut amicorum.*
13 *Minoris prædium vendi poteſt propter æs alienũ, dummodo ſit vrgens.num. 14.*
15 *Minoris prædium vendi, & creditum ex quo certum intereſſe percipitur, retineri poteſt, ſi id pupillo ſit vtilius.*
16 *Empturiuſ partem nemo præſumitur.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

EMptio, quam D. Iafredus tutorum authoritate, magiſtratusq; decreto ſub haſta cõtraxit, non iure videtur hodie prætextu nullitatis in dubium ab adulta reuocari, ſiue perſona emptoris, ſiue cauſa vendendi, ſiue ſolemnitates in alienationibus bonorum pupillarum requiſitæ conſiderentur.

Primùm enim ratione perſonæ non poteſt
hæc emptio dici nulla, quia, quamuis D. Iafredus teſtamento fratris fuerit huic pupillæ tutor
conſtitutus, potuit tamen rẽ eius ceſſante fraudis, & doli ſuſpicione palam, & bona fide com
1 pararet *l. cum ipſe. 5. C. de contr. empt. l. pupillus. 5. §. vlt. ff. de auth. tut. & ſcribunt gl. in l. ſi in emptione. 34. §. vlt. in verb. non poteſt, verſic. vel dic. ff. de contr. empt. Bartol. in l. ſingulari. 1. 15. num. 7. & ibi Alex. nu. 5. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem, Iaſ. num. 17. Dec. num. 8. Gagn. num. 84. ff. ſi cert. pet. Bart. in d. l. pupillus. 5. §. vlt. numer. 4. ff. de auth. tut. Alex. in l. 1. §. fuit quæſitum. num. 2. & ibi Iaſ. nu. 19. ff. ad Treb. Iaſ. in l. principalibus. 33. nu. 2. verſ. 7. ff. ſi cert. pet. Soc. ſen. conſ. 87. num. 4. verſi. & hoc etiam vol. 1. & conſ. 160. num. 15. volum. 2. Menoch. de præſ. lib. 3. præſump. 80. nu. 1. Surd. conſ. 9. num. 7. & 39.* præſertim cum authoritate con-
2 tutoris† *d. l. pupillus. 5. §. vlt. verſic ſed enim. ff. de auth. tut.* & eo tempore, quo ipſe nõdum ſuſce-
3 pẽrat tutelæ adminiſtrationem† *iuxta doctr. gloſ. in d. l. ſi in emptione. 34. §. vlt. in verb. non poteſt. ff. de contr. empt.* Fraudis autem, & doli ſuſpicionẽ hic multa excludunt.

Primò decretum, & authoritas magiſtratus
4 † *l. 1. & ibi Bart. num. 4. C. de præd. decurio. lib. 10. Bart. in l. frater a fratre. 38. num. 51. ff. de cond. ind. Bald. in l. iubemus. 6. in princip. num. 3. C. ad Treb. Ang. conſ. 142. num. 2. Iaſ. in l. pacta nouiſſima. 12. num. 5. C. de pact. Dec. conſ. 208. nu. 2. conſ. 541. num. 12. conſ. 448. num. 14. & conſ. 536. nu. 5. Pariſ. conſ. 39. num. 15. & conſ. 52. num. 30. vol. 4. Curt. iun. conſ. 67. num. 4. & conſ. 118. numer. 2. Alciat. de præſump. reg. 1 præſump. 21. in fi. Ceph. conſ. 24. num. 25. & conſ. 496. num. 34. Gabr. conſil. 127. num. 29. volum. 1. Natt. conſ. 631. nu. 26. Roll. conſ. 90. num. 12. volum. 1. Crauet. conſ. 114. num. 2. Gramm. deciſ. 66. nu. 65. Viu. deciſ. 89. num. 1. & 2. Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 75. num. 55.*
5 Secundò ſubhaſtationes† *l. ſi quos. 16. C. de reſt. in int. & ſcribunt Ang. d. conſil. 142. numer. 2. Fabia. de Mont. de empt. & vend. quæſt. 5. princ. nu. 86. Viu. d. deciſ. 89. n. 4.* præcipuè, ſi, vt in caſu noſtro, fuerint ſæpiùs repetitæ. *arg. l. Balliſta. 32. ff. ad Trebell.* nam his interuenientibus contractus
6 dicitur geſtus palam, † *vt declarant Bart. in d. l. frater a fratre. 38. num. 51. & ibi Crot. num. 67. ff. de cond. ind. Imol. in d. l. 1. § fuit quæſitum colum. 2. verſ. ſed aduerte. ff. ad Treb. Iaſ. in d. l. pacta nouiſſima. 12. num. 9. C. de pact. Curt. Iun. d. conſ. 67. num. 3. verſ. accedit, & d. conſ. 118. num. 2. Dec. in d. l. ſingulari. 15. nu. 12. ff. ſi cert. pet. Roll. d. conſ. 90. num. 11. volum. 1. Menoch. de præſump. d. lib. 2. præſump. 75. num. 54. & lib. 3. præſump. 80. num. 8. Surd. d. conſ. 9. nume. 40.* quæ res facit ceſſare,
7 omnem ſuſpicionem fraudis† *l. non exiſtimo. 55. ff. de adm. tut. l. vlt. ff. de rit. nupt. & ſcribunt Abb. conſ. 68. num. 3. in fin. lib. 1. Pariſ. conſ. 52. num. 31. volum. 4. Gabr. conſ. 172. nu. 21. vol. 2.*

Tertiò excluditur præſumptio fraudis ex qualitate emptoris: Eſt enim D. Iafredus pãtruus pupillæ, qui, tamquam ſanguine coniunctus non præſumitur eam voluiſſe circumſcri-
8 bere, † *vt ſcribunt Crauet. conſ. 319. num. 6. Cephal. conſ. 528. num. 30. Menoc. de præſumpt. lib. 5 præſ. 3. num. 22.* Deindè in iis facultatibus eſt poſitus, quæ nullum relinquunt ſuſpicandi locum, voluiſſe eum circumſcribendæ pupillæ gratia cõparare fundum in ſterili loco poſitũ. Prætereà fuit in teſtamento fratris pupillariter, & per fideicommiſſum D. Eleonoræ ſubſtitutus, quæ res efficit, vt minorem habuerit eius fundi, cuius ſine onere obtinendi ſpem nactus erat, iuſto pretio comparandi, & pupillæ decipiendę cauſam, ſcilicet, quia pecuniæ copia præbet anſam adminiſtratoribus pupillæ lautius impendẽdi, quæ res ſolet eſſe damnõſa pupillãter ſubſtituto, quippè, qui à pupillo, vel eius nomine alie-
9 nata reuocare non poteſt, † *l. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tut. & rat. diſtrah. Polit. de pupilla. num. 29.* Itaque conſultius ei fuiſſet curare, vt pupilla fundum ipſum retineret: Quo fit, vt, cum ex hoc contractu damnum potius, quam commodum ſenſerit, ceſſet omnis fraudis, & doli
10 præſumptio, † *ex traditis à Decia. conſ. 57. nu. 36. volu. 3. & Menoch. d. lib. 5. præſ. 3. num. 18. & ſeqq.*

Deniquc

Digitized by Google

Deniq́ue non affectauit D. Iafredus hunc con-
tractum, ſed ad eum impulſu, precibusq́ue
matris, & ſolius pupillæ vtilitate fuit inductus
poſteà quam conſtitit, nullum adeſſe licitato-
rem, tametſi plures ab eo fuiſſent ad licitãdum
incitari, vti probant atteſtantes quorum pro-
indè repetitio non poteſt iure denegari.

Quarto, & vltimo excluditur præſumptio
fraudis ex perſona venditorum: Nam hic fun-
dus fuit venditus ſub haſta inſtantibus, & vr-
gentibus matre, & auunculo pupillæ, iiſdemq́;
tutoribus, & adminiſtratoribus, qui propter
ſanguinis coniunctionem, & officij debitum
non præſumuntur dolum in venditione fundi
fuiſſe toleraturi. Et ſanè, ſi ceſſat præſumptio
fraudis, & doli ex ſolo interuentu, aut præſen-
11 tia conſanguineorum, & amicorum, † *l. transa-
ctionem. 35. C. de transact. & ſcribunt Bart. in d.
l. 1. num. 4. C. de præd. decurio. lib. 10. Alciat. de
præſump. regul. 1. præſump. 21. num. 1. & 2. Cephal.
conſil. 405. num. 12. Crauet. d. conſil. 114. numer. 3.
Gabr. d. conſil. 127. num. 29. volum. 1.* quod tunc
dicatur contractus factus palam, & bona fide,
12 † *vt declarant Bart. in d. l. frater à fratre 38. nu.
51. ff. de cond. ind. Imol. in d. l. 1. §. fuit quæſitum
colum. 2. verſic. ſed aduerte. ff. ad Treb. Alexan. in
d. l. transactionem. 35. in fin. C. de transact. Curt.
iun. conſil. 29. nu. 12. Dec. in d. l. ſingularia. 15. nu.
12. ff. ſi cert. pet. Menoch. de præſum. d. lib. 3. præ-
ſump. 80. num. 9. Surd. d. conſ. 9. num. 40.* quanto
magis ceſſabit, ſi ad eorum petitionem, & in-
ſtantiam venditio fuerit contracta?

Non ſolum autem ex cauſa emptionis non
poteſt emptio dici nulla, ſed ne quidem ex
defectu cauſæ, quippè, quæ hic ſuberat, & ne-
ceſſaria, & vtilis, neceſſaria propter vrgens æs
13 alienum, † *l. magis puto. 5. §. ne paſſim. ff. de reb.
eor. l. ob æs. 12. C. de præd. min.* quo fuiſſe grauа-
tam pupillam, non ſolum ex matris, eiuſdem-
que tutricis repetita confeſſione, ipſiuſque ma-
giſtratus aſſeueratione in decreti interpoſitio-
ne facta conſtat, ſed etiam ex veris probationi-
bus, de quibus in actis.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, vrgens non
fuiſſe æs alienum, quia non inſtabant credito-
res, quod tamen ad alienationem permitten-
14 dam neceſſarium eſt, † *d. l. magis puto. 5. §. ne
paſſim,* quia contrarium ex actis apparet: nam
cum pro reſtitutione dotis primæ vxoris iam
fuiſſet pupilla condemnata, & creditores miſſi
in poſſeſſionem legatariique iam eſſent litem
cum tutoribus pupillæ conteſtati, negari non
poteſt quin vrgens fuerit æs alienum.

Minùs eſt, quod alius obijciat, habuiſſe pu-
pillam in nominibus mille aureos, qui ab eodē
D. Iafredo debebantur, ideoque de iis debuiſſe
vrgentibus creditoribus ſatisfieri, non verò
fundi alienationem permitti, quia reſpondeo
pecuniam hanc non potuiſſe tunc temporis
peti, quia tempus ſolutioni præfinitum non-
dum venerat, vti conſtat ex laudo, quod eun-
dem D. Iafredum ad ſolutionem prædictæ pe-
cuniæ condemnauit. Secundò reſpondeo, vti-
lius tutoribus, & magiſtratui viſum fuiſſe, ſal-
uum, & integrum cõſeruare pupillę huiuſmodi
creditum, cuius occaſione erat pupilla certum
& maiorem redditum annuum, nempè ſeptem
pro centum ſine vllo onere perceptura, quam
retinere fundum in ſterili loco ſitum, præcipuè
tempore belli, quo onera plerunque excedunt
15 fructus, quod fieri poſſe † ſcribit *Menoch. de ar-
bitr. caſ. 171. num. 11. & 12.*

Minùs obſtat, quod prius eſſent vendenda
mobilia, quia reſpondeo ea fuiſſe tenuiſſima,
& neceſſaria pupillæ, vti cõſtat ex inuentario.
Itaque fuiſſet abſurdum eã diſtrahere, & po-
ſtea cum damno pupillæ alia comparare, ma-
ximè, cum non ſufficerent ad æris alieni ſolu-
tionem.

Denique non obſtat, quod propter exigua
debita non eſſet facienda totius fundi vendi-
tio, ſed tantum pro modo debitorum, quia re-
ſpondeo primo, hoc non fuiſſe in poteſtate tu-
torum: nam, cum vix fuerit inuentus, qui to-
tum fundum emerit (ſtetit enim venalis per
triennium) multo minus eundem inuenisſet, ſi
pars tantum venalis fuiſſet propoſita cum re-
gulariter nemo præſumatur empturus partem,
16 † *l. tutor. 49. §. curator. ff. de minor. l. ſi quis aliam.
46. ff. de ſolut. late Tiraq. de retract. lignag. §. 23.
gloſſ. 1. num. 2. & ſeqq.* Secundò reſpondeo partis
vẽditionem magnum pupillæ incommodum
fuiſſe allaturam, quia meliores tantum fundi
partes emptorem inueniſſent, & pupillę ſteriles
tantum campi remanſiſſent, ex quibus plus
damni, quam fructuum fuiſſet perceptura.

Vtilis verò fuit vendendi cauſa, Primò pro-
pter fundi ſterilitatem. Secundò propter onera
immenſa, quibus tunc temporis ob belli ſæui-
tiam premebantur ij, qui in huiuſmodi finibus
agros poſſidebant. Tertiò propter difficultà-
tem inueniendorum colonorum: recuſabant
enim agricolæ colonias propter pericula in-
curſionum hoſtium, niſi maximis conditioni-
bus, & egregijs mutuationibus inuitarẽtur, quæ
res omnes ſimul iũctæ cum tempeſtatibus, quæ
ſolent eſſe frequentes in hac prouincia, ma-
gnum incommodum afferebant pupillæ. Con-
tra verò pecuniæ, quæ ſatisfactis creditoribus
remanſit, certus fuit redditus, nullis periculis,
& nullis oneribus ſuppoſitus, ideoq; huiuſmo-
di venditio non ſolum à magiſtratu, & tutori-
bus habita eſt vtilis pupillę, verum etiam à cæ-
teris omnibus pupillæ cognatis, vti conſtat ex
atteſtationibus; quibus ſtantibus non poteſt ex
defectu cauſæ cenſeri nulla venditio, quia ſola
vtilitas, etiam ſine neceſſitate ſufficeret ex vi
nouorum Sabaudiæ decretorum ad conualida-
dandum contractum.

Deniquè non poteſt dici nulla venditio ex
defectu ſolemnitatum, cum appareat hic fuiſſe
adhibitas omnes ſolemnitates in alienationi-
bus bonorum pupillarium requiſitas: Fuit
enim venditio celebrata cum cauſæ cognitio-
ne, & decreto iudicis, præcedentibus legitimis
ſubhaſtationibus, & cum interuentu propin-
quorum ipſius pupillæ, & de his omnibus con-
ſtat ex actis ſeparatis, vt eſt neceſſarium.

Quamobrem nõ poteſt declarari nulla, ma-
ximè ſtante, quod ex tali declaratione pupilla
mirum in modum læderetur, quod mater eius,
vtpotè fœmina, & leuis, ac imbecillis ingenij
non animaduertit, dum venditionem, quam
ſtudioſè contraxit, nunc mutata voluntate to-
tis viribus conatur infringere: Nam emptor
cogeretur reddere ratione fructuum percepto-
rum, qui deductis oneribus erunt haud dubiè
exigui. Contra verò pupilla cogeretur emptori
reſtituere pecuniam tam ſortis, quam intereſſe
nomine receptam, cum emptor ei pro reſiduo
pretij

pretii ſoluerit quotannis ſeptem pro centum, quod intereſſe cum fructibus compenſatum ſine dubio quantitatem, & valorem eorum ſuperabit, eritque proinde talis exceſſus cum magno pupillæ incommodo reſtituendus, quod ne contingat, conſultius erit emptionis cōtractum ſuſtinere, prout de iure ſuſtinendum cenſeo, ſtante bona fide emptoris, authoritate iudicis, & tutorum, neceſſitate venditionis, vtilitate pupillæ, & obſeruatione ſolemnitatum. Et ita pronuntiandum concludo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Ill. Do. Antonio Hoſtero Equite SS. Mauritij, & Lazari.

CONSILIVM LXXIX.

ARGVMENTVM.

Quibus ex cauſis tranſactio reddatur nulla, & an ob læſionem enormiſſimam debeat reſcindi.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio ſine conſenſu nulla eſt.*
2 *Tranſactio de re certa, non dubia nullius eſt momenti.*
3 *Tranſactio facta de re, de qua lis probabiliter eſſe non poterat, arguit euidentem calumniam.*
4 *Tranſactio, quæ continet euidentem calumniam, eſt ipſo iure nulla.*
5 *Tranſactio nullo dato, vel remiſſo nulla eſt.*
6 *Dolus arguitur ex eo, quod vir vafer contrahit cum muliere imbecillis ingenij.*
7 *Dolus arguitur ex eo, quod mulier fuit inducta ad remittendum ius certum.*
8 *Læſio enormiſſima quæ dicatur.*
9 *Tranſactio propter læſionem enormiſſimā debet reſcindi, præcipuè in muliere nu. 10.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

TRāſactio, quæ inita proponitur inter D. Reſſ.mum, & D. Lauram non poteſt de iure ſuſtineri, ſed omnimodo debet declarari nulla?

Primò propter defectum conſenſus ex parte ipſius D. Lauræ, quæ antequam contractus haberetur properfecto, proteſtata eſt, ſe nolle ſtare compoſitioni, quæ tūc ab Aduocato Audrito tractabatur, *vti deponit vnus ex teſtibus ibi ſubſcriptis*; quæ res tranſactionem reddit ipſo iure nullam, quippe, quæ ſine conſenſu contra-
1 hi non poteſt, † *l. ſi diuerſa. 14. & ibi gloſſ. in verb. aliquid C. de tranſact. l. 1. §. conuentionis, & §. adeo, vbi Bart. & alij ff. de pact. Alex. in l. qui Romæ. 122. §. duo fratres num. 54. verſ. cum ergo ff. de verb. oblig. Purp. conſ. 286 num. 1.*

Secundò redditur nulla, quia eſt facta contra verba publici inſtrumenti aperta, & clara, & quæ nullam probabilem recipiebant dubitationem, ideoque tamquam de re certa, nec du-
2 bia tranſactio nullius eſt momenti, † *l. 1. ff. de tranſ. l. ſi cauſa cognita. 32. C. eod. l. eleganter. 23. §. ſi poſt rem ff. de cond. ind. & ſcribunt Angel. conſ. 94. num. 6. Roman. conſil. 517. num. 18. Abb. conſ. 12. num. 5. & conſ. 85. num. 5. verſ. nam tranſactio lib. 2. Soc. iun. conſ. 144. nu. 16. volum. 1. Alb. conſil. 89. num. 1. conſil. 251. num. 32. & conſ. 306. nu. 2. Crauet. conſil. 152. num. 10. & conſ. 851. num. 1. Menoch. conſ. 618. num. 1. & conſ. 1158. nu. 1.* Arguit enim tranſactio, quæ fit ſuper re, de qua lis probabiliter moueri non poterat, euidentem ca-
3 lumniam, † *vt ſcribunt Ang. d. conſ. 94. numer. 6. Roman. d. conſ. 517. num. 19. Abb. d. conſ. 12. nu. 3. & d. conſ. 85. nu. 5. verſic. nam tranſactio lib. 2. Alb. conſ. 543. num. 1. & 9. Crauet. d. conſ. 152. num. 10. & 11. & d. conſ. 851. num. 1. Mago. deciſ. Flor. 85. num. 6. Menoch. d. conſ. 618. nu. 1. & d. conſ. 1158. nu. 3. & 4.* propter quam redditur ipſo iure nul-
4 la, † *l. in ſumma 65. in princ. verſ. ſin autem, & ibi gloſſ. in verb. calumnia ff. de cond. ind. l. 1. §. fin. ff. ad Tert. & ſcribunt Bart. in l. ſi ex falſis 42. num. 2. & ibi Bald. num. 4. Angel. num. 1. & alij paſſim. C. de traſ. Ang. d. conſ. 94. num. 6. Roman. d. conſil. 517. num. 19. Abb. d. conſ. 12. num. 5. lib. 2. Iaſ. in l. 2. num. 2. C. de tranſ. Alb. conſ. 745. num. 1. Crauet. conſil. 276. num. 3. Ludou. deciſ. 27. num. 4. Magb. d. deciſ. Florent. 85. num. 4. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 65. num. 3.* Et ſanè dubitatio, quæ D. Lauræ mouebatur ab Aduocato Audrito, nuncque mouetur ab Aduocatis D. Reſſ.mi contra prædictum inſtrumentum, non poteſt vllo modo reddere rem dubiam: nam, cum initio inſtrumenti clariſſimè legeretur, ideo ad illum cōtractum partes deueniſſe, quia voluiſſerat D. Lauræ habere minus in proprietate, de quā poſſet diſponere, quam plus in vſufructu; quæ cum perſona extinguntur, adeoq; conueniſſe, vt loco mille aureorum, qui propter nuptias illi fuerant donati in inſtrumento dotis, & quorum vſumfructum poterat retinere, haberet quinquagētos aureos ſed in proprietate, ita, vt de his poſſet ad libitum diſponere remittendo, & renuntiando facultati eligendi vſumfructum totius ſummæ donatæ, & contra conueniſſe, vt maritus, qui in proprietate poterat lucrari 2000 aureos, remitteret hæredibus eiuſdem D. Lauræ 500. aureos, *vt inter eos ſeruaretur æqualitas*, hæc verba non potuerunt efficere, vt præcedens diſpoſitio clara, & indubitabilis intelligeretur de ſolo vſufructu contra verba manifeſta: nam, etſi ſtantibus verbis, prout ſtant, non videatur ſeruari æqualitas, quia mulier de proprietate, quam poterat lucrari, nihil remittit, contra vero maritus de aureis 2000. quos poterat in proprietate lucrari, remittit 500. & ſic quartam partem, neque tamen ſeruaretur æqualitas ſecundum interpretationem, quam propoſito errore accommodabat Aduocatus Audritus; quia maritus non remittit vxori, niſi quartam partem eius, quod poterat in proprietate lucrari, & contra mulier remitteret totum, quod lucrari poſſet. Et, quamquam, hinc inde fieret remiſſio 500. aureorum, non tamen ſeruaretur æqualitas, quia lucrum donationis propter nuptias debet ſemper conſiderari, vt quarta pars dotis. Itaq; ſeruaretur æqualitas, ſi marito remittente proprietatē 500. aureorum, mulier remiſiſſet proprietatem 125. aureorum. Magis igitur eſt, vt illa verba, *vt ſeruetur æqualitas*, non fuerint à partibus conſiderata ſingulariter, & proportionabiliter, ſed reſpectiuè, hoc ſenſu, mulier remittit facultatem eligēdi vſumfructum totius donationis, & ex nunc vult retinere 500. aureos in proprietate, & contra maritus remittit de proprietate,

Digitized by Google

prietate, quam poterat lucrari, 500. aureos, vt ſeruetur æqualitas, idest, vt, quemadmodum mulier aliquid remittit marito, nempè facultatem eligendi vſumfructum totus, quæ res fuiſſet hæredibus mariti nimium damnoſa, propter vtil itatem vtendi fruendi, ita, & contra maritus aliquid remittit vxori, & ſic ſeruetur æqualitas relatiuè, & reſpectiuè, non proportionabiliter.

Tertiò redditur nulla dicta tráſactio ex alio capite: nam hic præſuppono in facto, tranſactionem non fuiſſe initam de vſufructu, ſed de proprietate, ſcilicet, quia D. Reſſanus non negabat D. Lauræ, quin poſſet retinere vſumfructum 500. aureorum, ſed allegabat, non poſſe eam retinere 500. aureos iure proprietatis. Itaque cùm de ſola proprietate eſſet controuerſia, ſaltem verbalis, tranſactio quoque de ſola proprietate cenſetur inita: nam de vſufructu, tamquam de re, quę erat in confeſſo, non debuit tranſigi. Præſuppono item in facto D. Reſſanum in dicta tranſactione promiſiſſe ſe daturum ſex pro centum ſingulis annis, nõ ratione proprietatis, ſed ratione vſusfructus, qui erat in pecunia, & ideò neceſſario 500. aurei erant dãdi eidem D. Lauræ ſub cautione. Vndè D. Reſſanus nolens pecuniam eſſe in manibus D. Lauræ, conuenit de dandis illi ſex pro centum ſingulis annis. Itaque hæc promiſſio reſpicit ſolũ vſumfructum, Quibus ſic poſitis dico tranſactionem ſuper proprietate 500. aureorum eſſe nullam, quia, cum de hoc ſolo eſſet dubitatio, & in tranſactione mulier totam proprietatem remittat, ſibique nil vice mutua detur, aut remittatur, tranſactio eſt facta nullo
5 dato, vel remiſſio, & ideò nulla, † *l. tranſactio nullo dato. 38. C. de tranſactio. l. ſunt. 3. C. de rep. hæred.*

Quartò augetur cauſa nullitatis ex qualitate perſonarum: Nam ex vna parte adeſt D. Reſſanus vir ſumma vafritia prædinus, & qui acumine ingenij ampliſſimum patrimonium ex opibus tenuiſſimis comparauit, ex altera verò parte mulier vidua, & conſequenter perſona imbecillis ingenij, & quibuſcũq; captioni-
6 bus ſuppoſita, quæ res arguit dolũ, † *vt ex doct. Bald. conſil. 312. lib. 2. & Crauet. conſ. 282. num. 2. ſcribit Menoch. de præſ. lib. 5. præſ. 3. nu. 100.* maximè, cum fuerit inducta mulier ad renuntiandum, & remittendum ius ſibi quæſitum, & cer-
7 tum, † *vt ibi ſubijcit Menoch. num. 114.* His accedit locus, in quo factus ſupponitur contractus: Nam D. Reſſanus deduxit hanc mulierem ignaram ſui iuris in domum D. Audriti, qui erat eiuſdem D. Reſſani aduocatus, & ab eo plenè inſtructus de re, de qua agebatur. Ibi peritus aduocatus quibuſdam argumentis ductis ab æqualitate non ſeruata cœpit cum fœmina diſputare. Vndè facile ei fuit mulieri perſuadere, verba clara, & aperta eſſe obſcura, & illa, iure proprietatis, intelligi iure tantum vſusfructus.

Quintò dato, & non conceſſo, quod hęc tranſactio poſſet ipſo iure ſuſtineri, dubium tamen non eſt, quin contineat læſionem enormiſſimam, ſcilicet quia per eam D. Laura remiſit eidem D. Reſſano 500. aureos ſibi iure proprietatis debitos nulla re accepta; Itaque
8 eſt læſa enormiſſimè, † *iux. tradita p Caſſad. dec. 1. nu. 1. tit. de empt. & vend. Couar. lib. 2. varia. reſolut. cap. 4. num. 5. Ant. de Gamm. deciſ. Luſit. 93. nu. 5.* Debet igitur ex magis communi DD. ſententia reſcindi: Nam, licet dubium ſit, num reſcindatur propter læſionem enormem, propter enormiſſimam tamẽ, quin debeat reſcin-
9 di, nulla eſt dubitatio, † *vti videre eſt apud Ceph. conſ. 415. num. 4. & conſ. 648. num. 17. Beret. conſ. 134. num. 11. Surd. conſ. 451. num. 9. & conſ. 430. nu. 13. Caual. in tract. comm. contra comm. quæſt. 72. nu. 1. & paſſim apud decidentes, vt apud Affli. deciſ. 322. num. 1. & Grauen. deciſ. 66. num. 47. Lud. deciſ. 18. num. 65. Mantic. deciſ. 102. num. 1. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem*, præcipuè in
10 muliere, † *vt ait Caual. d. quæſt. 72.* Ex quibus omnibus concludo tráſactionem, qua de agitur, eſſe declarandam nullam; aut ſaltem prætextu læſionis enormiſſimæ reſcindendam ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Perill. & Multum Reuer. DD. Canonicis Parmenſibus.

CONSILIVM LXXX.

ARGVMENTVM.

An, & quando Eccleſiaſtici teneantur etiam pro diſtributionibus quotidianis cõtribuere ad triremium ſubſidium, quod à Sum. Pont. impoſitum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ quandoque non diſtinguuntur à præbendis, ſed præbendarum vice funguntur.*
2 *Diſtributiones quotidianæ dantur ſolùm interesſentibus diuinis officijs.*
3 *Conſtitutio noua debet in dubio tam recipere interpretationem per quam minus, quam fieri poſſit, lædatur ius commune.*
4 *Diſtributiones quotidianæ non ſunt ſubiectę decimis, & alijs impoſitionibus.*
5 *Verba vniuerſalia affirmatiua reſtringuntur ad caſus habentes eandem rationem, & cauſam.*
6 *Diſtributiones, quę a præbendis ſeparatæ ſunt, & quę præbendarum vice funguntur, multum diuerſam naturam, & rationem habent.*
7 *Verba vniuerſalia, quantumuis geminata, & duplicata recipiunt interpretationem, per quam adaptentur iuri communi, quam maximè fieri poſſit.*
8 *Obſeruantia ſubſecuta eſt optima legum, & conſtitutionum interpres.*
9 *Onerum in ſolutione ſpectanda eſt conſuetudo, & obſeruantia.*
10 *Obſeruantia declaratiua non indiget præſcriptione, ſed ſufficit, ita quandoque fuiſſe obſeruatum.*
11 *Conſtitutio eatenus ligat, quatenus vſu recipitur.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

ACcurata Perilluſt. & M. Reuer. Dom. Canonici Parauicini diligētia in reſoluendis dubitationibus excitatis nullum penè mihi ſcribendi locum reliquit, cum vix ſit, vt eius eruditiſſimis ſcriptis quicquam addi poſſit. Sed, ne videar onus impoſitum ab iis, quorum cauſa, & debeo, & volo plurimum, reſpuere, dicam, & ipſa, qua breuitate potero, quid ſentiam.

Duæ ſunt autem, quæ diſcutiendæ proponuntur dubitationes principales, vna, nunquid Perilluſt. ac multum Reuer. DD. Canonici teneantur contribuere etiam pro maſſa, ſeu diſtributionibus quotidianis ad triremium ſubſidium, quod olim à Sum. Pont. Sixto V. impoſitum eſt. Altera verò dato citra præiudicium veritatis, quod teneantur, an ad idem cōtribuere debeant Illuſt. ac Multum Reuer. DD. Conſortiales pro ſuis diſtributionibus.

Et in prima quidem dubitatione, licet Bulla Sum. Pont. expreſſè loquatur de diſtributionibus quotidianis, & eo modo videatur rem ponere extra omnem dubitationem, adhuc tamen in propoſito ſentio, nō teneri DD. Canonicos pro dictis diſtributionibus contribuere, Quod, vt exiſtimem;

In primis me maximè mouet illud, quia, cum diſtributionum quotidianarum non vnū ſit, ſed duplex genus: quædam enim ſunt diſtributiones, quæ non diſtinguuntur à præbendis, ſed ipſemet præbendarum vice funguntur, vt ſunt diſtributiones illarū Eccleſiarum, quarum fructus omnes in communi reponuntur,
1 & Canonicis diſtribuuntur, † *de quibus in capit. olim de verbor. ſignific. & apud Decian. conſil. 43. num. 13. volum. 1. & Menoch. conſil. 436. num. 25.* Quædam verò ſunt diſtributiones à præbendis ſeparatæ, atque diſtinctæ, quales ſunt diſtributiones illarum Eccleſiarum in quibus Canonici certas habent præbendas, & præterea quotidianas diſtributiones, quæ dantur intereſſen-
2 tibus diuinis officijs, † *de quibus in cap. fin. de reſcrip. in 6. cap. vnic. de cler. non reſid. in ſexto. cap. vltim. de conceſſ. preben. in 6. Pariſ. conſil. 32. num. ſeptimo; & conſil. 34. num. 4. & ſequentibus. volum. 4. Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. numero 1. Decian. conſil. 69. num. primo, & ſecundo. volum. 1. & conſil. 41. num. 4. volum. 5. Monald. conſil. 27. num. 4. volum. 1.* non explicat Bulla Sum. Pont. de quibus intelligat diſtributionibus. Tamquam igitur dubia recipere debet interpretationē *l. in ambigua. 18. ff. de legib.* Quo poſito ſequitur, debere eam intelligi de diſtributionibus, quæ præbendarum vice funguntur, non verò de iis, quæ ſunt à præbendis ſeparatæ, atque diſtinctæ: Nam noua conſtitutio dubia debet eam recipere interpretationē, per quam minus, quam fieri poſſit, lædatur
3 ius commune, † *l. 2. & ibi Bald. Cod. de noxal. ca. cum dilectus, & ibi Abb. num. 21. extr. de conſuet. Dec. in l. quoties idem ſermo. 67. circa fin. ff. de regul. iur. Crauet. conſil. 540. num. 11. Menoch. conſ. 261. num. 35.* Vnde, quia minus læditur ius commune, ſi Bulla intelligatur de primo tantùm genere diſtributionum, quam, ſi etiam de ſecundo, cum de iure communi non ſoleant de diſtributionibus quotidianis ſecundi generis ſolui decimæ, vel aliæ impoſitiones, quæ tamen ſoluuntur de alterius generis diſtribu-
4 tionibus, † *vti videre eſt apud Decian. dict. conſil. 43. numero 15. volum. 1. & Monald. conſ. 46. num. 13. volum. 2.* conſequens eſt, vt hoc modo ſit accipienda Bulla.

Nec obſtat, quod dicitur in motiuis, imò Bullam eſſe de omnibus diſtributionibus intelligendam, non ſolùm, quia generaliter, & indiſtinctè loquitur, *iuxta l. primā. §. & generaliter. ff. de leg. præſt. leg. de pretio. 10. ff. de publicia.* ſed etiam, quia fuit concepta per verba vniuerſalia, *omnibus, & quibuſcunque*, quę omnem omninò ſpeciem, & caſum comprehendunt *l. Iulianus. 66. ff. de leg. tertio*, quia reſpondeò, imò vniuerſalem affirmatiuam reſtringi ad caſus habentes eandem rationem, & cauſam, non verò trahi ad habentes ratio-
5 nem diuerſam, † *vt ſcribunt Crauet. conſil. 144. numer. ſexto, & conſil. 256. numer. 6. & Menoch. conſil. 291. numero 53.* Vnde, cum diſtributiones quotidianæ, quæ non ſunt à præbendis ſeparatæ, eandem habeant cum præbendis rationem, eodemque cenſeantur iurę, contra verò diuerſam habeant rationem, diuerſoque iure cenſeantur diſtributiones à præbendis ſe-
6 paratæ, † *vt latè oſtendit Decian. dict. conſil. 43. numer. 13. & ſequentib. volum. primo.* Conſequens eſt, vt debeat ad illas reſtringi oratio vniuerſalis, non etiam ad has extendi, Et hoc non obſtaure, quod geminatè dictum ſit, *omnibus, & quibuſcunque*, quia verba vniuerſalia, quantumuis geminata, & duplicata recipiunt interpretationem, per quam adaptentur iuri communi, quam maximè fieri poteſt,
7 † *vt ſcribunt Angel. conſil. ſexto, verſic. nec obſtat. Crauett. d. conſ. 256. num. 6. verſ. ſecundo ad idem, & Menoch. d. conſ. 291. num. 55.*

Secundò verò hanc eſſe Bullæ ſententiam, clariſſimè demonſtrauit obſeruantia ſubſecuta, quæ dicitur optima legum, & conſtitutio-
8 num interpres. † *l. ſi de interpretatione. 36. ff. de legibus, capit. cum dilectus, extr. de conſuet. & ſcribunt Dec. conſil. 155. numer. quarto. verſicu. idem ergo. Crauet. conſil. 201. numer. vndecimo. Bec. conſil. 101. num. 49. volum. primo. Honded. conſil. 60. numer. 11. volum. ſecundo. Surd. conſil. 426. num. quinto. in fin. Pereg. conſil. 3. num. 48. volum. tertio.* Nam & Bononiæ, & Mutinæ, & Placentiæ, & in hac ipſa Ciuitate non fuit ad hanc vſque diem facta pro diſtributionibus quotidianis, quæ ſunt à præbendis ſeparatæ, contributio. Quo fit, vt non ſit amplius de hac re ambigendum. *l. minime. 22. de legibus.* Maximè, cum tractetur de oneribus, in quorum potiſſimū ſolutione ſpectandam eſſe con-
9 ſuetudinem, & obſeruantiam, conſtat † *ex l. ſi publicanus. 4. §. fin. l. licitatio. nona. §. earum. ff. de publica. & ſcribunt Angel. conſil. 9. numer. tertio. Pariſ. conſil. vigeſimoquinto. nume. 54. & ſequen. volum. primo. Oſaſcb. deciſ. 83. in fin. Menoch. conſil. 1144. num. 85. Surd. conſil. 140. num. 46. & conſil. 289. nu. 13.*

Neque obſtat, quod non ſit hæc obſeruantia legitimè præſcripta, quia in obſeruantia declaratiua non eſt opus præſcriptione, ſed
10 ſufficit ita quandoque fuiſſe obſeruatum, † *vt in ſpecie declarant Caſtr. conſil. 347. nume. quarto. volum. primo. Soc. ſen. conſ. 111. numer. quinto. volum. primo. Dec. conſil. 155. num. quarto. verſ.*

& iſta, Crauett.conſil.118.num.ſecundo, & conſil. 201. num. 12. Bec.conſ. 96. num. decimoquarto. & dict. conſil. 101. num. 50. volum.primo. Hond.dict.conſ.60.num.11.volum.ſecundo. Surd. d. conſ.140.num.quarto, & dict.conſ. 289. num. 14. Menoch.conſ.436.num.21.conſ.800. num.40. & d.conſ.1144.num.85.& ſeqq.

Tertiò dato etiam, quod Bulla ſpecificè loqueretur de diſtributionibus, quæ ſunt à præbendis ſeparatæ, adhuc tamen non noceret DD. Canonicis, vt potè, cum in hac parte non fuerit recepta, vt apparet ex vſu, & contraria Ciuitatum conſuetudine, & conſtitutio
11 eatenus liget, quatenus vſu recipitur, † *vt eſt doctr. glo. in capit. erit autem lex, in verb. ſecundum patriæ conſuetudinem, 4. diſtinct. & in cap. 1. in verb. frangere in fin. & ibi Abb. & Felin. de treg. & pac. & declarant Cephal. conſ.549. nume. 13. & 42. & Menoch. de præſump.lib. 2.præſ. 2. nu.1.& conſ.1003. nu. 33.*

Cœterùm poſito citra præiudicium veritatis, quod teneantur DD. Canonici contribuere etiam pro prædictis diſtributionibus ſuccedit altera dubitatio, num ſcilicet ad eandem contributionem adſtringendi ſint DD. Conſortiales pro ſuis diſtributionibus. Et, vt ingenuè fatear, nullam inuenio probabilem rationem, qua poſſint DD. Conſortiales ab hac contributione ſe tueri: nam, ſi (prout ipſi ſupponunt) Bulla generalis eſt, & complectitur omnes omninò redditus, & obuentiones, etiam eas, quæ ſui natura ſunt ab oneribus exemptæ, quales ſunt diſtributiones quotidianæ, cur non comprehendet etiam diſtributiones ipſorum DD. Conſortialium (quas eſſe Eccleſiaſticas ita clarè demonſtrauit præfatus Do. Conſulens, vt mihi non ſit amplius ſuper eadem re laborandum.

Nec obſtat, quod dicitur in motiuis, diuerſam eſſe rationem harum diſtributionũ, quia, quæ percipiuntur à DD. Canonicis ſunt deſcriptæ in æſtimo, quæ vero à DD. Conſortialibus non item, quia reſpondeò, primo talem deſcriptionem multas pati obiectiones, tamquam minus ſolemnem, vt patet ex actis.

Secundò reſpondeò, licet fuerint deſcriptæ, nunquam tamen ſoluiſſe decimas, & alia onera, ideoque talem deſcriptionem non cōſtituere aliquam diuerſitatem inter prædictas diſtributiones, vtpotè quæ ad hanc vſq; diem fuerunt pariter immunes.

Tertio reſpondeò, nihil habere commune deſcriptionem in æſtimo cum hac contributione, quam impoſuit Bulla Sum. Pont. Etenim Bulla non imponit hoc onus ſolis bonis regiſtratis, ſed omnibus redditibus, et obuentionibus. Itaque, non ſolùm grauat eos redditus, qui iam erant ſui natura oneribus ſuppoſiti, ſed etiam alios, vt ipſimet DD. Conſortiales in præcedenti dubitatione ſupponũt. Aut igitur Bulla non eſt vniuerſalis, et non tenentur DD. Canonici contribuere pro ſuis diſtributionibus, Aut eſt vniuerſalis, et tenentur etiam DD. Conſortiales, non obſtante, quod bona non reperiantur in æſtimo deſcripta. Et ita iuris eſſe ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro hæredibus M. Reuer. D. Auguſtini Ronerij Præpoſiti S. Iuuenalis in Ciuitate Foſſani.

CONSILIVM LXXXI.

ARGVMENTVM.

An, & quando confeſſio, vel dictum teſtis poſſit acceptari reiecta qualitate adiecta.

SVMMARIVM.

1 *Probare quiſque debet id, quod eſt fundamentũ ſuæ intentionis.*
2 *Confeſſio debet acceptari cum ſuis qualitatibus, Declara, vt nu. 8. & ſeqq.*
3 *Teſtis dictum debet acceptari cum omnibus ſuis qualitatibus, Declara, vt numer. 8. & ſequentibus.*
4 *Solui duobus inſolidum vna, & eadem res non poteſt.*
5 *Eis ad eiuſdem pecuniæ ſolutionem quem adſtringi iniquum eſt.*
6 *Confeſſione res nulla maior eſt probatio.*
7 *Teſtis vnus probat contra producentem.*
9 *Confeſſio poteſt acceptari reiecta qualitate, quæ reſpicit ius.*
10 *Acceptare partem, quæ eſt à lege approbata, & repudiare eam, quæ eſt improbata, non eſt abſurdum.*
11 *Tranſactionibus vti quis poteſt, & repudiare qualitates, quæ ſunt contra ius.*
12 *Qualitas poteſt à dicto principali ſeparari, ſi contra ſe iuris habeat præſumptionem.*
13 *Paria ſunt non eſſe, vel de iure non valere.*
14 *Teſtis de ijs tantum debet deponere, quæ ſenſu corporeo percipiuntur.*
15 *Confeſſio circa ea, quæ non pendent à poteſtate confitentis non valet.*
16 *Confeſſio, quatenus eſt contra ius, non valet, nec debet attendi.*
17 *Legata, quæ, quacumque ex cauſa, non præſtantur legatarijs, manent in hæreditate.*
18 *Legata, vt valeant, quinque ſaltem teſtium numerus eſt neceſſarius.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

NOn poteſt opera mea non eſſe ſuperuacua in re, quæ iam à præſtantiſſimo D. Aduocato Ioan. Bernardino Porta fuit plenè diſcuſſa, cum vix ſit, vt eius ſcriptis quicquam addi poſſit. Sed, ne ſimplici ſubſcriptione contentus videar id denegare, quod magna cum inſtantia à me petitum eſt, dicam, quam breuiſſimè potero, quid de propoſita controuerſia iuris eſſe putem.

Difficultas autem huius cauſæ mihi videtur in eo conſiſtere, quia, cum hæredes Dom. Præpoſiti in hac lite fungantur partibus actoris: petunt enim à Dom. Priore Buccio reſtitutionem pecuniæ, quæ de mandato defuncti d. ei, tanquam executori deputato remiſſa ad effectum ſoluendi legata, de quorũ validitate hodie contenditur, neceſſariò probare debent

id,

id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis,
nempè remiſſionem pecuniæ ſactam de man-
1 dato defuncti. † *l. ſi minorem*. 4. *Cod. de in integ.
reſtit. & ſcribunt Bartol. in leg. prima. nume. pri-
mo, Cod. ſi adu. cred. & in l. in illa. 8. num. quinto.
ff. de verbor. obligat. Soc. ſen. conſi. 68. num. 18. verſ.
nam regula volum. primo. Oſaſch. decis. 171. numer.
8. Surd. conſil. duodecimo. nume. ſecundo, & conſil.
92. num. primo.* At hoc legitimè probaſſe non
videntur, quia, cum eius probationem non
deducant ex aliqua ſcriptura, aut depoſitio-
ne teſtium ex ſui parte examinatorum (ni-
hil enim circa hoc præſtiterunt) ſed deducant
ex confeſſione ipſius Dom. Prioris, & depoſi-
tione teſtium, qui ex parte aduerſa fuerunt exa
minati, non videtur talis probatio ſufficiens
ad effectum obtinendi, quia neque confeſſio,
neque teſtium diſpoſitio eſt ſimplex, ſed qua-
lificata: Fatetur enim Dom. Prior, & ſimili
modo deponunt teſtes, fuiſſe quidem remiſ-
ſam pecuniam, ſed cum hac lege, vt ex ea
Dom. Prior ſolueret legata, quæ in ſcriptura
à defuncto remiſſa continebantur, *vti conſtat
ex actis*. Vnde, quia talis confeſſio, & teſtium
depoſitio debet acceptari cum ſua qualitate,
2 *vt de confeſſione † ſcribunt Alexand. conſ. octuage-
ſimoſeptimo. num primo. volum. 1. Iaſ. in l. Pompo-
nius. 13. §. cum quis. num. decimotertio. ff. de ac-
quirend. poſſeſſ. Purpur. conſil. 70. num. vndecimo,
& conſil. 124. num. quarto. Borgn. decis. 27. numé.
88. verſi. & ideo breuiter reſtringendo par. ſecunda.
3 De teſtium vero depoſitione † ſcribit Bal. in l. prima.
num ſeptimo. verſ. & ſicut teſtes. C. de conf.* & præ-
dicta qualitas tamquam omnimodo contra-
ria hæredum intentioni totaliter eam exclu-
dit, ſcilicet, quia, ſi de pecunia remiſſa ſolui
debent legata, non poteſt haud dubiè Dom.
Prior condemnari ad eandem hæredibus reſti-
tuendam, cum vna, & eadem res duobus in-
4 ſolidum ſolui nequeat, † *l. ſecunda. § vltim. ff. de
duobus reis. § ex huiuſmodi inſtit. eod.* & iniquum
ſit aliquem ad eiuſdem pecuniæ ſolutionem
5 bis adſtringi, † *l. qui bis idem 18. & ibi gloſſ. in
verb. non tenetur. ff. de verbor. oblig at. l. bona fidei.
58. ff. de reg iur.* fit, vt prædicti hæredes, quaſi
legitima probatione deſtituti videantur in cau
ſa debere ſuccumbere.

Verùm hoc non obſtante concurro in ſen-
tentiam præſtantiſſimi Dom. Aduocati, & cen
ſeo, condemnandum eſſe Dom. Priorem ad
pecuniam reſtituendam hæredibus, vtpotè
qui re vera probarunt ea omnia, quæ ſunt ne-
ceſſaria ad fundandam ſuam intentionem:
Probarunt enim, ſe eſſe hæredes Dom. Præpo-
ſiti (de cuius morte conſtat) producto eius
teſtamento, in quo fuerunt inſtituti, Et ſimili
modo probarunt, pecuniam de mandato de-
functi fuiſſe remiſſam Dom. Priori, non ſo-
lùm ex ipſius confeſſione, qua probationis
6 ſpecie nulla maior eſſe dicitur. † *l. vlt. verſicul.
quis licet. Cod. de fideicomm. leg. cum ſi. 5. Cod.
de tranſ. leg. generaliter. decimotertia. Cod. de non
numer. pecun leg. prima. Cod. de confeſſ. capit. per
tuas de probat. cap. ſi cautio de fide inſtrument. &
ſcribunt Pariſ. conſil. ſeptuageſimoquinto, numero
quinquageſimoſecundo. volum. ſecundo. Grammat.
deciſ. 56. num. ſexageſimoſexto. Decian. conſil. vige-
ſimotertio. numero vigeſimonono. conſil. trigeſimo-
tertio, numero 58. volum. primo. conſil. 62. numero
51. & conſil. ſeptuageſimoſexto. numero ſexto. vol.
tertio. Crauett. conſil. 171. numer. quarto. Menoch.
conſil. 21. numero decimoquarto circa fin. Surd.
conſ. 60. num. primo, & deciſ. decima, numer. 12.*
ſed etiam ex depoſitionibus teſtium pro con-
traria parte examinatorum; à quibus etiam
probationem deduci poſſe certum eſt, adeo,
vt, licet ad probandum requirantur ſaltem
duo teſtes, ſi à nobis producantur, ſufficiat ta-
7 men vnus, ſi fuerit à parte productus, † *vt
ſcribunt Socin. iun. conſil. 69. numer. 11. volum.
primo. Cephal. conſil. 65. numero 55. & conſ. 141.
numero 16. Menald. conſil. 50. num. 21. volum.
1. Menoch. conſ. 380. numero nono. Surd. conſil.
19. numero decimotertio. conſ. 40. num. vigeſimo, &
conſil. 61. numero 40.* Et, quoniam hoc dubium
non habet, neque ab aduerſariis in controuer-
ſiam deducitur, ſed hoc ſolùm contenditur,
prædictam confeſſionem, & teſtium depoſi-
tionem hæredibus non prodeſſe ob qualita-
tem annexam, quæ illorum intentionem ex-
cludit, *vt ſupra dictum eſt*, ideò non eſt mi-
hi diutius in hoc inſiſtendum, ſed ſolùm de-
monſtrandum, prædictam qualitatis adiectio-
nem non obeſſe.

Hoc autem, vt apertè demonſtrem, præ-
mitto, quod dicitur, confeſſionē, aut dictum
teſtis debere acceptari cum omnibus ſuis qua-
8 litatibus, intelligi, † quatenus illę qualitates
ſunt facti, & factum reſpiciunt; nam tali re-
ſpectu confeſſio, ſeu depoſitio teſtis cenſetur
indiuidua, ideoque non poteſt pro parte acce-
ptari, & pro parte reiici, ſed, aut in totum acce-
ptari, aut in totum reiici debet, *vt ſupra di-
ctum eſt*; Cœterùm, quatenus illę qualitates
ſunt iuris, & ius reſpiciunt, verius eſt, poſſe
eas reprobari, ſiue impugnari, & reiici, licet
confeſſio, ſeu depoſitio in parte principali ac-
9 ceptetur, † *vt declarat Iaſ. in leg. manifeſta. 38.
numero octauo. ff. de iureiur.* quia talis impugna-
tio, ſeu reprobatio non fit ab homine, ſed à
lege, quæ illam reddit inualidam, & nullam,
& abſurdum non eſt, acceptare partem, quæ
eſt à lege approbata, & repudiare eam, quæ
10 eſt improbata. † *leg. prima. §. vlt. cum l. ſequen.
ff. de reb. cor.* Quàm in rem faciunt, quæ ſcribit
11 Crauet. *in conſil. 747. numero* 50. vbi ait, † poſſe
quem vti tranſactionibus, & repudiare quali-
tates, quæ ſunt contra ius. Facit etiam, quod
ſcribunt *Bartol. in leg. Aurelius. 29. §. idem quæ-
ſiit. numero ſecundo. ff. de lib. leg. Alexand.* (*licet
ſub dubio*) *conſil. octuageſimoſeptimo, nume. primo.
verſicu. Nec obſtat, ſi diceretur volum. primo, &
conſil. 39. num. tertio. volum. ſeptimo. Gabr. libr. 7.
concluſ. 19. num. ſecundo. verſ. amplia, Andr. Gail.
lib. ſecundo. obſer. 106. num. ſeptimo. Menoch. de
arbitr. Caſ. 93. num. 36. & 37. Surd. deciſ. 258. nu-
mero 6. Peregr. conſil. 71. num. 15. volum. ſecundo.*
12 dicentes † qualitatem poſſe à dicto principa-
li ſeparari, ſi contra ſe iuris habeat præſum-
ptionem: nam ex hoc ſequitur, multo magis
ſeparari poſſe, ſi habeat iuris diſpoſitionem,
quippè, quæ eſt præſumptione potentior. Et
ſanè, quoties qualitas de iure non ſubſiſtit,
perindè eſt, ac, ſi non fuiſſet, aut à confiten-
te, aut à deponente adiecta, quia paria ſunt,
13 non eſſe, vel de iure non valere, † *leg. non du-
bium. 5. Cod. de legibus. l. quoties. 6. ff. qui ſatiſ-
dar. cogan. leg. hac conſultiſſima. vigeſimaprima. §.
non ſubſcriptum. Cod. de teſtament.* Præterea,
cum depoſitiones teſtium, & confeſſiones

Digitized by Google

partium eatenus attendantur, quatenus fa-
ctum reſpiciunt: teſtis enim debet deponere
14 de iis, quæ ſenſu corporeo percipiuntur. † *cap. teſtes, & ibi glo. in verb. qui viderunt, & viderunt. 3. quæſtio. 9. l. qui teſtamento. 20. §. & veteres, & ibi Bartol. num. primo. verſic. vltimo nota. ff. de teſtam. & ſcribunt Iaſ. in l. 1. num. 15. ff. ſi certum petat. Maſcard. de probationib. concluſio. 1166. num. quarto.* & ſic, quæ ſunt facti, non verò de iis, quæ ſunt iuris, & non valet confeſſio, quæ non pendet à poteſtate confiten-
15 tis. † *l. confeſſionibus. 14. ff. de int. act. l. Neratius 23. §. fin. ff. ad leg. Aquil. & ſcribunt Grammat. deciſ. 81. num. 5. Decia. conſ. decimo. num. 89. volu. 3. Menoch. conſ. 948. numero 34. Pereg. conſil. 21. num. 25. volum. ſecundo. Surd. conſ. quinto. numer. 42. & conſ. 552. num. 27.* cuiuſmodi eſt validitas, & inualiditas rei. & generaliter id omne, quod ad ius refertur, Conſequens eſt, vt in ea parte, quæ de iure nõ ſubſiſtit, poſſint impugnari. Denique, ſi teſtes deponant, aut aliquis confiteatur, patrem inter liberos teſtatum eſſe, & aliquid extraneo reliquiſſe, quis dubitat, quin talis depoſitio, ſeu confeſſio poſſit acceptari in ea parte, quæ probat, patrem inter liberos teſtatum eſſe, & impugnari in ea, quæ probat legatum relictum extraneo, quippè quod de iure non ſubſiſtit? *l. hac conſultiſſima. 21. §. vlt. C. de teſtam.* Re vera enim non reiicitur qualitas, ſed acceptatur, quatenus eſt facti, ſed impugnatur, quatenus de iure non ſubſiſtit, quia confeſſio, quatenus eſt contra ius, non va-
16 let. nec debet attendi † *l. ſin, cuius nomine. 15. §. fin. ff. de inter. actio. & ſcribunt glo. in l. vn. in verb. ſoluere. Cod. de confeſſ. Bartol. in leg. ornamentorum. 39. num. ſecundo. ff. de aur. & argent. leg. Bald. in l. 2. nume. 37. & 38. Cod. de confeſſ. Maſcard. de probationib. quæſtio. 7. num. 40. & 41. & conclu. 387. num. primo.* Idque generaliter procedit in omnibus hominum actibus, quippè, qui, licet & ipſi debeant in totum acceptari, ſiue acceptari cum omnibus ſuis qualitatibus, poſſunt tamen impugnari in ea parte, ſeu qualitate, quæ de iure non ſubſiſtit. *d. l. 1. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de reb. cor.*

Hoc autem præmiſſo, dico confeſſionem Dom. Prioris, & depoſitionem teſtium examinatorum plenè probare intentionem Do. hæredum, quia probant, pecuniam de mandato Dom. Præpoſiti fuiſſe remiſſam D. Priori ad effectum ſoluendi legata, quæ in ſcriptura producta continebantur, & ſic probant duo, quæ non negantur ab hæredibus, ſed admittuntur, quatenus factum reſpiciunt: Sed hoc non impedit, quominus hæredes probato facto poſſint illud in ea parte impugnare, quæ de iure non valet, quia hoc modo non impugnant confeſſionem ipſam, & dicta teſtium: fatentur enim eos dixiſſe veritatem, ſed hoc contendunt, diſpoſitionem teſtatoris factam eo modo, quem ſupponunt teſtes non eſſe de iure validam, & per conſequentias, licet teſtator dixerit, ſe velle, pecuniam illam ſolui legatariis, non debere tamen Dom. Priorem illam ſoluere, ſtante, quod legata ſunt inualida, eaque ratione pecuniam remanere in hæreditate, vt remanent omnia legata, quæ, quacunque ex cauſa non præſtantur legatariis
17 † *leg. non eſt dubium. 50. cum l. ſequen. l. id autem. 75. verſic. qua ratione. ff. ad leg. Falcid.* & conſequenter ad ſe, tamquam hæredes pertinere.

Eſſe autem inualida legata patet ex eo, quia, aut tractamus de legatis relictis cauſæ non piæ, & illa ſine dubio non ſunt valida, quia etiamſi defunctus coram duobus teſtibus ea reliquiſſet, & eius diſpoſitio fuiſſet à notario rogata, non tamen ea deberentur, quoniam ad eorum validitatem ſaltem quinq; teſtium
18 numerus eſt neceſſarius. † *leg. vltim. in fin. Cod. de codicill. leg. vltim. Cod. de fideicomm. leg. vlti. Cod. de donat. cauſ. mort. §. vlt. Inſt. de fideico. hæred.* Aut verò tractamus de legatis relictis cauſæ piæ, & licet illa regulariter debeantur etiam ex teſtamento imperfecto ratione ſolẽnitatis, verius tamen eſt in propoſita ſpecie non deberi multis de cauſis, quas latiſſimè proſecutus eſt Dom. Aduocatus, cuius ſcripta fruſtra conarer aliquid in hac parte adiicere. Quamobrem concludo reiectis legatariorum oppoſitionibus condemnandum eſſe Dom. Priorem ad reſtituendam hæredibus D. Præpoſiti pecuniam, quam fatetur ſibi fuiſſe remiſſam, ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro DD. Philippo, & Antonio fratribus de Arrianis.

CONSILIVM LXXXII.

ARGVMENTVM.

An, & quando mulier, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, poſſit plus filiis ſecundi matrimonij, quam primi donare, vel relinquere.

SVMMARIVM.

1 *Mater relicta filijs primi matrimonij legitima, poteſt, quicquid voluerit, relinquere filijs ſecundi matrimonij, Declara, vt num. ſeqq.*

2 *Patris ſtipulatio pro filijs ex ſecundo matrimonio naſcituris valet in præiudicium filiorum primi matrimonij, Sed contra num. 3.*

4 *Affectio in nondum natos non poteſt conſiderari.*

5 *Mater poſt mortem ſecundi viri poteſt plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quam primi.*

6 *Mater etiam viuo ſecundo viro poteſt relinquere plus filijs ſecundi matrimonij, quam primi, ſi caueat, ne marito acquiratur vſusfructus.*

7 *Mater etiam viuo ſecundo marito poſt filio ſecundi matrimonij, qui eſt emancipatus, relinquere plus, quam filio primi matrimonij.*

8 *Diſpoſitio l. hac edictali, locum habet etiam in ijs, quæ non ſecundo marito, ſed alij contemplatione mariti relinquuntur, Declara, vt nu. 26.*

9 *Mater, quæ viuente marito plus relinquit filijs ſecundi matrimonij, quam primi, cenſetur hoc feciſſe contemplatione mariti, Sed contra nume. 23.*

10 *Filio, quod relinquitur, cenſetur relinqui contemplatione patris, Declara, vt nu. 25.*

11 *Vxor*

Digitized by Google

11 *Vxor inſtituens filios ſecundi mariti, cenſetur hoc facere eiuſdem mariti contemplatione, Declara ut num. 25.*

12 *Vxor relinquens fratri, vel amico ſecundi viri cenſetur reliquiſſe contemplatione mariti, Declara ut num. 26.*

13 *Filij cenſentur eadem perſona cum patre.*

14 *Vxor relinquens plus filijs ſecundi matrimonij, quam primi, ſuperſtite marito, & non propinqua acquiſitione vſusfructus, cenſetur hoc feciſſe contemplatione mariti. Sed contra num. 19.*

15 *Vxor ſuperſtite ſecundo marito non poteſt donare, aut relinquere plus filijs ſecundi matrimonij, quam primi, ſed contra num. 18.*

16 *Declaratur §. illud quoque Authen. de nupt. coll. 4.*

17 *Teſtator poteſt extraneo relinquere plus, quam filijs ſuis.*

20 *Vſusfructus non acquiritur patri, quoties mater, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, plus relinquit filijs ſecundi matrimonij, quam primi ſuperſtite marito.*

21 *Vſusfructus non acquiritur ſpurio, ſi eius filij inſtituantur ab auo naturali.*

22 *Nepotibus relictum ab auo in dubio cenſetur potius relictum contemplatione ipſorum nepotum, quam contemplatione filij.*

23 *Mater naturaliter diligit filios ſuos.*

24 *Mater poteſt plus relinquere filijs ſecundi matrimonij, quam primi, etiam ſuperſtite marito, ſi iuſtam habeat inæqualitatis ſeruandæ cauſam.*

FACTI SPECIES.

DOmina Lucretia Cattaria condidit anno 1612. teſtamentum, in quo relicta filiis primi matrimonii legitima inſtituit hæredes vniuerſales filios ſecundi matrimonij ſuperſtite ſecundo marito, Quæritur an huiuſmodi inſtitutio, quaſi facta contra diſpoſitionem. *l. hac edictali*, debeat ad æqualitatem reuocari.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

QVoniam in quæſtione propoſita Dd. variò loquuntur, & eam dubiam eſſe ſcribit Theſ. *deciſ. 170. num.* 8. inclinans in eam ſententiam, quæ fauet filijs primi matrimonij, & confundens authoritates Dd. de vno caſu loquentium cum alijs, ideò pro clariori eius diſcuſſione nonnullos caſus cenſui diſtinguendos, vt ita veritate indagata facilius iudices, quid magis iuri ſit cõſentaneum, perſpiciant, & amplectantur.

Licet igitur ſimpliciter dici ſoleat, matrem poſſe quicquid voluerit relinquere filijs ſecundi matrimonij, dummodo filij primi matri-
1 monij non fraudentur ſua legitima, † *vt eſt text. in §. illud quoque vbi Bartol. not. Auth. de nupt. coll. 4. & in Auth. vnde, ſi parens, ſecundum intellectum Odofr. quem ibi probant Bald. Caſtr. Iaſ. & alij. C. de inoffic. teſtam. & in l. cum alijs. 4. vbi glo. in verb. vt a matre. Cod. de ſecund. nupt. & tradunt Bald. in l. vnic. num. 6. C. de inoffic. dot. Caſtr. in d. Auth. vnde, ſi parens num. ſecundo, & ibi Iaſ. num. quinto. C. de inoffic. teſtam. Bertr. conſil. 63. num. 9. volum. primo. Ruin. conſil. 56. num. 9. volum. 3. Roll. conſil. 62. num. 20. volum. 3. Decian. conſil. 35. num. 24. volum. 1. Sfortia. deciſ. [illegible] parte 2. [illegible] deciſ. 96. num. tertio Surd. conſil. 250. num. 4.* Reuera tamen in hac practica [illegible] ſunt conſiderari ſolent, quorum

Primus eſt, quando ſecundus maritus in contractu matrimonij ſtipulatur totam dotem reſtitui filijs ex eo matrimonio naſcituris. Et in hoc caſu, licet pro validitate ſtipulationis
2 † conſuluerit Bald. *inter conſil. Caſtr. conſ. 262. & conſ. 264. volum. primo, & idem tenuerit in l. hac edictali num. 19. & in d. l. legitimæ num. 6. Cod. de inoffic. dot.* cuiuſque ſententiam ſecuti ſunt *Caſtr. in d. Auth. vnde, ſi parens num. ſecundo, Alexand. in addit. ad Bartol. in d. §. hac edictali, num. 1. Bertran. conſ. 73. num. 25. volum. ſecundo, Dec. in Auth. primo ac num. 7. Cod. vnde vi, & Rolandr. conſ. 246. num. 3. & Boer. deciſ. 300. num. 4.* Contraria tamen opinio verior eſt,
3 & receptior, † pro qua contra Baldum in eadem cauſa conſuluerunt *Franc. de Alberg. & Ioan. de Lign. inter dict. conſ. Caſtr. conſ. 261. & conſ. 263. volum. 1.* & ſecundum quam fuit iudicatum à Ricardo de Salicero; *vt apparet ex conſil. 264. quod ſequitur prædicta conſilia contraria*, eandem ſententiam poſtea ſecuti ſunt *Bald. filius conſ. [illegible] Caſtr. conſil. 5c. column. [illegible] ſi parens. num. 4. Ruin. conſ. 112. num. 2. verſ. ſed prædictis, & num. 7. volum. 6. Bertran. conſil. 186. num. 3. volum. 3. Pariſien. in add. ad [illegible] dict. conſ. 246. Crauet. conſ. 40. in fin. & conſ. 193. num. 11. vbi tamen diſtinguit, & [illegible] deciſ. Floren. 107. num. ſeptimo. Ladereh. conſ. 147. num. primo.* Secundum quam nouiſſimè fuiſſe iudicatum teſtantur *Franch. deciſ. 435. num. 4. & [illegible] deciſio. 406. num. 7.* Et ſanè negari non poteſt, quin hoc caſu ſubſit fraudis ſuſpicio propter ſtipulationem factam à marito, *vt conſiderant Ruin. dict. conſ. 112. num. 5. & 8. & Lader. dict. conſ. 147. num. 3.* ita, vt hæc promiſſio cenſeatur potius eius contemplatione facta, vt inuitaretur ad contrahendas nuptias, quam fauore filiorum, vtpote in quos, tanquam nondum natos non
4 poterat conſiderari matris affectio, † *vt not. gl. in l. qui filiabus 17. in princ. in verb. ferat, & ibi Bald. num. primo. Imol. num. 1. ff. de leg. primo, & ſcribunt Bartol. conſ. 132. num. 1. lib. primo. Angel. conſ. 78. num. ſecundo. Burſ. conſ. 128. num. 19.* Et hoc eſt principale communis huius opinionis fundamentum, *vt videre eſt apud Caſtr. d. conſ. 150. column. 3. verſic. nos loquimur. Bertran. d. conſ. 186. num. 3. volum. 3. Ruin. d. conſ. 112. numero 7. verſ. accedit, Pariſien. in add. ad Dec. d. conſ. 246. & Franch. d. deciſ. 435. num. 3. & 8.*

Secundus verò caſus eſt, quando mulier poſt mortem ſecundi mariti relinquit plus filijs ſecundi matrimonij, quam primi, Et in hoc ca-
5 ſu non eſt dubium, quin valeat relictum, † *ſecundum illud Auth. de nupt. coll. quarta. & ſcribunt Caſtr. dict. conſil. 150. column. tertia. verſic. breuiter. volum. ſecundo. Bertrand. in dict. leg. hac edictali, num. 18. Theſ. dict. deciſio. 170. numer. 26. & trigeſimoſecundo, verſicu. & ex hoc:* quia mortuo marito ceſſat omnis quæſitæ fraudis ſuſpicio, cum nullum ex huiuſmodi diſpoſitione

maritus ſit emolumentum percepturus.

Tertiùs caſus eſt, quando marito ſuperſtite vxor plus ſecundi, quam primi matrimonij filijs relinquit, ea tamen lege, ne ſecundo viro vſusfructus acquiratur, Et tunc ſimiliter non eſt dubitandum, quin valeat relictum,
6 † *vt ſcripſerunt Caſtr. dict. conſil.* 150. *colum.* 3. *verſic. aut conſtat volum. ſecundo. Ruin. d. conſil.* 112. *numero* 8. *verſic. item non obſtat. volum. primo. Bertrand. in dict. leg. hac edictali. num.* 18. *Durans de art. teſtan. tit. de legat. caut.* 95. *numer.* 2. *quorum opinio vera eſt, quicquid ſcripſerit Theſ. dict. deciſio.* 170. *num.* 28. & 33. nam & ſimili modo valet relictum, ſi filius ſecundi matrimonij, cui plus relinquitur, ſit eman-
7 cipatus, † *vt ſcripſit Ioan. Vaud. doctiſſimus olim præceptor meus lib. primo, quæſt. iuris quæſt.* 17. & *poſt eum Theſ. dict. deciſ.* 170. *num.* 33. quia, cum ceſſet patris emolumentum, non poteſt fraudis ſuſpicio probabiliter conſiderari. Nec dicas filios nihilominus ſolere patribus permittere, vt vtantur fruantur, quia, ſi hoc, aut verum eſſet, aut deberet attendi, fruſtra Imperator ius prohibendi acquiſitionem vſusfructus introduxiſſet, in §. 1. *Auth. vt lic. matr. & au. coll.* 9.

Quartùs caſus, eſt quãdo viuo marito, & nõ prohibita acquiſitione vſusfructus mulier plus relinquit filijs natis ex ſecundis nuptiis, quam cœteris, qui noſter caſus eſt, Et in hoc videretur prima facie dicendum non valere diſpoſitionem, tamquam in fraudem. *l. hac edictali* factam.

Primò, quia diſpoſitio *l. hac edictali*, non ſolùm procedit, quando mulier nominatim plus vitrico, quam filijs primi matrimonij relinquit, ſed etiam, quando relinquit alteri contemplatione mariti, & in fraudem legis.
8 † *d. l. hac edictali, verſic. omni, & § optimè Auth. de nupt. coll.* 4. In caſu autem noſtro videtur mulier plus reliquiſſe filijs ſecundi viri, quam alijs contemplatione mariti, vt colligitur ex hoc ipſo, quod reliquit filijs ſecundi matri-
9 monij ſuperſtite marito † *ſecundum Theſ. dict. deciſio.* 170. *numer.* 3. *verſic.* 4. *facit, & num.* 27. nam relictum filio cenſetur relictum contem-
10 platione patris. † *l. qui tutelam.* 28. *in princip. ff. de teſtamen. tut.* vt in ſpecie de vxore relin-
11 quente filiis ſecundi viri † ſcribunt *Caſtr. in dict. Auth. vnde ſi parens. num. ſecundo. Floria. in ſua diſputatio. incipiente, Mulier primo viduata, in tertio dub. quem refert, & ſequitur Bertran. in dict. leg. hac edictali. num.* 12. & 16. *Boer. deciſio.* 201. *num.* 3. *Surd. dict. conſilio* 250. *numero* 20. Si enim præſumitur in fraudem legis, & contemplatione viri reliquiſſe mulier, quæ reliquit fratri, vel amico ſecundi mariti,
12 † *ſecundum Bald. in dict. leg. hac edictali, in princip. & ibi Bertran. numer.* 16. *Boer. dict. deciſio.* 201. *num.* 3. *Theſ. d. deciſio.* 170. *numer.* 3. & *Surd. d. conſil.* 250. *num.* 21. quanto magis præſumetur id feciſſe relinquendo filiis, qui ſunt ea-
13 dem perſona cum patre? † *l. vltim. Cod. de Impub. & al. ſubſtit. §. ei vero Inſtit. de inutil. ſtipul.* vt in ſpecie arguunt. *Bertrand. in d. l. hac edictali, nume. decimotertio, & Theſ. dict. deciſio.* 170. *numer.* 3. Idque maximè procedere videtur, quando (vt in caſu noſtro) vxor non prohibuit acquiſitionem vſusfructus: nam, quia emolumentum inſtitutionis acquiritur patri, ideò inſtitutio debet cenſeri facta contem-
14 platione mariti, & in fraudem legis † *ſecundum Lader. d. conſil.* 147. *num.* 1. *verſic. prima eſt, & Surd. dict. conſil.* 250. *num.* 33. Quamobrem debet etiam in hoc caſu locum habere. *l. hac edictali*, diſpoſitio.

Secundò videtur hæc pars comprobari authoritate Dd. qui in ſpecie ſcripſerunt, matrem non poſſe donare, aut relinquere plus filijs ſecundi matrimonii, quam alijs vitio ma-
15 rito: † *Ita enim ſcripſerunt Caſtr. dict. conſilio* 149. *verſic. amplius, & dict. conſil.* 150. *colum.* 3. *verſic. in caſu. volum ſecundo Lader. d. conſil.* 147. *num.* 1. *verſ. alter eſt caſus, Ioan. Vaud. dict. lib.* 1. *quæſt. iur. quæſt.* 17. *Surd. dict. conſil.* 250. *num.* 26. & 29. *Franc. d. deciſio.* 435. *num.* 44. *Theſ. d. deciſ.* 170. *num.* 11. & 24. *verſic. ego autem, vbi ait hanc eſſe communem, & ſecundum eam, tanquam æquiorem, & humaniorem ſe ſemper iudicaturum.*

Verùm his non obſtantibus re diligenter perpenſa puto verius, matrem de iure potuiſſe facere talem inſtitutionem, nec eam, quaſi factam in fraudem. *l. hac edictali*, eſſe ad irritum reuocandam. Moueor autem primo, quia text. *in §. illud quoque Auth. de nupt. coll.* 4.
16 dum ſimpliciter diſponit † matrem poſſe plus relinquere filijs ſecundi, quam primi matrimonij, neceſſariò debet intelligi viuo marito, vt aliquid habeat dubitationis, ſecundum regulam. *leg. quod Labeo.* 9. *ff. de Carb. edict.* Nam, quando vitricus deceſſit, quis vnquam probabiliter dubitare potuit, quin mater plus vni ex liberis, quam cœteris relinquere poſ-
17 ſit? Si enim cuilibet extraneo poteſt. † *l. parentibus.* 8. *Cod. de inoffic. teſtam. § primum itaque Auth. de hæred. & falc. coll.* 1. §. 1. *Auth. de trient. & ſem. coll.* 3. cur non multò magis poterit vni ex liberis, ne alioquin deterior ſit eorum, quam extraneorum conditio? Vt igitur ille. §. aliquid habeat dubitationis, neceſſariò eſt intelligendus viuente marito. Et ita in ſpecie, vt valeat relictum etiam viuo marito
18 factum ſcripſerunt. † *Bald. in dict. leg. vnic. num.* 6. & 7. *Cod. de inoffic. dot. Caſtr. in d. Auth. vnde. ſi parent. num.* 2. & *ibi Iaſ. num.* 4. *Cod. de inoffic. teſtam. Caſtr. dict. conſil.* 150. *colum.* 4. *verſic. aut dubitatur volum.* 2. *Bertran. d. conſil.* 136. *numero* 3. *volum. tertio. Dec. d. conſ.* 246. *numer.* 3. *Ruin. dict. conſil.* 112. *numer. octauo. volum. primo. Boer. dict. deciſio.* 201. *num. quinto, & ſexto. Pariſien. in addit. ad Dec. d. conſil.* 246. *Cranet. conſ.* 40. *in fin. & conſil.* 193. *numero vndecimo. Alciat. in l. poſt contractum* 15. *num.* 51. *verſic. in contrarium. ff. de donat. Gabr. tit. de ſecund. nup. concluſ.* 4. *num.* 57. *Viu. d. deciſ.* 395. *num.* 8. Idem cenſuerunt omnes, quos retulimus in primo caſu, ſiue affirmatiuam, ſiue negatiuam ſententiam ſint ſecuti: nam qui cum Baldo putarunt, valere donationem factam filijs naſcituris patre ſtipulante, iidem multo magis cenſuerunt valere donationem, aut relictum factum filijs iam natis ſine miniſterio patris. Qui verò contrariam ſententiam ſunt amplexi, & cenſuerunt, non valere donationem factam filijs ſecundi matrimonij naſcituris patre ſtipulãte in contractu matrimonij, eo ipſo, quod fundatur in interuẽtu, & ſtipulatione patris, & qua eo modo inuitat ad contrahendũ matrimonium, nec poteſt cõſiderari affectio matris in fi-

h filios nondum natos, ſatis apertè ſignifi-
cant, ſi hæc omnia ceſſent (quomodo ceſſant
in caſu noſtro) vt, quia mulier multo poſt
contractum matrimonium directò donet, aut
relinquat filijs natis, in quos cadit affectio, va-
lere donationem, ſeu relictum, *vt in ſpecie de-
clarant ex prædictis Caſt. Pariſien. Rum. Viu.
Franch. & Laderch.* Et hoc eſt, quod initio dixi,
neceſſariò diſtinguendos eſſe caſus, quia ma-
ior pars eorum, quos Theſ. citat pro ſua opi-
nione, loquuntur de primo caſu, & ideo in hoc
quarto contrarium probant, *ſecundum ea, quæ
ſupra diximus.* Hoc autem procedit, etiamſi
non fuerit prohibita acquiſitio vſusfructus,
19 † *vt docent Caſtr. d. conſil. 150. colum. 4. verſicul.
aut dubitatur. volum. 2. Bertr. in d. l. hac edictali,
num. 18. verſicu. vel etiam fortè, & rectè, quic-
quid cenſuerit Laderch. d. conſil. 147. num. primo.
verſic. alter eſt caſus*, quia cum pater ſit incapax
vſusfructus, non poteſt ei per filios in hoc
20 caſu acquiri, † *vt ſcribunt Bald. in dict. leg. vni.
num. 7. Cod. de inoffic. dot. Caſtr. d. conſil. 150. colu.
4. verſic aut dubitatur, & Bertran. in d. l. hac edi-
ctali. num. 18. verſic. vel etiam fortè*: Abſurdum
enim eſſet, ius acquiſitionis, quod ex legis,
non teſtatoris prouiſione venit acceſſoriè ad
diſpoſitionem principalem, ipſam diſpoſitio-
nem vitiare, & non potiùs vitiari ſtante fi-
liorum capacitate. Quam in rem facit, quod
dicitur de nepote ex filio ſpurio, qui inſtitu-
tus ab auo non acquirit patri, tamquam in-
capaci vſumfructum, ſed ſibi, vt ita potius vi-
21 tietur acquiſitio, quam inſtitutio, † *vti vide-
re eſt apud Bartol. & alios in l. Gallus 29. § quid
ſi is. ff. de lib. & poſth.*

Secundò verò confirmatur hoc ex eo, quia,
quando diſpoſitio in aliquem collata poteſt
intelligi facta, vel contemplatione honorati,
vel contemplatione alterius, in dubio cenſe-
tur facta contemplatione honorati, vt dici-
mus de ijs, quæ ab auo relinquuntur nepoti,
quippè, quæ in dubio præſumuntur potius re-
licta contemplatione ipſius nepotis, in quem
cadit affectio, quam contemplatione filij,
22 † *vt ſcribunt Bartol. in d. l. Gallus. 29. §. quid, ſi is
num. 3. ff. de liber. & poſthum. Bald. in l. certum. 13.
num. 12. C. famil. erciſ. Alexand. conſi. 189. num.
11. conſil. 199. num. 7. volum 2. & conſil. 8 num. 7.
volum. 3.* Sed hæc diſpoſitio, qua mater inſti-
tuit hæredes vniuerſales proprios filios, quos
habuit ex ſecundo marito, ſine dubio poteſt
intelligi facta, vel contemplatione mariti, vel
contemplatione ipſorum filiorum, propter
naturalem matris affectum, & charitatem,
23 qua filios proſequitur. † *l. ſi quis a liberis. 5. § ſi
mater. ff. de lib. agno. l. 1. C. de neg. geſt.* Debet igi-
tur potiùs cenſeri facta contemplatione ip-
ſorum filiorum, & ſic ſine fraude, quam con-
templatione mariti, quo caſu cenſeretur fa-
cta fraus legi, *vt ait Alexand. in addit. ad Bald.
in d. l. vnic. ſub num. ſeptimo in verb. profectitium.
Cod. de inoffic. dot.* Maximè, quia maior ſub-
eſt ratio præſumendi factam eſſe contempla-
tione filiorum, quam mariti, cum maior ſit
affectio vxoris erga filios, quam erga mari-
tum, *argum. l. fin. in princ. Cod. de cur. furio.*
Quòd ſine dubio procedit, quando, vt in ca-
ſu noſtro, filij iam erant nati tempore inſtitu-
tionis, quoniam in eos cadit affectio, quæ
non cadit in naſcituros, & ideo, licet in du-
bio præſumatur vxor feciſſe in fraudem, quan-
do relinquit naſcituris, aliud tamen eſt, quan-
do iam natis, *vt in ſpecie declarant Caſt. Rum.
Franch. & alij relati in primo caſu.*

Tertiò, quando mater habet aliquam cau-
ſam probabilem, & iuſtam, qua potuerit
moueri ad plus relinquendum filijs ſecundi
matrimonij, quam alijs, ceſſat præſumptio
24 fraudis, & omnimodo valet diſpoſitio, † *vt
ſcribunt Bertran. in dict. l. hac edictali, numer. 18.
Pariſien. in addit. ad Dec. d. conſ. 246. Theſ. dict.
deciſ. 170. num. 30. Laderch. d. conſil. 147. numer. 5.*
in hanc rem perpendentes, & ita intelligentes
text. *in d. §. illud quoque. Auth. de nuptijs. coll. 4.*
ibi, *ita feſtiuum, ita dilectum, vt velit prapo-
nere eum alijs in poſſeſſione, damus licentiam hoc
agendi.* Habuit autem mater in propoſita ſpe-
cie iuſtam inæqualitatis conſtituendæ cauſam,
quam etiam teſtamento expreſſit, ſcilicet,
quia filij prioris mariti ſunt diuites, contra
verò filij ſecundi viri pauperiores. Debet
igitur eius diſpoſitio, tametſi inæqualis omni-
modo ſuſtineri.

Neque obſtant contraria: Ad primum enim
reſpondeo, negando hanc inſtitutionem fuiſ-
ſe factam contemplatione mariti: & in frau-
dem legis, quia nulla ſubeſt huius rei præſu-
mendæ iuſta cauſa: Nam, quod dicitur reli-
ctum filio in dubio cenſeri relictum contem-
25 platione patris, verum eſt, † cum teſtator non
potuit moueri ſpeciali affectione, qua filium
ipſum proſequeretur, vt eſt vxor, quæ inſti-
tuit filios ſecundi mariti ex alia vxore; nam
in dubio non præſumitur hoc feciſſe contem-
platione ipſorum filiorum, in quos nullam
veriſimiliter habet affectionem, ſed potius
contemplatione mariti, *Et in his terminis lo-
quuntur Caſtr. Ripa. Bertran. & alij in contra-
rium allegati*; Cæterùm, ſi inſtituat proprios
filios, in quos naturaliter habet affectionem,
verius eſt, cenſeri hæc feciſſe affectu potius
materno, quam contemplatione ſecundi vi-
ri, *ſecundum ea, quæ diximus in ſecundo funda-
mento.* Quod autem dicitur, præſumi reli-
ctum contemplatione mariti, quod eius fra-
tri, vel amico relinquitur ab vxore, non eſt
ita ſimpliciter accipiendum, ſed cum ea de-
26 claratione, vt ita demum procedat, † ſi po-
ſteà appareat, maritum ipſum bona poſſide-
re: nam tunc, quaſi fraude detecta, verum
eſt, habere locum diſpoſitionem, *leg. hac edi-
ctali.* Et de hoc caſu loquuntur. *Bald. Bertrā.
& alij* in contrarium allegati; At, ſi bona ve-
rè manerent penès fratrem, aut amicum ſe-
cundi viri, ita, vt nulla fraus detegi poſſit,
non rectè diceremus, inutilem eſſe diſpoſi-
tionem, quia alioquin amicitia noceret
ei, qui alias capere poſſet, quod eſſet ini-
quum.

Neque obſtat, quod non fuerit prohibi-
ta acquiſitio vſusfructus, quia reſpondeo, ve-
riorem eſſe ſententiam. *Bartol. Bald. Caſtr. &
aliorum* exiſtimantium, propter incapacita-
tem patris non eſſe locum acquiſitioni vſuſ-
fructus, & ita potiùs vitiari acquiſitionem,
quæ fit acceſſoriè, quam ipſam diſpoſitio-
nem principalem, *vt oſtendimus in primò fun-
damento.*

Ad ſecundū verò reſpōdeo, Dd. in contrariū
allegatos eſſe in duplici differentia: Quidam

Ee 4 enim

enim loquuntur in terminis, in quibus conſtabat vxorem inſtituiſſe filios ſecundi matrimonij contemplatione mariti, vt quia vſumfructum ei nominatim reliquerat, vel cum filijs ſubſtituerat, Et in his terminis eorum opinio vera eſt, quia, cum inſtitutio fuerit facta in fraudem. *l.hac edictali*, debet per conſequentias ad initium reuocari. Sed hi non officiunt noſtræ ſententiæ, quia, ſi hæc omnia ceſſent, & ſic ſimus in dubio, quomodo ſumus in caſu noſtro, fatentur ceſſare. *l.hac edictali*, diſpoſitionē. Alij verò loquuntur in terminis, in quibus res erat dubia, & cenſent, eo ipſo quod filij ſunt inſtituti viuo patre, nec fuit prohibita acquiſitio vſusfructus, cenſeri diſpoſitionem factam contemplatione mariti, & in fraudem legis, ac per conſequentias eſſe ad æqualitatem reuocandam, Et hi manifeſtè loquuntur contra cōmunem ſententiam Dd. quos retulimus in primo fundamento, ideoque eorum non eſt habenda ratio.

Neque obſtat deciſio Theſ. 170. quia ex eius dictis *num. 24.* apparet, quæſtionem hanc non fuiſſe deciſam à Senatu, ſed tranſactione finitam, Et, quamuis dicat, ſe inclinare in ſententiam, quæ fauet filijs primi matrimonij, non tamen eius opinio debet præferri ſententiæ tātorum patrum, qui contrarium tenuerunt, & quorum opinio haud dubiè cōmunis eſt, Maximè cum omnes ferè Dd. à Theſ. allegati, vel loquantur de priuigno, in quem non cadit affectio, vel de patre ſtipulante nomine filiorum naſciturorum in contractu matrimonij, qui caſus longè differt à noſtro. Denique Theſ. varias huic ſuæ ſententiæ ſubijcit limitationes, ac potiſſimam illam, quæ ſubeſt in caſu noſtro, cum ſcilicet mater habet iuſtam inæqualitatis ſeruandæ cauſam, *ſicuti demonſtrauimus in tertio fundamento*.

Ad Laderch. reſpondeò, loqui eum de filijs naſcituris, & in natis contrarium ſentire; Deindè, licet etiam de natis loqueretur, eius tamen opinio eſſet contraria veritati, & ſententiæ tot, tantorumque Dd. à qua tamquam magis communi non eſt in iudicando recedendū, prout iuris eſſe cenſeo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro D. Carolo Strata Taurinenſi.

CONSILIVM LXXXIII.

ARGVMENTVM.

An, & quādo diſpoſitio matris inter liberos imperfecta valeat, aut iure teſtamenti, aut iure codicillorum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamento inter liberos remiſſę ſunt ſolemnitates iuris ciuilis.*
2 *Teſtamentum inter liberos non valet, ſi deficiant ſolemnitates intrinſecæ, & ſubſtantiales.*
3 *Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione nullum eſt.*
4 *Hæres particulariter inſtitutus nō dato cohærede vniuerſali dempta mentione rei ſit hæres vniuerſalis.*
5 *Hæredi rei certæ non accreſcit tota hæreditas, ſi teſtator iubeat, vt ſit tacitus, & contentus rebus ei datis, ſed teſtamentum vitiatur.*
6 *Teſtator non poteſt ius accreſcendi in hæreditate prohibere, & cur. nu. 7. Declara, vt nu. 8.*
9 *Mater, ſi filium in teſtamento præterit, teſtamentum eſt ipſo iure nullum.*
10 *Teſtamentum inter liberos non ſuſtinetur, ſi filius in eo ſit præteritus, & cur nu. 11.*
12 *Hæres particularis iuſſus eſſe tacitus, & contentus rebus ſibi datis, cenſetur per fideicommiſſum grauatus reſiduum venientibus ab inteſtato reſtituere, declara, vt nu. 27.*
13 *Clauſula codicillaris intelligitur in teſtamento inter liberos, declara, vt num. 20. & 28. verſ. Ad ſecundum.*
14 *Clauſula, omni meliori modo, vim habet clauſulæ codicillaris.*
15 *Scriptura de falſo ſuſpecta nullā in ciuilibus vim, & fidem habet.*
16 *Codicilli poſſunt fieri de parte bonorum.*
17 *Teſtamentum cenſetur imperfectum ratione voluntatis, quoties teſtari volens cœpit illud facere, nec potuit perficere morte præuentus.*
18 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, ne inter liberos quidem ſuſtinetur.*
19 *Clauſula codicillaris non ſuſtinet teſtamētum imperfectum ratione voluntatis.*
21 *Teſtamentum prius, quod maiorem inter liberos ſeruat æqualitatem, quam ſequentia, cenſetur habere clauſulam derogatoriam, adeo vt ſoli ſtandum eſt.*
22 *Mater non poteſt priuare filiam legitima.*
23 *Filius, aut filia nubens ſine conſenſu parentū non poteſt hodie propter id exhæredari.*
24 *Exhæredationis cauſa, vbi eſt remiſſa, non ſuſtinetur exhæredatio.*
25 *Exhæredationis cauſa, ſi nō exprimitur a teſtatore, non licet hæredibus eam proponere.*
26 *Exhæredatio codicillis fieri non poteſt.*
28 *Clauſula derogatoria operatur, vt clauſula codicillaris, & id genus alia appoſita in ſequentibus teſtamentis, corruant, quaſi ex defectu voluntatis.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRopoſita matris declaratio ſine dubio non poteſt iure teſtamenti ſuſtineri, quia, licet in teſtamento inter liberos remiſſæ ſint ſolemnitates iuris ciuilis,
1 † *l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto C. de teſta. l. vlt. C. fam. erciſ. §. 1. Auth. de teſta. imperf. coll. 8.* hoc tamen procedit ſolum, quoad ſolemnitates extrinſecas, & probatorias, non etiam, quoad intrinſecas, & ſubſtantiales: nam his deficientibus conſtat, ne inter liberos quidem te-
2 ſtamentum ſuſtineri: † *vt declarant Bald. in d. l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto. num. 2. C. de teſta. Ruin. conſ. 15. num. 14. volum. 2. Clar. in §. teſtamentum quæſtio. 8. num. 5.* In propoſita autem declaratione duæ deſiderantur ſubſtantiales, & intrinſecæ ſolemnitates, quarum omiſſio reddit teſtamentum ipſo iure nullum.

Primùm enim in ea nemo legitur hæres vniuerſalis inſtitutus, & filiæ, quæ fuerunt inſtitutæ particulariter, iuſſæ ſunt remanere tacitæ, &

contentæ

contentus ſumma ſibi relicta nec vlterius quic-
quam petere poſſe; Quo fit, vt teſtamentũ nul-
lius ſit momenti, tanquam non habens hęredis
3 inſtitutionem † *l. proximè. 3. ff. de his, quæ in teſta. delen. l. 1. §. vlt. ff. de vulg. §. in primis Inſti. de fideic. hæred.*

Nec obſtat, quod hęres particularis nullo da
to cohærede vniuerſali dempta mentione rei
4 totã conſequatur hæreditatem. † *l. 1. §. ſi ex fundo. l. quoties. 9. §. ſi duo l. ſi alterius. 10. l. Titius. 11. l. ex facto. 35. ff. de hæred. inſt. l. cohæredi. 41. §. vlt. ff. de vulg. l. cum quidam. 19. ff. de lib. & poſthu. l. idem eſt. 13. in fi. ff. de mil. teſta. l. hæreditate. 19. §. filiusfa. ff. de caſtr. pecul. l. ſi quis priore. 29. ff. ad Trebell. §. ſed & ſi quis priore inſtit. quib. mod. teſtam. infir.* quia reſpondeo, hoc procedere, niſi voluntas
teſtatoris manifeſtiſſimè refragetur: nam, ſi te-
ſtator contrarium caueat, puta iubeat inſtituto
in re certa, vt ſit tacitus, & contentus re ſibi reli-
cta, nec quicquam vlterius petere poſſit, quo-
modo iuſſit in caſu noſtro, non habet locum
ius accreſcendi, & teſtamentum in totum vi-
5 tiatur, reduciturque res ad cauſam inteſtati, † *vt eſt tex. in d. l. quoties. 9. §. ſi duo. ff. de hæred. inſtit. ſecundum intellectum Bar. quem ibi probarunt Bal. q. 4. Caſt. nu. 5. & 6. ff. de hæred. inſt. Idem cenſuerat Bar. in d. l. ſi quis priore. 29. num. 3. & ibi Imol. nu. 3. in fi. ff. ad Treb. Bald. in l. quoties. 13. in 3. Opp. & ibi Caſtr. num. 2. verſ. ſed nunc C. de hæred. inſtitu. Ang. in l. dominus 63. §. 1. verſ. ex qua not. ff. de vſufr. Iaſ. in l. re coniuncti 87. nu. 207. & ibi Alcia. num. 48. ff. de leg. 3. Curt. iun. conſ. 12. nu. 6. & conſ. 336. num. 10. & 17. Bertr. conſ. 122. num. 3. vol. 3. Gull. Ben. in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam nu. 105. & ſeq. de teſta. Bonif. Oliuar. inter conſ. Purp. conſ. 558. num. 4. & ibi Purp. num. 30. & 33. vbi ait veritatem eſſe cum Barto. & eius opinionem eſſe communem, Cagnol. in rubr. C. quand. non pot. part. num. 36. Galiaul. in l. centurio. 15. num. 147. ff. de vulg. Clar. in §. teſtamentum q. 74. num. 2. Crau. conſ. 856. num. 17. Hond. conſ. 89. num. 52. & ſeq vol. 1. Odd. conſ. 10. num. 51. & 52. Craſſ. in §. inſtitutio q. 22. num. 10. Menoc. conſil. 483. num. 11.* Quod enim dicimus, teſtatorem
non poſſe ius accreſcendi in hæreditate prohi-
6 bere, † *vti videre eſt apud Imol. in l. pen. num. 3. ff. de inuſt. rupt. Curt. iun. conſ. 259. num. 13. verſ. nõ obſtant, Dec. in rub. C. quand. non pot. part. in 1. lectu. num. 3. & in 3. num. 21. & ibi Cagn. num. 11. 33. & 58. & Purpu. num. 15. Dec. in l. vn. in 1. lect. num. 4. & ibi Seb. Sap. num. 7. & 49. Claud. Tnt. nu. 27. Purpu. nu. 23. in fi. & num. 36. & 102. Caod. Beret. conſ. 84. num. 5. & 9. Caph. conſ. 60. num. 22. Mantic. de conie. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. num. 6. & 30. Menoc. conſ. 596. num. 14. Bec. conſ. 103. num. 13. volum. 1. Lader. conſ. 72. num. 11. Surd. deciſ. 152.*
7 *num. 8.* propterea, quod † nõ poteſt facere, quo-
minus locum habeant in ſuo teſtamento leges
l. nemo poteſt. 58. ff. de leg. 1. quę nolunt, poſſe quẽ
decedere pro parte teſtatum, & pro parte inte-
ſtatum. *l. ius noſtrum, 7. ff. de reg. iur. §. non autem inſti. de hæred. inſt.* procedit, quando teſtator in-
ſtituit aliquem in quota hæreditatis; Cęterum,
quando inſtituit in rẽ certa, & prohibuit, ne in-
ſtitutus quicquam vlterius capiat, verius eſt, ceſ
ſare ius accreſcendi, & potius corruere teſta-
mentum, quam contra voluntatem teſtatoris
hæreditatem conſequi eum, qui certis in rebus
8 inſtitutus eſt, † *vt declarant Bald. in l. vn. nu. 13. & 23. C. quand. non pot. part. & in d. l. quoties. 13. num. 3. C. de hær. inſt. Ang. in d. l. dominus. 63. §. 1. verſ. ex qua not. ff. de vſufr. & in l. 1. num 5. verſic. eſt dari quintum. C. de teſta. mil. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 207. Gull. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelaſiam num. 105. & 106. & in verb. eodem teſtamento relinquens num. 272. Duar. lib. 1. de iur. accr. c. 2.*

Secundò verò, licet haberet locum ius accre
ſcendi, nihilominus alia ratione nõ poſſet hæc
declaratio ſuſtineri iure teſtamenti: nam in ea
exceptis filiabus particulariter inſtitutis om-
nes filij fuerunt à matre preteriti. Quo fit, vt te-
9 ſtamentum ſit ipſo iure nullum. † *§. aliud quoque capitulum Auth. vt cum de appell. cogn. coll. 8. Auth. non licet C. de lib. præt. & ſcribunt Barto in auth. ex cauſa num. 12. & ibi Bal. num. 2. C. eodem Alex. in l. in ſuis in 1. num. 12. ff. de lib. & poſth. Decia. conſ. 99. num. 1. vol. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 8. num. 13. Craſſ. in §. teſtamentum q. 36. num. 1. Surd. conſ. 393. num. 18.* Idque proce-
dit, etiamſi teſtamẽtum fiat inter liberos, quia
diſpoſitio. §. *ex imperfecto*, non habet locum in
teſtamento imperfecto ratione prȩteritionis,
10 † *vt ſcribunt gl. in l. ſi filius. 7. in verb. rumpitur, & ibi Bar. num. 1. Bal. verſ. opp. ergo, & alij communiter. ff. de lib. & poſth. Bal. in d. l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto num. 2. C. de teſta. Alex. conſ. 126. num. 3. verſ. Nec obſtat, vol 2. Ruin. conſ. 15. num. 16. vol. 2. Purpu. conſ. 220. num. 3. Boer. deciſ. 240. num. 11. Clar. in §. teſtamentum q. 8. num. 5. Mant. de conie. vlt. vol. lib. 6. tit. 2. nu. 3.* Cũ enim hæc ſo-
lemnitatum remiſſio inducta ſit fauore filio-
11 rum, conſequens eſt, † vt in eorum odium re-
torqueri non debeat. *l. quod fauore 6. C. de legib. & his terminis conſiderat Clar. in d. §. teſtamentum q. 8. num. 5.*

Poſito igitur, quod hæc ſcriptura non valeat
iure teſtamenti, prout certum eſt, nõ valere, de
illo dubitari poteſt, an valeat ſaltem iure codi
cillorum, vel alterius vltimæ voluntatis. Vide-
retur autem prima facie dicendum valere.

Primò, quia verba illa adiecta in particulari
inſtitutione, vt ſit tacita, & contenta re, vel pe-
cunia ſibi relicta, operantur, vt ita inſtituta cen
ſeatur rogata reſiduum venientibus ab inte-
12 ſtato reſtituere, † *vt cenſuerunt Ang. (licet ſub dubio) in conſ. 148. num. 2. in fin. Saly. in l. quoties. 13. num. 14. C. de hæred. inſtit. & nouiſſime Peregr. de fideicomm. art. 5. num. 13. & 17. & art. 11. num. 66. verſ. reperio.*

Secundò, quia in teſtamento inter liberos ta
13 citè intelligitur clauſula codicillaris, † *vt eſt doctr. gl. in l. cohæredi. 41. §. cum filiæ. ff. de vulg. quã eſſe communiter approbatam teſtantur Nico. Bello. conſ. 85. num. 4. Mantic. de conie. vlt. vol. lib. 6. tit. 2. num. 33. Craſſ. in §. teſtamentum q. 11. nu. 10. verſi. hoc tamen. Pereg. de fideic. art. 2. nu. 30. Surd. conſil. 232. nu. 14. & 29. & conſ. 258. nu. 5.*

Tertiò, quia in hac declaratione fuit expreſ-
ſa clauſula, omni meliori modo, quæ ſine du-
14 bio vim habet clauſulę codicillaris, † *vt ſcribũt Bald. in l. cum pater. 79. §. filius matrem. ff. de leg. 2. Pariſ. conſ. 62. nu. 16. vol. 2. Nico. Bello. d. conſ. 85. num. 2. Decia. conſ. 37. num. 12. vol. 1. Odd. conſ. 89. num. 25.*

Verùm his nõ obſtãtibus verius de iure pu-
to, nec iure codicillorum, nec alio iure poſſe
ſuſtineri,

Primò, quia hæc declaratio eſt valdè ſuſpe-
cta propter epiſtolam D. Ianutij, in qua legun-
tur hæc

tur hæc verba, *V. S. ſi ricordarà, che nel rimetterle le teſtimoniali della dicchiaratione fatta dalla ſu Sig. Collaterale, le diſſi, che non mi piaceuano quelle parole d'inſtitutione, & che per queſto vedute, che le haueſſe il Sig. Collaterale, me le rimandaſſe co'l ſuo parere per poterle far' accommodare, & perche non ne ho doppo inteſo altro, di nuouo le dico, che non mi piacciono, perche nemo poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus*, quæ, ſi diligenter perpendantur, non leuem præbent ſuſpicionis cauſam: Nam, cum mortua iam eſſet teſtatrix: deceſſit enim eadem die; qua præſupponitur facta declaratio, & tractaretur de ſupplenda inſtitutione vniuerſali, quod ſignificant illa verba, *per poterle far' accommodare*, quæ referuntur ad id, quod poſtea ſubijcit ſibi nõ placere, quia nemo poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus nempè ad defectum inſtitutionis, quanta ex hoc naſcatur ſuſpicio, iudices æqui æſtimabunt, conſiderantes, eum, qui vult addere inſtitutionem vniuerſalem, faciliùs potuiſſe circa particularem operari. Cum igitur hæc ſcriptura ſit ſuſpecta, conſequens eſt, vt in ciuilibus nullam prorſus fidem, & vim habere
15 debeat, † *vt ſcribunt Bal. in l. ſcripturæ 14. num. 5. C. de fid. inſtrum. Caſtr. in l. vlt. num. 3. C. de probat. Alex. conſ. 77. nu. 6. vol. 1. Natt. conſ. 633. num. 13. Menoc. conſ. 807. nu. 5.*

Secundo verò eo ipſo, quod D. Ianutius ait, ſibi non placere hanc declarationem, quia nemo poteſt decedere pro parte teſtatus, declarat D. Margaritam voluiſſe facere teſtamentum: Alioquin enim, ſi ſolum voluiſſet facere codicillos, aut aliam vltimam voluntatem; nõ erat neceſſe diſponere de omnibus bonis, quia codicillos, & aliàs vltimas voluntates excepto teſtamento poſſumus facere de parte bonorum,
16 † *vt ſcribunt Caſtr. in l. cum proponatis. 3. nu. 1. & ibi Alex. num. 1. Iaſ. num. 2. C. de codic. Port. in tit. inſt. eod. nu. 28. Rollandin. in tract. de codicill. rub. 2. num. 9. Craſſ. in §. codicilli num. 30.* Vnde, quia voluit facere teſtamentũ, & illud perficere non potuit, ſequitur, diſpoſitionem eſſe imperfectã
17 ratione voluntatis. † *l. ſi quis, cum teſtamentum. 25. ff. de teſtam. l. furioſum. 9. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & conſequenter nullius eſſe momẽti etiam in-
18 ter liberos, † *vt ſcribunt glo. in d. l. ſi quis, cum teſtamentum 25. ff. de teſtam. Bart. in l. ſi. nu. 1. & ibi Bald. num. 6. C. fam. erciſ. Bar. in d. l. hac conſultiſſima. 21. § ex imperfecto. num. 2. & ibi Bald. num. 1. Caſtr. num. 3. C. de teſtam. Alex. conſ. 76. num. 13. volum. 3. Rum. conſ. 7. num. 7. vol. 3. Decian. conſ. 86. num. 15. vol. 2. Menoc. conſ. 224. nu. 28. Surd. conſ. 380. num. 55. Gabr. lib. 4. comm. concl. tit. de teſtam. conclu. 9. num. 1. Clar. in §. teſtamentum. q. 9. Craſſ. in §. teſtamentum. q. 12. num. 1. And. Gail. lib. 2. obſer. 112. num. 14.* Nec clauſulæ codicillaris poſſet quicquam operari, quoniam ea, licet exprimatur, non ſuſtinet teſtamentum imperfe-
19 ctum ratione voluntatis. † *l. fideicommiſſa. 11. §. 1. ff. de leg. 3. l. ex ea ſcriptura. 29. ff. de teſtam. & ſcribunt Bar. in l. 1. num. 8. ff. de iur. cod. Odd. conſ. 89. num. 26. Surd. conſ. 129. num. 39. & conſ. 258. num. 23.* Et in ſpecie de teſtamento inter liberos, vt in eo non intelligatur clauſula codicillaris, ſi
20 voluntas ſit imperfecta † *tradit Mantic. de con. vlt. vol. lib. 6. tit. 2. num. 35.* Hæc autem multo magis debent habere locum in caſu noſtro, in quo propoſita declaratio non habet formam diſpoſitionis: Namque notarius non ait D. Margaritam voluiſſe, aut teſtari, aut facere codicillos, aliàue poſtremam voluntatem, ſed ſimpliciter concedit teſtimoniales de dictis eius circa excluſionem Do. Annæ Mariæ, & particularem inſtitutionem D. Octauiæ, quæ res nõ ſolet fieri in vltimis voluntatibus; Conceduntur enim teſtimoniales in declarationibus, confeſſionibus, & proteſtationibus, nõ in diſpoſitionibus, ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis. Vnde facile eſt intelligere, quomodo ſe res habuerit: nam, cum D. Margarita inſtante marito vellet facere teſtamẽtum, & hæredes vniuerſales inſtituere maſculos filiabus particulariter inſtitutis, & à reſiduo bonorum excluſis, & hanc ſuam voluntatem circa filiarum inſtitutionem iam cepiſſet declarare coram teſtibus, deinde prius, q̃ teſtamẽtũ perficere potuiſſet, morte fuiſſet præuenta, curauit maritus concedi teſtimoniales à notario de dictis vxoris circa filiarum excluſionem, ſed non conſiderauit, rem eſſe imperfectã ratione voluntatis, & conſequenter nullam.

Tertiò dato citra veri præiudiciũ, quod hæc declaratio eſſet perfecta, quoad diſpoſitionem, adhuc tamen nõ poſſet ſuſtineri, quia, cum D. Margarita antea fecerit aliud teſtamentum, & in eo inſtituerit D. Annam Mariam in aureis 2000. & conſequenter magis ſeruauerit æqualitatem inter omnes liberos, quam in præſuppoſita declaratione, ſequitur illi ſtandum eſſe: Nã teſtamẽtum prius, in quo magis ſeruatur æqualitas inter filios, cenſetur habere clauſulam derogatoriam ad omnes ſequentes diſpoſitiones,
21 ita, vt illi ſit omnino ſtandum, † *vt ſcribit Bald. in Auth. hoc inter liberos. num. 4. C. de teſtam. quem ibi Ang. Caſtr. Saly. & alij communiter ſequuntur, & Ruyn conſ. 9. num. 3. vol. 2. Decia. conſ. 34. num. 2. vol. 1. Surd. conſ. 350. num. 11. Craſſ. in §. teſtamẽtum q. 86. num. 7. Menoc. de præſump. lib. 4. præſum. 166. num. 62.*

Quartò multo magis hoc admittendum eſt in caſu noſtro: in quo teſtamentum primũ dici poteſt conditum in executionem promiſſionis factæ genero tempore matrimonij: Nam Do. Margarita promiſit D. Carolo ſe æqualiter tractaturam D. Annam Mariam cum cæteris filiabus. Vnde, cum alijs conſtituerit dotem aureorum 2000. debuit etiam eandem conſtituere prædictæ D. Annæ Mariæ, aliàs marito daretur actio. *l. ad exactionem. 6. C. de dot. promiſſ. cum ſimilibus.*

Quartò, & vltimò confirmantur ſupradicta ex eo, quod non potuit D. Margarita priua-
22 re filiam ſuam legitima. † *§. primum itaq; Authen. de hered. & falc. coll. 1. §. 1. Authen. de trien. & ſem. coll. 3. l. parentibus. 8. C. de inoffi. teſtam.* quæ, ſi rectè fiat bonorum computatio, aſcendit ad prædictam ſummam aureorum 2000.

Nec obſtat, quod obijciunt fratres, potuiſſe eam priuari ex cauſa per eos in actis allegata, ad quam probandam ſe petunt admitti, quia huiuſmodi capitula, tanquam impertinentia debent omnimodo repelli.

Primò, quia conſtat ex depoſitione Sacerdotis, & aliorum teſtium, matrimonium fuiſſe cõtractum cum conſenſu parentum, & ſolemnitatem nuptiarum fuiſſe celebratam in eorum præſentia, & cum eorum authoritate.

Secundò, quia, licet matrimonium ſine conſenſu parentum contraxiſſet, non tamẽn potuiſſet exhæredari ſtante diſpoſitione canonica,

quæ

23 quæ huiuſmodi nuptias permittit, † *vt ſcribunt*
gl. in cap. de raptoribus in verb. excuſata. 36. q. 1.
Alexand. in l. 1. nu. 32. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in auth.
ſed ſi poſt nu. 5. C. de inoffic. teſt. Dec. in l. nuptias.
30. nu. 10. & ſeqq. ff. de reg. iur. Couar. in Epit. 4.
lib. decret. par. 2. cap. 3. §. 8. nu. 5. Andr. Fach. lib. 3.
contro. cap. 44.

Tertiò dato, quod poſſet exhæredari, hoc tamen nō haberet locum, quādo cauſa fuiſſet remiſſa, & mater recepiſſet iterum filiā in gratiā,
24 † *vt docent Bart. in l. 3. §. vlt. num. 6. ff. de adim. leg.*
Iaſ. in auth. non licet. nu. 14. C. de lib. præt. And.
Fach. lib. 6. contro. c. 79. vnde cum in caſu noſtro
poſt contractum matrimonium conſtet filiā
fuiſſe dilectā à matre ex eius epiſtolis, ſequitur
non potuiſſe exhæredari.

Quartò demus iuſtā fuiſſe exhæredationis
cauſam, cum mater eā non expreſſerit, non licet
filijs, & hæredibus eā allegare, & probare:
25 † *§. aliud quoq; capitulum Auth. vt, cum de app.*
cog. coll. 8. l. omnimodo. 30. in prin. verſ. nam, ſi nullam.
C. de inoffic. teſta. Alex. in d. Auth. non licet nu.
12. C. de lib. præt. latè Couar. in cap. Rayn. in prin.
num. 7. de teſtam. Andr. Fach. lib. 6. contro. c. 76.

Quintò, & vltimò, licet mater expreſſiſſet
huiuſmodi cauſā in declaratione facta, nihilominus
ea fuiſſet nullius momenti, tū quia diſpoſitio
eſt imperfecta ratione voluntatis, *vti*
ſupra demonſtratum eſt, tū etiam quia, quamuis
eſſet perfecta, non tamen haberet formā
teſtamenti, ſed potius codicillorum, in quibus
26 exhæredatio fieri non poteſt. † *§. codicillis inſt.*
de codicill.

Neque obſtant contraria: Ad primū enim
27 reſpondeò, id procedere, † ſi teſtamentū ſit perfectum
ratione voluntatis; Cœterū, ſi imperfectū
magis eſt, vt cū eo corruant omnes clauſulæ
etiā codicillares. *d. l. fideicommiſſa. 11. §. 1.*
ff. de leg. 3.

Secundò reſpondeò, clauſulā illam tūc demū
operari grauamen fideicommiſſi, cum ea
non obſtante tota hæreditas pertinet ad filiā
particulariter inſtitutā ex teſtamento: nam eo
caſu, licet ipſo iure conſequatur vniuerſā hæreditatem,
cenſetur tamen per fideicōmiſſum
grauata reſiduū venientibus ab inteſtato reſtituere,
*Et in his terminis loquuntur Dd. in contrarium
allegatis.* Cœterùm, ſi non fiat hæres ex teſtamento,
vt in caſu noſtro, in quo certum eſt,
propoſitam ſcripturā non habere vim teſtamēti
propter præteritionē filiorū, Verius eſt, clauſulam
illam nihil operari.

Tertiò reſpondeò propter clauſulā derogatoriam,
quæ ineſt præcedēti teſtamento, declarationem
ſequentem nullius eſſe momenti, &
omnes clauſulas corruere, quaſi ex defectu vo-
28 luntatis, † *vt declarat Surd. conſil. 356. numero 24.*

Ad ſecundū, & tertium reſpondeò ſimiliter,
clauſulā codicillarem, vel omni meliori
modo, quæ parē cum illa vim habet, non operari,
quando deficit voluntas, quæ in caſu noſtro
ceſſat, tū propter imperfectionem diſpoſitionis,
tum etiā propter clauſulam derogatoriam,
quæ cōtinetur in præcedenti teſtamento
magis fauorabili *ſecundū ea, quæ ſupra diximus.*
Et ita iuris eſſe cenſeo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Vener. Hoſpitali Sauiliani.

CONSILIVM LXXXIV.

ARGVMENTVM.

An, & quando caducato primo gradu ſubſtitutionis cenſeantur etiam caducati ſequentes, Et, an ius accreſcēdi locum habeat inter fideicommiſſarios vniuerſales omnimodo disiunctos, Et, an trebellianica deduci poſſit à filio primi gradus de fideicommiſſo relicto Hoſpitali, & ſic piæ cauſæ, Et an & quando legata, & fideicommiſſa caduca imputentur in legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionis primo gradu caducato cenſentur quoque per conſequentias caducati ſequentes, Declara, vt num. 2. & ſeqq.*
2 *Subſtitutione vulgari caducata, corruit etiam fideicommiſſum a ſubſtituto relictum.*
3 *Fideicommiſſum relictum à ſubſtituto continet conditionem, ſi locum habuerit ſubſtitutio.*
4 *Fideicommiſſum relictum a pupillariter ſubſtituto corruit extincta pupillari ſubſtitutione.*
5 *Fideicommiſſum omne tacitam in ſe conditionem habet, ſi bona peruenerint ad grauatum.*
6 *Subſtitutione vulgari, vel pupillari caducata non caducatur ſequens vulgaris, vel compendioſa, & num. 7.*
8 *Subſtitutio vulgaris poteſt etiam fieri in fideicōmiſſis.*
9 *Subſtitutione fideicommiſſaria, vel compendioſa caducata, non caducatur ſequens vulgaris, vel compendioſa.*
10 *Subſtitutio compendioſa continet etiam vulgarem.*
11 *Subſtitutione fideicommiſſaria caducata non caducatur ſequens, quia manet apud grauatum cum ſuo onere, Idem eſt & in compendioſa. nume. 12.*
13 *Verbum, ſubſtituo, eſt commune.*
14 *Verbum, ſubſtituo, inducit compendioſam, ſi facta ſit mentio mortis.*
15 *Subſtitutio compendioſa continet etiam fideicommiſſariam.*
16 *Verbum, Spectet, eſt commune.*
17 *Verbum, diſtribuatur, ſi referatur ad factum tertij, eſt obliquum.*
18 *Verbum, diſtribuatur, inducit fideicommiſſum.*
19 *Coniuncti verbis non ſunt, quibus teſtator legauit partes in orationibus ſeparatis, vt, cum bis expreſſit verbum.*
20 *Coniunctionem verbalem tollit orationum diuerſitas, realem vero partium diſtributio.*
21 *Ius accreſcendi non habet locum inter fideicōmiſſarios vniuerſales omnimodo diſiunctos, & cur nu. 22.*
23 *Trebellianicam, an poſſit filius detrahere de fideicommiſſo relicto piæ cauſæ, quæſtio eſt controuerſa.*
24 *Filij cauſa eſt fauorabilior pia cauſa in legitima ultra vero legitimam eſt fauorabilior pia cauſa quam cauſa filij.*
25 *Filius non poteſt detrahere trebellianicam de fideicom-*

deicommiſſo relicto piæ cauſæ, etiam mediatè, nume. 36.

26 *Trebellianica non poteſt ab extraneo detrahi de fideicommiſſo relicto piæ cauſæ.*

27 *Trebellianicam non detrahat filius, vt filius, ſed vt extraneus.*

28 *Fructus non imputantur in trebellianicam à filio primi gradus, Sed contra nu. 32.*

29 *Fructus ab extraneis imputantur in trebellianicam.*

30 *Trebellianica non poteſt filijs primi gradus prohiberi, Sed contra. num. 33.*

31 *Trebellianicæ detractio poteſt extraneo prohiberi.*

34 *Trebellianicã deducit filius grauatus extraneo reſtituere, licet extraneus ſit grauatus reſtituere piæ cauſæ ſub conditione, Declara vt nu. 38.*

35 *Trebellianicam non deducit filius etiam extraneo grauatus reſtituere, ſi caducato primo gradu reſtitutio ſit immediatè facienda piæ cauſæ.*

37 *Perſona, ad quam effectu bona peruenire debent, inſpicienda eſt, non, cui primo relinquitur.*

39 *Legitimæ imputantur omnia, quæ capiuntur iure hæreditario.*

40 *Retentiones legatorum, & fideicommiſſorum capiuntur ab hærede iure hæreditario.*

41 *Legitimæ computatio refertur ad tempus mortis.*

42 *Dominium rerum ſub conditione legatarum, aut per fideicommiſſum relictarum pendente conditione eſt hæredis.*

43 *Dominium hæredis reſoluitur purificata conditione legati, vel fideicommiſſi.*

44 *Legata, & fideicommiſſa, quæ non capiuntur, dicuntur retentiones, & apud hæredem remanere. num. 45.*

46 *Hæres deſinit eſſe dominus rei legatæ, ſi purificata conditione capiatur à legatario.*

47 *Dominium rei legatæ recta via tranſit in legatarium, ex die aditæ hæreditatis.*

48 *Legatario, repudiante dominium retrofingitur nunquam eius fuiſſe, ſed ſemper fuiſſe hæredis num. 50.*

49 *Legatario repudiante perindè eſt, ac ſi res illi non fuiſſet legata.*

51 *Hæres adeundo verè conſequitur dominium omnium rerum hæreditariarum.*

52 *Fictio ceſſat, vbi adeſt veritas.*

53. *Legata, & fideicommiſſa conditionalia, quæ deficiunt, imputantur in falcidiam.*

54 *Imputantur in falcidiam retentiones omnium temporum.*

55 *Imputantur in legitimam legata, fideicommiſſa, & donationes cauſa mortis.*

56 *Legata, fideicommiſſa, & donationes cauſa mortis non imputantur in falcidiam.*

57 *Falcidia eſt quota hæreditatis.*

58 *Falcidia debet haberi iure hæreditario.*

59 *Legitima eſt quota bonorum.*

60 *Legitima eſt relinquenda titulo inſtitutionis.*

61 *Legitima non eſt relinquenda tota titulo inſtitutionis, ſed ſufficit, filium inſtitui in aliqua re particulari, vel ſumma etiam minima, vt valeat teſtamentum.*

LVX VERA, LVCEAT IN TENEBRIS.

RES, de qua conſulor, ita diligenter, & exactè fuit à præſtantiſſimo D. Ioan. Bernardino à Porta, quem honoris cauſa nomino, diſcuſſa, vt meus in ſcribendo labor non poſſit non eſſe ſuperuacuus. Sed, quia iuſta non ſcribẽdi cauſa plerumque videtur poſtulanti, non excuſatio, ſed recuſatio, vt eius ſuſpicionem effugiam (prout facere in re licita & debeo, & volo) neceſſario cogor breuiter proferre, quid & ipſe iuris eſſe putem ſuper iis quatuor dubitationibus, quæ naſcuntur ex teſtamento quondam Dom. Ioan. Antonij Sereni.

Et quidem ſuper prima dubitatione, qua quæritur, an ex eo, quod Dom. Lazarus primo loco ſubſtitutus deceſſit viuo grauato, & hoc modo caducata eſt hæc prima ſubſtitutio, cenſeatur etiam per conſequentias caducata ſubſtitutio ſequens, per quam ceſſante linea maſculina Do. Lazari vocatum eſt pro dimidia Hoſpitale, pro alia verò vocati ſunt filij Do. Baptiſtæ Sereni, puto veriſſimam eſſe ſententiam Do. Portæ concludentis non cenſeri caducatam, quia, quod à pleriſque dici ſolet caducato primo ſubſtitutionis gradu cenſeri quoque per conſequentias caducatos ſequentes,
1 † *vti videre eſt apud Bartol. in l. quandiu. 68. num. 10. verſ. ſed ſi prima. ff. de acquir. vel omit. hæred. Caſtr. conſ. 422. verſ. nec obſtat volum. 2. Alexand. conſil. 1. num. 14. verſ. reſtat volum. 1. Rum. conſ. 99. numero 14. & conſ. 125. num. 6. volum. 2. Soc. ſen. conſ. 52. num. 15. volum. 1. Soc. iun. conſ. 180. num. 64. & ſeqq. volum. 2. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 20. & 21. Menoch. conſ. 200. num. 95. & conſ. 399. num. 3.* non eſt ſimpliciter verum, ſed recipit variorum caſuum diſtinctionem.

Primus enim caſus eſt, quando primus ſubſtitutionis gradus non continet, niſi directam, & ſequentes non continent niſi fideicommiſſariam, Et tunc verum eſt, caducata prima ſubſtitutione cenſeri quoque caducatas ſequentes, vt euenit, cum vulgariter ſubſtitutus grauatur per fideicommiſſum alicui reſtituere: nam, ſi ſubſtitutus excludatur ab hæreditate, aut aditione primi, aut morte, aut alia ratione, extinguitur & per conſequentias fideicõmiſ-
2 ſum, quod ei fuerat iniunctum: † *Ita enim ſcribunt Alex. d. conſ. 1. nu. 15. volum. 1. Rum. d. conſ. 99. nu. 14. & d. conſ. 125. num. 6. volum. 2. Soc. ſen. d. conſ. 52. num. 15. volum. 1. Soc. iun. d. conſ. 180. num. 64. & ſeqq. volum. 2. Menoch. d. conſ. 399. num. 3. & 17. Pereg. de fideicommiſ. d. art. 15. num. 20.* quoniam id habet illam conditionem, ſi
3 locum habuerit vulgaris ſubſtitutio † *l. quoties. 13. C. de fideicom.* Idem eſt, & cum pupillariter ſubſtitutus grauatur fideicommiſſo: nam extincta pupillari ſubſtitutione, extinguitur & per conſequentias fideicommiſſum, quod ab
4 illa dependet. † *l. apud Iulianum. 11. §. idem Iulianus l. ita tamen 27. §. à patre. ff. ad Treb. & ſcribunt Bart. in d. l. quandiu. 68. num. 10. verſ. ſed ſi prima. ff. de acquir. hæred. Caſtr. d. conſ. 422. verſic. Nec obſtat volum. 2. Rum. d. conſ. 99. num. 14. vol. 2. late Pereg. d. artic. 15. num. 21.* quia generaliter omne fideicommiſſum continet in ſe tacitam conditionem, ſi bona peruenerint ad graua-
5 tum. † *l. ille à quo 13. §. ſi de teſtamento. ff. ad Treb. Bart. in l. centurio. 15. num. 32. ff. de vulg. Pereg. de fideicom. art. 18. num. 2.*

Secundus verò caſus eſt, quãdo primus ſubſtitutionis gradus continet directam, vt & in præcedenti, ſed ſequens continet, vel vulgarẽ, vel compendioſam, Et tunc verius eſt, caducato primo gradu non cenſeri caducatum ſequentem,

quentem, ſiue primus fuerit vocatus per vul-
6 garem. † *l. quandiu. 68. verſ. is autem. ff. de acquir. hered. l. ſi Titius 27. l. coheredi. 41. in princip. ff. de vulg. Caſtr. d. conſ. 422. verſ. in contrarium. volu. 2. Soc. ſen. d. conſ. 52. num. 14. verſ. primus. vol. 1. Pereg. d. artic. 15. num. 11.* ſiue per pupillarem,
7 † *vt ſcribunt Bartol. in d. l. quandiu. 68. num. 10. verſ. reſpon. ff. de acquir. hered. Caſtr. d. conſ. 422. verſ. ſecus quando. volum. 2. Soc. ſen. d. conſ. 52. nu. 14. verſ. tertius caſus volum. 1.* quia primo deficiẽte ſequens ex vi vulgaris in eius locum ſubintrat.

Tertiùs caſus eſt, quando primus gradus cõtinet fideicommiſſariam, ſecundus verò continet vulgarem, Et tunc ſimiliter verius eſt caducato primo gradu non cenſeri caducatum ſequentem, quia primo deficiente ſecundus in eius locum ingreditur ex vi vulgaris ſubſtitu-
8 tionis etiam in fideicommiſſo factæ † *l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cadu. l. vt hæredibus. 51. ff. de leg. 2.* Idque procedit non ſolùm, ſi primus ſit tantùm vocatus per fideicommiſſum, ſecundus verò per vulgarem, vt dictum eſt, ſed etiam, ſi primus ſit vocatus per compendioſam, ſecundus verò per vulgarem, vel primus per fideicommiſſariam, ſecundus verò per compendioſam, vel vterque per com-
9 pendioſam. † *vti videre eſt apud Ruin. conſil. 140. num. 10. volum. 2. Soc. iun. conſ. 42. num. 12. verſic. verum, & num. ſeqq. volum. 1. Odd. conſ. 2. num. 11.* nam, quia ſequens compendioſa continet nõ ſolùm fideicommiſſariam, ſed etiam vulga-
10 rem, † *vt ſcribunt Ruin. conſ. 115. num. 13. volu. 3. Dec. conſ. 421. num. 6. Curt. iun. conſ. 48. num. 2. & ſeqq. Alcia. in l. Gallus 29. §. quidam rectè in prima lect. num. 49. verſ. idem ſi inſtituo. ff. de lib. & poſthum. Pereg. de fideicommiſ. artic. 18. num. 14. Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 71. num. 12. verſ. idem quoque dicimus*, ideò primo deficiente ſequens ex vi vulgaris in eius locum ingreditur, vt dictum eſt.

Quartùs denique caſus eſt, quando primus fuit vocatus per fideicommiſſariam, ſecundus verò fuit eidem primo per fideicommiſſum ſubſtitutus, Et tunc ſimiliter verius eſt, caducato primo gradu non cenſeri caducatum ſequentem, quia primo deficiente manet reli-
11 ctum apud grauatum cum ſuo onere. † *l. vnic. §. pro ſecundo. C. de cad. toll. l. Celſus. 29. in prin. ff. de leg. 2. & in ſpecie ſcribunt Bartol. in d. l. quandiu. 68. num. 10. verſ. ſed ſi prima eſſet. ff. de acquir. hæred. Caſtr. d. conſ. 422. verſ. idem determinat. vol. 2. Ruin. conſ. 94. num. 10. conſ. 99. num. 14. & conſ. 140. num. 10. volum. 2. Soc. ſen. d. conſ. 52. num. 15. verſ. Quartus caſus volum. 1. Dec. conſ. 277. num. 2. & conſ. 317. num. 1. verſ. cum ergo. Pariſ. conſil. 18. num. 38. volum. 2. Soc. iun. d. conſ. 42. num. 17. & conſ. 90. num. 22. conſ. 94. num. 50. volum. 1. Odd. d. conſ. 2. num. 12. Pereg. d. artic. 15. num. 22.* Idque procedit etiamſi primus ſit vocatus per compendioſam, ſecundus verò per ſolam fi-
12 deicommiſſariam, † *vt apud Alex. d. conſ. 1. num. 15. volum. 1. & Dec. d. conſ. 237. num. 2.*

Hinc ſequitur non poſſe in caſu noſtro cenſeri caducatam ſecundam ſubſtitutionem factam fauore Hoſpitalis, & filiorum D. Baptiſtæ Sereni, licet per mortem Dom. Lazari, qui viuo grauato deceſſit, & in cuius lineæ defectum fuerat facta ſequens ſubſtitutio, cenſeatur prima caducata, quia non ſumus in primo caſu, ſed in tertio, aut ſine dubio in quarto: Nam Dom. Lazarus non fuit D. Franciſco ſine liberis decedenti vulgariter tantùm, aut etiam pupillariter ſubſtitutus, ſed compendioſè, propter verbum ſubſtituo, quod tamquam
13 commune, † *l. iam hoc iure 4. verſ. quod ius. ff. de vulg. Bart. in l. centurio. 15. num. 47. & ibi Iaſ. nu. 62. ff. eod. Pariſ. conſ. 37. num. 14. volum. 2. Decia. conſ. 41. num. 9. volum. 1. Craſs. in §. ſubſtitutio. quæſt. 5. num. 18. Menoch. conſ. 797. nu. 42. Surd. conſ. 554. num. 26.* compendioſam inducit, ſi fa-
14 cta ſit mentio mortis, † *vt not. omnes in d. l. centurio. 15. ff. de vulg. & in l. precibus. 8. C. de impub. & ſcribunt Pariſ. conſ. 92. num. 17. volum. 2. Soc. iun. conſ. 180. num. 18. volum. 2. Roll. conſ. 25. nu. 15. volum. 1. Natt. conſ. 68. num. 7. Decia. conſ. 41. num. 5. & 69. volum. 1. Craſs. in d. §. ſubſtitutio. q. 60. num. 8. Menoch. d. conſ. 797. num. 41. Surd. conſil. 347. num. 12. & conſ. 362. num. 26.* prout facta eſt in caſu noſtro, cum dictum ſit, *venendo à morir detto Sig. Franceſco herede ſenza figliuoli*. Itaque cenſetur etiam ſubſtitutus per fideicommiſſum, cum ſub compendioſa etiam fideicõ-
15 miſſaria contineatur, † *vt ſcribunt omnes in d. l. centurio, & in d. l. precibus, Soc. iun. d. conſil. 180. num. 19. volum. 2. Decia. d. conſ. 45. num. 1. volum. 1. Craſſ. in d. §. ſubſtitutio. quæſt. 61. num. 6. Surd. d. conſil. 347. num. 12. Pereg. de fideicommiſ. artic. 34. nu. 67.* maximè in caſu noſtro, in quo teſtator id expreſſit, dicendo, *volgarmente, pupillarmente, & per fideicommiſſo*, quæ verba, tamquã clara nullum relinquunt dubitationi locum. *l. ille aut ille 25. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.* Et ſimili modo ſubſtitutio ſequens facta fauore Hoſpitalis, & filiorum D. Baptiſtæ Sereni eſt compendioſa, quia fuit facta per hæc verba, *Dechiara, che venendo a morir, e ceſſando la linea maſcolina del ſudetto Sig. Lazaro Sereno ſenza figliuoli maſcui, che tal heredità ſia diuiſa, & compartita in due parti, l'vna delle quali ſpettara alli ſopraſcritti figliuoli del fu M. Battiſta Sereno, ſe vi ſaranno, & l'altra parte ſpettarà all'Hoſpitale del preſente luogo di Sauigliano*, quæ ſunt commu-
16 nia, † *vt de verbo ſpectare, ſeu, quod idem eſt, pertinere conſtat ex l. cum mater. 28. ff. de inoffic. & l. Lucius. 45. in prin. ff. de vulg. coniuncta. l. Lucius. 90. §. filiam. ff. de leg. 2. & l. fideicommiſſa. 11. §. ſi filio. ff. de leg. 3. & ſcribunt Bartol. in d. l. centurio. num. 49. & ibi Iaſ. num. 68. Lanc. Galiau. nu. 519. & Soc. iun. num. 338. Decia. conſ. 41. num. 73. vol. 1. Craſſ. in d. §. ſubſtitutio. quæſt. 5. num. 13.* & conſequenter inducit compendioſam, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt*. Et dato etiam, quod dici non poſſent communia, propter illa verba, *ſia diuiſa, & compartita*, quæ videntur precaria tamquam relata non ad factum teſtato-
17 ris, ſed ad factum tertij † *iuxta declarationem Bal. in l. vlt. num. 16. C. de ſacroſanc. eccl.* dubium tamen non eſt, quin inducãt ſaltem fideicommiſſariam, cum fideicommiſſum inducatur etiam per verbum diuidatur, ſeu diſtribuatur,
18 † *l. cum pater. 79. §. rogo. ff. de leg. 2. & ſcribunt Alex. conſ. 12. num. 2. volum. 3. Menoch. conſ. 369. num. 3.* Deficiente igitur Do. Lazaro, & ſic caducata prima ſubſtitutione, quæ tamquam cõpendioſa fideicommiſſariam continebat, non extinguitur ſequens ſubſtitutio facta fauore Hoſpitalis, ſed, vel Hoſpitale ingreditur locũ Dom. Lazari ex vi vulgaris, ſi dicimus ſecundam ſubſtitutionem eſſe compẽdioſam, *ſecũdũ*

ea, quæ

ea, quæ dicta ſunt in tertio caſu, vel fideicom-
miſſum, ad quod Dom. Lazarus vocabatur,
manet apud grauatum cum onere reſtituendi
hæreditatem illis, quibus Dom. Lazarus erat
grauatus reſtituere, & ſic Hoſpitali, *ſecundum*
ea, quæ dicta ſunt in quarto caſu, ſi dicimus ſub-
ſtitutionem ſequentem non eſſe, niſi fideicō-
miſſariam. Verè igitur non poteſt diſpoſitio
facta fauore Hoſpitalis cenſeri caducata, Quo
poſito.

Secunda ſuccedit dubitatio, an prædictum
Hoſpitale poſſit petere non ſolùm dimidiam,
quam teſtator voluit ad ipſum ſpectare, ſed
etiam aliam dimidiam, quam voluit pertine-
re ad filios Dom. Baptiſtæ Sereni, ſtante, quod
ijdem viuo grauato deceſſerūt. Et in hac quo-
que dubitatione cenſeo cum eodem Dom. à
Porta non, niſi dimidiam fideicommiſſi par-
tem ad Hoſpitale pertinere, quia ius accreſcen-
di, cuius ſolius vigore poſſet alteram dimidiā
prætendere, non poteſt in propoſita ſpecie ha-
bere locum: nam cum teſtator expreſsè partes
diſtribuerit, aſſignando vnam dimidiam Ho-
ſpitali, alteram verò dimidiam filijs Dom. Ba-
ptiſtæ Sereni, & talem aſſignationem fecerit
in diuerſis, & ſeparatis atque diſtinctis oratio-
nibus bis exprimendo verbum illud *ſpettarà*,
19 † *iuxta doctr. Bartol. in l. re coniuncti. 87. num. 4.*
12. & 32. verſ. 3. & ibi Beſut. num. 16. 17. & 22.
verſ. & ideo, Iaſ. num. 32. Crott. num. 37. Polit. nu.
17. & Alcia. num. 22. ff. de leg. 3. Bald. in l. ſi For-
tidianum. 7. num. 2. C. de legat. Ang. in l. Iulianus.
15. num. 2. ff. de har. inſt. Curt. iun. conſ. 259. num.
4. Purp. conſ. 180. num. 3. Craſſ. in §. ius accreſcen-
di. quæſt. 4. num. 3. Pereg. de fideicomm. artic. 9. nu.
8. verſ. ex prædictis, ſequitur prædictum Hoſpi
tale, & filios Dom. Baptiſtæ, neque re, neque
verbis eſſe coniunctos, ſed omnimodo diſiun-
ctos, quia diſtributio partium tollit coniun-
ctionem realem, orationum verò diuerſitas
20 verbalem, † *vt ſcribunt Bartol. in l. Lucius 78. §.*
quæ habebat. num. 3. ff. ad Treb. Ang. in l. vnic. §.
his ita definitis. num. 3. C. de cad. toll. Roman. conſil.
185. num. 9. & 10. Iaſ. in d. l. re coniuncti. nu. 112.
Curt. iun. d. conſ. 259. num. 2. Alciat. conſ. 31. num.
53. lib. 9. Beret. conſ. 104. num. 8. Mantica de con-
iect. vlt. volunt. lib. 10. titu. 3. num. 9. Peregrin. de
fideicomm. artic. 9. num. 2. & 8. verſ. ex prædictis.
Quo fit, vt inter eos, tamquam inter fideicō-
miſſarios vniuerſales omnimodo diſiunctos
21 non poſſit habere locum ius accreſcendi, † *vt*
in ſpecie de fideicommiſſarijs vniuerſalibus omni-
modo diſiunctis conſtat ex l. Lucius. 78. §. quæ ha-
bebat, vbi Caſtr. verſ. ad ſecundum. ff. ad Treb. &
ſcribunt Iaſ. in d. l. re coniunctis. num. 206. & ibi
Alcia. num. 49. Curt. iun. conſ. 83. num. 13. & conſ.
259. num. 7. 10. & 13. Seb. Sap. in l. vnic. num. 48.
& ibi Pic. in euident. num. 2. C. quand. non pet.
par. Seb. Sap. in l. teſtamento. 6. num. 5. C. de impub.
Alcia. conſ. 31. num. 53. lib. 9. Beret. conſ. 104. nu.
8. Cagnol. in rub. C. quand. non pet. par. num. 34.
verſ. maior. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10.
titul. 3. num. 2. verſ. fatendum. Pereg. de fideicomm.
artic. 9. num. 2. & 8. verſ. ex prædictis, & conſ. 32.
num. 2. conſil. 69. num. 11. volum. 3. Menoch. conſ.
528. num. 21. Ceſſat enim in fideicommiſſis vni-
uerſalibus abſurditas illa. *l. ius noſtrum. 7. ff. de*
reg. iur. propter quam in hæreditatibus directis
dicimus eſſe locum iuri accreſcendi etiam in-
ter omnimodo diſiunctos, ſcilicet, quia, licet

pars fideicommiſſi vacans non accreſcat con-
fideicommiſſario, non tamen decedet teſtator
pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quia
manet illa portio apud heredem grauatum, qui
22 ſuſtinet cauſam teſtamenti, † *vt conſiderant*
Caſtr. in d. §. quæ habebat verſ. ad ſecundum, Pa-
pienſ. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. glo. vlt. num.
1. Iaſ. in d. l. re coniuncti. num. 206. & ibi Crott.
num. 56. Alcia. num. 49. Curt. iun. d. conſ. 83. num.
13. & d. conſ. 259. num. 10. Purp. in d. l. vnic. nu.
37. & ibi Seb. Sap. num. 48. C. quand. non pet. part.
Decian. conſil. 40. num. 1. in fin. volum. 1. Mantic.
d. lib. 10. tit. 3. num. 2. Pereg. d. artic. 9. num. 1. & 2.

Tertia ſequitur dubitatio reſpiciens detra-
ctiones, quæ de huiuſmodi fideicommiſſo fie-
ri poſſunt. Et, licet de ære alieno, quod ſolu-
tum eſt, deque legitima iure naturæ debita
non dubitetur, de Trebellianica tamen, quam
aliàs filius grauatus fideicommiſſo conditio-
nali detrahit vltra legitimam *cap. Raynutius, &*
cap. Raynaldus, extr. de teſtam. dubitatio incur-
rit, nunquid detrahi poſſit de fideicommiſſo,
quod Hoſpitali, & ſic piæ cauſæ relictum eſt;
Et, quamquam non inficier rem eſſe mirum
in modum cōtrouerſam, proptereà quod vna-
quæque pars tam, quæ filio, quam, quæ piæ
cauſæ fauet, grauiſſimos, & ſummæ authorita-
23 tis viros fautores habet † *vti videre eſt apud Ti-*
raquel. de priuil. piæ cauſ. priuileg. 27. Gabr. libr. 4.
tit. ad Treb. concluſ. 11. num. 2. & 3. Craſſ. in §.
Trebellianica. quæſt. 6. num. 1. & Peregr. de fidei-
comm. art. 3. num. 62. & ſeqq. ne tamen in re mi-
nus neceſſaria tempus conteram, breuiter agē-
do, puto iuxta receptiorem Dd. ſententiam
ceſſare Trebellianicæ detractionem, non ob-
ſtante, quod tradetur de fideicommiſſo iniun-
cto filio primi gradus: Nam, licet cauſa filij
cenſeatur magis fauorabilis, quam cauſa pia,
quoties tractatur de legitima, tamen quoties
tractatur de Trebellianica, & ſic de eo, quod
eſt vltra legitimam cenſetur fauorabilior cau-
24 ſa pia, quam cauſa filij. † *Ita enim ſcripſerunt*
Bart. in l. 1. num. 55. & 57. & ibi Iaſ. in 2. lect. nu.
29. C. de ſacroſ. eccleſ. Alexand. in l. pactum, quod
dotali. 15. num. 4. C. de pact. & conſil. 4. numer.
10. volum. 7. Dec. in l. licet. 19. num. 5. verſ. ſed ta-
men. C. de pact. & conſ. 426. num. 4. conſ. 480. nu.
20. & 21. & conſil. 495. num. 28. Curt. iun. conſil.
35. num. 7. Decia. conſ. 44. num. 91. volum. 3. pro-
ptereà, quod anima cunctis rebus eſt pręferen-
da. *l. ſancimus. 17. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* Quā-
obrem non poteſt filius de fideicommiſſo reli-
cto Hoſpitali, vel alteri piæ cauſæ Trebellia-
25 nicam detrahere, † *vt eſt receptior ſcribentium*
opinio poſt Bart. conſil. 34. num. 3. & conſ. 56. nu.
6. lib. 1. Bald. in Auth. ſimiliter. num. 6. C. ad leg.
Falcid. Ang. conſ. 159. in fin. iuncto princ. & conſ.
230. num. 1. verſic. Trebellianicam, Alex. conſ. 12.
in fin. volum. 3. Dec. conſ. 298. num. 4. Cagn. in l.
Papinianus. 8. §. meminiſſe. num. 18. ff. de inoffic.
Decian. d. conſ. 44. num. 90. verſ. non obſtat etiam
volum. 3. Craſſ. in d. §. Trebellianica. quæſt. 6. num.
2. Pereg. de fideicomm. d. artic. 3. nu. 63. non ma-
26 gis, quam extraneus, † *vti ſcripſerunt Barto. in*
auth. ſimiliter. num. 3. & ibi Bald. num. 6. vbi refert
ita fuiſſe de facto iudicatum. C. ad leg. Falc. Barto.
in l. Marcellus. 3. in princ. num. 5. ff. ad Treb. &
conſil. 6. num. 5. lib. 1. Curt. iun. conſ. 120. num. 13.
Tiraq. d. priuil. 27. vbi circa fin. teſtatur hanc eſſe
receptiorem, Ant. Gab. d. tit. ad Treb. concl. 11. nu. 2.
& 4.

& 4. vbi teſtatur hanc eſſe magis cōmunem, Decia.
d. conſ.44.num. 89. & conſ.120. num. 23. volum.
3. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.4.tit. 5. artic.
6. num.4. vbi pariter teſtatur hanc eſſe magis com-
munem, & in practica recipiendam, & lib. 8. tit.
3. num.4. Craſſ.in d.§.Trebellianica.quæſt.6.num.
1. verſ.contrariam, Pereg.d.artic.3.num.62.ſcili-
cet, quia Trebellianicam non detrahit, vt fi-
27 lius, ſed, vt extraneus, † cap. Raynutius 16. cap.
Raynaldus.18.ext.de teſtam.Bald.in l. quamquā.
10.num.1.C.ad leg. Falcid. Decian.d. conſ.44. nu.
93. volum.3. Et, licet ſecundum veterum opi-
nionem etiam in Trebellianica cenſeatur fi-
lius magis priuilegiatus, quam extraneus, cum
28 in eam non imputet fructus † l. iubemus .6. in
29 princ.C.ad Treb. quos imputat extraneus, † l. in
fideicommiſſaria. 18. in princ.ff. ad Treb. & non
poſſit ei detractio Trebellianicæ prohiberi,
30 † d.l.iubemus.6. & ibi Bald.num.2. & 3.C.ad Tre
bel. Guidop.quæſtio.51.num.1. vbi ait hanc eſſe ve-
ram opinionem, quæ in iudicando ſeruatur. Dec.
conſ.81.num.3.Curt. iun.conſ.160.num. 10. verſ.
accedit.Soc.iun.conſ.50.num.18.volum.4. Man-
tic.de coniect.vlt.volunt.lib.7.tit.13.num.6. Craſſ.
in §. teſtamentum.quæſt.62.num.5.& 6. vbi ait re
vera hanc eſſe magis communem, à qua non facilè
recedendum, quæ tamen prohiberi poteſt extra-
31 neo, † ſecundum receptiorem opinionem glo.in §.
ſi verò expreſſim in verb. ſubſtitutis Auth. de har.
& fals.coll.1.Bartol.in l.Marcellus. 3. in princip.
num.7. & ibi Iaſ.num.45.ff. ad Treb. Dec. conſil.
81.num.3.Guidop.quæſt.51.num.1.Soc.iun. conſ.
170.num.24.volum.2.Mantic. de coniect. vltim.
volunt.lib.7.tit.11.num.7.Craſſ. in §.teſtamentum
quæſt.62.num.4. Menoch.conſil.164.num.25. qui
innumeros recenſet, non tamen hoc officit in
quæſtione propoſita: nam præter id, quod ho-
die veterum ſententia videtur magis commu-
niter improbata, ſcilicet quia quicquid olim
eſſet, hodie certè receptior eſt ſcribentium opi
nio, filium in Trebellianica omnimodo cen-
ſeri iure extranei, cum detrahit duas quartas,
32 & ideò debere fructus in eam imputare, † vti
videre eſt apud Caſtr.in l.ſcimus.36.in princ.num.
9. C. de inoffic.teſtam. Alexand.in l. mulier. 22. §.
cum proponeretur.num.13.verſ.tamen magis pla-
cet.ff.ad Treb.Iaſ.conſ.231.num.2.volum 2. Dec.
conſ.480.num.13.Pariſ.conſ.27.num. 15. volum.
3.Natt.conſ.321.num.8.Menoch.conſ. 164. num.
33.conſ.277.num.67.& conſ.686.num.25.& eius
33 detractionem illi prohiberi poſſe, † ſicuti teſtan-
tur Dec.d.conſ.480.num.13.Natt.d.conſ.321.nu.
8. Franch.deciſ.11.num.19.Borg.in repert.prima
part.deciſ. in verb. Trebellianica. num. 3. & ſeqq.
Viu.deciſ.3.nu.1.verſ.quibus. M. Ant.de Amat.
deciſ.11.per tot.And.Gail.lib.2.obſer.138.num.16.
in fin. Menoch.conſ. 164.num.28.conſ.277. num.
60. & latiſſimè conſ. 1141. per tot. poſita etiam
ſententia veterum, conſtat eam procedere
quoties agitur inter filium, & extraneum, mi-
nus priuilegiatum, cœterùm, quoties agitur
inter filium, & eum, qui excepta legitima cen-
ſetur magis priuilegiatus, verius eſt, filium in
Trebellianica cenſeri eodem iure, quo extra-
neus, vt ex ijs, quæ diximus ſupra num. 24. faci
le eſt intelligere.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, ſupradicta
procedere, quoties filius grauatur immediatè
reſtituere piæ cauſæ, ſecus verò quoties media-
te, & ſub aliqua conditione, quæ, quia poteſt
non exiſtere, reddit dubiam, & incertam piæ
cauſæ vocationem, quo caſu Trebellianica
34 videtur poſſe deduci, † ſecundum Roman. conſil.
206.num.7. Alexand.in d.l. Marcellus.3.in princ.
num.7.& ibi Iaſ.num.34.in fin.ff.ad Treb.Cagn.
in l. Papinianus.8.§.meminiſſe.num.18.ff.de inof-
fic.Gabr.d.lib.4.tit. Ad Trebell.concl.11.num.5.
Craſſ.in d.§.Trebellianica.quæſt.6.num.3. Pereg.
de fideicom. d. artic. 3. num. 65. quia reſpondeo
in caſu noſtro ſuperuacuum eſſe de hac re di-
ſputare, quia, cum primus ſubſtitutionis gra-
dus ſit caducatus; & reſtitutio ſit immediatè
facienda Hoſpitali, ſecundo loco vocato, ſu-
35 mus extra caſum prædictæ diſputationis, † vt
in terminis declarat Curt.iun.omnino videndus in
conſil.120. num. 14. Nam Dd. qui de hac re di-
ſputant, ſupponunt reſtitutionem fieri primo
vocato, & aiunt in tali reſtitutione poſſe filiū
detrahere Trebellianicam; quia vocatus non
habet illud priuilegium, nec poteſt allegare
priuilegium piæ cauſæ, cum ſit incertum, nun-
quid bona ſint ad eam peruentura, vti videre
eſt, apud eos, quos allegauimus ſupra numer. 34.
Cœterùm, cum reſtitutio ſit piæ cauſæ non
negant, quin ceſſet, detractio Trebellianicæ,
adeò, vt dicant eam ceſſare etiamſi reſtitutio
36 fiat mediatè, † vti videre eſt apud Roman.d.conſ.
206.num.7. Alex.in d.l. Marcellus. 3. in princip.
num.6.& ibi Iaſ.num.34.ff.ad Treb.Cagn. in d.l.
Papinianus.8. §. meminiſſe.num. 18.ff. de inoffic.
Gabr.d.tit.ad Treb.concl.11.num.4.Decia.d. con-
ſil. 44. num. 90. & conſil. 120. num. 23. volum.3.
Craſſ.in d.§.Trebellianica.quæſt.6.num 3. Pereg.
d.artic.3.num.64. quia non debet inſpici perſo-
na cui primo relinquitur, ſed ea, ad quem effe-
37 ctu bona peruenire debent. † l. Auia.76.§. Ti-
tio.ff.de condit. & demonſtr. l. cum dotem maritus.
57.ff.ad leg.Falc.l.cogi.16.§.hi qui ſolidum. ff. ad
Treb.l.3.§ ſed ſi proponas.ff. de leg.præſt. Quini-
mò etiam in ſuperiore caſu, cum ſcilicet du-
bium eſt, an bona ſint ad piam cauſam per-
uentura, frequentiùs fatentur poſſe quidem
detrahi Trebellianicam, ſed media cautione
de ea piæ cauſæ reſtituēda, ſi bona ad eam per-
38 uenerint, † ita enim ſcribunt Alex.in d.l. Mar-
cellus.3.in prin.num.7.ff.ad Treb.Ruin.conſ.135.
num.8.volum.3.Gabr.d.tit.ad Treb.concl. 11. nu.
8. Honded.conſil.64. num. 70. volum. 1. vbi refert
ita fuiſſe iudicatum, & Pereg.d. artic.3. num. 66.
in fin. vbi licet ſupponat ſe vidiſſe variè ſuper hoc
iudicari, ipſe tamen hanc opinionem vti veriorem
probat, Itaque ex hoc patet omnimodo ceſſa-
re Trebellianicę detractionem quoties reſtitu-
tio ſit piæ cauſæ, etiamſi mediatè fiat, & mul-
tomagis ſi immediatè prout in caſu noſtro.
Sed hæc ex abundanti dicuntur in caſu noſtro,
quia, cum Hoſpitale non poſſit petere, niſi di-
midiam, & altera dimidia maneat apud hære-
des grauati ſuperuacuum eſt de Trebellianicæ
detractione diſputare, cum filius etiamſi de-
trahat vtranque quartam, non poſſit, niſi di-
midiam hæreditatis retinere, quod clariùs pa-
tebit ex ijs, quæ dicam in ſequenti dubitatio-
ne, vbi tollam id vnum, quod videtur huic con
cluſioni refragari.

Quarta igitur, atque poſtrema dubitatio eſt,
nunquid illa pars dimidia, quæ propter mor-
tem filiorum D. Baptiſtæ facta eſt caduca nec
accreuit Hoſpitali, ſed remanſit apud hære-
dem, debeat illi imputari in legitimam; nam

in

ſu Trebellianicam, ſi poſſet detrahi, quin debeat imputari, nulla eſt dubitatio. Et puto ſine dubio debere imputari, quia certi iuris eſt, in legitimam imputari ea omnia, quæ capiun-
39 tur iure hæreditario. † *l. omnimodo, 30. in princ. C. de inoffic. teſtam. §. vlt. inſt. eod. §. 1. Auth. de triẽ. & ſem. coll. 3. & tradunt omnes in l. in quartam, 90. ff. ad leg. Falcid. & in l. filium quem habentem, 24. C. famil. erciſ.* Cum igitur pars fideicommiſſi, quæ manet apud hæredem, capiatur iure hæreditario, vt capiuntur omnes retentiones, ideſt legata, & fideicommiſſa, quæ propter aliquam cauſam, puta propter mortem, aut repu-
40 diationem non præſtantur. † *l. id autem. 75. §. vlt. ff. ad leg. Falc.* Conſequens eſt, vt debeat in legitimam imputari.

Nec eſt, quod quiſquam obiiciat, hoc procedere, ſi capiatur tempore mortis teſtatoris, ad
41 quod legitimæ computatio refertur, † *l. cum quæritur. 6. & Auth. nouiſſima, & ibi not. omnes. C. de inoffic. teſtam. l. vlt. ff. ſi quid in fraud. patr.* ſecus verò, ſi poſteà capiatur, vt capi videtur hæc pars, quippè, quæ tempore mortis teſtatoris erat ſubiecta fideicommiſſo, & non remanſit apud hæredem, niſi ex poſt facto, ideſt, quo tempore filij Dom. Baptiſtæ Sereni viuo grauato deceſſerunt, quia ad hanc obiectionem, in qua ſola credo partem aduerſam ſuæ intentionis fundamentum conſtituturam, reſpondeò magnum illam æquiuocum continere: nec enim verùm eſt, partem hanc hæreditatis, quæ propter caducatum fideicommiſſum manet apud hæredem, capi ab eo non tẽpore mortis teſtatoris, ſed ex poſt facto, quia verius eſt, imo, vt ingenuè fatear, iuris eſt indubitati, eam capi tempore mortis, ideſt eo tempore, quo filius ſuus hæres extitit patri: nam, quoties legatum, vel fideicommiſſum ſub conditione relinquitur, pendente conditione non ſeparatur ab hæreditate, ſed in ea continetur, ideoque hæres adeundo, vel, ſe immiſcendo hæreditati cõſequitur dominium etiam earum rerum, quæ ſub conditione lega-
42 tæ, vel per fideicommiſſum relictæ ſunt, † *l. ſi fur. 14. ff. de vſufr. l. 1. §. ſeruus. ff. ad Sylla. l. generaliter. 29. §. vlt. ff. qui, & a quib. man. l. ſi ſub conditione. 16. ff. quib. mod. vſuſf. am. l. non ideo minus, 66. ff. de rei vind. l. & poſt litem. 12. §. vlt. ff. fam. erc. l. in quantitate. 73. §. magna. ff. ad leg. Falcid.* adeò, vt interim, quaſi dominus poſſit eas alienare. *l. vlt. §. ſin autem ſub conditione. C. comm. de leg.* & quaſi confuſione extinguantur ſeruitutes, ſi quæ rebus illis à prædijs hæredis debebantur, vel contra *l. Papinianus. 18. ff. de ſeruit.* ſed ſi poſteà conditio venerit, & locum habuerit legatum, vel fideicommiſſum, tunc reſoluitur illud dominium, & transfertur in legata-
43 rium, vel fideicommiſſarium. † *d. l. ſi fur. 14. ff. de vſufr. l. ſi quis a multis. 14. §. vlt. ff. de noxal. d. l. 1. §. ſeruus. ff. ad Syllan. d. l. vlt. §. ſin autem ſub conditione. C. comm. de legat.* Quòd, ſi conditio legati, vel fideicommiſſi deficiat, aut pendente conditione moriatur legatarius, vel fideicommiſſarius, tunc non dicitur hæres aliquid acquirere, ſed retinere iam acquiſitum, quia re vera non præſtando legatum, vel fideicommiſſum retinet id, quod adeundo, vel ſe immiſcendo iam fuerat conſecutus, nec vnquam deſijt in ſuo dominio habere. Quamobrem huiuſmodi legata, vel fideicommiſſa reſpectu hæredis non dicuntur acquiſitiones, ſed reten-
44 tiones. † *l. in ratione. 11. in prin. ff. ad leg. Falcid.* & eodem ſenſu dicuntur apud hæredem mane-
45 re, ſiue remanere. † *l. vn. §. in 1. §. pr. 2. & §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cad. toll. l. Celſus. 29. in princ. ff. de leg. 2. l. id autem. 75. §. vlt. ff. ad leg. Falcid.* Non acquiruntur enim ſed retinentur, quia hæres non fit dominus, ſed dominus eſſe non deſinit, prout deſineret, ſi locum
46 habuiſſet diſpoſitio. † *d. l. 1. §. ſeruus. ff. ad Syllan.* Non dico autem huiuſmodi partes caducatas cenſeri in caſu noſtro iam ab initio quæſitas hæredi fictè, & per quandam retrotractionem, ſed verè, quia tunc fictioni, & retrotractioni locus eſt, quando legatum, vel fideicommiſſum eſt purum, & poſteà deficit repudiatione; nam, quia dominium re vera tranſiuit ipſo iure in legatarium, vel fideicommiſſarium, ſaltem ex die aditæ hæreditatis nũquam factum
47 hæredis, † *l. a Titio. 66. ff. de furt. l. ſeruum filij. 46. §. 1. l. ſi tibi homo. 88. §. cum ſeruus. ff. de leg. 1. l. ſeruo inuito 72. in princ. l. legatum. 82. ff. de leg. 2. l. 1. §. vtrum. ff. ſi quid in fraud. patr.* Ideò ſequens repudiatio non poteſt operari, vt hæres dici poſſit habuiſſe dominium verè, quia re vera fuit legatarij, vel fideicommiſſarij, ſed hoc ſolùm operatur, vt cenſeatur fuiſſe dominus fictè, & per quandam retrotractionem, quia, cum legatarius, aut fideicommiſſarius repudiat retrofingitur nunquam habuiſſe do-
48 minium. † *d. l. ſi tibi homo. 88. §. cum ſeruus. ff. de leg. 1. d. l. 1. §. vtrum. ff. ſi quid in fraud. pa.* perindè ac ſi res illi non fuiſſet legata, aut per fi-
49 deicommiſſum relicta. † *l. legatarius. 38. §. vlt. ff. de leg. 1. l. id autem. 75. §. vlt. ff. ad leg. Falc. l. nam ſicut. 36. in prin. ff. ad leg. Aquil.* & dominium illud retrofingitur fuiſſe hæredis ex die aditæ
50 hæreditatis. † *l. proindè. 8. ff. ſi cert. pet. d. l. ſeruum filij. 46. §. 1. ff. de leg. 1. d. l. nam ſicut 36. in princ. ff. ad leg. Aquil. l. ſi hæres. 3. ff. de manu. vind. l. ſi miles. 32. ff. de mil. teſtam. l. 2. ff. de manu.* Cæterùm, quando (prout in caſu noſtro) legatum, vel fideicommiſſum eſt conditionale, & ante conditionis euentum moritur legatarius, aut fideicommiſſarius, & ſic deficit relictum, non eſt opus fictione, vt hæres iam ab initio cẽſeatur habuiſſe dominium, quia, cum adeundo verè conſequatur dominium omnium rerum
51 hæreditariarum. † *l. ſi ager. 51. ff. de rei vind. l. hæres. 37. ff. de acquir. hær.* & per conſequentias etiã rerum ſub conditione legatarium, vel per fideicommiſſum relictarum, quippè, quæ interim in hæreditate ſunt, *vt ſupra dictum eſt*, Cõſequens eſt, vt non poſſit dici illud habuiſſe fi-
52 ctè, quia ceſſat fictio, vbi adeſt veritas, † *l. filio, quem pater. 23. ff. de lib. & poſthum.* Itaque ex hoc apparet fideicommiſſum conditionale, & poſteà caducatum debere in legitimam imputari, quia capitur à filio iure hæreditario non tẽpore caducitatis, ſed tempore mortis patris, Quod etiam ea ratione confirmatur, quia huiuſmodi legata, & fideicommiſſa conditionalia, quæ poſteà deficiunt, imputantur in falci-
53 diam. † *l. in quantitate. 73. §. magna. ff. ad leg. Falcid.* vtpotè in quam imputantur omnes reten-
54 tiones, & omnium temporum, † *l. in ratione. 11. in princ. l. ſi a ſeruo. 20. l. in ratione. 30. §. vlt. l. non eſt dubium. 50. & l. ex aſſe. 52. §. quæcunque. ff. ad leg. Falcid.* Ergò multo magis debent imputari in legitimam, quia multo plura in hanc, quam

in il-

in illam imputantur. Nam in legitimam impu
tantur legata fideicōmiſſa, & donationes cau-
55 ſa mortis, † *l. omnimodo. 30. in prin. C. de inoffi. te-
ſta. §. vlt. inſt. eod. §. 1. auth. de trie. & ſem. coll. 3.* quę
56 tamen non imputant̃ in falcidiam, † *l. in quar-
tam. 90. vbi Bart. & alij paſſim. ff. ad leg. Falc.* pro-
57 pterea, quod falcidia, vt quota hæreditatis, † *l.
1. §. 1. ff. ad leg. Falc.* debet capi tota iure hæredi-
58 tario, † *l. quod autem. 74. & d. l. in quartam. 90. ff.
ad leg. Falc.* Legitima verò, vt quota bonorum,
59 † *l. Papin. 8. § quarta. ff. de inoff. coniuncta. l. ſub-
ſignatum. 39. § bona. ff. de verbor. ſign. & ſcribunt
Bart. in l. ex facto. 35. nu. 2. ff. de hær. inſt. Alex. in
l. ita tamē. 27. § ſi patronus. nu. 2. ff. ad Treb. Iaſ. in
auth. nouiſſima. nu. 3. C. de inoffi. Mantic. de coniec.
vlt. vol. li. 7. tit. 8. nu. 5. Craſſ. in §. legitima. q. 1. nu.
2. verſ. alij,* debet quidem haberi iure inſtitutio-
60 nis, † *§. aliud quoque capitulum Auth. vt cum de
app. cog. coll. 8. & ſcribunt gl. in d. auth. nouiſſima
in verb. titulo, & ibi Bar. n. 1. Iaſ. nu. 13. C. de inoff.
teſt. Bal. in l. quoties. 13. nu. 3. & ibi Alex. nu. 4. C.
de hær. inſt. Cag. in auth. ex cauſa. n. 3. C. de lib. præ-
ter. Clar. in § teſtamentum. q. 38. nu. 1. Craſſ. in §.
legitima. q. 33. nu. 1. & in § teſtamentum. q. 35. nu.
3.* ſed non iure hæreditario. Itaq; poteſt capi
iure legati, fideicommiſſi, vel donationis cau
ſa mortis, *vt dictum eſt,* dūmodo filius ſit in ali-
61 qua re particulari etiam minima inſtitutus, † *§.
hæc autem diſpoſuimus verſ. cæterum. Auth. vt cum
de app. cog. coll. 8. & ſcribunt glo. in l. ſi quis priore.
29. in verb. ex certis, & ibi Alex. nu. 3. ff. ad Trebel.
Caſtr. in l. omnimodo. 30. in prin. nu. 7. C. de inoffic.
Alex. in d. l. quoties. 13. nu. 4. & ibi Iaſ. nu. 5. verſic.
vlt. Bar. C. de hær. inſt. Soc. iun. in rub. ff. de leg. 1. nu.
83. verſ. aliquando, & 2. Craſſ. in §. inſtitutio. q. 22.
num. 5.* Et ita in omnibus ſupradictis dubitatio-
nibus iuris eſſe concludo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

In eadem cauſa.

CONSILIVM LXXXV.

ARGVMENTVM.

An, & quando caduca, vel ea, quæ capiuntur iure accreſcendi, aut iure ſubſtitutionis, debeant in legitimam imputari.

SVMMARIVM.

1 *Legitimæ, quod eſt imputandum, debet capi tempore mortis.*
2 *Legitima non recipit dilationem.*
3 *Legitimæ non imputantur ea, quæ filio relinquūtur in diem, vel ſub conditione.*
4 *Caduca perinde habentur, ac ſi nunquam fuiſſent relicta.*
5 *Imputationis in materia non attēditur retrotractio, ſeu fictio.*
6 *Legitimæ non imputātur lucra caſu obuenientia.*
7 *Legatum caducum reſpectu hæredis dicitur lucrum, Declara, vt nu. 28.*
8 *Iure accreſcendi, quod capitur, non imputatur in legitimam, Sed contra nu. 39. Declara, vt nu. 35. & ſeqq.*
9 *Accreſcere dicuntur hæredibus caduca, Sed contra nu. 30. & ſeqq.*
10 *Legitimæ non imputatur, quod capitur ex ſubſtitutione, Declara, vt nu. 44. & ſeqq.*
11 *Ius accreſcendi eſt veluti quædam ſubſtitutio.*
12 *Caduca non imputantur in legitimam, ſi caducitas interuenit poſt mortem teſtatoris, ſecus ſi ante, ſed contra nu. 51.*
13 *Imputari, vt aliquid debeat in legitimam, quæ requirantur, & nu. ſeq.*
15 *Caduca remanent apud hæredem iure inſtitutionis, ſiue hæreditario.*
16 *Ius accreſcendi prouenit ex tacito iudicio teſtatoris.*
17 *Mortis tempus ſpectatur in legitima, & verò etiā in Falcidia. nu. 18.*
19 *Legata non imputantur in Falcidiam.*
20 *Legata imputantur in legitimam.*
21 *Retentiones omnium temporum imputantur in falcidiam.*
22 *Legata, & fideicommiſſa conditionalia, quæ deficiunt, imputantur in Falcidiam.*
23 *Subſtitutio caduca pro non facta habetur.*
24 *Paria ſunt aliquid initio relictum non eſſe, vel poſtea defeciſſe.*
25 *Relicta conditionalia ante euentum conditionis non acquiruntur.*
26 *Caduca, quando hæredi cenſeantur acquiſita initio verè, & quando fictè.*
27 *Fictio ceſſat, vbi adeſt veritas.*
29 *Lucrum videtur, quod non adimitur, cum adimi potuerit.*
31 *Portio portioni accreſcit.*
32 *Portio non accreſcit ei, qui portionem non habet*
33 *Ius accreſcendi non habet locum inter fideicommiſſarios vniuerſales, qui nullo coniūctionis nexu iunguntur.*
34 *Iure non decreſcendi, quod capitur, debet imputari in legitimam.*
40 *Declaratur. l. ſcimus. 36. §. repletionem. C. de inoff. teſtam.*
41 *Exempla, licet non reſtringant regulam, declarant tamen, in quibus terminis ea procedat.*
46 *Subſtitutionem per pupillarem ſuccoditur pupillo non teſtatori.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

IN cauſa Vener. Hoſpitalis non puto mihi amplius laborandum ſuper tribus primis dubitationib. vtpotè in quibus poſt multas altercationes concedunt tandem aduerſarij, vera eſſe, quæ diximus in reſponſo. At ſuper quarta dubitatione ideò ſcribendum adhuc eſt, quia, quæ ibi diximus, deducuntur ab aduerſarijs in controuerſiam: nam (ſecundum eos) verùm non eſt, dimidiam fideicommiſſi partem, quæ mortuo pendente conditione vocato facta eſt caduca, debere in legitimam imputari.

Primò, quia non ſufficit, aliquid capi ex ſub-
ſtantia patris, & ex eius iudicio, ſeu prouiden-
tia, vt in legitimam imputetur, ſed debet capi
1 tpe mortis eius, alioquin, ſi poſt, nō imputabit̃
† *vt ſcribunt Pariſ. cōſ. 56. nū. 19. uol. 3. Ceph. conſ.
183. num. 25. Fumagio. in l. in quartam. 90. nume.
375. ff. ad leg. Falc.* quia legitima non patitur di-
2 lationem, ſed ſtatim debet haberi, † *l. quoniam
in prioribus. 32. & l. ſcimus. 36. §. cum autem. C. de
inoffi. teſta. & ſcribunt Bald. in d. l. ſcimus. in princ.
nu. 7. Pic. in d. l. in quartam. nu. 203. & ibi Rip. nu.
218. Pereg. de fideic. artic. 36. nu. 113. & 116.* Itaq;
ſi tempore, quo pater morit̃, non hēt filius inte-
grā legitimā ex ipſius ſubſtātia, dēt ſtatim fieri

repletio ex rebus hæditarijs nõ expectato euen
tu, in quẽ fortaſſis collata eſt alterius rei acqui-
ſitio. Vnde fit, vt ea, quę filio relinquunt in diẽ,
vel ſub conditione, in huiuſmodi quartam nõ
3 imputentur, † *vt eſt de mente Bal. in d. l. ſcimus. 36.*
in prin. nu. 6. C. de inoffi. teſt. & Rip. in d. l. in quar-
tam. nu. 219. & ibi Fumag. nu. 375. & ſeq. expliciè
ſcribit Pereg. d. art. 36. nu. 112. Cùm igitur dimi-
diam fideicommiſſi partem, quæ per mortem
vocati facta eſt caduca, non habuerit filius tẽ-
pore mortis patris; Conſequens videtur, vt ea
non debeat in legitimam imputari.

Nec obſtat, ſi dicatur, imò filium cenſeri eã
habuiſſe tempore mortis, quia, quoties ex poſt
facto relictum fit caducum; perindè habetur,
ac, ſi nunquam fuiſſet relictum, ſed ſemper in
4 hæreditate, ſeu apud hæredem remanſiſſet. † *l.*
nec intereſt 51. *& l. id autem. 75. in fi. ff. ad leg. Falc.*
quia videtur poſſe reſpõderi, id fieri per retro-
tractionem, ſeu fictionem, quæ in hac imputa-
5 tionis materia non attenditur, † *vt ſcribit Pereg.*
d. artic. 36. num. 117.

Secundò videtur hoc ipſum ea ratione con
firmari, quia lucra obuenientia caſu non impu
6 tantur in legitimam, † *d. l. ſcimus. 36. §. repletionẽ,*
& ibi not. Bald. nu. 8. C. de inoffi. teſtam. Pic. in d. l.
in quartam, num. 2‑3. Sed pars poſteà facta ca-
duca eſt lucrum poſteà obueniens: lucrũ enim
7 dicitur, † *in l. vnic. §. ſed, vt manifeſtetur. C. de cad.*
toll. & obuenit caſu, ideſt propter mortem vo-
cati. Non debet igitur in legitimam impu-
tari.

Tertiò confert, quia id, quod capitur ex iure
8 accreſcendi non imputatur in legitimam, † *d.*
l. ſcimus. 36. §. repletionem, & ibi not. Caſtr. num.
12. *Iaſ. n. 10. C. de inoffi. teſt. & ſcribũt Fumag. in d.*
l. in quartam. nu. 357. Pereg. d. artic. 36. nu. 112. &
117. Sed pars caduca capitur ab hęrede iure ac-
creſcendi, cum accreſcere dicantur hæredibus
ea, quæ non capiuntur à legatarijs, vel fideicõ-
9 miſſarijs, † *l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto,*
& ibi Iaſ. num. 9. C. de teſtam. Alcia. lib. 4. Parad. c.
9. *nu.* 2. Non debet igitur in legitimã imputari.

Quartò confirmatur hoc ipſum ea ratione,
quia, quod capitur ex ſubſtitutione non impu-
10 tatur in legitimam, † *d. l. ſcimus. 36. § repletionẽ,*
Sed huiuſmodi pars capitur ex ſubſtitutione,
cũ capiatur ex iure accreſcendi, quod eſt quæ-
11 dam ſubſtitutio, † *l. ſi Titio. 63. §. fin. ff. de leg.* 2.
Non debet igitur in legitimam imputari.

Quintò, & vltimo videtur hæc pars cõpro-
bari authoritate Pereg *d. artic. 36. num.* 112: qui
in terminis portionis deficientis, ſeu caducatæ
12 loquens, ſcribit † eam non imputari in legiti-
mam, ſi non eſt caducata in vita teſtatoris, vt
caducata non eſt ea, de qua nos diſputamus.

Prædictis tamen non obſtantibus, prout re
vera non obſtant, perſiſto adhuc in ſententia,
quam in reſponſo probaui, & eam puto veriſ-
ſimam, imo (ni fallor) indubitatam, quia ſecũ-
dum regulas, & principia iuris ciuilis verũ eſt,
relicta conditionalia propter defectum condi
tionis, aut mortem vocati caducata debere à
grauato in legitimam imputari.

Primùm enim in iis concurrunt ea omnia,
quæ requiruntur ad hoc, vt aliquid in legitimã
imputari debeat. Nam, cum tria requirãtur, res,
cauſa, tẽpus, res, quatenus id, quod imputatur,
13 debet capi ex ſubſtantia patris non extra, † *d. l.*
ſcimus. 36. §. repletionẽ. C. de inoffi. teſta. & ſcribunt
Bar. in d. l. in quartam. 90. nu. 10. & ibi Ang. nu. 3.
verſ. ſed eſt videndum, Socin. nu. 111. vbi ait, hanc
cõcluſionẽ, ſicut eſt veriſſima, ita & cõiter approba-
ri, & Pic. nu. 173. Rip. nu. 34. Alc. nu. 33. Bereng.
c. 3. nu. 65. & Fumag. nu. 350 ff. ad leg. Falc. Craſſ.
in §. legitima. q. 20 nu. 1. verſ. cæterum, & Pereg. d.
art. 36. nu. 104. Cauſa verò quatenus debet capi
14 indicio teſtatoris, non caſu. † *d. l. ſcimus. 36. §. re-*
pletionem, & ibi Bal. nu. 8. C. de inoffi. teſta. Tempus
demum, quatenus debet capi tempore mortis
patris, non poſt, *vt ſupra dictum eſt*, hic omnia
concurrunt: Primum enim huiuſmodi pars ca-
pitur ex ſubſtãtia patris, cum ſit dimidia pater-
nę hæreditatis, quam teſtator per fideicõmiſſũ
reliquerat filijs D. Io. Baptiſtæ Sereni. Secundo
verò capitur ex iudicio teſtatoris, quia, cum eã
filius, idemq; hæres retineat iure inſtitutionis,
ſiue hæreditario, vt retinet omnia legata, & fi-
15 deicommiſſa, quæ deficiunt, † *l. id autẽ. 75. verſ.*
qua ratione ff. ad leg. Falc Conſequens eſt, vt eã
cenſeatur capere ex iudicio teſtatoris. Quin-
mò, licet verum eſſet, quod ſupponit aduerſa-
rij, huiuſmodi partem ad filiũ pertinere per ius
accreſcendi (quod tamen à verò alienum eſt,
vt infra demonſtrabo) adhuc tamen verũ eſſet
capi ex iudicio teſtatoris, vtpotè ex quo ſolum
16 tacito ius accreſcendi proficiſcitur, † *vt ſcri-*
bunt glo. in l. ſi Titio 63. §. Iulian. in verb. cum one-
re ſuo. ff. de leg. 2. Bart. in l. ſi in teſtamento. 5. & ibi
Ang. verſ. in tex. ibi, & Caſtr. nu. 2. Alex. nu. 4. Iaſ.
nu. 5. ff. de vulg. Soc. iun. conſ. 139. num. 23. & 25.
vol. 1. Ceph. conſ. 59. num. 18. & 19. Decia. conſ. 40.
nu. 11. vol. 1. Natt. conſ. 463. nu. 15. Crau. cõſ. 766.
nu. 4. Tertiò demum capitur tempore mortis
patris, quia eo tempore filius extitit hæres etiã
eius patris, quam ſub conditione grauatus eſt
alij reſtituere, & ideo caducitas poſteà ſuper-
ueniens nõ effecit, vt rem poſteà acquirat, ſed,
vt non amittat, *ſicuti latius demonſtraui in reſpõ-*
ſo. Tanquam igitur interuenientibus omnibus
requiſitis ad imputationẽ debet ei locus eſſe.

Secundò verò valet argumentum à Falci-
dia ad legitimam, quoties par eſt vtriuſque ra-
tio, vt eſt in caſu noſtro; Nam, quemadmo-
17 dum in legitima ſpectatur tempus mortis † *l.*
cum quæritur. 6. Cod. de inoffic. teſtam. l. vlt. ff. ſi
18 *quid in fraud. patro.* ita etiam in Falcidia. † *l. in*
quantitate 73. in princip. ff. ad leg. Falcid. Imo
maior eſt ratio imputandi in legitimam, quam
in falcidiam, cum multo plura in illam, quam
in hanc imputentur: legata enim non impu-
19 tantur in Falcidiam, † *l. in quartam 90. ff. ad leg.*
20 *Falcid.* & tamen imputantur in legitimam, † *l.*
omnimodo. 30. in princip. Cod. de inoffic. teſtam. §.
vlt. inſtit. eodem. Cum igitur in Falcidiam im-
putẽtur omnes omnium temporũ retentiones,
21 † *l. in ratione 11. in princip. l. ſi a ſeruo. 20. l. in*
ratione 30. §. vlt. l. non eſt dubium. 50. l. ex aſſe. 52.
§. quacunque, & l. id autem 75. verſ. qua ratione.
ff. ad leg. Falcid. & in ſpecie imputentur legata,
& fideicommiſſa conditionalia, quæ defi-
22 ciunt, † *l. 1. §. interdum verſic. idem dicitur. l. ſi*
propter. 53. ff. eodem. Conſequens eſt, vt multo
magis debeant imputari in legitimam.

Tertiò ſubſtitutio caduca pro non facta ha-
23 betur: † Paria enim ſunt aliquid initio reli-
24 ctum non eſſe, vel poſteà defeciſſe, † *d. l. nec*
intereſt. 51. dict. l. id autem. 75. in fin. ff. ad leg.
Falcid. Sed, ſi teſtator ab initio non, niſi di-
midiam hæreditatis partem fideicõmiſſo ſub-
iecisset,

iecisset,

ieciſſet, ſine dubio nõ eſſet tractandum dede-
tractione legitimæ, quia filius haberet alteram
dimidiam, quæ legitimam excedit. Nec igi-
tur de ea tractari debet, quoties, vt in caſu no-
ſtro, dimidia fideicommiſſo ſubiecta ex poſt
facto defecit.

Neque obſtant contraria: Ad primum enim
reſpondeo, id ꝓcedere in ijs, quę re vera ex poſt
facto acquiruntur. vt ſunt ea, quæ ſub condi-
tione fuerunt relicta filio, quippè, quæ ante
25 conditionẽ non acquiruntur, † *l. ſi ita ſcriptum.*
46. §. ſi ſub conditione. ff. de leg. 2. At nos tracta-
mus de ijs, quæ re vera fuerunt acquiſita filio
tempore mortis, quia, cum purè fuerit in tota
hæreditate inſtitutus, ſine dubio agnoſcendo,
ſeu ſe immiſcendo conſecutus eſt dominium
omnium rerum hæreditariarum, Et, licet fue-
rit ſub conditione grauatus reſtituere dimidiã
filijs Dom. Ioan. Baptiſtæ Sereni, & alteram
dimidiam Hoſpitali, non ideò tamen minus
cenſetur agnoſcendo vtriuſque partis domi-
nium acquiſiuiſſe, cũ legatum, vel fideicom-
miſſum conditionale non impediat, quin in-
terim hæres fiat dominus, & ideò, ſi poſtea reli-
ctum fiat caducum, vel propter defectum cõ-
ditionis, vel propter mortem honorati pen-
dente conditione contingentem, non dicetur
hæres acquirere, quia acquiſitio facta eſt, quo
tempore agnouit hæreditatem, ſed dicetur ac-
quiſitum retinere eo ipſo, quod alijs id reſti-
tuere non compellitur, *ſicuti latè demonſtraui-*
mus in reſponſo.

Nec dicas huiuſmodi acquiſitionem eſſe fi-
ctam nõ veram, ſi ſpectemus initium, quia ve-
46 rius eſt, Imò eſſe veram: Nam † tunc acquiſi
tio inſpecto initio eſt ficta, cum relictum eſt
purum, ſcilicet, quia dominium transfertur
ſtatim in legatarium, vel fideicommiſſarium,
ſed, ſi poſteà repudietur, retrofingitur ſemper
fuiſſe hæredis ex die aditæ hæreditatis. Itaque
in hoc caſu verùm eſt, hæredem initio non
fuiſſe dominum verè, ſed fictè, ſcilicet per re-
trotractionem. At, quoties relictum eſt con-
ditionale, quia interim hæres fit dominus ve-
rè, ideò, ſi poſteà deficiat, non dicetur acqui-
rere dominium fictè, quia ceſſat fictio, vbi ad-
27 eſt veritas † *l. filio, quem pater. 23. ff. de liber. & po-*
ſthum. Quinimò (quod diligenter animaduer-
tendum puto) etiamſi fideicommiſſum fuiſſet
purum, adhuc tamen in caſu noſtro hæres cen-
ſeretur fuiſſe dominus initio verè, non fictè;
Quod enim dicitur in puris relictis interueniẽ-
te repudiatione retrofingi hæredem fuiſſe do-
minum initio, ideſt ex die aditæ hæreditatis,
procedit in relictis particularibus, in quibus
dominium trãſfertur ipſo iure in legatarium,
vel fideicommiſſarium; Nam, cum id ante
repudiationem re vera fuerit legatarij, vel fi-
deicommiſſarij, non poteſt repudiatio ſe-
quens operari, vt hæres id cenſeatur habuiſſe
verè, cum duo eiuſdem rei inſolidum domi-
ni eſſe nequeant. *l. ſi vt certo. 5. §. ſi duobus vehi-*
culum. ff. commod. ſed poteſt tantum operari, vt
id cenſeatur habuiſſe fictè, ideſt per retrotra-
ctionem. At, quoties fideicommiſſum eſt
vniuerſale, vt eſt id, de quo tractamus, quia
dominium per aditionem acquiritur hæredi,
nec transfertur in fideicommiſſarium, niſi fa-
cta reſtitutione. *l. facta. 63. in princ. ff. ad Trebel.*
ideo, ſi poſteà repudietur fideicommiſſum, &
hoc modo reſtitutio amplius non fiat, non
dicetur hæres id habuiſſe initio fictè. ſed ve-
rè, non minus, quam ſi ſub conditione fuiſſet
grauatus.

Ad ſecundùm verò reſpondeo, Primo par-
28 tẽ, quæ poſteà fit caduca, non dici lucrum, † re-
ſpectu acquiſitionis, ſed reſpectu retentionis:
lucrum enim videtur, quod non adimitur, cũ
29 adimi potuiſſet, † *vt ſcribit Cuiac. in l. ſi Seiæ.*
10. ff. de dot. præleg. & libr. vigeſimoquarto, obſer.
cap. 34.

Secundò reſpondeò negando, partem, quæ
facta eſt caduca, hæredi obuenire caſu, non
iudicio teſtatoris, quia, cum eam habeat iure
inſtitutionis, conſequens eſt, vt iudicio teſta-
toris eam habere cenſeatur, *ſicuti demonſtraui-*
mus in primo fundamento.

Nec obſtat, quod eam lucretur hæres propter
mortem fideicommiſſarij, & ſic fortuitò, ſeu
caſu, quia reſpondeo caſum non conſiderari
reſpectu acquiſitionis, ſed reſpectu retentio-
nis, vt dictum eſt de lucro: Nam, quia filius
fuit inſtitutus hæres vniuerſalis, ideo iudicio
teſtatoris acquiſiuit totam hæreditatem, ſed,
quia non poterat eam perpetuò retinere, ſed
debebat eam reſtituere fideicommiſſarijs, &
caſu, ideſt morte vnius factum eſt, vt non te-
neatur reſtituere dimidiam, ideò dicitur caſu
retinere, non acquirere.

Ad tertium reſpondeò multipliciter, & Pri-
mo, quæſtionem iuris accreſcendi non poſſe
ad caſum noſtrum adaptari, quia caduca per-
tinent ad hæredem iure inſtitutionis, non iure
30 accreſcendi: † Nam, cum iure inſtitutionis
conſequatur totam hæreditatem, & quicquid
in ea continetur, & caduca dicantur in hære-
ditate contineri, tanquam ea, quæ in hæredi-
tate manent, conſequens eſt, vt etiam ea cen-
ſeatur hæres capere iure inſtitutionis. Et ſanè
non poſſe ea conſequi iure accreſcendi patet
ex multis, & Primo ex eo, quia per ius accre-
31 ſcendi portio portioni accreſcit. † *l. ſi Titio. 39.*
in fin. ff. de vſufruct. l. ſi totam. 32. ff. de acquirend.
hæred. & ideò non accreſcit ei, qui portionem
32 non habet, † *vt ſcribunt Bart. in l. re coniuncti.*
87. num. 48. & ibi Iaſ. num. 193. ff. de leg. 3. Bald. in
l. vnic. num. 18. C. quand. non pet. part. Ang. conſ.
358. numer. 2. Gabr. conſil. 88. numer. 21. volum. 1.
Ceph. conſil. 59. num. 40. Crauet. conſil. 766. num. 6.
Hond. conſil. 2. num. 32. volum. 1. Surd. conſ. 244.
num. 4. Peregr. conſil. 58. num. 20. volum. 1. Atqui
hęres nullam fideicommiſſi portionem habet,
quia dimidia fuit relicta Hoſpitali, & altera di-
midia filijs D. Io. Baptiſtæ Sereni, hæredi vero
nulla fideicommiſſi pars relicta fuit, Imo etiã ſi
fuiſſet relicta, hoc tamen factum eſſet inutili-
ter, quia hæredi à ſemet ipſo fideicommiſſum
relinqui non poteſt, ne ſibi ipſi obligetur. *l. cum*
filiofam. 11. ff. de leg. 1. Nec quicquã facit, quod
habeat hæreditatem, quia habet hæreditatem
directam, quæ multum à fideicommiſſaria di-
ſtat. Non poteſt igitur pars fideicommiſſi ca-
ducata ad hæredem, qui nullam fideicom-
miſſi partem habet, per ius accreſcendi perti-
nere. Secundò in legatis, & fideicommiſſis
etiam vniuerſalibus locum non habet ius ac-
creſcendi, niſi inter eos, qui aliquo coniun-
33 ctionis nexu iunguntur, † *l. Lucius. 78. §. quæ*
habebat, & ibi Caſtr. verſ. ad ſecundum. ff. ad
Trebel. Iaſ. in d. l. re coniuncti, numer. 206. & ibi

Alcia. num. 49. *Curt. iun. conſ.*83.*num,*13.*Beret. conſ.*104.*num.*8. *Peregr. conſ.*32.*num,*2.*volum.*3.
& *Menoch.conſ.*528. *num.*21.Sed hæres, & fidei-
commiſſarius nulla coniunctione iunguntur.
Non poteſt igitur inter eos locum habere ius
accreſcendi. Tertiò ius accreſcendi ceſſat inter
eos,qui ſuccedũt diuerſo iure *l.ſed cũ patrono.6.
in prin.ff.de bon.poſſ.* Sed hæres, & fideicõmiſſa-
rius ſuccedunt diuerſo iure,cũ hæres veniat ex
iure inſtitutionis,fideicõmiſſarius verò iure fi-
deicõmiſſi,quæ iura multum inter ſe diſtãt, *tit.
C.de inſtit.& ſubſtit.ſeu reſtit.* Ergò inter eos non
poteſt eſſe locus iuri accreſcendi, & per conſe-
quentias argumentum ductum à iure accre-
ſcendi non facit ad propoſitum.

Secundò reſpondeo,dato etiam, quod quæ-
ſtio iuris accreſcendi poſſet ad ſpeciem noſtrã
accommodari,non tamen argumentũ in con-
trarium adductum officere, quia caduca non
pertinerent ad hæredem per ius accreſcendi;
ſed potius per ius non decreſcendi: Nam per
ius accreſcendi acquiritur, per ius verò nõ de-
creſcendi retinetur, cum ius non decreſcẽdi ſit
ius retentionis *l.vn.§.ubi autem legatarij verſ.ſin
verò nemo alius. C. de cad. toll.* Atqui hæres non
acquirit caduca,ſed retinet. Qua ratione cadu
ca dicuntur retentiones *l.in ratione.*11.*in princ.
ff. ad leg. Falc.* Ergò non conſequitur ea per ius
accreſcendi, ſed potius per ius non decreſcen-
di, quo iure,quicquid capitur,ſine dubio debet
34 in legitimam imputari,† *vt ſcripſerunt Bald.in
d.l.ſcimus.*36.*in princ.num.*7. *C. de inoffic. teſtam.
Fabia.in auth.nouiſſima.nu.*110.*C.de inoffic. teſt.
& Pereg.de fideicom.d.art.*36.*nu.*117.quia cadu-
citas ſuperueniens non operatur acquiſitionẽ,
quippè,quæ facta eſt initio,ſed operatur reten-
tionem, ideoque,cum res non cenſeatur acqui
ſita ex poſt facto, ſed initio, debet per conſe-
quentias in legitimam imputari, vt imputan-
tur cœtera omnia, quæ ex paterna ſubſtantia
filius initio acquiſiuit, *ſicut ſupra demonſtraui-
mus.*

Tertiò reſpondeò dato etiam, quod caduca
pertinerent ad hæredem per ius accreſcendi,
non per ius non decreſcendi, adhuc tamen de-
bere in legitimam imputari, quia, quoties ali
quid obuenit filio per ius accreſcendi, & quæ-
35 ritur,an id in legitimam imputari debeat,†va-
rij caſus diſtingui ſolent.

Primùs eſt, quando tractatur de iure accre-
ſcendi hæreditario.Et in hoc caſu fatentur om
36 nes debere id in legitimam imputari,† *vti vide-
re eſt apud Pereg.de fidei.d.art.*36. *nu.* 117. *verſ.ſi
autem.*

Secundùs verò caſus eſt, quando tractatur
de iure accreſcendi non hæreditario, & portio
facta eſt caduca viuo teſtatore. Et tunc ſimili-
ter omnes fatentur, debere portionem illã im-
putari in legitimã, propterea quod eam filius
37 habuit tempore mortis patris.† *Ita Pereg.d.art.
36.num.*112.

Tertiùs caſus eſt, quãdo tractatur de iure ac-
creſcendi non hæreditario, & portio facta eſt
caduca poſt mortẽ teſtatoris, ſed agitur de vſu-
fructu,puta, quia pater reliquit vſumfructũ fi-
lio & extraneo coniunctim,& poſt patris mor-
tẽ defecit extraneus, & ſic eius portio accreuit
filio.Et in hoc caſu cõiter omnes fatentur,non
38 eſſe locũ imputationi, † *vti videre eſt apud Pic.
in d.l.in quartã.*90.*nu.*203.*&* 267.*& ibi Soc.num.*147.*verſ.limitatur,& Bereng.c.*3.*n.*65.*&* 118.
*Polit.in d.l.filium, quem habentem.*24.*nu.*129. *C.
fam.erci.* quia legitima debet haberi in corpori-
bus hæreditarijs non in vſufructu. *d.l.ſcimus.*36.
§.repletionem.C.de inoff.teſt. Et ita intelligunt.*§.
repletionem.* Pic.Bereng. Polit. & alij.

Quartùs caſus eſt, quando tractatur de iure
accreſcendi nõ hæreditario, & portio facta eſt
caduca poſt mortẽ teſtatoris,ſed agitur de pro-
prietate rei propriæ ipſius,puta quia teſtator le
gauit coniunctim filio, & extraneo rem pro-
priam,Et in hoc caſu, licet plerique cẽſuerint,
non eſſe locum imputationi, *quos retulimus in
tertio fundamento contrario* eorum tamen opi-
nio fuit ab alijs magis communiter improba-
ta,quia verius eſt,etiam id, quod obuenit filio
per ius accreſcendi non hæreditarium, debere
39 in legitimam imputari,† *Ita cenſuerunt Bald.in
d.l.ſcimus.*36.*in prin.nu.*7. *C. de inoffic.teſta. Ang.
in d.l.in quartam.*90.*num.*3.*verſ.ego intelligo, &
ibi Pic.nu.*266.*Alcia.nu.*35.*verſ.ſubijcitur, Berẽg.
c.*3.*nu.*118.*ff.ad leg.Falc.Polit.in d.l.filium, quem*
24.*nu.*128.*& ſeq.C.fam.erciſ.Fabia.in d.auth.no-
uiſſima.nu.*110.*C.de inoffic. teſtam.*

Nec obſtat.*§.repletionem,l.ſcimus.* quia quod
40 ibi dicitur de iure accreſcendi †non eſt genera
le,ſed debet reſtringi ad eam ſpeciem accretio-
nis,quę ibi ſubijcitur nempè ad eã, quæ fit per
conſolidationem proprietatis cum vſufructu,
*vt declarant ibi glo.in uerb.accreſcendi, & Bald. in
prin.n.*7.*Ang in d.l.in quartam.nu.*3. *uerſ. ego in-
telligo. Alc.d.conſ.*179 *nu* 4 *uol.*5.*Fabia.in d.auth.
nouiſſima.nu.* 110. quæq; propriè non fit per ius
accreſcendi, ſcilicet quia,cum proprietarius,
& vſufructuarius non ſint coniuncti,nec eodẽ,
ſed diuerſo ſuccedant iure, Conſequens eſt, vt
propriè non poſſit inter eos eſſe locus iuri ac-
creſcendi, *ſecundum ea,quæ ſupra dicta ſunt.*

Nec obſtat quod id,quod ibi dicitur de vſu-
fructu,ponatur exempli gratia, vt patet ex illis
verbis, *ut puta uſuſfructus*,ideoque non debeat
reſtringere regulam, *ut in hac ſpecie conſiderat
Bal.in d.l.ſcimus.*36.*in prin.num.*7. quia reſpon-
deo,Primò illa verba plerunque poni demon-
ſtratiuè,non exemplificatiuè, *ut in l.iuriſgentiũ*
7.*§.quinimo ff. de pact. l.cum prætor.*12.*§.ſi quo-
que.ff.de iud.* *&* *alibi paſſim*, Et ita poni *in d.§.
repletionem, ut declarat Polit.in d.l.filium, quem.
nu.* 129. Secundò dato, quod ponantur exem-
plificatiuè, exempla, licet non reſtringant re-
gulam, declarare tamen in quibus terminis ea
41 procedat,† *ut eſt doctr.glo.in l.*2.*in uerb. ob aliud
ff.de priua.delict.& ſcribunt Paul.Oria. in l,* 1. *in
prin.nu.*35.*uerſ in propoſito ff.de off.eius, Polit. in
l.re coniuncti.*87.*num.*31.*ff.de leg.* 3. *Cagn. in l.* 1,
num. 12. *ff. de iuriſd.* & hac ratione demonſtra-
re, quod ibi dicitur de iure accreſcendi, non
eſſe intelligendum de iure accreſcẽdi proprio,
ſed tantum de improprio, per quod totum to-
ti acquiritur, non pars parti accedit, quia exẽ-
plum,quod ibi ſubijcitur, non continet ius ac-
creſcendi proprium.

Quintùs deniq; caſus eſt,quando retento eo-
dem themate tractatur de iure accreſcendi in
legato rei alienę.Et in hoc caſu, licet nonnulli
cenſuerint ceſſare imputationẽ,eo, quod legi-
42 tima debet capi de ſubſtãtia paterna,† *uti uide-
dere eſt apud Bereng.in d.l.in quartam.cap.*3.*num.*
118.*& eſt de mente Ang.in d.l.in quartam num.*3.
uerſ.ego intelligo. Ego tamẽ idem in hac ſpecie,
quod

Digitized by Google

quod in ſuperiore ſtatuendum cenſeo, quia le-
gatum rei alienæ effectu capitur de ſubſtantia
43 teſtatoris, † *vt ſcribunt Polit. in d.l.filium quem
num.126.Soc.iun.in d.l.in quartam.num.112.* & *
ibi Fumag. num. 266. Craſſ.in §. legitima. queſt.
20. num.* 4. cum hæres teneatur, vel redimere
rem, vel præſtare legatario pretium. *§. non ſo-
lum Inſt. delegat.*

Ex his infero in caſu noſtro, partem, de qua
tractatur, debere in legitimam imputari, etiãſi
pertineret ad hæredem per ius accreſcẽdi, tum
quia eſſet ius accreſcendi hæreditarium, eum
caduca dicantur manere in hæreditate, & hęre
ditario iure ad hæredem pertinere. *d.l. id autem
75.verſ.qua ratione.ff.ad leg.Fal.* tum etiam quia
non tractaretur de vſufructu, ſed de proprieta-
te, quæ ſecundum receptiorem ſententiam de-
bet in legitimam imputari, *ſecundum ea,quæ di-
ximus in quarto caſu.*

Ad quartum reſpondeò primo, maiorẽ non
44 eſſe indiſtinctè verã, ſed & ipſam recipere † va-
riorum caſuum diſtinctionem.

Primus enim caſus eſt, quando filius habuit
aliqd ex ſubſtitutione pupillari, puta, quia fuit
à patre impuberi filio eidẽq; fratri ſubſtitutus,
Et in hoc caſu verũ eſt, id, quod habuit ex hu-
iuſmodi ſubſtitutione debere in legitimã impu
45 tari.† *Ita ſcripſerunt. Alex.d.conſ.179.nu.4 vol.*
Pic.in d.l.in quartam,nu.203. & *265.* & *ibi Alc.
num.33.Bereng.c.3.nu.65.* & *117.* & *Fumag.nu.
365.* & *380. Polit. in d.l. filium quem num. 129.
Craſſ.in §.legitima.q.20.num. 2. Pereg. de fideicõ.
d.artic.36.nu.104.102.* & *115.* quia non habuit
illud ex ſubſtantia patris, ſed ex ſubſtantia fi-
46 lij, quippè cui per pupillarem ſucceditur † *§.1.
Inſt.de pupill.l.ſi ita ſcriptum. 8. §.qui filio.ff.de
bon.poſſ.ſec.tab.l.pater filio.54.ff.de hæred.inſt.l.2.
§.prius,verſ conſtat.l.ſi es,qui ex bonis 6.l.ſed ſi plu
res.10.§.ad ſubſtitutos.l.ſi plures,qui patri 12.* &
*l.ex duobus.34.ff.de vulgar.l.filius,qui ſe paterna.
41.* & *l.ſi pupillus paterna.42.verſic. impugnat.ff.
ff.de acquir.hered.l. precibus. 8. verſ. ſi vero. C. de
impub.* & *al.ſubſt.* Et ita intelligendus eſt *§. re-
pletionem; vt declarant Pic. Bereng. Fumagio.* &
Polit. in locis ſupra allegatis.

Secundus verò caſus eſt, quando tractamus
de ſubſtitutione vulgari, vel fideicommiſſa-
ria facta hæredi, Et in hoc caſu veriùs, & rece
ptius eſt, id, quod ex huiuſmodi ſubſtitutione
47 capitur debere in legitimam imputari, † quia
capitur ex ſubſtantia, & prouidentia patris, &
ſtatim, ſine ab initio, propterea, quod condi
tio pro quantitate legitimę reijcitur. *l.quoniam
in prioribus.32.* & *d.l.ſcimus.36.§.cum autem. C.
de inoffic.teſta.Ita ſcripſerunt Bart.in d.l.in quar-
tam,num.14.* & *ibi Ang.num.3.Pic.numer.264.
vbi ait, hanc concluſionem communiter eſſe rece-
ptam, Bereng.cap.3.num.115.* & *ſeq. Alcia. num.
35.Soc.iun.num. 148.ff. ad leg. Falc. Idem Bartol.
conſil.34.num.4.lib.1. Alex.d. conſ.179. numer.4.
volum.5.Iaſ.in d.l.ſcimus.36.in princ.num.10. C.
de inoffic.teſtam.Pereg.de fideicom.d.artic.36.num.*
48 *118.* Quòd tamen intelligo, † ſi vulgaris, vel
fideicommiſſaria ſit facta hæredi extraneo, vt-
potè in cuius præiudicium conditio reijcitur.
d.l.ſcimus. 36. §.cum autem. Cœterùm, ſi facta
ſit filio inſtituto in portione, quam eſſet ab
inteſtato habiturus, veriùs crediderim, non
reijci conditionem, ſed legitimam alteri filio,
eidemque ſubſtituto debitam eſſe ſtatum ſup-

plendam de reliquis bonis paternis, ideoque,
ſi poſteà veniat cõditio ſubſtitutionis id, quod
ex ea capietur, non imputabitur in legitimam,
quia filius id non habuit tempore mortis pa-
tris, ſed ex poſt facto. Et ita videtur ſenſiſſe
Bald. *in d.leg.ſcimus 36. in princ. num.6.Cod.de
inoffic. teſtam.* qui alioquin Bartolo videtur in
hac re fuiſſe contrarius: Nam, dum ait, ſi fi-
lius ſit inſtitutus in minori portione legitima,
& ſubſtitutus fratri, ſi deceſſerit ſine filijs, illud,
quod capit ex illa ſubſtitutione defuncto fra-
tre ſine filijs, non imputari in legitimam, quia
huiuſmodi fideicommiſſum pendet à condi-
tione, & legitima non recipit diem, neque
conditionem, loquitur apertè de ſubſtitutio-
ne facta filio, quo caſu vera eſt eius opinio, &
*probatur a Fabra. in Auth. nouiſſima. num. 111.
Cod.eod.Rip.in d.l.in quartam,nu. 218.* & *Perig.
d.artic.36.num.116.* cum alioquin Bartolus, li-
cet loquens ſimpliciter, poſſit, & debeat accipi
de ſubſtitutione facta extraneo, *ſecundum ea,
quæ ſupradicta ſunt.* Planè, ſi filius, cui fa-
cta eſt ſubſtitutio, eſſet inſtitutus in maiore
portione, quàm eſſet ab inteſtato habiturus,
aut in tota hæreditate, idem de eo quod de ex-
traneo eſſet dicendũ, quia reſpectu eius, quod
excedit portionem ab inteſtato contingentẽ,
reijcitur conditio pro quãtitate legitimæ alteri
filio, eidemq; ſubſtituto debitæ, ideoque quod
ex ea capietur debet in legitimam imputari.

Tertius deniq; caſus eſt, quando tractamus
de ſubſtitutione facta legatario. Et tunc, licet
plerique cenſuerint id eſſe filio imputandum
49 in legitimam, † *vti videre eſt apud Ang.in d.l.in
quartam.num.3.verſ.Ego intelligo,* & *ibi Bereng.
cap.3,num.118.* & *Soc. iun. numer. 147. qui teſta-
tur Bart.in hoc communiter reprobari,* & *ſequitur
etiam Polit. in dict. l. filium quem num. 128.* Ego
tamen contrariam opinionem de iure veriorẽ
50 arbitror, & ab ea, tamquam receptiore non
recedendũ in conſulendo, & iudicando: *Hanc
enim tenuerunt gloſſ. in d.l. ſcimus. 36.§. repletio-
nem, in verb.ex ſubſtitutione. Cod. de inoffic. te-
ſtam. Bartol. in dict leg.in quartam, nume. 14.* &
*ibi Alcia. num. 35. Idem Bartol.d.conſil.34 num.
4.lib.1. Iaſ. in dict.l.ſcimus in princip. numer. 10.
Pereg.d.artic. 36. num. 117.* quia ratio propter
quam debet in ſuperiore caſu fieri imputatio,
ceſſat in hac ſpecie: Non enim, vt in odium hę
redis, ita, & in odiũ legatarij, cui facta eſt ſub-
ſtitutio, cõditio reijcitur, quia non, vt hæres ita
& legatarius, debet legitimam ſupplere, *vt ibi
Alcia. declarat.* Et, licet pro tali ſupplemẽto poſ-
ſit filius etiam contra legatarios agere, hoc ta-
men verum eſt in ſubſidium, vbi ſcilicet de bo
nis hæreditarijs, nõ poteſt commodè legitima
ſuppleri, Nec tunc debet filius capere ſupple-
mentum in odium ſolius legatarij, cui fuit ſub-
ſtitutus: eſſet enim hoc iniquum, ſed debet id
capere in odium omnium legatariorum pro-
portionabiliter: Non diſtinguo autem, vtrum
ſubſtitutio facta ſit in legato rei propriæ teſta-
toris, an verò in legato rei alienæ, quaſi pri-
mo caſu debeat fieri imputatio, non etiam ſe-
cundo, *Quomodò diſtinguit Bereng.in dict. l. in
quartam.cap.3.num.118.ex mente Ang.ibi. nume.
3. verſ. Ego intelligo,* quia, licet aliàs, & maxi-
mè reſpectu dominij magna ſit inter hæc lega-
torũ genera differentia, in propoſito tñ nõ dif-
ferũt: nã & legatũ rei alienę effectu capitur de

Digitized by Google

ſubſtantia teſtatoris, *vti ſupra dictum eſt*, Ideo que huiuſmodi diſtinctio non poteſt aliquid ad effectum imputationis, vel includendæ, vel excludendæ operari.

Secundò reſpondeò minorem, & ipſam recipere diſtinctiones, quas recenſuimus in reſponſione ad tertiũ argumentum contrarium, quaſque non eſt neceſſe hic iterum referre.

Ad quintum denique reſpondeò, Peregr. ibi
51 tractare de ea caducitate, † quę facit locum iuri accreſcendi, & hoc dicere, portionem, quam filius habuit iure accreſcendi non imputari in legitimam, ſi portio caducata ſit poſt mortem teſtatoris, ſecus verò, ſi ante; At nos loquimur de caducitate, quæ facit locum retentioni, ſcilicet, quia ea interueniente hæres non reſtituit, ſed retinet partem hæreditatis initio acquiſitam, ideoq; debet eam imputare in legitimam, ſiue dicamus retentionem fieri iure inſtitutionis, vt eſt verius, ſiue etiam iure non decreſcendi, quia ſemper verum eſt, acquiſitionem eſſe factam initio. Deindè Peregr. ibi loquitur ſecundum opinionem Bar. quàm diximus eſſe frequentiùs improbatam. Et ita iuris eſſe concludo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro. Illuſt. D. Ioan. Thoma Monforto Foſſanenſi.

CONSILIVM LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti ex quibus coniecturis intelligantur vocati, Et ex quibus etiam coniecturis ſpes fideicommiſſi conditionalis trãſmittatur, Et, an, & quando filij poſiti in conditione, & ex coniecturis vocati cenſeantur etiam vocati ad portionem patrui.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione ſecundum multos cenſentur vocati.*

2 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi ex coniecturis conſtet talem fuiſſe voluntatem teſtatoris.*

3 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator ſit progreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, Maxime, concurrentibus alijs coniecturis. num. 4.*

5 *Filij poſiti in conditione ſub hac formula, Si deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, ſeu procreatis, cenſentur vocati.*

6 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator habuit rationem agnationis conſeruandæ.*

7 *Agnationis conſeruandæ rationem habuiſſe cenſetur teſtator, quoties maſculis deficientibus vocauit extraneum cum onere ſumendi nomen, & arma ipſius teſtatoris.*

8 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator extraneo, quem vltimo loco vocauit, iniũxit onus ſumendi nomen, & arma ipſius teſtatoris.*

9 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi teſtator expreſſim vocauit etiam filios ſubſtitutorum.*

10 *Filij poſiti in conditione, ſi non cenſentur vocati, non impediunt, quominus portio patrui pertineat ad remotiores ſubſtitutos.*

11 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi aliàs in portione patrui admitterentur remotiores.*

12 *Filij bis poſiti in conditione cenſentur vocati.*

13 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi ſubſtitutio ſit compendioſa.*

14 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati ex multis coniecturis ſimul iunctis, licet ſingula per ſe non ſufficerent.*

15 *Filij poſiti in conditione ex coniecturis cenſentur vocati etiam in teſtamento extranei.*

16 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur etiam in deſcendentes, Limita, vt numer. 18. & ſeqq.*

17 *Filij poſiti in conditione, & ex coniecturis vocati, cenſentur vocati ad portionem patris ſui, non etiam ad portionem patrui, Declara, vt nu. 26. 27. 28. & 39.*

18 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ex coniecturata voluntate teſtatoris.*

19 *Teſtator poteſt facere, vt id, quod non eſt tranſmiſſibile, tranſmittatur.*

20 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad filios, de quibus teſtator cogitauit, ſiue mentionem fecit ponendo eos in conditione.*

21 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad filios ſubſtituti proximioris, ſi teſtator nominatim vocauit etiam filios ſubſtituti remotioris.*

22 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, ne ſequatur abſurdum, quod admittatur remotior, & minus dilectus.*

23 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, ſi ab initio erat coniunctum cum iure accreſcendi.*

24 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, ſi teſtator habuit rationem agnationis conſeruandæ, etiam in tranſuerſalibus. nu. 25.*

29 *Subſtitutus cohæredi ſubſtituto cenſetur etiam ſubſtitutus inſtituto.*

30 *De filijs in conditione poſitis, & ex coniecturis vocatis idem iudicamus, quod de expreſſè ſubſtitutis.*

31 *Fideicommiſſi in reſtitutionem venit etiam portio, quam grauatus fuiſſet habiturus virtute ſubſtitutionis fideicommiſſariæ.*

32 *Caduca remanent apud grauatũ cum onere fideicommiſſi, quod fuerat iniunctum vocato.*

33 *Portio patrui facta caduca per mortem patris, eiuſdemque ſubſtituti, pertinet ad filios poſitos in conditione, & ex coniecturis vocatos.*

34 *Portio patris continet id omne, ad quod pater vocabatur, & quod ad eum potuiſſet pertinere ſiue iure inſtitutionis, ſiue iure ſubſtitutionis, nu. 35. & ſiue fuerit acquiſitum, ſiue non, num. 36. & 37.*

38 *Fideicommiſſaria ſubſtitutionis ſpes tranſit etiã ad ſubſtitutum ſubſtituto.*

Digitized by Google

FACTI SPECIES.

D. Thomas Monfortus anno 1578. die penultima Aprilis condidit teſtamentum, in quo inſtituit hæredes vniuerſales. DD. Carolum Monfortum, & Amedeum filios D. Ioan. Georgij Monforti ex æquis portionibus, deindè ſubſtituit in hæc verba. *Et morendo alcuno d'eſſi in qual ſivogli tempo ſenza figliuoli legitimi, & naturali di legitimo matrimonio procreati, in tal caſo detto Sign. Teſtatore à tal premoriente gli hà ſubſtituito, & ſubſtituiſce volgarmente, pupillarmente, & per fideicommiſſo quello delli due ſuperſtiti, al qual tirando le bolette, ò giocando alle ſorti darà la fortuna, & vincerà, come ſopra eſcluſo l'altro ſuperſtite dalla ſucceſſione di tal premoriente ſenza figliuolanza, come ſopra. Dichiarando però, che la ſopraſcripta inſtitutione, & ſubſtitutione non hauerà luogo in la perſona di chi foſſe Eccleſiaſtico beneficiato, qual vuole ſij da detta heredità, & beni, & ſubſtitutione eſcluſo. Et premorendo vn'altro delli ſudetti heredi ſenza figliuolanza come ſopra reſtante ſolamente vno delli prenominati heredi, vuole detto Sig. Teſtatore, che tal ſuperſtite ſucceda, come ſopra, ſubſtituendolo, come ſopra. Et morendo tutti li ſudetti heredi ſenza figliuolanza legitima, come ſopra, in tal caſo gl'hà ſubſtituito, & ſubſtituiſce volgarmente, pupillarmente, & per fideicommiſſo, come ſopra, ſenza, che ſi poſſi detraher coſa alcuna de gl'immobili il Capitano Gio. Mathia Monforte, e ſuoi figliuoli legitimi, & naturali, & il Sig. Strophino Monforte, & ſuoi figliuoli legitimi, come ſopra per equal portione, & per ſtirpe, & non per cappi. Et morendo tutti li ſubſtituti, come ſopra ſenza figliuolanza, come ſopra, in tal caſo ad eſſi hà ſubſtituito, & ſubſtituiſce, come ſopra quelli, quali veniranno di Sauoia, & Borgogna del cognome de Monforti, & quali vſano la medema arma de Monforti. Concio però, che fra eſſi s'habbi da tirar le bolette, & tirando, a chi toccarà la ſorte, tal vincitor ſij herede vniuerſale ſubſtituto, come ſopra eſcluſi gl'altri, come con in tal caſo quello, a chi toccarà la ſorte, lo ſubſtituiſce come ſopra.*

Ex ſupraſcriptis hæredibus inſtitutis D. Mōfortus ingreſſus eſt religionem, & conſequenter fuit excluſus ab hæreditate Teſtatoris ſecūdum verba teſtamenti. Itaque hæreditas inſolidum pertinuit ad DD. Carolum, & Amedeum, ex quibus Do. Carolus deceſſit relictis DD. Ioan. Thoma, & Ioan. Georgio filijs legitimis, & naturalibus, qui hæreditatem eius adierunt cum beneficio inuentarij.

Deniq; deceſſit D. Amedeus ſine filijs, & ab inteſtato. Quamobrem præfati DD. Ioā. Thomas, & Io. Georgius nepotes ex fratre hæreditatē eius adierūt pariter cū beneficio inuentarij.

Verùm, quia prędicti DD. Carolus, & Amedeus multa bona hæreditaria diſtraxerunt, & prætereà grande æs alienum contraxerunt, intendunt filij D. Caroli ex perſona propria reuocare alienata, & ſimul etiam recuſant ſolutionem æris alieni à prædictis hęredibus contracti ſub prętextu, ꝙ nihil ſit in eorum hæreditate, cum omnia bona ſint de hæreditate Domini Thomæ Monforti teſtatoris, quam dicunt ad ſe pertinere virtute fideicommiſſi ab eo cōſtituti, vnde quæritur, an eorum intentio ſit iuri conſona.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRO reſolutione propoſitæ controuerſiæ duplex eſt excutienda dubitatio, vna, nunquid filij Do. Caroli poſiti in conditione cenſeantur per fideicommiſſum vocati ad portionem patris ſui, Altera verò, an cenſeantur etiam vocati ad portionē D. Amedei patrui ſui.

Et in prima quidem dubitatione, quia de re tractatur, agitata, & exactiſſimè diſcuſſa à *Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. & 3. Ruſtic. in ſuo tract. an, & quando filij in condit. poſiti per tot. Theſ. deciſ. 96. Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 76. Pereg. de fideicom. art. 28. & alijs doctiſſimis viris*, ideò, ne rem actam agere videar, breuiter ea tantum referam, quæ ad huiuſce cauſæ deciſionem pertinere videbuntur.

Puto igitur in ſpecie propoſita filios Dom. Caroli poſitos in conditione cenſeri vocatos, & per fideicommiſſum patri ſuo ſubſtitutos, quia, licet aliàs hæc quæſtio ſit mirum in modum controuerſa, *vti videre eſt apud Dd. ſupra relatos*, & plerique ſcripſerint affirmatiuam eſ-
1 ſe veriorem, & receptiorem, † *vt Pariſ. conſil. 50. num. 37. & conſil. 66. num. 16. volum. 3. Soc. iun. conſil. 145. num. 35. volum. 3. Ceph. conſil. 251. num. 72. Decia conſi. 3. num. 47. conſil. 41. num. 23. volum. 1. conſ. 102. nu. 37. volum. 2. & conſ. 44. nu. 5. volum. 3. Mantic. d. lib. 11. tit. 2. num. 17. Burſat. conſ. 381. num. 21. Menoch. conſ. 152. num. 13. conſ. 775. num. 11. & de præſump. d. lib. 4. præſumpt. 76. num. 2. Pereg. conſil. 91. num. 28. vol. 1.* Circumſcripto tamē impręſentiarum articulo ſimplici conſtat haud dubiè cenſeri vocatos, quando ex coniecturis colligimus, talem fuiſſe volun-
2 tatem teſtatoris, † *vt ſcribunt Ruin. conſil. 111. nu. 14. conſ. 122. nu. 4. conſ. 158. num. 13. conſ. 160. num. 24. & conſ. 181. num. 10. vol. 2. conſ. 139. nu. 21. & conſ. 142. num. 10 vol. 3. Pariſ. conſ. 76. nu. 9. conſ. 77. n. 25. conſ. 78. n. 7. vol. 1. & d. conſ. 66. nu. 21. vol. 3. Cag. in l. 1. nu. 47. C. de pact. Ceph. d. conſ. 251. nu. 73. Decia d. conſ. 3. num. 48. d. conſ. 41. num. 23. volum. 1. conſ. 26. nu. 12. vol. 2. conſ. 34. nu. 117. & d. conſ. 44. nu. 8. vol. 3. vbi ait hanc eſſe communem, Mantic. d. lib. 11. tit. 2. num. 2. & 19. Peregr. d. conſ. 91. num. 30. vol. 1. Surd. conſ. 336. num. 3. Theſ. deci. 60. num. 3. & d. deciſ. 96. num. 8. vbi ait, hanc eſſe ferè omnium Dd. applauſu receptam declarationem, & Viu. deciſ. 262. num. 3.* In caſu autem noſtro multæ ſubſunt coniecturæ, quæ huiuſmodi mētem declarant.

Prima enim coniectura ſumitur ab eo, quod teſtator progreſſus eſt ad plures ſubſtitutionum gradus quæ res dicitur ſufficiens ad inducendā filiorum in conditione poſitorum vocationē,
3 † *vt poſt Anchar. in conſ. 74. ſcripſerunt Alex. conſ. 64. nu. 5. vol. 5. Pariſ. d. conſ. 77. nu. 27. vol. 2. & d. conſ. 66. num. 52. vol. 3. Boer. q. 155. nu. 21. Soc. iun. coſ. 119. nu. 28. vol. 1. conſ. 110. nu. 28. vol. 3. Anto. Gab. in tit. de fideic. concl. 4. nu. 13. Purp. conſ. 351. nu. 20. Ceph. d. conſ. 251. nu. 79. & conſ. 252. nu. 17. Decia d. conſ. 3. nu. 52. uol. 1. d. conſ. 26. nu. 14. uol. 2. d. conſ. 34. num. 119. & d. conſ. 44. num. 57. uol. 3. Manti. d. lib. 11. tit. 3. nu. 13. Craſſ. in §. fideic. q. 14. nu. 3. Menoch. cōſ. 85. nu. 22. et de præſ. d. lib. 4. præſ. 76. nu. 53. Theſ. d. deciſ. 96. nu. 17. & 19. verſ. ſupra-*
4 *ſcripta, & Viu. d. dec. 262. n. 13. & 24. ubi ait, hāc eſſe veriorē, & receptiorē, & ita fuiſſe iudicatū.* Et maximè, qñ vt in caſu nřo huiuſmōi cōiectura ē r alijs

 adiuua-

adiuuatur: tſic.n.res caret omni difficultate,†vt,
*ſcribunt Soc.iun.d.conſi.119.num.28.vol.1.Decia.
d. conſ. 3. num. 53.volum.1.& d.conſ.34.nu.119.
volum.3.Theſ.d.deciſ.96. nu. 17.Viu. d.deci. 262.
num.15*.licèt in ſimplicibus terminis multi cõ-
trariam ſententiam veriorem arbitrentur.

Secunda autem coniectura ducitur ex eo,
quia teſtator vſus eſt hac conditionis formula;
Si deceſſerint ſine filijs ex legitimo matrimo-
nio procreatis, quo caſu filij neceſſario de-
bent cenſeri vocati ex teſtamento, quia alio-
quin, ſi ſolùm ab inteſtato vocarentur, non
excluderent legitimatos, quos tamen certum
eſt, voluiſſe teſtatorem ab hæreditate ſua ex-
5 cludere per ſupraſcriptam formulam. † *Ita in
ſpecie tradiderunt Socin.iun.dict.conſil.110.num.
25.& dict.conſil.145. num. 39. volum. 3. Decian.
conſ.31.num.124.conſ.33.num.90. conſ.41. nume,
30.volum.1.conſ.101.num.19.& 20. volum.2, &
d.conſ.44.num.30.uolum.3.Mantic.d.lib. 11. tit.
3.num.7.& ſeqq. Burſ.d.conſ.381.nu.23.Menoch.
conſ.325.num.10. & de præſ.d.lib.4.præſ.76. num.
48.Viu.d.deciſ.162.num.16.vbi refert, ita fuiſſe iu
dicatum a Rota Romana.Surd.conſ.443.num.48.
vbi ait, hanc coniecturam non recipere controuer-
ſiam, Peregr.d.conſ.91.num.36.uolum. 1.conſ. 41.
num.4.conſ.36.num. 3.& conſ.49. num. 2. uolum.
3.& Seraph. deciſ.939. nume. 9. Et concurrentibus
alijs coniecturis (prout concurrunt in caſu noſtro)
non diſſentit Theſ.d.deciſ.96. num.26.*

Tertia, & quidem omnium fortiſſima con-
iectura ſumitur ex eo, quod teſtator in hac ſua
diſpoſitione reſpexit ad conſeruationem bo-
norum in familia, quæ res cenſetur efficaciſſi-
ma ad inducendam filiorum in conditione po
6 ſitorum vocationem, † *ut ſcripſerunt Ruin.
conſ. 111. num.15.uolum.2.& conſ. 167, num.13.
uolum. 3. Pariſ. conſ.76. num.9.uolum. 2. ubi ait
non poſſe conſiderari maiorem coniecturam, & d.
conſ.66.num.46.uolum. 3.Curt.iun. conſ 43. num.
8.Soc.iun.d.conſ.119.num.35. uolum. 1. Cephal.d.
conſ.251.num.81.Decian.d. conſ. 34. numer. 119.
uolum.3.Anto.Gabr.tit.de fideicom. concluſ.4. nu.
28.34.42.& 45.& Menoch.conſ.393. numer. 32.
conſ.775.num.11.& de præſump.d. lib.4.præſump.
76.num.70. Theſ.d.deciſ.96.num.20.Peregr.d.cõſ.
91.num.37.uolum.1.* Reſpexiſſe autem eum ad
conſeruationem bonorum in familia colligi-
tur ex multis, & primo ex qualitate perſona-
rum, quæ fuerunt inſtitutæ, & inuicem ſub-
ſtitutæ: Sunt enim de familia, & agnatione
teſtatoris; quæ res denotat, cum reſpexiſſe ad
conſeruationem bonorum in familia, ſcilicet,
quia eos tantùm vocauit, per quos familia cõ-
ſeruatur. Secundò colligitur ex eo, quod no-
minatim excluſit Eccleſiaſticos ab hæredita-
te ſua, quæ res, & ipſa declarat, eum noluiſſe
bona exire de familia. Tertio colligitur ex
eo, quia deficientibus agnatis, & ab ijs prouę-
nientibus poſtremò loco vocauit venientes de
Sabaudia, & Burgundia, qui ſunt de eodem
cognomine de Monfortis, & vtuntur ijſdem
inſignijs, quibus vtebatur teſtator: nam &
hoc declarat, cum reſpexiſſe ad conſeruatio-
nem nominis, & familiæ, vt dicimus de teſta-
tore, qui maſculis deficientibus vocauit ex-
traneum cum onere ſumendi nomen, & arma
7 ipſius teſtatoris, † *ſicuti declarant Pariſ. conſilio
18.num.42.& conſ.19.num. 33. & ſequentib. uol,
2. Rip.in l. centurio 15. num.164. uerſ. qua ratio-
ne.ff.de uulg. & in l.1. num.decimo.C.de pact. Alc.
conſ. 59. num. 4. & 5.lib.9.Cephal.conſ.196.num.
21.& dict.conſ.251.num.50.& 83.Decia. conſil. 7.
num. 26.& conſil. 31.num.95. uolum.1. Menoch.
conſ. 117. num.23.& conſil.333. num.14. in fine,
Manti.de coniect.ult.uol.lib.6.ti.15.n.15.& Theſ.
d.deciſ.96. num.* 25. Quamobrem hæc vna con-
iectura ſufficeret ad inducendam filiorum in
8 conditione poſitorum vocationem, † *ut ſcri-
bunt Rip. in d.l.centurio.num.164. uer.qua ratio-
ne, & in d.l.1.num. 10.Ceph.d.conſ.251.num. 83.
Theſ.d.deciſ.96.num.25.*

Quarta coniectura ſumitur ex eo, quia teſta-
tor nominatim vocauit filios ſubſtitutorum,
ideoque multo magis præſumitur voluiſſe vo-
care filios inſtitutorum, ne alioquin melioris
in hoc ſint conditionis minus dilecti, quam
magis dilecti, *contra leg. Publius 36. §. fin. ff. de
9 conditi. & demonſtra.* † *Ita ſcribunt Ruin. conſil.
198.num.6.uolum.2.& conſ.142. num.11. uerſ. &
iſtud uolum. 3. Rip.in d. l. centurio 15. num. 165.
uerſ.quarta.ff.de uulg.Gozad.conſ.64. numer. 10.
uerſ. quinto dico.Crauet.conſ.62.num. 10. Cephal.
conſil.476.num.22.Menoch.conſil.152.num. 11.
& conſil.393.num.28.& de præſump.d.lib. 4. præ-
ſump.76.num.56.& 57.ubi ait, non eſſe ab hac ſen-
tentia recedendum.*

Quinta coniectura eſt, quia, niſi diceremus
hos filios in conditione poſitos cenſeri voca-
tos, ſequeretur, eos excludi in parte patrui ſui
à ſubſtitutis remotioribus; nam, cum D. Ame-
deus deceſſerit ſine liberis præmortuo iam D.
Carolo ſubſtituto, ſi filij Do. Caroli non cen-
ſerentur diſpoſitiuè ſubſtituti patri ſuo, neque
etiam poſſent venire ad partem patrui, cui D.
10 Carolus erat ſubſtitutus. † *ut declarat Peregr. de
fideic.artic.28.num.26.* Vnde ſtatim admitterẽ-
tur ſequentes ſubſtituti, tanquam deficienti-
bus primis, non obſtante, quod ſint ſubſtituti,
ſi omnes deceſſerint ſine filijs, quia pluralitas
reſolueretur in ſuas ſingularitates, *ut tradunt
omnes in l.hæredes mei.57.§.cum ita ff.ad Treb.* At
hoc eſſet abſurdum, quia hoc modo melioris
eſſent conditionis remotiores, & quodammo-
do extranei, quam filij inſtitutorum. Ergo, ne
hoc ſequatur, debemus potiùs interpretari, mẽ-
tem teſtatoris fuiſſe, vt filij in conditione poſi-
11 ti cenſerentur vocati, † *Ita declarant Soci. ſen.
conſ.104.num.8.uerſ.primum probatur, & nume.
9.& conſ.116.nu.8.uerſ.ſed aduertendum, & uerſ.
præterea reſpondeo uolum.3.Curt.iun.conſ.16.nu.
7.uerſ.confirmo hanc concluſionem. Roll.conſil.51.
num.10.uolum.3. Alb.conſ.87.num. 12. & conſiliu
568.num.19.& 20.Mantic.d.lib. 11.titu.13. uerſ.
tunc etiam.* His cõiecturis accedunt, & aliæ, quas
plerunq; conſulentes cõſiderare ſolẽt: Etenim

Sexta coniectura deducitur ex eo, quod hu-
iuſmodi filij fuerunt bis, imò ſępiùs poſiti in
conditione; nam ex hoc deducitur eorundem
12 vocatio, † *a Gozad.d.conſ.64. nu. 9. uerſ. 3. Me-
noch. conſ.135.num.7.conſ.152.num. 8. & d. præ-
ſump.76.num.58. Pereg.d.conſ.41.num. 3. uolum.
3.Surd.conſ.375.num. 12.*

Septimò accedit, quod ſubſtitutio, in qua po
ſiti ſunt in conditione, eſt compendioſa, quæ
res ſufficit ad inducendam filiorum in condi-
13 tione poſitorum vocationem. † *Secundum
Soc.iun.conſ.174.num.24.uol. 2. Menoch. conſil.
393.num.31.& 4. præſ.76.num. 85.*

Octauò, licet ſupradictæ coniecturæ, ſi ſolæ
exiſte-

exiſterent, aliquam paterentur dubitationem, propterea quod ſingulæ per ſe cõſideratæ ſuos habent contradictores, tamen in caſu noſtro ſunt poſitæ extra difficultatem, quia concurrunt omnes in vno caſu, ideoq; maiorem vim, & efficaciam habere intelliguntur: nam, quæ
14 non proſunt ſingula, multa iuuãt, † *vt ait Ouid, lib. 2. de remed. amor. Ita in ſpecie ſcripſerunt Ruin. conſ. 142. num. 11. vol. 3. Ant. Gab. in tit. de fid. concluſ. 4. num. 49. Surd. conſ. 67. num. 34. Theſ. d. deciſ. 96. num. 19. verſ. ſuprascripta, Peregrin. d. conſ. 91. nu. 38. vol. 1.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, nos hic non tractare de fideicommiſſo relicto ab aſcendente, ſed de fideicommiſſo extranei, in quo prædictæ coniecturæ non videntur poſſe conſiderari, quia reſpondeo, imò contrarium eſſe verius: nam, licet in fideicommiſſo aſcendentis leuiores coniecturæ ſufficiant, quam in fideicommiſſo tranſuerſalis, aut alterius extranei, non tamẽ hoc impedit, quin etiam extraneorum vocatio inducatur, ſi concurrant vehementes coniecturæ, cuiuſmodi ſunt ferè omnes, quæ concur-
15 runt in caſu noſtro. † *vt oſtendit Theſau. d. deciſ. 96. num. 8. vbi refert, ita ſæpius fuiſſe indicatum.*

Secunda ſuccedit dubitatio, an prædicti filij cenſeantur vocari ſolummodo ad portionem patris ſui, an verò etiam ad portionem D. Amedei, qui vltimo loco deceſſit ſine liberis.

Videretur autem prima facie dicendum, cẽſeri quidem eos vocatos ad partem D. Caroli patris ſui, ſed non ad partem D. Amedei, quia, aut volũt venire ex perſona patris, qui erat ipſi Domino Amedeo ſubſtitutus, & non poſſunt, quia, cum deceſſerit viuo adhuc grauato, & ſic pendente conditione fideicommiſſi, nõ potuit eius ſpem tranſmittere etiam in ſuos deſcendẽ-
16 tes, † *l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cad. toll. & ſcribunt glo. in l. hæredes mei 57. §. cum ita, in verb. ſuſcepiſſet. ff. ad Treb. & in l. vn. in verb. derelictis, & ibi Bart. nu. 4. C. de his, qui ant. aper. tab. Bart. in l. 1. num. 8. verſ. alia gl. & ibi Iaſ. num. 92. ff. de leg. 1. Bal in l. ſi plures 6. num. 69. C. de cõd. inſert. Alex. conſ. 92. nu. 5. vol. 3. Soc. ſen. conſ. 6. nu. 2. verſ. 3. & num. 11. vol. 3. Iaſ. conſ. 154. col. 2. verſ. item trita vol. 4. Ruin. conſ. 181. nu. 1. vol. 2. Pariſ. conſ. 66. nu. 10. vol. 3. Pereg. de fideik. art. 3c. num. 6.* Aut verò volunt venire ex perſona propria, & ſimiliter non poſſunt, quia filij in conditione poſiti, quando cenſentur ex coniecturis vocati, intelliguntur vocati ad portionem patris ſui, cuius reſpectu fuerunt poſiti in cõditione,
17 non verò ad portionem patrui, † *vt ſcribunt Pariſ. conſ. 18. num. 61. vol. 2. Ruin. conſ. 144. num. 8. conſ. 181. num. 7. vol. 2. & conſ. 142. num. 5. volu. 3. Alcia. conſ. 147. num. 2. lib. 9. Nat. conſ. 551. num. 7. Gabr. conſ. 2. num. 6. 10. & 63. vol. 2. Beret. conſ. 74. num. 27. Theſ. deciſ. 248. num. 16. Peregr. de fideic. artic. 28. num. 19. & conſ. 36. num. 19. vol. 3. Meno. d. lib. 4. præſ. 76. nu. 86. Viu. deciſ. 393. nu. 1. vbi ait, hanc opinionem eſſe indubitatam.*

Prædictis tamẽ non obſtãtibus puto de iure verius, huiuſmodi filios cenſeri vocatos etiam ad portionem D. Amedei, tàm ex perſona patris, quàm ex perſona propria.

Primum enim cenſentur vocati ex perſona patris, quia, licet regulariter ſpes conditionalis fideicommiſſi non tranſmittatur ad hæredes, hoc tamen fallit, quando in cõtrarium adſunt
18 coniecturæ voluntatis teſtatoris, † *vt ſcribunt Soc. ſen. cõſ. 6. nu. 11. vol. 3. Iaſ. conſ. 154. col. 3. verſ. moueor in primis vol. 4. Curt. iun. conſ. 158. nu. 16. Pariſ. conſ. 66. nu. 76. vol. 3. Ruin. conſ. 145. num. 6. vol. 2. Dec. conſ. 574. num. 2. Alcia. conſ. 145. num. 1. lib. 9. Soc. iun. conſ. 141. num. 20. volu. 2. Cran. conſ. 306. nu. 3. verſ. hoc ita præſuppoſito, Nat. conſ. vlt. num. 1. verſ. ſed hic animaduertendum, Ceph. conſ. 66. num. 39. Odd. conſ. 37. num. 4. Menoc. conſ. 200. num. 81. Pereg. de fid. art. 31. num. 9.* nam teſtator poteſt facere, vt id, quod non eſt tranſmiſſibile,
19 tranſmittatur, † *vt ſcribunt Bal. in l. ſi pater 4. nu. 19. C. de inſti. & ſubſti. Pariſ. d. conſ. 66. nu. 31. vol. 3. Ruin. conſ. 156. num. 4. vol. 2. Dec. conſ. 515. nu. 1. Nat. d. conſ. vlt. num. 2. Ceph. d. conſ. 16. num. 39. Pereg. d. art. 31. num. 9.* In caſu autem noſtro multæ adſunt coniecturæ, ex quibus colligimus, mẽtem teſtatoris fuiſſe, vt fideicommiſſum tranſmitteretur.

Prima enim coniectura ſumitur ex eo, quia teſtator de huiuſmodi filijs mentionẽ fecit ponendo eos in conditione, & hoc modo oſtendẽdo, ſe etiam ad eos habere affectionem, quæ res præbet ſufficientem coniecturã ad inducẽdam fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſio-
20 nem, † *vt ex ſententia Bal. in l. ſi pater 4. num. 19. C. de inſtit. & ſubſtit. ſcripſerunt Iaſ. conſ. 233. num. 1. verſ. 2. vol. 2. & conſ. 52. col. vlt. verſ. nam primo, vol. 3. Pariſ. conſ. 77. num. 18. conſ. 91. num. 45. vol. 2. conſ. 5. num. 30. & ſequen. & conſil. 50. num. 32. vol. 3. Dec. conſ. 397. num. 6. & conſ. 574. nu. 4. Soc. iun. conſ. 141. num. 24. volu. 2. Ceph. conſ. 16. num. 42. & conſ. 283. num. 24. Cran. conſ. 306. nu. 3. verſ. hoc ita præſuppoſito, conſ. 568. num. 2. conſ. 649. nu. 2. & conſ. 776. num. 13. & in l. cum filioſam. 11. nu. 334. ff. de leg. 1. Nat. conſ. vlt. num. 3. verſ. ſimiliter. Ant. Gabr. lib. 4. tit. de hæred. inſti. concl. 2. num. 35. Peregr. conſ. 73. num. 16. verſ. tertia ratio volum. 3. Menoch. conſ. 325. num. 58. & de præſ. lib. 4. præſ. 201. num. 97.*

Secunda verò coniectura dicitur ex eo, quia teſtator decedentibus DD. Carolo, & Amedeo inuicem ſubſtitutis ſine filijs, ſubſtituit eos, qui non ſunt agnati, ſed ferunt idem nomen, & eorum filios; Itaque voluit portionem D. Amedei pertinere etiam ad filios ſubſtitutorum remotiorum, qui ſunt minus dilecti. Ergo multò magis cenſeri debet voluiſſe eandem portionẽ pertinere ad filios D. Caroli primo loco ſubſti-
21 tuti, qui fuit magis dilectus. † *Ita arguunt Soc. ſen. conſ. 6. nu. 15. verſ. confirmatur iſta opinio vol. 3. Ruin. conſ. 79. num. 13. verſ. de qua mente, & cõſ. 130. num. 3. verſ. & ex alio uol. 3. Goz. ad. conſ. 29. num. 10. Cur. iun. conſ. 16. num. 6. uerſ. ſed quid fortius Soc. iun. in l. hæredes mei 57. §. cum ita num. 57. ff. ad Treb. Ant. Gab. d. lib. 4. tit. de hæred. inſtit. conclu. 2. num. 29. Cran. conſ. 62. num. 10. & in d. l. cum filioſa. 11. num. 349. uerſ. ſimiliter. ff. de leg. 1. Men. de præſ. d. lib. 4. præſump. 201. num. 96. & conſ. 333. nu. 37. & conſ. 452. nu. 54.*

Tertia coniectura deducitur ex eo, quia, niſi diceremus fideicommiſſum tranſmitti, admitteretur ſubſtitutus remotior, & hoc modo excluderet filium proximioris ſubſtituti contra
22 veriſimilem voluntatem teſtatoris, † *Quam coniecturam in his terminis conſiderant Soc. ſen. d. cõſ. 6. num. 13. uolu. 3. Iaſ. conſ. 154. col. 4. uerſic. accedit etiam uol. 4. Ruin. conſ. 140. num. 13. & conſ. 178. num. 1. uol. 2. Pariſ. conſ. 77. num. 69. uol. 2. conſ. 5. num. 37. & ſeqq. uol. 3. Curt. iun. d. conſ. 16. num. 6. Natt. d. conſ. ult. nu. 4. uerſ. accedat etiam Odd. conſ. 54. num.*

Digitized by Google

54.num.10.ubi teſtatur hãc opinionem eſſe communiter receptam,& Menoc.d.conſ.333.nu.35.

Quarta coniectura ſumitur ex eo, quia ſubſtitutio D. Caroli initio erat coniuncta cum iure accreſcendi, quod, quia ſui natura trãſmittitur ad hæredes *l.ſi ex pluribus 9.ff.de ſuis,& leg.§.ult. inſti.de Orfic.* ideo operatur etiam, vt transmitta-
23 tur ſubſtitutio, cum qua coniungitur. † *Ita in terminis fideicommiſſariæ argumentatur Socin.ſen. d.conſ.6.num.13.verſ.confirmatur iſta opinio vol.3.Iaſ.d.conſ.134 col.6.verſ.4.principaliter volu.4.Rum.d.conſ.140.num.13.d.conſ.178.nu.2.& conſ.201.num.7.vol.2.Pariſ.d.conſ.77.num.23.vol.2.& d.conſ.5.num.41.d.conſ.50.num.30.vol.3.Curtius.d.conſ.16.num.6.Cæph.conſ.16.nu.45.& conſ.283.num.26.Natt.d.conſ.ult.num.7.Cran.d.conſ.568.num.2.verſ.altera,conſ.649.num.4.& conſil.667.num.2.verſ.2.Odd.d.conſ.54.nu.12.Menoc.conſ.95.nu.111.* Et quanquam negari non poſſit, quin aliquæ ex his coniecturis per ſe conſideratæ magnam patiantur difficultatem, præcipuè in tranſuerſalibus, in quibus plerique cenſent non eſſe locum tranſmiſſioni, etiamſi prædictæ ſubſint coniecturæ, tamen in caſu noſtro recipiẽdæ ſunt ſine difficultate propterea quod coniunguntur eum

Quinta coniectura, quæ omnium eſt efficaciſſima, & ſola ſufficeret ad inducendam fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſionem: nam quia teſtator in hiſce ſubſtitutionibus rationẽ habuit agnationis conſeruandæ, *vt demonſtrauimus in præcedenti dubitatione,* ideo fit, vt cenſeri debeat voluiſſe fideicommiſſum tranſmitti ad filios D. Caroli, per quos etiam agnatio cõ-
24 ſeruatur. † *Ita ſcribunt Iaſ.conſ. 233.num.1.verſ.ſed iſtis vol.2.& d.conſ 154.col.4.verſ.3.vol.4.Rui.conſ.156.num.5.d.conſ.179.num.7.& d.conſ.201.num.6.volu.2.Pariſ.conſ.76.num.3.vol.2.conſ.5.num.19.conſ.50.num.22.& conſ.66.num.77.vol.3.Dec.conſ.574.nu.4.verſ.& hoc videtur,Soc.iun.conſ.167.num.21.conſ.141.num.26.verſ.& iſta concluſio vol.2.Ant.Gabr.d.tit.de hæred.inſt.Concl.2.num.23.Cæph.d.conſ.16.nu.43.Decia.conſ.88.num.67.vol.2.& conſ.129.num.44.vol.3.Mantic.de coniec.ult.vol.lib.11.tit.20.num.23.Cran.d.cõſil.306.nu 3.verſ.hoc ita præſuppoſito,& d.conſ.776.nu.11.verſ.rurſus in quantum,& in d.l.cum filiof.31.num.336.ff.de leg 1.Menoc.d.conſ.95.nu.105.d.conſ.333.num.29.d.conſ.452.num.57.& d.lib.4.præſ.201.num.103.Viu.deciſ.398.nu.23.& 24.ubi refert hanc coniecturam, ut potentiorem quibuſcunq; ſecutam fuiſſe Rotam Romanam,& deci.468.num.1.* Quam coniecturam etiam in tranſ-
25 uerſalibus habere locum certum eſt,† *vt in ſpecie declarat Cran.in d.l.cum filiof.num.336.verſic.in qua re.*

Secundo verò non ſolum ex perſona patris cenſentur huiuſmodi filij vocati ad portionem D. Amedei, ſed etiam ex perſona propria, quia, quod dicimus, filios in cõditione poſitos, & ex coniecturis vocatos, intelligi quidem vocatos ad portionem patris, ſed non ad portionem pa-
26 trui, nõ eſt ſimpliciter verum, ſed recipit † duorum caſuum diſtinctionem.

Primus enim caſus eſt, quando duo fratres hæredes inſtituti non fuerunt inuicem ſubſtituti, ſed ſimpliciter grauati, ſi ambo deceſſerint ſine filijs hæreditatem tertio reſtituere, Et in hoc caſu verum eſt, filios in conditione poſitos nõ cenſeri etiam ſtantibus coniecturis fideicommiſſum inducẽtibus vocatos ad portionem pa-
27 trui † Nam in his terminis loquuntur ferè omnes DD. in contrarium allegati.

Secundus verò caſus eſt, quando fratres inſtituti fuerũt etiam inuicem ſubſtituti, ſi quis eorum ſine filijs deceſſerit, &, ſi ambo deceſſerint ſine liberis, fuit ſubſtitutus tertius, & tũc verius, & receptius eſt, filios in conditione poſitos, & vocatos, intelligi vocatos ad vtramque portio-
28 nem, † & per conſequentias, ſi pater præmoriatur cum filijs, deinde moriatur patruus ſine liberis, filios præmortui cenſeri vocatos ex perſona propria ad portionem patrui: Hoc enim probatur.

Primò, quia ſubſtitutus cohæredi ſubſtituto cenſetur etiam ſubſtitutus inſtituto, & per con-
29 ſequentias ad vtranq; partem vocatur.† *l.ſi Ti-tius 27.l.cohæredi 41.in prin.ff.de vulg.§.ſed ſi inſtituto inſti.eo.* Sed filij D. Caroli fuerunt ſubſtituti D. Carolo (idem enim de filijs in cõditione poſitis, & ex coniecturis vocatis iudicamus, quod
30 de expreſſim ſubſtitutis, † *vt ſcribunt Gabr.cõſ.115.ante nu.1.& num.11.vol.1.& Pereg.de fideico. art.28.num.3.& 25.verſ.ſed ego,& conſ.41.nu.7.& conſ.71.nu.14.vol.3.*) D autem Carolus erat ſubſtitutus D. Amedeo; Ergo prædicti filij cenſentur etiam ſubſtituti D. Amedeo, & per conſequentias ad vtramque partem vocantur.

Secundo probatur, quia, cum D. Carolus eſſet ſubſtitutus fratri ſuo decedenti ſine filijs, & ſimul etiam eſſet grauatus hæreditatem reſtituere filijs ſuis, vtpotè ex coniecturis vocatis, cenſebatur grauatus illis reſtituere, non ſolum portionem, in qua fuerat inſtitutus, ſed etiam portionem fratris, quam fuiſſet habiturus vir-
31 tute ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ, † *vt ſcribũt Bar.in l.Marcellus.3.§.quidam liberis num.10.& in l.Scæuola 76.num.4.verſ.uenio ad uerſ.ff.ad Treb.Roma.conſ.18.num.2.Dec.conſ.86.num.1.verſ.& in tali,Gozad.conſ.81.num.12.Rum.conſ.94.num.9.uol.2.Pariſ.conſ.16.num.56.& cõſ.36.num.22.uol.2.Gabr.conſ.121.num.50.uol.1.Ceph.conſ.513.num.32.uerſ.decimo,Natt.conſ.255.nu 2.& conſ.320.num.1.Peregr.de fideicom.art.8.nu 9.& ſeqq.& conſ.46.nu.2.uol.1.* Et, quamuis præmoriente D. Carolo ſubſtitutio ſit facta caduca, & conſequenter remanſerit apud D. Amedeum grauatum, remanſit tamen cum onere reſtituendi filijs D. Caroli, quibus ipſemet D. Ca-
32 rolus erat grauatus reſtituere † *l.uni.§.pro ſecundo.C.de cad.toll.l.Celſus 29.in prin.ff.de legat.2.& ſcribunt Bar.in l.quamdiu 68.num.10.in fin.ff.de acq.hæred.Soc.ſen.conſ.52.num.15.uerſ.Quartus uol.1.Pariſ.conſ.73.num.10.uol.3.Pereg.conſ.40.num.6.uol.1.conſ.55.num.15.conſ.57.num.6.uol.2.conſ.29.num.8.& conſ.36.nu.25.uol.3.& in his terminis declarant Gabriel.d.conſ.115.nu.3.uol.1.& Pereg.d.art.28.nu.25.uerſ.Sed ego.*

Tertiò probatur authoritate DD. qui in ſpecie ſcripſerunt ad filios poſitos in conditione, & ex coniecturis vocatos pertinere portionem patrui tãtam caducam per mortem patris, eiuſ-
33 demq; ſubſtituti: † *Ita enim ſcripſerunt Rui.cõſ.140.num.19.uerſ.quia,ubi filius,uol.3.Pariſ.conſ.66.num.75.uol.3.Soc.iun.conſ.63.nu.5.uol.4.Gab.d.conſ.115.num.3.& ſeqq.uol.1.Pereg.de fideicom.d.art.28.num.25.uerſ.Sed ego,ubi ait,ſe ita uidiſſe iudicatum.*

Quarto probatur ratione: nam filij poſiti in conditione, & ex coniecturis vocati, cenſentur

vocati

vocati ad partem patris ſui, *ut per ſe patet, & fa-*
tentur etiam DD. in contrarium allegati. Sed pars
D. Amedei cenſetur etiam pars patris, quia pa-
tris portio continet id omne, ad quod pater vo-
34 cabatur, † *ut ait Pariſ. conſ. 73. num. 34. uolum. 3.*
&. quod ad eum potuiſſet ex teſtamento perti-
nere, ſiue iure inſtitutionis, ſiue iure ſubſtitutio-
35 nis, † *ut ſcribunt Ruin. d. conſ. 94. num. 9. uol. 2. &*
Cæph. d. conſ. 523. num. 17. & ſiue fuerit acquiſi-
tum, ſiue non: Sufficit enim potuiſſe ad eum
pertinere, ſi ſuperuixiſſet, vt ad id quoque cen-
36 ſeantur inuitati filij, † *ut declarat Gabr. d. conſil.*
115. num. 9. 10. & 13. uol. 1. quia ſubſtitutus con-
ſequitur id omne, quod fuiſſet habiturus is, cui
37 facta eſt ſubſtitutio, ſi ſuperuixiſſet, † *ut declarat*
Iaſ. conſ. 148. col 6. uerſ. Non obſtat etiam uolum. 2.
Quamobrem dicimus, ſpem fideicommiſſariæ
ſubſtitutionis tranſire etiam ad ſubſtitutũ ſub-
38 ſtituto, † *uti uidere eſt apud Ruin. d. conſ. 94. nu.*
10. uol. 2. & Cæph. d. conſ. 513 nu. 17. Debent igitẽ
filij etiam ad huiuſmodi partem cẽſeri vocati.

Quinto, & ultimo probatur, quia, quod dici-
mus, filios poſitos in conditione cenſeri quidẽ
vocatos ad partem patris ſui, ſed nõ ad partem
patrui, non procedit, quando in contrarium ad
eſt coniectura voluntatis teſtatoris: tunc enim
cenſentur etiam vocati ad portionem patrui,
39 † *ut declarant Rum. conſ. 142. nu. 13. uerſ. & dum*
etiam dicitur uol. 3. Decia. conſ. 102. num. 47. uerſi.
non obſtat. Quintum uolu. 2. Viu. d. deciſ. 393. nu. 3.
Peregr. conſ. 73. num. 12. uol. 3. In caſu autem no-
ſtro adeſt coniectura voluntatis teſtatoris, quia
tàm ad portionem D. Amedei, quàm ad portio
nem D. Caroli voluit admitti filios ſubſtituto-
rum remotiorum, quos nominatim vocauit. Er
go multò magis cẽſetur voluiſſe admitti filios
inſtitutorum, quos magis dilexit, *ut conſiderant*
omnes, quos retulimus in ſecunda coniectura primi
fundamenti.

Ex his apparet, nõ obeſſe contraria, quippe,
quæ regulariter vera ſunt, ſed limitantur, vbi cõ
currunt circunſtantiæ, & coniecturæ, quæ cõcur
runt in caſu noſtro: nam tunc filii poſiti in con
ditione cenſentur etiam vocati ad portionem
patrui, & ex perſona patris, id eſt iure trãſmiſſio-
nis, & ex perſona propria, tanquam ſubſtituti
ſubſtituto, ſecundã ea, quæ ſupra diximus, quæ-
que non eſt neceſſe repetere. Et ita de iure pro-
nuntiandum cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Illuſtriſs. D. Carolo Iſnardo Marchione Cadralij.

CONSILIVM LXXXVII.

ARGVMENTVM.

An remittens decimas media penſione annua, te
neatur ad eam penſionem concurrere pro præ-
dijs ſuis.

SVMMARIVM.

1 *Cedere, ſeu remittere obligationem, & ſolutionem debitori nihil aliud eſt, quam liberare.*
2 *Liberatio præſupponit obligationem.*
3 *Obligari ſibi ipſi nemo poteſt.*
4 *Onera à ſe exigere nemo poteſt.*
5 *Grauari non debet, qui nullam percipit utilitatem.*
6 *Tempus remiſſionis ſpectandum eſt in remiſſione obligationis.*
7 *Sermone in generali non continetur perſona loquentis.*
8 *Gabellam ſalis uendens ciuitas nõ tenetur ad eius gabellæ ſolutionem, quia non cenſetur uendidiſſe. ius eam exigendi à ſemetipſa.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

RE diligenter perpenſa cenſeo de iure
non teneri Illuſtriſs. D. Marchionẽ
concurrere pro ſumma aureorum
225. annuorum, nõ obſtante regiſtra
tione bonorum allodialium ab eo facta. Mo-
ueor autem.

Primo, quia verba illa, *debba detto Sign. ce-*
der, & rimetter alla detta Communita l'obligo, e
pagamento delle decime, & acconzamenti, ſonant
in vim liberationis: nihil enim aliud eſt, cede-
re, ſeu remittere obligationem, & ſolutionem
1 debitori, quam liberare † *l. non ſolum 8. in prin. l.*
legaui. 26. uerſ. reſpondi. l. Aurelius. 29. §. teſtamen-
to ita & §. legatum. ff. de lib. legat. Quo fit, vt tota
hæc remiſſio debeat intelligi facta fauore eo-
rum, qui erant obligati ad ſolutionem decima-
rum, non aliorum, quippe, cùm liberatio præ-
2 ſupponat obligationem † *l. cum heres 25. ff. eod.*
Cum igitur D. Marchio non eſſet obligatus ad
ſolutionem decimarum, quippe, cùm neq; ſibi
3 potuerit eſſe obligatus † *l. cum filioſa. 11. ff. de leg.*
4 *1.* neque à ſe decimas, & alia onera exigere, † *ut*
ſcribunt Bar. in l. licitatio 9. §. fiſcus. ff. de publica. &
uectig. & Ruin. conſ. 89. num. 1. uol. 1. conſequens
eſt, vt ex hac remiſſione nullum ipſe commo-
dum ſenſerit, & proinde non debeat ſuſtinere
onus annui cenſus, qui in recompenſationem
prædictæ remiſſionis à communitate ſoluitur:
Abſurdum enim eſſet, grauari eum, qui nullã
5 ex prædicta remiſſione percipit vtilitatẽ † *argu.*
l. ſcribit Celſus 33. ff. ad Trebell. & l. ab eo. 9. C. de
fideicomm.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, ſaltem hodie
videri D. Marchionem ſentire commodum,
poſtea quam & eius prædia exemplo cœterorũ
fuerunt regiſtrata, & oneribus ſuppoſita, quia,
præter id, quod in remiſſione obligationis ſpe-
6 ctandum eſt tempus ipſius remiſſionis † *d. l. Au-*
relius 29. §. teſtamento facto. ff. de lib. legat. reſpon-
deo etiam, licet prædia D. Marchionis ſint re-
giſtrata, imo (quod plus eſt) licet fuiſſent regi-
ſtrata eo tempore, quo facta fuit remiſſio, non
tamen eum dici poſſe commodum ex hac re-
miſsione ſenſiſſe, quia bona, quæ à D. Marchio
ne regiſtrantur, ſubijciuntur quidem oneribus,
quæ Principi, vel alijs ſoluuntur, ſed non illis,
quæ ipſimet D. Marchioni præſtãda ſunt, quæ-
que ipſe D. Marchio à ſe exigere non poſſet,
ut ſcribit Bar. in d. §. fiſcus. Et ideo remittendo
ſolutionem decimarum non liberat prædia ſua
ab aliquo onere, ſed ſola prædia cœterorum,
quæ proinde ſola debent grauari ſolutione
cenſus.

Secundo moueor, quia promiſsio cenſus an-
nui fuit facta habita ratione decimarum, quæ
ſoluebantur tempore remiſsionis, & computa-
ta quantitate, ad quam eo tempore poterant
aſcendere

aſcendere prædictæ decimæ; in qua computatione certum eſt non fuiſſe habitam rationem prædiorum D. Marchionis, quippè quæ neque ſoluebant, neque etiam hodie ſoluerent decimas, licet ſint regiſtrata. Neque igitur debent computari in ſolutione cenſus, qui loco decimarum promiſſus eſt: Alioquin enim magna eſſet captio D. Marchionis qui remiſiſſet decimas aſcendentes ad ſummam aureorum 225. non computatis ſuis prædijs, & vice verſa non perciperet cẽſum aureorum 225. ſed multo minorem, ſi ipſe deberet pro prædijs ſuis contribuere.

Tertio moueor, quia in generali ſermone nõ
7 continetur perſona loquentis. † *l. inquiſitio* 18. *& ibi Bald. C. de ſolut. Bart. in l.* 1. *nu.* 3. *C. de Senat. Alex. in l. frater a fratre.* 38. *num.* 8 *ff. de cond. ind. Ruin. conſ.* 83. *num.* 4. *vol.* 5. *Menoc. conſ.* 250. *nu.* 23. *& conſ.* 901. *num.* 8. Vnde ciuitas, quæ vendidit gabellam ſalis non tenetur ad eius gabellæ ſolutionem, quia non cenſetur vendidiſſe ius
8 eam exigendi à ſemetipſa, † *vt ſcripſerunt Bart. in d. l. licitatio* 9. *§. fiſcus. ff. de publica. & vectig. Bal. in l. emptor.* 5. *num.* 4. *C. de hær. vel act. vend. Alex. conſ.* 149. *nu.* 8. *vol.* 2. *Affl. dec.* 319. *num.* 8. *Menoch. de præſ. lib.* 3. *præſ.* 44. *num.* 11. Simili igitur ratione, ſi D. Marchio tranſtuliſſet in communitatẽ ius exigendi decimas, non cenſeretur tranſtuliſſe ius eas exigendi à prædijs ſuis, à quibus, nec ipſe poterat exigere Quod igitur de decimis dicitur, cur non & de annuo cenſu dicetur, qui loco decimarum ſubrogatus eſt, vt ſcilicet, quemadmodum decimæ, nec à D. Marchione, nec à Communitate virtute conceſſionis exigi poſſent reſpectu prædiorum ipſius D. Marchionis, ita nec annuus cenſus poſsit exigi, qui loco decimarum ſoluendus eſt? Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro D. Antonicta de Laſcaris.

CONSILIVM LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

An vidua teneatur imputare legatum ſibi à marito relictum in alimenta, quæ intra annum luctus ei debentur.

SVMMARIVM.

1 *Vidua, quæ aliunde habet, vnde viuat, non debet à mariti hæredibus ali intra annum luctus.*
2 *Alimenta, quæ ex lege, vel officio iudicis debentur, non ſunt ei praſtanda, qui aliunde habet, vnde ſe alat.*
3 *Vidua repellitur à petitione alimentorum intra annum luctus, ſi habeat propria bona.*
4 *Viduæ, cui maritus legauit aliquid pro alimentis, non debentur alia alimenta intra annum luctus, Declara, vt num.* 16.
5 *Dotem repetere poteſt vidua non obſtantibus alimentis ſibi a marito legatis, niſi contrarium teſtator cauerit.*
6 *Legatum vxori relictum non compẽſatur cũ dote.*
7 *Argumentum à dote ad alimenta ualet, Sed contra nu.* 9. *Maximè, ubi uiget diuerſa ratio nu.* 12.
8 *Argumentum ab alimentis ad dotem ualet, Sed contra nu.* 10. *Declara, ut nu.* 11.
13 *Dos debetur ex contractu.*
14 *Alimenta intra annum luctus debentur uxori ex prouiſione legis.*
15 *Legatum in dubio cenſetur relictum animo compenſandi cum eo quod debetur ex prouiſione legis, & ex cauſa neceſſaria, non cum eo, quod debetur ex prouiſione hominis, & ex cauſa uolũtaria.*
17 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

IN conſultatione propoſita puto legatum 200. aureorum vxori relictum pro alimẽtis, donec vidua permanſerit, debere imputari in alimẽta, quæ intra annum luctus ei debentur ab hæredibus viri.

Primo, quia hæredes mariti non tenentur ẽt intra annum luctus alere vxorem, quæ aliunde
1 habet, vnde ſe alat. † *iuxta doctr. glo. in l. diuortio* 8. *in prin. in uerb. facto, quam ibi ſequuntur Barto. num.* 1. *Alex. num.* 15. *&* 18. *Iaſ. num.* 19. *ff. ſol. mat. Bar. in l. un. §. exactio. C. de rei uxo. act. Alex. conſi.* 27. *num.* 1. *uol.* 4. *Cæph. conſ.* 746. *num.* 1. *Capy. dec.* 24. *num.* 2. *Mynſi. cent.* 6. *obſer* 21. *num.* 7. Nam & generaliter alimenta, quæ debentur ex diſpoſitione legis, vel officio iudicis, non ſunt præſtan-
2 da, cum quis habet, vnde ſe alat. † *l. pen. ff. ut in poſſ. leg. l. ſi quis a liberis.* 5. *§. idem reſcripſit. ff. de lib. agn. & ſcribunt Alex. d. conſ.* 27. *num.* 2. *uol.* 4. *Iaſ. in d. l. diuortio.* 8. *in prin. num.* 19. *ff. ſol. mat. Ruin. cõſ.* 80. *nu.* 5. *uol.* 2. Cum igitur ex annuo legato conſequatur vxor, vnde ſe ipſam alere poſſit, conſequens eſt, vt hæredes non teneantur ad alimenta etiam intra annum luctus. Et ſanè, cũ excludatur vxor à petitione alimentorum, ſi habeat
3 bona propria, † *iuxta tradita in d. l. un. §. exactio. C. de rei ux. act.* quantò magis debet excludi, ſi habeat bona ſibi à marito relicta? Et ita in ſpecie de vxore, cui maritus legauit alimenta, vt ei non debeantur alia alimenta intra annum lu-
4 ctus † cenſuit *Iac. de Aret. quem refert Bald. in l. ſi donaturus* 9. *§. ſi quis indebitam, uerſ. Not. quod lucrum. ff. de cond. cauſ. dat. & ſequitur Alex. in d. l. diuortio* 8. *in prin. num.* 28. *ff. ſol. matr. Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 44. *num.* 45.

Secundo multo fortiùs hoc eſt dicendum in propoſita ſpecie quoniam hæc fuit mens teſtatoris, vti colligitur ex illis verbis, *non repetendo lei quella parte di dote, che eſſo teſtatore ha riceuuto, ne tam puoco la detta giunta, o ſia donatione per le nozze*: nam maritus mediante hoc annuo legato noluit vxorem poſſe ab hæredibus repetere dotem, quam tamen non obſtantibus alimen-
5 tis legatis repetere potuiſſet, † *ut ſcribunt Capr. conſ.* 72. *nu.* 18. *Cæph. conſ.* 184. *nu.* 1. & conſequẽter noluit eam poſt annum luctus poſſe percipere fructus dotis ſolutæ, quos alioqui percipere potuiſſet, Ergo multo magis cenſetur voluiſſe eam excludere intra annum luctus ab omni vtilitate, quam propter dotem percipere potuiſſet, & conſequenter ab alimentis, quæ ei debentur ab hæredibus propter dotem retentam, *ut not. in d. l. diuortio.* 8. *in prin. ff. ſolu. matr. & in d. l. un. § exactio. C. de rei uxo. act.* Minus enim iuris habet mulier intra annum, quam poſt, quia intra annum fructus dotis cedunt lucro hæredum,

Digitized by Google

dum, poſt annum verò pertinēt ad mulierem.
Neque obſtat, quod legatum vxori relictum
6 non compenſetur cum dote. † *d.l.un.§.primum*
itaque. C.de rei uxo. act. & va leat argumentum
7 à dote ad alimenta, † *ut ait Menoch. de præſ.lib.*
8 *4.præſ.191.num.2.* & ab alimentis ad dotē † *ſecundum Bar.in Auth.res,quæ num.6. C.comm. de*
legat. Ruin.conſ.199.num.9.vol.2. Euerar.in ſua
cent.leg.argu.29.Menoc.de præſ.lib.4.præſ.189.
num.29.& 66. ideoque nec eum alimentis com
penſari debeat, quia reſpondeo, imo ſecundum
receptiorem, & veriorem ſententiam argumē-
9 tum, neq; à dote ad alimenta valere, † *ut ait Ce*
phal.conſ.485.num.101. neq; ab alimentis ad do
10 tem, † *ut ſcribunt Alex.conſ.7.num.11.vol.2.Iaſ.*
in Auth.res,quæ num.7.& 15. C.comm. de leg. latè
Tiraq.de iure primogen.q.61.num.12.Gabr.conſ.
119.num.40.vol.2. vel, *ſecundum Pariſ.conſ.29.*
num.70.vol.3.& Menoc.d.præſ.189.nu.67. non
11 ſemper procedere: † nam pater tenetur dota-
re filiam diuitem. *l.fin.C.de dot.prom.* & tamen
non tenetur ei præſtare alimenta *l.ſi quis à liberis.5.§.ſed,ſi filius.ff.de lib. agnoſ.* Item pater te-
netur alere filiam naturalem *Auth.licet C.de na*
tu.lib. non tamen dotare *l. uxorem. 39.§. pater*
naturalis.ff.de leg.3. & multis alijs exemplis con
firmant. *Iaſ. Euer. & Tiraq. in præallegatis locis.*
Idque multo magis dicendum in caſu noſtro,
in quo ſubeſt magna diuerſitatis ratio: nam
12 † legatum, & alimenta ex lege debita ſunt in-
compatibilia, ſcilicet, quia, qui habet, vnde ſe
alat, non poteſt petere alimenta, *ut ſupra dictū*
eſt. Cōtra verò dos eſt compatibilis cū legato:
Poteſt enim mulier habere & dotem, & lega-
tum, & aliud patrimonium. Præterea dos debe
tur ex prouiſione hominis, nempe ex cōtractu
13 † *l.1.§.debitum 1.ff.de conſt.pecu.l. cum dotem.10.*
C.de iur.dot.l.exigere dotem.65.ff.de iudi.l.contractus. 24.ff. de reg. iur. Alimenta verò debentur
14 ex prouiſione legis, † *ut not. in d. l. diuortio, &*
in d.§.ex actio. Et legatum in dubio cenſetur re
lictum animo compenſandi cum eo, quod de-
betur ex prouiſione legis, & ex cauſa neceſſa-
ria, non verò cum eo, quod debetur ex proui-
15 ſione hominis, & ex cauſa voluntaria. † *l. uni.*
§.ſciendum eſt.C.de rei uxo.act. & tradunt omnes
in Auth.præterea.C.und.uir,& uxo. & in l.ſi cum
dotem.23.§.ſi pater.ff.ſol.mat.& ſcribunt Afflict.
44.latè Men.de præſ.lib.4 præſ.109.& præſ.110.
Planè, ſi intra annum legatum 200. aureorū
non ſit ſufficiens ad alimenta propter maiores
impenſas, quæ ſine dubio fiunt à lugente, quā
à ſimplici vidua, & vxor de ſuo nō habeat, vn-
de ſupplere poſſit, putarim hæredes cogendos
ſupplere vſque ad iuſtam quantitatem, quæ ar-
bitrio iudicis habita ratione qualitatis perſonę
16 defuncti videbitur neceſſaria, † quia maritus
non reliquit hoc legatum animo diminuendi
iuris vxoris, ſed potius augendi, vt ſcilicet ha-
beat alimenta, non ſolum intra annum luctus,
ſecundum iuris communis diſpoſitionem, ſed
etiam poſt, quandiu vidua permāſerit, & ideo
huiuſmodi legatum non debet intra annum
diminuere alimēta, quæ de iure debentur vxo-
ri, ne inducta ad augmentum operentur dimi-
17 nutionem † *contra regulam l.legata inutiliter 19.*
in prin.ff.de leg.1.l.legata inutiliter 14.ff.de adim.
leg. quam etiam tradunt Ruin.conſ.96.num.2.vol.
1. Purpu.conſ.548.num.128.Ceph.conſi.671.nu.
18. Et hac ratione dixi legatum 200. aureo-
rum debere imputari in alimenta. Et ita iuris
eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Ioanne Perrotto.

CONSILIVM LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Reo in expenſis condemnato, qualiter ſit probā-
da quantitas expenſarum, & qualiter earum
taxatio ſit à Iudice facienda.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ probantur iuramento petentis, Declara, ut num.2.*
3 *Expenſæ cibariæ Doctori litigāti ſunt etiam præſtandæ pro famulo, ſed non ultra.*
4 *Expenſis de cibarijs deducendum eſt, quod quis domi ſuæ fuiſſet impenſurus.*
5 *Damnorum appellatione non continetur lucrum amiſſum.*
6 *Doctori litiganti, an ſit aliquid præſtandum ſub prætextu, quod ſuis clientibus non potuerit inſeruire, ſi aduerſarius ſit condemnatus in damnis, & expenſis.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

IN præſenti controuerſia, puto de iure
verius, aut non eſſe deferendum acto-
ribus iuramentum, aut, ſi deferēdum, de-
bere prius ea reſecari, quę minus iuſtè pe-
tuntur, & quantitatem ita debere taxatione cō
ſtringi, vt non, niſi intra anguſtos fines relin-
quatur actoribus iurandi locus.
Nam, & ſi regulare ſit, vt expenſę probentur
iuramento petentis, ſiue ſint expenſæ litis, ſiue
1 alterius generis † *l. ſancimus 13.& Auth.poſt iuſiurandum. C.de iudic.* Id tamen procedit, ſi ex-
pēſæ ſint modicæ, Cœterū, ſi magnæ, certi iuris
eſt, actorem debere eas probare, vel teſtibus,
vel alio genere probationis, nec eſſe locum iu-
2 ramento, † *Ita enim per l. nulli. 28. C. de epiſc. &*
cler. ſcribunt omnes in d. l. ſancimus 13. C.de iud,
Iaſ.in l.fin.§.in computatione num.6.C.de iur.de-
libe. Maſcard. de probat. concl.717. num.6. concl.
719.num.2.& concl.722.num.1. & non eſt dubi-
tandum, quin expenſæ, de quibus agitur in præ-
ſenti controuerſia, ſi petitionis, & perſonarum
habeatur ratio, magnæ ſint, cum excedant ſum
mam librarum 2000.
Sed dato citra veri præiudicium, quod defe-
rendum ſit actoribus iuramentum, multa ſunt,
quæ omnimodo ſunt tollenda, aut taxatione
reſecanda.
Primum enim, licet ſupponat Doctor, ſe du
xiſſe ſecum varios homines, tanquam neceſ-
ſarios ad euitandum periculum, quod (vt ait)
imminebat, non tamen, ſi quid eorum nomine
impendit, in computationem venire debet,
quia, cum talis ſumptus fuerit voluntarius, nō
neceſſarius, cum rei expediendæ neceſſitas ſo-
lum requireret Doctorem cum famulo, ideo
3 non debet à reo præſtari, † *ut in ſpecie ſcribunt*
Gail

Digitized by Google

Gal.lib.1. obſer.151.num. 1.Theſ. deciſ.67. num.4. verſ. intrinſeca in fi. Nec eſt habenda ratio ſuppoſiti timoris, quia, cum non conſtet de minis alicuius, non poteſt non eſſe timor vanus, cuius nulla eſt habenda ratio. *l. vanus timoris. ff. de reg.iur.*

Secũdo verò ſupponit, ſe pro cibatijs ab hoſpitatore præſtitis impendiſſe magnam pecuniæ ſummam, quæ res nec eſt vera, nec veriſimilis: nam contrarium apparet ex ipſiuſmet hoſpitatoris depoſitione, q loco librarũ 1600. deponit, ſe vix 35. libras in totum recepiſſe, ꝙ eſt veriſimilius. Et licet illa depoſitio priuata ſit, debet tamen iudicem ad eligendũ id, quod eſt magis veriſimile mouere.

Tertio de impenſis cibatijs deducẽdum eſt, quod ipſemet doctor cũ famulo domi ſuę im-
4 pendiſſet. † *l. ſed etſi hereditas. 11. §. 1. ff. ad exhib. Bar. in l. eum, quem temere. 79. in prin. num. 3. ff. de iudic. Iaſ. in d. l. properandum 11. §. ſin autem alterutra nu. 14. C. eod. Menoc. de arb. caſ. 154. nu. 3. Theſ. d. deciſ. 67. nu. 4. verſ. intrinſeca, circa med.*

Quarto ſcribit, ſe libras 150. erogaſſe in loco Caſalis Maioris pro habendis ſcripturis, & tamen ex eorum, quibus ſolutæ ſupponuntur depoſitione conſtat vix eum libras 25. impendiſſe. Quo fit, vt quoniam ex his omnibus conſtat de euidenti mendacio, debeat prudens iudex immoderatam taxare quãntitatem, & eam ad ſummam minimam, quam veriſimile ſit, eum impendiſſe, puta ad ſummam 50. aureorum redigere.

Quinto, & vltimo petit libras 438. pro damnis paſſis occaſione litis ob id, quod nõ potuerit clientibus ſuis inſeruire, à quibus ſaltem au reos ſexaginta cõſequi potuiſſet, Sed tota hęc ſumma debet de computatione tolli, tũ quia non eſt veriſimile tantam eum quantitatem fuiſſe lucraturum, vt cum aliorum huius ciuitatis. I. C. lucri collatione facta facilè poteſt intelligi, tum etiam quia dato etiam, quod tantum fuiſſet lucraturus, non tamen id eſſet præſtandum, quia ſententia condemnat reum in damnis, quorum appellatione non continetur
5 lucrum amiſſum † *l. proculus. 26. ff. de damn. inf. l. vlt. C. quis potio.* cuiuſmodi eſt, quod quis beneficio profeſſionis fuiſſet conſecuturus. Idque maximè locum habere debet in caſu noſtro, in quo cauſa non erat talis, nec tam ardua, vt eius occaſione debuerit Doctor ab officio ſuo in
6 totum abſtinere, † *ſecundum diſtinctionem quã in terminis tradunt Andr. Gail d. obſer. 151. num. 19 & Theſau. d. deciſ. 67. num. 5. verſ. contrarium.* Et ita in omnibus ſupradictis iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro D. Ioanne Baptiſta Croua Taurinenſi.

CONSILIVM XC.

ARGVMENTVM.

An & quando fideiuſſor ad tempus, poſt illud cẽſeatur liberatus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor ad tempus, poſt tempus non tenetur, Declara, vt nu. 5. 11. & 12.*
2 *Fideiuſſio contrahitur per ſtipulationem.*
3 *Fideiuſſio eſt ſtrictè intelligenda.*
4 *Fideiuſſoris obligatio non debet extendi vltra caſus, & tempora expreſſa.*
6 *Fideiuſſor non pôteſt obligari in duriorẽ cauſam, quam debitor principalis.*
7 *Verba ita ſunt intelligenda, ne cenſeantur inutiliter appoſita, Declara, vt nu. 15.*
8 *Mora creditoris non debet nocere debitori, Declara, vt nu. 17.*
9 *Promiſſio debet accipi cum effectu.*
10 *Interpretatio in dubio ea eſt facienda, per quam altera pars non remanet in damno.*
13 *Interpretatio ea ſemper eſt facienda, ne actus reddatur illuſorius, & fruſtratorius.*
14 *Verba potius ſunt impropriãda, quam, vt contractus remaneat inutilis.*
16 *Interpretatio, per quam actus ſuſtinetur, tanquã regina cæteris præualet.*

FACTI SPECIES.

D. Gulielminus Croua Clauatienſis promiſit D. Thomæ Crouæ Taurinenſi ſe intra annum reſtituturum, mille aureos, quos ab eo mutuò accepit, deditque fideiuſſorem D. Io. Matheum Bernardis, cuius obligatio fuit à notario concepta his verbis, *Et per maggior ſicurezza del ſudetto Nob. creditore alli pregui, & richieſte d'eſſo M. Gulielmino per lui e ſtato, & è ſuo ſigurta, & fideiuſſore per la ſudetta ſomma, & durante l'anno, o ſij termine ſudetto il Nobile M. Gio. Matheo Bernardis.* Tranſacto tennino, & pecunia à debitore non ſoluta, quæritur, an fideiuſſor poſt annum conueniri poſſit.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Quæſtio propoſita magnam in ſe videtur habere dubitationem, quia multa ſunt, quæ prima facie ſuadere videntur, huiuſmodi fideiuſſorem nõ poſſe conueniri, &

Primum illud, quia fideiuſſor ad tẽpus poſt tempus non remanet obligatus, ſed omnimo-
1 do liberatur. † *l. ſi fideiuſſor. 27. C. de fideiuſſ. l. ſi fideiuſſor conuentus. 29. §. vlt. ff. manda. l. ſi cum Hermes. 7. C. de locat. & ſcribunt Bart. in l. Lucius 47. §. Paulus num. 1. ff. de admin. tuto. Borgn. dec. 31. num. 1. par. 1. Theſ. deciſ. 125. num. 4.* Limitata enim cauſa limitatum producit effectum. *l. in agris. 16. ff. de acq. rer. dom.* maximè in fideiuſſione, quæ cum per ſtipulationem contraha-
2 tur. † *l. blanditus. 12. C. de fideiuſſo. l. ſtipulationũ. 5. § ſatis acceptio. ff. de verb. oblig. §. in hac Inſt. eod.* quæ ſtricti iuris eſt *l. vn. §. ſed etſi non ignoramus C. de rei vx. act. §. fuerat inſt. de actio.* neceſſariò
3 eſt ſtrictè intelligenda, † *vt ſcribunt Roll. conſil. 58. num. 20. vol. 1. Ceph. conſ. 3 1. num. 2. Theſ. d. deciſ. 125. num. 2.* Et ideo non debet extendi vl-
4 tra caſus & tempora expreſſa. † *l. quicquid adſtringenda 99. l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogonus verſ. plerumque. ff. de verb. oblig. l. ſi in pignore. 55. l. fideiuſſor magiſtratuum 69. § pro Aurelio. ff.*

de fide-

de fideiuſſo. Nat. conſ.202. nu.5. Purp. conſ.555.
num.4. Cum igitur D. Matheus promiſerit tan
tum, *durante l'anno, o ſij termine*, Conſequens
videtur, vt poſt annum non cenſeatur obliga-
tus.

Secundo verò multomagis hoc videtur di-
cendum in caſu noſtro, in quo non tractamus
de obligatione repetibili, quæ tractum habeat
temporis ſucceſſiuum, puta de tutela, ſocieta-
te, vel id genus alia, ſed de obligatione irrepeti
bili, certa, & determinata. Nam, licet in repeti-
bili fideiuſſor ad tempus poſſit etiam poſt tem
pus conueniri pro rebus debitis intra tempus,
tamen in irrepetibili poſt tempus omnino libe-
5 ratur, † *vt diſtinguendo declarant Abb. in cap. con
ſtitutus nu.3. extr. de fideiuſſ. & Crau. conſ.436.
num.19. verſ.15. & num.25. verſ. Non obſtat ter-
tium*, quia alioquin temporis adiectio rema-
neret prorſus inutilis, & fruſtratoria; Intelligé-
retur enim facta cauſa differendæ ſolutionis,
ſeu conuentionis, quæ res eſſet ſuperuacua, tan
quam ea, quæ tacitè inerat: Neque enim potuiſ
ſet fideiuſſor ante tempus conueniri, etiamſi
hoc dictum non eſſet, cum non poſſit in durio
rem cauſam obligari, quam debitor principa-
6 lis † *l. Gracè.9. §. illud ff. de fideiuſſ. §. fideiuſſores.
inſti. eo.* Ne igitur illa verba, *durante l'anno*, cen-
7 ſeantur inutiliter appoſita *contra regulam* † *l. ſi
quando.112. in prin. ff. de leg.1. quam tradunt Pa-
riſ. conſ.20. num.74. vol.1. Purp. conſ.518. num.1.
Capb. conſ.451. num.224. Roll. conſ.61. num.14.
vol.3. Crau. conſ.135. num.24.* dicendum potius
videtur fuiſſe adiecta cauſa finiẽdæ obligatio-
nis, quaſi fideiuſſor voluerit eſſe obligatus du-
rante tantum termino conuento, non etiam
poſt.

Tertio videtur hoc ipſum ea ratione com-
probari, quia mora creditoris non debet noce-
8 re fideiuſſori. † *l. qui decem. 72. in prin. ff. de ſolut.*
& ideo, ſi quid deterius acciderit debitori poſt
terminum præfixum, non debet hoc ipſi fide-
iuſſori reputari: Neque enim fideiuſſiſſet, ſi pu
taſſet in tam longum tempus exactionem po-
tuiſſe differri propter periculum decoctionis,
vt ait Theſ. d. deciſ.129. nu.12. Quinimo videtur
hæc fuiſſe mens ipſius fideiubentis, dum dixit,
ſe eſſe fideiuſſorẽ *per maggior ſicurezza duran-
te l'anno*, Videtur enim hoc voluiſſe dicere, ſe
fideiubere ad hoc, vt creditor ſit tutus durante
termino, & ſic ſe ſuſcipere periculũ, ſi debitor
fiat deterioris conditionis durante termino, ſe
cus verò, ſi poſt.

His tamen non obſtantibus contrarium exi-
ſtimo de iure verius, nempe huiuſmodi fide-
iuſſorem etiam poſt annum cenſeri obligatũ,
& poſſe cõueniri, his motus fundamentis, &

Primò, quia hæc promiſſio fideiuſſoris de-
bet accipi cum effectu, &, vt aliquid operetur.
9 † *l.1. §. hac autem verba. ff. quod quiſq. iuris. l. pen.
§. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi ex. cap.
relatum de cler. non reſid.* Nam etiam in materia
ſtricta ita facienda eſt interpretatio, ne actus
ſit inutilis, & illuſorius. *l. quoties 80. ff. de verbo.
oblig.* Niſi autem diceremus fideiuſſorem poſ-
ſe conueniri poſt annum, neceſſariò fatendum
eſſet, inutilem eſſe fideiuſſionem, quia ante an-
num non potuit fideiuſſor conueniri, cum ob-
ligatio principalis ſit in diem, & fideiuſſor non
poſſit obligari in duriorem cauſam, quam de-
bitor principalis *d. l. Græce.9. §. illud. ff. de fideiuſ.*
Ne igitur hoc abſurdum ſequatur, neceſſariò
fatendum eſt, poſſe conueniri poſt annum.

Nec eſt, quod aliquis tenter, non reddi inuti-
lem fideiuſſionem, quaſi poſſit hunc habere
ſenſum, vt, ſi intra annum debitor non ſoluen-
do fiat, teneatur fideiuſſor, alioquin, ſi ſit ſoluẽ
do nõ teneatur vltra annum etiãſi poſtea fiat
deterioris conditionis, quia primùm, cum fide
iuſſio generalis ſit, neque faciat mẽtionem de
debitore facto non ſoluendo, non debet ad eũ
caſum reſtringi, ſed generaliter eſt accipienda;
quibuſcunque caſibus debitor non ſatisfece-
rit creditori. Deinde etiam poſito hoc ſenſu,
neceſſariò fatendum eſſet, fideiuſſionem eſſe
omnino inutilem, ſi tempus eſſet adiectũ cau-
ſa finiendæ obligationis: Nam demus, quod
debitor intra annum factus ſit non ſoluendo,
non tamen potuit intra annum fideiuſſor con-
ueniri propter diem adiectum ſolutioni in per
ſona debitoris principalis, poſt annũ verò non
poſſet etiam conueniri, quia finiendæ obliga-
tionis cauſa fuiſſet tempus adiectum. Omni-
modo igitur remaneret inutilis fideiuſſio, qđ
vtique eſt abſurdum.

Secundo moneor, quia hæc fuit intentio cõ
trahentium vt fideiuſſor poſſit conueniri etiã
poſt annum, quod patet ex verbis inſtrumẽti:
nam debitor principalis ſi non ſoluerit termi-
no competente, neque liberauerit prædictum
fideiuſſorem, vult ab eo poſse quocunque lo-
co conueniri his verbis, *Et in diffetto del paga-
mento, o ſia reſtitutione della ſou aſcritta ſomma
al termine, & modo predetto, & di releuamento ſo-
pra promeſſo, eſſo Croua debitore inſino adeſſo come
all'hora ha renonciato, & renuncia al priuilegio, &c.*
Si igitur vult debitor poſse conueniri à fideiuſ
ſore propter non ſolutam pecuniam tempore
appoſito. Neceſsariò fatendum eſt, ſenſiſse cõ-
trahentes aliquam potuiſſe naſci obligationẽ
inter debitorem, & fideiuſſorem. Non potuiſ-
ſet autem naſci ratione releuationis, ſi verum
eſſet non teneri vltra annum, quia iam eſſet li-
beratus. Senſerunt igitur naſci poſſe ratione ſo
lutionis à fideiuſſore faciendæ Solutio autem
non poteſt intelligi intra annum, quia non po
tuit conueniri. Intelligitur ergo poſt annum, vt
potuerit adſtringi ad ſolutionem.

Tertio probatur & ex alia clauſula inſtru-
menti, in qua debitor principalis, & fideiuſſor
conſtituunt ſe tenere, & poſſidere ſpecialiter
hypothecata omnia ſua bona nomine credito
ris, ſi ei non fuerit ſatisfactum termino appoſi-
to his verbis: *Quali beni ogn'vno d'eſſi reſpettiua-
mente, & come ſopra ſi ſono conſtituiti, & ſi conſti-
tuiſcono di tenerli, & poſſederli ſpecialmente obliga-
ti, & hipothecati per ſpecial pegno, & hipotheca a no-
me del ſudetto creditore ſin a tanto ſaragli intiera-
mẽte reſtituita, & pagata la ſudetta ſomma di mil-
le ſcudi inſieme con tutti li ſuoi danni, ſpeſe, & in-
tereſſe, che per il ritardato pagamento, o reſtitutione
di quella veneſſe per qual ſi vogli modo a patire.* Si
fideiuſſor conſtituit ſe tenere iure pignoris bo
na ſua, ſi ad terminũ non fuerit reſtituta pecu-
nia creditori, voluit igitur eſſe obligatus poſt
annum: Niſi enim eſſet obligatus, nõ teneret
pignus. Deinde pondero id, quod conſtituit ſe
tenere bona hypothecata etiam pro eo quod
intereſt à die moræ. Mora autem non potuit
committi ante annum. *l. lecta.40. verſ. non enim
ff. ſi cert. pet.* Voluit igĩ eſſe obligatꝰ poſt annũ,

Quartò,

Quarto, & vltimo moneor, quia in dubio facienda eſt ea interpretatio, per quã altera pars
10 non remaneret in damno, & decepta† *l. 3. §. 1. ff. de arbitr. l. 1. §. Magiſtrum autem. ff. de exercito. & ſcribunt Menoch. de arbitr. caſ. 199. num. 15. Roll. conſ. 81. num. 10. vol. 4. Beret. conſ. 126. nu. 5.* quod procedit etiam ſi verba reddantur ſuperflua, & impropria, *ſecundum Caſt. in l. fi. §. in cõputatione num. 11. C. de iur. delib. Ruin. conſ. 123. num. 15. vol. 3.* Quis autem neget, quin, ſi dicamus fideiuſſorem poſt annum eſſe liberatum, hic creditor nõ daturus alioquin debitori principali mutuam pecuniam ſine cautione fideiuſſionis, ea inutiliter præſtita, circumuentus in manifeſto damno verſetur. Omnimodo igitur ſumenda eſt hæc interpretatio, quaſi noluerint contrahentes fideiuſſoriam obligationem extingui tẽporis aduentu. Ex his igitur ſatis aperte conſtare puto, non obſtantibus his verbis *durante l'anno, &c.* poſſe fideiuſſorem in ſpecie noſtra conueniri etiam poſt annum.

Quibus poſitis non obſtant ea, quæ pro contraria ſententia fuerunt adducta. Ad primum enim reſpondeo, id eſſe intelligendum de obligationibus repetibilibus in quibus fideiuſſor ad tempus, poſt tempus liberatur ab obligatione futuri temporis, quanquam pro obligationibus contractis ſit obligatus in perpetuum.
11 † *l. ſancimus. 26. l. ſi fideiuſſor. 27. C. de fideiuſſ. Dec. conſ. 93. nume. 5. Borgni. deciſ. 31. nume. 15. par. 1. Theſ. deciſ. 125. num. 5. & num. 14* In irrepetibilibus vero eſſe faciendam diſtinctionem, quã mox proponemus.

Ad ſecundum vero reſpondeo in obligationibus irrepetibilibus, duos caſus poſſe conſide-
12 rari, † quorum primus eſt, quando adiecto tẽpore, etiam ſi dicamus eo finiri obligationem fideiuſſoris, non tamen prorſus inutilis redditur fideiuſſio, vt cum pro eo, qui debet purè, fideiubet aliquis, ſed durante tantum anno, vel cum pro eo, qui debet intra annum promittit fideiuſſor durante biennio: Tunc enim quia intra illud tẽpus expreſſum poteſt fideiuſſor aliquando conueniri, & eo modo non eſt omnino inutilis fideiuſſio, neceſſariò dicẽdum eſt finiri obligationem fideiuſſoris aduenientę tẽpore. Et ita accipio dicta Abb. Crau. & aliorũ. Secũdus verò caſus eſt, cum poſito, quod finiatur obligatio fideiuſſoris tempore adiecto, redditur omnino inutilis fideiuſſio, vt in caſu noſtro, quo pro debitore in annum, fideiuſſit quis durante anno: ſi. n. poſt eũ non poſſet conueniri, omnino eſſet inutilis fideiuſſio. Et in hoc caſu verius eſſe puto non cenſeri appoſitum tempus cauſa finiendę obligationis, quia debemus ſemper facere interpretationem ne actus red-
13 datur illuſorius, & fruſtratorius. † *l. ſi prætor 75. in prin. ff. de iudic. l. fi. ff. Ne quid in loc. pub. Beret. conſ. 83. nu. 3. Morot. conſ. 4. nu. 8.* ſed vt potius valeat quam pereat. *l. quoties. 13. l. vbi eſt. 22. §. ſemper. ff. de reb. dub. l. quoties 80. ff. de verb. oblig. l. cogi. 16. in prin. verſ. in ambiguo. ff. ad Trebel. l. inter antiquam. 15. C. de vſufr. Rui. conſ. 153. nu. 14. vol. 3. Pariſ. conſ. 46. num. 38. vol. 4. Purpu. conſ. 2. num. 22. Caph. conſ. 10. num. 6.* Quinimo ſunt potius improprianda verba, quam vt contractus
14 reddatur inutilis. † *l. 1. pecunia. ff. de calum. Cra. conſ. 135. num. 24. & conſ. 656. num. 6. Alc. de præſump. reg. 3. præſ. 34. num. 5. Caph. conſ. 773. nu. 68.* Ita igitur erunt intelligenda quaſi voluerit fideiuſſor promittere ſe ſoluturum intra terminum conuentum, qui mos eſt loquendi Notariorũ, Itaq; dictio, *durante*, accipitur pro intra.

Neque obſtat, quod ita poſito ſenſu verba illa *durante l'anno, &c* redduntur ſuperflua, quia reſpondeo primo non eſſe hoc nouum, ut ſæpius exprimatur id, quod tacitè ineſt. *l. 3. ff. de leg. 1. l. 3. C. de fideiuſſ. l. hæc verba 12. ff. de cond. inſti.* Deinde, & ſecundo reſpondeo quoniam ſumus in dubia interpretatione verborum, & poſito vno ſenſu actus ſuſtinetur, ſed verba quędam, vel impropriantur, vel redduntur inutilia, Alio verò ſenſu verba illa habeant quidẽ effectum, ſed reddunt contractum inutilem, ſumenda eſt ea interpretatio, per quam actus ſu-
15 ſtinetur etiam ſi verba improprientũ. † *Ita Dec. in l. in contrahenda 132. nu. 5. ff. de reg. iu. Alcia. de præſ. d. reg. 3. præſ. 34. num. 5. Caph. conſ. 773. num. 68.* Nam hæc interpretatio, vt actus valeat tanquam regina cœteris præfertur, *vt tradit Dec. in d. l. in contrahenda. num. 6. Alc. d. reg. 3. præſ. 34. num. 1. Purp. conſ. 72. nu. 7. Caph. conſ. 51. nu. 39.* præcipuè in caſu noſtro, in quo poſito hoc ſenſu verba non redduntur omnino inutilia, cũ clarius exprimant id, quod tacitè ineſt.

Ad tertium denique reſpondeo id procede-
16 re † duobus interuenientib. Primo, vt facta ſit à creditore prorogatio termini, Secundò vt fideiuſſor ſit proteſtatus ſe nolle teneri: Alioquin ſibi debet imputare, cum poſſet agere, vt liberaretur, & tacuit, *Et ita ſcribit in ſpecie Theſ. d. dec. 125. num. 12. & 13.* Quæ, cum non interuenerint in caſu noſtro, non eſt, quòd aliquis cõtendat, non teneri fideiuſſorem poſt terminum præfinitum, licet multum temporis tranſierit ante, quam petitum ſit hoc creditum. Ex quibus concludo poſſe fideiuſſorem adhuc hodiè conueniri, Saluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Perill. D. Auditore Oddono Boſchi

CONSILIVM XCI.

ARGVMENTVM.

An, & quando fideiuſſor euictionis offerendo vnam ex pluribus rebus venditis, & euictis, aut eius partem liberetur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor euictionis nomine cõdemnatus offerendo rem & id, quod emptoris intereſt, liberatur, Declara, vt nu. ſeqq.*
2 *Partem empturus nemo præſumitur,*
3 *Venditio plurium rerum vno pretio facta eſt vna, & pro parte ſuſtineri non poteſt.*
4 *Euicta vna re ex pluribus, non cogitur quis alias retinere, Declara, vt nu. 5. & 6.*
7 *Euicta parte pro ea tantum agi poteſt.*
8 *Euicta vna re non cogitur quis aliam retinere, ſi nulli, aut minimo vſui ſit ei futura.*
9 *Euicta parte venditio in totum reſoluitur; quando quis non aliter fuiſſet contracturus, quam, ſi totum emiſſet.*
10 *Acceſſorium dicitur, quod alterius cauſa ſit.*

Villa

11 *Villa eſt acceſſio fundi.*
12 *Euicta re principali, non cogitur quis acceſſoriam retinere.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

QVamuis diſpoſitio *l. fideiuſſor 15. ff. de dol. excep.* quæ vult, fideiuſſorem
euictionis nomine condemnatum
liberari, ſi rem euictam præſtet, &
1 præterea, quanti emptoris intereſt, † *vt ibi not. Bart. & in l. ſi inſulam. 84. numero 14. & ibi Alex. numero 28. ff. de verborum obligat. Caball. in tractat. de euict. §. 2. numero 21. Hering. de fideiuſſo. capit. 27. part. 4. numero 74.* ita demum videatur habere locum, ſi tota res vendita, & euicta præſtetur, quod nemo præſumatur em-
2 pturus partem. † *l. tutor. 49. §. curator. ff. de minor. l. ſi quis aliam. 46. ff. de ſolut. latè Tiraquell. de retract. lign. §. 23. numero 2. & ſequen.* Idque ſibi vindicet locum etiam in venditione plurium rerum, quæ facta eſt vno pretio, quippe quæ vna dicitur, & pro parte ſuſtineri non po-
3 teſt. † *l. ſi duos 44. ff. de contrahen. emptio. l. quod ſi vno 16. l. cum duo. 20. ff. de in diem add. l. cum duo eiuſdem 34. ff. de Aedil. edict. & ſcribunt Bart. in l. ſcire debemus. 29. numero 2. & ibi Iaſ. numero 3. ff. de verborum obligat.* Et in ſpecie vnius rei euictæ ex pluribus datis, vt non cogatur quis
4 alias retinere † *conſtet ex dicta lege ſi quis aliam. 46. ff. de ſolut. & tradit etiam Tiraquell. de retra. lign. d. §. 23. numero 3.* Vnum tamen eſt, quod grauiter videtur obeſſe Domino Auditori: Nã
5 ſupradicta videntur habere locum † in iis tantum caſibus, in quibus prima obligatio non eſt extincta, ſed euictione ſecuta adhuc ex ea agi poteſt, vt euenit in datione in ſolutum. Cæterum in venditione, cuius obligatio extinguitur ſecuta traditione, & renaſcitur ſecuta euictione, licet vno pretio res plures venditæ ſint, & ratione emptionis contractus dicatur vnus, tamen ratione euictionis tot dicuntur eſſe contractus, obligationes, & actiones, quot ſunt res venditæ, & euictio ſpectatur in ſingulis rebus *l. cum plures. 72. ff. de euictio.* Vnde vna euicta pro ea tãtum agi poteſt. *l. ſi duos.*
6 *47. ff. eod.* † *Ita nominatim diſtinguunt glo. in d. l. cum plures. 72. in verb. comprehenderit, & Barto. in l. Ariſto 18. §. 1. numero 1. ff. de donat. & in dicta lege ſi quis aliam 46. numero 3. ff. de ſolut.* & ſimiliter euicta parte pro ea tãtum actio com-
7 petit. † *l. 1. & ibi Barto. ff. de euictio. l. vltim. vbi Bald. C. de comm. rer. alien. Surd. conſilio 104. numero 6. & conſilio 359. numero 30.* Quo poſito, quemadmodum, ſi plures eſſent venditiones, & pro omnibus datus fideiuſſor, ſecuta rerum omnium euictione, licet fideiuſſor non poſſet res omnes recuperare, ſed vnam tantum, eam præſtando liberaretur ab illius obligatione, quoniam contractus eſſent ſeparati, ita etiam videtur dicendum in caſu noſtro, licet vnica fuerit venditio, quia reſpectu euictionis perinde accipitur, atque ſi multæ eſſent venditiones.

Verum hoc non obſtante puto de iure verius, non cogi Dom. Auditorem recipere areã oblatam ſine pratis, quia multa concurrunt, quorum æquitas huic oblationi repugnat.

Primum enim conſiderandum eſt, aream, de qua tractatur, nulli futuram vſui Domino Auditori ſine pratis, ſed remanſuram ei prorſus inutilem, quæ res operatur vt non poſſit Domin. Auditor cogi eam ſine pratis recipere, quia etiam in iis caſibus, in quibus emptor aliàs cogitur vnam ex pluribus rebus emptis, aut etiam rei partem retinere, poteſt eius retentionem denegare, ſi ea nulli, aut minimo
8 vſui ſit ei futura, † *vt eſt text. in l. cum eiuſdem. 34. ff. de Aedil. edict.*

Secundo verò conſiderandum eſt, Domin. Auditorem non aliter fuiſſe contracturum, quam, ſi prata veniiſſent: ſcilicet, quia tunc temporis non indigebat area: Habebat enim aream propriam, quæ erat ampliſſima, ſed ad eam emendam fuit adſtrictus eo ſolo, quod egebat pratis, quæ venditor ſine area nolebat diſtrahere, Ergo non facta etiam pratorum oblatione non eſt cogendus aream recipere, quia, quando quis non aliter fuiſſet cõtracturus, quam, ſi totum, ſiue omnes res emiſſet, euicta parte, aut vna re, non cogitur aliàs
9 retinere, ſed venditio in totum reſoluitur. † *d. l. ſi quis aliam. 46. vbi Barto. ff. de ſolut. Socin. iun. conſilio 26. numero 10. volum. 1. Tiraquell. de retr. lign. dicto §. 23. glo. 1. num. 2. Bec. conſ. 106. num. 49. Surd. conſ. 104. nu. 6. & conſ. 359. nu. 30.*

Tertiò prædicta confirmantur ea ratione, quia in hoc contractu prata conſiderantur, vt principalia, area verò, vt acceſſoria; Emptio enim principaliter facta eſt propter prata, & area empta eſt pratorum cauſa, & acceſſorium
10 dicitur, quod alterius cauſa fit. † *l. & ſi non ſunt 21. §. peruenianius. ff. de aur. & argen. lega. Purpur. conſilio 512. numero 20.* Qua ratione
11 villa dicitur acceſſio fundi. † *l. fundi 8. ff. quib. mod. vſusfr. ami.* Sed, quando euincitur illa res, quæ in venditione eſt principalis, non cogitur emptor aliam, quæ eſt acceſſoria, retinere, aut
12 recipere. † *l. proinde 33. §. fin. ff. de Aedil. edict.* Ergo nec in caſu noſtro cogetur Dom. Auditor aream recipere, ſine pratis. Et hoc non obſtantibus iis, quæ in contrarium fuerunt adducta, quippe quæ ex præcedentibus remanent reſoluta; Procedunt enim regulariter, cum alioquin nos verſemur in exceptionibus. Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Perill. DD. Equite Io. Paulo, Ioan. Auguſtino, & Bartolomeo fratribus de Cuſanis.

CONSILIVM XCII.

ARGVMENTVM.

An, cenſus conſtitutio ſit valida, ſi tempore conſtitutionis pecunia non numeretur, ſed remittatur venditori ſchedula bancharia.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio vera non dicitur, niſi pecunia actualiter numeretur, licet ſit in præſentia cõtrahẽtiũ.*
2 *Debitor liberatur per delegationem.*
3 *Delegatio eſt ficta ſolutio.*

4 *Debitor non liberatur per remiſſionem ſchedulæ banchariæ, Declara, vt nu. 17.*

5 *Delegatio, vt facta cenſeatur, quæ requirantur, remiſſiuè.*

6 *Schedulæ bancharia remiſſio ſecuta poſtea numeratione dicitur ſolutio vera, non ficta.*

7 *Mutuum, quod contrahitur per numerationem factam à debitore de mandato creditoris, dicitur naturale, & verum, cui tamen ius ciuile cooperatur. nu. 8.*

9 *Solutio facta per alium dicitur vera, licet fictus ſit ſolutionis actus.*

10 *Cenſus rectè conſtituitur, per conuerſionem crediti ex alia cauſa in pretium cenſus ſecundum Surd.*

11 *Solutio, quæ fit per conuerſionem crediti ex alia cauſa, eſt ficta, ſed pro vera habetur nu. 12.*

13 *Cenſus rectè conſtitutus intelligitur, ſi tempore cõſtitutionis remittatur venditori ſchedula banchar ia, quæ poſtea ſuum effectum ſit conſecuta.*

14 *Confeſſio debitoris plenè probat.*

15 *Liber campſoris cunctis adminiculis plenè probat.*

16 *Verba præfationis denotant cauſam finalem.*

18 *Cenſus, vt ritè conſtitutus intelligatur per remiſſionẽ ſchedulæ banchariæ, debet ſtatim ſequi numeratio, Declara vt nu. 19. & ſeqq.*

20 *Dictio, ſtatim, variè ſumitur ſecundum ſubiectã materiam.*

21 *Dilatio, ſi facta ſit fauore creditoris, non cogitur is antea ſolutionem recipere.*

22 *Bancherij magni nominis præſumuntur habere ſemper pecunias ſolutioni paratas.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DVO ſunt, quæ nullam reddere vidẽtur conſtitutionem annui cẽſus, de quo contenditur, ac

Primùm illud, quia nõ interuenit in hac conſtitutione realis pretij numeratio, q̃ alioquin eſt neceſſaria iuxta formam à Bulla Sanctiſſimi Pij V. præſcriptam: Nã, licet interuenerit remiſſio ſchedulæ banchariæ, non tamen ea dici poteſt vera, & realis numeratio, quippe quæ non dicitur, niſi actualiter, & cũ effectu pecunia numeretur, adeo, vt non ſufficiat, pecuniam eſſe in præſentia contrahen-
1 tium, niſi verè, & realiter numeretur, † *vt ſcribunt Bart. in l. ſingularia. 15. num. 22. in fin. & ibi Iaſ. num. 47. & 48. verſ. imo fortius & nu. 53. ff. ſi cert. pet. Bar. in l. ſi ex cautione. 3. num. 9. in fi. C. de non num. pecun. Bald. in rub. C. de fid. inſtr. num. 14. Clar. in §. falſum nu. 19. Chaſſan. conſ. 12. nu. 15. Crau. conſ. 535. nu. 5. Surd. deciſ. 284. nu. 3. &* 4. Quinimo talis remiſſio ne ficta quidem numeratio, & ſolutio dici poteſt, vt videtur ex eo patere, quia, ſi remittens ſchedulam banchariam diceretur etiam fictè pecuniam numerare, & ſoluere, vtique per eius remiſſionem (ſi eſſet debitor) liberaretur, quemadmodum libe-
2 ratur per debitoris delegationem † *l. ſi mandato meo. 45. §. vlt. ff. mand.* quæ ficta quædam ſolu-
3 tio eſt † *l. quamuis 8. §. interdum. ff. ad Velleia. l. inter cauſas 26. §. abeſſe, & ibi gl. in verb. creditori. ff. mand. gl. in d. l. ſi mandato meo 45. §. vlt. in gl. vlt. ff. eod. Iaſ. in d. l. ſingularia. 15. nu. 35. & ibi Cagn. nu. 166. ff. ſi cert. pet.* Atqui per ſolam remiſſionem ſchedulæ banchariæ non liberatᷣ debitor,
4 † *vt ſcribunt Bar. in d. l. ſingularia num. 19. & ibi Ang. nu. 6. Caſtr. nu. 22. Iaſ. nu. 34. & 38. Cagn. nu. 157.* Non eſt igitur ficta ſolutio, & numeratio.

Et ſanè, cum in tali remiſſione nõ interueniãt
5 ea, quæ ſunt ad delegationem neceſſaria, † *vti videre eſt apud Caſt. in d. l. quamuis. 8. §. ſi mulier. ff. ad Velleia. Iaſ. in d. l. ſingularia. nu. 38. & ibi Cagno. nu. 165. & ſeqq.* nec per conſequentias dici poteſt ficta ſolutio.

Nec videtur obſtare pactum in inſtrumẽto appoſitum, vt, niſi ſchedula bancharia reſtituatur intra 15. dies, pecunia habeatᷣ ꝓ numerata, & ſimili modo non videtur obſtare, quod poſt biennium D. Comes confeſſus ſit, fuiſſe ſibi pecuniam ab argentario numeratam, nec ſit veriſimile, eũ fuiſſe cenſus annuos ſoluturũ, niſi verè, & realiter pecuniam accepiſſet, cũ nemo præſumatur iactare ſuũ *l. cum de indebito. 25. ff. de prob.* quia videtᷣ poſſe reſponderi, huiuſmodi confeſſiones, & pacta fictam tũ inducere ſolutionem, & numerationem, nõ verã, & realẽ, *vt ſcribunt omnes in d. l. ſi ex cautione 3. C. de non num. pec. & in d. l. ſingularia. 15. ff. ſi cer. pet.* ideoq; non ſufficere ad conualidandam cenſus cõſtitutionem, quippe, quæ pro forma realem, & veram numerationem requirit.

Verum his non obſtantibus contrariũ de iure verius eſſe puto, validam ſcilicet eſſe conſtitutionem annui cenſus, de quo contenditur, licet realis pretij numeratio non interuenerit in ipſo conſtitutionis actu. Moueor autem

Primo, quia remiſſio ſchedulæ banchariæ, ſi pecunia poſtea ſoluatur ab argentario (prout eſſe ſolutam in caſu noſtro infra demõſtrabo)
6 dr̃ vera, & realis, non verò ficta ſolutio: † Nec enim refert, vtrum ab ipſomet contrahente pecunia ſoluatur, an verò ab alio de illius mãdato, vt vera, & realis ſolutio dicatᷣ interueniſſe, quia, qui per alium facit, per ſe ipſum facere vr̃ *l. 2. ff. de fid. & nom. tut.* Quamobrem, & mutuũ, quod contrahitur per numerationem factã ab alio de mandato creditoris, dr̃ mutuum naturale, & ſic verum, & reale, non ciuile, & fictum
7 † *d. l. ſingularia 15. & ibi Bar. nu. 20. Bal. Caſt. Ale. & alij communiter. ff. ſi cer. pet.* Et, licet in eo interueniat aliqua fictio, cum pecunia breui manu cenſeatur creditori ſoluta, & ab eo mutuo data debitori, non impedit tamen illa fictio, quo minus mutuum dicatur verum, & reale: Dicitᷣ
8 enim naturale, cui ius ciuile cooperatᷣ, † *vt ſcribunt Bar. in l. 2. §. fi[illegible] nu. 3. & ibi. Bal. in prin. Ang. nu. 4. verſ. in gl. Caſtr. nu. 7. Alex. nu. 5. Iaſ. nu. 14. ff. ſi cer. pet.* Simili igitur ratione, licet in numerationis actu interuenerit aliqua fictio, eo, ꝙ facta ſit numeratio per alium nomine emptoris, non ideo tamẽ minus dicetur vera ſolutio, quia ſolutio vera eſt, licet fictus ſit ſolutionis
9 actus, † *vt poſt Caſtr. declarat Surd. conſ. 162. nu. 45. in fin.*

Secundo verò dato etiam, quod talis remiſſio ſchedulæ banchariæ non poſſit etiã ſecuta numeratione dici vera, & realis ſolutio, ſed tũ ficta, adhuc tamen in ea verificatur forma requiſita à Bulla Pij V. Nam pecuniæ ſolutio, & numeratio, q̃ prædicta Bulla requirit, non eſt ſtrictè accipiẽda de ſola numeratione, quæ fit actualiter, ſed verificatur etiam in ea, quæ pro vera habetur, licet ficta ſit, ideſt verificatur in ea ſolutione, ex qua venditor cenſus verè, & realiter percipit eundem effectum, quem habiturus eſſet, ſi realis pecuniæ numeratio interueniret, licet verè non interueniat. Itaque verificatur in conuerſione pecuniæ debitæ ex

alia

10 alia cauſa in cauſam emptionis cenſus, † *vt contra Nauarrum, & alios rectè ſcripſit Surd. dicto conſilio 162. numero 39. & ſequent. ex ſententia Pariſ. conſilio 75. nume. 32. volum.* 4. Nam talis conuerſio, licet ſit ſolutio, & numeratio
11 ficta, † *vt ſcribunt Barto. in dicta lege ſingularia numero 20. verſic. opp. Caſtr. conſilio 170. nume. 1. volum. 2. Pariſ. dicto conſilio 75. numero 32. volum. 4. Natt. conſilio 438. numero 6.* habetur ta-
12 men pro vera, † *vt Caſtr. d. conſilio 170. numero 1. & Surd. d. conſil. 162. nume. 43. & 44. declarant* cum ex ea percipiat emptor numerationis, & ſolutionis effectum. Et ſimili modo verificatur in remiſſione ſchedulæ bancharię, ſi poſtea
13 facta ſit ab argentario pecuniæ numeratio, † vt ſæpius Rotam Romanam declaraſſe conſtat *ex ijs quæ ſcribunt Gratia. diſcep. foren. tom. 2. capit. 87. numero 46. Genc. de cenſibus part. ſecunda capit. primo quæſtio. 1. articu. 7. numero 13. & ex deciſionibus ab eo relatis poſt dictum tractat. deciſ. 103. numero 8. & deciſio. 104. numero 1. & a Farin. deciſ. 10. numero 9. & 17. poſt conſilia crimin.* & rectè: Nam talis remiſſio, licet & ipſa ſit quædam numeratio ficta, habetur tamen pro vera, cum ab ea percipiat venditor eundem effectum, quem habiturus fuiſſet, ſi emptor ipſe pecuniam numeraſſet.

Nec obſtat, quod dicitur in motiuis, non videri faciendam vim in prædicta Rotæ deciſione, *quam refert Farin.* quia multa videntur ibi cõcurriſſe, quæ ceſſant in caſu noſtro, quia verius eſt, imo hic omnia concurrere, quæ ibi fuerunt à Rota conſiderata: Primum enim, vt ibi, ita & hic interuenit ſchedulæ remiſſio, vt patet ex ipſomet conſtitutionis inſtrumento. Secundò dicitur in motiuis, ibi ſchedulam fuiſſe acceptatam à mercatore, ad quem fuerat directa, quæ acceptatio ceſſat in caſu noſtro. Sed eſt verius, ſi acceptatio intelligitur de ea, quæ fit in ipſo actu conſtitutionis cenſus, ne ibi quidem interueniſſe, quoniam de ea nulla fit in deciſione mentio. Si verò intelligitur de acceptatione ſubſequente, verius eſt, vt ibi, ita & hic interueniſſe, quoniam vtrobique mercator, ad quem fuerat directa ſchedula, ſoluendo pecuniam, & ſic exequendo mandatum cenſetur illud acceptaſſe. Tertio dicitur in motiuis ibi conſtitiſſe de vera, & reali numeratione ſubſecuta, de qua non conſtat in caſu noſtro; Sed eſt verius imò de ea conſtare, Primo ex confeſſione Domin. Comitis facta poſt inſtrumentum venditionis cenſus: Nam talis confeſſio probat veram, & natura-
14 lem ſolutionem † *l. Publia. 26. §. vltim. ff. depoſ. & ſcribunt Barto. conſilio 160. numero tertio libro primo. Bald. in lege pecuniæ. 14. numero 2. C. de ſolut. & in dicta lege ſingularia. 15. colum. 3. verſicu. ſed oppoſ. ff. ſi cert. pet. Caſtr. conſilio 64. numero 1. verſic. ſecundo volum. 1 Alexan. conſil. 90. numero 3. in fine volum. 3. Natt. conſil. 438. numero* 3. Maximè quando reſpicit debitum ex cauſa præcedenti, prout reſpiciebat in caſu noſtro *l. generaliter 13. cum ibi nota. C. de non nume. pecun.* Secundò de vera, & reali numeratione conſtat ex ipſius Bancherij libris, qui penes Regiam Cameram reperiuntur, & ex quibus extracta eſt fides authentica producta in actis: Nam dubium non eſt, quin prædicti libri iunctis adminiculis ſumptis ab ipſamet remiſſione ſchedulæ banchariæ, à ſubſequente confeſſione D. Comitis, & à ſolutione cen-
15 ſuum poſtea facta plenè probent, † *vt per Guidop. q. 441. Menoc. de arbitr. Caſ. 91. num. 19. & Farin. d. deciſ. 10. nu. 11.* Quarto dicitur in motiuis, ibi interueniſſe ſpecialem S. P. commiſſionem, quæ ceſſat in caſu noſtro. Verũ reſpondeo Primo, licet interuenerit prædicta cõmiſſio in deciſione, *quæ refertur nu. 9.* non tamen interueniſſe in alia, *quæ refertur nu. 17.* Nã ibi dicitur ſimpliciter, fuiſſe declaratam validam annui cenſus conſtitutionem, licet in ea non interuenerit realis pecuniæ numeratio, ſed ſola banchariæ ſchedulæ remiſſio. Secundo reſpõdeo nullam in prædicta commiſſione vim eſſe faciendam, quoniam ea non fuit facta per viam gratiæ, ſed per viam iuſtitiæ, & ideo, vbi cauſa eſt eadem, ſemper eadẽ iuſtitia, idemq; ius eſſe debet *l. illud 32. ff. ad l. Aquil.* Ex quibus apparet nihil in prædicta Rotę deciſione conſideratum eſſe, quod non adſit in caſu noſtro, & hac ratione declarandam eſſe validam conſtitutionẽ cenſus, quomodo fuit ibi declarata.

Tertio prædicta ratione cõfirmatur: Nam cauſa finalis prædictæ Bullæ eſt, vt euitentur fraudis, & ſimulationis ſuſpiciones, vt apparet ex verbis præfationis, quæ denotant cauſam fi-
16 nalem † *l. ult. ff. de hær. inſti. l. 1. ff. ad Maced. & ſcribunt Pariſ. conſ. 21. nu. 78. volu. 1. Crau. conſ. 192. nu. 21. Ozaſ. conſ. 7. nu. 47.* Quotieſcunque igitur tales ſuſpiciones euitantur, cenſebitur in hac parte Bullæ ſatiſfactum: Euitãtur autem non ſolum per ſolutiones veras, ſed etiam per fictas, quę pro veris habentur, vt de conuerſione alterius crediti in emptionẽ cenſus *ſcribunt Pariſ. d. conſ. 75. nu. 32. vol 4. & Surd. d. conſ. 162. nu. 42. & 44. in fi.* De remiſſione vero ſchedulæ banchariæ *Farin. d. deciſ. 10. num.* 10. Quæ enim fraus, & ſimulatio interuenire poteſt, cũ emptor dat ſchedulam banchariam vẽditori, cui poſtea verè, & realiter pecunia ab Argentario numeratur? Debet igitur etiam per huiuſmodi ſolutiones cenſeri Bullæ ſatiſfactum.

Neque obſtant contraria: Nã ex ſupradictis reſponſio patet, quia, licet Bulla requirat verã, & realem ſolutionem pretij, & hoc modo excludat ſolutiones fictas, intelligitur tamẽ illas tantũ excludere, quæ omnino fictæ ſunt, ideſt, quæ vim, & fundamentum habent in ſola confeſſione venditoris facta in actu conſtitutionis cenſus: Nam, quia talis confeſſio põt eſſe ſimulata, ideo excluditur à prædicta Bulla, cuius intẽtio eſt omnibus fraudibus, & ſimulationibus occurrere. Cœterũ, ſi ſolutio non ſit omnino ficta, ſed reſpectu vtilitatis, & commodi venditoris ſit vera, licet contineat fictionem, quoad actum numerationis, vt eſt conuerſio crediti ex alia cauſa in emptionem cenſus, vel remiſſio ſchedulæ banchariæ, quam poſtea numeratio ſequitur, verius eſt, non excludi à prædicta Bulla, quia non poſſunt tales ſolutiones cenſeri ſimulatæ, cũ de earũ veritate conſtet, vel ex probatione debiti præcedẽtis, vel ex ſubſecuta numeratione, vt in caſu noſtro.

Quod vero dictum eſt, remiſſionem ſchedulæ banchariæ ne fictam quidem ſolutionem continere, procedit, quando nec numeratio ſecuta eſt, nec camptoris promiſſio. Cæterum, ſi alterutra interuenerit, magis eſt, vt talis remiſſio pro vera ſolutione reputetur,
17 † *vt declarat Rot. in dicta deciſio. 10. numero 10.*

poſt conſil. crimin. Farin. Et ita etiam declarant Bar. Ang. Caſt. Alex. Iaſ. & alij communiter in d. l. ſingularia.

Secunda dubitatio, quæ proponitur in motiuis, eſt, quia numeratio non fuit facta in ipſo conſtitutionis actu, vt requirit Bulla, ne-
18 que poſt incontinenti, & ſtatim, † vt exigebat commiſſio S. P. relata à Rota *in dicta deciſio.* 10. *numero* 12. *apud Farin.* ſed ſecuta eſt poſt multum temporis interuallum, ideoque videtur ipſa conſtitutio cenſus ab initio nulla, nec potuiſſe per ſubſequentem numerationem confirmari. Et ſanè, ſi dubitabatur de validitate cenſus in cauſa, de qua loquitur ibi Rota, vbi numeratio facta fuerat poſt quatuor dies, quanto magis videtur dubitandum in caſu noſtro, vbi vix facta eſt poſt duos menſes.

Verùm hoc non obſtāte puto validam adhuc eſſe declarandam conſtitutionem, de qua diſputatur.

Primo, quia, quod dicimus ſtatim debere
19 ſequi numerationem, † debet accipi cum temperamento *l. quod dicimus* 105. *ff. de ſolut.* quod, quia remittitur arbitrio iudicis, ideo poteſt eſſe varium: Dictio enim illa, ſtatim, variè ſumitur ſecundum ſubiectam materiam
20 † *vt ſcribunt Barto. in l. prima. §. qui præſens numero* 3. *ff. de verborum obligat. & Tiraquell. in l. ſi vnquam.* 8. *in verb. reuertatur. nume.* 119. *C. de reuocan. donat.* adeo, vt interdum verificetur etiam in ſpatio duorum menſium, *vt in his terminis conſiderat Rota dicta deciſio.* 10. *numero* 12. *apud Farin.* In caſu autem noſtro ſubiecta materia non patitur, vt illa dictio, ſtatim, debeat intelligi intra ſpatium trium, aut quatuor dierum, ſed longius tempus requirit, Primo, quia ſolutio non erat facienda in loco contractus, nempè in Ciuitate Parmæ, ſed Mediolani, & à Bancherio, qui non erat præſens inſtrumento, ideoque neceſſariò debuit concedi tantum tempus, intra quod Dominus Comes potuerit, aut ſe conferre, aut procuratorem mittere Mediolanum, qui pecuniam exigeret *leg.* 3. *§. qui ita ſtipulatur. ff. de eo, quod cert. loc. l. eum, qui Calendis.* 41. *§. quoties. ff. de verborum obligatio.* Deinde debuit Bancherio poſt admonitionem concedi aliquod tempus, intra quod pecuniam exſoluere potuerit *dicta lege quod dicimus.* 105. *ff. de ſolutio.* Maximè, cum ſumma eſſet egregia, nempè aureorum 1800. Secundo verò non patitur ſubiecta materia, vt ſolutio debuerit neceſſariò fieri intra triduum, quia, cum hæc ſolutionis dilatio fuerit facta fauore ipſius Dom. Comitis, cuius intererat, habere pecuniam in Ciuitate Mediolani potius, quā in Ciuitate Parmæ, & tempore ſibi opportuno, vt legitur in inſtrumento, non erat adſtringendus ad pecuniam intra triduum pro validitate contractus exigendam, & fortaſſis ante, quam ea indigeret, quia hoc modo fuiſſet ei ſublata omnis vtilitas, quam ex venditione cenſus percipere potuiſſet, quod vtique fuiſſet abſurdum, *vt ſcribit Dec. in lege in omnibus.* 14. *numero tertio ff. de regulis iuris, & in his terminis conſiderat Rota in ſupra relata deciſio. numero decimo.* Adiuuari enim nos decet, non decipi beneficio contractus *lege in commodato.* 17. *§. ſicut in fin. ff. comm.* Quam in rem dicimus, quoties dilatio fit fauore creditoris, non poſſe ſolutionem fieri ante tempus, ne credi-
21 tor priuetur illo commodo dilationis † *lege eum, qui* 15. *& ibi Bartol. ff. de annu. legat. gloſſ. in lege poſt mortem.* 12. *in glo. vltim. & ibi Docto. maximè Iaſon in fine. C. de fideicommiſſ.* Debet igitur in caſu noſtro ſtatim intelligi facta ſolutio, cum facta eſt, quo tempore Dominus Comes eam à Bancherio poſtulauit, aut paulo poſt: Nam, cum in eius eſſet arbitrio, quando vellet eam petere, non debet eius mora nocere emptori *lege mora.* 32. *§. vlti. ff. de vſur. Dec. in lege in condemnatione* 133. *§. vnicuique numero primo. ff. de regulis iur.* Quinimò, cum fuerit in inſtrumēto appoſitum illud pactum, vt, niſi intra quindecim dies reſtitueretur ſchedula, haberetur pecunia pro numerata, neceſſariò fatendum eſt, creditorem, qui non reſtituit, aut ſibi debere imputare, aut, quod veriſimilius eſt, ideo cenſeri eam non reſtituiſſe, quia ſciebat, pecuniam fuiſſe paratam ſolutioni ad omnem ſuam requiſitionem, cum Dominus Rinaldus Tetonus tunc temporis eſſet Bancherius magni nominis, cuius conditionis homines præſumuntur habere ſemper
22 pecunias paratas, † *vt ſcribunt glo. in lege eum qui.* 7. *§. melior in verb. facilior. ff. de in diem add. Barto. in dicta lege ſingularia numero* 27. *& ibi Angel numero* 7. *Caſtr. numero* 26. *& alij communiter, vt atteſtatur ibi Iaſ. nu.* 57. Et ita iuris eſſe concludo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro D. Aloyſia de Pentijs.

CONSILIVM XCIII.

ARGVMENTVM.

Quantitas bonorum hæreditariorum qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Verba vbi clara ſunt, nullus relinquitur dubitationi locus.*
2 *Pater non poteſt diſponere de bonis filij ultra pubertatem.*
3 *Pater non poteſt ſubſtituere filio puberi in ſecundum caſum, niſi per fideicommiſſum.*
4 *Fideicommiſſo non continentur propria bona hæredis.*
5 *Fideicommiſſum non impedit, quin grauatus habeat legitimos hæredes.*
6 *Filius grauatus fideicommiſſo detrahit legitimā, & trebellianicam.*
7 *Fructus ueniunt in petitionem hæreditatis.*
8 *Probata ſubſtantia obligationis quantitas illius poteſt probari per probationes leuiores, & præſumptiuas adeo, ut coniectura ſufficiant. numero* 9.
10 *Quantitas poteſt probari per iuramētum actoris, ubi probata eſt ſubſtantia.*

11 Commu-

Digitized by Google

11 *Commmnio incidens, tanquam realis tranſit in bæredem.*
12 *Societas, vt perſonalis, morte extinguitur.*
13 *Hypothecaria non præſcribitur à debitore, vel eius bærede, niſi ſpatio 40. annorum.*
14 *Præſcriptio contra minorem non currit, niſi poſt completam legitimam ætatem.*
15 *Confeſſio debet acceptari cum omnibus ſuis qualitatibus.*
16 *Ali ab bæredibus patris debet filia, cui pater dotẽ reliquit, cum nupſerit.*
17 *Alimentorum onus tranſit in bæredem bæredis.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

RES, de qua conſulor, non videtur
opera mea indigere, quia dubitatio-
nes omnes ſumma fuerunt cum di-
ligentia à præſtantiſſimo Domino
Ludouico Rodolfino reſolutæ. Sed, vt eni-
xo petentis deſiderio qualiter, qualiter ſatiſ-
faciam, dicam, qua breuitate potero, quid ſen-
tiam de mutuis petitionibus, quæ in actis ad
me tranſmiſſis continentur.

Incipiendo igitur à petitionibus Dominę
Aloyſiæ pro earum reſolutione de tribus du-
bitari contigit, Primo, an ei debeatur tertia
pars bonorum relictorum in hæreditate Do-
mini Pauli fratris ſui inteſtatò defuncti cum
fructibus à die mortis. Secundo verò, an ſuf-
ficienter probata ſit quantitas bonorum, quæ
fuerunt à Domino Paulo relictà in hæredita-
te. Tertio demum, an eidem ſit à reis con-
uentis reſtituenda dos materna iuxta petita, &
pro qua parte ſit reſtituenda.

Circa primam non puto dubitandum, quin
Domi. Aloyſiæ debeatur tertia pars omnium
bonorum, quæ fuerunt à Domino Paulo fra-
tre ſuo relicta in hæreditate, propter clara ſta-
tuti verba, quæ decedente fratre ab inteſtatò
ſine liberis vocant ſororem ad tertiam hære-
ditatis partem, & agnatos ad beſſem: nam,
cùm verba clara ſint, nullus relinquitur du-
1 bitationi locus † *l. ille, aut ille 25. §. cum in ver-
bis ff. de leg. 3. l. continuus, 137. §. cum ita, in fi. ff. de
verb. oblig.*

Nec obſtat, quod Dominus Antonius pa-
ter prædictorum DD. Pauli, & Aloyſiæ in ſuo
teſtamento ſubſtituerit predicto Domino Pau
lo ſine liberis decedenti Domino Ioan. An-
dream, & filios Domini Franciſci relictis tan-
tùm Dom. Aloyſiæ ducentum libris, quibus
mediantibus voluit eam eſſe tacitam, & con-
tentam, quoniam hæc diſpoſitio operatur qui-
dem, quoad hæreditatem ipſius teſtatoris, vt
ſcilicet mediante dicta ſumma non poſſit Do
mina Aloyſia quicquam petere de bonis ip-
ſius patris, ſed non operatur, quo ad hæredi-
tatem Domini Pauli; nam certum eſt, patrem
non poſſe diſponere de hæreditate filij ſui vl-
2 tra pubertatem † *l. verbis ciuilibus. 7. ff. de vulga.
l. precibus. 8. C. de impube. & alijs ſubſtit. §. vltim.
inſtitut. de pupill. & tradunt omnes in l. centurio.
15. ff. de vulgar.* ſed poſſe tantum diſponere
3 de hæreditate ſua per fideicommiſſum † *dicto
§. ultim. inſtitut. de pupill.* in quo non continen-
4 tur bona filij † *l. cohæreds. 41. §. cum filio. ff. de
vulga. & ſcribunt Pariſ. conſilio 33. numero 75.
volum. 3. Gabr. conſilio 102. numero 3. volum. 2.
Peregrin. de fideicommiſ. artic. 6. numero 1.* Vn-
de fit, vt talis diſpoſitio non impediat, quomi-
nus ipſi filio ſuccedant venientes ab inteſtatò
5 † *dict. gl. precibus 8. C. de impub. capit. ſi p. ster de te
ſtamen. in ſexto.* & ſic ſuccedant agnati in beſſe,
& ſoror in triente iuxta diſpoſitionem ſtatuta-
riam. In huiuſmodi autem Domini Pauli hæ-
reditate continentur primò omnia bona, quæ
habuit aliunde, quam à patre; Secundo con-
tinetur dimidia pars omnium bonorum pater-
norũ, quæ detrahitur de fideicommiſſo ratio-
6 ne legitimæ, & trebellianicæ, † vt eſt notiſſi-
mi iuris *ex capit. Raynutius, & cap. Raynaldus
extra de teſtam. & latè docent Ozaſ. deciſ. 147. nu.
26. uerſ. quapropter, Craſſ. in §. trebellianica. q. 7.
num. 2.*

Denique non eſt dubitandum, quin hæc ter
tia pars debeatur Dom. Aloyſiæ cùm fructi-
bus à die mortis fratris ſui, cùm in petitionem
hæreditatis, quæ eſt actio vniuerſalis, veniant
7 fructus † *l. item ueniunt 22. §. fructus. ff. de petit.
bæred. l. 1. C eodem. & ſcribunt Barto. in l. & ex
diuerſo 36. in prin. numero 7. ff. de rei uindic. Bal.
in l. 1. numero 15. C. de fruct. & lit. expen. Me-
noch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. numero 598.*
Et, quoniam hæc clara ſunt, & certa in iure,
ideo non erit in ijs diutius immorandum.

Circa ſecundam verò dubitationem puto
quantitatem bonorum ſufficienter à Domina
Aloyſia probatam eſſe, quod, vt liquidò de-
monſtrem, præmitto, Dominam Aloyſiam
probaſſe ſubſtantiam obligationis, nempè bo-
na hæreditaria Domini Pauli fratris ſui peruc-
niſſe ad manus DD. Chriſtofori, & Iacobi de
Bolognis, *ut mox demonſtrabo.* Quo poſito ſuc
cedit indubitata iuris concluſio, quod proba-
ta ſubſtantia obligationis quantitas illius po-
teſt probari per probationes leuiores, & præ-
8 ſumptiuas, † *ut ſcribit Surd. conſilio 94. numero
9 28.* adeo, vt coniecturæ ſufficiant, † *ſecundum
Barto. in l. admonendi. 31. numero 40. & ibi Iaſ.
numero 202. ff. de iureiuran. Alexan. conſil. 1069.
numero 6. uolum. 2. Natt. conſilio 102. numero 2.
Cæphal. conſilio 297. numero 12. & conſilio 558.
numero 87. Menoch. conſi. 457. numero 16. Surd.
dicto conſil. 94. numero 28. & Fab. Tim. in annot.
ad Magon. deciſ. Luc. 20. in lit. b.* Quinimò po-
teſt probari per iuramentum ipſius Dominę
10 Aloyſiæ † ex notiſſima doct. Rayn. de Forli.
in l. 1. ff. de in lit. iur. dicentis, probato mutuo
in genere, quia creditor habet intentionem
fundatam, quo ad ſubſtantiam ſui crediti, pro-
bari quantitatem mutui per eius iuramen-
tum. *Sequuntur Dec. in l. certi condictio. 9. §.
quoniam numero 7. uerſicul. & hoc idem ff. ſi cert.
pet. Iaſ. in l. in actionibus. 5. numero 13. uerſic. & ad
hoc ff. de in lit. iur. & in l. fin numero 24. C. de
edend. Natt. d. conſil. 102. nu. 2. Caph. d. conſ. 558.
numero 88. Ozaſ. deciſ. 96. numero 3. ubi refert ita
fuiſſe iudicatum, Fab. Tim. in d. annot. ad Ma-
gon. dicta deciſ. Lucen. 20. in lit. b. Rota Genuen.
deciſio 208. numero ſecundo Boer. deciſ. 243. in fi.
Menoch. d. conſil. 457. num. 16. Surd. d. conſil. 94.
numero 27.* Subſtantiam autem obligationis,
nempè bona fratris ſui perueniſſe ad manus
eorum de Bolognis probauit Domina Aloy-
ſia multipliciter, &

Primo ex depoſitione Domini Camilli de

aſcendere prædictæ decimæ; in qua computatione certum eſt non fuiſſe habitam rationem prædiorum D. Marchionis, quippè quæ neque ſoluebant, neque etiam hodie ſoluerent decimas licet ſint regiſtrata. Neque igitur debent computari in ſolutione cenſus, qui loco decimarum promiſſus eſt: Alioquin enim magna eſſet captio D. Marchionis qui remiſiſſet decimas aſcendentes ad ſummam aureorum 225. non computatis ſuis prædijs, & vice verſa non perciperet cēſum aureorum 225. ſed multo minorem, ſi ipſe deberet pro prædijs ſuis contribuere.

Tertio moueor, quia in generali ſermone nō
7 continetur perſona loquentis. † *l. inquiſitio 18. & ibi Bald. C. de ſolut. Bart. in l. 1. nu. 3. C. de Senat. Alex. in l. frater à fratre. 38. num. 8. ff. de cond. ind. Ruin. conſ. 83. num. 4. vol. 5. Menoc. conſ. 250. nu. 23. & conſ. 901. num. 8.* Vnde ciuitas, quæ vendidit gabellam ſalis non tenetur ad eius gabellæ ſolutionem, quia non cenſetur vendidiſſe ius
8 eam exigendi à ſemetipſa, † *vt ſcripſerunt Bart. in d. l. licitatio 9. §. fiſcus. ff. de publica. & vectig. Bal. in l. emptor. 5. num. 4. C. de hær. vel act. vend. Alex. conſ. 149. nu. 8. vol. 2. Affl. dec. 319. num. 8. Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 44. num. 11.* Simili igitur ratione, ſi D. Marchio tranſtuliſſet in communitatē ius exigendi decimas, non cenſeretur tranſtuliſſe ius eas exigendi à prædijs ſuis, à quibus, nec ipſe poterat exigere Quod igitur de decimis dicitur, cur non & de annuo cenſu dicetur, qui loco decimarum ſubrogatus eſt, vt ſcilicet, quemadmodum decimæ, nec à D. Marchione, nec à Communitate virtute conceſſionis exigi poſſent reſpectu prædiorum ipſius D. Marchionis, ita nec annuus cenſus poſsit exigi, qui loco decimarum ſoluendus eſt? Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro D. Antonicta de Laſcaris.

CONSILIVM LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

An vidua teneatur imputare legatum ſibi à marito relictum in alimenta, quæ intra annum luctus ei debentur.

SVMMARIVM.

1 *Vidua, quæ aliunde habet, vnde viuat, non debet à mariti hæredibus ali intra annum luctus.*
2 *Alimenta, quæ ex lege, vel officio iudicis debentur, non ſunt ei præſtanda, qui aliunde habet, vnde ſe alat.*
3 *Vidua repellitur à petitione alimentorum intra annum luctus, ſi habeat propria bona.*
4 *Viduæ, cui maritus legauit aliquid pro alimentis, non debentur alia alimenta intra annum luctus, Declara, vt num. 16.*
5 *Dotem repetere poteſt vidua non obſtantibus alimentis ſibi a marito legatis, niſi contrarium teſtator cauerit.*
6 *Legatum vxori relictum non compēſatur cū dote.*
7 *Argumentum à dote ad alimenta ualet, Sed contra nu. 9. Maxime, ubi uiget diuerſa ratio nu. 12.*
8 *Argumentum ab alimentis ad dotem ualet, Sed contra nu. 10. Declara, ut nu. 11.*
13 *Dos debetur ex contractu.*
14 *Alimenta intra annum luctus debentur uxori ex prouiſione legis.*
15 *Legatum in dubio cenſetur relictum animo compenſandi cum eo quod debetur ex prouiſione legis, & ex cauſa neceſſaria, non cum eo, quod debetur ex prouiſione hominis, & ex cauſa uoluntaria.*
17 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

IN conſultatione propoſita pnto legatum 200. aureorum vxori relictum pro alimētis, donec vidua permanſerit, debere imputari in alimēta, quæ intra annum luctus ei debentur ab hæredibus viri.

Primo, quia hæredes mariti non tenentur ēt intra annum luctus alere vxorem, quæ aliunde
1 habet, vnde ſe alat. † *iuxta doctr. glo. in l. diuortio 8. in prin. in uerb. facto, quam ibi ſequuntur Barto. num. 1. Alex. num. 15. & 18. Iaſ. num. 19. ff. ſol. mat. Bar. in l. un. §. exactio. C. de rei uxo. act. Alex. conſi. 27. num. 1. vol. 4. Cæph. conſ. 746. num. 1. Capy. dec. 24. num. 2. Mynſi. cent. 6. obſer. 21. num. 7.* Nam & generaliter alimenta, quæ debentur ex diſpoſitione legis, vel officio iudicis, non ſunt præſtan-
2 da, cum quis habet, vnde ſe alat. † *l. pen. ff. ut in poſſ. leg. l. ſi quis a liberis. 5. §. idem reſcripſit. ff. de lib. agn. & ſcribunt Alex. d. conſ. 27. num. 2. uol. 4. Iaſ. in d. l. diuortio. 8. in prin. num. 19. ff. ſol. mat. Rum. cōſ. 80. nu. 5. uol. 2.* Cum igitur ex annuo legato conſequatur vxor, vnde ſe ipſam alere poſſit, conſequens eſt, vt hæredes non teneantur ad alimenta etiam intra annum luctus. Et ſanè, cū excludatur vxor à petitione alimentorum, ſi habeat
3 bona propria, † *iuxta tradita in d. l. un. §. exactio. C. de rei ux. act.* quantò magis debet excludi, ſi habeat bona ſibi à marito relicta? Et ita in ſpecie de vxore, cui maritus legauit alimenta, vt ei non debeantur alia alimenta intra annum lu-
4 ctus † cenſuit *Iac. de Aret. quem refert Bald. in l. ſi donaturus 9. §. ſi quis indebitam, uerſ. Not. quod lucrum. ff. de cond. cauſ. dat. & ſequitur Alex. in d. l. diuortio 8. in prin. num. 28. ff. ſol. matr. Surd. de alim. tit. 1. q. 44. num. 45.*

Secundo multo fortiùs hoc eſt dicendum in propoſita ſpecie quoniam hæc fuit mens teſtatoris, vti colligitur ex illis verbis, *non repetendo lei quella parte di dote, che eſſo teſtatore ha riceuuto, ne tam puoco la detta giunta, o ſia donatione per le nozze*: nam maritus mediante hoc annuo legato noluit vxorem poſſe ab hæredibus repetere dotem, quam tamen non obſtantibus alimen-
5 tis legatis repetere potuiſſet, † *ut ſcribunt Capr. conſ. 72. nu. 18. Cæph. conſ. 184. nu. 1.* & conſequēter noluit eam poſt annum luctus poſſe percipere fructus dotis ſolutæ, quos alioqui percipere potuiſſet, Ergo multo magis cenſetur voluiſſe eam excludere intra annum luctus ab omni vtilitate, quam propter dotem percipere potuiſſet, & conſequenter ab alimentis, quæ ei debentur ab hæredibus propter dotem retentam, *ut not. in d. l. diuortio. 8. in prin. ff. ſolu. matr. & in d. l. un. §. exactio. C. de rei uxo. act.* Minus enim iuris habet mulier intra annum, quam poſt, quia intra annum fructus dotis cedunt lucro hære-

dum,

dnm, poſt annum verò pertinĕt ad mulierem.
Neque obſtat, quod legatum vxori relictum
6 non compenſetur cum dote. † *d. l. un. §. primum*
itaque. C. de rei uxo. act. & valeat argumentum
7 à dote ad alimenta, † *ut ait Menoch. de præſ. lib.*
8 *4. præſ.* 191. *num.* 2. & ab alimentis ad dotē † *ſe-*
cundum Bar. in Auth. res, quæ num. 6. C. comm. de
legat. Ruin. conſ. 199. *num.* 9. *uol.* 2. *Euerar. in ſua*
cent. leg. argu. 29. *Menoc. de præſ. lib.* 4. *præſ.* 139.
num. 29. *&* 66. ideoque nec cum alimentis com
penſari debeat, quia reſpondeo, imo ſecundum
receptiorem, & veriorem ſententiam argumē-
9 tum, neq; à dote ad alimenta valere, † *ut ait Ce*
phal. conſ. 485. *num.* 101. neq; ab alimentis ad do
10 tem, † *ut ſcribunt Alex. conſ.* 7. *num.* 11. *uol.* 2. *Iaſ.*
in Auth. res, quæ num. 7. *&* 15. *C. comm. de leg. latè*
Tiraq. de iure primogen. q. 61. *num.* 12. *Gabr. conſ.*
119. *num.* 40. *uol.* 2. vel, *ſecundum Pariſ. conſ.* 29.
num. 70. *uol.* 3. *& Menoc. d. præſ.* 189. *nu.* 67. non
11 ſemper procedere: † nam pater tenetur dota-
re filiam diuitem. *l. fin. C. de dot. prom.* & tamen
non tenetur ei præſtare alimenta *l. ſi quis à libe-*
ris. 5. *§. ſed, ſi filius. ff. de lib. agnoſ.* Item pater te-
netur alere filiam naturalem *Auth. licet C. de na*
tu. lib. non tamen dotare *l. uxorem.* 39. *§. pater*
naturalis. ff. de leg. 3. & multis alijs exemplis con
firmant. *Iaſ. Euer. & Tiraq. in prææallegatis locis.*
Idque multo magis dicendum in caſu noſtro,
in quo ſubeſt magna diuerſitatis ratio: nam
12 † legatum, & alimenta ex lege debita ſunt in-
compatibilia, ſcilicet, quia, qui habet, vnde ſe
alat, non poteſt petere alimenta, *ut ſupra dictū*
eſt. Cōtra verò dos eſt compatibilis cū legato:
Poteſt enim mulier habere & dotem, & lega-
tum, & aliud patrimonium. Præterea dos debe
tur ex prouiſione hominis, nempe ex cōtractu
13 † *l.* 1. *§. debitum* 1. *ff. de conſt. pecu. l. cum dotem.* 10.
C. de iur. dot. l. exigere dotem. 65. *ff. de iudi. l. contra-*
ctus. 24. *ff. de reg. iur.* Alimenta verò debentur
14 ex prouiſione legis, † *ut not. in d. l. diuortio, &*
in d. §. exactio. Et legatum in dubio cenſetur re
lictum animo compenſandi cum eo, quod de-
betur ex prouiſione legis, & ex cauſa neceſſa-
ria, non verò cum eo, quod debetur ex proui-
15 ſione hominis, & ex cauſa voluntaria. † *l. uni.*
§. ſciendum eſt. C. de rei uxo. act. & tradunt omnes
in Auth. præterea, C. und. uir, & uxo. & in l. ſi cum
dotem. 23. *§. ſi pater. ff. ſol. mat. & ſcribunt Afflict.*
44. *latè Men. de præſ. lib.* 4. *præſ.* 109. *& præſ.* 110.
Planè, ſi intra annum legatum 200. aureorū
non ſit ſufficiens ad alimenta propter maiores
impenſas, quæ ſine dubio fiunt à lugente, quā
à ſimplici vidua, & vxor de ſuo nō habeat, vn-
de ſupplere poſſit, putarim hæredes cogendos
ſupplere vſque ad iuſtam quantitatem, quæ ar-
bitrio iudicis habita ratione qualitatis perſonę
16 defuncti videbitur neceſſaria, † quia maritus
non reliquit hoc legatum animo diminuendi
iuris vxoris, ſed potius augendi, vt ſcilicet ha-
beat alimenta, non ſolum intra annum luctus,
ſecundum iuris communis diſpoſitionem, ſed
etiam poſt, quandiu vidua permāſerit, & ideo
huiuſmodi legatum non debet intra annum
diminuere alimēta, quæ de iure debentur vxo-
ri, ne inducta ad augmentum operentur dimi-
17 nutionem † *contra regulam l. legata inutiliter* 19.
in prin. ff. de leg. 1. *l. legata inutiliter* 14. *ff. de adim.*
leg. quam etiam tradunt Ruin. conſ. 96. *num.* 2. *uol.*
1. *Purpu. conſ.* 548. *num.* 128. *Ceph. conſ.* 671. *nu.*
18. Et hac ratione dixi legatum 200. aureo-
rum debere imputari in alimenta. Et ita iuris
eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Ioanne Perrotto.

CONSILIVM LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Reo in expenſis condemnato, qualiter ſit probā-
da quantitas expenſarum, & qualiter earum
taxatio ſit à Iudice facienda.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ probantur iuramento petentis, Decla-*
ra, ut num. 2.
3 *Expenſæ cibariæ Doctori litigāti ſunt etiam pre-*
ſtandæ pro famulo, ſed non ultra.
4 *Expenſis de cibarijs deducendum eſt, quod quis do-*
mi ſuæ fuiſſet impenſurus.
5 *Damnorum appellatione non continetur lucrum*
amiſſum.
6 *Doctori litiganti, an ſit aliquid præſtandum ſub*
prætextu, quod ſuis clientibus non potuerit inſer
uire, ſi aduerſarius ſit condemnatus in damnis,
& expenſis.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

IN præſenti controuerſia, puto de iure
verius, aut non eſſe deferendum acto-
ribus iuramentum, aut, ſi deferēdum, de-
bere prius ea reſecari, quę minus iuſtè pe-
tuntur, & quantitatem ita debere taxatione cō
ſtringi, vt non, niſi intra anguſtos fines relin-
quatur actoribus iurandi locus.
Nam, & ſi regulare ſit, vt expenſę probentur
iuramento petentis, ſiue ſint expenſæ litis, ſiue
1 alterius generis † *l. ſancimus* 13. *& Auth. poſt iuſ-*
iurandum, C. de iudic. Id tamen procedit, ſi ex-
pēſæ ſint modicæ; Cœterū, ſi magnæ, certi iuris
eſt, actorem debere eas probare, vel teſtibus,
vel alio genere probationis, nec eſſe locum iu-
2 ramento, † *Ita enim per l. nulli.* 28. *C. de epiſc. &*
cler. ſcribunt omnes in d. l. ſancimus 13. *C. de iud.*
Iaſ. in l. fin. §. in computatione num. 6. *C. de iur. de-*
libe. Maſcard. de probat. concl. 717. *num.* 6. *concl.*
719. *num.* 2. *& concl.* 722. *num.* 1. & non eſt dubi-
tandum, quin expenſæ, de quibus agitur in præ-
ſenti controuerſia, ſi petitionis, & perſonarum
habeatur ratio, magnæ ſint, cum excedant ſum
mam librarum 2000.
Sed dato citra veri præiudicium, quod defe-
rendum ſit actoribus iuramentum, multa ſunt,
quæ omnimodo ſunt tollenda, aut taxatione
reſecanda.
Primum enim, licet ſupponat Doctor, ſe du
xiſſe ſecum varios homines, tanquam neceſ-
ſarios ad euitandum periculum, quod (vt ait)
imminebat, non tamen, ſi quid eorum nomine
impendit, in computationem venire debet,
quia, cum talis ſumptus fuerit voluntarius, nō
neceſſarius, cum rei expediendæ neceſſitas ſo-
lum requireret Doctorem cum famulo, ideo
3 non debet à reo præſtari, † *ut in ſpecie ſcribunt*
Gail

Digitized by Google

Gal.lib.1. obſer.151.num. 1.Theſ. deciſ.67. num.4. verſ. intrinſeca in ſi. Nec eſt habenda ratio ſuppoſiti timoris, quia, cum non conſtet de minis alicuius, non poteſt non eſſe timor vanus, cuius nulla eſt habenda ratio. *l. vani timoris. ff. de reg.iur.*

Secũdo verò ſupponit, ſe pro cibarijs ab hoſpitatore præſtitis impendiſſe magnam pecuniæ ſummam, quæ res nec eſt vera, nec verſimilis: nam contrarium apparet ex ipſiuſmet hoſpitatoris depoſitione, q loco librarũ 1600. deponit, ſe vix 35. libras in totum recepiſſe, quod eſt veriſimilius. Et licet illa depoſitio priuata ſit, debet tamen iudicem ad eligendũ id, quod eſt magis veriſimile mouere.

Tertio de impenſis cibarijs deducẽdum eſt, quod ipſemet doctor cũ famulo domi ſuę im-
4 pendiſſet. † *l.ſed etſi hereditas.11.§.1.ff. ad exhib. Bar.in l.eum, quem temere. 79.in prin.num.3.ff.de indic. Iaſ.in d.l.properandum 11. §. ſin autem alterutra nu.14.C. eod. Menoc. de arb.caſ.154.nu. 3.Theſ.d.deciſ.67.nu.4. verſ.intrinſeca, circa med.*

Quarto ſcribit, ſe libras 150. erogaſſe in loco Caſalis Maioris pro habendis ſcripturis, & tamen ex eorum, quibus ſolutæ ſupponuntur depoſitione conſtat vix eum libras 25. impendiſſe. Quo fit, vt quoniam ex his omnibus conſtat de euidenti mendacio, debeat prudens iudex immoderatam taxare quãtitatem, & eam ad ſummam minimam, quam veriſimile ſit, eum impendiſſe, puta ad ſummam 50. aureorum redigere.

Quinto, & vltimo petit libras 438. pro damnis paſſis occaſione litis ob id, quod nõ potuerit clientibus ſuis inſeruire, à quibus ſaltem aureos ſexaginta cõſequi potuiſſet, Sed tota hęc ſumma debet de computatione tolli, tũ quia non eſt veriſimile tantam eum quantitatem fuiſſe lucraturum, vt cum aliorum huius ciuitatis I. C. lucri collatione facta facilè poteſt intelligi: tum etiam quia dato etiam, quod tantum fuiſſet lucraturus, non tamen id eſſet præſtandum, quia ſententia condemnat reum in damnis, quorum appellatione non continetur
5 lucrum amiſſum † *l.proculus.26.ff.de damn.infe. l.vlt.C. qui potio.* cuiuſmodi eſt, quod quis beneficio profeſſionis fuiſſet conſecuturus. Idque maximè locum habere debet in caſu noſtro, in quo cauſa non erat talis, nec tam ardua, vt eius occaſione debuerit Doctor ab officio ſuo in
6 totum abſtinere, † *ſecundum diſtinctionem quã in terminis tradunt Andr.Gail d. obſer.151. num. 19 & Theſau.d.deciſ.67.num.5.verſ. contrarium.* Et ita in omnibus ſupradictis iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro D. Ioanne Baptiſta Croua Taurinenſi.

CONSILIVM XC.

ARGVMENTVM.

An & quando fideiuſſor ad tempus, poſt illud cẽſeatur liberatus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor ad tempus, poſt tempus non tenetur, Declara, vt nu.5.11.& 12.*
2 *Fideiuſſio contrahitur per ſtipulationem.*
3 *Fideiuſſio eſt ſtrictè intelligenda.*
4 *Fideiuſſoris obligatio non debet extendi vltra caſus, & tempora expreſſa.*
6 *Fideiuſſor non poteſt obligari in duriorẽ cauſam, quam debitor principalis.*
7 *Verba ita ſunt intelligenda, ne cenſeantur inutiliter appoſita, Declara, vt nu.15.*
8 *Mora creditoris non debet nocere debitori, Declara, vt nu.17.*
9 *Promiſſio debet accipi cum effectu.*
10 *Interpretatio in dubio ea eſt facienda, per quam altera pars non remanet in damno.*
13 *Interpretatio ea ſemper eſt facienda, ne actus reddatur illuſorius, & fruſtratorius.*
14 *Verba potius ſunt improprianda, quam, vt contractus remaneat inutilis.*
16 *Interpretatio, per quam actus ſuſtinetur, tanquã regina cæteris præualet.*

FACTI SPECIES.

D. Gulielminus Croua Clauatienſis promiſit D. Thomæ Crouæ Taurinenſi ſe intra annum reſtituturum, mille aureos, quos ab eo mutuò accepit, deditque fideiuſſorem D. Io. Matheum Bernardis, cuius obligatio fuit à notario concepta his verbis, *Et per maggior ſicurezza del ſudetto Nob. creditore alli pregui, & richieſte d'eſſo M. Gulielmino per lui è ſtato, & è ſuo ſigurta, & fideiuſſore per la ſudetta ſomma, & durante l'anno, o ſij termine ſudetto il Nobile M. Gio. Matheo Bernardis.* Tranſacto termino, & pecunia à debitore non ſoluta, quæritur, an fideiuſſor poſt annum conueniri poſſit.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Quæſtio propoſita magnam in ſe videtur habere dubitationem, quia multa ſunt, quæ prima facie ſuadere videntur, huiuſmodi fideiuſſorem nõ poſſe conueniri, &

Primum illud, quia fideiuſſor ad tẽpus poſt tempus non remanet obligatus, ſed omnimo-
1 do liberatur. † *l.ſi fideiuſſor. 27.C. de fideiuſſ.l.ſi fideiuſſor conuentus. 29. §. vlt. ff. manda. l.ſi cum Hermes.7.C.de locat. & ſcribunt Bart. in l.Lucius 47.§.Paulus num.1.ff.de admin.tuto. Borgn.dec. 31.num.1.par.1. Theſ.deciſ.125. num.4.* Limitata enim cauſa limitatum producit effectum. *l.in agris. 16.ff. de aeq.rer. dom.* maximè in fideiuſſione, quæ cum per ſtipulationem contraha-
2 tur. † *l.blanditus. 12.C. de fideiuſſo.l.ſtipulationũ. 5.§ ſatis acceptio.ff.de verb.oblig.§.in hac Inſt.eod.* quæ ſtricti iuris eſt *l. vn.§. ſed etſi non ignoramus C.de rei vx.act. §. fuerat inſt.de actio.* neceſſariò
3 eſt ſtrictè intelligenda, † *vt ſcribunt Roll.conſil. 58.num.20.vol.1. Ceph conſ.1 :1.num.2. Theſ.d. deciſ.125.num. 2.* Et ideo non debet extendi vl-
4 tra caſus & tempora expreſſa. † *l. quicquid adſtringendæ 99.l.ſi ita ſtipulatus. 126.§. Chryſogonus verſ.plerunque.ff. de verb.oblig.l.ſi in pignore. 55.l.fideiuſſor magiſtratuum 69.§.pro Aurelio.ff.*

de fide-

de fideiuſſo. Nat. conſ.202. nu.5. Purp.conſ.555. num.4. Cum igitur D. Matheus promiſerit tantum, *durante l'anno, o ſu termine*, Conſequens videtur, vt poſt annum non cenſeatur obligatus.

Secundo verò multomagis hoc videtur dicendum in caſu noſtro, in quo non tractamus de obligatione repetibili, quæ tractum habeat temporis ſucceſſiuum, puta de tutela, ſocietate, vel id genus alia, ſed de obligatione irrepetibili, certa, & determinata. Nam, licet in repetibili fideiuſſor ad tempus poſſit etiam poſt tempus conueniri pro rebus debitis intra tempus, tamen in irrepetibili poſt tempus omnino liberatur,
5 † *vt diſtinguendo declarant Abb. in cap. conſtitutus nu.11. extr. de fideiuſſ. & Cran. conſ.436. num.19. verſ.15. & num.25. verſ. Non obſtat tertium*, quia alioquin temporis adiectio remaneret prorſus inutilis, & fruſtratoria; Intelligeretur enim facta cauſa differendæ ſolutionis, ſeu conuentionis, quæ res eſſet ſuperuacua, tanquam ea, quæ tacite inerat: Neque enim potuiſſet fideiuſſor ante tempus conueniri, etiamſi hoc dictum non eſſet, cum non poſſit in duriorem cauſam obligari, quam debitor principa-
6 lis † *l. Græcè.9. §. illud ff. de fideiuſſ. §. fideiuſſores. inſti. eo.* Ne igitur illa verba, *durante l'anno*, cen-
7 ſeantur inutiliter apposita *contra regulam* † *l. ſi quando.112. in prin. ff. de leg.1. quam tradunt Paris. conſ.20. num.74. vol.1. Purp. conſ.218. num.1. Ceph. conſ.451. num.224. Roll. conſ.61. num.14. vol.3. Crau. conſ.135. num.24.* dicendum potius videtur fuiſſe adiecta cauſa finiendæ obligationis, quaſi fideiuſſor voluerit eſſe obligatus durante tantum termino conuento, non etiam poſt.

Tertio videtur hoc ipſum ea ratione comprobari, quia mora creditoris non debet noce-
8 re fideiuſſori. † *l. qui decem. 72. in prin. ff. de ſolut.* & ideo, ſi quid deterius acciderit debitori poſt terminum præfixum, non debet hoc ipſi fideiuſſori reputari: Neque enim fideiuſſiſſet, ſi putaſſet in tam longum tempus exactionem potuiſſe differri propter periculum decoctionis, *vt ait Theſ. d. deciſ.125. nu.12.* Quinimo videtur hæc fuiſſe mens ipſius fideiubentis, dum dixit, ſe eſſe fideiuſſorē *per maggior ſicurezza durante l'anno*, Videtur enim hoc voluiſſe dicere, ſe fideiubere ad hoc, vt creditor ſit tutus durante termino, & ſic ſe ſuſcipere periculū, ſi debitor fiat deterioris conditionis durante termino, ſecus verò, ſi poſt.

His tamen non obſtantibus contrarium exiſtimo de iure verius, nempe huiuſmodi fideiuſſorem etiam poſt annum cenſeri obligatū, & poſſe cōueniri, his motus fundamentis, &

Primò, quia hæc promiſſio fideiuſſoris debet accipi cum effectu, &, vt aliquid operetur.
9 † *l.1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſq. iuris. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi ex. cap. relatum de cler. non reſid.* Nam etiam in materia ſtricta ita facienda eſt interpretatio, ne actus ſit inutilis, & illuſorius *l. quoties 80. ff. de verbo. oblig.* Niſi autem diceremus fideiuſſorem poſſe conueniri poſt annum, neceſſariò fatendum eſſet, inutilem eſſe fideiuſſionem, quia ante annum non potuit fideiuſſor conueniri, cum obligatio principalis ſit in diem, & fideiuſſor non poſſit obligari in duriorem cauſam, quam debitor principalis *d. l. Græcè.9. §. illud. ff. de fideiuſ.* Ne igitur hoc abſurdum ſequatur, neceſſariò fatendum eſt, poſſe conueniri poſt annum.

Nec eſt, quod aliquis tentet, non reddi inutilem fideiuſſionem, quaſi poſſit hunc habere ſenſum, vt, ſi intra annum debitor non ſoluendo fiat, teneatur fideiuſſor, alioquin, ſi ſit ſoluēdo nō teneatur vltra annum etiāſi poſtea fiat deterioris conditionis, quia primùm, cum fideiuſſio generalis ſit, neque faciat mētionem de debitore facto non ſoluendo, non debet ad eū caſum reſtringi, ſed generaliter eſt accipienda; quibuſcunque caſibus debitor non ſatisfecerit creditori. Deinde etiam poſito hoc ſenſu, neceſſariò fatendum eſſet, fideiuſſionem eſſe omnino inutilem, ſi tempus eſſet adiectū cauſa finiendæ obligationis: Nam demus, quod debitor intra annum factus ſit non ſoluendo, non tamen potuit intra annum fideiuſſor conueniri propter diem adiectum ſolutioni in perſona debitoris principalis, poſt annū verò non poſſet etiam conueniri, quia finiendæ obligationis cauſa fuiſſet tempus adiectum. Omnimodo igitur remaneret inutilis fideiuſſio, qđ vtique eſt abſurdum.

Secundo moueor, quia hæc fuit intentio cōtrahentium vt fideiuſſor poſſit conueniri etiā poſt annum, quod patet ex verbis inſtrumēti: nam debitor principalis ſi non ſoluerit termino competente, neque liberauerit prædictum fideiuſſorem, vult ab eo poſſe quocunque loco conueniri his verbis, *Et in diffetto del pagamento, o ſia reſtitutione della ſottoſcritta ſomma al termine, & modo predetto, & del releuamento ſopra promeſſo, eſſo Crona debitore inſino adeſſo come all'hora ha renonciato, & renūcia al priuilegio, &c.* Si igitur vult debitor poſſe conueniri à fideiuſſore propter non ſolutam pecuniam tempore appoſito. Neceſſariò fatendum eſt, ſenſiſſe cōtrahentes aliquam potuiſſe naſci obligationē inter debitorem, & fideiuſſorem. Non potuiſſet autem naſci ratione releuationis, ſi verum eſſet non teneri vltra annum, quia iam eſſet liberatus. Senſerunt igitur naſci poſſe ratione ſolutionis à fideiuſſore faciendæ Solutio autem non poteſt intelligi intra annum, quia non potuit conueniri Intelligitur ergo poſt annum, vt potuerit adſtringi ad ſolutionem.

Tertio probatur & ex alia clauſula inſtrumenti, in qua debitor principalis, & fideiuſſor conſtituunt ſe tenere, & poſſidere ſpecialiter hypothecata omnia ſua bona nomine creditoris, ſi ei non fuerit ſatisfactum termino appoſito his verbis: *Quali beni ogn'vno d'eſſi reſpettiuamente, & come ſopra ſi ſono conſtituiti, & ſi conſtituiſcono di tenerli, & poſſederli ſpecialmente obligati, & hipothecati per ſpecial pegno, & hipotheca a nome del ſudetto creditore ſin a tanto ſaragli interamēte reſtituita, & pagata la ſudetta ſomma di mille ſcudi inſieme con tutti li ſuoi danni, ſpeſe, & intereſſe, che per il ritardato pagamento, o reſtitutione di quella veniſſe per qual ſi vogli modo a patire.* Si fideiuſſor conſtituit ſe tenere iure pignoris bona ſua, ſi ad terminū non fuerit reſtituta pecunia creditori, voluit igitur eſſe obligatus poſt annum: Niſi enim eſſet obligatus, nō teneret pignus. Deinde pondero id, quod conſtituit ſe tenere bona hypothecata etiam pro eo quod intereſt à die moræ. Mora autem non potuit committi ante annum. *l. lecta.40. verſ. non enim ff. ſi cert. pet.* Voluit igitū eſſe obligat⁹ poſt annū,

Quartò,

11 *Villa eſt acceſſio fundi.*
12 *Euicta re principali, non cogitur quis acceſſoriam retinere.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

QVamuis diſpoſitio *l. fideiuſſor 15. ff. de dol. excep.* quæ vult, fideiuſſorem euictionis nomine condemnatum liberari, ſi rem euictam præſtet, &
1 præterea, quanti emptoris intereſt, † *vt ibi not. Bart. & in l. ſi inſulam. 84. numero 14. & ibi Alex. numero 28. ff. de verborum obligat. Caball. in tractat. de euict. §. 2. numero 21. Hering. de fideiuſſo. capit. 27. part. 4. numero 74.* ita demum videatur habere locum, ſi tota res vendita, & euicta præſtetur, quod nemo præſumatur em-
2 ptoris partem. † *l. tutor. 49. §. curator. ff. de minor. l. ſi quis aliam. 46. ff. de ſolut. late Tiraquell. de retract. lign. §. 23. numero 2. & ſequen.* Idque ſibi vindicet locum etiam in venditione plurium rerum, quæ facta eſt vno pretio, quippe quæ vna dicitur, & pro parte ſuſtineri non po-
3 teſt. † *l. ſi duos 44. ff. de contrahen. emptio. l. quod ſi vno 16. l. tum duo. 20. ff. de in diem add. l. cum duo eiuſdem 34. ff. de Aedil. edict. & ſcribunt Bart. in l. ſcire debemus. 29. numero 2. & ibi Iaſ. numero 3. ff. de verborum obligat.* Et in ſpecie vnius rei euictæ ex pluribus datis, vt non cogatur quis
4 alias retinere † *conſtet ex dicta lege ſi quis aliam. 46. ff. de ſolut. & tradit etiam Tiraquell. de retra. lign. d. §. 23. numero 5.* Vnum tamen eſt, quod grauiter videtur obeſſe Domino Auditori: Nã
5 ſupradicta videntur habere locum † in iis tantum caſibus, in quibus prima obligatio non eſt extincta, ſed euictione ſecuta adhuc ex ea agi poteſt, vt euenit in datione in ſolutum. Cæterum in venditione, cuius obligatio extinguitur ſecuta traditione, & renaſcitur ſecuta euictione, licet vno pretio res plures venditæ ſint, & ratione emptionis contractus dicatur vnus, tamen ratione euictionis tot dicuntur eſſe contractus, obligationes, & actiones, quot ſunt res venditæ, & euictio ſpectatur in ſingulis rebus *l. cum plures. 72. ff. de euictio.* Vnde vna euicta pro ea tãtum agi poteſt. *l. ſi duos.*
6 *47. ff. eod.* † *Ita nominatim diſtinguunt glo. in d. l. cum plures. 72. in verb. comprehenderit, & Barto. in l. Ariſto 18. §. 1. numero 1. ff. de donat. & in dicta lege ſi quis aliam 46. numero 3. ff. de ſolut.* & ſimiliter euicta parte pro ea tãtum actio com-
7 petit. † *l. 1. & ibi Barto. ff. de euictio. l. vltim. vbi Bald C. de comm. rer. alien. Surd. conſilio 104. numero 6. & conſilio 359. numero 30.* Quo poſito, quemadmodum, ſi plures eſſent venditiones, & pro omnibus datus fideiuſſor, ſecuta rerum omnium euictione, licet fideiuſſor non poſſet res omnes recuperare, ſed vnam tantum, eam præſtando liberaretur ab illius obligatione, quoniam contractus eſſent ſeparati, ita etiam videtur dicendum in caſu noſtro, licet vnica fuerit venditio, quia reſpectu euictionis perinde accipitur, atque ſi multæ eſſent venditiones.

Verum hoc non obſtante puto de iure verius, non cogi Dom. Auditorem recipere areã oblatam ſine pratis, quia multa concurrunt, quorum æquitas huic oblationi repugnat.

Primum enim conſiderandum eſt, aream, de qua tractatur, nulli futuram vſui Domino Auditori ſine pratis, ſed remanſuram ei prorſus inutilem, quæ res operatur vt non poſſit Domin. Auditor cogi eam ſine pratis recipere, quia etiam in iis caſibus, in quibus emptor aliàs cogitur vnam ex pluribus rebus emptis, aut etiam rei partem retinere, poteſt eius retentionem denegare, ſi ea nulli, aut minimo
8 vſui ſit ei futura, † *vt eſt text. in l. cum eiuſdem. 34 ff. de Aedil. edict.*

Secundo verò conſiderandum eſt, Domin. Auditorem non aliter fuiſſe contracturum, quam, ſi prata veniſſent: ſcilicet, quia tunc temporis non indigebat area: Habebat enim aream propriam, quæ erat ampliſſima, ſed ad eam emendam fuit adſtrictus eo ſolo, quod egebat pratis, quæ venditor ſine area nolebat diſtrahere, Ergo non facta etiam pratorum oblatione non eſt cogendus aream recipere, quia, quando quis non aliter fuiſſet cõtracturus, quam, ſi totum, ſiue omnes res emiſſet, euicta parte, aut vna re, non cogitur aliàs
9 retinere, ſed venditio in totum reſoluitur. † *d. l. ſi quis aliam. 46. vbi Barto. ff. de ſolut. Socin. iun. conſilio 26. numero 10. volum. 1. Tiraquell. de retr. lign. dicto §. 23. glo. 1. num. 2. Bec. conſ. 106. num. 49. Surd. conſ. 104. nu. 6. & conſ. 359. nu. 30.*

Tertiò prædicta confirmantur ea ratione, quia in hoc contractu prata conſiderantur, vt principalia, area verò, vt acceſſoria; Emptio enim principaliter facta eſt propter prata, & area empta eſt pratorum cauſa, & acceſſorium
10 dicitur, quod alterius cauſa fit. † *l. & ſi non ſunt 21. §. peruenimus. ff. de aur. & argen. lega. Purpur. conſilio 512. numero 20.* Qua ratione
11 villa dicitur acceſſio fundi. † *l. fundi 8. ff. quib. mod. vſuſfr. amit.* Sed, quando euincitur illa res, quæ in venditione eſt principalis, non cogitur emptor aliam, quæ eſt acceſſoria, retinere, aut
12 recipere. † *l. proinde 33. §. fin. ff. de Aedil. edict.* Ergo nec in caſu noſtro cogetur Dom. Auditor aream recipere, ſine pratis. Et hoc non obſtantibus iis, quæ in contrarium fuerunt adducta, quippe quæ ex præcedentibus remanent reſoluta; Procedunt enim regulariter, cum alioquin nos verſemur in exceptionibus. Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I.C.

Pro Perill. DD. Equite Io. Paulo, Ioan. Auguſtino, & Bartolomeo fratribus de Cuſanis.

CONSILIVM XCII.

ARGVMENTVM.

An, cenſus conſtitutio ſit valida, ſi tempore conſtitutionis pecunia non numeretur, ſed remittatur venditori ſchedula bancharia.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio vera non dicitur, niſi pecunia actualiter numeretur, licet ſit in præſentia cõtrahetiũ.*
2 *Debitor liberatur per delegationem.*
3 *Delegatio eſt ficta ſolutio.*

4 *Debitor non liberatur per remiſſionem ſchedulæ banchariæ, Declara, vt nu.17.*
5 *Delegatio, vt facta cenſeatur, quæ requirantur, remiſſiuè.*
6 *Schedula bancharia remiſſio ſecuta poſtea numeratione dicitur ſolutio vera, non ficta.*
7 *Mutuum, quod contrahitur per numerationem factam à debitore de mandato creditoris, dicitur naturale, & verum, cui tamen ius ciuile cooperatur. nu. 8.*
9 *Solutio facta per alium dicitur vera, licet fictus ſit ſolutionis actus.*
10 *Cenſus rectè conſtituitur, per conuerſionem crediti ex alia cauſa in pretium cenſus ſecundum Surd.*
11 *Solutio, quæ fit per conuerſionem crediti ex alia cauſa, eſt ficta, ſed pro vera habetur nu. 12.*
13 *Cenſus rectè conſtitutus intelligitur, ſi tempore cõſtitutionis remittatur venditori ſchedula bancharia, quæ poſtea ſuum effectum ſit conſecuta.*
14 *Confeſſio debitoris plenè probat.*
15 *Liber campſoris iunctis adminiculis plenè probat.*
16 *Verba præfationis denotant cauſam finalem.*
18 *Cenſus, vt ritè conſtitutus intelligatur per remiſſionẽ ſchedulæ banchariæ, debet ſtatim ſequi numeratio, Declara vt nu. 19. & ſeqq.*
20 *Dictio, ſtatim, variè ſumitur ſecundum ſubiectã materiam.*
21 *Dilatio, ſi facta ſit fauore creditoris, non cogitur is antea ſolutionem recipere.*
22 *Bancherij magni nominis præſumuntur habere ſemper pecunias ſolutioni paratas.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

DVO ſunt, quæ nullam reddere videĩtur conſtitutionem annui cẽſus, de quo contenditur, ac
Primùm illud, quia nõ interuenit
in hac conſtitutione realis pretij numeratio, q̃
alioquin eſt neceſſaria iuxta formam à Bulla
Sanctiſſimi Pij V. præſcriptam: Nã, licet interuenerit remiſſio ſchedulæ banchariæ, non tamen ea dici poteſt vera, & realis numeratio,
quippe quæ non dicitur, niſi actualiter, & cũ
effectu pecunia numeretur, adeo, vt non ſufficiat, pecuniam eſſe in præſentia contrahen-
1 tium, niſi verè, & realiter numeretur, † *vt ſcribunt Bart. in l. ſingularia. 15. num. 22. in fin. & ibi
Iaſ. num. 47. & 48. verſ. imo fortius & nu. 53. ff. ſi
cert. pet. Bar. in l. ſi ex cautione. 3. num. 9. in fi. C. de
non num. pecun. Bald. in rub. C. de fid. inſtr. num.
14. Clar. in §. falſum nu. 19. Chaſſan. conſ. 12. nu.
15. Crau. conſ. 535. nu. 5. Surd. deciſ. 284. nu. 3. &*
4. Quinimo talis remiſſio ne ficta quidem numeratio, & ſolutio dici poteſt, vt videtur ex eo
patere, quia, ſi remittens ſchedulam banchariam diceretur etiam fictè pecuniam numerare, & ſoluere, vtique per eius remiſſionem (ſi eſſet debitor) liberaretur, quemadmodum libe-
2 ratur per debitoris delegationem † *l. ſi mandato
meo. 45. §. vlt. ff. mand.* quæ ficta quædam ſolu-
3 tio eſt † *l. quamuis 8. §. interdum. ff. ad Velleia. l. inter cauſas 26. §. abeſſe, & ibi gl. in verb. creditori. ff.
mand. gl. in d. l. ſi mandato meo 45. §. vlt. in gl. vlt.
ff. eod. Iaſ. in d. l. ſingularia. 15. nu. 35. & ibi Cagn.
nu. 166. ff. ſi cert. pet.* Atqui per ſolam remiſſionem ſchedulæ banchariæ non liberaĩ debitor,
4 † *vt ſcribunt Bar. in d. l. ſingularia num. 19. & ibi
Ang. nu. 6. Caſtr. nu. 22. Iaſ. nu. 34. & 38. Cagn. nu.*
157. Non eſt igitur ficta ſolutio, & numeratio.

Et ſanè, cum in tali remiſſione nõ interueniãt
5 ea, quæ ſunt ad delegationem neceſſariã, † *vti
videre eſt apud Caſt. in d. l. quamuis. 8. §. ſi mulier.
ff. ad Velleia. Iaſ. in d. l. ſingularia. nu. 38. & ibi Cagno. nu. 165. & ſeqq.* nec per conſequentias dici
poteſt ficta ſolutio.

Nec videtur obſtare pactum in inſtrumẽto
appoſitum, vt, niſi ſchedula bancharia reſtituatur intra 15. dies, pecunia habeaĩ ꝓ numerata,
& ſimili modo non videtur obſtare, quod poſt
biennium D. Comes confeſſus ſit, fuiſſe ſibi pecuniam ab argentario numeratam, nec ſit veriſimile, eũ fuiſſe cenſus annuos ſoluturũ, niſi
verè, & realiter pecuniam accepiſſet, cũ nemo
præſumatur iactare ſuũ *l. cum de indebito. 25. ff.
de prob.* quia videĩ poſſe reſpõderi, huiuſmodi confeſſiones, & pacta fictam tñ inducere ſolutionem, & numerationem, nõ verã, & realẽ,
*vt ſcribunt omnes in d. l. ſi ex cautione 3. C. de non
num. pec. & in d. l. ſingularia. 15. ff. ſi cer. pet.* ideoq;
non ſufficere ad conualidandam cenſus cõſtitutionem, quippe, quæ pro forma realem, & veram numerationem requirit.

Verum his non obſtantibus contrariũ de iure verius eſſe puto, validam ſcilicet eſſe conſtitutionem annui cenſus, de quo contenditur, licet realis pretij numeratio non interuenerit in
ipſo conſtitutionis actu. Moueor autem

Primo, quia remiſſio ſchedulæ banchariæ, ſi
pecunia poſtea ſoluatur ab argentario (prout
eſſe ſolutam in caſu noſtro infra demõſtrabo)
6 dĩ vera, & realis, non verò ficta ſolutio: † Nec
enim refert, vtrum ab ipſomet contrahente pecunia ſoluatur, an verò ab alio de illius mãdato, vt vera, & realis ſolutio dicaĩ interueniſſe,
quia, qui per alium facit, per ſe ipſum facere vĩ
l. 2. ff. de fid. & nom. tut. Quamobrem, & mutuũ,
quod contrahitur per numerationem factã ab
alio de mandato creditoris, dĩ mutuum naturale, & ſic verum, & reale, non ciuile, & fictum
7 † *d. l. ſingularia 15. & ibi Bar. nu. 20. Bal. Caſt. Alex.
& alij communiter. ff. ſi cer. pet.* Et, licet in eo interueniat aliqua fictio, cum pecunia breui manu
cenſeatur creditori ſoluta, & ab eo mutuo data debitori, non impedit tamen illa fictio, quo
minus mutuum dicatur verum, & reale: Dicitĩ
8 enim naturale, cui ius ciuile cooperaĩ, † *vt ſcribunt Bar. in l. 2. §. ſi [illegible] nu. 3. & ibi. Bal. in prin. Ang.
nu. 4. verſ. in gl. Caſtr. nu. 7. Alex. nu. 5. Iaſ. nu. 14.
ff. ſi cer. pet.* Simili igitur ratione, licet in numerationis actu interuenerit aliqua fictio, eo, ꝙ
facta ſit numeratio per alium nomine emptoris, non ideo tamẽ minus dicetur vera ſolutio,
quia ſolutio vera eſt, licet fictus ſit ſolutionis
9 actus, † *vt poſt Caſtr. declarat Surd. conſ. 162. nu.
45. in fin.*

Secundo verò dato etiam, quod talis remiſſio ſchedulæ banchariæ non poſſit etiã ſecuta
numeratione dici vera, & realis ſolutio, ſed tñ
ficta, adhuc tamen in ea verificatur forma requiſita à Bulla Pij V. Nam pecuniæ ſolutio, &
numeratio, q̃ prædicta Bulla requirit, non eſt
ſtrictè accipiẽda de ſola numeratione, quæ fit
actualiter, ſed verificatur etiam in ea, quæ pro
vera habetur, licet ficta ſit, ideſt verificatur
in ea ſolutione, ex qua venditor cenſus verè, &
realiter percipit eundem effectum, quem habiturus eſſet, ſi realis pecuniæ numeratio interueniret, licet verè non interueniat. Itaque
verificatur in conuerſione pecuniæ debitæ ex

alia

Digitized by Google

10 aliâ cauſa in cauſam emptionis cenſus, † *vt*
contra Nauarrum, & alios rectè ſcripſit Surd.
dicto conſilio 162. *numero* 39. *& ſequent. ex ſen-*
tentia Pariſ. conſilio 75. *nume.* 32. *volum.* 4. Nam
talis conuerſio, licet ſit ſolutio, & numeratio
11 ficta, † *vt ſcribunt Barto. in dicta lege ſingularia*
numero 20. *verſic. opp. Caſtr. conſilio* 170. *nume.*
1. *volum.* 2. *Pariſ. dicto conſilio* 75. *numero* 32. *vo-*
lum. 4. *Natt. conſilio* 438. *numero* 6. habetur ta-
12 men pro vera, † *vt Caſtr. d. conſilio* 170. *numero*
1. *& Surd. d. conſil.* 162. *nume.* 43. *&* 44. *declarant*
cum ex ea percipiat emptor numerationis, &
ſolutionis effectum. Et ſimili modo verifica-
tur in remiſſione ſchedulæ banchariæ, ſi poſtea
13 facta ſit ab argentario pecuniæ numeratio, † vt
ſæpius Rotam Romanam declaraſſe conſtat
ex iis quæ ſcribunt Gratia. diſcep. foren. tom. 2. *ca-*
pit. 87. *numero* 46. *Cenc. de cenſibus part. ſecunda*
capit. primo quæſtio. 1. *articu.* 7. *numero* 13. *& ex*
deciſionibus ab eo relatis poſt dictum tractat. deciſ.
103. *numero* 8. *& deciſio.* 104. *numero* 1. *& à Fa-*
rin. deciſ. 10. *numero* 9. *&* 17. *poſt conſilia crimin.*
& rectè: Nam talis remiſſio, licet & ipſa ſit
quædam numeratio ficta, habetur tamen pro
vera, cum ab ea percipiat venditor eundem
effectum, quem habiturus fuiſſet, ſi emptor ip-
ſe pecuniam numeraſſet.

Nec obſtat, quod dicitur in motiuis, non
videri faciendam vim in prædicta Rotæ deci-
ſione, *quam refert Farin.* quia multa videntur
ibi côcurriſſe, quæ ceſſant in caſu noſtro, quia
verius eſt, imo hic omnia concurrere, quæ ibi
fuerunt à Rota conſiderata: Primum enim,
vt ibi, ita & hic interuenit ſchedulæ remiſſio,
vt patet ex ipſomet conſtitutionis inſtrumen-
to. Secundò dicitur in motiuis, ibi ſchedu-
lam fuiſſe acceptatam à mercatore, ad quem
fuerat directa, quæ acceptatio ceſſat in caſu
noſtro. Sed eſt verius, ſi acceptatio intelligi-
tur de ea, quæ fit in ipſo actu conſtitutionis
cenſus, ne ibi quidem interueniſſe, quoniam
de ea nulla fit in deciſione mentio. Si verò in-
telligitur de acceptatione ſubſequente, verius
eſt, vt ibi, ita & hic interueniſſe, quoniam vtro
bique mercator, ad quem fuerat directa ſche-
dula, ſoluendo pecuniam, & ſic exequendo
mandatum cenſetur illud acceptaſſe. Tertio
dicitur in motiuis ibi conſtitiſſe de vera, & rea-
li numeratione ſubſecuta, de qua non conſtat
in caſu noſtro; Sed eſt verius imò de ea con-
ſtare, Primo ex confeſſione Domin. Comitis
facta poſt inſtrumentum venditionis cenſus:
Nam talis confeſſio probat veram, & natura-
14 lem ſolutionem † *l. Publia.* 26. *§. vltim. ff. de-*
poſ. & ſcribunt Barto. conſilio 160. *numero tertio*
libro primo. Bald. in lege pecunia. 14. *numero* 2.
C. de ſolut. & in dicta lege ſingularia. 15. *colum.* 3.
verſicu. ſed oppoſ. ff. ſi cert. pet. Caſtr. conſilio 64.
numero 1. *verſic. ſecundo volum.* 1 *Alexan. conſil.*
90. *numero* 3. *in fine volum.* 3. *Natt. conſil.* 438.
numero 3. Maximè quando reſpicit debitum
ex cauſa præcedenti, prout reſpiciebat in ca-
ſu noſtro *l. generaliter* 13. *cum ibi nota. C. de non*
nume. pecun. Secundò de vera, & reali nume-
ratione conſtat ex ipſius Bancherij libris, qui
penes Regiam Cameram repetiuntur, & ex
quibus extracta eſt fides authentica producta
in actis: Nam dubium non eſt, quin prædicti
libri iunctis adminiculis ſumptis ab ipſamet
remiſſione ſchedulæ bancheriæ, à ſubſequen-
te confeſſione D. Comitis, & à ſolutione cen-
15 ſuum poſtea facta plenè probent, † *vt per Gui-*
dop. q. 441. *Menoc. de arbitr. Caſ.* 91. *num.* 19. *&*
Farin. d. deciſ. 10. *nu.* 11. Quarto dicitur in mo-
tiuis, ibi interueniſſe ſpecialem S. P. commiſ-
ſionem, quæ ceſſat in caſu noſtro. Verû reſpon
deo Primo, licet interuenerit prædicta cômiſ-
ſio in deciſione, *quæ refertur nu.* 9. non tamen
interueniſſe in alia, *quæ refertur nu.* 17. Nã ibi
dicitur ſimpliciter, fuiſſe declaratam validam
annui cenſus conſtitutionem, licet in ea non
interuenerit realis pecuniæ numeratio, ſed ſo-
la banchariæ ſchedulæ remiſſio. Secundo re-
ſpôdeo nullam in prædicta commiſſione vim
eſſe faciendam, quoniam ea non fuit facta per
viam gratiæ, ſed per viam iuſtitiæ, & ideo, vbi
cauſa eſt eadem, ſemper eadẽ iuſtitia, idemq;
ius eſſe debet *l. illud* 32. *ff. ad l. Aquil.* Ex quibus
apparet nihil in prædicta Rotę deciſione con-
ſideratum eſſe, quod non adſit in caſu noſtro,
& hac ratione declarandam eſſe validam con
ſtitutionẽ cenſus, quomodo fuit ibi declarata.

Tertio prædicta ratione côfirmantur: Nam
cauſa finalis prædictæ Bullæ eſt, vt euitentur
fraudis, & ſimulationis ſuſpiciones, vt apparet
ex verbis præfationis, quæ denotant cauſam fi-
16 nalem † *l. vlt ff. de bar. inſti. l.* 1. *ff. ad Maced. &*
ſcribunt Pariſ. conſ. 21. *nu.* 78. *volu.* 1. *Crau. conſi.*
192. *nu.* 21. *Ozaſ. conſ.* 7. *nu.* 47. Quotieſcunque
igitur tales ſuſpiciones euitantur, cenſebitur in
hac parte Bullæ ſatisfactum. Euitãtur autem
non ſolum per ſolutiones veras, ſed etiam per
fictas, quę pro veris habentur, vt de conuerſio-
ſione alterius crediti in emptionẽ cenſus *ſcri-*
bunt Pariſ. d. conſ. 75. *nu.* 32. *vol.* 4. *& Surd. d. conſ.*
162. *nu.* 42. *&* 44. *in fi.* De remiſſione vero ſche-
dulæ banchariæ *Farin. d. deciſ.* 10. *num.* 10. Quæ
enim fraus, & ſimulatio interuenire poteſt, cû
emptor dat ſchedulam banchariam vẽditori,
cũ poſtea verè, & realiter pecunia ab Argenta
rio numeratur? Debet igitur etiam per huiuſ-
modi ſolutiones cenſeri Bullæ ſatisfactum.

Neque obſtant contraria: Nã ex ſupradictis
reſponſio patet, quia, licet Bulla requirat verã,
& realem ſolutionem pretij, & hoc modo ex-
cludat ſolutiones fictas, intelligitur tamẽ illas
tantũ excludere, quæ omnino fictæ ſunt, ideſt,
quæ vim, & fundamentum habent in ſola con
feſſione venditoris facta in actu conſtitutio-
nis cenſus: Nam, quia talis confeſſio põt eſſe
ſimulata, ideo excluditur à prædicta Bulla, cu-
ius intẽtio eſt omnibus fraudibus, & ſimulatio
nibus occurrere. Cœterũ, ſi ſolutio non ſit om
nino ficta, ſed reſpectu vtilitatis, & commodi
venditoris ſit vera, licet contineat fictionem,
quoad actum numerationis, vt eſt conuerſio
crediti ex alia cauſa in emptionem cenſus, vel
remiſſio ſchedulæ banchariæ, quam poſtea nu
meratio ſequitur, verius eſt, non excludi à præ-
dicta Bulla, quia non poſſunt tales ſolutiones
cenſeri ſimulatæ, cû de earũ veritate conſtet,
vel ex probatione debiti præcedẽtis, vel ex ſub
ſecuta numeratione, vt in caſu noſtro.

Quod vero dictum eſt, remiſſionem ſche-
dulæ banchariæ ne fictam quidem, ſolutio-
nem continere, procedit, quando nec nume-
ratio ſecuta eſt, nec camptoris promiſſio. Cæ-
terum, ſi alterutra interuenerit, magis eſt, vt
talis remiſſio pro vera ſolutione reputetur,
17 † *vt declarat Rota in dicta deciſio.* 10. *numero* 10.

poſt conſil. crimin. Farin. Et ita etiam declarant Bar. Ang. Caſt. Alex. Iaſ. & alij communiter in d. l. ſingularia.

Secunda dubitatio, quæ proponitur in motiuis, eſt, quia numeratio non fuit facta in ipſo conſtitutionis actu, vt requirit Bulla, ne-
18 que poſt incontinenti, & ſtatim, † vt exigebat commiſſio S. P. relata à Rota *in dicta deciſio.* 10. *numero* 12. *apud Farin.* ſed ſecuta eſt poſt multum temporis interuallum, ideoque videtur ipſa conſtitutio cenſus ab initio nulla, nec potuiſſe per ſubſequentem numerationem confirmari. Et ſanè, ſi dubitabatur de validitate cenſus in cauſa, de qua loquitur ibi Rota, vbi numeratio facta fuerat poſt quatuor dies, quanto magis videtur dubitandum in caſu noſtro, vbi vix facta eſt poſt duos menſes.

Verùm hoc non obſtāte puto validam adhuc eſſe declarandam conſtitutionem, de qua diſputatur.

Primo, quia, quod dicimus ſtatim debere
19 ſequi numerationem, † debet accipi cum temperamento *l. quod dicimus* 105. *ff. de ſolut.* quod, quia remittitur arbitrio iudicis, ideo poteſt eſſe varium: Dictio enim illa, ſtatim, variè ſumitur ſecundum ſubiectam materiam
20 † *vt ſcribunt Barto. in l. prima. §. qui præſens numero* 3. *ff. de verborum obligat. & Tiraquell. in l. ſi vnquam. 8. in verb. reuertatur. num.* 119. *C. de reuocan. donat.* adeo, vt interdum verificetur etiam in ſpatio duorum menſium, *vt in his terminis conſiderat Rota dicta deciſio.* 10. *numero* 12. *apud Farin.* In caſu autem noſtro ſubiecta materia non patitur, vt illa dictio, ſtatim, debeat intelligi intra ſpatium trium, aut quatuor dierum, ſed longius tempus requirit, Primo, quia ſolutio non erat facienda in loco contractus, nempè in Ciuitate Parmæ, ſed Mediolani, & à Bancherio, qui non erat præſens inſtrumento, ideoque neceſſariò debuit concedi tantum tempus, intra quod Dominus Comes potuerit, aut ſe conferre, aut procuratorem mittere Mediolanum, qui pecuniam exigeret *leg. 3. §. qui ita ſtipulatur. ff. de eo, quod cert. loc. l. eum, qui Calendis. 41. §. quoties. ff. de verborum obligatio.* Deinde debuit Bancherio poſt admonitionem concedi aliquod tempus, intra quod pecuniam exſoluere potuerit *dicta lege quod dicimus.* 105. *ff. de ſolutio.* Maximè, cum ſumma eſſet egregia, nempè aureorum 1800. Secundo verò non patitur ſubiecta materia, vt ſolutio debuerit neceſſariò fieri intra triduum, quia, cum hæc ſolutionis dilatio fuerit facta fauore ipſius Dom. Comitis, cuius intererat, habere pecuniam in Ciuitate Mediolani potius, quā in Ciuitate Parmæ, & tempore ſibi opportuno, vt legitur in inſtrumento, non erat adſtringendus ad pecuniam intra triduum pro validitate contractus exigendam, & fortaſſis ante, quam ea indigeret, quia hoc modo fuiſſet ei ſublata omnis vtilitas, quam ex venditione cenſus percipere potuiſſet, quod vtique fuiſſet abſurdum, *vt ſcribit Dec. in lege in omnibus.* 14. *numero tertio ff. de regulis iuris, & in his terminis conſiderat Rota in ſupra relata deciſio. numero decimo.* Adiuuari enim nos decet, non decipi beneficio contractus *lege in commodato.* 17. *§. ſicut in fin. ff. comm.* Quam in rem dicimus, quoties dilatio fit fauore creditoris, non poſſe ſolutionem fieri ante tempus, ne credi-
21 tor priuetur illo commodo dilationis † *lege eum, qui* 15. *& ibi Bartol. ff. de annu. legat. gloſſ. in lege poſt mortem.* 12. *in glo. vltim. & ibi Docto. maximè Iaſon in fine. C. de fideicommiſſ.* Debet igitur in caſu noſtro ſtatim intelligi facta ſolutio, cum facta eſt, quo tempore Dominus Comes eam à Bancherio poſtulauit, aut paulo poſt: Nam, cum in eius eſſet arbitrio, quando vellet eam petere, non debet eius mora nocere emptori *lege mora.* 32. *§. vlti. ff. de vſur. Dec. in lege in condemnatione* 173. *§. vnicuique numero primo. ff. de regulis iur.* Quinimò, cum fuerit in inſtrumēto appoſitum illud pactum, vt, niſi intra quindecim dies reſtitueretur ſchedula, haberetur pecunia pro numerata, neceſſariò fatendum eſt, creditorem, qui non reſtituit, aut ſibi debere imputare, aut, quod veriſimilius eſt, ideo cenſeri eam non reſtituiſſe, quia ſciebat, pecuniam fuiſſe paratam ſolutioni ad omnem ſuam requiſitionem, cum Dominus Rinaldus Tetonus tunc temporis eſſet Bancherius magni nominis, cuius conditionis homines præſumuntur habere ſemper
22 pecunias paratas, † *vt ſcribunt glo. in lege eum qui. 7. §. melior in verb. facilior. ff. de in diem add. Barto. in dicta lege ſingularia numero* 27. *& ibi Angel. numero* 7. *Caſtr. numero* 26. *& alij communiter, vt atteſtatur ibi Iaſ. nu.* 57. Et ita iuris eſſe concludo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro D. Aloyſia de Pentijs.

CONSILIVM XCIII.

ARGVMENTVM.

Quantitas bonorum hæreditariorum qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Verba vbi clara ſunt, nullus relinquitur dubitationis locus.*
2 *Pater non poteſt diſponere de bonis filij ultra pubertatem.*
3 *Pater non poteſt ſubſtituere filio puberi in ſecundum caſum, niſi per fideicommiſſum.*
4 *Fideicommiſſo non continentur propria bona hæredis.*
5 *Fideicommiſſum non impedit, quin grauatus habeat legitimos hæredes.*
6 *Filius grauatus fideicommiſſo detrahit legitimā, & trebellianicam.*
7 *Fructus ueniunt in petitionem hæreditatis.*
8 *Probata ſubſtantia obligationis quantitas illius poteſt probari per probationes leuiores, & præſumptiuas adeo, ut coniecturæ ſufficiant. numero 9.*
10 *Quantitas poteſt probari per iuramētum actoris, ubi probata eſt ſubſtantia.*

11 Commu-

11 *Communio incidens, tanquam realis tranſit in heredem.*
12 *Societas, vt perſonalis, morte extinguitur.*
13 *Hypothecaria non præſcribitur à debitore, vel eius hærede, niſi ſpatio 40. annorum.*
14 *Præſcriptio contra minorem non currit, niſi poſt completam legitimam ætatem.*
15 *Confeſſio debet acceptari cum omnibus ſuis qualitatibus.*
16 *Alı ab hæredibus patris debet filia, cui pater dotē reliquit, cum nupſerit.*
17 *Alimentorum onus tranſit in hæredem hæredis.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

RES, de qua conſulor, non videtur opera mea indigere, quia dubitationes omnes ſumma fuerunt cum diligentia à præſtantiſſimo Domino Ludouico Rodolfino reſolutæ. Sed, vt enixo petentis deſiderio qualiter, qualiter ſatiſfaciam, dicam, qua breuitate potero, quid ſentiam de mutuis petitionibus, quæ in actis ad me tranſmiſſis continentur.

Incipiendo igitur à petitionibus Dominę Aloyſiæ pro earum reſolutione de tribus dubitari contigit, Primo, an ei debeatur tertia pars bonorum relictorum in hæreditate Domini Pauli fratris ſui inteſtatò defuncti cum fructibus à die mortis. Secundo verò, an ſufficienter probata ſit quantitas bonorum, quæ fuerunt à Dominò Paulo relictà in hæreditate. Tertio demum, an eidem ſit à reis conuentis reſtituenda dos materna iuxta petita, & pro qua parte ſit reſtituenda.

Circa primam non puto dubitandum, quin Domi. Aloyſiæ debeatur tertia pars omnium bonorum, quæ fuerunt à Domino Paulo fratre ſuo relicta in hæreditate, propter clara ſtatuti verba, quæ decedente fratre ab inteſtatò ſine liberis vocant ſororem ad tertiam hæreditaris partem, & agnatos ad beſſem: nam, cùm verba clara ſint, nullus relinquitur du-
1 bitationi locus † *l. ille, aut ille 25. §. cum in verbis ff. de leg. 3. l. continuus, 137. §. cùm ita, in fi. ff. de verb. oblig.*

Nec obſtat, quod Dominus Antonius pater prædictorum DD. Pauli, & Aloyſiæ in ſuo teſtamento ſubſtituerit prędicto Domino Paulo ſine liberis decedenti Domino Ioan. Andream, & filios Domini Franciſci relictis tantùm Dom. Aloyſiæ ducentum libris, quibus mediantibus voluit eam eſſe tacitam, & contentam, quoniam hæc diſpoſitio operatur quidem, quoad hæreditatem ipſius teſtatoris, vt ſcilicet mediante dicta ſumma non poſſe Domina Aloyſia quicquam petere de bo[illegible] ipſius patris, ſed non operatur, quo ad hæreditatem Domini Pauli; nam certum eſt, patrem non poſſe diſponere de hæreditate filij ſui vl-
2 tra pubertatem † *l. verbis ciuilibus. 7. ff. de vulga. l. precibus. 8. C. de impube. & alijs ſubſtit. §. vltim. inſtitut. de pupill. & tradunt omnes in l. centurio. 15. ff. de vulgar.* ſed poſſe tantum diſponere
3 de hæreditate ſua per fideicommiſſum † *dicto §. vltim. inſtitut. de pupill.* in quo non continen-
4 tur bona filij † *l. cohæredi. 41. §. cum filio. ff. de vulga. & ſcribunt Pariſ. conſilio 33. numero 75. volum. 3. Gabr. conſilio 102. numero 3. volum. 2. Peregrin. de fideicommiſ. artic. 6. numero 1.* Vnde fit, vt talis diſpoſitio non impediat, quominus ipſi filio ſuccedant venientes ab inteſtatò
5 † *dict. l. precibus 8. C. de impub. capit. ſi pater de teſtamen. in ſexto.* & ſic ſuccedant agnati in beſſe, & ſoror in triente iuxta diſpoſitionem ſtatutariam. In huiuſmodi autem Domini Pauli hæreditate continentur primò omnia bona, quæ habuit aliunde, quam à patre; Secundo continetur dimidia pars omnium bonorum paternorū, quæ detrahitur de fideicommiſſo ratio-
6 ne legitimæ, & trebellianicæ, † vt eſt notiſſimi iuris *ex capit. Raynutius, & cap. Raynaldus extra de teſtam. & latè docent Ozaſ. deciſ. 147. nu. 26. verſ. quapropter, Craſſ. in §. trebellianica. q. 7. num. 2.*

Denique non eſt dubitandum, quin hæc tertia pars debeatur Dom. Aloyſiæ cum fructibus à die mortis fratris ſui, cùm in petitionem hæreditatis, quæ eſt actio vniuerſalis, veniant
7 fructus † *l. item veniunt 22. §. fructus. ff. de petit. hæred. l. 1. C eodem. & ſcribunt Barto. in l. & ex diuerſo 36. in prin. numero 7. ff. de rei vindic. Bal. in l. 1. numero 15. C. de fruct. & lit. expen. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. numero 598.* Et, quoniam hæc clara ſunt, & certa in iure, ideo non erit in ijs diutius immorandum.

Circa ſecundam verò dubitationem puto quantitatem bonorum ſufficienter à Domina Aloyſia probatam eſſe, quod, vt liquidò demonſtrem, præmitto, Dominam Aloyſiam probaſſe ſubſtantiam obligationis, nempè bona hæreditaria Domini Pauli fratris ſui perueniſſe ad manus DD. Chriſtofori, & Iacobi de Bolognis, *vt mox demonſtrabo.* Quo poſito ſuccedit indubitata iuris concluſio, quod probata ſubſtantia obligationis quantitas illius poteſt probari per probationes leuiores, & præ-
8 ſumptiuas, † *vt ſcribit Surd. conſilio 94. numero*
9 *28.* adeo, vt coniecturæ ſufficiant, † *ſecundum Barto. in l. admonendi. 31. numero 40. & ibi Iaſ. numero 202. ff. de iureiuran. Alexan. conſilio 69. numero 6. volum. 2. Natt. conſilio 102. numero 2. Caphal. conſilio 297. numero 12. & conſilio 558. numero 87. Menoch. conſi. 457. numero 16. Surd. dicto conſil. 94. numero 28. & Fab. Tim. in annot. ad Magon. deciſ. Luc. 20. in lit. b.* Quinimò poteſt probari per iuramentum ipſius Dominę
10 Aloyſiæ † ex notiſſima doctr. Rayn. de Forli. *in l. 1. ff. de in lit. iur.* dicentis, probato mutuo in genere, quia creditor habet intentionem fundatam, quo ad ſubſtantiam ſui crediti, probari quantitatem mutui per eius iuramentum. *Sequuntur Dec. in l. certi condictio. 9. §. quoniam numero 7. verſicul. & hoc idem ff. ſi cert. pet. in l. in actionibus. 5. numero 13. verſic. & ad hoc ff. de in lit. iur. & in l. fin numero 24. C. de edend. Natt. d. conſil. 102. nu. 2. Caph. d. conſ. 558. numero 88. Ozaſ. deciſ. 96. numero 3. vbi refert ita fuiſſe iudicatum, Fab. Tim. in d. annot. ad Magon. dicta deciſ. Lucen. 20. in lit. b. Rota Genuen. deciſio 208. numero ſecundo Boer. deciſ. 243. in fi. Menoch. d. conſil. 457. num. 16. Surd. d. conſil. 94. numero 27.* Subſtantiam autem obligationis, nempè bona fratris ſui perueniſſe ad manus eorum de Bolognis probauit Domina Aloyſia multipliciter, &

Primo ex depoſitione Domini Camilli de

Bolognis dicentis, *Mi riccordo, che M. Chriſtoforo, & fratelli godeuano con M. Gioan. & M. Ruggiero in communione li beni del detto M. Paulo, cioè li beni laſciati dal predetto M. Antonio padre del detto Paulo.*

Secundo, quia Dominus Antonius pater prædicti Domini Pauli vixit in communione omnium bonorum cum fratribus ſuis vſq; ad extremum vitæ ſpiritum, vt patet Primo ex confeſſione ipſiuſmet Dom. Chriſtofori facta *in primo proceſſu fol. 33. & in proc. ultim. fol.* 101. Secundo ex depoſitione Angeli de Prandis dicentis, *E la verita, che quelle pezza di terra, hora poſſedute da M. Chriſtoforo ſono parte delle terre, ch'erano delli ſopradetti Franceſco, Antonio, & Gioan. Andrea fratelli de Bologni.* Tertio ex depoſitione Antonij Galli dicentis, *Ho conoſciuto il quondam M. Antonio, padre di Madona Luiſa, il qual mentre è viſſuto, e ſin' alla ſua morte ha tenuto li ſuoi beni per indiuiſo, & in communione con M. Gio. Andrea, & Franceſco ſuoi fratelli, & morendo gl'ha laſciati per indiuiſo come ſopra.* Quartò ex depoſitione Antonij Gonzę dicentis. *Ho conoſciuto li quondam Antonio, Franceſco, & Gio. Andrea fratelli figliuoli de M. Battiſta Bologno, quali in tẽpo di ſua vita ſono ſtati ſempre inſieme tenendo i beni per indiuiſo, e morendo detto M. Antonio laſciò li ſuoi beni in communione con il detto M. Franceſco.* Ex quo ſequitur eandem bonorum communionem tranſijſſe in Dom. Paulum, tanquam filium, & hæredem vniuerſalem prædicti Antonij: Nam communio incidens, tanquã 11 realis tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem. † *l. per hoc iudicium. 4. verſic. ſed & ſi. ff. commun. diuidun.* licet ſocietas, quæ eſt perſonalis mor-12 te extinguatur. † *l. ſocium, qui in eo. 61. in princip. ff. pro ſoc. l. furti. 6. §. mandati. ff. de his, qui not. infam.* Probatur etiam Dom. Paulum in eadem communione perſeueraſſe vſque ad mortem, Primo ex confeſſione ipſiuſmet Domini Chriſtofori *folio* 104. Secundo ex depoſitione Angeli de Prandis ſupra relata; Tertio ex depoſitione Domini Antonij de Grappis in vltimo proceſſu dicentis, *Al creder mio tengo, che detta Signora Aluiggia foſſe alimentata dalli detti Bologni delli frutti, che ſi cauauano dalli beni poſſeduti in commune con li detti Bologni di ſuo padre, & doppo la di lui morte da Paulo fratello di detta Signora Luiggia.* Quarto ex inſtrumento, *quod eſt in primo proceſſu folio* 75. Quinto ex præſumptione, quæ naſcitur ex teſtamento paterno: Nam Dominus Antonius prohibuit Domino Paulo, ne diuideret bona cum patruis, & conſobrinis ſuis ante vigeſimumquintum annum, & ideo, eum deceſſerit in xvi. anno, non eſt veriſimile, eum diuiſiſſe, & ſic contraueniſſe voluntati teſtatoris. Hinc ſequitur bona prædicti Domini Pauli remanſiſſe indiuiſa etiam tempore mortis, & conſequenter in bonis, quæ à conſobrinis eius poſſidentur, contineri partem bonorum ad dictum Dominum Paulum pertinentem.

Secundo verò præter ſupradictam generalem probationem adeſt etiam ſpecialis quędam probatio bonorum, tam, quæ fuerunt à reis conuentis alienata, quam, quæ ab eis adhuc hodie poſſidentur: Namque incipiendo à bonis alienatis à Domino Chriſtoforo, conſtat ea fuiſſe communia inter DD. Antonium, Franciſcum, & Ioannem Andream patrem ipſius Domini Chriſtofori ex eiuſdem confeſſione *facta in ultim. proceſſ. folio* 101. & ex eo, quia, ſi omnia bona, quæ Dom. Ioann. Andreas pater eius habebat, erant communia cum alijs fratribus, *vti ſupra probatum eſt*, & bona alienata peruenerunt ad prędictum Dominum Chriſtoforum ex hæreditate paterna, vt ipſemet fatetur *in proceſſo vltim. folio* 100. Cõſequens eſt, vt in iis Dominus Antonius, & conſequenter Dominus Paulus eius filius habuerit ſuam tertiam partem. Denique omnia bona, tàm alienata, quàm, quæ ab eo poſſidentur adhuc hodie, eſſe de bonis communibus, in quibus Dominus Paulus ſuam tertiam partem habebat, probatur ex depoſitione dicti Angeli de Prandis dicentis, *E la verita, che quelle pezze di terra hora poſſedute da M. Chriſtoforo ſono parte delle terre, che erano poſſedute dalli ſopradetti Franceſco, Antonio, & Gio. Andrea tutti fratelli de Bologni, non hauendo memoria, che M. Chriſtoforo habbia fatto acquiſto di ſorte alcuna in detto luogo.* Id ipſum confirmat depoſitio Dom. Camilli de Bolognis, quæ diligenter eſt perlegenda, & ponderanda, quia ponit rem extra omnem dubitationem. Ex his igitur apparet bona à conuentis tàm alienata, quàm poſſeſſa fuiſſe communia cum prædicto Domino Paulo, & conſequenter eorum decimam octauam partem ad Dominam Aloyſiam pertinere; quia, cum eſſent tres fratres nempè Franciſcus, Antonius, & Ioann. Andreas, ſi diuidantur omnia in decem & octo partes, ſex pertinebant ad prædictum Antonium, & conſequenter ad Paulum eius filium, Sed, quoniam de prædictis ſex partibus tres erant ſubiectę fideicommiſſo propter ſubſtitutionem factam à Domino Antonio in ſuo teſtamento, ſolum aliæ tres remanſerunt in hæreditate prædicti Pauli, vigore legitimæ, & trebellianicæ, cuius hæreditatis, cum tertia tantum pars vigore ſtatuti pertineat ad ſororem, fit, vt vna pars ex tribus ad eam ſpectet, & ſic, vt Domina Aloyſia debeat habere decimãoctauam partem omnium bonorum, quæ erant inter eos de Bolognis cõmunia.

Circa tertiam, & vltimam dubitationem reſpicientem dotem maternam, puto de iure condemnandos eſſe reos conuentos ad ſoluendam prædictam dotem Dom. Aloyſiæ, quia, cum de ea conſtet ex publicó inſtrumento, & ſit probata mors matris, & filiatio Dominæ Aloyſiæ, nulla ſubeſt ratio, cur non debeat prædicta dos eidem, vt filiæ, & hæredi reſtitui: Nam, quod attinet ad præſcriptionem, quæ ſola obijcitur, non poteſt ea nocere, quia tractatur de actione hypothecaria, cui à debitoribus principalibus, & eorum hæredibus nõ, niſi quadraginta annorum ſpatio pręſcribi po-13 teſt. † *l. 1. C. ſi adu. cred. præſcrip. opp.* quod ſpatium vix eſt, vt tranſactum ſit ante petitionem ab eo tempore, quo potuit currere pręſcriptio, nempe à die quo Dom. Aloyſia exceſſit 25. 14 annum. † *l. 3. C. quib. non obijc. long. temp. præſc. l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſſ.* Itaque, ſi mater deceſſit poſt mortem Domini Pauli, debent rei condemnari ad reſtitutionem duarum tertiarum prędictæ dotis,

quoniam

Digitized by Google

quoniam alia tertia pertinet ad onus prædictæ Dom. Aloyſię, tanquam hæredis fratris ſui pro tertia. Quod, ſi deceſſit viuo adhuc Dom. Paulo, non debent condemnari, niſi ad reſtitutionem tertiæ partis dictæ dotis, quia dimidia, quæ pertinebat ad Dom. Paulum, extincta eſt per confuſionem, Alia verò dimidia, cum ſpectet ad onus hæreditatis prædicti Pauli, & ipſa Dom. Aloyſia ſit eius hæres pro tertia, non poteſt à cohæredibus tota peti, ſed tantum pro duabus tertijs. *l. ſi ab eo. 7. C. de negot. geſt.* Itaque ex duodecim partibus non conſequetur Dom. Aloyſia à cohæredibus, niſi quatuor.

Venio nunc ad petitiones reconuentionales: Petunt autem conſortes de Bolognis in primis condemnari Dom. Aloyſiam ad remiſſionem terrarum, quas ipſa confeſſa fuit ſe habuiſſe in deductionem ſuarum dotium. Verum, vt ingenuè fatear, miror hanc rem in controuerſiam deduci, quia, vel iſti conſortes de Bolognis fundant intentionem ſuam in confeſſione ipſius Dom. Aloyſiæ, & tenentur
15 eam acceptare cum ſuis qualitatibus, † *vt ſcribunt Alexan. conſil. 87. num. 1. volum. 1. Iaſ. in l. Pomponius. 13. §. cum quis. num. 13. ff. de acquir. poſſeſſio. Purpur. conſil. 70. num. 11. & conſ. 124. num. 4. Borgn. deciſ. 27. num. 88. verſic. & ideo breuiter reſtringendo part. 2.* Itaque, cum fateatur, ſe eas terras habuiſſe in deductionem ſuarum dotium, de quarum conſtitutione conſtat ex patris teſtamento, non poteſt adſtringi ad earum remiſſionem, cum repetitio nulla ſit ab eo, qui ſibi debitum recepit *l. repetitio. 44. ff. de condictio. indeb.* Aut remota hac confeſſione vindicant hæc bona, tanquam propria, Et, cum nihil præſtiterint (nec enim probarunt dominium, quod ad rem vindicandam erat neceſſarium. *l. in rem 24. in princ. ff. de rei vindicat.*) conſequens eſt, vt Dom. Aloyſia debeat abſolui *ex regula l. qui accuſare 4. C. de eden. & c. vlt. §. ſanè extr. de iureiur.*

Secundo verò petunt eam condemnari ad ſolutionem alimentorum, quæ fuerunt illi præſtita. Verum hanc pariter petitionem conſtat eſſe iniuſtam, eo, quod filia, cui dos fuit à patre relicta, cum nupſerit, debet interim
16 ab hærede patris ali, † *vt late docet Surd. in tracta. de alimen. titu. 1. quæſtio. 26. nume. 1.* & conſequenter etiã ab hr̃de hæredis, vtpote in quẽ
17 alimentorum onus tranſire ſolet, † *vt ibi docet Surd. nu. 2.* Et ita in omnibus ſupradictis iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Ill. D. Aurelio Zandemaria I. V. D. Parmenſe.

CONSILIVM XCIIII.

ARGVMENTVM.

An promiſſio, ſiue aſſignatio certæ pecuniæ pro ſalario intelligatur ſemel tantum, an verò in ſingulos annos.

SVMMARIVM.

1 *Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de vnico actu, Limitatur, vt nu. 2. 5. & 7.*

3 *Salarium quid*

4 *Verba, de gradu in gradũ, inducunt fideicommiſſum ſucceſſiuum.*

6 *Pecunia, ſi promittatur, aut legetur pro actu multiplicabili, inducitur & ipſius pecuniæ multiplicatio.*

FACTI SPECIES.

ILLVST. Dom. Aurelius Zandemaria I. V. D. Parmenſis anno 1599. fuit ab Illuſtriſs. Dom. Gubernatore Parmæ de mandato Sereniſs. Ducis datus tutor, & curator Illuſtriſs. DD. Comitibus Alphonſo, & Raynutio de S. Vitali cum conſtitutione ſalarij, de qua non conſtat, niſi ex his Notarij verbis, *Et pro ſalario, & mercede ſcutorum ducentum ſoluendorum pro dimidia de ſemeſtre in ſemeſtrem, & in fine cuiuslibet ſemeſtris*; Vnde, quia nominatim non dixit Notarius, fuiſſe conſtitutum ſalarium ducentum aureorum in ſingulos annos, tutori fuit oppoſitum, ſemel tantũ eſſe ſoluendam prædictam ſummam pro ſalario totius temporis, quia ſermo ſimpliciter prolatus de primo, atque vnico actu intelligitur. Contra verò intendit tutor, ſalarij conſtitutionem intelligi in annos ſingulos, Vnde quæritur, quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

RE diligenti, atque matura conſideratione perpenſa, puto conſtitutionẽ ſiue aſſignationem ducentũ aureorum, quæ legitur facta pro ſalario tutoris, eſſe intelligendam in ſingulos annos, & ſic multiplicatiuè, non ſemel tantum, quia, ꝙ dicitur, ſermonem ſimplicẽ de vnico actu eſſe
1 accipiendum † *iuxta regulam l. boues. 49. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſign. de qua latè Tiraq. in comment. ad eam legem*, declaratur non procedere, ſi ex verbis, aut coniecturis, appareat contrariam fuiſſe mentem contrahentium, aut diſpo-
2 nentium † *vt latè oſtendunt Tiraq. ad d. l. boues in 12. limit. nu. 1. & Menoc. de præſump. lib. 4. præſ. 132. num. 2. & 12.* In caſu autem noſtro de tali voluntate conſtat ex multis, &

Primò ex ipſiſmet Notarij verbis, ſi diligenter ea perpendantur: Namque eo ipſo, quod ait Notarius, ducentum aureos fuiſſe conſtitutos pro ſalario, colligimus intentionem conſtituẽtis fuiſſe, vt in ſingulos annos ſoluerẽtur, quia
3 ſalarium dicitur † pecunia, quæ multiplicatiuè ſoluitur, in ſingulos annos, vel menſes, vel etiã dies ſecundum ſubiectam materiam: Nã verbi gratia profeſſoribus, cum promittitur certa pecunia pro ſalario, intelligit̃ in ſingulos annos, famulis verò in ſingulos menſes, At ruſticis, qui diurnas locant operas, in ſingulos dies, *vt not. in l. poſt duos 15. C. de aduo. diu. iudicio. & tradunt omnes in l. diem functo. 4. ff. de offi. aſſeſſ. & in l. 1. §. Diuus. ff. de var. & extr. cogn.*

Secundo verò colligitur hoc ipſum ex illis verbis, *ſoluendorũ pro dimidia de ſemeſtre in ſemeſtrem*: Nam ea denotant tractum temporis ſucceſſiuum, & multiplicabilẽ, quemadmodũ & illa, de hr̃de in hæredẽ, de primogenito in primogeni-

mogenitum, de gradu in gradum, propter quæ dicimus, fideicommiſſum non reſtringi ad primum gradum, ſed ſucceſſiuè trãſire ad gradus
4 ſequentes, & ita multiplicari † *l.vlt. C. de verb. ſign. & ſcribunt* Soc. *ſen. conſ.57.num.3.vol.3. Dec. conſ.38.num.4. Pariſ.conſ.92.num.46.vol.2. Roll. conſ.23.num.13.vol.4. Craſſ.in §. fideicommiſſum q.5.num.7.*

Tertiò prædicta confirmantur illis verbis, *& in fine cuiuslibet ſemeſtris*, quippe, quæ rem hanc ponunt extra omnem dubitationem: Nam, ſi ſemel tantum fuiſſent ſoluendi ducenrum aurei de ſemeſtre in ſemeſtrem, duo tantũ fuiſſent ſemeſtria, & hac ratione nõ debuiſſet Notarius dicere, *in fine cuiuslibet ſemeſtris*, ſed, *in fine vtriuſque ſemeſtris*. Cum igitur vſus ſit illa dictione vniuerſali, cuiuslibet, ex hoc intelligimus, eum ſenſiſſe, plura futura ſemeſtria, in quibus dimidia pars 200. aureorum eſſet ſoluẽda, & per conſequentias ſummam prædictam debere per plurium ſemeſtrium tranſactionẽ multiplicari.

Quartò, licet verba ceſſarent, adhuc tamen hæc mens colligitur à ſubiecta materia, à qua
5 limitari ſolet prædicta regula † *l.boues, vt ibi tradunt Alcia. num.6. & Tiraq. in 18. limit. num.1.* Nam, quoties pecunia promittitur, aut legatur, ſeu conſtituitur pro actu multiplicabili, induci
6 tur, & ipſius pecuniæ multiplicatio † *l. annuam 6. & l.cum quidam. 23. ff. de annu. legat. & tradit Menoc. d.lib.4. præſ.132.nu.5.* Atqui in caſu noſtro pecunia fuit conſtituta pro adminiſtratione tutelæ, quæ continet actus multiplicabiles, repetibiles, & ſucceſſiuos. Debet igitur & ipſius pecuniæ induci multiplicatio.

Quintò demũ hoc ipſum deducitur ex qualitate perſonæ, à qua pariter limitatur regula
7 *d.l.boues*, † *vt tradunt Barto. in d.l. cum quidam. 23.num.3. verſ.ſufficit ff. de ann. leg. Tiraq. in d. §. hoc ſermone limit. 12. num.4. & Menoch d.præſ. 132. num.3.* Nam, ſi ſemel tantum eſſent ſoluendi 200. aurei pro ſalario totius temporis, non remanerent in ſingulos annos conſtituti, niſi decem, aut viginti aurei, quæ ſumma non ſolum non conueniret D. Zandemaniæ, qui eſt doctor, ſed ne quidem ſurori, aut id genus alijs. Quamobrem veriſimilius eſt, ſenſiſſe D. Gubernatorem de ducentũ aureis in ſingulos annos ſoluendis, vt ſalarium ſit iuſtum, & conueniens qualitati perſonæ, Et ita de iure pronunciandum cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro D. Ioanne Pagano.

CONSILIVM XCV.

ARGVMENTVM.

An ſpes fideicommiſſi conditionalis tranſmittatur ad hæredes, Et an, & quando ius accreſcendi locum habeat inter fideicommiſſarios verbis tantum coniunctos.

SVMMARIVM.

1 *Tranſmiſſio excludit ius accreſcendi.*
2 *Fideicommiſſi conditionalis ſpes regulariter non tranſmittitur etiam in deſcendentes, Fallit, vt num. ſeqq.*
3 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ex coniecturata voluntate teſtatoris.*
4 *Teſtator poteſt facere, vt id, quod non eſt tranſmiſſibile, tranſmittatur.*
5 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur cauſa ſeruandæ æqualitatis inter deſcendentes, ſi conſtet teſtatorem ad eam reſpexiſſe.*
6 *Coniuncti verbis tantum cenſentur, qui vocantur ad partes eiuſdem ſummæ factas in duabus clauſulis, quæ reguntur ab vno & eodem verbo.*
7 *Ius accreſcendi locum habet inter legatarios, & fideicommiſſarios etiam verbis tantum cõiunctos.*
8 *Coniuncti, quantum ad ius accreſcendi non cenſentur, qui vocantur ad res diuerſas.*
9 *Ius accreſcendi non habet locum inter filias, quibus ſingulis teſtator legauit mille pro ſua dote.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

PRO deciſione præſentis controuerſiæ duæ ſunt excutiendæ dubitationes, vna, An D. Conſtantius tranſmiſerit ſpem fideicommiſſariæ ſubſtitutionis in ſuos deſcẽdentes, Altera verò dato, quod eam non tranſmiſerit, an eius portio cẽſeatur accreuiſſe D. Leonardo tanquam verbis coniuncto, an verò potius in hæreditate remanſiſſe.

Et in prima quidem dubitatione, vt breuiter dicam, quod ſentio, puto cenſeri eum in ſuos deſcendentes ſubſtitutionẽ tranſmiſiſſe, ideoq; non eſſe diſputandum, an eius portio D. Leonardo accreuerit, cum tranſmiſſio ius accreſcẽ
1 di excludat. † *l. vn. & ibi Bald. num. 1. C. de his, qui ant. aper. tab. Soc. ſen. conſ.67.num.2, volum.4. Ruin.conſ.28.nu.5. verſ. Item per tranſmiſſionem vol.2. Dec. in rub. C. quand. non pet. part. in 2. lect. num.2. & in 3. num.9. Gozad. in l.vn. nu.34. verſ. iſta concordia, & verſ. non obſtat, & num.35. C. eod. Purpu. conſ.558.nu.32. Rub. in l.pater filium, 14.num.200. ff. de inoffic. Decia. conſ.40.num.5. & 25. verſ. non obſtat, quod ius vol.1. Menoc. conſ. 209.num.34. Surd. conſ.458. repetito in conſ. 529. num.22. Peregr. conſ.73.num.5.uol.3.* Nam, etſi regulariter ſpes conditionalis fideicommiſſi non tranſmittatur in hæredes. *l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cad. toll.* etiam ſi ſint
2 deſcendentes, † *ut ſcribunt glo. in l. hæredes mei, 57. §. cum ita, in uerb. ſuſcepiſſet ff. ad Treb. & in d. l. un. in uerb. derelictis, & ibi Bart. num.4. C. de his, qui ant. aper. tab. Bar. in l.1. num.8. uerſ. alia glo. & ibi Iaſ. num.92. ff. de leg.1. Bal. in l. ſi plures, 6. num. 19. C. de cond. inſti. Alex. conſ.92. num.5. uolum.3. Soc. ſen. conſ.6. num.2. uerſ. tertio, & num.11. uol.3. Iaſ. conſ.154. col.2. uerſ. item iſta uol.4. Ruin. conſ. 178. in prin. & conſ.181. num.1. uol.2. Pariſ. conſ. 66. num. 10. uol.3. Dec. conſ.465. num.15. uerſ. & attento. Alcia. conſ.145. num.1. lib.9. Soc. iun. conſ. 101. num.2. uol.1. Caph. conſ.16. nu.38. Nat. conſ. ult. num.1. Menoch. conſ.209. num.7. Peregr. de fideicom. art.31. num.6.* hoc tamen fallit, ſi teſtatorem aliud uoluiſſe conſtet etiam ex conie
3 cturis, † *ut tradunt* Soc. *ſen. d. conſ.6. num. 11. uol. 3. Iaſ. d. conſ.154. col.3, uerſ. moueor in primis, uol. 4. Curt. iun. conſ.258. num.16. Pariſ. conſ. 66. nu. 76. uol.3. Ruin. conſ.156. num.4. uolu.2. Dec. conſ. 515. in princ. & conſ.574. num.2. Alcia. conſ. 145. num.1. & conſ.147. lib.9. Soc. iun. conſ.141. nu.20. uol.2. Crau. conſ.306. num.3. uerſ. hoc ita præſuppoſito,*

poſito, Ceph. conſil. 16. num. 39. Odd. conſil. 37. num. 4. Menoch. conſil. 200. num. 31. Pereg. d. artic. 31. num. 9. quia teſtator poteſt facere, vt id, quod
4 non eſt tranſmiſſibile, tranſmittatur, † *vt ſcribunt Bald. in l. ſi pater. 4. num. 19. C. de inſtitut. & ſubſtit. Pariſ. d. conſil. 66. num. 31. volum. 3. Ruin. d. conſil. 156. num. 4. volum. 2. Dec. d. conſ. 515. nu. 1. Natt. d. conſil. vlt. num. 2. Ceph. d. conſ. 16. num. 39. Pereg. d. artic. 31. num. 9.* In caſu autem noſtro de tali voluntate conſtat ſaltem per coniecturas ex ipſomet teſtamento: Nam, cum in omnibus diſpoſitionibus ſeruauerit æqualitatem inter ſuos deſcendentes, & hoc modo declarauerit ſe nolle vnum plus altero habere, neceſſariò ſequitur, eum quoque voluiſſe, partem vni relictam ad eius deſcendentes pertinere, ſi eum præmori contigerit, quia alioquin inter deſcendentes non ſeruaretur æqualitas: Nam Dom. Leonardus haberet, & propriam portionem, & portionem fratris, quod ne contingat, veriſimilius eſt, teſtatorē voluiſſe partem datam Dom. Conſtantio ad eius filios pertinere, etiamſi patrem præmori conti-
5 gerit, † *Ita in ſpecie conſuerunt Ruin. conſil. 145. num. 6. volum. 2. Soc. Iun. conſil. 64. num. 4. verſic. quibus volum. 4. Menoch. conſ. 209. nu. 15. & conſ. 610. num. 21. Pereg. de fideicom. d. art. 31. nu. 9. & conſ. 69. nu. 21. vol. 3.*

Sed poſito, quod prædicta coniectura non ſufficeret ad tranſmiſſionem, ſuccedit Secunda dubitatio, nunquid portio D. Conſtantii, quæ per eius mortem facta eſt caduca, cenſeatur accreuiſſe D. Leonardo, an verò debeat in hæreditate remanere.

Videretur autem dicendum accreuiſſe Do. Leonardo, quippè, qui cum D. Conſtantio erat verbis tantùm coniunctus: Nam, cum teſtator ſemel expreſſerit verbum, ſubſtituo, conſequens eſt, vt cenſeatur eos verbis coniunxiſſe. Licet enim partes expreſſerit, eas tamē expreſſit in vna, eademque oratione, quæ regitur
6 ab eodem verbo. † *vt declarant Barto. in l. re coniunctis. 87. num. 12. & 29. & ibi Crott. nu. 50. verſ. Preterea. ff. de leg. 3. Bald. in l. vnic. §. his ita definitis num. 2. C. de cad. toll. Imol. in l. & procnlo. 20. ff. de leg. 2. Caſtr. in l. Lucius. 78. §. quæ habebat verſ. ad ſecundum. ff. ad Treb. Curt. Iun. conſil. 83. in princ. iuncto. num. 13. Soc. Iun. conſ. 139. num. 19. volum. 1. Crauet. conſ. 709. num. 1. Mãtic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 3. num. 6. Graſſ. in §. ius accreſcendi. quæſt. 4. num. 2. Pereg. de fideicommiſ. artic. 9. num. 2. & 8. Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 86. nu. 2.* Quo poſito ſequitur portionem vnius deficientis debere alteri accreſcere, quia ius accreſcendi locum habet inter legatarios, & fideicommiſſarios etiam verbis tantùm cō-
7 iunctos † *l. vnic. §. vbi autem legatarij, & ibi Bart. num. 3. & Caſtr. num. 1. C. de cad. toll. Bart. in d. l. re coniunctis. num. 23. & ibi Iaſ. num. 103. Aug. in l. qui patris. 59. num. 5. & ibi Imol. num. 8. ff. de acq. hæred. Soc. ſen. conſil. 94. in fi. volum. 4. Ruin. conſ. 28. num. 1. volum. 2. Curt. Iun. conſ. 83. num. 13. Soc. Iun. conſ. 139. num. 21. volum. 1. vbi ait, hanc eſſe claram, & communem omnium concluſionem, & procedere nemine contradicente, Idem ſcribit conſ. 150. num. 7. volum. 2. Alcia. conſil. 40. num. 7. lib. 9. Crauet. conſil. 709. num. 1. Cephal. conſil. 123. num. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 3. numer. 7. vbi ait, id procedere ſine dubitatione, Graſſ. in d. §. ius accreſc. q. 8. n. 4. Surd. cōſ. 31. n. 4.*

Verùm his non obſtantibus contrarium in propoſita ſpecie puto de iure verius: Nam prædicta procederent, ſi teſtator poſteà quam vnā ſex millium aureorum ſummam legauit Antonio, eidem ſine filijs decedenti ſubſtituiſſet pro dimidia Do. Conſtantium, pro altera verò dimidia Dom. Leonardum: Tunc enim, quia ſubſtitutos in eadem oratione poſuiſſet, & vocaſſet ad partes eiuſdem ſummæ, & ſic eiuſdem rei, ſubſtituti cenſerentur etiam, quoad effectum iuris accreſcendi verbis coniuncti. Sed, quia ſubſtitutionem ita concepit, *ſubſtituiſco Conſtanzo in tre milla ſcudi, & Leonardo negl'altri tre milla*, & hoc modo expreſſit, non partes quantitatiuas eiuſdem ſummæ, ſed ſummas diuerſas, effecit, vt illi inter ſe nō cenſeantur verbis coniuncti, quia, quo ad effectum iuris accreſcendi coniuncti non cen-
8 ſentur, qui ad res diuerſas vocantur. † *l. huiuſmodi. 36. §. quibus, & ibi Bald. & Iaſ. num. 1. ff. de leg. 1. Ang. conſil. 11. num. 3. Ioan. Gand. in d. l. re coniunctis. num. 43. & 44. Cephal. conſil. 124. num. 5. Surd. conſil. 31. num. 39. verſ. eadem.* Qua ratione dicimus, ius accreſcendi non habere locum inter filias, quibus ſingulis teſtator legauit mille pro ſua dote, ſcilicet, quia, cum vocentur ad ſummas diuerſas (ſingulæ enim vocantur ad ſua mille) ita vt nullo modo cenſeri poſſint coniunctæ talicui quo ad effectum iuris accreſcendi, quippè quod inter eas locum habere
9 nequit. † *l. qui filiabus. 17. §. 1. ff. de leg. 1. & ſcribunt Bart. in d. l. huiuſmodi. 86. §. quibus num. 2. & ibi Bald. Ang. Imol. Caſtr. & Iaſ. num. 3. ff. de leg. 1. Bald. in l. ſi duobus. 36. §. fin. verſ. & intellige. ff. eod. Ang. d. conſil. 11. num. 3. Ang. de Gamb. de teſtam. glo. 42. num. 3. & glo. 46. num. 1. Imol. in d. l. qui filiabus. 17. §. 1. num. 5. & ibi Alex. numer. 1. verſ. ſed ſi intelligeretur. ff. de leg. 1. Alex. conſi. 55. num. 3. volum. 2. Iaſ. in d. l. re coniunctis, numer. 87. 103. & 104. & ibi Alcia. num. 34. Ioan. Gaud. nu. 45. Iaſ. conſil. 214. num. 2. volum. 2. Ruin. conſ. 30. num. 15. volum. 2. Hug. Celſ. conſil. 69. nu. 3. Nico. Bello. in §. vel ſingulis. num. 3. Inſt. de pupil. Crau. conſil. 709. num. 2. Mant. d. lib. 10. tit. 3. num. 29. Graſſ. in d. §. ius accreſcendi. quæſt. 8. num. 5. Pereg. de fideicommiſ. d. artic. 9. num. 2. Menoch. de præſump. lib. 4. præſump. 149. num. 2. & 3 Surd. d. conſ. 31. nu. 38.* Et ita iuris eſſe concludo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro Perilluſt. D. Georgio Gattinaria.

CONSILIVM XCVI.

ARGVMENTVM.

An Senatoris inſtitutio clam facta ab eo, qui coram illo litigabat, ſit valida.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitui poſſunt perſonæ in qualibet dignitate, & poteſtate conſtitutæ, & accipere legata, ac fideicommiſſa, Declara, vt nu. 11.*
2 *Perſonæ in dignitate, & poteſtate poſitæ nunquam ex contractu capere prohibentur.*
3 *Perſonæ in dignitate, & poteſtate poſitæ non prohibentur capere ex vltima voluntate.*

Inſtitui

Inſtitui litis cauſa, vt Princeps non poſſit, in eo
eſt ſingulare, Declara, vt nu. 12.
5 *Inſtituendo potẽtiorem non dicitur quis dolo, aut*
mutandi iudicij cauſa alienare, Declara, vt nu-
mo. 11.
6 *Fraus in vltimis voluntatibus non præſumitur;*
Declara, vt nu. 13.
7 *Princeps litis cauſa inſtitui non poteſt, & cur,*
num. 8.
9 *Donatio, quæ fit iudici, eſt prohibita.*
10 *Inſtitutio turpi ex cauſa facta nullius eſt momen-*
ti.

FACTI SPECIES.

Senator, idemque Iudex in cauſa delega-
tus fuit ab vna ex partibus, nempè à fœ-
mina coram eo diſceptante hæres inſti-
tutus in ſcriptura, quam illa teſtibus, &
notario ſignatam præſentauit, dicens, ſe diſpo
nere prout in ea continetur. Hoc non obſtan-
te perſeuerauit Senator in officio iudicandi, &
in fauorem mulieris pronuntiauit; Illa autem
poſt multum temporis defuncta, & aperto te-
ſtamento, in quo legitur prædicti Senatoris in-
ſtitutio, nata eſt inter eum, & legitimos defun-
ctę heredes controuerſia ſuper validitate inſti-
tutionis. Vnde quæritur, Quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Dubitatio, quæ proponitur, ouͣnquid
Senator, idemque Iudex delegatus
potuerit à diſceptante hæres inſti-
tui, videtur primo aſpectu nullam,
aut certè leuem ambiguitatem cõtinere, quia
dubium non eſt, quin hæreditates, legata, &
fideicommiſſa poſſint qualibet dignitate, &
1 poteſtate decoratis viris relinqui, † *l. non dubiũ.*
16. & ibi not. Bart. Bald. Caſtr. Alex. Iaſ. & alij. C.
de teſtam. l. ſed &, qui magna. ſ. l. ille, a quo. 13. §.
tempeſtiuum. ff. ad Treb. & ſcribunt Iaſ. in l. prin-
cipalibus. 33. num. 2. verſ. pro alia, & ibi Dec. num.
10. ff. ſi cert. pet. Nam, & ſi nonnunquam ex cõ-
2 tractibus capere prohibeantur, † *l. 1. C. de contr.*
iud. l. vlt. C. de reſcind. vend. l. aufertur. 46. §. quod
à Præſide. ff. de iur. fiſc. cum ſimilibus, non tamen
3 prohibentur ex vltimis voluntatibus, † *vt in ſpe*
cie ſcripſerunt Iaſ. in d. l. non dubium. 16. num. 2.
C. de teſtam. & Dec. in d. l. principalibus. 33. num.
10. ff. ſi cert. petat, vtpotè in quibus ceſſat prohi-
bitionis ratio, *vt ibi Dec. att.*

Et, ſi dixeris, hoc procedere, niſi perſona
in dignitate conſtituta, puta Senator litis cau-
ſa inſtituatur, videtur poſſe replicari, imo con-
trarium eſſe verius, quia ſingulare eſt in Prin-
cipe ob ſummam eius potentiam, vt non poſ-
ſit hæres inſtitui ab eo, qui litis cauſa mouetur,
4 † *l. pen. & ibi glo. in verb. Imperatorem. ff. de hæred.*
inſtit. §. vlt. & ibi Aug. num. 31. & Iaſ. in addit. ad
Port. in tit. d. inſt. quib. mod. teſt. inf. Regulariter
enim inſtituendo quis etiam potẽtiorem non
dicitur dolo, aut mutandi iudicij cauſa aliena-
5 re, † *l. ex hoc edicto. 9. §. alienare, & ibi Bart. ff. de*
alie. iud. mut. cauſa. cum fraus in vltimis volun-
6 tatibus non præſumatur, † *vt conſiderat Iaſ. in*
addit. ad Bartol. in d. leg. ex hoc edicto. 9. §. alie-
nare.

His tamen non obſtantibus, contrarium de
iure puto verius, huiuſmodi ſcilicet inſtitutio-
nem de iure fieri non potuiſſe. Moueor autem,
vt hoc exiſtimem.

Primò, quia, quod in Principe ſtatutum eſt,
7 vt litis cauſa non poſſit inſtitui, † *d. l. pen. ff. de hę*
red. inſtit. d. §. vlt. inſt. quib. mod. teſt. inf. debet
etiam ad Senatorem ſimilem ob cauſam hære
dem inſtitutum trahi propterea, quod eadem
ſubeſt in Senatore, quæ & in Principe, imo
maior prohibendi ratio: Nam Principis inſti-
8 tutio litis cauſa facta ideò reprobatur, † quia
nõ oportet ex principali maieſtate calumniæ
facultatem exoriri, *d. l. pen. ff. de hær. inſt.* Hæc
autem calumnia in duobus conſiſtit, Primò in
damno aduerſarij, cuius deterior fit cauſa Prin
cipe inſtituto. Secundo in damno legitimorũ
hæredum, qui non alia ratione priuantur hę-
reditate, quam, quia teſtator libidini ſuæ ſatiſ-
facere, & aduerſario perniciem afferre vult in
lite cum eo inſtituta. quod probatur authori-
tate Capitolini in vita Pertinacis, qui fuit au-
thor eius conſtitutionis, qua Princeps litis cau-
ſa prohibetur inſtitui. *d. §. vlt. Inſt. quib. mod. teſt.*
inf. Ait enim, *Profeſſus eſt, nullius ſe aditurum*
hæreditatem, quæ, aut adulatione alicuius delata
eſſet, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes, & neceſ-
ſarij priuarentur. Has rationes, & in Senatore
hærede inſtituto habere locum, Imo magis in
eo, quam in Principe, pluſquam manifeſtum
eſt.

Primùm enim, ſi damnum, et iniuriam ad-
uerſarij ſpectare volumus, non eſt dubium,
quin deterior multo, imo quaſi deſperata fiat
aduerſarij conditio Senatore, eo præcipuè, qui
in cauſa ſolus iudex eſt, quam Principe hære-
de inſtituto: Nam quis dubitat, quin teſtator,
qui litem habet, iudicem hęredem inſtituendo
captet eius beneuolentiam, quæ iudicis animũ
in alteram partem inclinare ſolet? Hic eſt in-
ſtitutionis effectus, vt mutuam captet affectio-
nem, *l. captatorias. 70. ff. de hær. inſtit.* Deindè ve-
rò teſtator iudicem hæredem inſtituendo non
ſolùm captat eius beneuolentiam, ſed etiam
patrocinium, quod aduerſario litis, & cauſæ
perniciem afferre ſolet. *l. 1. C. ne lic. potent.* Id,
quod ſpecialiter euenit in caſu noſtro: Nam
Senator poſteà, quam fuit hæres inſtitutus cœ-
pit non iudicis (quamquam iudex) ſed patro-
ni officio fungi, vt liquidò conſtat ex eius epi-
ſtola ad Comitiſſam ſcripta, cuius lectio rem
hanc extra omnem dubitationem conſtituet.

Nec eſt quod obijcias, potuiſſe aduerſariũ
iudicem hunc, vt ſuſpectum vitare ob ena-
tam iuſtam ex hæredis inſtitutione ſuſpicionis
cauſam, quia id fieri potuiſſet, ſi res fuiſſet ad-
uerſario nota, ideſt, ſi palam eius inſtitutionẽ
feciſſet teſtatrix, palamque patrocinium Se-
nator præſtitiſſet. At verò (quod dixiſſe li-
ceat) doloſè genus illud teſtandi electum eſt,
quo ſolent ſupremæ diſpoſitiones in occulto
iacere: Conſcripſit enim teſtatrix, & obſigna-
uit ſchœdulam, in qua continebatur Senato-
ris inſtitutio ea mente, & intentione, vt occul-
taretur, *iuxta not. in §. ſin autem inſti. de pupil. &*
in l. hac conſultiſſima 21. in princip. C. de teſtament.
ſolique eam Senatori voluit eſſe notam, ne
vulgus machinationes, & tacita, & iniuſta
patrocinia præſentiret. Quis igitur neget de-
teriorem factam eſſe conditionem aduerſarij
Senatore hoc inſtituto, quam ſi Princeps in-
ſtitutus eſſet? Non ſolet Princeps de lite, cuius
cauſa

Digitized by Google

cauſa fuit inſtitutus cognoſcere, & iudicare, ſed tantum fouere, & commendare teſtatorē. At verò Senator hic, & patrocinium occultè præſtitit, & iudicauit velut de propria lite, & cauſa, ſcilicet ob ſpem futuræ ſucceſſionis, quæ, quanquam poſſit auferri, interim tamen haud dubiè ſtimulum vehementem ad iudicādum in teſtatoris gratiam adhibere ſolet.

Sed, & mortua teſtatrice deterior ſit, quam antea, aduerſarij conditio Senatore, vt & Principe inſtituto: Dubium enim non eſt, quin Senator durior multo ſit aduerſarius, quam priuatus, &, quin fauorabilior cauſa fiat, ſi Senatoris ſit, quam, ſi priuati. Ex quo non poteſt non eſſe deterior aduerſarij conditio, *l. 3. §. ſed & ſi hominem, & ibi Bartol. ff. de al. iud. mu. cau. fact.* Denique ſubeſt eadem in hoc Senatore inſtituto, quæ & in Principe, ratio detrimenti legitimorum hæredum, qui priuarentur hac hæreditate, ſola libidine teſtatricis, volentis hac inſtitutione aduerſarium ſubuertere.

Secundò verò moueor, quia, qua ratione
9 prohibetur donatio, quæ fit iudici † *l. Plebiſcito. 18. ff. de off. Præſid. l. ſolet. 6. §. vlt. ff. de off. Procon. l. vnic. C. de contract. Iudic. Iaſ. in l. non dubium. 16. num. 1. C. de teſta. Purp. conſ. 396. num. 49.* eadem prohiberi debet, & in eum collata inſtitutio: Eſt enim, & ipſa donationis ſpecies, tamquam ea, quæ metam continet liberalitatem. Et, quamquam donatio ſit irreuocabilis, contra verò inſtitutio reuocari poſſit, non tamen ex hoc ſequitur, maiorem eſſe donationis, quam inſtitutionis prohibendæ cauſam, Primo, quia periculum reuocationis ſuppletur ſpe maioris lucri, ſcilicet totius hæreditatis, cum alioquin donationes regulariter non ſoleant vniuerſum patrimonium continere. Secundò, quia hoc ipſo, quod ſubeſt periculum reuocationis, inſtitutio vehementior eſt ſtimulus Iudici ad indulgendum voluntati teſtatoris, quam donatio: Nam Iudex, qui donationem accepit, licet voluntati donantis in iudicando non ſatisfaciat, non tamen (poſito, quod valeret donatio) periculum timet reuocationis. Contra verò Iudex inſtitutus, quia veretur, ne teſtator iracundia ductus, ſi fortè non ſit eius indultum voluntati in proferenda ſententia, teſtamentum commutet, ſolet plerunq; naturali illa, & inſatiabili bonorum cupiditate motus, curare, ne qua in re mentem eius lædat, Et hac ratione magis inclinat Iudicem ad proferendam in gratiam dantis ſententiam inſtitutio, quam munus, & donatio, quæ fuit munerum prohibendorum ſola ratio.

Tertiò, & vltimo moueor, quia inſtitutio, quam quis turpi, & iniuſta cauſa motus, con-
10 ſcripſit, nullius ſolet eſſe momenti † vt, cum mulier ſeruum, cum quo dicitur adulterium commiſiſſe, inſtituit hæredem cum libertate *l. his verbis. 48. §. interdum. ff. de hæred. inſtit. §. eſt tamen caſus Inſt. eo.* Quis autem neget, hanc inſtitutionem fuiſſe factam ex turpi cauſa, cum hæc Comitiſſa non alia ratione Senatorē hūc hæredem inſtituerit, quam, vt in cauſis ſuis patrocinium eius ſibi compararet, ac potiſſimum in illa cauſa, de qua Senator, vt delegatus cognoſcebat, vt exitus, qui ſolet acta comprobare, apertè demonſtrauit: Conſtat enim hunc Senatorem, non quidem palam, ſed occultè teſtatrici patrocinatum eſſe, maximè in illa cauſa, in qua erat delegatus, idque ex variis coniecturis, ſed præcipuè ex epiſtola, de qua ſupra dictum eſt. Non debet igitur huiuſmodi inſtitutio ſuſtineri, ne alioquin in poſterum anſa præbeatur litigatoribus aduerſarios ſuos hiſce ſecretis inſtitutionibus, & patrocinijs circumueniendi.

Neque obſtant contraria: Namque *ad not. in d. l. ex hoc edicto. 9. § alienare. ff. de alie. iud. mut. cauſ. fact.* reſpondeò, quod dicitur, potentioris
11 non eſſe prohibitam inſtitutionem, † de priuato eſſe accipiendum, *vt intellexit Myns. in §. vlt. num. 4. inſt. quib. mod. teſt. inf.* Eſt enim is potentior ratione rei, non ratione officij, cū alioquin potentior in officio magis obeſſe ſoleat, *vt not. Bartol. in l. cum mulier. 12. num. 1. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact. & in l. 2. C. ne lic. pot.* præcipuè, ſi ſit iudex in cauſa, cuius ratione fit inſtitutio.

Quòd verò dici ſolet, omnes in dignitate, & poteſtate poſitos inſtitui poſſe, & eſſe ſingulare in Principe, vt litis cauſa non poſſit inſtitui,
12 debet (meo iudicio) declarari, † vt ita demum procedat, ſi Iudicis inſtitutio palam fiat, ita vt recuſationi locus eſſe poſſit, Cœterum, ſi fiat clam, quia maius ſubeſt periculum, & maius detrimentum imminet aduerſario, quàm, ſi Princeps inſtitueretur, verius erit, inutilem futuram inſtitutionem, ob ea, quæ ſupra diximus.

Denique non obſtat, quod in vltimis volun-
13 tatibus fraus † non præſumatur, quia reſpondeò, imo etiam in iis plerumque fraudes committi, *vt not. in l. fin. verſ. lex enim. C. de fideic. & in §. ſed, cum paulatim inſt. de teſtam. ordin.* Secundò reſpōdeò, ceſſare præſumptionem, quoties probatur contrarium, vt probatur in caſu, vtpote in quo manifeſtè cōſtat, de patrocinio, & ſententia, per fraudem elicita. Concludo igitur nullam eſſe declarandam Senatoris huius inſtitutionem, ſaluo &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

Pro Perilluſt. Do. Antonio Alferio Aſtenſi.

CONSILIVM XCVII.

ARGVMENTVM.

Traditio rei qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Traditionis verbum à partibus prolatum intelligitur de traditione vera, non de ficta, quæ fit per clauſulam conſtituti.*
2 *Verba à partibus prolata naturaliter, & verè, non ciuiliter, & ficte intelliguntur.*
3 *Traditio probatur ex perceptione fructuum poſtea ſecuta.*
4 *Pluralitas ſcripturarum non præſumitur.*
5 *Reſponſio facta ſimpliciter intelligitur ſecundū interrogationem.*
6 *Solutionis præſumptio inducitur ex taciturnitate longiſſimi temporis.*

7 Solu-

7 *Solutionis verbo traditio continetur.*
8 *Poſſeſſio de præſenti non arguit poſſeſſionem de præterito.*
9 *A, dictio, excludit, ac ſeparat.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Diligenter perpenſis omnibus, quę in
facto proponuntur, puto D. Alferium eſſe de iure abſoluendum à
petitione fictuum apothecæ datæ
in ſolutum. Quod, vt liquidò demonſtrem,
pręmitto, D. Mariam, ſiue D. Georgium Andream eius filium, & hæredem petendo hos
fictus ad ſe pertinentes, quos ait fuiſſe exactos
à D. Emanuele non obſtante datione in ſolutum, alterum de duobus præſupponere, vel
Do. Emanuelem nunquam tradidiſſe realem,
& corporalem poſſeſſionem apothecæ datæ in
ſolutum, ſed in ea permanſiſſe non obſtante
clauſula conſtituti, & exegiſſe fictus à die inſtrumenti vſque ad annum 1576. quo caſu videtur ei competere ius agendi ex inſtrumento
dationis in ſolutum, vel præſupponere D. Emanuelem tradidiſſe quidem realem poſſeſſionē
tempore dationis in ſolutum, ſed poſteà eandem apothecam, tamquam propriam occupaſſe, & fictus exegiſſe dando eam in emphyteuſim. Hoc præmiſſo dico neutro ex capite
poſſe Dom. Alferium pro fictibus conueniri:
Namque.

Primò non poſſe ex capite non factæ traditionis intelligimus ex eo, quod, præter clauſulam conſtituti appoſitam in inſtrumento, per
quam ſimul, & dominium, & poſſeſſio trāsfertur. *l. quod meo. 18. ff. de acquir. poſſeſs.* conſtat etiā
factam eſſe realem apothecæ traditionem à
D. Emanuele ex ipſius D. Mariæ confeſſione,
dum in libello, & cedula ſubſequenti dixit, factam fuiſſe apothecæ, & domus, de qua contenditur, traditionem: Nam hæc verba prolata à partibus non ſolent ad fictam traditionē,
quæ fit per clauſulam conſtituti, ſed ad veram,
1 & naturalem referri, † *l. 1. §. igitur. ff. de rer. perm. Bart. in l. 3. §. ſi emptor. num. 1. ff. de act. empt. latè Oſaſc. deciſ. 36. nu. 5. & 7.* Quoniam verba à partibus prolata naturaliter, & verè, non ciuiliter,
2 & fictè intelliguntur, † *l. vlt. Cod. de his, qui ven. ætat. impetr. l. hoc legatum. 43. vbi Bart. ff. de leg. 3. Ruin. conſil. 13. num. 1. volum. 1. & conſ. 87. num. 14. volum. 5. Decia. conſ. 5. nu. 1. volum. 3. Menoch. conſ. 705. num. 38. & conſil. 870. nu. 3.* Quòd maximè locum habet, quando (vt in caſu noſtro)
hæc interpretatio alijs vrgentibus coniecturis
adiuuatur: Nam realem, & corporalem poſſeſſionem fuiſſe penès D. Mariam, ſeu eius maritum comprobatur ex fictuum exactione per
3 eum facta, † *ut tradunt Bart. in l. 2. num. 3. C. de acquiren. poſſeſſ. Bald. in l. 3. num. 4. C. fin. regun. Ceph. conſ. 63. nu. 14. & alij innumeri relati à Maſcard. de probat. concluſ. 1188. num. 1. & 2.* de qua
conſtat ex quittatione producta, quæ, quamuis
non eſſet ab eo recognita, vim tamen haberet
in caſu noſtro propter confeſſionem D. Georgij Andreæ, qui reſpondendo notorio deducto
à D. Emanuele circa fictus contentos in prædicta quittatione, fatetur adeſſe quittantiam:
Hæc enim reſponſio confirmat mirum in modum prædictam anni 1561. quittationem, quia
fatendo adeſſe quittationem, & non docendo
de alia quittatione, neceſſariò debet eius confeſſio intelligi de quittatione facta anno 1561.
quoniam pluralitas ſcripturarum non præſu-
4 mitur, † *ut tradunt Bartol. & alij in l. omnium. 19. C. de teſtam. Iaſ. in l. 2. num. 7. C. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. latè Menoch. de præſump. lib. 6. præſumpt. 15. num. 6.* Et maximè, quia, cum interrogatio
fuerit facta ſuper prædicta quittatione anni
1561. reſponſio ſubſecuta, & ſimpliciter facta
5 debet ſecundum eam intelligi, † *l. ſi defenſor. 10. §. qui interrogatus ff. de inter. act. §. præterea inſt. de inutil. ſtip.* Denique comprobatur ex taciturnitate longiſſimi temporis, ex qua ſine dubio
6 inducitur præſumptio ſolutionis, † *ut ſcribunt Afflict. deciſ. 13. num. 2. Pariſ. conſ. 137. num. 12. volum. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 1325. nu. 27. Menoch. conſil. 457. num. 1. & de præſumpt. lib. 3. præſump. 135. num. 3.* & conſequenter traditio-
7 nis, quæ ſolutionis verbo continetur, † *l. ſolutionis. 176. ff. de verbor. ſignif. l. ſolutionis. 54. ff. de ſolut.* Idq; maximè procedit ſtante coniunctione ſanguinis, & calculatione repetita, quę cū
taciturnitate longi temporis iunctæ ſolent inducere præſumptionem ſolutionis, aut remiſſionis *l. procula. 26. ff. de probat.* Et verò non eſt
veriſimile maritum, cui apotheca fuerat ex
cauſa dotis data in ſolutum voluiſſe tanto tempore ſuſtinere onera matrimonij, & carere fructu dotis.

Secundò verò dato citra veri præiudicium,
quod ſupradicta non ſufficerent ad inducendam præſumptionem traditionis factæ, eo tamen ipſo, quod anno 1575. Do. Maria dedit in
ſolutum dominium directum dictæ apothecæ
cum reddito annuo 20. aureorum, ſine dubio
cenſetur ratam habuiſſe conceſſionem in emphyteuſim factam à D. Emanuele cum omnibus ſuis qualitatibus: Vnde, quia hæc datio
in ſolutum fuit facta præſente D. Emanuele,
ac fideiubente, neque D. Maria ius aliquod circa fictus præteritos ſibi reſeruauit, non ſolùm
tacitè fatetur, reditus ab eo non fuiſſe perceptos, ſed etiam, ſi percepti fuiſſent, cēſetur eorum nomine prædictum D. Emanuelem liberaſſe, quia recipiēdo dationem in emphyteuſim, quaſi factam ſuo nomine liberat Dom.
Emanuelem à principali, & per conſequentias
etiam ab acceſſorijs, & omni intereſſe. *l. centum Capuæ. 9. ff. de eo, quod cert. loc. l. 4. cum ibi not. C. depoſ. Maſcard. de probat. concl. 983. nu. 14.*

Neque obſtat, quod D. Emanuel eandem
apothecam dederit in emphyteuſim, tamquā
propriam de anno 1575. quia ex hoc non ſequitur, eum antea poſſediſſe apothecam: Nam
poſſeſſio de præſenti non arguit poſſeſſionem
8 de præterito, † *ut ſcribunt Bald. in l. ex perſona. 3. num. 9. C. de probat. Alex. conſ. 81. num. 11. vol. 7. Menoch. de præſump. lib. 6. præſumpt. 65. numer. 1.*
Quinimò neque ex præſenti, neque ex præterita poſſeſſione poteſt præſumi poſſeſſio medij
temporis, quando aliquis actus exiſtit in medio,
qui poſſeſſionē fuiſſe penès alium ſignificat,
vt in caſu noſtro, in quo ab anno 1554. quo fuit
apotheca data in ſolutum, vſq; ad annū 1575.
quo fuit conceſſa in emphyteuſim interuenit
exactio fictuum medio tempore perceptorum
à marito D. Mariæ, quæ res arguit poſſeſſionē
fuiſſe penès D. Mariam, non penès Do. Emanuelem, vt ſupra demonſtratum eſt.

Confirmatur hoc ex tacita confeſſione prædictæ

dictæ

dictæ D. Mariæ facta in cedula incipiente, *Deliberãdo*, in qua, dum ait, Do. Emanuelem exegiſse fictus annuos à die conceſſionis in emphyteuſim, tacitè fatetur, non exegiſse antea: Nam verba illa, à die denotant principium exigendi, & excludunt, ac ſeparant tempus
9 præcedens, † *vt ſcribunt Bartol. in l. ſcire oportet 15. §. aliud autem. num. 1. ff. de excuſ. tutor. Alexã. conſ. 42. num. 5. volum. 3. & conſ. 114. num. 2. vol. 2. Magon. deciſ. Flor. 8. numer. 8. Morot. conſil. 14. in fin.*

Nec obſtat, quod ſubijciat, eum exegiſse per annos 22. quia fallitur in numero annorum: Nam à die conceſſionis in emphyteuſim à quo tempore fatetur eum exegiſse, non potuerunt eſſe tranſacti anni 22. cum illa nõ fuerit facta, niſi anno 1575.

Quòd, ſi Dom. Georgius Andreas præſupponit, factam quidem fuiſſe traditionem realem, ſed ea non obſtante Dom. Emanuelem fictus exegiſse, multo minus debet condemnari Dom. Alſerius, quia, ſi facta eſt traditio virtute inſtrumenti dationis in ſolutum, non poteſt amplius ex eo agi, tamquam extincta obligatione, ſed agendum eſt ex noua cauſa, & noua actione, nempè condictione ſine cauſa, quæ datur contra malæ fidei poſſeſſorem, qui ſciens percepit fructus ex re aliena. *l. neque eorum. 15. ff. de vſur.* Quo caſu debet actor probare, rem fuiſſe occupatam à reo, & ſimul, quanto tempore eam occupauerit, quod in caſu noſtro factum non eſt. Quamobrem his ſtantibus concludo abſoluendum eſſe Do. Alſerium à fictibus petitis ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I. C.

Pro D. Ioanne Zapata.

CONSILIVM XCVIII.

ARGVMENTVM.

An, & quando Iudex poſſit reum ſub fideiuſſoribus relaxatum iterum ad carceres reuocare, Et, an relegatio, ſeu bannum dicatur pœna corporis afflictiua.

SVMMARIVM.

1 *Recarcerare reum ſub fideiuſſione relaxatum poteſt iudex ex iuſta cauſa, & cur num. 6. Declara, vt num. 5.*
2 *Exilium connumeratur inter pœnas corporis afflictiuas & num. 15. Declara, vt num. 16.*
3 *Raptor dicitur fur improbior alijs.*
4 *Iudex non poteſt reum ſub fideiuſſione relaxatum nullis ſuperuenientibus nouis iudicijs, & quidem primis vrgentioribus, nullaque ſubſiſtente iuſta cauſa ad carceres reuocare.*
7 *Carceratum debet iudex ſub fideiuſſione relaxare, quando certum eſt, non poſſe irrogari pœnam corporis afflictiuam, alias tenetur in ſyndicatu. num. 8.*
9 *Rapina, ſeu vis priuata pœna quæ.*
10 *Relegatio non connumeratur inter pœnas corporis afflictiuas.*
11 *Abſens non poteſt condemnari in delictis ingerentibus pœnam corporis afflictiuam.*
12 *Procurator non admittitur nomine abſentis, quoties agitur de delicto ingerente pœnam corporis afflictiuam.*
13 *Abſens condemnari poteſt, ubi ex delicto uenit irroganda pœna relegationis.*
14 *Procurator abſentis nomine admittitur in delictis ingerentibus pœnam relegationis.*
17 *Relegatio non eſt exilium.*
18 *Pœna capitalis non eſt, niſi adimat ciuitatem.*
19 *Relegatio non adimit caput de ciuitate.*
20 *Pœna corporis afflictiuæ, quæ dicantur, & numer. 21.*
22 *Pœna etiam pecuniaria propter delictum publicum irrogat infamiam.*
23 *Honor uitæ eſt præponendus.*
24 *Deportati, qui olim dicerentur.*
25 *Interdictio aquæ, & ignis quæ.*
26 *Relegati, qui olim dicerentur.*
27 *Rapinæ pœna hodie eſt arbitraria.*
28 *Pœna arbitraria ſubrogata in locum ordinariæ illius metas non egreditur.*
29 *Iudex debet relaxare reum ſub fideiuſſione, ſi credat delictum eſſe tale, ut propter id non ueniat irroganda pœna corporalis, Et quando id procedat. nu. 30.*
31 *Statutum loquens de furto non extenditur ad rapinam.*
32 *Furtum dicitur, quod lucri cauſa fit.*
33 *Arma hoſti detrahere ualdè honorificum reputatur.*
34 *Arma amittere turpiſſimum eſt.*
35 *Honoris, & gloriæ cauſa, quæ fiunt, non cadunt in delictum.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

INiuſta videtur querela contra Do. Commiſſarium inſtituta ob recarcerationem D. Ioannis, quia Iudex, etiamſi ſub fideiuſſione reum à carceribus relaxauerit, poteſt tamen eundem ad carceres reuocare, nõ ſolùm propter realem ſuperueniẽtiam nouorum indiciorum, ſed etiam propter ſolam eorum ſpem, vel, quia proceſſus nondum ſit abſolutus, & Iudex fortaſſis dubitet de neceſſitate condemnandi reum pœna corporali, vel denique propter aliàs iuſtas cauſas, quæ Iudicis
1 arbitrio remittuntur, † *vti latè videre eſt apud Clar. in §. fi. quaeſt. 46. num. 10. verſ. præterea ſcias, & Farin. quaeſt. 4. num. 25. verſ. limita, & quaeſtio. 33. num. 67. & ſeqq. & conſil. 59. num. 29.* Vnde, cum in caſu noſtro Do. Commiſſarius videatur ad recarcerandum motus iuſta cauſa, quippè, cum ei ſuperuenerit noua querela, licet ob idem factum, & fortaſſis ſperarit noua indicia, nec dum fuerit proceſſus abſolutus, Conſequẽs videtur, vt, licet realiter ei non ſuperuenerint indicia, potuerit tamen reum ad carceres reuocare, nec id faciendo cenſeatur eum grauaſſe.

Et ſi dicatur hoc non procedere, quãdo tractatur de delicto, propter quod non poteſt imponi pœna corporalis, videtur poſſe replicari, Imo hic tractatum fuiſſe de delicto ingerente pœnam corporis afflictiuã: Tractabatur enim de rapina, cuius pœna, tam de iure communi, quam de iure ſtatutario corporalis eſt: Nam de iure communi punitur raptor pœna confiſcationis tertiæ partis bonorum cum relegatione, *vt infra dicemus*, quæ connumeratur inter pœnas

nas

2 nas corporales,† *vt de exilio dicunt Boſſ.in tit. de
carcer.fideiuſſ.commit.num.7.& Farin. quæſt.33.
num.55. De iure verò ſtatutario punitur fur, ſi
delictum excedat decem libras, pœna corpo-
rali, qua proindè puniri debet etiam raptor,
quippè, qui & ipſe fur eſt, & quidem impro-
3 bior alijs, † *l.ſi cum exceptione. 14. §. qui vim ff.*
quod met.cauſ.l.ſi quis ex domo.54. l.ſi vendidero.
82.§.cum raptor.ff.de furt.l.1.ff.de vi bon. rapt.§.
1.inſt.eod.glo.Bart. Bald. & alij in l.ſi te. 12.C.in
quib. cauſ.inſ.irro.

Verùm his non obſtantibus puto iuſtiſſimã
eſſe querelam.

Primò, quia certum eſt, Iudicem non poſſe
reum ſub fideiuſſione relaxatũ ex eadem cau-
ſa nullis ſuperuenientibus nouis indicijs, & qui-
dem primis vrgentioribus, nullaque ſubſiſten-
4 te iuſta cauſa ad carceres reuocare,† *vt ſcribunt*
Boſſ.in tit.de ſent.num.62.Crauet.conſ.321.in ſi.
Clar.in d.§.fin.quæſt.46. num.10.verſ.hæc autem
relaxatio,& Farin.d.quæſt.4.num.25.quæſt. 34.
num. 64. & d.conſil.59.num.1. Et, quamquam
dicatur, hoc arbitrio Iudicis remitti, *vt per Clar.*
ibi, & Farin.d.quæſt.4.num.25. Id tamen intel-
ligitur, ſi habeat iuſtam cauſam, aliàs non ſo-
lùm parti ad damna, & intereſſe tenebitur, ſed
etiam punietur arbitrio iudicantis, *vt Farin.d.*
quæſt.4.num.25.in fin.& d.conſ.59.num. 29. de-
clarat. In caſu autem noſtro nullam habuit iu-
ſtam recarcerandi cauſam, quia, nec ſuperue-
nerunt noua indicia, cum ijdemmet teſtes fue-
rint repetiti, & eadem acta reproducta, nec
ſpem aliorũ indiciorum habere poterat, quo-
niam teſtes iam examinati depoſuerant, non
fuiſſe alios præſentes, nec aliter poterat præſu-
mi, cum res acta fuiſſet in ſylua, & ſic in loco
remoto; Denique non erat in calculo ferendæ
ſententiæ, quia nondum erat proceſſus abſo-
lutus, nec dum reus ſuas fecerat defenſiones.
Non potuit igitur ad talem recarcerationem
deuenire.

Nec obſtat, quod ſuperuenerit noua quere-
la, quia, cum fuerit porrecta ſuper eodem fa-
cto, licet ab alia perſona, nec accuſator noua
deduxerit indicia, ſed ad teſtes iam examina-
tos, & acta præcedentia ſe retulerit, non poteſt
dici noua cauſa, nec magis grauare reum, quã
eſſet grauatus per primam accuſationem, *vt*
not.in l.licet. 6.§.fin.ff.naut. caup.ſtabul. & l.ſi cui
crimen.7. §.1.ff.de accuſat.

Secundò verò dato etiam, quod noua ſuper-
ueniſſent indicia, vel, quod Iudex ea ſperare po-
tuiſſet, vel etiam, quod fuiſſet in ſtatu ferendæ
ſententiæ (quæ tamen omnia ceſſant in caſu
noſtro) adhuc tamen non poterat Do. Com-
miſſarius prædictum Ioannem ad carceres re-
uocare, quia, quod dicitur, poſſe reum ſub
fideiuſſione relaxatum ex iuſta cauſa recarce-
rari, procedit, † quando tractatur de delicto,
5 propter quod, aut certum eſt irrogandam eſſe
pœnam corporis afflictiuam, aut ſaltem Iudex
dubitare poteſt, num talis pœna veniat irro-
ganda: Nam tunc ideò permittitur recarcera-
tio, ne reus interim aufugiens auferat Iudici
6 facultatem exequendæ ſententiæ, † *vt ſcribunt*
Clar.in d.§.fin.quæſt.46.num.10.verſ.præterea, &
Farin. d. quæſt. 33. num.68. Cæterùm, quando
certum eſt, delictum eſſe tale, vt ex eo non
poſſit irrogari pœna corporalis, tantùm abeſt,
vt propter ſupradictas cauſas poſſit reus recar-
cerari, vt imò, ſi fuerit carceratus, debeat (ſi pe-
tatur) datis fideiuſſoribus etiam ante ſñiam re-
7 laxari, † *l. Diuus.3.ff.de cuſto.& exhib.reo.& ſcri-*
bunt Boſſ.in tit.de carcer fid.comm.num.1.& 2.&
Clar.in d.§.fin.quæſt.44. num. 7. aliàs iudex te-
8 neatur ei in ſyndicatu, † *l.ſi verò pro condemna-*
to.5.§.1.& ibi Bartol.ff.qui ſatiſd.cog. Clar.d.q.
44.num.6.Farin.d.q.33.num.7. Ceſſat enim tũc
cauſa, propter quam rei ſolẽt in carceribus re-
tineri: Nam, licet aufugiant, nihil eſt impe-
dimento, quominus poſſit Iudex exequi ſen-
tentiam, vel contra fideiuſſores, ſi pecuniaria
pœna imponatur, *vt ait Farin.d.quæſt.33. num.*
1. vel etiam contra ipſummet abſentem, ſi pœ-
na banni, vel alia ſimilis irrogetur, quoniam,
vbi pœna non debet in corpus exequi, præſen-
tia rei non eſt neceſſaria.

In caſu autem noſtro tractabatur de delicto,
ex quo certum erat, non potuiſſe irrogari pœ-
nam corporis afflictiuam, nec Iudex de hac re
poterat probabiliter dubitare, quia delictum,
quod imputabatur Dom.Ioann: erat rapina, ſi
modo rapina dici poteſt armorum ablatio fa-
cta inimico in rixa, & per vim ab eo, qui nul-
lis erat armis munitus, *vt poſtea dicemus*; Rapi-
næ autem, ſeu vis priuatæ pœna non eſt cor-
poris afflictiua, ſiue loquamur de iure com-
muni, ſiue de conſuetudinario ſiue de ſtatuta-
9 rio: Nam de iure communi pœna † legis Iuliæ
de vi priuata, eſt publicatio tertiæ partis bono-
rum cum relegatione. *l.1.in princ.ff. ad leg. Iul.*
de vi priua.l.2.& ibi glo. C.eod. (quamquam de
relegatione dubitet *Decia.in tract.crim. lib. 8.c.*
18. nu.15.) & ſic non eſt corporalis, quia rele-
gatio non connumeratur inter pœnas corpo-
10 ris afflictiuas, † vt *ſcribunt Bartol.in l.pen. §. ad*
crimen.num.4.verſ.non obſtat.l. vlt.ff. de publ. iu-
dic.& Clar.in d.§.fin.quæſt.32.num.4.& 5. & q.
44.num.2.verſ.hunc tamen, & patet ex eo, quia
in delictis ingerentibus pœnam corporis affli-
11 ctiuam, nec abſens condemnari. † *l.abſentem.5.*
verſ.verum, ſi quid.ff.de pœn.l.1.in princ.ff.de req.
reis, nec per conſequentias eius nomine procu-
12 rator admitti poteſt, † *l.1.verſ.ſed & ſi.ff. an per*
al.cauſ.app.redd.poſſ.latè Clar.in d.§.fin.quæſ.32.
num.3.verſ.ex hac, licet poſſit in delictis non in-
gerentibus pœnam corporalem, *vt ibi dicitur.*
Cùm igitur in delictis, ex quibus venit irrogan
da relegationis pœna, & abſens condemnari
13 poſſit. † *d.l.abſentem.5. verſ.quid igitur.ff.de pœn.*
& ſcribunt Bald.in l.abſentem.6.num. 9. C. de ac-
cuſat.& Clar.in d.§.fin.quæſt.44.num.2. verſ.hãc
tamen, & abſentis nomine procurator admitta-
14 tur, † *d.l.1.verſ.ſed & ſi, & ibi glo. in verb.appella-*
tionem.ff.an per al.cauſ.app.red.poſſ. glo. in l.ſer-
uum.33.§.publicè in verb.datur.ff.de procur.Bar.
in l.pen.§.ad crimen.num.4.ff.de public.iud.Cepol.
conſ.crim.54.num.14.& conſil.72.num.7. verſ.ſed
ſolum, Viu.in commu.opinion. in verb. procurator
in capitalibus, Clar.in d.§.fin.quæſtio.32. nume.5.
Conſequens eſt, vt non poſſit inter pœnas cor-
poris afflictiuas connumerari.

Nec obſtat, quod exilium dicatur pœna cor
15 poralis, † *ſecundum Boſſ.in d.tit. de carc.fide.cõm.*
nu.7.& Farin.d.quæſt.33.num.55. Quia reſpon-
16 deo, id procedere † in exilio verò, & proprio,
propter quod amittitur ciuitas, non verò in re-
legatione, ſiue banno, quod in eius locum ſuc-
17 ceſſit: Neque enim relegatio exilium eſt, † *l.2.*
ff.de publ.iud. vnde Ouid.

Quippè

Quippè relegatus, non exul dicor ab illo.

Et, licet interdum exilium nuncupetur, *vt in l. relegati. 4. ff. de pœn.* Id tamē impropriè fit. Dd. igitur in contrarium allegati loquuntur de exilio verò, & ꝓprio, ideſt, de interdictione aquæ, & ignis, deportatione, & banno, quod deportationis loco ſucceſſit, vt apparet ex Boſſio, qui exilium de quo loquitur, ait eſſe pœnam capitalem, quæ tamen non dicitur, niſi adimat
18 Ciuitatem, † *l. 2. in princ. ff. de pœn. §. capitalia Inſt. de public. iud. l. 2. ff. eod.* Deindè dicendo, nō adimere exilium caput naturale, innuit adime
19 re ciuile, quod de relegatione dici nequit, † *d. l. 2. ff. de publ. iud. §. relegati. Inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſolu.*

Neque eſt, quod aliquis obijciat, eandem videri rationem deportationis, et relegationis, ſiue exilij, & banni, propiereà, quod nulla ex his pęnis verè corpus affligit: Neque enim per eas, aut membrum amputatur, aut ſanguis elicitur, aut quid aliud fit, quod corpori nocumentum afferat, ſed dicuntur pœnæ corporis afflictiuæ
20 † propter ea, quæ patiuntur exules, & peregrinantes, vt ſunt paupertas, miſeria, cruciatus animi, & ſimilia, quibus offenditur corpus, & ad mortem perducitur, *vt declarat Boſſ. in d. tit. de carcer. fid. comm. num.* 7. quia (parcat mihi Boſs.) loquitur contra certiſſima iuris noſtri principia: Nam corporis afflictiuæ pœna di-
21 cuntur illæ tantùm, † quæ in corpus verè, & realiter, ac principaliter irrogātur, vt ſunt mortes, amputationes, fuſtigationes, & id genus aliæ. Cœterùm, quæ corpus non attingunt, ſed fortunas, aut exiſtimationem, licet per quādam conſequentiam dicantur corpus affligere, non tamen inter pœnas corporales numerantur: Alioquin enim ſequeretur omnes omninò pęnas eſſe corporis afflictiuas, etiamſi ſint pecuniariæ, quia omnis pœna etiam pecuniaria propter delictum publicum impoſita ir-
22 rogat infamiam, † *l. Athletas. 4. §. vlt. ff. de his, qui not. inf.* & infamia plerunque magis excruciat homines, quam fames, & miſeria, cum ho-
23 nor vitæ ſit præponendus, † *l. iſti quidem. 8. verſ. cum viri. ff. quod met. cau.* Nec verum eſt, parem eſſe rationem exilij, deportationis, & relegationis, cum nulla ex his pœnis verè corpus affligat, quia verius eſt, imo longè diuerſam eſſe rationem: Nam deportationis pęna in corpus exercebatur, quoniam deportati vincti catenis, & impoſiti nauiculæ ferebātur in inſulam
24 aſſignatam, † *vt rectè declarant Hoto. in comm. verb. iur. in verb. exilium, Menoch. de arbitr. caſ.* 330. *num. 4. verſ. aliam, & Pereg. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 5. nu.* 1. Et ſimili modo exilium, ideſt, aquę, & ignis interdictio *l. 2. ff. de publ. iud.* corpus reſpiciebat, quia promulgabatur edictum, ne
25 quis exulem lare, tecto, menſa reciperet, † *vt ex Cic. in Orat. pro domo ſua, & Plut. in vit. Cic. ſcripſerunt Alcia. lib. 1. Pareg. cap. 15. Menoch. de arbit. caſ. 393. num. 17. Alex. ab Alex. lib. 3. genial. dier. ca. 3. Briſſo. lib. 3. ſelect. antiq. cap. 5. & Forcat. in penu. iuris cap.* 14. & eo modo adimebatur quodammodo vita, quippè quæ ſine alimentis conſiſtere nequit, *vt in ſpecie declarant Plut. in Problem. Roman. Lact. Firmia. lib. 2. diuin. inſtit. cap. 10. Menoch. d. caſ. 393. num.* 17. Vnde Ouid. lib. 4. Faſto.

An, quod in his vitæ cauſa eſt, hæc perdidit exul.

At verò relegati non compediti ferebantur in inſulam, ſed iubebantur excedere, & intra
26 certum tempus in inſulam proficiſci, † *l. relegatorum. 7. §. his qui. ff. de interd. & releg. & declarant Bude. in annot. ad Pand. in tit. de pęn. Briſſo. lib. 5. de formul. Menoch. d. caſ. 330. num. 4. Pereg. de iur. fiſc. d. lib. 3. tit. 5. num.* 12. nec amittebant bona *l. relegati. 4. d. l. relegatorum. 7. §. ad tempus. ff. de interd. & releg. l. bona. 39. ff. de iur. fiſc.* nec interdicebatur, quominus eis, tamquam ciuibus Romanis præſtari poſſent à quolibet alimenta. Nil mirum igitur, ſi relegationis pęna non potuerit vllo modo cenſeri corporalis. Hinc fit, vt idem hodie ſit dicendum de banno, quod eſt ſubrogatum in locum deportationis, & relegationis: Nam, quando habetur pro deportatione continet etiam publicationem bonorum, et illam prohibitionem, ne quis bannito præſtet alimenta, ſiue, vt vulgò dicimus, præſtet auxilium, & fauorem, ideoque cenſetur eius pœna corporalis. At verò, quando ſuccedit loco relegationis, nec publicātur bona, nec prohibetur cōmunicatio cum bannito, ſeu alimentorum, & auxilij præſtatio, ideoque non poteſt eius pęna cenſeri corporalis, vti facilè eſt intelligere ex ijs, qui tractant de diſcrimine bannitorum noſtri temporis, quando ſcilicet pro deportatis, quandovè pro relegatis habeantur, *vt ex Clar. in d. §. fin. quæſt. 71. num. 12. & Pereg. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 7. in fin.* Si verò ſpectemus pęnam, quæ rapinę imponitur ex conſuetudine, non poteſt etiam ea cenſeri in caſu noſtro corporis afflictiua, quia, cū
27 pęna ſit arbitraria, † *vt ſcribunt Clar. in d. §. fin. q. 83. num. 4. & Decia. in tract. crim. lib 8. titul.* 18. *num.* 19. & huiuſmodi arbitrium ſubrogetur in locum pęnæ relegationis, & publicationis tertiæ partis bonorum, non poteſt extēdi ad pęnam corporis afflictiuam, quia, quando pęna arbitraria ſubrogatur in locum ordinariæ, non egreditur metas illius, ſed intra eas iudicis ad-
28 mittit arbitriū †, *vt latè oſtendit Clar. d. quæſt.* 83. *num. 12. & ſeqq.* Deindè dato etiam, quod aliàs poſſet Iudex punire raptorem pęna corporali, & ſic, quod propter huiuſmodi dubium non eſſet reus fideiuſſoribus relaxandus, tamen, quando iudex credit delictum tale non eſſe, vt propter id veniat irroganda pęna corporalis, debet ſub fideiuſſione relaxare reum perindè
29 ac, ſi pęna non eſſet arbitraria, † *vt ſcribunt Bald. in l. nullus. 2. num. 4. verſ. aut pœna. C. de exh. reis, Menoch. de arbitr. caſ. 303. num. 40. Farin. d. quæſt. 33. num.* 54. Sed in caſu noſtro Iudex cenſuit, & declarauit non eſſe imponendam pœnam corporalem eo ipſo, quod ſub fideiuſſori-
30 bus carceratum relaxauit, † *ut in ſpecie declarant Menoch. d. caſ. 303. num. 42. & Farin. d. q. 33. nu. 54. in fin.* Ergo non potuit poſteà ſub prętextu, quod veniret irroganda pęna corporalis, eundem iterum ad carceres reuocare. Denique nec vigore ſtatuti loci Burgi vallis Tari cenſeri potuit pœna corporalis, quia, licet pro furto imponatur pęna corporis afflictiua, non tamē eadem pœna debet imponi pro rapina, licet raptor dicatur fur improbior, quia ſtatutum loquens de furto non extenditur ad rapinam,
31 † *ut in ſpecie ſcribunt Bald. in l. transigere. 18. nu. 11. C. de tranſ. & in l. ſi te. 12. C. in quib. cauſ. inf. irrog. Roman. conſil. 144. num. 3. & conſ. 150. num. 4. in fin. & num. ſeqq. Iaſ. in l. rem, quæ nobis. 15. num. 5. ff. de acquir. poſſ. Dec. conſil. 669. numer. 9.*

Cepol.

Cepoll.conſil.crim.71.num. 14. cum in correcto-
rijs iuris communis, & pœnalibus non fiat ex-
tenſio etiám ex maioritate rationis, *ex notiſſi-
ma doctr.glo.in clem.vt hi,qui de ætat.& qual.*De-
indè verò, licet aliàs poſſet dictum ſtatutum
ad rapinam extendi,non tamen poteſt in caſu
noſtro,quia nos non tractamus de rapina,q̃ fur
ti nomine poſſit appellari; Nam furtum dici-
32 tur,quod ſit lucri faciẽdi gratia, † *l.1.§.furtum.
ff.de furt.§.1.Inſt.de oblig.quæ ex delict.naſc.*cum
alioquin hæc armorum ablatio facta in rixa
non poſſit vllo modo cenſeri facta cauſa lucri,
ſed potius cauſa honoris,& glorię; Valdè enim
honorificum reputatur arma hoſti detrahere,
33 † *vt ſcribit Paris de Put.in tract. de re milit.lib.
8.cap.7.num.*1.maximè, ſi detrahantur armato
ab inermi, prout factum eſt in caſu noſtro.
Contra verò turpiſſimum cẽſetur arma amit-
34 tere,† *l.a.ff.de capt.& poſt.reuer.& ſcribit Alcia.
lib.5. Parerg.cap.* 18. & ideò talis armorum ab-
reptio, tamquam honoris, non lucri cauſa fa-
cta,nec furti,nec rapinæ,nec alterius delicti no
mine cenſeri debet,quia,quod honoris, & glo-
35 riæ cauſa fit, non cadit in delictum, † *l.qua
actione.7.§.ſi in colluctatione.ff.ad leg.Aquil.*

Nec obſtat,quod arma diutius retinendo videatur Do. Ioannes tacitè declaraſſe, ſe id feciſſe lucri gratia,quia reſpõdeò, imo talem retentionem non arguere animum lucri faciendi, ſed denotare quandam cupiditatem retinendæ memoriæ tanti facinoris: Nam arma, quæ hoſtibus eripiuntur ſolent in aulis, & excelſo loco reponi, ac cuſtodiri, velut in modũ trophæi,vt eſt apud Virg.lib.11. Aeneid.

Denique dato etiam, quod eſſemus in caſibus, in quibus aliàs dicta pœna ſtatutaria imponi potuiſſet,eo tamen ipſo,quod Do. Commiſſarius liberauerat reum à carceribus datis fideiuſſoribus, ſatis declarauerat, ſe non reputare delictum tale, vt ob id pœna ſtatuti poſſet irrogari, & ideò non debuit poſteà redire ad recarcerationem ob eãdem cauſam, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt*. Et ita iuris eſſe cenſeo ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus. I.C.

Pro DD. Hyppolita, & Margarita ſororibus de Brocardis.

CONSILIVM XCIX.

ARGVMENTVM.

An hæres ſub conditione grauatus reſtituere totam hæreditatem, & præterea rem propriam, teneatur eam inſolidum præſtare, an verò eatenus tantum,quatenus fructus pendente conditione percepti patiuntur, Et an poſſit eius pretium de hæreditate deducere.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator poteſt legare rem hæredis.*
2 *Teſtator poteſt per fideicommiſſum relinquere rem hæredis.*
3 *Teſtator poteſt diſponere de re hæredis, vt de propria, Declara, vt nu.* 37.
4 *Teſtator poteſt prohibere alienationem rei hęredis, Declara, vt num.*52.*&* 53.
5 *Hæres adeundo hæreditatem approbat, & confirmat omnes teſtatoris diſpoſitiones; Declara, vt num.* 38.
6 *Hæres adeundo quaſi ex contractu obligatur legatarijs,& fideicommiſſarijs.*
7 *Hæres adeundo ſibi pręiudicat in rebus ſuis; de quibus teſtator diſpoſuit, Declara, vt nu.*38.
8 *Hæres, qui adiuit hæreditatem non confecto inuentario,tenetur legatarijs, & fideicommiſſarijs inſolidum,& vltra vires hæreditarias, Declara, vt num.*39. *& ſeqq.*
9 *Hęres,qui non conficit inuentarium,præſumitur res hæreditarias ſubtraxiſſe,& nõ auditur,ſi opponat,non eſſe in hęreditate tot bona, quibus ſatisfieri poſſit legatarijs, & fideicommiſſarijs, Declara,vt num.*39.
10 *Hæres,qui non confecit inuentarium,ſi fuerit grauatus in re propria,tenetur eam inſolidum prę-ſtare,etiamſi eius æſtimatio excedat totius hęreditatis emolumentum.*
11 *Prohibitio alienationis cum cauſa, quia vult bona remanere in familia de gradu in gradum, inducit fideicommiſſum etiam in caſum mortis.*
12 *Declaratur Ancharan.conſil.*365.*& nu.* 40.
13 *Fideicommiſſo continentur res à patre filio donata inter viuos,ſi de ijs teſtator ſenſerit, Declara, vt num.* 42.
14 *Honoratus in quota non poteſt in plus grauari, quam acceperit,ſi grauetur in quota, ſecus ſi in re,vel pecunia, Declara,vt nu.*43.
15 *Declaratur. lex cum pater.* 79. *§. Titio. ff. de leg.* 2.
16 *Declaratur. lex Lucius.* 78. *§. maritus. ff. ad Treb.*
17 *Declaratur. lex quod bonis.*15.*§.quod auus.ff.ad leg.Falc.*
18 *Declaratur.l.ita tamen.*27.*§. Trebellianum.ff.ad Treb.*
19 *Declaratur.l.ita tamen.* 27. *§. hęres ex aſſe.ff.ad Treb.*
20 *Hæres grauatus propria bona reſtituere eatenus tenetur, quatenus hęreditas teſtatoris patitur.*
21 *Hęres grauatus reſtituere bona teſtatoris, & propria, eatenus in proprijs tenetur, quatenus patiuntur fructus percepti ex hęreditate teſtatoris pendente conditione fideicommiſſi,& nn.*34. *Idque procedit etiam hodie non confecto inuentario.num.* 24.
22 *Dos cenſetur vniuerſalis,vel particularis pro diuerſitate rerum,quę in dotem dantur.*
23 *Fideicommiſſum cenſetur particulare, non vniuerſale,cum hęres grauatur in hęreditate non teſtatoris,ſed propria,vel aliena.*
25 *Inuentarij omiſſio non grauat hęredem ſupra diſpoſitionem iuris antiqui reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis, ſed tantum reſpectu legatariorum, & fideicommiſſariorum particularium, Declara,vt nu.*30. *& ſeqq.*
26 *Fideicommiſſis in vniuerſalibus nihil ex antiquo iure mutatum eſt.*
27 *Fideicommiſſum vniuerſale non poteſt excedere vires hęreditarias,& cur. nu.*29.
28 *Hęres grauatus fideicommiſſo vniuerſali detrahit creditum ſuum, etiamſi non conficiat inuentarium.*
31 *Legata, & fideicommiſſa particularia ſunt pręſtanda integra, & ſine diminutione ab hęre-*
di,

de, qui non confecit inuentarium.

32 *Fideicommiſſarius vniuerſalis poſt reſtitutã hæreditatem debet ſuſtinere omnia onera hæreditaria.*

33 *Heres, qui reſtituit hæreditatem, debet à fideicommiſſario præſtari indemnis.*

35 *Fideicommiſſum particulare, quod relinquitur eidem fideicommiſſario vniuerſali, & confertur in idem tempus, ſapit naturam fideicommiſſi vniuerſalis, non particularis.*

36 *Fideicommiſſo primo diminuto cenſentur etiam diminuta ſequentia, quæ ab illo pendent.*

41 *Declaratur l. ſequens. 70. ff. de leg. 2.*

44 *Conſentiens alienationi rei ſuæ ſibi præiudicat. Declara, ut nu. 55.*

45 *Conſentiens donanti rem ſuam ſibi præiudicat etiã in pretio rei.*

46 *Conſentiens leganti rem ſuam ſibi præiudicat etiã in pretio rei, Declara, ut nu. 55.*

47 *Declaratur l. ita tamen. 27. §. ult. ff. ad Treb. & num. 49.*

48 *Lex, quæ plures habet intellectus, non poteſt ad deciſionem cauſarum allegari, Declara, ut num. 50.*

51 *Hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali poteſt detrahere legata, & fideicommiſſa particularia, quæ teſtator reliquit, & ipſe perſoluit, etiamſi nõ confecerit inuentarium.*

52 *Hæredis rei, ſi legetur, aut per fideicommiſſũ relinquatur, dominium non transfertur ipſo iure in honoratum, ſed facta demum traditione.*

53 *Hæredis res alienari prohibita, ſi alienetur valet alienatio, nec reuocari poteſt a fideicommiſſario, ſed tantum agi ad pretium.*

54. *Pretium rei hæredis, de qua teſtator diſpoſuit, cẽſetur æs alienum.*

FACTI SPECIES.

D. Tiburtius Brocardus. I. C. hæredes vniuerſales inſtituit DD. Gulielmum, & Bartolomeum nepotes ex fratre, quos inuicem ſubſtituit, & ambobus decedentibus ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus ſubſtituit proximiorẽ agnatum de Brocardis. Deinde prohibuit eis alienationem cuiuſdam domus hæreditariæ, & alterius domus propriæ ipſorum hæredum his verbis *Prohibendo à detti heredi non habbino alienar la caſa era di Ruffinella*, quæ eſt domus hæredum, *ne quella del feudo di Francia*, quæ eſt hæreditaria. *Perche intende, dette caſe habbino da ſtar nella famiglia de' Brocardi di grado in grado per ordine di proſſimioritade.*

Poſt mortem teſtatoris adierunt inſtituti hæreditatem nullo confecto inuentario, deinde vnus poſt alterum deceſſit ſine liberis, & ab inteſtato. Quãobrem hæreditas vltimi peruenit ad DD. Hyppolitam, & Margaritam eius ſorores, à quibus D. Bernardinus Brocardus. I. C. tãquam agnatus proximior petijt duplex fideicommiſſum, vniuerſale vi ſubſtitutionis, & particulare vi prohibitionis alienationis, quæ in hoc caſu videtur ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum induxiſſe.

Sorores reſpectu bonorum teſtatoris oppoſuerunt ſolitas legatorum, & creditorũ detractiones, ſed reſpectu domus propriæ ipſorũ hæredum oppoſuerunt, non potuiſſe eos grauari reſtitutione totius hæreditatis, & præterea domus propriæ præſtatione, niſi quatenus patiuntur fructus percepti ex hæreditate teſtatoris pẽdente conditione fideicõmiſſi. Et hoc non obſtãte, quod fuerint hæredes ſimplices. Et dato, quod grauari potuerint, nihilominus pretium illius domus eſſe computandũ inter detractiones, quæ fiunt de fideicommiſſo vniuerſali, & deducendũ de bonis teſtatoris, quaſi æs alienũ.

Contra verò fideicommiſſarius intendit cũ hæreditate domum etiam propriam hæredum ſibi inſolidum debere præſtari nulla pretij facta detractione. Vnde quæritur, quid iuris.

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

SI grauati ſolemne bonorum inuentariũ (vti par erat) confeciſſent, nec fallaci illa ſuſcipiendorum liberorum ſpe decepti tam ſingulare legis beneficium contempſiſſent, non hanc mihi pro matre, matertera q; ſcribendi reliquiſſent curam ſublata ſcilicet inter perſonas ſanguine coniunctas anſa litigandi, quæ, quoties relinquitur, pernicioſa creditur agnatis, aut cognatis, non lucroſa hæreditas obuenire. Sed, quando illorum, aut falſa ſpes, aut certè craſſa negligentia fecit diſceptationi locum, cogor amoto, quantum poſſibile eſt, affectu breuiter proferre, quid de propoſita controuerſia iure ſtatuendum putem.

Duæ autem pro eius deciſione mihi videntũ excutiendæ dubitationes. Vna, nunquid ſtante ſubſtitutione vniuerſali ſuſtineatur fideicommiſſum rei propriæ hæredum inſolidum, an verò eatenus tantùm, quatenus fructus pendente cõditione percepti ex hæreditate teſtatoris patiuntur. Altera verò dato, quod inſolidum ſuſtineatur, an ſaltem eius pretiũ poſſit cum cæteris detractionibus de hæreditate deduci.

Et in prima quidem dubitatione videretur prima fronte dicendum, grauamen fideicommiſſi inſolidum ſuſtineri, & hæredes non ſolũ vniuerſa bona teſtatoris fideicommiſſario præſtare debere, ſed etiam domum propriã, quia dubium non eſt, quin teſtator poſſit rem heredis legare, † *l. ſi quis inquilinos. 115. §. 1. ff. de leg. 1. l. unum ex familia 69. § ſi rem. ff. de leg. 2. l. heres. 28. ff. qui, & a quib. man. lib. non fi. §. non ſolum, & §. ſi res legata Inſt. de legat.* & per fideicommiſſum relinquere, † *l. heredum. 25. C. de fideicõ. §. poteſt Inſt. de ſing. reb. per fid. relict.* ac de ea, tamquam de propria pro arbitrio diſponere, † *l. ſi quis ita ſit legatus. 9. §. 1. ff. de man. teſtam. & ſcribunt Bart. in l. nemo poteſt. 58. num. 3. ff. de leg. 1. Crott. in l. filiusfamil. 117. §. Diui. 2. nu. 35. & ibi Soc. Iun. num. 119. in fin. Alcia. num. 23. uerſ. ſed nunquid, & Crauet. num. 19. ff. eod. Idem Crauet. conſil. 133. num. 3. & conſ. 174. num. 10. in fin. ubi ait hanc eſſe communem Dd. opinionem, Nico. Bello conſil. 9. num. 9. Roll. conſil. 71. nume. 69. uol. 2. Menoch. conſ. 86. num. 60. conſ. 129. num. 29 & conſil. 681. num. 32. Surd. conſil. 353. num. 3. Laderch. conſil. 111. num. 2.* & per conſequentias etiam eius alienationem prohibere, † *d. l. ſi quis ita ſit legatus. 9. §. quod conſtitutum. ff. de manu. teſtam. & ſcribunt Iaſ. in dict. §. Diui. in ſecunda lect. num. 88. & ibi Crott. num. 35. uerſic. adeo puto, Soc. Iun. num. 124. uerſic. cogitabam, Rip. num. quinquageſimoquarto.* Nam, cum hæres adeundo hæreditatem approbet, & confirmet omnes teſtatoris diſpoſitiones, † *l. ſi patroni. 55.*

1
2
3
4
5

§. *qui fideicomiſſariam verſ.cum enim.ff. ad Treb.*
Lex duobus. 14.§.*quod,ſi is.ff. de bon. poſſ. contra-*
tab. & quaſi ex contractu obligetur ad præſtā-
da legata, & fideicommiſſa, quæ teſtator reli-
6 quit,† *l.ex maleficijs.*4.§.*heres.ff.de actio. & oblig.*
§.*heres Inſt.de oblig.quæ quaſi ex contr.naſc.l.apud*
*Iulianum.*3.§.*vlt.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eat.*Con-
ſequens eſt, vt eo modo ſibi præiudicet, etiam
7 in rebus ſuis, de quibus teſtator diſpoſuit, † *vt*
*conſiderant Alex.conſ.*173.*num.*4.*vol.*2.*Rum.conſ.*
25.*num.*14.*vol.*2.*Pariſ.conſ.*2.*num.* 30. & 33. &
*conſ.*33.*num.*99.*volum.*3.*Soc.Iun.conſil.* 107. *nu.*
56.*vol.*3.*Roll.d.conſ.*71.*num.*69.*volum.* 2. *Nico.*
*Bello.d.conſ.*9.*num.*9.& 16.*Pereg.conſ.*29.*nu.* 10.
volum. 3.Idq; maximè procedere videtur,quo-
ties hæres nō cōfecit inuētariū:nā,quia obliga
tur legatarijs,& fideicōmiſſarijs inſolidū,& vl
8 tra vires hęreditarias,†§.*ſi vero non fecerit inuen*
*tarium Auth.de hær.& Falc.coll.*1.& *ſcribūt gl.in l.*
vlt.§.*ſin vero poſtquam,in verb.cenſuerunt.C.de*
*iur. delib. Soc. Iun.conſ.*7.*num.*15. *volum.*4.*Boer.*
*conſil.*53.*num*3.*Marc. deciſ.* 433. *num.*2.*part.*1.
*Mago.deciſ.Flor.*130.*num.*4.& *deciſ.Luc.* 6. *nu.*
40.*Menoch.conſil.*207.*num.*17.& *conſil.* 272. *nu.*
61.*Ladereh.conſ.*141.*num.*5.*Valaſ.deciſ.*52. *num.*
35.*Pereg.de fideic.art.*33.*nu.*13.& *conſ.*64.*nu.*28.
*vol.*3.*Surd.conſ.*459.*num.* 16. adeo vt,ſi contra
agentem opponat, non eſſe in hæreditate tot
bona,quibus ſatisfieri poſſit legatarijs, & fidei-
commiſſarijs,non ſit audiendus,propterea, qđ
9 præſumitur res hæreditarias ſubtraxiſſe,†§.*bine*
*nobis,verſ.ſancimus Auth.de hæred.& Falc.coll.*1.
& *in ſpecie declarant Bart.in l.pater filium.* 36. *in*
*prin.nu.*2.*ff. de leg.* 3. *Surd.d.conſil.*459. *num.*17.
fit,vt,ſi grauatus ſit in re propria,teneatur eam
pręſtare,quamuis eius ęſtimatio excedat totius
10 hæreditatis emolumentum,† *vt ſcripſerūt Soc.*
*Iun.conſ.*68.*nu.*12.*vol.*4.*Pariſ.d.conſ.*33. *nu.* 99.
*vol.*3.*Roll.conſ.*30. *nu.*40.*vol.*4.

Et,ſi dicatur,hoc procedere reſpectu legata-
rionim, & fideicommiſſariorum particulariū,
non vero reſpectu fideicommiſſarij vniuerſa-
lis,de quo nos hic agimus, videtur poſſe repli-
cari, Imo in hac ſpecie tractati de fideicōmiſ-
ſario particulari, quia propria domus hæredū,
tamquā non comprehenſa in ſubſtitutione *l.co*
*hæreds.*41.§. *cum filio.ff. de vulg.*non poteſt dici
ſubiecta fideicommiſſo vniuerſali, ſed tantum
particulari reſultanti ex illa prohibitione alie-
nationis quę in propoſita ſpecie induxit fidei-
cōmiſſum etiam in caſum mortis ob illa ver-
ba,*di grado in grado per ordine di proſſimorità,*
11 quæ rationi adiecta ſunt,† *vt ſcribunt Pariſ.conſ.*
88.*nu.*18.*vol.*2.*Gozad.conſ.*52.*nu.*3.& *Burſat.*
*conſ.*157.*nu.*65.*Ancu.lib.*1.*quæſt.famil.q.*72.*n.*17.
*Gab.lib.*4.*comm. concluſ.titul. de fideicom. concluſ.*
9.*nu.* 19.

Deindè, licet à teſtatore fuiſſet etiam ſubie-
cta fideicommiſſo vniuerſali, adhuc tamen in
ſolidum videretur cū hæreditate teſtatoris præ
ſtanda,non, quatenus fructus medij temporis
patiuntur ſtante omiſſione inuentarij, vt con-
12 ſuluit Anch.*conſ.* 365. in cuius ſpecie † teſtator
grauauerat hæredes ſcriptos,vt non ſolùm hæ-
reditatem,ſed etiam propria ipſorum bona re-
ſtituerent,& tamen,quia ſine beneficio inuen-
tarij hæreditatem adierant,cenſuit Anch.cum
hæreditate teſtatoris propria quoq; hæredū bo-
na inſolidum eſſe reſtituenda.Idem cenſuerūt,
*Dec.conſ.*253.*nu.*2.& *poſt eum Pariſ.conſ.*2.*num.*
46.& 60.*vol.*3.*Pereg.de fideic.artic.*6.*n.*6. *Men.*
13 *conſ.*681.*nu.*34.qui tradunt, † res à patre dona-
tas filio venire in hæreditatis reſtitutionem, ſi
de eis teſtator ſenſerit, & filius inuentariū non
confecerit.Quinimò de hoc videtur eſſe textus
apertus,*in l.ſequens.*70.*ff.de leg.*2.vbi Paulus ſcri
bit,ea quę viuus maritus per donationem con-
tulit in vxorem, fideicommiſſo non contineri,
niſi nominatim maritus vxoris fidei cōmittat
vt etiā ea reſtituat, quem textum procedere ēt
in donationibus validis, & ex quibus dominiū
irreuocabiliter transfertur in filium,ſcripſerūt,
Dec.Pariſ.& Pereg.in locis ſupra relatis.

Nec videtur obſtare,quod honoratus in quo-
ta non poſſit in plus grauari, quam acceperit à
teſtatore,quia id procedit,ſi grauetur ēt in quo-
ta,ſecus verò,ſi in re,vel pecunia:nam tūc gra-
14 uamē inſolidum ſuſtinetur,† *ex doctr.Bart.in l.*
Imperator 72.§.*cum quidam.nu.*4.*ff.de leg.* 1.*quā*
poſt Caſtr.& Imol.ibi probarunt Soc.Iun. d.conſ.
68.*nu.*12.& 22. *verſ.& ſi quis dicat vol.* 4. *Pereg.*
de fideicommiſ. d. artic. 33. *num.*34.& *ſeq.& alij*
communiter.

His tamen non obſtantibus re diligenti,atq;
matura conſideratione perpenſa puto de iure
verius,ſtante fideicommiſſo vniuerſali non ſu-
ſtineri grauamē rei propriæ hæredum, niſi pro
quantitate fructuum, quos grauati perceperūt
ex hæreditate teſtatoris pendente conditione
fideicommiſſi. Moueor autem:

Primo *l.cum pater.*79.§.*Titio.ff.de leg.*2.qui lo
cus (meo iudicio) totam hanc controuerſiam
15 determinat:nam in eius ſpecie teſtator, † qui
grauatus erat Sei hæreditatem Titio fratri ſuo
reſtituere, eundem fratrem hæredem inſtituit,
& rogauit,vt,cum moreretur (& ſic in diem in-
certum, qui conditionem in teſtamento facit,
*l. dies incertus.*74.*ff.de cond.& demonſt.*) reſtitue-
ret Caio,tam ſuam, ideſt,ipſius teſtatoris, quā
Sei hæreditatem, & ſic rem ad hæredem ex al-
terius teſtamento pertinentem,quæſitū eſt, an
hic Titius frater, & hęres grauatus debuerit
vtranq; hæreditatem ſecundum volūtatem, &
diſpoſitionē teſtatoris Caio reſtituere, an verò
potuerit de hæreditate teſtatoris detrahere hę-
reditatem Sei, ſeu fideicōmiſſum ſibi relictū,
& rñdit Paulus, *Cum ex fructibus medio tempore*
perceptis fideicommiſſi debitam quantitatem perce-
piſſet,æris alieni loco non eſſe deducendum fideicom-
miſſum, quia ratione compenſationis percepiſſe de-
bitum uideretur. Itaque vult, fratrem grauatum
ideo nō potuiſſe de hæreditate teſtatoris fidei-
commiſſum ſibi debitū detrahere, ſed debuiſ-
ſe vtranq; hęreditatem reſtituere, qa pendente
conditione perceperat ex hæreditate teſtatoris
tot fructus, qui æquiualebant æſtimationi rei,
quam ſupra hæreditatem rogatus erat reſtitue-
re. Ergò,ſi non percepiſſet tot fructus, nō fuiſ-
ſet obligatus ad totam rem cum hęreditate re-
ſtituendam, ſed tātum pro portione fructuum
perceptorum.

Nec eſt contrarium, quod poſteà ſubijciat
Paulus, *Planè,ſi ea lege Mæuius Titium hæredem*
inſtituat, ne fideicommiſſum ex teſtamento Sei re-
tineat, Falcidiam quidem compenſationi ſufficere,
ſed iniquitatem occurrere. Prudentius autem fe-
cerit, ſi ex teſtamento fratris hæreditatem repu-
diauerit, & inteſtati poſſeſſionem acceperit, nec ui-
debitur dolo feciſſe, cum fraudē excluſerit, quibus
verbis ſignificare uidetur,hęredem grauatū re-
ſtituere

ſtituere hr̃ditatem teſtatoris, & prætereà bona propria ſibi præiudicare, ſi adeat hæreditatem, quia tenẽt etiã propria bona in ſolidũ reſtituere, nõ verò eatenus, quatenus fructus medij tẽporis patiũtur, licet hoc videatur iniquũ, Quia nos hic non verſamur in terminis exceptionis ibi ꝓpoſitæ, ſed potius in terminis dicti principalis. Nã ibi Paulus duas ꝓponit ſpecies, vnam per modum regulæ, cum. ſ. teſtator ſimpliciter, & purè, non ſub aliqua lege, ſeu conditione inſtituit Titium hr̃dem, & eum grauat, vt, cum morietur, tã ſuam, quàm Sei hr̃ditatem Caio reſtituat, Et in hoc caſu vult Titiũ, licet adeat hr̃ditatem, non tamen ſibi facere pręiudicium in eo, in quo grauatur ſupra vires hereditarias, quia ita demũ tenetur reſtituere hr̃ditatẽ Sei, ſi pendente conditione fideicõmiſſi percipiat ex hęreditate teſtatoris tot fructus, qui æquiualeant æſtimationi Scianæ hæreditatis. Et hic propriè eſt caſus noſter, Nam hic teſtator non inſtituit nepotes ſuos hæredes ſub aliqua lege, ſed purè, & ſimpliciter, & poſteà grauauit eos, vt poſt mortẽ reſtituant totã hæreditatẽ, & prætereà domũ propriã. Itaq; ſecundum Pauli definitionem non cenſent̃ adeundo ſibi in re ꝓpria præiudicaſſe, quia ita demũ tenentur eam reſtituere, ſi fructus æquiualentes ex hæreditate teſtatoris ꝑceperint. Alterã poſteà ſpeciẽ ꝓponit Paulus per modum exceptionis, cũ ſcilicet teſtator inſtituit hr̃dem, non purè, & ſimpliciter, ſed ſub ea lege, ne poſſit retinere fideicõmiſſum ex teſtamento Sei, Et tunc, ſi adeat hæreditatem, vult eum excludi à iure retentionis, & hoc modo ſibi præiudicare in re ſibi debita, quippè, quæ cenſetur compenſata cum Trebellianica. Sed, quoniam ex hoc naſcitur iniquitas, propterea, quod hoc modo grauatur hæres ſupra quam ex teſtõ eſt cõſecutus, idcò Paulus conſulit ei, vt omiſſa cauſa teſtamenti, fratris hęreditatem adeat ab inteſtato, quo caſu, ſi fideicommiſſarius ex edicto, Si quis omiſſa cauſa teſtamenti velit agere contra hr̃dem, quaſi dolo fecerit omittendo hęreditatem ex teſtõ, negat, hoc eũ facere poſſe, quia frater inſtitutus non vr̃ id feciſſe dolo malo, ſed potius, vt excluderet fraudem teſtatoris, qui voluit eum grauare ſupra, quam vires hæreditarię paterentur. In hac igitur ſpecie verum eſt, hæredẽ adeuntem ſibi pręiudicare in re ſibi debita, quia, cũ non poſſit adire, niſi impleat legem, & conditionem adiectam, & ſic renuntiet detractioni fideicommiſſi ſibi debiti, ideò, ſi adeat, cẽſet̃ per antecedens neceſſarium ei renuntiaſſe, & hoc modo ſibi pręiudicaſſe, etiamſi fideicommiſſũ contineret maiorẽ quantitatem, q̃ heręditas teſtatoris, *vt declarat Pereg. de fideic. d. art. 33. nu. 45.* Sed hęc ſpecies non poteſt ad caſum noſtrũ adaptari. Primò, quia teſtator non inſtituit nepotes ſub ea lege, vt domũ ſuã præſtent agnato proximiori, ſed purè, & ſimpliciter. Itaque ceſſat illa tacita approbatio, quæ naſcitur ex implemẽto conditionis, de qua ſupra dictũ eſt. Secundò, quia nulla in caſu noſtro ſubeſt Trebellianica, cum qua poſſit fieri cõpẽſatio, ſcilicet, quia teſtator eius detractionem prohibuit, ideoque, licet ſub conditione fuiſſent hæredes inſtituti, non tamen potuiſſent teneri ſupra fructus perceptos ex hæreditate teſtatoris, *vt declarat Caſtr. in d. §. Titio. num. 3. & in l. ita tamen. 27. §. Trebellianum. numer. 3. ff. ad Trebel.*

Multo igitur minus potuerunt teneri ſtante, quod purè, & ſimpliciter fuerunt inſtituti, *ſecũdum ea, quæ ſupra diximus.*

Secũdò verò moueor *l. Lucius. 78. §. maritus.*
16 *ff. ad Trebel.* vbi, † cum maritus vxorem ex triẽte hęredẽ inſtituiſſet, & pluribus ei datis fideicommiſſis dotem quoque prælegaſſet his verbis. *Seiæ vxori meæ dari volo a filijs meis ſummam dotis eius, quæ mibi pro ea illata eſt*, eiuſdemque vxoris fideicommiſiſſet, vt partem hęreditatis, & quæcunq; ei legaſſet poſt mortem ſuã Titio filio communi reſtitueret, reſpondit Scæuola, non debere eam, & ſummam dotis ex cauſa fideicommiſſi reſtituere, niſi manifeſtum eſſet, de dote quoq; reſtituenda teſtatorem ſenſiſſe, atq; etiam, ſi ſenſiſſet, & hoc fuerit adprobatũ, ita eius quoq; petitionem fore, ſi non minus eſſet in quantitate Falcidiæ, quam in quantitate dotis. Itaq; vult, vxorem grauatam reſtituere hæreditatẽ mariti, & pręterea bona propria, nempè dotem, quę propriũ eſt ipſius patrimoniũ *l. 3. §. ſed vtrum, verſ. ergo. ff. de minor.* ita demum teneri reſtituere propria bona, ſi ex hęreditate teſtatoris perceperit quantitatem æquiualentem nomine Falcidię. Cũm igitur eã nõ perceperint hæredes in caſu noſtro, cum (vt dictum eſt) teſtator eius detractionem prohibuerit, Conſequens eſt, vt non teneantur propria bona reſtituere.

Tertiò moueor *l. ꝙ bonis. 15. §. ꝙ auus. ff. ad l.*
17 *Falc.* vbi, † cum auus nepotẽ, cuius geſſerat tutelam, hr̃dem inſtituiſſet, & grauaſſet, vt, ſi ſine liberis moreretur, tam hr̃ditaria, quàm propria bona reſtitueret, reſpondit Papinianus, poſſe eum in ratione legis Falcidiæ deducere, quod auus ſibi debuit, & ſic propria bona, ſed, ſi fideicommiſſi conditio extiterit, debere eum compenſare eũ credito ſuo fructus pendente conditione ꝑceptos ex hæreditate teſtatoris. Itaq; ex hoc ẽt loco patet, hæredem grauatũ reſtituere, non ſolùm bona teſtatoris, ſed etiam bona propria, nõ teneri in proprijs, niſi pro portione fructuum pendente conditione perceptorum.

Quartò ꝓbat hoc ipſum *l. ita tamẽ. 27. §. Tre-*
18 *bellianũ. verſ. quod, ſi Mæuius. ff. ad Treb.* vbi † Iulianus; Si *Mæuius ſe rogauerit*, inquit, *& ſuam hæreditatem, & Titianam reſtituere, tuq; ſponte adieris hęreditatem, uteris legis Falcidię commodo; & partem quartã Mæuianę hæreditatis retinebis, dimidiam, & quartam ex fideicommiſſo reſtitues.* Quibus verbis ſignificat, non ſolum non teneri eum reſtituere utramq; hæreditatem, ſed ne totam quidem hęreditatem teſtatoris, propterea, quod ex ea Falcidiam retinere poteſt.

Quintò facit *d. l. ita tamen 27. §. hęres ex aſſe. ff.*
19 *eod.* ubi, † cum hęres fuiſſet rogatus eidẽ reſtituere dimidiam hęreditatis pure, alteram uerò dimidiã ſub conditione, & prętereà fuiſſet grauatus multis legatis, & ſic effectu ſupra uires hęreditarias, ſcribit Iulianus, teneri eum ex fructibus medio tempore perceptis ſupplere, qđ deeſt, aliàs pro rata fieri diminutionem. Quãobrem ibi Bartol. Caſtr. Alexand. & alij ita legis eius ſummatium concipiunt. *Hæres grauatus ultra uires hæreditarias, illud, quod deeſt, ſupplet ex fructibus, quod, ſi fructus non ſufficiunt, fit diminutio.*

Sextò confirmatur hoc ex eo, quia hęres grauatus propria bona reſtituere, eatenus tenetur,
20 † quatenus hr̃ditas teſtatoris patit̃. *l. filiusf. 117.*

l. in fideicommiſſaria. 18. §. quoties ff. ad Trebell. & in hæreditate contineri effectu non dr niſi, ꝙ remanet deductis deducendis *l. 2. verſ. & quod*
29 *heres ff. eod.* † *Ita declarãt Caſtr. in d. l. ab omnibus. 107. §. fi. nu. 1. ff. de leg. 1. & in d. l. ita tñ. 27. §. ſi ex Trebell. nu. 2. ff. ad Treb. Nat. d. cõſ. 255. nu. 9. Roll. d. conſ. 65. nu. 13. vol. 2. Pereg. d. artic. 3. num. 77. et d. conſil. 64. num. 26. volum. 3.*

At (dices) in ꝑpoſita ſpecie nõ tractamus de fideicõmiſſo vniuerſali, ſed de particulari, qa non dixit teſtator, volo, vt reſtituas meã hæreditatem, & prætereà domũ Ruffinellæ, ſed ſimpliciter ſubſtituit, & poſtcà ꝓhibuit alienationem prædictæ domus adiecta ratione, qa vult eam remanere in familia, quęres, quia reſpectu domus inducit particulare fideicõmiſsũ, ideò videtur operari, vt hæres teneatur eam inſolidum præſtare, non verò pro portione fructuũ pendente conditione perceptorum, *ſecũdum d. §. ſi vero non fecerit inuentariũ Auth. de hęred. & Falc. col. 1.* verũ rñdeo, in hærede, qui grauatur,
30 † tres potiſſimũ caſus conſiderari poſſe, quorũ.

Primùs eſt, qñ non grauatur aliquo fideicõmiſſo vniuerſali, ſed tantum legatis, & fideicõmiſſis particularibus, Et tunc verũ eſt, teneri eũ inſolidũ, & vltra vires hęreditarias, ſi non fecerit inuentariũ, nec poſſe facere aliquas detractiones, qa legata, & fideicõmiſſa particularia
31 prędſtanda ſunt integra, & ſine diminutione † *d. §. ſi verò non fecerit inuentarium, Et in his terminis loquütur omnes dd. quos in contrarium allegauimus ſupra nu. 8. & ſeqq.* Itaq; ſi in caſu noſtro teſtator nullã feciſſet ſubſtitutionẽ, ſed ſimpliciter ꝓhibuiſſet alienationẽ vniuſq domus, verũ eſset, debuiſse hęredẽ pręſtare ẽt domum propriã ſine aliqua detractione, ſeu diminutione, Sed quia teſtator, & ſubſtituit hæredi, & ꝓhibuit alienationem etiam propriæ ipſius domus, apparet, nos non eſse in terminis hujus primi caſus.

Secundùs verò caſus eſt, qñ hęres grauatur reſpectu vnius fideicommiſso vniuerſali, et reſpectu aliorũ legatis, & fideiõmiſſis particularibus, Et tunc, quandiù manet hęres, ideſt, prius, q̃ veniat caſus reſtitutionis, & reſtituat fideicõmiſsũ vniuerſale tenet̃ legatarijs, & fideicommiſsarijs particularibus eodẽ modo, quo tenet̃ in caſu præcedenti, ſed, vbi reſtituit hęreditatẽ, qa effectu non manet hæres, ideo in nihilo tenetur, &, ſi conueniatur, à creditoribus, & legatarijs, ac fideicõmiſsarijs particularibus, poteſt opponere exceptionẽ, Non ſũ hæres, Et, ſi iã ea ſoluit, põt ea detrahere, et dẽt releuari à fideicõmiſsario vniuerſali, ita, vt nullũ damnũ ſentiat, qa fideicõmiſsarius, q ſubrogatur in locũ
32 hæredis, dẽt ſubire oĩa onera † *l. ita tñ. 27. §. qui ex Trebelliano. ff. ad Treb. & in ſpecie declarat Pereg. de fideic. artic. 4. nu. 24. vbi ad hoc multa iura, & authoritates allegat*; Sanè vno caſu poteſt adhuc conueniri à legatarijs, et fideicommiſsarijs particularibus, cũ ſcilicet legata, et fideicõmiſſa particularia sũt ab eo nominatim, ideſt, ſub nomine propriæ relicta: Nã tunc non obſtante reſtitutione põt hęres à legatarijs cõueniri, Sed adhuc in hoc caſu ſuũ hẽt regreſsum cõtra fideicõmiſsariũ vniuerſalẽ, vtporè à quo dẽt re-
33 leuari, et totalẽ conſequi indẽnitatẽ † *l. cũ hæreditas. 36. ff. ad Treb. & declarat Pereg. d. art. 4. nu. 17. & 22.* Ergo etiam in hoc ſecundo caſu non poteſt hęres teneri ultra uires hęreditarias.

Sed neque hic eſt caſus noſter.

Tertiùs deniq; caſus (qui propriè noſtro cõuenit) eſt, qñ hæres grauatur eidẽ reſtituere, et hrẽditatẽ teſtatoris, et prætereà bona propria, et ſic grauatur fauore eiuſdẽ, et vniuerſali, et particulari fideicõmiſso, vniuerſali, quatenus grauatur reſtituere hrẽditatem teſtatoris, particulari verò, quatenus bona propria, puta propriã hrẽditatem, vel hrẽditatẽ alterius ſibi dclatam *ſecundum ea, quæ diximus ſup. num. 23.* Et in hoc caſu verius eſt, hrẽdem in proprijs bonis non teneri, niſi quatenus fructus percepti ex hrẽditate
34 teſtatoris patiuntur, † *vt patet ex omnibus fundamentis, quæ ſupra retulimus*; Nam fideicõmiſsũ particulare, ꝙ relinquitur eidem fideicõmiſsario vniuerſali, non hẽt naturã aliorum fideicõmiſsorum particularium, ſed potius naturam
35 fideicommiſſi vniuerſalis, † quia, cũ onera legatorũ, et fideicõmiſsorũ particularium tranſſeant in fideicõmiſsarium vniuerſalem, quippè qui dẽt ea ſoluere, ſi non fuerint ab hærede ſoluta, vel pro eis dẽt reſarcire hæredẽ, ſi iam fuerint ab eo ſoluta, ſequitur fideicommiſsum particulare relictũ eidẽ fideicommiſsario vniuerſali effectu cenſeri relictum eidem à ſemetipſo, maximè, quando vtrumq; fideicõmiſsum relinquitur ſub eadẽ conditione, et ſic confert̃ in eundẽ caſum, et idem tp̃s. Vnde, quẽadmodũ hæredi a ſe met ipſo, neq; legatũ, neq; fideicõmiſsũ relinqui põt *l. legatũ. 119. §. 1. ff. de leg. 1.* ne idẽ ſibi ipſi remaneat obligatus, *contra. l. cũ filiof. 81. ff. eod.* ita, nec à ſe met ipſo põt relinqui fideicõmiſsario vniuerſali, qui loco hrẽdis eſt, Et, quẽadmodũ, quod hrẽdi à ſe met ipſo relinquitur, non capit̃ iure legati, et ſic titulo particulari, ſed iure hæreditario, et ſic titulo vniuerſali *l. ꝙ aliũ. 74. ff. ad leg. Falc. & tradunt omnes in l. in quarta. 90. ff. eod.* ita ẽt particulare fideicõmiſsũ relictũ fideicõmiſsario vniuerſali non cenſebitur capi iure fideicõmiſſi particularis, ſed potius iure vniuerſalis, et per conſequẽtias eodem iure cenſebit̃, quo cenſetur vniuerſale.

Nec obſtat, ſi dicatur, nos hic non verſari in terminis tertij caſus, ſed potius in terminis ſecũdi, qa fideicõmiſsũ particulare, qđ reſultat ex ꝓhibitione alienationis, uſ̃ relictũ, nõ eidẽ fideicõmiſsario uniuerſali, ſed alijs pſonis, cũ cẽſeat̃ relictũ familiæ, et ſic inter eos, qui ſunt de familia, dẽat tranſire de gradu in gradũ, nõ uerò extingui in primo gradu, in quo alioquin extinguitur vniuerſale, qa reſpondeo, Imo reſpectu hæredis vtrunq fideicõmiſsũ cenſeri relictũ eidem, nempè proximiori agnato: Nã fideicõmiſsũ vniuerſale, ꝙ reſultat ex ſubſtitutione, vocat agnatũ ꝓximiorẽ, quẽ ẽt vocat fideicõmiſsũ particulare, ꝙ reſultat ex ꝓhibitione alienationis, et vtriuſq; fideicommiſſi caſus idẽ eſt, ſi nempè grauatus moriat̃ ſine filijs maſculis. ſ. quia prohibitio alienationis nõ conſideratur hic, vt inducẽs fideicõmiſsũ in caſum alienationis, ſed, vt id inducẽs in caſũ mortis.

Neq; obſtat, ꝙ fideicõmiſsum, ꝙ reſultat ex ꝓhibitione alienationis, nõ extinguat̃ in pſona primi, vt vniuerſale, ſed eſt ſucceſſiuũ, et trãſitoriũ in gradus ſequentes, ideoq; vr̃ reſpicere diuerſas pſonas, qa rñdeò, hoc non eſse grauamen hæredis, ſed fideicommiſsarij: Nam hæres ſemper eſt grauatus vni reſtituere vtrunque fideicommiſsum, ideſt, ei, qui tempore mortis erit proximior, ſed fideicommiſsarius vniuerſalis

uerſalis cenſetur poſteà grauatus reſtituere fi-
deicommiſſum particulare gradibus ſequen-
tibus; Itaque ex hoc grauamine fideicommiſ-
ſarij non debet fieri deterior conditio hæredis,
nec propter hoc duriùs grauari, quam, ſi fidei-
cōmiſſum particulare fuiſſet momentaneū,
quia, quando hæres grauatur reſtituere primo,
& primus ſecundo, ex hoc poſteriore grauami-
ne non infertur ad primum, ſed contra: Nā pri-
mus eatenus cenſetur grauatus, quatenus ipſe
perceperit. Itaq;, ſi diminuatur eius fideicom-
36 miſſum, cenſetur & ſequens diminutum, † *l. fa-
cta. 63. §. ſi Titius. ff. ad Trebel. l. Plautius. 49. in
prin. ff. ad leg. Falc.*

Neque obſtant contraria, Et primo non ob-
ſtat, quod teſtator poſſit diſponere de re hære-
dis, vt de propria, quia reſpōdeò, id procedere,
37 † ſi diſponat grauando hæredem ſolis legatis,
& fideicommiſſis particularibus. Cœterū, ſi ēt
vniuerſali, magis eſt, vt non poſſit, niſi tantum-
dem ei de ſuo patrimonio relinquat, quod rei
pretiū efficiat *l. vnū ex familia. 69. § ſed & ſi fun
dum. ff. de leg. 2. & in ſpecie declarāt gl. in d. l. ſequēs.
70. in verb. extra bonorum cauſam. ff. eod. & in l. co
hæredi 41. §. cum filio in verb. tenebūtur. ff. de vulg.
Caſt. in l. filiusf. 117. §. vt quis hæredē. nu. 2. ff. de leg.
1. in l. Imperator. 72. §. ſi centum. nu. 1. ff. de leg. 2. &
in l. ex facto. 67. in prin. num. 1. ff. ad Treb.* vel, niſi
grauatus tot percipiat fructus ex hæreditate te
ſtatoris, quot ſunt neceſſarij ad conficiendum
pretium rei, de qua teſtator diſpoſuit, *ſecundum
ea, quæ diximus in primo fundamento, & ſeptem
ſequentibus.*

Neq; obſtat, ꝙ hæres adeūdo cenſeaꝰ appro-
bare omnes diſpoſitiones teſtatoris, & per con
ſequētias cenſeaꝰ ſibi præiudicare in re ſua, de
qua teſtator diſpoſuit, quia rñdeò, hoc ſimiliter
38 eſſe intelligēdū † reſpectu legatariorū, & fidei-
cōmiſſariorū ſingularium, qbus adeūdo inſoli-
dū, & vltra vires hrdītarias obligatur; Nam re-
ſpectu fideicōmiſſarij vniuerſalis aditio nullū
ei facit præiudicium, niſi, quatenus hæreditarię
vires, & fructus ex hæreditate percepti patiun-
tur, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.*

Non obſtat, ꝙ hæres non conficiens inuen-
tariū præſumatur res hrdītarias ſubtraxiſſe, ea-
que rōne nō ſit audiendus, ſi cauſeꝰ vires hrdī-
tatis non ſufficere ad ea præſtāda, quæ teſtator
39 reliquit, quia rñdeò, inuentarij omiſſionē † nō
nocere hæredi grauato fideicōmiſſo vniuerſa-
li, nec ob eam præſumi res hæreditarias ſubtra-
xiſſe, quia inuentariū operatur tm̄, quoad credi
tores legatarios, & fideicōmiſſarios particula-
res, quibus non, niſi intra vires hrdītarias hæres
adſtringitur, ſi inuentariū conficiat, inſolidum
verò, & vltra vires, ſi id omittat, propterea, qđ
eorū reſpectu præſumitur res hrdītarias ſubtra-
xiſſe, adeò, vt hæc cenſeatur p̄ſumptio, iuris, &
de iure. At, quoad fideicōmiſſariū vniuerſalē,
inuentariū nihil operaꝰ, quia, ſiue hæres id cō-
ficiat, ſiue non, ſemp tenetur intra vires hære-
ditarias, nō vltra, ideoq; nulla aduerſus eū na-
ſcitur ſubtractionis ſuſpicio, *vt latè oſtendimus
ſupra num. 26. & ſeqq.*

Minus obſtat doctr. Anch. *in conſ. 365.* quia,
ſi dicta illius diligenter perpendātur, facilè ap-
parebit, eū noſtræ ſententię nō officere: Moue-
40 tur enim Anch. † varijs fundamentis, & primo,
quia grauatus expreſsè conſenſerat, & fidē de-
derat teſtatori de re præſtāda, quæ res ceſſat in
caſu noſtro. Secundò mouetur, quia fructus,
quos hæres pendente conditione perceperat,
æquipollebant pretio rei, de qua fuerat graua-
tus, quæ res, & ipſa ceſſat in hac controuerſia. ſ.
quia fructus percepti non continent quartam
partem pretij. Tertiò mouetur, quia, cū fuiſſet
grauatus ſub cōditione, potuit medio pe per-
cipere multos fructus, & præterea potuit defi-
cere conditio, ſub qua fuerat grauatus, ideoq;
nil mirum, ſi ratione dubij huius euentus gra-
uamen debuerit inſolidū ſuſtineri. Verùm hęc
conſideratio legibus, & cōi Dd. traditioni repu
gnat. Nam, cum hæres grauatus, & teſtatoris, et
ꝓpria bona reſtituere, debeat cōputare fructus
perceptos ex hrdītate teſtatoris ad hoc, vt gra-
uamē rei ſuæ ſuſtineaꝰ, *vt conſtat ex locis, & au-
thoritatibus adductis in ſuperioribus fundamētis,*
neceſſario ſequitur, debere eum cenſeri graua-
tū, aut in diē, & quidē lōgiſſimū, aut ſub condi-
tione, qa, ſi purè eſſet grauatus, aut nullos per-
ciperet fructus, aut perciperet negligentia fi-
deicōmiſſarij non petentis; ideoq; non deberet
eos imputare. *l. mulier. 22. § ſi hæres. ff. ad Treb.* Et
tamen ad ſuſtinendū grauamen rei ſuæ habeꝰ
ratio fructuum perceptorū, *vt in d. l. cū pater.
79. §. Titio. ff. de leg. 2.* Non igitur dubij euentus;
Quartò, & vltimo mouetur Anch. eo, qđ gra-
uatus in caſu ſuo nullū confecerat inuentariū,
Sed ex iis, quæ diximus apparet, in hoc Anch.
cōtra cōem aliorum ſnīam eſſe locutum, quia
omiſſio inuentarij non grauat hrdēm oneratū
fideicommiſſo vniuerſali in plus, quam hære-
ditariæ vires patiantur. Quamobrem Anchar.
merito fuit *a Pereg. d. artic. 33. num. 43. & ſeq.*
reprobatus.

Non obſtat *l. ſequēs. 70. ff. de leg. 2.* quia loqui-
41 tur † de donatione inter virum, & vxorē, quæ
non valet, ſed confirmatur morte: Nam, ſi ma-
ritus, qui donauit aliquid vxori, eandem hære-
dem inſtituat, & grauet fideicōmiſſo vniuerſa-
li, regulariter nō veniūt in reſtitutionē res do-
natæ, quia ea tm̄ veniunt, quę ſunt hrdītatis. *l. in
fideicōmiſ. 18. §. quoties. ff. ad Treb.* et res donatæ
non ſunt hrdītatis, cū ſtatim mortuo donatore
transferantur in donatarium, ꝙ ibi ſignificat
Paulus illis verbis, *extra bonorum cauſam defun-
cti computari:* Bona enim hrdītatem ſignificāt,
*vt & alibi ſæpius. l. nam quod. 14. §. vlt. ff. ad Treb.
l. 3. §. hæreditatis. ff. de bon. poſſ.* Sed, ſi maritus no-
minatim roget vxorem, vt ēt res donatas reſti-
tuat, venient, et illæ in reſtitutionē, qa, cū poſ-
ſit donationē reuocare, pōt ēt per cōſequētias
donatariā grauare, *ex regula. l. 1. §. ſciendum, & l.
3. §. vlt. cū ll. ſeqq. ff. de leg. 3.* Et, ſi legata, et fidei-
cōmiſſa, quæ regulariter non veniunt in hrdīta
tis reſtitutionem, veniunt, ſi de ijs teſtator ſen-
ſerit. *l. cum virum. 16. C. de fideic. l. 3. §. quidam li-
beris. ff. ad Treb.* Conſequens eſt, vt venire etiā
debeant res à viro donatæ vxori, quippè, quæ
fideicommiſſi partibus funguntur. *l. in donatio-
nibus. 12. C. ad leg. Falc.* et ex vltima voluntate
capi intelliguntur *l. cum hic ſtatus. 33. §. ait ora-
tio. ff. de don. int. vir. & vxor.*

Minus obſtat, quod res donatæ veniāt in re-
ſtitutionem, ſi de ijs teſtator ſenſerit, etiamſi do
natio ſtatim valuerit, *ſecundū Dec. Paris. & Pe-
42 reg. in contrariū allegatos,* quia reſpondeò, † Pri-
mò eorum ſententiam non carere dubio, pro-
pterea quod videꝰ refragari cōmuni Dd. regu-
læ, quæ vult in hæreditatis reſtitutionem non
venire

venire propria bona hæredis etianſi teſtator
hoc dixerit, niſi hæres perceperit ex hæredita-
te teſtatoris fructus æquiualentes, *vt ſupra de-
monſtratum eſt.*

Secundo reſpondeo, loqui eos de rebus à te-
ſtatore donatis hæredi inſtituto, & de quarum
reſtitutione ſimul cum vniuerſa hæreditate
idem teſtator poſtea hæredem rogauit, quo ca
ſu, quia ex parte teſtatoris prouenit vna dona-
tio, facile poteſt hæres, idemque donatarius
præſumi adeundo, & approbando iudicium
teſtatoris, qui nominatim eum grauauit de re
donata reſtituenda, voluiſſe rem ipſam retro
donare, quia vna donatio facit, vt altera dona
tio vice mutua facilè præſumatur. *l. ſi vero nō
remunerandi. 12. §. idem Papinianus. ff. mand.* Et
ita videtur ſenſiſſe Peregr. *d. arti. 6. num. 6.* dum
mouetur *d. l. ſi vero non remunerandi.* At verò
nos loquimur de re, non à teſtatore profecta,
ſed hæredibus quæſita ex alia cauſa, nempè ex
cauſa hæreditaria Tiburtij Ruffinellæ auuncu
li ſui, ideoque ceſſat prædicta donationis præ-
ſumendæ ratio, & militant omnia, quæ de hæ-
rede ſupra vires hæreditarias non onerando di
cta ſunt.

Tertio reſpondeo loqui eos de hæredibus,
qui renuntiauerāt donationi ſibi à patre factæ,
& res donatas acceperant ex poſtrema illius
diſpoſitione, quo caſu, quia res illæ effectu cē-
ſentur hæreditariæ, ideo nil mirum, ſi veniant
in hæreditatis reſtitutionem, *vti videre eſt apud
Pariſ. d. conſ. 2. num. 15. & 20. vol. 2. & d. conſ. 33.
nu. 80. vol. 3.* At nos loquimur de re, quæ nunq̄
fuit teſtatoris, nec aliqua ratione cenſeri pōt
hæreditaria, aut hæreditario, ſiue inſtitutionis
iure ad hæredem peruenire, Non poſſunt igit̄
eorum dicta ad ſpeciem noſtram adaptari.

Deniq; non obſtat, quod in hac ſpecie teſta-
tor non grauauerit hæredem in quota, ſed in re
certa, ideoq; videatur inſolidum teneri, quia
reſpondeo Primo, quones non agimus de bo-
nis teſtatoris, ſed de bonis hæredis, aut tertij,
nullam eſſe differentiam inter quotam, & ſpe-
ciem, propterea quod hæreditas hæredis, aut
tertij reſpectu teſtatoris cenſetur res particula-
ris, non vniuerſalis, nec diſtinguitur à ſpecie,
vti demonſtrauimus ſupra nu. 23.

Secundo reſpondeo, cum quærimus, an ho-
noratus in re, vel quota poſſit in plus grauari, q̄
43 acceperit, † varios caſus eſſe diſtinguendos.

Primus enim caſus eſt, quando honoratus in
pecunia grauatur etiam in pecunia, Et tunc ve
rum eſt, non teneri eum in plus, quam accepe-
rit, & medij temporis interuſurium patiatur *l.
Imperator. 72. §. ſi centum & ibi Bar. Imol. Caſtr.
& alij ff. de leg. 2. Bar. in d. l. Imperator §. cum qui-
dam num. 4. Ruin. conſ. 79. num. 6. vol. 2. Pereg. de
fideic. art. 33. nu. 34.*

Secundus verò caſus eſt, quando honoratus
in pecunia grauatur in ſpecie propria. Et tunc
verius eſt, ſi relictum agnoſcat, inſolidum eum
teneri *d. §. ſi centum,* quia tanti cenſetur rem ſuā
æſtimaſſe *l. ſed ſi nō ſeruus. 36. in prin. ff. ad l. Falc.
Ita ſcripſerunt Bar. in d. §. cum quida nu. 3. verſ.
venio, Bal. in d. §. ſi centum, & ibi Imo. nu. 2. Caſtr.
nu. 1. & 2. Ruin. d. conſ. 79. nu. 6. verſ. Aliquando
grauatur vol. 2. Pereg. d. art. 33. nu. 39.*

Tertius caſus eſt, qn̄ honoratus in pecunia
grauatur in ſpecie aliena, Et tunc verius eſt, nō
teneri eum in redimenda ſpecie plus impende-
re, quam acceperit *d. l. ſed ſi non ſeruus. 36. verſ.
quod ſi alienus. ff. ad l. Falc. Ita Bart. in d. §. cū qui-
dam nu. 4. Bal. in d. §. ſi centum verſ. deinde not. &
ibi Caſtr. num. 1. verſ. in text. ibi, Peregr. d. art. 33.
numero 38.*

Quartus caſus eſt, qn̄ quis ſimpliciter hono-
ratur in ſpecie, & tunc certum eſt, nō poſſe eū,
aut in pecunia, aut in ſpecie grauari in plus, q̄
ſit pretium illius cum fructibus *l. filiusf. 117. §.
apud Marcellum l. Ciuitatib. 125. §. ſi. ff. de leg. 1.
l. 3. §. Iulianus. ff. de leg. 3. Ita Bar. in d. §. cū quidā
nu. 4. Bal. in d. §. ſi centum verſ. Deinde not. & ibi
Caſtr. nu. 1. Ruin. d. conſ. 79. num. 6. verſ. nam tex.
vol. 2. Pereg. d. art. 33. nu. 40.*

Quintus caſus eſt, qn̄ quis honoratur in ſpe-
cie non ſimpliciter, ſed alternatiuè, Et tunc, po
teſt grauari vſque ad valorē illius rei, quæ plus
valet, etiamſi minorem agnoſcat. *l. plane. 97. §.
ſi cui Stichus, & ibi Bar. Bal. Imo. Caſt. & alij. ff. de
leg. 1. Bar. in d. §. cum quidam nu. 4. Imo. in d. §. ſi
centum nu. 2. verſ. tertius, & ibi Caſtr. nu. 2.*

Sextus caſus eſt, qn̄ honoratus in iure vniuer
ſali, & ſic in hæreditate, vel tota, vel quota, gra-
uatur ſolis relictis particularibus, nempè lega-
tis, & fideicommiſſis rerum certarū, Et in hoc
etiam caſu veriſſimum eſt, teneri eū inſolidū,
& vltra vires hæreditarias, ſi non conficiat in-
uentarium, *vt diximus ſupra nu. 8. & 31.*

Septimus deniq; caſus eſt, qn̄ honoratus in
tota hæreditate, vel eius quota grauatur fidei-
commiſſo vniuerſali, Et tunc verius eſt, non te
neri eum ſupra vires hæreditarias, etiamſi non
conficiat inuentarium, niſi pro portione fru-
ctuum pendente conditione perceptorum, ſe-
cundum ea, quæ ſupra dicta ſunt, quæque non
eſt neceſſe repetere.

Sed poſito citra veri præiudicium, quod gra
uamen rei propriæ hæredis inſolidum ſuſtinea
tur, ſuccedit ſecunda dubitatio, nunquid in re-
ſtitutione fideicommiſſi poſſit hæres eius pre-
tium de hæreditate deducere.

Videretur autem prima facie dicendum nō
poſſe, ſed abſolutè, & hæreditatem, & rem pro-
priam eum reſtituere debere, quia, qui rei ſuæ
alienationi præſtat conſenſum, ſibi præiudicat
44 † *l. 2. C. de reb. al. non alie. Roll. conſ. 57. nu. 15. vol.
3.* Perinde enim habetur, ac, ſi ipſe diſtraxiſſet
*§. vendita verſ. nihil autem inſti. de rer. diuiſ. §. cō-
tra inſt. quib. alien. lic. vel non,* Quamobrem talis
conſenſus dicitur alienationis ſpeciē cōtinere.
l. alienationis 28. ff. de verb. ſign. Idq; procedit nō
ſolum reſpectu rei, ſed etiā reſpectu pretij, quo-
45 ties conſenſus præſtatur ei, qui donat, † *vt ſcri-
bunt Bar. in l. ſi fundum per fideicōmiſſum. 95. nu.
3. & ibi Iaſ. nu. 34. & alij communiter. ff. de leg. 1.*
ſcilicet, quia & ipſe donare videtur *l. 2. C. ſi adu.
donat. Roll. d. conſ. 57. nu. 17. vol. 3.* Hinc fit, vt &
is, qui teſtatori rem ſuam leganti cōſentit, ſibi
46 faciat in pretio rei præiudicium, † *vt ſcribunt
Bar. in l. cum quis decedens. 35. in prin. nu. 5. ff. de
Sexto, & vltimo facit, quia, quod in diuerſis perſonis recipitur, debet etiam recipi in vna eademq; perſona *l. ſingularia. 15. ff. ſi cert. pet.* Sed, ſi perſonæ eſſent diuerſæ, ideſt, ſi teſtator vni reliquiſſet fideicommiſſum vniuerſale, alteri verò particulare domus proprię hęredis, poſſet is de vniuerſali pretium rei ſuæ detrahere. *d. l. ſed ſi non ſeruus 36. in prin. ff. ad l. Falc.* Poterit igitur etiam illud detrahere, licet eidem, & vniuerſale, & particulare fideicommiſſum relictum ſit, imo magis in hoc, q̃ in ſuperiore caſu, ſcilicet, quia hæres ſimplex poteſt reſpectu fideicommiſſarij particularis in plus teneri, quam ad eũ peruenerit, reſpectu verò fideicommiſſarij nõ item, *vti ſupra demonſtratum eſt.*

Neq; obſtant contraria deducta à conſenſu
55 hęredis, quia reſpondeo, † eorum, qui conſentiunt, duo eſſe genera: Quidã enim eo ſolo conſentire cenſentur, quod agnoſcunt, quæ ſibi à teſtatore relicta ſunt, Et in his locum habet diſtinctio *Bar. in d. §. cum quidam* communiter approbata, quam retulimus in fine pręcedentis dubitationis per variorum caſuum enumerationem; Quidam verò conſentiunt, etiamſi nihil à teſtatore acceperint, Et in his procedit cõtrarium, vt ſcilicet cenſeãtur ſibi præiudicaſſe: Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia, qui conſentit acceptando relictum, cenſetur habere rationẽ eius emolumenti, ꝙ percipit à teſtatore, ideoq; non poteſt in eo præſumi donatio. At, vbi quis teſtatori conſentit nullo emolumenti prætextu inductus, non poteſt non cenſeri habere animum donandi. Quo fit, vt tanquã donans ſibi præiudicet in pretio.

Neque obſtat conſenſus præſtitus in diuiſione, quia, cum fuerit interpoſitus, cum hac clauſula, *ſaluo iure &c.* debet intelligi, ſi, & prout vnicuique eorum cõpetit, vt eſt prædictę clauſulæ natura, quippe quæ non ampliat, ſed conſeruat iura, in eo ſtatu, in quo erant ante conſenſum, *vt declarat Menoc. conſ. 346. nu. 20.*

Ex his igitur omnibus concludo, non obeſſe hæredi omiſſionem inuentarij, quominus, aut ſuæ rei pretium de hæreditate deducat, aut grauamen diminuat, quatenus hæreditarias vires, & fructus pendente conditione perceptos excedit, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

In eadem cauſa.

CONSILIVM C.

ARGVMENTVM.

An hæres grauatus fideicõmiſſo vniuerſali poſſit detrahere ſuum creditum, aut alias facere detractiones etiam ſuper bonis prohibitis alienari.

SVMMARIVM.

1 *Detractiones non poſſunt fieri de bonis prohibitis alienare.*

2 *Hæres non poteſt detrahere ſuum creditum de bonis prohibitis alienari. Sed contra nu. 3. & ſeqq. & num. 10.*

4 *Hæres, ſi poſt reſtitutam hæreditatem cõueniatur a creditoribus, aut legatarijs, poteſt opponere exceptionem, Non ſum hæres.*

5 *Prohibitio alienationis facta a teſtatore non nocet eius creditoribus.*

6 *Teſtator quando poſſit prohibere hæredi detractionem ſui crediti.*

7 *Hæreditariæ vires æſtimantur deducto ære alieno, & legatis, ac fideicommiſſis particularibus.*

8 *Fideicommiſſum particulare relictum fideicõmiſſario vniuerſali, quo tempore debet ei reſtitui hæreditas, non cenſetur, vt particulare, ſed, vt vniuerſale.*

9 *Prohibita alienatione cenſetur etiam prohibita detractio falcidiæ, & trebellianicæ, Declara, vt ibi.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Diſputandum hodie non eſt, An hæredes poſſint deducere pretium domus propriæ, de qua teſtator diſpoſuit, quia huiuſmodi quæſtio iam fuit à duabus poſterioribus ſententijs terminata, quippe, quę declararunt poſſe detrahi, dummodo in id imputentur fructus percepti ex bonis teſtatoris pẽdẽte conditione fideicõmiſſi; Quãobrẽ in hoc iudicio liqdationis remanẽt ſuperuacua, & fruſtratoria partis fundamenta, quæ ducuntur ab aditionẽ, ſeu conſenſu hæredis, & ab omiſſione inuentarij, quoniam hæc omnia tendunt ad id, vt oſtendant, hæredem propter talem conſenſum, & inuentarij omiſſionem amiſiſſe iura ſua, & ſibi præiudicaſſe etiam in pretio domus propriæ, de qua teſtator diſpoſuit, quæ licet à fideicõmiſſarijs fuiſſent oppoſita ante prædictas ſententias, tamen illis non obſtãtibus fuit deciſum, poſſe detrahi pretium, & rectè, quia, vt latiùs tunc temporis oſtẽdi, hęc non impediunt, quominus hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali poſſit detrahere ſua credita, & legata, ac fideicommiſſa particularia, quæ perſoluit, vt proinde non ſit amplius de hac re diſputandum, ſed de eo ſolum, quod hodie deducitur in controuerſiam, an ſcilicet poſito, quod fideicommiſſum vniuerſale computatis etiã fructibus perceptis ex bonis teſtatoris pendente conditione fideicommiſſi non ſufficiat ad integram ſatisfactionem pretij, poſſit reſiduum deduci de bonis prohibitis alienari. Dubitatio naſcitur ex diuerſitate ſententiarum, quæ in huiuſmodi cauſa latæ ſunt; nam

prima

uerſalis cenſetur poſteà grauatus reſtituere fi-
deicommiſſum particulare gradibus ſequen-
tibus; Itaque ex hoc grauamine fideicommiſ-
ſarij non debet fieri deterior conditio hæredis,
nec propter hoc duriùs grauari, quam, ſi fidei-
cõmiſſum particulare fuiſſet momentaneũ,
quia, quando hæres grauatur reſtituere primo,
& primus ſecundo, ex hoc poſteriore grauami-
ne non infertur ad primum, ſed contra: Nã pri-
mus eatenus cenſetur grauatus, quatenus ipſe
perceperit. Itaq; , ſi diminuatur eius fideicom-
36 miſſum, cenſetur & ſequens diminutum, † *l. fa-
cta. 63. §. ſi Titius. ff. ad Trebel, l. Plautius. 49. in
prin. ff. ad leg. Falc.*

Neque obſtant contraria, Et primo non ob-
ſtat, quod teſtator poſſit diſponere de re hære-
dis, vt de propria, quia reſpõdeò, id procedere,
37 † ſi diſponat grauando hæredem ſolis legatis,
& fideicommiſſis particularibus. Cœterũ, ſi ẽt
vniuerſali, magis eſt, vt non poſſit, niſi tantum-
dem ei de ſuo patrimonio relinquat, quod rei
pretiũ efficiat *l. vnũ ex familia. 69. § ſed & ſi fun
dum, ff. de leg. 2. & in ſpecie declarãt gl. in d. l. ſequẽt.
70. in verb. extra bonorum cauſam. ff. eod. & in l. co
heredi 41. §. cum filio in verb. tenebitur. ff. de vulg.
Caſt. in l. filiusf. 117. §. vt quis heredẽ. nu. 2. ff. de leg.
1. in l. Imperator. 72. §. ſi centum. nu. 1. ff. de leg. 2. &
in l. ex facto. 87. in prin. num. 1. ff. ad Treb.* vel, niſi
grauatus tot percipiat fructus ex hæreditate te
ſtatoris, quot ſunt neceſſarij ad conficiendum
pretium rei, de qua teſtator diſpoſuit, *ſecundum
ea, quæ diximus in primo fundamento, & ſeptem
ſequentibus.*

Neq; obſtat, ꝙ hæres adeũdo cenſeaĩ appro-
bare omnes diſpoſitiones teſtatoris, & per con
ſequẽtias cenſeaĩ ſibi præiudicare in re ſua, de
qua teſtator diſpoſuit, quia rñdeò hoc ſimiliter
38 eſſe intelligẽdũ † reſpectu legatariorũ, & fidei-
cõmiſſariorũ ſingularium qbus adeũdo inſoli-
dũ, & vltra vires hrditarias obligatur; Nam re-
ſpectu fideicõmiſſarij vniuerſalis aditio nullũ
ei facit præiudicium, niſi, quatenus hæreditarię
vires, & fructus ex hæreditate percepti patiun-
tur, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.*

Non obſtat, ꝙ hæres non conficiens inuen-
tariũ præſumatur res hrditarias ſubtraxiſſe, ea-
que rõne nõ ſit audiendus, ſi causeẽ vires hrdi-
tatis non ſufficere ad ea præſtãda, quæ teſtator
39 reliquit, quia rñdeò, inuentarij omiſſionẽ † nõ
nocere hæredi grauato fideicõmiſſo vniuerſa-
li, nec ob eam præſumi res hæreditarias ſubtra-
xiſſe, quia inuentariũ operatur tm̃, quoad credi
tores legatarios, & fideicõmiſſarios particula-
res, quibus non, niſi intra vires hrditarias hæres
adſtringitur, ſi inuentariũ conficiat, inſolidum
verò, & vltra vires, ſi id omittat, propterea, qđ
eorũ reſpectu præſumitur res hrditarias ſubtra-
xiſſe, adeò, vt hæc cenſeatur pſumptio, iuris, &
de iure. At, quoad fideicõmiſſariũ vniuerſalẽ,
inuentariũ nihil operaĩ, quia, ſiue hæres id cõ-
ficiat, ſiue non, ſemp tenetur intra vires hære-
ditarias, nõ vltra, ideoq; nulla aduerſus eũ na-
ſcitur ſubtractionis ſuſpicio, *vt latè oſtendimus
ſupra num. 26. & ſeqq.*

Minus obſtat doctr. Anch. *in conſ. 365.* quia,
ſi dicta illius diligenter perpendãtur, facilè ap-
parebit, eũ noſtræ ſententię nõ officere: Moue-
40 tur enim Anch. † varijs fundamentis, & primo,
quia grauatus expreſsè conſenſerat, & fidẽ de-
derat teſtatori de re præſtãda, quæ res ceſſat in
caſu noſtro. Secundò mouetur, quia fructus,
quos hæres pendente conditione perceperat,
æquipollebant pretio rei, de qua fuerat graua-
tus, quæ res, & ipſa ceſſat in hac controuerſia. ſ.
quia fructus percepti non continent quartam
partem pretij. Tertiò mouetur, quia; cũ fuiſſet
grauatus ſub cõditione, potuit medio tpe per-
cipere multos fructus, & præterea potuit defi-
cere conditio, ſub qua fuerat grauatus, ideoq;
nil mirum, ſi ratione dubij huius euentus gra-
uamen debuerit inſolidũ ſuſtineri. Verùm hęc
conſideratio legibus, & cõi Dd. traditioni repu
gnat: Nam, cum hæres grauatus, & teſtatoris, et
ꝓpria bona reſtituere, debeat cõputare fructus
perceptos ex hrditate teſtatoris ad hoc, vt gra-
uamẽ rei ſuæ ſuſtineaĩ, *vt conſtat ex locis, & au-
thoritatibus adductis in ſuperioribus fundamẽtis,*
neceſſario ſequitur, debere eum cenſeri graua-
tũ, aut in diẽ, & quidẽ lõgiſſimũ, aut ſub condi-
tione, qa, ſi purè eſſet grauatus, aut nullos per-
ciperet fructus, aut perciperet negligentia fi-
deicõmiſſarij non petentis, ideoq; non deberet
eos imputare, *l. mulier. 22. § ſi hæres. ff. ad Treb.* Et
tamen ad ſuſtinendũ grauamen rei ſuæ habeẽ
ratio fructuum perceptorũ, *vt in d. l. cũ pater.
79. §. Titio. ff. de leg. 2.* Non igitur dubij euentus;
Quartò, & vltimo mouetur Anch. eo, qđ gra-
uatus in caſu ſuo nullũ confecerat inuentariũ,
Sed ex ijs, quæ diximus apparet, in hoc Anch.
cõtra cõem aliorum ſniam eſſe locutum, quia
omiſſio inuentarij non grauat hrdem oneratũ
fideicommiſſo vniuerſali in plus, quam hære-
ditariæ vires patiantur. Quamobrem Anchar.
meritò fuit *a Pereg. d. artic. 33. num. 48. & ſeq.*
reprobatus.

Non obſtat *l. ſequẽs. 70. ff. de leg. 2.* quia loqui-
41 tur † de donatione inter virum, & vxorẽ, quæ
non valet, ſed confirmatur morte: Nam, ſi ma-
ritus, qui donauit aliquid vxori, eandem hære-
dem inſtituat, & grauet fideicõmiſſo vniuerſa-
li, regulariter nõ veniũt in reſtitutionẽ res do-
natæ, quia ea tm̃ veniunt, quę ſunt hrditatis. *l. in
fideicõmiſ. 18. §. quoties. ff. ad Treb.* et res donatæ
non ſunt hrditatis, cũ ſtatim mortuo donatore
transferantur in donatarium, ꝙ ibi ſignificat
Paulus illis verbis, *extra bonorum cauſam defun-
cti computari:* Bona enim hrditatem ſignificãt,
*vt & alibi ſæpius l. nam quod. 14. §. vlt. ff. ad Treb.
l. 3. § hereditatis. ff. de bon. poſſ.* Sed, ſi maritus no-
minatim roget vxorem, vt ẽt res donatas reſti-
tuat, venient, et illæ in reſtitutionẽ, qa, cũ poſ-
ſit donationẽ reuocare, põt ẽt per cõſequẽtias
donatariã grauare, *ex regula l. 1. §. ſciendum, & l.
3. §. vlt. cũ ll. ſeqq. ff. de leg. 3.* Et, ſi legata, et fidei-
cõmiſſa, quæ regulariter non veniunt in hrdita
tis reſtitutionem, veniunt, ſi de ijs teſtator ſen-
ſerit. *l. cum virum. 16. C. de fideic. l. 3. §. quidam li-
beri. ff. ad Treb.* Conſequens eſt, vt venire etiã
debeant res à viro donatæ vxori, quippè, quæ
fideicommiſſi partibus funguntur. *l. in donatio-
nibus. 12. C. ad leg. Falc.* et ex vltima voluntate
capi intelliguntur. *l. cum hic ſtatus. 33. §. ait ora-
tio. ff. de don. int. vir. & vxor.*

Minus obſtat, quod res donatæ veniãt in re-
ſtitutionem, ſi de ijs teſtator ſenſerit, etiamſi do
natio ſtatim valuerit, *ſecundũ Dec. Paris. & Pe-
42 reg. in contrariũ allegatos,* quia reſpondeò, † Pri-
mo eorum ſententiam non carere dubio, pro-
pterea quod videĩ refragari cõmuni Dd. regu-
læ, quæ vult in hæreditatis reſtitutionem non
venire

venire propria bona hæredis etiamſi teſtator hoc dixerit, niſi hæres perceperit ex hæreditate teſtatoris fructus æquiualentes, *vt ſupra demonſtratum eſt.*

Secundo reſpondeo, loqui eos de rebus à teſtatore donatis hæredi inſtituto, & de quarum reſtitutione ſimul cum vniuerſa hæreditate idem teſtator poſtea hæredem rogauit, quo caſu, quia ex parte teſtatoris prouenit vna donatio, facile poteſt hæres, idemque donatarius præſumi adeundo, & approbando iudicium teſtatoris, qui nominatim eum grauauit de re donata reſtituenda, voluiſſe rem ipſam retro donare, quia vna donatio facit, vt altera donatio vice mutua facilè præſumatur. *l. ſi vero nõ remunerandi. 12. §. idem Papinianus. ff. mand.* Et ita videtur ſenſiſſe Peregr. *d. arti. 6. num. 6.* dum mouetur *d. l. ſi vero non remunerandi.* At verò nos loquimur de re, non à teſtatore profecta, ſed hæredibus quæſita ex alia cauſa, nempè ex cauſa hæreditaria Tiburtij Ruffinellæ auunculi ſui, ideoque ceſſat prædicta donationis præſumendæ ratio, & militant omnia, quæ de hærede ſupra vires hæreditarias non onerando dicta ſunt.

Tertio reſpondeo loqui eos de hæredibus, qui renuntiauerãt donationi ſibi à patre factæ, & res donatas acceperant ex poſtrema illius diſpoſitione, quo caſu, quia res illæ effectu cẽſentur hæreditariæ, ideo nil mirum, ſi veniant in hæreditatis reſtitutionem, *vti videre eſt apud Pariſ. d. conſ. 2. num. 15. & 20. vol. 2. & d. conſ. 33. nu. 80. vol. 3.* At nos loquimur de re, quæ nunquã fuit teſtatoris, nec aliqua ratione cenſeri põt hæreditaria, aut hæreditario, ſiue inſtitutionis iure ad hæredem peruenire, Non poſſunt igitur eorum dicta ad ſpeciem noſtram adaptari.

Deniq; non obſtat, quod in hac ſpecie teſtator non grauauerit hæredem in quota, ſed in re certa, ideoq; videatur inſolidum teneri, quia reſpondeo Primo, quoties non agimus de bonis teſtatoris, ſed de bonis hæredis, aut tertij, nullam eſſe differentiam inter quotam, & ſpeciem, propterea quod hæreditas hæredis, aut tertij reſpectu teſtatoris cenſetur res particularis, non vniuerſalis, nec diſtinguitur à ſpecie, *vti demonſtrauimus ſupra nu. 23.*

Secundo reſpondeo, cum quærimus, an honoratus in re, vel quota poſſit in plus grauari, quàm
43 acceperit, † varios caſus eſſe diſtinguendos.

Primus enim caſus eſt, quando honoratus in pecunia grauatur etiam in pecunia, Et tunc verum eſt, non teneri eum in plus, quam acceperit, & medij temporis interuſurium patiatur *l. Imperator. 72. §. ſi centum & ibi Bar. Imol. Caſtr. & alij ff. de leg. 2. Bar. in d. l. Imperator §. cum quidam num. 4. Ruin. conſ. 79. num. 6. vol. 2. Pereg. de fideic. art. 33. nu. 34.*

Secundus verò caſus eſt, quando honoratus in pecunia grauatur in ſpecie propria, Et tunc verius eſt, ſi relictum agnoſcat, inſolidum eum teneri *d. §. ſi centum,* quia tanti cenſetur rem ſuã æſtimaſſe *l. ſed ſi nõ ſeruus. 36. in prin. ff. ad l. Falc. Ita ſcripſerunt Bar. in d. §. cum quidã nu. 3. verſ. venio, Bal. in d. §. ſi centum, & ibi Imo. nu. 2. Caſtr. nu. 1. & 2. Ruin. d. conſ. 79. nu. 6. verſ. Aliquando grauatur vol. 2. Pereg. d. art. 33. nu. 39.*

Tertius caſus eſt, quñ honoratus in pecunia grauatur in ſpecie aliena, Et tunc verius eſt, nõ teneri eum in redimenda ſpecie plus impendere, quam acceperit *d. l. ſed ſi non ſeruus. 36. verſ. quod ſi alienus. ff. ad l. Falc. Ita Bart. in d. §. cũ quidam nu. 4. Bal. in d. §. ſi centum verſ. deinde not. & ibi Caſtr. num. 1. verſ. in text. ibi, Peregr. d. art. 33. numero 38.*

Quartus caſus eſt, quñ quis ſimpliciter honoratur in ſpecie, & tunc certum eſt, nõ poſſe eũ, aut in pecunia, aut in ſpecie grauari in plus, quàm ſit pretium illius cum fructibus *l. filiusf. 117. §. apud Marcellum l. Ciuitatib. 125. §. ſi. ff. de leg. 1. l. 3. §. Iulianus. ff. de leg. 3. Ita Bar. in d. §. cũ quidã nu. 4. Bal. in d. §. ſi centum verſ. Deinde not. & ibi Caſtr. nu. 1. Ruin. d. conſ. 79. num. 6. verſ. nam tex. vol. 2. Pereg. d. art. 33. nu. 40.*

Quintus caſus eſt, quñ quis honoratur in ſpecie non ſimpliciter, ſed alternatiuè, Et tunc, poteſt grauari vſque ad valorẽ illius rei, quæ plus valet, etiamſi minorem agnoſcat. *l. plane. 97. §. ſi cui Stichus, & ibi Bar. Bal. Imo. Caſt. & alij. ff. de leg. 1. Bar. in d. §. cum quidam nu. 4. Imo. in d. §. ſi centum nu. 2. verſ. tertius, & ibi Caſtr. nu. 2.*

Sextus caſus eſt, quñ honoratus in iure vniuerſali, & ſic in hæreditate, vel tota, vel quota, grauatur ſolis relictis particularibus, nempè legatis, & fideicommiſſis rerum certarũ, Et in hoc etiam caſu veriſſimum eſt, teneri eũ inſolidũ, & vltra vires hæreditarias, ſi non conficiat inuentarium, *vt diximus ſupra nu. 8. & 31.*

Septimus deniq; caſus eſt, quñ honoratus in tota hæreditate, vel eius quota grauatur fideicommiſſo vniuerſali, Et tunc verius eſt, non teneri eum ſupra vires hæreditarias, etiamſi non conficiat inuentarium, niſi pro portione fructuum pendente conditione perceptorum, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt, quæque non eſt neceſſe repetere.

Sed poſito citra veri præiudicium, quod grauamen rei propriæ hæredis inſolidum ſuſtineatur, ſuccedit ſecunda dubitatio, nunquid in reſtitutione fideicommiſſi poſſit hæres eius pretium de hæreditate deducere.

Videretur autem prima facie dicendum nõ poſſe, ſed abſolutè, & hæreditatem, & rem propriam eum reſtituere debere, quia, qui rei ſuæ alienationi præſtat conſenſum, ſibi præiudicat
44 † *l. 2. C. de reb. al. non alie. Roll. conſ. 57. nu. 15. vol. 3.* Perinde enim habetur, ac, ſi ipſe diſtraxiſſet *§. vendita verſ. nihil autem inſti. de rer. diuiſ. §. cõtra inſt. quib. alien. lic. vel non,* Quamobrem talis conſenſus dicitur alienationis ſpeciẽ cõtinere. *l. alienationis 28. ff. de verb. ſign.* Idq; procedit nõ ſolum reſpectu rei, ſed etiã reſpectu pretij, quo-
45 ties conſenſus præſtatur ei, qui donat, † *vt ſcribunt Bar. in l. ſi fundum per fideicõmiſſum. 95. nu. 3. & ibi Iaſ. nu. 34. & alij communiter. ff. de leg. 1.* ſcilicet, quia & ipſe donare videtur *l. 2. C. ſi adu. donat. Roll. d. conſ. 57. nu. 17. vol. 3.* Hinc fit, vt & is, qui teſtatori rem ſuam leganti cõſentit, ſibi
46 faciat in pretio rei præiudicium, † *vt ſcribunt Bar. in l. cum quis decedens. 35. in prin. nu. 5. ff. de leg. 3. Pereg. de fideic. art. 44. nu. 42.* quia legatum eſt donatio *l. legatum. 37. ff. de leg. 2. §. 1. inſtit. de legat.* Cum igitur in caſu noſtro hæres teſtatori rem ſuam per fideicommiſſum relinquenti, & ſic donanti conſenſerit (adeundo enim hæreditatem omnes eius diſpoſitiones cenſetur approbaſſe *l. ſi patroni. 55. §. qui fideicommiſſariam verſ. cum enim. ff. ad Treb.*) Conſequens videtur, vt ſibi etiam in pretio rei cenſeatur præiudicaſſe. Maximè, cum duplicẽ videatur conſenſum

præſtitiſſe

Google

redis de qua teſtator diſpoſuit, eſt hæredis cre-
54 ditum, † nam æs aliennm dicitur *in l. ſed ſi non ſeruus. 36. in prin. ff. ad Treb. ibi, vt æs alienum, & in d. l. cum pater. 79. §. Titio ff. de leg. 2. ibi, æris alieni loco.* Poterit igitur & illud detrahere. Confirmatur hoc ex eo, quia, quibus caſibus ęs alienũ deducitur, iiſdem detrahitur & pretium rei hęredis, *vt in d. l. ſed, ſi non ſeruus*, cum nulla ſit, quoad detractiones inter creditum, & rem hæredis differentia, *vt ait Soc. iun. d. conſ. 57. num. 19. volum. 3.*

Quinto prædicta confirmantur ea ratione, quia grauatus fideicommiſſo vniuerſali non debet plus reſtituere quam ad eum peruenerit *l. 1. §. ſi is, qui quadraginta. ff. ad Treb.* Plus autẽ reſtitueret, ſi rei ſuæ pretium non poſſet deducere. Debet igitur deductio permitti.

Sexto, & vltimo facit, quia, quod in diuerſis perſonis recipitur, debet etiam recipi in vna eademq; perſona *l. ſingularia. 15. ff ſi cert. pet.* Sed, ſi perſonæ eſſent diuerſæ, ideſt, ſi teſtator vni reliquiſſet fideicommiſſum vniuerſale, alteri verò particulare domus propriç hęredis, poſſet is de vniuerſali pretium rei ſuæ detrahere. *d. l. ſed ſi non ſeruus 36. in prin. ff. ad l. Falc.* Poterit igitur etiam illud detrahere, licet eidem, & vniuerſale, & particulare fideicommiſſum relictum ſit, imo magis in hoc, q̃ in ſuperiore caſu, ſcilicet, quia hæres ſimplex poteſt reſpectu fideicommiſſarij particularis in plus teneri, quam ad eũ peruenerit, reſpectu verò fideicommiſſarij nõ item, *vti ſupra demonſtratum eſt.*

Neq; obſtant contrana deducta à conſenſu
55 hęredis, quia reſpondeo, † eorum, qui conſentiunt, duo eſſe genera: Quidã enim eo ſolo conſentire cenſentur, quod agnoſcunt, quæ ſibi à teſtatore relicta ſunt, Et in his locum habet diſtinctio *Bar. in d. §. cum quidam* communiter approbata, quam retulimus in fine pręcedentis dubitationis per variorum caſuum enumerationem; Quidam verò conſentiunt, etiamſi nihil à teſtatore acceperint, Et in his procedit cõtrarium, vt ſcilicet cenſcãtur ſibi præiudicaſſe: Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia, qui conſentit acceptando relictum, cenſetur habere rationẽ eius emolumenti, q̃ percipit à teſtatore, ideoq; non poteſt in eo præſumi donatio. At, vbi quis teſtatori conſentit nullo emolumenti prætextu inductus, non poteſt non cenſeri habere animum donandi. Quo fit, vt tanquã donans ſibi præiudicet in pretio.

Neque obſtat conſenſus præſtitus in diuiſione, quia, cum fuerit interpoſitus, cum hac clauſula, *ſaluo iure &c.* debet intelligi, ſi, & prout vnicuique eorum cõpetit, vt eſt prædictę clauſulæ natura, quippe quæ non ampliat, ſed conſeruat iura, in eo ſtatu, in quo erant ante conſenſum, *vt declarat Menoc. conſ. 346. nu. 20.*

Ex his igitur omnibus concludo, non obeſſe hæredi omiſſionem inuentarij, quominus, aut ſuæ rei pretium de hæreditate deducat, aut grauamen diminuat, quatenus hæreditarias vires, & fructus pendente conditione perceptos excedit, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

In eadem cauſa.

CONSILIVM C.

ARGVMENTVM.

An hæres grauatus fideicõmiſſo vniuerſali poſſit detrahere ſuum creditum, aut alias facere detractiones etiam ſuper bonis prohibitis alienari.

SVMMARIVM.

1 *Detractiones non poſſunt fieri de bonis prohibitis alienari.*

2 *Hæres non poteſt detrahere ſuum creditum de bonis prohibitis alienari. Sed contra nu. 3. & ſeqq. & num. 10.*

4 *Hæres, ſi poſt reſtitutam hæreditatem conueniatur a creditoribus, aut legatarijs, poteſt opponere exceptionem, Non ſum hæres.*

5 *Prohibitio alienationis facta a teſtatore non nocet eius creditoribus.*

6 *Teſtator quando poſſit prohibere hæredi detractionem ſui crediti.*

7 *Hæreditaria vires æſtimantur deducto ære alieno, & legatis, ac fideicommiſſis particularibus.*

8 *Fideicommiſſum particulare relictum fideicõmiſſario vniuerſali, quo tempore debet ei reſtitui hæreditas, non cenſetur, vt particulare, ſed, vt vniuerſale.*

9 *Prohibita alienatione cenſetur etiam prohibita detractio falcidiæ, & trebellianica, Declara, vt ibi.*

LVX VERA LVCEAT IN TENEBRIS.

Diſputandum hodie non eſt, An hæredes poſſint deducere pretium domus propriæ, de qua teſtator diſpoſuit, quia huiuſmodi quæſtio iam fuit à duabus poſterioribus ſententijs terminata, quippe, quę declararunt poſſe detrahi, dummodo in id imputentur fructus percepti ex bonis teſtatoris pẽdẽte conditione fideicõmiſſi; Quãobrẽ in hoc iudicio liq̃dationis remanẽt ſuperuacua, & fruſtratoria partis fundamenta, quæ ducuntur ab aditione, ſeu conſenſu hæredis, & ab omiſſione inuentarij, quoniam hæc omnia tendunt ad id, vt oſtendant, hæredem propter talem conſenſum, & inuentarij omiſſionem amiſiſſe iura ſua, & ſibi præiudicaſſe etiam in pretio domus propriæ, de qua teſtator diſpoſuit, quæ licet à fideicõmiſſarijs fuiſſent oppoſita ante prædictas ſententias, tamen illis non obſtãtibus fuit deciſum, poſſe detrahi pretium, & rectè, quia, vt latiùs tunc temporis oſtẽdi, hęc non impediunt, quominus hæres grauatus fideicommiſſo vniuerſali poſſit detrahere ſua credita, & legata, ac fideicommiſſa particularia, quæ perſoluit, vt proinde non ſit amplius de hac re diſputandum, ſed de eo ſolum, quod hodie deducitur in controuerſiam, an ſcilicet poſito, quod fideicommiſſum vniuerſale computatis etiã fructibus perceptis ex bonis teſtatoris pendente conditione fideicommiſſi non ſufficiat ad integram ſatisfactionem pretij, poſſit reſiduum deduci de bonis prohibitis alienari. Dubitatio naſcitur ex diuerſitate ſententiarum, quæ in huiuſmodi cauſa latæ ſunt; nam

prima

prima declarauit, credita hæredis, & legata re-
licta à teſtatore poſſe detrahi de fideicōmiſſo
vniuerſali, & in ſubſidium de particulari, pre-
tium verò domus, nec de vniuerſali, nec de par
ticulari detrahi poſſe. Secunda verò reparauit
primam in capite detractionis pretij, & decla-
rauit poſſe id exemplo creditorum, & legato-
rum detrahi de fideicommiſſo vniuerſali, & in
ſubſidium de particulari. Tertia demum con-
firmando præcedentes ſententias, quatenus lo
quuntur de creditis, & legatis reparat ſecundã
in capite pretij, & declarat, poſſe id detrahi de
fideicommiſſo vniuerſali, ſed non in ſubſidiũ
de particulari. Itaque hodie ex vi huius tertiæ
ſententiæ conſtituitur differentia inter credita
hęredis, legata ab eo ſoluta, & pretium domus
propriæ ipſius, de qua teſtator diſpoſuit: Credi-
ta enim, & legata poſſunt in ſubſidium detra-
hi de fideicommiſſo particulari, pretium verò
non poteſt de particulari, etiam in ſubſidium,
ſed tñ de vniuerſali, cum tamen nulla proba-
bilis ratio diuerſitatis excogitari poſſit inter
hæc tria detractionum genera, imo repugnet
hoc diſpoſitioni *l.2. C. commu. de leg.* quę nullã
vult eſſe differentiam inter legata, & fideicom
miſſa particularia. Itaque, ſi in ſubſidiũ de bo-
nis prohibitis alienari detrahi poſſunt legata,
cur non & particulare fideicommiſſum, cum
ita ſoluat hęres de ſuo pręſtando domum pro-
priam, vt ſoluendo pecuniam legatam? Neceſ
ſariò igitur, aut omnia poſſunt in ſubſidium de
trahi de bonis prohibitis alienari, aut nihil, &
conſequenter neceſſariò debet reparari ſenten
tia. Quo poſito videndum eſt, in qua parte re-
parari debeat, an ſcilicet in ea, qua permittit
detractionem creditorum, & legatorum in ſub
ſidium de bonis prohibitis alienari, an verò cõ
tra in ea, qua negat in ſubſidium poſſe detrahi
pretium.

Videretur autem primo aſpectu dicendum
debere reparari in ea parte, qua permittit detra
ctiones in ſubſidium, non etiam in ea, qua ne-
gat, quia de bonis prohibitis alienari nulla vr̃
1 poſſe fieri detractio. † Nam teſtator, qui prohi
bet alienationem cenſetur per neceſſarium an
tecedens prohibere etiam detractionem, quia
alioquin bona fierent alienabilia, ſi ea poſſet
hęres habere pro ſuis detractionibus, cum cer-
tum ſit vſque ad detractionum quantitatẽ poſ-
ſe hæredem alienare bona fideicõmiſſi, & ea,
quæ pro detractionibus aſſignantur remanere
in libera diſpoſitione hæredis, & tñ mens teſta
toris eſt, vt talia bona prohibita alienari nulla
ex cauſa alienentur, & ſic nec etiam ex cauſa
detractionum. Quamobrem dicimus prohibi-
ta alienatione alicuius rei, cenſeri ẽt in ea pro-
hibitam detractionem Falcidię, & Trebellia-
nicę *Auth. ſed & in ea C. ad l. Falc.* & hęredem
prohibitũ alienare non cenſeri pleno iure poſ
ſidere eas res, quarum prohibita eſt alienatio
arg. l. fœmina. 3. §. illud C. de ſec. nupt. quia alio-
quin, ſi eas pleno iure poſſideret, poſſet aliena-
re, cum dominium ſit ius de re perfectè diſpo-
nendi, *vt eſt doctr. Bar. in l. ſi quis vt. 17. §. differẽ-
tia nu. 4. ff. de acq. poſſ.* & ſic alienandi, ꝙ ex vo-
luntate teſtatoris in propoſito facere nequit
hæres.

Nec vr̃ contrarium, ꝙ prohibita alienatio-
ne alicuius rei non cenſeatur prohibita detra-
ctio ęris alieni, *l. filiusfa. 117. §. Diui 2. ff. de leg. 1.*
quia vr̃ poſſe reſponderi, id procedere in ęre
alieno debito extraneo, non verò in eo, ꝙ debe
tur hęredi, quia teſtator, vt de re hęredis diſpo-
nere poteſt, ita & de eius credito, & per conſe-
quentias etiam eius detractionem prohibere.
Et ita in ſpecie rei prohibitę alienari cum adie
ctione illius rationis, quia teſtator vult eam in
familia remanere, vt ſuper ea non poſſit hęres
2 ſuum creditum detrahere † cenſuit *Nat. conſi.
110. nu. 9. & 10.* quem non improbat *Peregr. de
fidic. art. 35. nu. 8.* licet pro deciſione huius arti
culi, quem dicit eſſe elegantem, relinquat cogi
tandum propterea, quod nondum eum vide-
rat practicatum.

His tamen nõ obſtantibus, prout re vera nõ
obſtant puto huiuſmodi detractiones poſſe de
iure in ſubſidium fieri de fideicommiſſo parti-
culari, ſiue de rebus ſpecialiter prohibitis alie-
3 nari, † & conſequenter ſententiam non in par-
te permiſſiua, ſed in parte negatiua eſſe reparã-
dam. Moueor autem

Primo, quia, quę dicuntur de creditore ex-
traneo, debent etiam dici de creditore hęrede,
qui ex cauſa fideicommiſſi hęreditatem reſti-
tuit, ſcilicet quia poſt reſtitutam hęreditatem
iam non amplius conſideratur, vt hęres, ſed, vt
extraneus, cũ reſtitutio operetur, vt effectu non
habeatur pro hęrede, licet hæredis nomen reti
neat *§. reſtituta, cum ibi not. inſt. de fideic. hæred.*
Quamobrem, ſi conueniatur à creditoribus, &
legatarijs, ac fideicommiſſarijs particularibus,
poteſt excipiendo dicere, ſe non eſſe hęredem.
4 † *l. 1. §. ſublata l. ita tamen 27. §. qui ex Trebellia-
no ff. ad Treb.* Atqui creditor extraneus poteſt
etiam ſuper bonis prohibitis alienari capere
ſuum creditum, cum prohibitio alienationis à
teſtatore facta illi nõ noceat, & per conſequẽ-
tias non impediat, quominus is ius ſuum in ip-
5 ſius bonis conſequi poſſit. † *l. filiusf. 117. §. Diui
2. verſ. ſed hæc, & ibi Soc. iun. nu. 32. ff. de leg. 1. l. qui
ſolidum 80. §. fi. ff. de leg. 2. Ang. de Gamb. conſ. 12.
nu. 10. & conſ. 28. nu. 13. Nat. conſ. 147. nu. 22. &
conſ. 528. nu. 30. Peguer. deciſ. 106. num. 2.* Idem
igitur eſt dicendum de creditore hęrede, qui
hęreditatem reſtituit.

Secundo moueor, quia teſtator non poteſt,
aut expreſſim, aut tacitè cauere, ne grauatus
fideicommiſſo vniuerſali detrahat de bonis
hęreditarijs ſuum creditum, niſi duobus caſi-
bus, nempè, cum is detrahit falcidiam, aut tre-
bellianicam, cum qua creditum compenſari
poteſt, vel, cum pendente die, aut conditione
6 percepit fructus credito ſuo ęquiualentes † *l. cũ
pater. 79. §. Titio, & ibi Bart. Bald. Imol. Caſtr. &
aly. ff. de leg. 2. l. ſi debitor. 12. & ibi Bar. & Ang. &
l. quod bonis. 15. §. quod autem, vbi etiam Bar. ff. ad
l. Falc.* Atqui in ſpecie noſtra non verſamur in
aliquo ex prædictis caſibus, ſcilicet quia non
potuit hęres detrahere Trebellianicam ſtante,
quod ea fuit à teſtatore prohibita, nec perce-
pit tot fructus, qui credito ſuo æquiualeant. Er
go non potuit teſtator alienationem prohibẽ-
do impedire, quominus is poſſit ſuum creditũ
de bonis hęreditarijs deducere.

Tertio moueor, quia hęres grauatus fideicõ
miſſo vniuerſali non poteſt teneri vltra vires
hęreditarias, etiamſi non confecerit inuenta-
rium, *vt latè oſtendimus in præcedenti reſponſo.*
Sed, ſi non poſſet detrahere credita ſua, & le-
gata, ac fideicommiſſa particularia, etiam de
bonis

Digitized by Google

bonis prohibitus alienari, grauaretur ſupra vi-
res hæreditarias, quia hæreditariæ vires eſtimā
tur ex eo, quod ſupereſt deducto ære alieno, &
ſolutis legatis, ac fideicommiſſis particulari-
7 bus. † *l. 2. verſ. & quod hæres. ff. ad Treb.* Ergo nō
debet talis detractio etiam ſuper huiuſmodi
rebus impediri.

Quarto fortiſſimum huius partis fundamen
deducitur ex eo, quia fideicommiſſum parti-
culare relictum eidem fideicommiſſario vni-
uerſali ſub eadem conditione, ſub qua fuit re-
lictum vniuerſale, & ſic collatum in id tem-
pus, quo reſtituitur hæreditas, non poteſt iudi-
cari, vt fideicommiſſum particulare, ſed tan-
8 tum, vt vniuerſale, † quod patet ex eo, quia ta-
le fideicommiſſum non eſt onus heredis, ſed ip
ſius fideicommiſſarij, cum hæres reſtituendo
hæreditatem effectu deſinat eſſe hæres, & in
locum ſuum ſubroget fideicommiſſarium. *l. 2.
verſ. nam hæres. ff. ad Treb.* qui proinde tenetur
ſoluere omnia legata, & fideicommiſſa parti-
cularia, quæ ab ipſo hærede relicta ſunt. *d. l. 2.
verſ. dicendum ff. ad Treb. late Pereg. de fideic. arti.
4. nu.* 28. & per conſequentias tenetur ſibi præ-
ſtare fideicommiſſum particulare, quod ab hę
rede relictum eſt, quo tempore debet hęredita
tem reſtituere, vtpotè quod effectu cenſetur re
lictum ab eodemmet fideicommiſſario: Alio-
quin enim, niſi ab eo cenſeretur relictum, non
valeret, ſi eſſet relictum hæredi grauato, quia
hęredi à ſemetipſo inutiliter legatur, aut fidei-
commiſſum relinquitur, ne idem ſibi ipſi obli-
getur. *l. cum filiof.* 11. *l. & quidem* 18. *l. legatum*
119. *§.* 1. *ff. de leg.* 1. Atqui valet, ſi conferatur in
tempus reſtituendæ hæreditatis. & capitur iure
legati, aut fideicommiſſi, non iure hæreditario
l. ſi legatum. 30. *§. multum intereſt. ff. ad Trebell. §. ſi
quis vna inſti. de fideicom. hæred.* Ergo non cen-
ſetur relictum ab hęrede, ſed à fideicommiſſa-
rio. Ex quo ſequitur, tale fideicommiſſum non
poſſe ſuſtineri iure fideicommiſſi particularis,
ſed tãtum iure fideicommiſſi vniuerſalis, quia,
quemadmodum id, quod relinquitur hæredi à
ſemetipſo, non capitur iure legati, & ſic titulo
particulari, ſed capitur iure hæreditario, & ſic
titulo vniuerſali. *l. quod autem.* 74. *ff. ad l. Falcid.*
ita etiam titulo vniuerſali, non particulari cē-
ſetur capi fideicommiſſum relictū eidemmet
fideicommiſſario vniuerſali, quo tempore de-
bet ei reſtitui hæreditas, quippè, quod effectu
cenſetur relictum eidem à ſemetipſo, *vt ſupra
dictum eſt*. Quemadmodum igitur de cæteris
rebus ſub fideicommiſſo vniuerſali compre-
henſis poſſunt fieri creditorum, & aliarum re-
rum detractiones, ita etiam poterunt fieri de
rebus ſpecialiter relictis eidem fideicommiſſa
rio vniuerſali, ſi diſpoſitio in tempus hæredita
tis reſtituendæ collata ſit.

Nec obſtat, ſi dicatur, non poſſe domum te-
ſtatoris ſpecialiter prohibitam alienari cenſeri
comprehenſam in fideicommiſſo vniuerſali,
quia, ſi hoc eſſet, non poſſet tranſire ad ſequen-
tes agnatos, cum fideicommiſſum vniuerſale
extinguatur in perſona primi, & tamen certū
eſt, voluiſſe teſtatorem eam tranſire ad alios
agnatos propter ea verba, *de gradu in gradum,
ſeruato ordine proximioritatis*, quæ inducunt fi-
deicommiſſum ſucceſſiuum, quia reſpondeo,
in hac diſpoſitione duo poſſe conſiderari gra-
uamina, vnum reſpectu hæredis inſtituti, alte-
rum verò reſpectu primi fideicommiſſarij; Re-
ſpectu hæredis inſtituti grauamen nō eſſe, niſi
vnum, ſi conſideremus fideicommiſſum in ca-
ſum mortis, quia hæres cenſetur grauatus reſti-
tuere poſt mortem ſuam totam hæreditatem,
& conſequenter etiam domum prohibitā alie-
nari eidem agnato proximiori: Talis enim pro
hibitio, tanquam facta ad maius robur ſubſti-
tutionis, & ad impediendum alienationes, quę
pendente conditione fieri poſſent à grauato,
non inducit in caſum mortis nouum fideicom
miſſum, *vt late oſtendit Gabr. conſ.* 138. *nu.* 25. *&
&* 27. *vol.* 2. (Fruſtra enim id induceret, cū iam
ſit inductum à ſubſtitutione) ſed id tãtum in-
ducit in caſum alienationis. At, ſi ſpectemus
grauamē reſpectu primi fideicommiſſarij, qui
cenſetur rogatus domum prohibitam alienari
reſtituere ſequentibus agnatis, verum eſt, talē
domum non cenſeri comprehenſam in fidei-
commiſſo vniuerſali, quippe quod ad ſequen-
tes gradus non transfertur. Sed hoc nihil habet
cum grauamine inſtituti commune, quia inſti-
tutus eſt grauatus reſtituere proximiori totam
hæreditatem, & ſic etiam rem prohibitam alie
nari. At proximior non cenſetur rogatus ſe-
quentibus reſtituere totam hæreditatem, ſed
tantum rem alienari prohibitam. Itaque à gra
uamine fideicommiſſarij ad grauamen inſtitu
ti non eſt arguendum, quia grauamina tam re-
ſpectu perſonarum, quam reſpectu generis
ſunt diuerſa.

Hinc intelligimus, prohibitionem aliena-
tionis factam in caſu noſtro poſt ſubſtitutionē
agnati proximioris, quoad impediendas ſaliē
in ſubſidium detractiones nihil operari. Nec
dicas ex hoc ſequi, eam eſſe inutilem, quia con
trarium eſt verius: Nam, licet non impediat
detractiones, operatur tamen varios effectus.
Primum enim operatur fideicommiſſum in ca
ſum alienationis reſpectu vtriuſq; domus pro-
hibitę alienari. *l. filiusf.* 117. *§. Diui.* 2. *& ibi om-
nes. ff. de leg.* 1. *l. peto* 71. *§. fratre. ff. de leg.* 2. *cum ſi-
milibus.* Secundo operatur fideicommiſſum in
caſum mortis reſpectu domus propriæ hære-
dis, quæ non erat comprehenſa in ſubſtitutio-
ne, ſeu fideicommiſſo vniuerſali, *vt diximus in
præcedenti reſponſo.* Tertio operatur fideicom-
miſſum in caſum mortis, quoad gradus ſequē-
tes in vtraque domo, quia fideicommiſſarius
vniuerſalis per eam cenſetur grauatus, non to-
tam hæreditatem, ſed vtranque domū ſequen-
tibus agnatis reſtituere *d. §. fratre.* Quarto de-
mum operatur fideicōmiſſum in caſum mor-
tis reſpectu eiuſdem fideicommiſſarij vniuer-
ſalis, etiam in propria domo teſtatoris, ſi ipſe
nolit agnoſcere fideicommiſſum vniuerſale,
quod eum facere poſſe non eſt dubitandum.
Cœterum, ſi acceptet vniuerſale (prout acce-
ptaſſe conſtat ex actis) verius eſt, non induce-
re in caſum mortis nouum fideicommiſſum,
vtpotè cum id iam fuerit à ſubſtitutione indu-
ctum, & hac ratione non impedire, quominus
ſuper domo teſtatoris prohibita alienari, tan-
quam comprehenſa in ſubſtitutione, ſeu fidei-
commiſſo vniuerſali detractiones iure fieri poſ
ſint, *ſecundum ea, quæ diximus.*

At, dixeris, ſi domus prohibita alienari re-
ſpectu primi fideicommiſſarij cenſetur com-
prehenſa in fideicommiſſo vniuerſali, & per
conſequentias etiam ſuper ea poteſt fieri de-

tractio

tractio ſequitur, hoc nocere ſequentibus fideicommiſſariis, vtpotè ad quos non poterit poſtea domus tranſire, tanq̃ facta heredis pleno iure ex cauſa detractionum, quod, quia repugnãt voluntati teſtatoris, ideo, tanquam abſurdum non videtur admittendum. Verum reſpõdeo, non eſſe hoc abſurdum, quia, cum grauamina ſint diuerſa, non debet heres cõſiderari, vt grauatus ſequentibus, ſed tantum, vt grauatus primo, cum quo debet liquidare fideicõmiſſum, & facere ſuas detractiones. Cęteri verò, qui ſequuntur, debent agere cum primo fideicommiſſario, tanquam eo, qui grauatus eſt illis reſtituere, & ab eo conſequi, quicquid teſtator reliquit: Nec enim aduerſus heredem agere poterunt, cum fideicommiſſa relicta à ſubſtituto non debeantur ab inſtituto *l. quoties. 13. C. de fideic.* Quinimo detractio, quæ fiet primo fideicõmiſſario, per conſequentias diminuet fideicommiſſum ſequentium *l. facta. 63. § ſi Titius. ff. ad Trebell. & l. Plautius 49. in prin. ff. ad l. Falc.* quia primus non poteſt plus ſequentibus reſtituere, quã ipſe habuerit. *l. traditio 20. ff. de acq. rer. dom.* Planè, quia eſt fideicommiſſarius vniuerſalis, & eſt grauatus fideicommiſſis particularibus, quæ in ſolidum, & vltra vires hereditarias pręſtanda ſunt, putarim ſequentes aduerſus primum agere poſſe, vt de ſuo reſarciat fideicommiſſum, ſtante, quod inuentarium nõ confecit, *ad tradita per Pereg. de fideic. art. 4. n. 8.*

Neque obſtant contraria: Nam ad id, quod dicitur teſtatorem, qui prohibuit alienationẽ domus, cẽſeri etiam prohibuiſſe detractiones, reſpondeo, id eſſe verum, ſi ſpectemus eius voluntatem: Dubium enim non eſt, quin teſtator voluerit huic proximiori reſtitui totam hereditatem, & preterea res prohibitas alienari ſine aliqua detractione; Sed nos hic non conſideramus voluntatem, ſed poteſtatẽ, & dicimus, hoc eum facere non potuiſſe, quia non potuit grauando heredem fideicommiſſo vniuerſali ei prohibere ſui crediti detractionem, niſi pro portione fructuum perceptorum ex hereditate teſtatoris pendẽte conditione fideicõmiſſi, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.* Itaq; in hoc non deficit voluntas, ſed poteſtas, vt in ſimili dicimus de patre, qui prohibet filio detractionem legitimæ: nam hoc non obſtante poterit filius eam detrahere eo, quod pater huiuſmodi prohibitionem facere non poterit *l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoffic. teſt.*

Hinc intelligimus non obeſſe, quod dicitur, prohibita alienatione cenſeri etiam prohibitã detractionem falcidię, & trebellianicę, qa hoc
9 ſimiliter verum eſt, † ſi reſpiciamus ad volũtatem teſtatoris. Cœterum, ſi ad validitatẽ prohibitionis, magis eſt, vt res debeat æſtimari ex poteſtate: Nam, ſi tractemus de falcidia, quam teſtator, non ſolum extraneis, ſed etiam filiis primi gradus prohibere poteſt. *Auth. ſed cũ teſtator C. ad l. falc. § ſi vero expreſſim Auth. de hered. & Falc. coll. 1.* verum erit, prohibita alienatione cenſeri quoq; illius detractionem prohibitam, & conſequenter non poſſe eam detrahi de bonis prohibitis alienari *d. Auth. ſed & in tat. C. ad l. falc.* At, ſi tractemus de Trebellianica, ſi quidẽ loquamur de iis perſonis, quibus ea prohiberi poteſt, puta de extraneis aut nepotibus, idem de ea iuris erit, quod de falcidia. Si verò tractemus de filiis, quibus ea prohiberi nequit ex multorum ſententia in hac patria recepta, magis eſt, vt prohibita alienatione non cenſeatur prohibita illius detractio, non quia teſtator eam prohibere noluerit, ſed, quia non potuit; Itaq; non obſtante prohibitione alienationis poterit filius detrahere trebellianicam ſuper bonis prohibitis alienari, quia in hoc non deficit patris voluntas, ſed poteſtas. Sic igitur & in caſu, noſtro, quia tractamus de creditis, & alijs detractionibus, quas teſtator prohibere nõ poteſt, *vti ſupra oſtendimus*; licet alienationẽ domus prohibuerit, non tamen impedretur heres ſuper ea facere ſuas detractiones, quia etiam in hoc caſu non deficit voluntas teſtatoris, ſed poteſtas.

Nec obſtat, quod teſtator poſſit diſponere de credito heredis, & conſequenter eius detractionem prohibere, quia reſpõdeo, quoties agimus de herede grauato fideicommiſſo vniuerſali, id procedere, ſi creditum cum trebellianica compenſari poſſit, vel ſi grauatus pẽdente conditione perceperit fructus credito ſuo ęquiualentes; Cœterũ, ſi prædicta ceſſent (prout ceſſant in caſu noſtro) verius eſſe, teſtatorẽ non poſſe huiuſmodi detractionem prohibere *ſicuti demonſtrauimus in ſecundo fundamento.*

Deniq; non obſtat authoritas Nat. & Pereg. quos in contrarium allegauimus, quia reſpon-
10 deo, † eorum opinionem nõ eſſe veram, & repugnare rationibus, quas ſupra retulimus, ideoque non eſſe eorum habendam rationem, maximè cum Pereg. nihil determinet, ſed cogitandum relinquat.

Secundo reſpondeo, dicere eos ſimpliciter, non poſſe fieri detractionem crediti ſuper rebus prohibitis alienari, ſed non decidere vtrũ ſaltem in ſubſidium hoc fieri poſſit. Itaq; eorum dicta poſſe intelligi, ſi adſint alia bona, ex quibus talis detractio fieri poſſint: Tunc enim relinquenda ſunt intacta bona prohibita alienari, ad hoc, vt ſequentes agnatos peruenire poſſint. Cœterum, ſi non adſint alia bona, magis eſt, vt in ſubſidium etiam de ijs detractio fieri poſſit, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.* Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Ioannes Antonius Bellonus I. C.

LAVS DEO.

FINIS.

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE